6392



Molina

8
153


IOANNIS YAÑEZ

PARLADORII, IVRIS PERITI IN REGIO VALLISOLETANO PAÆTORIO ADVOCATI, RERVM quotidianarum Libri duo: nam singulari, qui iam multos floret annos, accessit nunc alter, illo quidem priori, & rerum pondere, & sermonis elegantia non inferior, volumine verò longè auctior. Sed & ille prior nunc denuo ab auctore ipso recognitus, præsentissimis est scholijs locupletatus.

(†)

THOMVS PRIMVS.

AD D. D. PETRO DE ALARCON DE OCON, DOMINO Oppidi de Turon, Regiæ Maiestatis Philippi IIII. à Consilijs, & apud Senatum Regium Vallisoletanum, à causis criminalibus iudici æquissimo integerrimo.



Anno 1629.

CVM LICENCIA.

Vallis-Oleti. Apud *Hieronymum Morillo.*
Expensis Antonij Lopez Calderon Bibliopola.

IOANNIS VANEZ


PARLADORII IVRIS

PERITI IN REGIO VALLISO-

LETANO TABVLARIO ADVOCATI, RERVM

quotidianarum Liber duo: nam singulari, qui iam multos floret
annos, accedit tertius illo quidem prior, & rerum pondere, & ter-
moris elegantia inferior, volumine vero longe auctior. Sed
si ille prior nunc denuo ab auctore ipso recognitus,
praestantissimis etiam locupletatus.

THOMVS PRIMVS.



Anno 1619.

CVM LICENCIA.

Vallis Oleti. Apud Hieronymum Magerillo.

Superiorum Annorum Licentia Bibliopolæ.

LICENCIA.

DIOSE Licencia à Antonio Lopez Calderon, para imprimir este libro de Iuan Yañez Parladorio, por los señores del Consejo Real. Su data en la villa de Madrid, en dos dias del mes de Iunio de 1628. años. Ante Lazaro de los Rios Secretario del Rey nuestro Señor.

PRIMA, Et secunda pars Ioannis Parladorij, cum suis exemplaribus collatæ, ipsis fideliter correspondent. Dat. Vallisolet. 13. Augusti 1629.

M. Fr. Raphael Sanchez.

TASSA.

ESTA Tassado cada pliego deste libro (de Iuan Yañez Parladorio) por los señores del Consejo Real, à quatro marauedis cada pliego en papel. Su data de la fee de la tassa, en la villa de Madrid, à seys dias del mes de Setiembre de 1629. años. Ante Lazaro de los Rios Secretario del Rey nuestro Señor.

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII IVRISPERITI, IN REGIO Valliſoletano Prætorio aduocati, rerum quotidianarum.

PROOEMIVM.

L. 2. §. poſt originem, ff. de origine iuris.

L. non poſſunt ff. de legibus.



PONPONIVS Iuriſconſultus (cuius quanta fuerit prudentia, Digeſtorum volumina ſatis demonſtrant) ſcribit conſtare Ius non poſſe, niſi ſit aliquis Iuriſperitus, per quem poſsit quotidiè in melius produci. Et rectè ille quidem: cùm quia non poſſunt Leges omnino articulos omnes, difficultateſque vnà diſſoluere, quin plerumque vſu venire ſolet, vt dubitationis vnius tollendę gratia innumerabiles aliæ, Lærnæi capitis inſtar, ſuboriantur: tum quia Legum ea videtur eſſe conditio & quaſi indoles, vt nunquã in eodem ſtatu, eodemque tenore perſiſtant. Perinde enim ac fluuiorum proprium eſt, vt eundem alueum nunquam perpetuò retineant, ſed nunc hûc, nũc illùc, per ſingulos ferè annos oberrent, æquè etiam & Leges eadem inſtabilitate fluctuare ſubinde videmus: quippe cum ſecundùm varietatem temporum conſtitutiones quoque varientur humanæ: naturæ id, ſcilicet, varietate efficiẽte, quæ (vt noſter Iuſtinianus inquit) alias atque alias ſemper conatur edere formas. Itaque quod de Rhetoricẽ Quintilianus ſcribit, idem & nos de Iure enuntiare rectè poſſumus, latè fuſum eſſe opus & multiplex, & propè quotidie nouum, & de quo nunquàm dicta erunt omnia. Igitur vt talibus Legum difficultatibus multifariam ſcaturientibus conſulatur, apparet) vt Pomponius ait) recentiorum quoque Authorum opera auxilioque opus eſſe. Si quis eſt vero, qui his contrarium ſentiat, is mihi non minus à verò deflectere videbitur; quàm ſi abſque arte, & præceptore vllo diſciplinam quamque aſſecuturum ſe putet. Hinc hactenus omnia per ſecula non temerè factum videmus, vt maximi nominis viri huic rei operam dederint: qui quidem tantum abeſt, vt ob eam rem probro aliquo aſperſi fuerint, vt è contrario magnam ſibi laudem, magnamque gloriã eo nomine comparauerint. Denique in vna quaque diſciplina Authorum monumenta maximæ vtilitatis eſſe, vel illud Plinij Iunioris elogium abundè oſtendit, dicentis, nullum eſſe librum tam malum, qui tamen aliqua ex parte prodeſſe non valeat. Quo circa nequaquam ferendum eſt deprauatum quoddam hominum genus, qui nulla quidem ex re magis voluptatem capere videntur, quàm ſi aliorum opera, monumentaque mordeant. Indignum profectò facinus, qui cùm nihil boni facere, vel nolint, vel nequeant illud tantùm curant, vt alios à benefaciendo deterreant. Quibus vtique mirum in modum conuenit, quod Terentianus Mitio inquit: Homine imperito nunquam quidquam iniuſtius, qui niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat. Cùm ipſe igitur iam ab incunte ætate totos neruos in Iuriſprudentiæ ſtudium intenderim, in eaque repartim priuatis lucubratio-

Lib. 2. Oratoriarum inſtit. capit. 15.

Lib. 3. Epiſtolarum. Epiſtola ad Marcum.

In Adelph.

cubrationibus, partim etiam forensi exercitatione adiutus, inter difficiles, varioſque huius diſciplinæ anfractus viderer deprehendiſſe me aliqua, quæ ad Iuriſperitorum operam iuuandam, laboremque leuandum non mediocriter conducerent: ex officio me facturum eſſe putaui, ſi ea in lucem ederem, publicaque facerem, neque committerem, vt ſi quid hinc vtilitatis forſan emanare poſſet, editionis defectu, obliuioniſq; periret iniuria. Operi autem Rerum quotidianarum idcircò titulū prætulimus: quoniã ea, quæ in eo ſcribenda ſunt, vſu quotidie venire ſolent. Ex quo ſanè vel præcipuè opus ipſum commendatum putabamus. Huius autem argumenti exemplum a Caio Iuriſconſulto mutuati ſumus, ſub eo enim non paucos ipſum ſcripſiſſe libros legimus. In authoribus verò citandis parci fuimus, tum quia ſatis viſum eſt vnum aut alterum locum, niſi in tẽpore aliud re exigente, citare, vnde tanquam per filum (vt aiunt) ducamur ad globum: tùm quia illa tot allegationum turba, qua plerique ex noſtris luxurari ſolent, magis meo iudicio vitio, quàm laudi adſcribenda eſt. Nullũ enim aliud commodum aſportare videtur, quàm vt lectores oneret, & orationis fluxum interrumpat: tùm quia veritas lucet ipſa per ſe, neque multis teſtibus indiget. Prętereà vt hic quidem res quotidianas & foro aſſiduas tractandas ſuſcepimus, ita non triuiales illas quidem, ſed quæ ab interpretibus, aut non ſatis tractatæ fuere: vnde maximam in Iuris ſtudioſos fructum, & nobis non vulgarem gratiam redundatum iri ſperabamus. Denique breuitati in hoc opere conſulere conſilium nobis fuit: ſi quidem, vt Iuſtinianus noſter monet, melius eſt pauca idoneę effundere, quàm multis inutilibus homines prægrauari. Si quiſpiam verò hoc noſtrum opus ex eo eleuare contenderit, quod dicat ita carptim & tanquam per ſatyram ſcribere, facile eſſe hunc ego, ne erret, moneo. Longè enim aliter ſe res habet. Etenim vnam tantùm materiam tractandam deligere, hanc perſequi, & ad extremum ducere, etſi laudabile eſt: res eſt tamen, quæ cuiuis mediocriter docto contingere poteſt. At in multis, varijſque materijs verſari, in ijſque periculum facere, hoc ego vt arduum, ità & omnis laudis plenum eſſe iudico: niſi forſan quis putat in ſimplici itinere frequentiùs diuerti, quàm in triuio, aut cum vno tantùm hoſte congredi difficilius eſſe, quàm cum pluribus. Illud autem vos exoratos velim, vt ſi aliquando aduerſus Iuris interpretum opiniones, etſi receptas nitar (quod interdum nobis non quidem oſtentandi ingenij, ſed veritatis magis aſſerendæ gratia faciendum erit) ne quaquam aures tanquã aduerſus Syrenum cantus (vt quidam ſolent) obturetis, quaſi vel illi errare tot tãtique viri non potuerint, vel nos non tantum valeamus, vt vbi illi impegerint, tu tẽ tranſgredi poſsimus. Planè humani ingenij natura varia eſt, ac veluti figurarum maxima diuerſitas, ita & ingeniorum inſignis varietas. Quocirca ſicuti in cibis euenire ſolet, vt qui tuo palato arrideat, meo inſipidus ſit, quique tuæ proficiat, meam offendat valetudinem, non aliter etiam in ingenijs contingere ſolet, vt quæ alijs negotium faciunt, alijs intellectu facillima contingant. Prætereà perinde ac caſu quandoque contingit aliud agens, quod data opera nunquam efficere potuiſſet. Vti eſt exemplo pictor illud apud Valerium Maximũ, qui cùm equum ab exercitatione venientem, modò non viuum labore induſtriæ ſuæ comprehendiſſet, eius naribus adijcere cupiens ſpumas, nobilis artifex in tam paruula materia multùm ac diù fruſtra tenebatur. Indignatione dein dèaccenſus, ſpongiam omnibus imbutam coloribus, fortè iuxta ſe poſitam, apprehendens, eam veluti corrupturus opus ſuum, tabulæ illi ſit: quam fortuna adipſas equi nares directam, deſiderium pictoris coegit explere. Itaque quod

In proœm. Inſtituta. §. quas ex omnibus.

Libro 8. capit. 12.

ars adumbrare non valuit, casus imitatus est. Similiter etiam in humiliori ingenij hominibus contingit, vt non nunquam facilè consequantur, quod præstantiores multo labore consequi non potuerunt. Sic Pericles vir amplissimus, atq; idem sapientissimus, & Anaxagoræ doctrina ornatus, cuiusque vis ad Olympij vsque Iouis cognomen ascenderat (vt Valerius idem refert) diutiùs cogitando consequi non potuit cõsilium, quod ab Alcibiade puero sororis filio de improuiso excogitatum accipiens, magnis se curis exoluit. Ad hæc tempus rerum omnium magistrum esse constat: vnde vsu sæpius euenit, vt quæ longa per secula latuere, modò inauspicatò comperta videamus: sicuti tormẽta illa sulphuraria, typographorum item præla, & nauigantium magnetis acus, & Occidentales Indiæ, nuper inuenta, exemplo nobis sunt. Proinde rectè dictum est illud. Quanto iuniores, tanto perspicaciores. Sed quid multis? cùm habeamus in hãc rem domesticum testimonium. An non noster Iustinianus præcipit, non ex Authorum multitudine melius & æquius esse iudicandum, cùm possit vnius forsan & deterioris sententia multos & maiores in aliqua re superare? Quòd si Iustinianus, de Iurisconsultis illis priscis agens, ita monet, quid nobis faciendum putamus, qui cum Iureconsultis hodiernis conflictamur, longè, latèque ab illis Legum armarijs dissidentibus? Hi etenim (recentiores Iurisperitos dico) quasi in aliorum verba iurauerint, non minùs priorum sententias exosculantur, quã Pythagoricis moremfuisse fertur. Qui si quid in disputando affirmarent, cùm ex eis quæreretur, cur ita esset (aytòs ephei) id est, ipsum dixisse Pythagoram, respondebant. Tantum opinio præiudicata poterat, vt sine ratione valeret autoritas. Itaque non malè videtur mihi Iurisperiti gregi, ouium comparandi: vti enim illæ, si qua fortè aliena septa prorumpat, statim eodem prosiliunt omnes: ita isti quoque si quis fortè dum perfunctoriè rem tractat, lapsus est: cæteros omnes in idem veluti præcipitium affert. Quocirca rectissimè Plato præcipiebat: επιτέιμη γὰρ οὐ μᾶλλον δεῖ κρινεσθαι, ἀλλ' ἁπλῶς, τὸ μέλλον καλῶς κριθήσεσθαι, id est: Iudicandum est secundum scientiam, non multitudinem, quidquid certè iudicari debet. Accedit his Quintiliani egregia sententia in hæc verba: Neque id, inquit, statim legenti persuasum sit, omnia quæ magni authores dixerint, vtique esse perfecta, nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati: neque semper intenduntanimum, & nonnunquã fatigantur: cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes. Horatio verò etiã Homerus ipse videatur. Summi etenim sunt, homines tamen. Hæc Quintilianus. Denique vt ex ipsis quoque interpretibus argumenta sumamus, inter eos communiter conuenit. Communis opinionis vim nullam esse veritate in contrarium, vel lege aliqua, vel ratione apparente. Id quod non pauca legum, Canonumque documenta significant: quæ recensere longum esse. Postremò illud rogo, oroque, vt si hic boni aliquid fuerit, Deo Optimo maximo (à quo bona bona cuncta procedunt) gratiæ habeantur. Sin verò quidquãm offenderitis, quod culpæ vitioque adscribi possit, id boni consulatis, vobisq; veniat in mentem, humani ingenij vim lubricam satis esse, errorique magnopere subiectam. Ac iam ad rem ipsam descendamus.

Libro 5. capit. 2.

De vet. iur. enucl. lean. §. sed neque.

Apud Stobeum. sermone 43.

Libr. 10. Instit. Orat. capit. 1.

Panorm. & Cæteri in ca. de const. Sylua. nupt. libro 5. num. 8. Matthesi. de electione verioris opinionis.

(?)

ILLVS-

ILLVSTRI VIRO DOMINO D. PETRO DE ALARCON DE OCON, DOMINO Oppidi de Turon, Regiæ Maiestatis Philippi IIII. à consilijs, & apud Senatum Regium Vallisoletanum à causis criminalibus iudici æquissimo integerrimo. Gregorius Rodriguez Coello, D. C.

ANTIQVO *Iam more inualuit (per Illustris vir) consuetudo, apud eos, qui scripta sua in coram euulgant, Mæcenatem adire eligendum, qui authoritate, & magnitudine, ea vindicent ab iniuria maledicorum, & eis, sic valide assertis afferant lucem, concilient honorem. Cum igitur ego nuper in lucis vsuram dare cogitauerim opera celebratissimi Iurisconsulti Parladorij, nullus alius eligendus Mæcenas occurrit, cui potiori iure, ea committerem, & dicarem, quam tibi, in quo vno tot splendent authoritatis, & magnitudinis animi insignia, tot incurrunt nobilitatis stemmata, & tot literarum exundant honores. Hæc omnia testata prodant, tum Collegium Maius Chonchense, apud Salmantinos egregia laude conspicuum, cuius toga, non tam incessisti decorus, quam eam præclare decorasti, tum literarum exercitia, & ingenij tui illustria monumenta, quæ in illa famigeratissima extant Academia, tum etiam Regij Senatus Nauarræ, Granatensis, Vallisoletanus, apud quos in administranda iustitia, æqui, boniq; rerum æstimatores, tuam admirati sunt, & seueritatem, dum arces, & compescit deflexa, & suauitatem, dum ius dicis iustissimum. Maiorum tuorum, quem fugiunt stemmata clarissima, & antiqua famosa, & fumosa domus de Alarcon, quàm Castellæ Reges magnis cumularunt honoribus, propter egregia facinora vetusti, & perillustris viri Didaci de Zauallos, Regni Castellæ almiralij, tempore Ferdinandi Regis Castellæ IIII. qui strenue deuictis hostibus, & oppido de Alarcon, parto, & Coronæ Regiæ addito, antiquum nobilitatis agnomen inde Alarcon commutauit, à quo stipite protensi semper virentes rami progeniti, in quam viri clarissimi vniuersam nostram Hispaniam, varijs facinoribus illustrarunt. Ea igitur omnia, & plura, quæ silentio inuoluo, impulerunt animum, vt te, maxime vir, Patronum deligerem, à quo authoritatem, & honorem consciscerem, cense animum, qui maximus, non opus, quod minimum, hac ingenuitas, hæc & comitas est magnorum. Viue, & fælix.* Vale.

Elenchus

Elenchus capitum, quæ hoc primo rerum quotidianarum libro continentur.

PROOEMIVM.

DE Vſucapionibus,& temporalibus præſcriptionibus, ad interpretationem. l. 6. titu. 15. lib. 4. Compil. Ordinamentique noui, cap. 1. pagina. 1.

Quid aduocatis in ſuſcipiendis cauſis ſpectandum ſit,cap. 2. pag. 24.

Annuo redditu vendito,quonam in loco vectigal,ſeù(vt vulgò dicitur)*alcauala*,ſolui debeat. Et in ſumma tota vectigalium materia, ad noſtrarum Regiarum legum interpretationem, copioſa quadam breuitate perſtringitur,cap. 3. pag. 28.

Quid inter dominium,& proprietatem interſit,cap. 4. pag. 57.

An petitio hæreditatis detur aduerſus titulo poſſidentem,cap. 5, pag. 58.

Vtrum is,qui aliquid faciendum promiſit,ſit cogendus præciſe, vt faciat, vel an potius præſtando id,quod intereſt,liberetur. Indiuiduorum quoque ratio,tum nouè,tum acutè,& breuiter exponitur,cap. 6. pag. 59,

An vnici filij pater poſsit facere prælegatum,ſeù(vt vulgo loquuntur) melioratione bonorum ſuorum in fauorem diſcendentium,c. 7 pag. 65.

Quemadmodum is, qui habita fide pretij vendidit, ſibi proſpicere poſsit aduerſus cæteros emptoris creditores,cap. 8. pag. 68.

Poſſeſsio quare momentanea dicatur:& an ſit vna,an duplex,c. 9. pag 69.

Notantur aliquot partim iudicum, partim aduocatorum, circa poſſeſsionem lapſus, cap. 10. pag. 73.

Quemadmodum lex Falcidia, & Senatuſconſultum Trebellianum, hodiè locum habeant,& cum legibus Regijs conueniant,cap. 11. pag. 76.

Minore matrimoniū cōtrahente,an curatoris finiatur officiū,c. 12. pag. 77.

Ferire pactum,cur ita dicatur,ad interprecationem text. in l. 1. ff. de cenſib. cap. 13. pag. 79.

Litis conteſtatio quare,ita dicatur,cap. 14. pag. 79.

Seruitus altius tollendi,cur ita appelletur,cap. 15. pag. 80.

Cautio,qua poſsit clericus vti in filia ſpuria dotanda,cap. 16. pag. 81.

De pœna palinodiæ cauendi,ad l. 2. tit. 15. lib. 9. Compil. cap. 17. pag. 82.

Quemadmodum legata diſtribuenda ſint, quando teſtator vltra tertiam, & quintam bonorum partem legauit,cap. 18. pag. 86.

Filius,qui patris rem geſsit,vtrum patre defuncto mercedem petere poſsit. cap. 19. pag. 87.

An pro reo,qui criminis cauſa abſens eſt,procurator,defenſorve, ſeù excutor admittatur,cap. 20. pag. 88.

Læſæ maieſtatis rei ædes quare aratro exarentur, ſaleque deinde aſpergantur,cap. 21. pag. 90.

INDEX LIBRI PRIMI RERVM QVOTIDIANARVM.

ABSENTES, olim, in re criminali non condenabantur, sed eorum bona annotabantur, pa.88. nu.2.

Absentes rei, hodie damnantur, ibidem, num.3.

Actiones, aliæ temporales sunt, aliæ perpetuæ, pag.5.num.17.

Actiones temporales ipso iure, lapso tempore, finiuntur, pag.5.num.18.

Actiones perpetuæ ipso iure, non tolluntur lapsu temporis, sed ope exceptionis, ibid.nu.19.

Actionum temporalium, nisi toto postremo die completo, obligatio non finitur, inibi, nu.20.

Actio confessoria, & negatoria pro vsufructu cõpetens, longi temporis excluditur præscriptione, pag.9.num.4.

Actiones reales decem, vel viginti annorũ præscriptione repelluntur, pag.16.num.2.

Actio in rem scripta, decẽ, vel viginti annorum præscriptione repelletur, pag.16.num.3.

Actiones personales veteri iure triginta, vel quadraginta annorum præscriptione excluduntur, ibid.num.4.

Actio mista triginta annorum exploditur præscriptione, inibi, nu.5.

Actio personalis hodie iure regio viginti annis præscribitur, pag.18.num.1.

Actio personalis, & res iudicata viginti annis iure regio præscribuntur, pag.21.num.1.

Actio personalis tripliciter considerari potest, aut antea quã in iudiciũ fuerit deducta, aut lite pendeat, aut demum lite iam re iudicata finita, pag.ibid.num.2.

Actio personalis, etsi per se stet, ideſt, sine iure exequendi, viginti annis, non minore tempore, præscribitur, eodem loco.

Actio personalis, veluti mutui, commodati, depositi, legati, vel tutelæ, non nisi 30. annis iure communi præscribitur, nostrati verò iure regio viginti, pag.23.num.6.

Actiones reales præscribuntur, vt antea: neque legis regiæ decisio, ad eas pertinet, ibid.nu.7.

Actiones mistæ 30. annis præscribuntur, pag.23. num.1.

Actiones mistæ sunt actionis familiæ herciscundæ communi diuidundo, & finium regundorum, pag.23.num.2.

Actiones in rem illic sunt, vbi sunt res, ad quas persequendas competunt, pag.56.num.21.

Actio, & res ad quam competunt diuersa sunt, pag.39.num.22.

Actio oritur ex stipulatione de permutando iure communi, etiam re non tradita, ac item hodie nudo pacto, pag.45.num.30.

Actio de dolo, & quod metus causa restitutionis in integrum genus quodam sunt, rem que in pristinum statuum restituunt, pag.48.nu.12.

Actiones confessoria, & negatoria, quibus verbis concipiantur pag.81.num.4.

Actor olim prius suam probabat intentionem, deinde reus suas probabat exceptiones, pag. 80.num.4.& 5.

Agens possessorio cautê aget si suspendat petitorium, ac testetur, vt super possessorio tamẽ agatur, pag.76.num.28.

Accursius longè aberrat in intellectu legis foramen de serui. vrb. præd. pag.11.num.17.

Accursij, cæterorumque lapsus, dicentium ferire pactum dici à percussione palmarum, pag. 79.num.1.

Aduocatus qui sibi conscius impiæ liti patrocinatus fuerit mortale peccat peccatum, restitutionique se alligat, pag.25.num.1.

Aduocatus, si per imprudentiam, iurisue ignorantiam improbæ liti auxilietur peccet nè, & ad restitutionem teneatur in ibi, num.2.

Aduocato, nullam excusationem præstat ignorãtia quæ ex lata culpa prouenit, quin peccet, & ad restitutionem teneatur, pag.25.num.3.

Aduocatus ex leui, vel leuissima culpa excusatur, ibid.num.4.

Aduocatus, tum latæ culpæ damnandus est, vt peccet, & restitutionis teneatur cum ignoraret id quod omnes, seu plerosque aduocatos non falleret, pag.29.num.11.

Aduocatus, cum propter causæ difficultatem, vel propter Doctorum varias opiniones, anceps est an peccet, & ad restitutionem teneatur, ibid.num.12.

Aduocatus potest, sine peccato, suffragari iudicio possessorio, si clyentulus in causa possessionis ius habeat, in proprietatis non habeat, ibi.num.15.

Aduocatus, legis non hominis conscientiam debet habere, ibidem, num.16.

Aduocatus qui iustæ liti patrocinatur potest salua conscientia, dolo, astareque aduersarium circumcribere, eodem loci, num.17.

INDEX.

Aduocato qui iniuſtas lites execratus multa commoda manent non ſolum quantum ad cœleſtem patriam, ſed etiam quantum ad hanc mortalem,& caducam vitam,ibid. numero 18.

Aduocatus qui legitimè munus ſuum obierit plus meretur aduerſus Deum,quam ſacri verbi concionatores ſecundum multorum opinionem,in ibi,num.20.

Aduocatus qui iuſtis ſtudet litibus facilius famã & diuitias naſcicitur, quam eum qui omnes promiſcue cauſas, ſiue bonas,ſiue malas amplexetur,pag.27.num.21.

Aduocatus cognita inter litigandum cauſa iniuſtitiæ,abſtinere debet ab aduocatione, & clientulum ad tranſigendum cohortare, pag. 27.num.23.

Aduocati qua potiſsimum cautione vti debeam ne errare fallique poſſent,ibid.num.24.

Aduocatus qui errare noluerit debet à principio omnem lapidem mouere ad eruendam veritatem,ibid.

Aduocatus propoſitis ante oculos, quæ cauſæ profint noceantve iudicis induat perſonam fingatque apud ſe cauſam agi,& quod ipſum mouiſſet id ipſum quoque iudicem moturum putet,& ſic raro eum fallet euentus,aut culpa iudicis erit,pag.28.num.25.

Aduocati non minus peccatum eſt in iuſtam litem ſuſcipere quam iuſtam delere, ibidem num.26.

Aduocatus in allegationibus iuris breuitate magis,quàm longa oratione vti debet,pagin.28. num.27.

Aduocatus iuſtæ liti patrocinando non peccat, nec ad reſtitutionem tenetur ſi plus honorarij nomine accipiat, quam lege ſit definitum dummodo dolus abſit, ac ſecundum litis, ac ſuæ peritiæ qualitatem modum non excedat, in ibi,num.28.

Alciati lapſus dicentis præſcriptionem temporis eſſe exceptionem ex vſucapione proficiſcentem notatur,pag.4.num.11.

Alienigenas,an legis regiæ deciſio comprehendat,pag.23.num.5.

Altius, & vſque ad cælum ædes ſuas tollere cuique permiſſum eſt pagina 80. numero 1.

Altius tollere eatenus cuique ius eſt quatenus efficiat ne vicini ædes valde nimis propalentur ſuperiore loco, pag.81. num.9.

Aleuoſi conuitium ad palinodiæ parum ſpectat, pag.84.num.16.

Alcaualæ tributum latine appellatur vectigal, apud nos,apud exteros verò gabella, pagin. 29.num.1.

Alcaualæ munus primum originem traxit à Rege Alphonſo eius nominis vndecimo,pagin. 30.num.15.

Alcaualæ tributum ſolum conceſſum eſt Regi Alphõſo tantiſperdum ducarit bellum, quod cum Mauris Numidiſque gerebat, pagin.31. num.18.

Alcaualæ munus cum voluntarium habuerit principium poſtea vſu moribuſque in aſsiduam tribus exactionem incidit, in ibi, numero 19.

Alcaualæ nomen vnde originem traxerit, loco citato,num.20.

Alcaualæ vulgaris etymologia exploditur, illic numer.21.

Alcaualæ nomen à Iudæis traxit originem, ibidem,num.22.

Alcaualæ munus non poteſt, ſine peccato fraudari,pag.31.num.28.

Alcaualæ exemptio nulla temporis præſcriptione immemoriali quidem acquiri poteſt, pag. 32.num.34.

Alcaualæ tributum non debetur ex omnibus contractibus,ſed ex conditione, & permutatione tantum,pag.38.num.1.

Æſtimatio facit emptionem,pag.50.num.2.

Æs alienum certi loci non eſt,ſed vniuerſarum facultatem,pag.55.num.6.

Æquitati contra rigorem plurima opitulari ſolent,pag.67.num.22.

Almoxarifazgo Arabicum nomen eſt, & quid eius nomine dependi ſoleat,pagina 30. numero 17.

Animæ ſalute,quod relinquitur ad diuinum numen, & miniſterium ſpectat,pagina 35. numero 16.

Animali redhibito indemnis emptor diſcedere debet,pag.47.num.2.

Antapocha eſt ſcriptura cautionis, quam debitor dat creditori in qua confitetur ſe annum debitum debere,pag.19.num.11.

Annui redditus propriè mobilium,vel immobiliam appellatione non continentur, ſed tertiam conſtituuntſpeciem,pagina 55. numero 2.

Annuus redditus,quando neceſſe eſt ad alteram ſpeciem reddigi omnino inter immobilia cõputarur,pag.56.num.12.

Annuis redditus illic ſtare videntur vbi ſunt bona ſuper quibus conſtituti ſunt, ibidem, numero 13.

Annus redditus cum fundo imponitur non tantum hypothecaria actio conſtituitur, ſed etiã ius quoddam reale prædio ipſi vſusfructus inſtar imponitur,pag.56.num.16.

Annuus redditus ineſt prædio, tanquam accidens in ſubiecto,loco proximo,num.20.

Annuis redditus ſuper perſonam tantum conſli

tui

tui non potest, in ibi, num. 22.
Aquæ alicubi venalis est veluti Aphricæ Rauennæ, pag. 39. num. 12.
Aqua apud nos venalis non est, & pro inde ex ea vectigal non debetur, illic.
Aquæ, & niuis non eadem est vsia, pa. 39. n. 13.
Aquæ ductus seruitus quare sit indiuidua vsus fructus autē diuidua ratio noua, & elegans, pag. 62. num. 5.
Argumentum à contrario sensu vim non habet ad alterius iuris correctionem, pag. 64. num. 3.
Artifices ex venditione operum, quæ in suis fiunt officinis ant pergulis vectigal soluere tenentur, pag. 38. num. 6.
Artificum plerique personalium munerum excusationem habent, ibid. num. 8.
Authentica, nisi tricenale, C. de bonis maternis declaratur, pag. 15. num. 7.

B.

BAldus iurisperitorum Philosophaster, pag. 63. num. 14.
Bibliæ sacræ locus affertur, pag. 90. nu. 6.
Beneficium regium datum patri, qui vnicum filium habeat ad faciendum maioratum, an alijs filijs postea natis reuocetur, pag. 68. numero 29.
Bonorum specialiter obligatorum prius est habenda ratio, quam eorum, quæ generaliter hypothecæ data sunt, pag. 57. num. 26.
Boni viri appellationem, quam male hominū vulgus vsurpet, pag. 84. num. 9.

C.

CAusa quælibet honesta delinquendi pœnam extenuat, pag. 85. num. 37.
Causam dicere pertinet ad reum causam agere ad actorem, pag. 88. in margine.
Causa naturali, quod fit etsi assidue nō fit perpetuam tamen causam labore dicitur, non idem, quod manu hominis fit, pag. 2. nu. 15.
Causa naturalis non accidentalis spectanda est, pag. 12. num. 28.
Cantabri (qui vulgo Vizcaini dicuntur) Gentile retinuere idioma, quod proprium Hispaniarum esse creditur, pag. 31. num. 26.
Casus omissus definiendus est ex dispositione iuris communis, pag. 55. num. 3.
Calor iracundiæ in causa est, vt pœnæ extenuitur, pag. 85. num. 39.
Cautio per quam apertè legi fraus fit non est admittenda, pag. 82. num. 8.
Cautio vera per quam clerici, vltra quintam partem filiam spuriam dotare valeant, ibi tom. 1.
dem, num. 9.
Cautela latinum nomen est, pagina 69. in margine.
Cautela verissima iuxtaue planissima à iuris consultis data, & nouissimè ab autore edocta, qua venditor in re vendita cæteris creditoribus præferatur, ibid. num. 3.
Cautela altera qua venditori aduersus empto ris creditores consulitur, illic num. 7.
Cæcus à vectigalis munere non excusatur, pagin. 35. num. 26.
Capitulum, 1. de testam. elucidatur, pag. 82. numero 3.
Capitulum licet de censibus defenditur ab Antiboli petulantia, pag. 35. num. 28.
Clerici negotiatiores immunitatis perdunt priuilegia, pag. 33. num. 4.
Clericis omnis est iure prohibita negotiatio, quæ modo lucri causa, & cupiditate fiat, pagin. 34. num. 6.
Clericus si tempore messis, vel vindemiæ non necessitate, sed cupiditate ductus frumentum comparet, aut vinum, vt postea carius vendat turpe facit lucrū, & vectigali erit ob noxius, in ibi, num. 7.
Clericus ob necessitatem honesto artificio lo dans operam immunitatem non amittit, ibi dem, num. 8.
Clericus, qui vnum, aut alterum equinum pullum emerit, vt cicuratum postea vendat vectigalis, non damnabimus, pagin. 34. num. 9.
Clericus prædia conducens, at vectigali fit ob noxius, illic, num. 10.
Clerici vectigales vellas Ecclesiæ (quas tenen tias appellant) ad vitam conducentes vecti gali obnoxij non erunt, eodem loco numero 11.
Clericus exercens negotiationem iure, sibi per missam suam nequaquam amittit immunitatem, ibid. num. 12.
Clericus an immunitate gaudere debeat cognitio ad Ecclesiasticum iudicem spectat, ibi dem.
Clerico retrahente rem familiarem vectigal soluere debet, cum emptor ex pacto soluit, illic, num. 13.
Clericus qui beneficij sui redditus locauit, an teneatur conductori decimam soluere, pag. 36. num. 38.
Clericus filiæ suæ spuriæ vltra quintā bonorū partem dotare non potest, pag. 81. nu. 1.
Clericus genero dotare quidquid velit potest, pag. 81. num. 2.
Clericus ne potibus suis liberè, quidquid velit relinquere potest, pagina, 82. numero 10.

INDEX.

Clericos palinodiæ pœna non complectitur, pag.85.num,31.

Clerici perinde,ac nobiles,ignominiosis pœnis plectendi non sunt, pagina 85. numero 32.

Couarruuias laudatur,pag. 2.num.7.

Clausula generalis non minus solet effectus habere, quam specialis,pagina 35. numero 18.

Clausula de non alienando, an habeat effectum adiecta hypotheca generali, pagina 57.num.27.

Citationis omissio non nocet dationi possessionis,quod contradictor si citatus fuisset non posset impedire missionem, pagin.76. num.32.

Census extinguitur extinctis bonis super quibus constitutus fuit, pagina 56. numero 22.

Conditio indebiti personalis est actio,& idcirco nō nisi,30 annorum præscriptione tollitur,pag.14.num.4.

Confessioni quæ cum aliqua adiectione facta est,credendum est,quando præsumptio iuris facit pro confitente, pagina 21. numero 13.

Confessio in qua confitetur quis pecunias mutuo accepisse,sed eas exoluisse ait,tanquam non clara,executionem non meretur, illic num.14.

Contractus permutationis est,cum datur species certa pro certa,puta vinea, perdomo, pag.42.num.2.

Contractus innominatus est,cū datur species incerta pro incerta, vel certa pro incerta, ibidem.

Contractus in quo genus pro genere datur,an sit mutuum,an permutatio,an contractus innominatus, illic num.3.

Contractus quis dicatur, cum datur genus pro specie,pag.43.num.4.

Contractuum nominatorum, & innominatorum,etiam nostrati regio iure durat differentia,eodem loco,num.5.

Contractus innominati comprehenduntur, sub vulgari illo verbo,trueque,ibidem, numero 6.

Contractus innominatus dicitur non venditio,si quis certo pretio rem dare promisit, pag.43.num.9.

Contractus venditionis non ad dandum, sed ad tradendum obligat,in ibi,num.10.

Contractus innominatus dicitur nō mutuum, cum in præsentiarum genus pro genere datur,eodem loco,num.12.

Contractus naturam, verba partium non immutant,pag.44.num.21.

Contractu ex interuallo dissoluto,plurimum interest,an resolutio fiat ex pacto ab initio contractui adiecto, an non,pagina 46. numero 3.

Contractibus innominatis non aliter pœnitere fas est alteri ex contrahentibus, quam si alterum omnis damni præstet immunem, pag.48.num.7.

Contrahentibus naturaliter se inuicem circumscribere,licet in pretio emptionis, & venditionis,loco superiore,num.9.

Contraxisse quisque eo loco videtur,vbi, vt solueret se obligauit,pag.55.num.7.

Collectarum executionem facere debet ille officialis,vbi sunt bona pro collectis affecta pag.56.num.15.

Conductores Ecclesiasticorum reddituum vectigalibus obnoxij sunt,pag.34.num.14.

Conductor secundus,an teneatur stare conuē tionibus,quas prior fecerat conductor vulgò,auenencias appellamus,pagina 54. numero 21.

Colonus ante fructus perceptos mercedem soluere non tenetur,pag.53.num.16.

Compensatio,etiam elapso decennio,aduersus executionem obijci potest, pag.21.numero 16.

Contra eum qui legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda,pagina 36.numero 33.

Contra stipulatorem,venditorem, locatorem que,interpretatio est facienda, quoniam in eorum fuit potestate legem dicere apertius, loco proximo,num.34.

Conuentio facta,cum artificibus,quemadmodum intelligi possit,an in venditionem,aut conductionem cadat, pagina 38. numero 10.

Conuentiones prioris condnctionis non durant valor tempus ipsius conductionis,pag. 54.num.23.

Conuentiones à sequestribus factæ,vulgò appellantur,fieles,sortiuntur idem eius, quod conuentiones factæ à conductoribus,loco superiore,num.24.

Conuitia,quinque ad palinodiam,non solum lex regia damnat,sed etiam cętera illis quinque similia,pag.84.num.12.

Conuitia similia illis quinque, quæ dicantur, ibidem,num.13.

Conuitia similia dicenda sunt, & Palinodiæ damnanda, quæ illis quinque,aut maiora, aut æqualia fuerint loco proximo, num.15.

Conuitium cornuti, aut meretricis, qui alteri dixerit,an audiendus sit probare, volens se verum dixisse,pag.85.num.34.

Conuitium duplicis faciei, nō damnatur Palinodiæ

nodiæ pœna, pag. 86. num. 40.
Creditor necessariò tenetur cedere actionibus in fideiussorem, alioqui cedendarum repelli tur exceptione, pag. 40. num. 30.
Creditoribus in licitandis bonis debitoris, quà tuor remedia dantur, sed inter hæc illud est magis vtile, vt illis bona addicantur, pag. 40. num. 38.
Comparatiuum propositiuo, non raro in iure ponitur, pag. 66. num. 13.
Culpa lata, non leuis, vel leuissima, quantum ad Dei iudicium attinet peccatum, & restitionem infert, pag. 25. num. 5.
Culpæ latæ finis est, non intelligere, quod om nes intelligunt, pag. 26. num. 9.
Cornutus, vnde dicatur, pag. 83. num. 6.
Consuetudine loquendi propria verbi significatio cedit, pag. 38. num. 4.
Curatoris officium per matrimonium contractum à minore, non desinit, pag. 77. numero 1.
Curator, non tenetur rationes reddere, nisi de mum officio finito, pag. 78. num. 3.
Curator, etsi sponte suas vellet minori rationes reddere, adhuc curæ oneribus periculisque obnoxius maneret, ibid. num. 4.
Cucurbitæ appellatione cornutus significari solet, pag. 83. num. 5.
Cuculi appellatione cur cornutus significetur, illic, num. 7.
Curucæ appellatione cornutus siguificari solet, ibidem.
Curuca, quod auis genus sit, pagina 84. numero 8.
Curator, id postulante minore cogendus est, vt ei iuxta rei pupillaris vires sumptus, & alimenta impartiatur, pag. 78. num. 12.

D.

DEfinitionis proprium est verbi substantiam demonstrare, pag. 3. num. 1.
Definitio impropria, nō comprehendit, pag. 72. num. 18.
Defensor, procurator, seu excusator, an admittatur pro reo, qui criminis causa absens est, pag. 86. num. 1.
Defensor admittendus est pro reo absente, pagin. 89. num. 8.
Defensor admitti debet in omnibus rebus capitalibus in quibus aduersus absentes proceditur, pag. 89. num. 10.
Defensor, quam obrem magis admittatur, quam procurator ratio redditur, pag. 89. num. 12.
Debiti appellatio ad actiones personales respicit, pag. 23. num. 3.
Defensor pro reo absente, non tenetur satisdare de iudicio sistendo, vel iudicato soluendo, pag. 89. num. 13.
Defensor, non admittitur in causis sodalitatum, quas dè la hermandad appellamus, illic, num. 14.
Defunctus, cum in legando modum excesit supputandus est excessus, qui tertiam, & quintam hæreditatis partem excurrit, & quantum fuerit excessus tantum pro rata, cuique legato detrahendum erit, pag. 87. num. 1.
Defunctus, si nec filios, nec parentes reliquit in legatis præstandis seruandus, est ordo traditus, in §. fin. inst. de lege falcidia, in ibi, numero 5.
Dies inceptus habetur, pro completo in vsucapionibus, pag. 5. num. 21.
Diuersa, quæ non sunt diuersis nominibus nō appellantur, pag. 1. num. 3.
Diuersum est locum diuidi, aut factum diuidi, pag. 62. num. 10.
Disputando nimis res alioqui aperta abscuratur, pag. 38. num. 5.
Disputando nimis veritas amitti solet, pag. 64. num. 14.
Diplomate vti quid sit, pag. 64. in margine.
Dictio, quasi sicuti in quasi possessione improprietatem significat, quantum ad res in corporales, ita dictio naturalis, quantum ad res corporales improprietatem significat, pag. 73. num. 25.
Dolus cum dedit causam contractui contractus est nullus, pag. 48. num. 13.
Dominij appellatione legitimum, seu directū intelligitur, pag. 6. num. 2.
Dominium quot modis accipiatur breuiter traditur ex Varrone, eodem loco, num. 3.
Dominium vtile numquam, apud iurisconsultos legitur, ibid. num. 8.
Dominium, semota vsucaptione, probari non potest, pag. 7. num. 2.
Dominium rerum naturali possessione, seu prima apprehensione cæpit, pag. 7. numero 3.
Dominia si incerta essent multa incommoda rem publicam lacesserent, pag. 7. num. 4.
Dominium rerum in quibus annuus redditus assignatur, non transit in emptorem, sed hypotheca tantum constituitur, pag. 55. numero 4.
Dominium, & proprietas, quid distent, pag. 57. num. 1.
Dominium dicitur, cum vsufructu, proprietas vero vsufructu abscedente, pag. 57. num. 2.
Dominium est ius de re corporali perfectè dis ponen-

ponendi, pag. 57. num. 3.
Doti fauēdum est indubijs quæstionibus, pag. 50. num. 7.
Duo remedia possessoria licēt simul cumulari non possent conditionaliter tamen cumulari possunt, pag. 75. num. 25.

E.

EA quæ in eam causam venire à qua incipere, non potuerunt pro non scriptis habentur, pag. 67. num. 18.
Ecclesijs priuilegia concessa, & pijs quoque locis concessa esse intelligendum est, pag. 35. num. 17.
Emptor quidquid soluit pro precio habēdum est, pag. 52. num. 9.
Emptio in re propria non cadit, pag. 41. nu. 53.
Emptio, & venditio cōtrahitur, cum quis precium pro fructibus dedit, & cura, & cultura opus non habet: at si cura, & cultura opus habeat locatio contrahitur, & conductio, pag. 44. num. 20.
Etymologiæ argumentum, non omnino perpetuum est, pag. 66. num. 14.
Etymologia verborum plerumque fallax est fideli, nisi fundamento nitatur, pag. 80. numer. 2.
Etymologia tradita à Festo Pompeio, & Tyraquello, de litis contestatione exploditur, pag. 80. num. 2.
Etymologia vera quamobrem litis contestatio dicatur loco proximo, num. 6.
Emphiteosi data pro pecunia inspiciendum est vtrum pensio excellat, an pecunia, vt sciamus, an sit contractus venditionis, an emphiteoseos, pag. 40. num. 32.
Essentiæ verbum Plautinum est, pag. 12. n. 30.
Exceptionis non debet iudex rationem habere quando actio ipso iure non tollitur, sed ope exceptionis, nisi à reo proposita fuerit exceptio, pag. 5. num. 16.
Exceptio firmat regulam in contrarium, pag. 38. num. 7.
Exequendi ius, quod ad ius antiquum attinet, non nisi triginta annorum præscriptione tollitur, pag. 17. num. 12.
Exequendi ius ex actione personali competēs decennij præscriptione tollitur, pag. 18. num. 3.
Exequendi ius præscribitur decennio etiam aduersus Ecclesiam loco superio, num. 4.
Exequendi ius competens, ex contractu pro annuis redditibus decennij præscriptione tollitur, pag. 18. num. 5.
Exequendi ius competens exactione reali adhuc durat triginta annis, pag. 20. nu. 10.
Executio, an locum habeat debitore debitum post decennium in iure confitente, pag. 20. num. 11.
Executionem petere possunt minores ætate elapso decennio præscriptionemq; aduersus se obiectam replicatione refellere, pag. 21. num. 16.
Executio locum habet pro reliquo quando pars debiti intra decēnium soluta fuit, pag. 21. num. 18.
Exequendi ius si fuerit in iudicium deductum per citationem, vel executoris missionē perpetuatur, in alios decem annos, sin autem fuerit in iudicium deductum per litis contestationem perpetuatur in quadraginta annos in ibi, num. 19.
Exequendi ius præscribitur decem annis lite finita, actio vero personalis, & ius exequendi simul præscribuntur viginti annis, siue spectemus actionem primeuam, siue eam, quæ ex re iudicata procedit, pag. 22. n. 10.
Exequendi ius etiam in causis nobilitatis decem annis præscribitur secundum Otaloram, pag. 22. num. 13.
Executio potest peti, ex instrumento guarentigio re perempta pro vera facti æstimatione, pag. 64. num. 13.
Executio habet locum aduersus tertium possessorem ex instrumento guarentigio, in quo est hypotheca specialis, cum clausula de non alienando, pag. 76. num. 29.
Excusator, quid à procuratore, seu defensore distet, pag. 88. num. 1.
Excusator, qui absentiæ causas proponet in criminalibus admittitur, ibidem, pag. nu. 5.
Excusatoris in criminalibus, quæ sit vtilitas, pag. 89. nu. 6.

F.

FActi promissor, an sit præcise cogendus ad faciendum, vel an præstando, id quod interest liberetur, pag. 60. num. 1.
Factum diuisionem non recipit illic, nu. 3.
Factum quare sit indiuiduum ratio vera, & noua, pag. 60. num. 4.
Factum secundum naturam diuisionem non recipit, ibidem. num. 5.
Factum indiuiduum esse exemplis demonstratur eodem loco, num. 6.
Factum neque antequam fiat, nec quando fit, nec postquam factum est in rerum natura est, ibidem, num. 7.
Factum quare secūdum naturam indiuiduum sit ostenditur, ex extrauaganti Ioannis. 22. illic, num. 8.
Factum secundum naturam indiuiduum esse estendi-

ostenditur Aristotelis verbis, pag. 61. numer. 9.
Factum etiam à principio contrahendo, vel stipulando diuisionem, non recipit loco proximo, num. 9.
Factum numero, ideſt, in personis hæredum diuidi potest, pag. 63. num. 16.
Facti promissor etiam secundū iura regia, non est cogendus præcisè ad faciendum, sed præstando, id quod interest liberatur, pag. 63, num. 2.
Facti promissor, quod ad ius commune attinet non potest inuitus ad faciendum cogi secundum communem opinionem, pag. 63. num. 1.
Facere præcisè cogitur, qui ex re iudicata tenetur, pag. 64. num. 5.
Facere obligatus multis casibus cogendus est præcisè, vt faciat, ibid. num. 7.
Faciendi obligatione succedit post moram obligatio, non ad id, quod interest, sed ad veram facti æstimationem loco proximo, numer. 10.
Facere obligatus in contractu guarentigio præcisè compellendus est, vt faciat, pag. 64. num. 8.
Falsarij appellatio aduersus testem, vel notarium pro lata ad palinodiæ pœnam spectat, pag. 84. num. 18.
Filius hres institutus vltrà legitimam portionem iure naturæ, sibi debitam, an possit ex legati, seu fideicommissis quartam falcidiā, aut Trebelianicam deducere, pag. 77. nu. 4.
Filius hæres institutus, non potest iure regio ex legatis, vel fideicommissis quartam deducere, illic, num. 5.
Filius, qui patris rem gessit vtrum mercedem mortuo patre petere possit, pag. 87. capit. 19.
Filius, qui patris rem gessit non habet ius petendi salarium à cohæredibus, eodem loco, num. 1.
Filius, qui patri famulatus est non repetendi animo, sed pietatis, magis ratione fecisse videtur, in ibi, num. 2.
Filius non habet actionem ad repetēdam mercedem si matris, vel aui negotia gessit, ibidem, num. 3.
Filius gerens rem patris habet actionem ad repetendum, cum protestatus est se id repetendi animo facere, loco superiore, numero. 4.
Filius, qui patris rem gessit debet cæteris fratribus administrationis rationem reddere, eodem.
Fines diœcesum, vel parochiarum propter contentionem euitandam, non præscribuntur, pag. 24. num. 3.
Fines regnorum, & comitatuum similiumque dominationum propter confusionem euitandam non præscribuntur, illic, num. 4.
Fines diœcesum, ac regnorum, an immemoriali præscriptione acquirantur, ibidem, num. 5.
Finis quando habet necessariam consequentiam ad principium, non finis, sed principium est spectandum, pag. 40. nu. 29.
Fiscus quando ad vectigal teneatur, pag. 36. num. 32.
Fisco ius semel quæsitum nouâ conuentione partes tollere non possunt, pag. 46. numero. 6.
Fisco in ambiguis fauendum non est, sed contra eum est interpretatio facienda, pag. 40. num. 36.
Flumen est seruitus, quæ inter vrbanas seruitutes numeratur, pag. 11. num. 21.
Fons ad aquæductus seruitutē perpetuam causam habet, pag. 11. num. 18.
Fictio in statutis locum non habet, pag. 55. num. 8.
Fratres ægre ferunt fratrem, sibi in paterna hæreditate anteferri, pag. 66. num. 6.
Fraus non debet præsumi propter affinitatis coniunctionem, pag. 82. num. 7.
Fructus veniunt post litem contestatam in actionibus specialibus, in petitione autem hereditatis etiam ante litem contestatam veniunt, pag. 59. num. 12.
Fructibus augetur hereditas, illic, num. 13.
Fœdus pangere dicitur, quia more maiorum canticis, & musicis publica fœdera celebrari solebant, pag. 79. num. 4.
Furnum, torcular, & molendinum, quare indiuisa sint, pag. 61. num. 10.

G.

GAllia, Germania, Pannonia, multæque aliæ nationes loquendi idioma à Latino sermone mutuatæ sunt, pag. 31. nu. 24.
Gabella latine dicitur vectigal, pag. 29. num. 1. vide verbo, alcauala.

H.

HAbitatio diuisionem non recipit, pag. 62. num. 8.
Hispani sermonis idioma à Latina lingua originem traxit, idcircoque vulgo Romance appellatur, pag. 31. num. 23.
Hispanos, quis primum Latina linguâ loqui instituit fuit Sertorius Romanus, pag. 31. num. 25.

INDEX.

Hiſpanum ſermonem Maurorum, Iudęorumque nobiſcum promiſcuê commorantium vocabula nonnulla inuaſerunt, pag. 31. numero, 27.

Hypothecaria actio quanto tempore præſcribatur, pag. 17. num. 13.

Hypotheca quoties obligationi acceſsit debitum non tollitur, niſi triginta annorum præſcriptione, pag. 23. num. 5.

Hypothecaria actio ſicut, & aliæ actiones loco non circumſcribitur, pag. 55. num. 5.

Hæredem, qui ſe eſſe putat pro hærede dicitur poſsidere, pag. 17. num. 11.

Hæreditate vẽdita ſi in ea res aliquæ ſint, quæ aliàs immunitate fungantur nihilominus integra decima debetur, pag. 39. nu. 23.

Hæreditas nihil aliud eſt, quam ſucceſsio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, pag. 59. num. 6.

Hæredis loco habetur, qui hæreditatem quoquo titulo poſsidet, ibid. num. 9.

Hæreticos inter, & malos Chriſtianos permultum intereſt, pag. 84. num. 22.

Homo mortuus ſimpliciter, homo appellari non poteſt, pag. 72. num. 16.

Homo eſt animal rationale, nec ſub eius definitione homo mortuus comprehenditur loco proximo, num. 18.

Hoſpitalia Eremitæ: & ſodalitates, quas cofradias appellamus, an immunitate Eccleſiarum fungantur, pag. 35. num. 22.

I.

IGnoſcendum eſt ei, qui ſe voluit vlciſci prouocatus, pag. 85. num. 36.

Iudiciorum materia inter omnes ſubtiliſsima eſt, pag. 60. nu. 2.

In pœnis benigna eſt interpretatio facienda, pag. 86. num. 40.

Incorporales res traditionem, & vſucapionem non recipiunt, pag. 9. num. 2.

Intereſſe, ſeu id quod intereſt extra rem eſt, eſtque longè diuerſum ab ipſa facti vera æſtimatione, pag. 64. num. 11.

Inſtrumentum guarentigium, in quo factum promiſſum eſt, an pro eo, quod intereſt paratam executionem habet, pag. 64. numero. 9.

Inſtrumentum guarentigium, in quo factum eſt promiſsiuum paratam habet executionẽ pro vera facti æſtimatione eodem loco.

Iuriſconſulti mirum in modum Latinæ linguæ elegantia floruerunt, pag. 2. num. 6.

Iuriſconſultos viros conſtantiſsimos Doctoreſque ſcientiſsimos, non eſt putandum inania nobis, vel falſa præcepta tradere, pag. 72. num. 13.

Iuris inſtabilis eſt nimis, & lubrica conditio, pag. 18. num. 2.

Ius agendi ad ſupplementum etiam hodie nõ tollitur, niſi triginta annorum præſcriptione, pag. 23. num. 1.

Iuris ignorantia latæ culpæ annumeratur, pa. 25. num. 6.

Iuris diuini interpretatio ad Romanum ſpectat Pontificem, pag. 34. num. 5.

Ius impoſitum prædio pro annuo redditu tranſit aduerſus quemcumq; poſſeſſorem etiam ſingularem, pag. 56. num. 17.

Iudex cognita notoria violentia, poteſt vim repellere, vel rem ſequeſtro demandare, pag. 75. num. 12.

Iudices in violentia vindicanda ſocordes eſſe non debet, oportet enim ſub bono Principe in pace ſua re quiſque fruatur, pag. 75. num. 16.

Iudex poſt litis conteſtationem, non antea de iure principaliter cognoſcere incepit, pag. 97. num. 23.

Iudex in arbitrarijs, non nimis blandus eſſe debet, pag. 75. num. 19.

Iudex tenetur ex ſuo officio de rei innocentia inquirere vbicumque aduerſus abſentes proceditur, pag. 89. num. 11.

Impropria nouam ſpeciem non conſtituunt, pag. 73. num. 26.

Iniuria quinque verborum quando locum habeat latè expenditur, pag. 84. num. 15.

Interdicti, quod vulgo interim appellatur ordo praxiſque, pag. 75. num. 15.

Interdicto vndevi, an vti poſsidetis, vtrum commodius ſit experiri, ibidem, nu. 23.

In integrum reſtitutione petenda remedium reſcindens, & reciſſorium ſimul cumulari poſſunt, pag. 76. num. 27.

L.

LAcus, & ſtagnum quare perpetuam cauſam, non habeant ad ſeruitutem aquæductus, pag. 11. num. 22.

Lacus perpetuam habet aquam, quæ ſuos tamen terminos, non excedit, ibidem, numero. 25.

Lacui nauigij aquæ hauſtus, & pecoris ad aquam appulſus ſeruitus conſtitui poteſt, pag. 12. num. 29.

Laſſartis calumnia refellitur, pag. 51. numero. 15.

Laſſartis lapſus circa permutationis vectigal notatur, pag. 52. num. 6.

Laſſartis impugnatio exploditur, pag. 45. numero. 33.

Laudi-

Laudimium non debetur ab emphyteuta coacto vendere propter publicam vtilitatem, pag.39.num.17.
Laudimium soluēdum est domino feudi, vbi sunt bona illi obnoxia, pag.57.nu.25.
Legitimus in dubio, quis non esse presumitur, pag.82.num.6.
Legum correctioni indulgere non debemus, pag.15.num.4.
Leges debitum temporali præscriptione repellentes validæ sint, nec ne, pag. 17. numero.14.
Leges ciuiles debitum lapsu temporis excludentes in foro poli vim nullam habent, nisi bona fides adsit, ibidem, num.16.
Leges debitum lapsu temporis excludentes valent quantum ad ius exequendi, & si mala fides adsit, pag.18. num.19.
Legum debemus semper fugere correctionem pag.22.num.9.
Leges antiquæ circa hypothecæ præscriptionem loquentes non corriguntur per legem regiam aduersus nostrates, pag. 23. numero. 2.
Leges vectigales non odiosæ sunt, sed potius fauorabiles, pag.32.num.30.
Leges regiæ non statutorum, sed iuris communis naturam sortiuntur, in ibi, num.31.& pag.55.num.9.
Leges vectigales ad similes contractus protrahendæ non sunt, pag.41.num.45.
Leges ex æquo, & bono interpretationem recipere non est nouum, pag.53.nu.17.
Leges nostrates septem partiti iuris secundum ius commune interpretandæ sunt, pag.64. num.6.
Leges pluraliter loquentes procedunt etiam in vno, pag.67.num.21.
Lex quæ non disponendo, sed narrando loquitur legitimum, non præstat argumentum, pag.67.num.20.
Lex nulla est, aut fœdus, aut testamētum, quod infirmari, aut conuelli non possit, si ad verba rem deflectamus, consilium autem, & rationem eorum, qui scripserunt relinquamus, pag.67.num.23.
Legis mente iurisque ratione contempta ex verborum aucupijs in ius opiniones inducere summa iniuria est, pag.68.num.26.
Leges de naturali possessione loquentes semper accipiunt naturalem possessionem pro detentatione, pag.73. num.24.
Lex 1.tit.11.lib.5.Recopil. explanatur, pag.5. num.22.
Lex 7.tit.11.lib.5.Recopilat.explanatur, ibid. num. 23.
Lex finalis, tit.15.lib.4.Recopilat. elucidatur, ibidem, num.24.
Lex finalis, C.de edicto Diui Adrian. tollen. breuiter enarratur, pag.6.num.4. & pag.17. num.10.
Lex ab hostibus, C.de captiuis, & postlimin. reuersis explicatur, cum alijs non paucis noue, & acute, pag.7.num.6.
Lex moræ, C.de reivendicat.& aliæ multæ explicantur noue, pag.8.num.2.
Lex finalis, C.de longi temporis præscriptione apprime elucidatur, pag.10.num.3.
Lex 1.§.fin. ff.de aqua pluuia arcenda explicatur, ibid.num.5.
Lex siquis diuturno. ff.si serui.vendicet. vere, & noue explanatur, ibid. num.7.
Lex foramen. ff.de serui. vrba. præd. non minus verè, quam noue explicatur, ibid.num. 10.& pag.11.num.14.
Lex 1.§.loquitur.ff.de aqua quotidia.& æstiua elucidatur, pag. 12.num.27.
Lex hoc iure.§.aquæ ductus, ff.de aqua quotidiana, & æstiua, cum similibus luculenter explicatur, ibid.num.31.& pag.13.nu.35.
Lex seruitutes.ff.de seruitutibus, latè explanatur, pag.12.num.32.
Lex diutina,& lex neq; potentem, C.de prescriptione longi temporis à Doctoribus, nō satis intellectas ostenditur, pag. 14. numero. 3.
Lex vnica, C. de vsucapion. transformanda, tum noue, tum vere, & luculenter declaratur, pag.15.num.1.
Lex vnica, C.de vsucap.transf. locum,& tempus in vsucapionibus antea prefinita immutat cætera in sua vi, & potestate reliquit, pag.15.num.2.
Lex siquis emptionis, C.de præscriptionibus, 30. vel 40. annorum apprime declaratur, pag.15.num.6.
Lex 63, Tauri, quæ est hodie lex 5.tit.15.lib.4. Recopilat.tum copiosè, tum commode explicatur, pag.16.num.1.
Lex hæreditaris, C.de petitione hæreditat. & lex hæreditatem, C. in quibus causis cessat longi temporis præscriptio huc vsque ab interpretibus, non satis intellectæ vero sensui restituuntur, pag.16. num.8. & pag. 59. num.7.
Lex cum notissimi.§.fin. C.de præscript. 30. vel 40.annorum elucidatur, pag.19. numero. 7.
Lex non puto. ff.de iure fisci elucidatur, pag. 40.num.36.
Lex 9.tit.11.lib.6.Recopila.elucidatur, in ibi, num.37.
Lex 2.tit.17.lib.9.Recopilat. explanatur, pag. 43. num.8.

INDEX.

Lex finalis, C. de in integrum restitutione, commode explicatur, pag. 49. nu. 18.

Lex 35. tit. 18. lib. 9. Recopilat. commodissime explicatur, pag. 51. num. 12.

Lex 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. elucidatur, pag. 53. num. 11.

Lex 6. tit. 3. lib. 8. Recopil. luculenter explicatur, pag. 53. num. 12.

Lex 31. tit. 19. lib. 9. Recopil. declaratur, pag. 53 num. 16.

Lex 11. tit. 12. lib. 9. Recopilat. commode explicatur, pag. 54. num. 22.

Lex fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudicijsex, planatur pag. 56. num. 14.

Lex etiam, ff. de petit. hæreditat. enarratur, pag. 59. num. 8.

Lex 2. C. de petinion. hæred. nouæ, & subtiliter explanatur, pag. 59. num. 11.

Legis 5. tit. 27. part. 3. sensus aperitur, pag. 64. num. 4.

Lex 11. tit. 6. lib. 5. Recopilat. commendatur, pag. 67. num. 17.

Lex vtrum, ff. de assig. libertis, explanatur ibidem, num. 24,

Lex cum manu fata. §. fin. ff. de contrah. empt, elucidatur, pag. 69. num. 2.

Lex ea, quæ distracta. ff. de precario tanquam singularis, ab auctore commendatur, ibid. num. 5.

Lex 3. C. de pactis inter emptorem, & vendit. notabilis est eodem loco, num. 6.

Lex cum venderem, ff. locati, elucidatur loco superiore, num. 9.

Legis nemo, C. de acquir. possession. aperitur intellectus, pag. 73. num. 27.

Legis si quis in tantam, C. vndevi pœnæ, an in desuetudinem abierint. pag. 75. nu. 17.

Lex qui destinauit, ff. de reivend. commendatur, illic, num. 21.

Lex Falcidia, & Senatusconsultum Trebellianum, quam ob rem, tam raro hodie in vsu versentur, pag. 76. num. 1.

Lex Faltidia, & Senatusconsultum Trebellianum, perindè hodie, ac olim, vim suam habent extraneis hæredibus institutis, pag. 77. num. 6.

Lex Falcidia, & Senatusconsultum Trebellianum, hodie apud nos locum habere non possunt, liberis, aut parentibus institutis, eodem loco, num. 7.

Legis 6. tit. 17. part. 7. verus sensus aperitur, pag. 78. num. 5.

Lex curatorem, C. de interdicto matrimonio inter pupillum, & tutorem, explanatur, in ibi, num. 7.

Lex 3. tit. 17. part. 6. commendatur, pag. ibid. num. 3.

Lex 8. tit. 1. lib. 5. Recopilat. elucidatur, eodem loci, num. 9.

Lex 3. tit. 15. part. 2. explanatur, ibidem, numero. 10.

Lex finalis, tit. 32. part. 3. tanquam notabilis commendatur, pag. 81. num. 8.

Lex altius, C. de serui. explanatur, pag. 81. numero. 5.

Lex annalis, C. de his quibus, vt indignis commendatur, pag. 82. num. 4.

Lex 2. tit. 10. lib. 8. Recop. elucidatur, pag. 82. cap. 17.

Lex item apud labeonem. §. conuitium. ff. de iniurijs, commendatur, pag. 86. nu. 43.

Lex finalis, tit. 6. part. 7. commendatur, ibid. num. 44.

Lex siquis testamento. §. apud Iullianum. ff. de legatis, laudatur pag. 87. num. 2.

Lex 36. tit. 12. part. 5. commendatur, pag. 87. num. 3.

Lex 25. tit. 1. lib. 3. Recopil. elucidatur, pag. 89. num. 6.

Lex seruium, §. publice, ff. de pecu. commentur, ibid. num. 9.

Legata annua tot sunt, quot sunt anni quibus solui debent, & ideò tot nascũtur actiones, pag. 20. num. 8.

Legatis annuis præscriptio temporis, nocet tã tum pro annis præteritis, non pro futuris, pag. 20. num. 9.

Legata pia, etiam excessus, deductionem patiuntur, pag. 87. num. 3.

Legata quemadmodũ distribuenda sunt quando defunctus vltra tertiam, & quintam bonorum partem legauit, pag. 86. cap. 18.

Læsæ maiestatis rei ædes, quare aratro exarentur, & sale deindè aspengantur, pag. 90. capit. 21.

Libellus quemadmodum concipiendus sit agenti vndevi, vel vtiposidetis, pag. 75. num. 24.

Liberum cuique est, explorare, an sibi expediat consilium, pag. 48. num. 10.

Liberorum pronunciatio etiam in vno cadit, pag. 67. num. 19.

Litigatur, qui vim patitur, potest sibi cauere per interdictum illud, quod vulgô appellatur interim, pag. 75. num. 14.

Litis contestatio, cur ita dicatur, pag. 79. capit. 14.

Litis contestatio est lapis angularis, totiusque iudicij fundamentum, pag. 80. num. 1.

Litis ordo est, vt prius de fori præscriptionibus disceptetur, ibid. num. 4.

Litis contestationis definitio, ibidem, num. 7.

Lites improbæ multorum malorum seminarium sunt, pag. 26. num. 19.

Locatio, vt sit parum refert, an mercede per singulos annos constituatur, an semel repræsentata pecunia, pag.44.nu.16.
Lænæ conuitium ad Palinodię pœna spectat, pag.84.num.19.
Lenocinium facere, non minus est, quam corpore quæstum exercere, illic, num.20.

M.

MAgnates huius regni in vectigalibus locandis, si sibi non caueant tenebuntur suis conductoribus vectigal soluere, pag.36.num.36.
Magistratus officium indiuiduum est, pag.61. num.12.
Mauri, seu Mori sci appellatio, ac item Iudæi, an ad Palinodiæ pœnam spectet, pag.84. num.24.
Mauri appellatio ad quinque conuitia spectat ibidem, num.25.
Mali Christiani conuitium ad pœnam Palinodiæ, non spectat, pag.84.num.21.
Melius est modicum iusto super diuicias peccatorum multas, pag.27. num.22.
Melioratio vnico filio, an fieri valeat, pag.65. num.1.
Meliorandi verbum Latinum est, ibidem in margine.
Melioratio Latine præceptio, aut prælegatum dici potest, illic, num.1.
Melioratio quando valet potest ei pater quod cumque onus per fideicommissum iniunge re, pag.65.num.3.
Meliorationem quinti posse patrem facere vnico filio extante, consentiunt omnes, loco proximo, num.8.
Melioration is verbum non semper significat prælationem, pag.66.num.12.
Meliorati patri non licere citra alicuius iniuriam, quod pluribus filij extantibus facere potest à ratione alienum est, pag. 68. numero, 25.
Melioratio vnico filio facta, an alijs filijs postea natis reuocetur, ibidem, num.28.
Melioratio trientis, & quicuncis, præceptio, seu prælegatum est, non institutio, pag.77. num.3.
Missarum sacra solemnia indiuidua sunt, pag. 61.num.12.
Minores ætate etiam elapso decennio, executionem petere possunt, pag. 21. numero. 15.
Minor in integrum restitutus aduersus contractum etiam aduersus publicanum pro vectigali soluto restituetur, pag. 49. numero. 17.
Minores ideò curatores accipiunt, quia suis rebus superesse non possunt, pag.78. numero, 2.
Minor veniam ætatis à Principe impetrans, liberatur à curatoris potestate, pag. 79. numero, 14.
Minor si fratri tutori, vel vitrico famulatus est, mercedem petere potest, pag. 87. numero. 5.
Mobilia triennio vsucapiuntur, immobilia tempore præscriptionibus definito, pag.15. num.3.
Molendinum quare indiuiduum sit, pag. 61. num.10.
Momentum significat rem, quæ magnum pōdus, magnamque efficaciam in alteruntram partem habeat, pag.70.num.4.
Momentum in iudicijs est, articulus in quo plurimum momenti, ac ponderis vertitur ad victoriam in vtramuis partem, illic, numero, 5.
Morbi Gallici, seu potius Indici maledictum ad Palinodiæ pœnam, non spectat, pag. 84. num.23.
Mutuum est, si pro pecunia quæ mutuo data sit postea species consentiente creditore soluatur, pag.41.num.43.
Mutuum contrahitur, cum increditum imus recepturi in eodem genere, non statim, sed postea id quod mutuamus, pag. 43. numero. 13.
Mulier si fuerit nobilis, maritus verò plebeius, vel contra, maritus nobilis, vxor verò plebeia, mariti est spectanda conditio, pag.85. num.30.
Munus patrimoniale illic soluendum est, vbi extant bona, pag.57.num.24.

N.

NAuarri laus, pag. 4. num. 12.
Natura, quod impossibile est, non potest possibile fieri legis authoritate, pag.63.num.15.
Naturalia, quæ sunt, & immutabilia sunt, & idem vbique valent, loco superiore, numero. 13.
Necessitas præstat excusationem vectigalis, non soluendi, pag. 39.num.18.
Necessaria alienatio plerumque excusat, vbi voluntaria non excusaret, pag. 39. numero. 20.
Niue Baptismi Sacramentum celebrari non potest, pag.39. num. 15.
Nouicius, etsi cum effectu Religiosus non sit, pro Religioso tamen iure censetur, pag.35. num. 21.

Nihil æquè reipublicæ conuenit, quàm vt vim inferentes seuerè coerceantur, pag. 75. num. 20.

Nihil interest, quid ex æquipollentibus fiat, pag. 83. num. 4.

Nocentem aliquando, & nefarium impiumque defendere vult multitudo patitur consuetudo fert etiam humanitas, pag. 26. numero. 13.

Nobiles Palinodiæ pœna, non comprehendit etiam si nobilis aduersus nobilem conuitium dixerit, pag. 85. num. 26. & 27.

O.

OBligatio naturalis propriè non est naturalis, pag. 72. num. 14.

Obligatio quando iureiurando fuerit valata adhuc hodie, non nisi triginta, vt olim præscribitur, pag. 23. num. 2.

Officium iudicis nō præscribitur, nisi vt olim, nec legis regiæ decisio ad illud pertinet, pag. 23. num. 3.

Officium iudicis quanto tempore præscribatur, ibidem.

Opinio Couarruuias, & Pinelli circa dominium præscriptione adquirendum refellitur, pag. 6. num. 9.

Oportet sub bono Principe suaue quisque in pace fruatur, pag. 74. num. 8.

P.

PActum fiduciarium, seu de retrouendendo tametsi quod ad ius commune attinet 30. annorum præscriptione excludatur, at iure regio 20. annis præscribitur, pag. 22. num. 11.

Pactum de retrouendendo non est reale, sed personale, in ibi, num. 11.

Pactum de retrouendendo verbis directis factum, an habeat effectum legis commissoriæ, pag 46. num. 9.

Pactum ferire, vel percutere quare dicatur, pag. 79. num. 1.

Pactum ferire, vel percutere dicitur à veterrimo illo feriendi porci ritu, quo veteres publicis pactis conficiendis vtebantur, pag. 79. num. 2.

Pacti feriendi ritu in publicis tantum negotijs dicitur, in ibi, num. 3.

Pater pro filio dominus pro seruo indistincte admittuntur, pag. 89. num. 15.

Papa potest priuare Principatu Regem subditos protervè opprimentem, pag. 30. nu. 8.

Paradoxon, quid sit, pag. 71. in margine.

Petitio hæreditatis 30. annorum exploditur præscriptione, pag. 16. num. 6.

Petitio hæreditatis habet actionem personalem mistam cum reali, ibidem, num. 7.

Petitio hæreditatis, siue agatur aduersus possidentem pro hærede, vel possessore, vel alio titulo vniuersali non nisi 30. annorum præscriptione excluditur, pag. 16. num. 9.

Petitio hæreditatis, an detur aduersus titulo possidentem, pag. 58. num. 1.

Petitio hæreditatis datur aduersus titulo possidētem reiecta communi opinione eodem loci, num. 2.

Petitio hæreditatis datur aduersus eum, qui pro hærede, vel possessore possidet, ibidem, num. 3.

Petitio hæreditatis saltem vtilis datur aduersus eum, qui hæreditatem emit loco proximo, num. 4.

Petio hæreditatis non datur aduersus possidentem rem hæreditariam titulo singulari, sed aduersus eum, qui vniuersitatem, id est hereditatem titulo vniuersali possidet, pag. 59. num. 5.

Petio hæreditatis non datur aduersus eos, qui non vniuersitatem hoc est hæreditatem, sed rem hæreditariam titulo singulari possidet aduersus quos singularibus actionibus agendum est loco citato, num. 10.

Pœna Palinodiæ in quibus conuitijs locum habet, pag. 83. num. 2.

Pœna Palinodiæ, vt locum habeat nihil refert, an quis legis verbis, an alijs tantundem significantibus vsus fuerit, ibid. num. 3.

Pœna Palinodiæ, vt refellitur, non tam plena nobilitatis requiritur probatio, pag. 85. numero. 29.

Pœna Palinodiæ cessat, quando qui iniuriam intulit docuerit verum le dixisse, illic, numero. 33.

Pœna Palinodiæ cessat quando quis prius lacessitus aliquod ex quinque conuitijs retaliauerit, pag. 101. num. 35.

Pœna capitis plectendus non est, prius, vel verbo lacessitus iniuriantem eueftigio enecauit, pag. 85. num. 35.

Pœna Palinodiæ, an locum habeat quando conuitium in absentem prolatum fuerit, pag. 86. num. 41.

Perpetuus, & continuus, non idem sunt, pag. 10. num. 13.

Perpetuationis materia, non est sublata per legem regiam aduersus Antonius Gom. pag. 22. num. 7.

Persona dicentis in generali sermone regulariter comprehenditur, pag. 36. num. 35.

Permutatio non nisi rei interuentu perficitur, pag. 45. num. 28.

Præs-

LIBRI PRIMI.

Præscriptio temporalis est exceptio, quæ datur à iure propter lapsum temporis lege diffiniti, pag. 3. num. 3.

Præscriptionis verbum latè patere omnesquè exceptiones comprehendere, pag. 3. num. 4.

Præscriptio, quid ab exceptione distet, ibidem num. 5.

Præscriptionis, & exceptionis verbis iurisconsulti promiscuè vtuntur, pag. 3. num. 6.

Præscriptionis verbo iurisconsulti non simpliciter vtuntur, sed cum adiectione illa, temporis, vel temporalis, pag. 3. num. 7.

Præscriptionis temporalis diffinitio communiter à Doctoribus tradita explodituer, ibidem, num. 8.

Præscriptio temporalis exceptionem tantum parat actionem vero non parit, in ibi, numero. 10.

Præscriptionis verbo iuris interpretes, non satis congruetuntur, pag. 4. num. 14.

Præscriptionis temporalis, an iudex potest rationem habere etsi à reo obiecta non fuerit, pag. 5. num. 16.

Præscriptione temporis dominium vllum, nõ acquiritur, nec vtile, nec directum, pag. 6. num. 1.

Præscriptione temporis vtile dominium, non acquiri abundè asseritur aduersus communem, ibidem, fol. 6. num. 5.

Præscriptio temporis propter desidiam, & negligentiam dominorum introducta est, pag. 7. num. 5. §. 3.

Præscriptio aduersus eos, qui in integrum restitui possunt non procedit, pag. 7. numer. 2. §. 3.

Præscriptionem temporis, qui in integrũ restitui possunt replicatione repellunt, neque necesse habent rescissoria actione experiri eodem loco, num. 5.

Præscriptio temporis actioni opponitur, siue ea in rem sit, siue in personam, pag. 8. num. 4. §. 5.

Præscriptio per litis cõtestationem interrumpitur, pag. 8. num. 1. §. 6.

Præscriptio temporis etiam in rebus in corporalibus locum habet, pag. 9. num. 3.

Præscriptio temporis locum habet in seruitutibus, pag. 10. num. 2.

Præscriptioni temporis titulo opus, non est, sed bona fides sufficit, pag. 13. num. 1.

Præscriptionem, cum mala fide iura Pontificia non admittunt, pag. 17. num. 15. & 16.

Præscriptio temporis aduersus annuos redditus, an vim habeat, non solum pro præteritis annis, sed etiam pro futuris magna inter citramontanos, & vltramontanos si multa, seu dissensio. pag. 19. num. 6.

Præscriptio temporis prodest, sine dubio tertio possessori aduersus annuos redditus, illic, num. 8.

Præscribere debitores ne possint aduersus creditores cautio reeditur, pag. 19. num. 10.

Præscribi ne possit iuri exequendi cautiones multæ, in ibi, num. 12.

Præscriptio decennij exinde cedit, ex quo dies solutionis venerit, pag. 20. num. 1.

Præscriptioni decennij deducendum est tempus, quod hæredi debitoris ad deliberãdum datur loco superiore, num. 2.

Præscriptio decennij cessat quando ei renuntiatum fuerit, in ibi, num. 3.

Præscriptionibus temporalibus, an renuntiare re valeat, non mediocris est interscriptores dissensio, pag. 20. num. 4.

Præscriptio decenni cessat quando contractu lex adiecta fuerit, vt decimo quoque anno contractus renouatus sit, & renouatus esse intelligatur, ibidem, num. 5.

Præscriptio aduersus ius exequendi cessat quãdo instrumento adiectum fuerit, vt quocunque tempore petitum fuerit reus soluere teneatur, pag. 26. num. 6.

Præscriptio aduersus ius exequendi cessat in annuis legatis pro nouem annis proximis, pag. 20. num. 7.

Præscriptio per citationem interrumpitur, sed non perpetuatur actio, pag. 22. numero. 4.

Præscriptionis interruptio non fit per extraiudicialem interpellationem, pag. 22. numer. 5.

Præscriptio non solum interrumpitur, sed etiam perpetuatur actio in quadraginta annos, quando actio fuerit deducta in iudicium per litis contestationem, pag. 22. numer. 6.

Præscriptionis longè diuersa est ratio, an lis pendeat, vel finita sit, illic, num. 8.

Præscripta actione personali rectè fieri potest, vt hypothecaria actio duret, pag. 23. nu. 4.

Possessio magis propriè cadit in rebus soli, quam in rebus mobilibus, pag. 6. num. 7.

Possessio in seruitutibus nihil aliud est, quam ipsius seruitutis vsus, lib. 1. fol. 10. n. 12.

Possessio quare momentanea dicatur, & an sit vna, an duplex, pag. 69.

Possessio maximi ponderis, ac momenti res est aduersus communem, pag. 70. nu. 1.

Possessorem beatum esse tutum est vetustate prouerbium, pag. 70. num. 2.

Possessionem rem esse parui momenti falsum est, illic, num. 3.

Possessio ideò momentanea appellatur, & eius causa

causa momentum dicitur, quia maximi pōderis, & momenti res sit, pag. 71. num. 6.
Possessio, an sit vera, an duplex, eodem loco, num. 7.
Possessionis vnam tantum esse speciem putauit Azo, naturalem scilicet, in ibi, nu. 8.
Possessionis duplicem esse speciem tradit Ioānes, ciuilem, scilicet, & naturalem, & eius ab scriptoribus probata est magis opinio loco citato, num. 9.
Possessio verè vna tantum est ciuilis, scilicet, naturalis autem possessio, non vera est possessio, sed detentatio tantum, quę facto consistat non iure, pag. 71. num. 10.
Possidere naturaliter, quas personas Iurisconsulti tradunt easdem negant vllam possessionem habere, pag. 71. num. 11.
Possessionem naturalem habent colonus, inquilinus, vsufructuarius, & qui commodato depositio, vel precario acceperunt illic, num. 12.
Possessionem naturalem veram non esse possessionem, sed detentationem tantum, quæ facto non iure consistant multis ostenditur exemplis, pag. 73. num. 24.
Possessionis definitio, quasi possessionem nō comprehendit, pag. 72. num. 19.
Possessio naturalis quare ita dicatur, ibidem, num. 20.
Possessionis naturalis mentionem, cum Iurisconsulti faciunt nunquam vtuntur simpliciter verbo possessionis, sed cum adiectione naturalis, vel corporalis, ibidem, numer. 21.
Possessionem naturalem pro detentatione, & ipsi iuris interpretes nonnunquā accipiunt, loco citato, num. 22.
Possessionis iustæ, vel iniustæ qualitas diuersam speciem possessionis non efficit, pag. 73. num. 30.
Possessio non est danda, nisi citato ipsius rei possessore, pag. 74. num. 1.
Possidente venditore etiam eo non citato dari emptori possessio potest ex cōtractu guarentigio, pag. 74. num. 2.
Possessio data est nulla tertio possessore non citato, in ibi, num. 3.
Possessionem accipiens etiam autoritate iudicis, non citato possessore à crimine violentiæ, non excusatur loco superiore, numero 4.
Possessorem legitimum si quis turbet, non debet relaxari à carceribus, donec à vi desistat pag. 70. num. 9.
Possessoria remedia dantur prō annuo reddito, pag. 56. num. 19.
Possessor, cum timet à possessione deijci, iudicis potest flegitare auxilium, qui se à vi tueatur, in ibi, num. 20.
Primogenitus dicitur is qui etiam solus est, pagina, 66. num. 11.
Princeps cum vni præsidi rescribit per consequentiam omnibus rescripsisse videtur, pagina. 75. num. 13.
Principium cuiusque rei potissima pars est, pag. 1. num. 2.
Principalis non accessorij natura est spectanda, pag. 62. num. 7.
Priuilegiatus vtitur priuilegio suo aduersus pariter priuilegiatum quando idem priuilegium habens certat de damno vitando, pa. 85. num. 28.
Pignus vsucapione non tollitur, pag. 18. numero. 1.
Pignoratitia actio longè temporis præscriptione exploditur, ibidem, num. 2.
Pignoratitia actio dominio contraria non est, sed nudam tantum possessionem auocat, pag. 18. num. 3.
Probatio incumbit ei, qui dicit non ei qui negat, pag. 19. num. 8.
Proprietas, & dominium, quid distent, pag. 57. num. 1.
Proprietas est ius ab vsufructu seiunctum, ac separatum, ibid. num. 4.
Proprietas, & vsufructus sunt relatiuorum instar, in ibi, num. 5.
Proprietas plena dicitur, cum vsusfructus cū proprietate consolidatur loco superiore, num. 6.
Proditorem appellat, qui Galalonem alterum appellat, vel dicit, ego non sunt proditur, pag. 84. num. 10.
Proditoris, seù perduelis ædes quamobrem diruantur ratio redditur, pag. 90. num. 2.
Proditoris ædes quare atratro inducantur, ibidem, num. 3.
Proditoris ædes quare sale aspergantur, in ibi, num. 5.
Procurator, excusator, & defensor, quid differant, pag. 88. num. 1.
Procurator pro reo criminis absente non admittitur, pag. 88. num. 4.

Q.

QValitas non potest consistere, sine subiecto, pag. 65. num. 4.
Quinta pars bonorum filiis legata, nō computatur intra legitimam respectu extraneorum, pag. 66. num. 15.
Quæ à iure communi oxorbitant ad consequentiam trahenda non sunt, pag. 40. numero, 35.

Quæ facto non iure fiunt facto rescindere ius est, pag. 74. num. 6.

R.

RAtiones plures quando sunt in lege sufficit vnam locum habere, pag. 12. n. 34.
Ratio vbi est eadem, vel mayor idem ius est statuendum, pag. 66. num. 5.
Ratio, cum de veritate constat plus valere debet, quam vulgaris opinio, pag. 68. num. 27.
Ratio communis scribentium, quam tradunt, cur seruitus altius tollendi: ita dicatur ab authore refellitur veraque traditur, pag. 80. num. 2.
Reges Principes populique, qui se ab imperij potestate asseruerunt tributa indicendi ius habent, pag. 29. num. 3.
Reges maiorem habent potestatem in regno, quam Imperator in imperio, quia Rex trãsmittit regnum ad hæredes Imperator, non illic, num. 4.
Reges, vt noua vectigalia imponere possint necesse est, vt legitima causa, id suadente faciant, pag. 30. num. 5.
Regi, sine causa tributa imponere, non licet subditis tamen aduersus eum conspirare nõ licet, sed in finibus defensionis stare possunt, pag. 101. num. 7.
Rex potest magnates seuerius subditos tractantes priuare dominatione illic, num. 9.
Rex, an posset magnatum iurisdictiones ad se reuocare eodem loci, num. 10.
Regibus Hispaniarum licet, ex causa noua vectigalia imponere in ibi. num. 11.
Reges Hispaniarum imperio subiecti, non sunt, ibidem, num. 12.
Reges Hispaniarum vltro hanc, sibi imposuere legem, vt non aliter tributa imponere queant, quam regni procuratoribus, id approbantibus loco citato, num. 13.
Regum ea demum tuta potentia, quæ viribus suis modum imponit, pag. 30. num. 14.
Rex illiusve fiscus, non tenentur conductoribus suis vectigal soluere, pag. 36. num. 32.
Redhibitoria actio competit etiam in rebus soli, pag. 48. num. 4.
Relatiuorum eadem est disciplina, pag. 82. num. 5.
Renuntiatio, non est proprie contractus, pag. 41. num. 51.
Res mobiles viliores sunt, quam res soli, pag. 6. num. 6.
Res æstimatæ in dotem datæ dotales sunt, pag. 50. num. 5.
Res ex pecunia dotali empta dotalis efficitur illic, num. 6.
Res quandoque nominatur habita ratione ad tempus præteritum, pag. 58. num. 7.
Retractus habet locum in rebus æstimatis in dotem datis, pag. 50. num. 3.
Reus non compellitur inuitus iurare elapsis viginti annis obligationis, pag. 20. num. 12.

S.

SCholares, an teneantur ad vectigalis pensitationem, pag. 35. num. 24.
Sententia vnius, & deterioris potest multos, & maiores in aliqua re superare, pag. 26 num. 10.
Seruitutes vsucapi non possunt, pag. 10. numero. 1.
Seruitutes, acquiruntur tempore immemoriali in ibi, num. 4.
Seruitutes duobus tantum modis constituuntur, contractu, vel testamento, eodem loco. num. 6.
Seruitus constituta videtur per tempus immemoriale, pag. 10. num. 8.
Seruitutum continuarum, & discontinuarum differentia, quam communiter iuris interpretes constituunt miris modis ab autore refellitur, pag. 10. num. 9.
Seruitutes omnes perpetuam causam habere debent, pag. 10. num. 11.
Seruitutum causa dicitur illud, ex quo seruitus efficitur, ibidem.
Seruitus aquæ ductus, nec ex lacu, nec ex stagno deberi potest, pag. 11. num. 16.
Seruitus fluminis differt ab aquæ ductu, pag. 11. num. 19.
Seruitutes omnes incorporales sunt, pag. 12. num. 33.
Seruitutum longe interest, an quis vsucapione nitatur, an longi temporis præscriptione, pag. 13. num. 36.
Seruitutes indiuiduæ sunt, pag. 61. numero. 1.
Seruitutes quare indiuiduę sint ratio redditur, ibidem, num. 2.
Seruitutes diuisionem idcirco non recipiunt, quia in facto consistunt loco proximo, numer. 3.
Seruitutum vsus temporibus secerni potest, pag. 62. num. 11.
Seruitus altius tollendi quare ita dicatur, pag. 81. num. 6.
Seruitus altius tollendi quare ita dicatur ratio redditur vera, pag. 81. num. 3.
Seruitus altius tollendi quare dicatur affirmatiuê, & nõ dicatur negatiuê, id est altius non tollendi illic, num. 6.
Seruitutes nomen recipiunt à prædio dominante,

INDEX.

nante, pag. 81. num. 7.

Sepulchrum pretio vendi non potest, pagin. 45. num. 35.

Sequester ecclesiasticorum reddituum, etsi laicus fuerit, non tenetur vectigal soluere, pa. 35. numero 25.

Similia dicuntur quorum sunt diuersi termini, vna vero ratio, seu qualitas, pag. 84. numero 14.

Stagnum quid sit, pag. 11. num. 23.

Stagno nulla seruitus, nec aquæ haustus, nec nauigij constitui potest, illic, num. 24.

Stipulatio, quid sit, pag. 49. num. 23.

Statera falsa simpliciter statera non est, sed statera falsa dici debet, pagina 72. numero 17.

Strigiæ, seu lamiæ maledictum ad palinodiæ pœnam spectat, pag, 84.. num. 17.

Spolians alium per vim notoriè, sicuti facto processit, ita facto à iudice spoliari potest, pag. 75. num. 12.

Sodomiæ, nephandum crimen, quibus verbis significetur, pag. 84. num. 11.

Solui aliud pro alio varijs modis solet, pag. 42. num. 1.

Superior magistratus, non iniuste agit, si possessorem, qui citatus non fuit, statim in possessionem restituere, pagina 74. numero 5.

T.

TEmporalia quæ sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum, pag. 21. numero 17.

Testamentum indiuiduum est, pagina 61. numero 11.

Tertia pars legata filio intra legitimam non computatur, pag. 66. num. 15.

Tertio possessore non citato data possessio nulla est, pag. 54. num. 3.

Tertius possessor est citandus ad sententiam addictionis, quam de remate appellamus, pag. 76. num. 30.

Titulus pro hærede inter cæteros titulos refertur, pag. 58. num. 3.

Torcular furnum, & molendinum quare indiuidua sint, pag. 61. num. 10.

Turpe est ingenuo, & nobili viro causas exorantis ius in quo versatur ignorare, pag 25. num. 7.

Turpitudinem suam allegans audiendus non est, pag. 45. num. 37.

Tutori, quare liceat filiam suam pupillo suo in matrimonium dare, pupillam autem suam filio suo collocare non valeat, diuersitatis ratio redditur, pag. 78. nu. 6.

V.

VEctigal vulgo Alcauala dicitur, pag. 29. num. 1.

Vectigalia, seu tributa indicendi olim soli Principi, seu Romano Imperatori licebat pag. 29. num. 2.

Vectigalis cessare debet exactio si causa, obquam impositum fuerit desierit, pa. 30. n. 6.

Vectigalis nomine olim pendebatur octaua pars earum rerum, quæ mercimonij causa ad hoc regnum vehebantur, vel ishinc foras efferebantur, pag. 30. num. 16.

Vectigalia iure constituti fraudari, sine pecca to non possunt, pag. 31. num. 28.

Vectigal soluere, non tenentur contrahentes si nulla fraude vsi, interpellati à publicanis, non fuerint, pag. 32. num. 29.

Vectigalia, quæ iure introducta sunt, non odiosa sunt, sed fauorabilia potius, p. 32. n. 32.

Vectigalia, quare fauorabilia sint ratio redditur illic, num. 33.

Vectigalia municipalibus statutis impositæ odiosa sunt, pag. 41. 32. 35.

Vectigalis munus, quæ Alcauala vulgò vocatur, omnes cuiusque conditionis homines comprehendit, pag. 33. num. 1.

Vectigalis munere Ecclesiæ, ecclesiasticæq; personæ immunes sunt, illic, num. 2.

Vectigalis munere non sunt immunes clerici minoribus ordinibus initiati, nisi non perfunctorie ecclesiasticum habeant beneficiū in ibi, num. 3.

Vectigal, non debetur ex venditione earum rerum, quæ pro animæ expiaculo relicta sunt, pag. 35. num. 15.

Vectigal, debetur quãdo defunctus, aut specialiter, aut generaliter non expressit, vt ad iusta faciendabona venderentur, pagin. 35. num. 19.

Vectigalis munere, an nouitij bona vendita grauentur, in ibi, num. 20.

Vectigalis munus, non est personale, sed patrimoniale, pag. 35. num. 27.

Vectigalis solutio, pro rebus mobilibus, fieri debet vbi sunt bona tempore contractus, pagin. 35. num. 29.

Vectigal, an debeatur ex translatione cadaueris ex vno loco ad alterum, pag. 36. numero 30.

Vectigalium locatores tenentur vectigal soluere conductoribus suis, nisi aliud nominatim cautum sit, in ibi, num. 31.

Vectigal, non tenetur soluere Rex, illiusve fiscus, quoniam omnium vectigalium immunes, sunt loco proximo, num. 32.

Vectigal extra pretium est proinde immerito,

to, vt vectigal in pretio computatur, pag. 36 num. 40.
Venditionis appellatio, quamuis alioqui latè sumatur in materia vectigalis strictim accipiendam leges Regiæ apertè significant, pagin. 38. num. 2.
Vectigal non debetur, quando opera facta ab artificibus, magis spectant ad conditionem, quam ad venditionem, pag. 38. num. 9.
Vectigal debetur ex his, quæ artifices ad Ecclesiæ ornatum vendunt, sicut calices, & vestimenta, illic, num. 11.
Vectigal debetur de niue vendita, pagina 39. num. 14.
Vectigal debeatur ex venditione, vel permutatione inter filios, parentesque facta, pag. 39. num. 16.
Vectigal, non debetur quando venditor fuit coactus vendere à magistratu propter publicam vtilitatem, in ibi, num. 17.
Vectigal an debeatur ex cessione quæ pretio dato fiat, pag. 39. num. 19.
Vectigal, an debeatur si cessio, vel donatio ea lege fiat, vt cessionarius æs alienum soluere teneatur, illic.
Vectigal, non debetur ex pecunia signata, in ibi, num. 20.
Vectigal debetur quando nomen, seu obligatio pretio venditur, pag. 39. num. 22.
Vniuersitas vendita spectanda est, non singulæ res in vniuersitate contentæ, pagina 39. num. 24.
Vectigal, non debetur ex acceptilatione (quæ vulgo carta de lasto appellatur) superiore loco, num. 28.
Vectigalis exactio cessat in empytheosi, vel locatione ad longum tempus, modo fraus cesset, pag. 40. num. 31.
Vectigal, an debeatur ex bonis à iudice venditis, ibidem, num. 33.
Vectigalis fauor consistit, non in illo ampliando, sed vt conseruentur illic, num. 34.
Vectigali locus erit, si non ipsi creditori, sed alij plures licitanti bona à iudice adductafuerint, pag. 52. num. 37.
Vectigal non debetur si creditori subiecerit aliquem, qui bona liceatur debitoris sibi statim cessurus, superiore loco, num. 39.
Vectigal, an debeatur quãdo debitor aliud pro alio soluit, pag. 40. num. 41.
Vectigal, non debetur, si mulieri soluto matrimonio pro pecunia, quam in dotem attulit res æstimatæ in solutum dentur, pagina 41. num. 44.
Vectigal, non debetur est transactione, ac multo minus ex litis æstimatione, pagina 41. numero 46.
Vectigal, non debetur ex compensatione, illic eodem numero.
Vectigal, an debeatur si res æstimata vendenda detur, eodem loci, num. 48.
Vectigal, non debetur si quis donet omnia bona sua ex lege, vt donatarius eum sustentare teneatur, pag. 41. num. 49.
Vectigal, non debetur si alicuius muneris renũtiatio fiat, pag. 41. num. 50.
Vectigal, non debetur si aliquid tibi dederim vt promendeiubeas, loco citato, numero 52.
Vectigal, non debetur ex horreis publicis, quæ alhondigas vulgô appellantur, pag. 41. numero 53.
Vectigal, an debeatur ex contractibus innominatis, pag. 42. num. 1.
Vectigal, non debetur ex contractibus innominatis do, vt facias, pag. 43. num. 11.
Vectigal, non debetur cum locatio fit mercede in alia re constituta, quam innumerata pecunia, pag. 43. num. 14.
Vectigal, non debetur cum redditus, aut annuos census in plures annos pretio dantur, quia locatio, & conductio contrahi intelligitur, pag. 44. num. 15.
Vectigal, non debetur si piscariæ in plures annos pretio dentur, loco proximo, numero 17.
Vectigal, an debeatur si fructus prudentes pretio destrahatur, in ibi, num. 18.
Venditio à locatione quemadmodum discernatur, pag. 44. num. 19.
Vectigali, quando locus sit in sylua cedua, aut lapidicinis in aliquot annos pretio distractis, pag. 44. num. 22.
Vectigal non debetur si contractus perfectus non fuerit, in ibi, num. 23.
Vectigali non antea locus erit, quam conditio adducta extiterit, eodem loco, num. 24.
Vectigal, pertinebit ad publicanum qui erat tempore contractus, quando condictio adducta extiterit, pag. 44. num. 25.
Vectigali non antea locus erit in ijs quæ ponderi, numero, mẽsuraue, cõstant. quã si merx vendita numerata fuerit appensa, vel dimẽsa, in ibi, num. 26.
Vectigali non antea locus erit cum venditio in arbitrorum potestate posita fuerit, quam si arbitri sententiam dixerunt, pagin. 45. numero 27.
Vectigal, non debetur ex permutatione, nisi demum re tradita, in ibi, num. 28.
Vectigal deberi decernunt nostrates leges, ex permutatione, non ex pacto de permutãdo pag. 45. num. 31.
Vectigal ex permutatione debetur publicano re

re tradita, qui erat tempore contractus non tempore traditionis eodem loci, numero 32.
Vectigal non debetur quando in contrahendo scriptura non actu facta fuit donec scriptura fiat, pag. 45. num. 33.
Vectigal, seu alcauala non debetur ex contractu nullo, in ibi, num. 34.
Vectigal debetur ex venditione, etsi maritus prædium dotale inuita vxore vendiderit, pag. 45. num. 36.
Vectigali locus erit quando venditio in fraudem fiat, illic num. 36.
Vectigal an debeatur cum contractus nullus ratificatur, ibid. num. 37.
Vectigal quando debeatur contractu yam perfecto partiumque deinde consensu dissoluto, pag. 46. num. 1.
Vectigalis cessat exactio quando contractus dissoluitur incontinenti, pag. 46. num. 2.
Vectigal indebitè solutum à publicano indebiti conditione repeti potest, pagin. 46. numero 4.
Vectigal semel debetur venditione ex pacto de retrouendendo rescissa, ibi, num. 7.
Vectigal omnino non debetur venditione rescissa ex pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem eodem num. 7.
Vectigal semel tantum debetur ex venditione census temporarij quem vulgo alquitar appellamus ex venditione, scilicet non ex redemptione, pag. 47. num. 10.
Vectigal debetur cum census perpetuus partium voluntate redimitur eodem loco, numero 11.
Vectigal debetur si quis vendat pretium censui nexum cum onere pensionis quanquam dumtaxat ex pretio, quod modo numeratur, pag. 47. num. 12.
Vectigal an debeatur quando contractus legis beneficio rescinditur, pagina 47. numero 1.
Vectigal solutum repeti non potest à publicano venditione rescissa propter læsionem ex dimidia iusti pretij, pagina 48. numero 5.
Vectigalis iactura recidit in eum, qui contractus postulat rescissionem propter dimidiam iusti pretij, in ibi, num. 6.
Vectigal non restituitur à publicano si contractus rescissus fuerit actione de dolo, vel quod metus causa, sed damnum vectigalis recidit in eum, qui dolum fecit metum ve intulit, pag. 48. num. 11.
Vectigal debetur etiam, quando dolus dedit causam contractui eodem loci, num. 13.
Vectigal non debere ex contractu nullo intelligendum est, nisi æquitas suggerat contractum pro infecto haberi in damnum ipsius contrahentis loco proximo, num. 15.
Vectigal an iterum debeatur cum contractus reformatur, pag. 49. num. 20.
Vectigal non debetur cum obligatio nouatur, vel aliud pro alio constituitur, ibid. nu. 21.
Vectigal non debetur ex stipulatione, seu obligatione alternatiua, illic. num. 22.
Vectigal an in nunbinis exigi possit, in ibi, numero 24.
Vectigal non debetur ex contractu dotis, pag. 50. num. 1.
Vectigal non debetur ex rebus in dotem datis etiam si fuerint æstimatæ, in ibi, num. 2.
Vectigal non debetur etiam in pecunia numerata dote promissa postea per pecunia res æstimatæ in dotem datæ fuerint, illic, numero 4.
Vectigal non debetur ex bonis quæ inter hæredes diuiduntur, etsi vltro citroque pecunia refusa fuerit, pag. 50. num. 7.
Vectigal non debetur etiam extranei admissa licitatione ad diuisionem faciendam, ibid. num. 8.
Vectigalis non præstat excusationem necessitas, quæ voluntarium habuit principium, pagin. 51. num. 9.
Vectigal etsi debeatur ex venditione hæreditatis verum si postea inter emptores, & hæredes ad diuisionem faciēdam pecunia intercesserit vectigal non debetur loco superiore, num. 10.
Vectigal quare non debeatur ex diuisione hæreditatis ratio redditur illic, num. 11.
Vectigal debetur si semel diuisione facta postea hæredes bona ipsa permutauerint, loco proximo, num. 13.
Vectigal debetur si diuisione ritè facta hæredes postea velint iterum diuidere, quia magis est permutare, quam diuidere secus si nō ritè fuerit facta diuisio, pag. 51. num. 14.
Vectigalis, seu alcaualæ nomine soluenda est decima pars pretij earum rerum, quæ vendū tur, vel permutantur, pag. 52. num. 1.
Vectigal non debetur quando res tam vilis est, vt minoris valeat quam decem marabitinis, pag. 52. num. 2.
Vectigalis cessat exactio si res, quæ permutantur æstimatione m non recipiant, pag. 52. num. 3.
Vectigal, seu decima integra non soluitur pro argento facto, seu infecto vendito, eodem num. 3.
Vectigalis onus spectat iure communi ad emptorem regio vero iure ad venditorem, in ibi, numero 5.

Vectigalis onus si emptorem sequatur decimæ auget onus illic, num. 8.
Vectigal non debetur ex promisso dato animo fiori emptori, pag. 53. num. 12.
Vectigalibus magnatum in Ecclesiarum, & minorum locandis, an habeat locum adiectio quartæ partis, pag. 53. num. 14.
Vectigal peti non potest antea quam dies venerit qua pretium soluendum est, ibidem, numero 15.
Vectigal non potest exigi lite super re vendita mota, & nondum finita, pagina 53. numero 18.
Vectigal an statim exigi possit si venditionis effectus in aliud tempus collatum sit, loco superiore, num. 19.
Vectigal statim exigi potest, nec sunt spectandi singuli anni cum annuus census venit, pag. 54. num. 20.
Vectigal, quod attinet ad ius commune loco cõtractus soluì debet, pag. 55. num. 1.
Vectigal soluendum est publicano illius loci, vbi sunt bona, super quibus annuus census constitutus est, pag. 56. num. 10.
Vectigal quantum ad bona immobilia soluendum est eo loci, vbi sunt bona quæ veneunt, ibid. num. 11.
Vectigalis munus, non personale est, sed patrimoniale, pag. 57. num. 23.
Vectigalis solutio fieri debet pro rata si diuersis territorijs extent bona super quibus census constitutus est, pagina 57. numero 28.
Vectigalis cessat exactio si locus vbi extant bona pro censu obligata fuerit immunis, illic, num. 23.
Vectigal soluendum est pro censu perpetuo, vbi sunt bona pro illo obligata, in ibi, numero 30.
Venditionis appellatio quamuis alioquì latè sumatur, at in materia vectigalis strictim accipienda est, pag. 38. num. 2.
Venditionis appellatione, apud nos, sicut in Regno Franciæ, non omnis contractus comprehenditur, illic, num. 3.
Venditio à locatione quemadmodum discernatur, pag. 44. num. 19.
Venditionis contractu aliud est mers aliud est pretium, at in permutatione discerni non potest vtrum eorum sit mers, & vtrum pretium pag. 52. num. 7.
Venditor qui habita fide pretij vendidit non est potior in re vendita prioribus ipsius emptoribus creditoribus, pagina 68. numero 1.
Venditor qui habita fide pretij vendidit quemadmodum sibi prospicere possit aduersum cæteris emptoris creditores, ibidem.
Vendita vniuersitas spectanda est, non singulæ res in vniuersitate contentæ, pagina 39. numero 24.
Vendita re cum conditione, vt precario apud emptorem sit donec pretium omne exoluatur dominium, & possessio apud venditorem remanent, pag. 69. num. 4.
Vendita re cum cõditione, vt eum fundum emptor certa mercede habeat, donec pretium exoluatur dominium, & possessio penes venditorem remanent, pag. 69. num. 8.
Veritatem omnia vincere certissimum est, pag. 65. num. 2.
Verba ex communi vsu loquendi accipienda sunt, pag. 43. num. 7.
Verba quæ prælationem præse ferrent etiam in vnum rectè cadunt, pag. 66. num. 9.
Verbum meliorationis non semper significat prælationem illic, num. 12.
Verbum interdicendi pertinet ad possessionem petendi ad proprietarem, pagina 75. numero 22.
Vim, qui admisit an sit relaxandus à carcere, antea quam à vi desistat, pag. 74. num. 7.
Vsucapionum, & temporalium præscriptionum materia, maximè est vtilis, pagina 1. numero 1.
Vsucapio, & temporalis præscriptio magnopere inter se differunt, illic, num. 3.
Vsucapionis, & temporalis præscriptionis communis differentia exploditur, pagina 2. numero 5.
Vsucapionis appellatione non solum res mobiles, sed etiam res soli comprehenduntur aduersus communem, pagina 2. numero 6.
Vsucapionis definitio, pagina 3. numero 2.
Vsucapione dominium, acquiritur, ac proinde actio paratur, pag. 3. num. 9.
Vsucapio, & temporalis præscriptio, diuerso iure, ac distantibus sæculis introductæ sunt, pag. 4. num. 13.
Vsucapione legitimum, seu directum dominiũ paratur, pag. 6. num. 1.
Vsucapio bono publico introducta est, pagin. 7. num. 1. §. 3.
Vsucapio aduersus illos qui in integrũ restitui solent, procedit, siue ij minores sint, siue maiores, pag. 7. num. 1. §. 4.
Vsucapione completa ij, qui integrum restitui solent non antea experiri possunt, quam rescissoria actione sibi concessa, pagina 7. numero 4. §. 4.
Vsucapi in corporalia non possunt, pagina 8. numero 1.

INDEX.

Vsucapio per litis contestationem minime interrumpitur, pag. 8. num. 2. §. 6.

Vsucapioni titulus necessarius est & bona fides, pag. 13. num. 1.

Vsucapioni communicata sunt tempora q ę antea temporalibus præscriptionibus præfinita erant, quantum ad res immobiles, pagin. 15. numer. 5.

Vsucapionis, & temporalis præscriptionis differentiæ, durant etiam post legem vnicam de vsucapione transformanda, præter mutationem loci, & temporis, pagina 15. numero 8.

Vsus fructus cum res in corporalis sit vsucapioñe, acquiri non potest, pagina nona, numero 5.

Vsusfructus est ius à proprietate seiun ctum, pagin. 58. num. 8.

Vsusfructus causalis, & formalis distinctio à recentioribus exploditur, inibi, num. 5.

Vsusfructus diuiduus est, diuisionemque recipit, pag. 61. num. 2.

Vsusfructus quare diuiduus sit, ibidem, num. 5.

Vsus indiuiduus est, quia in facto consistit, pag. 62. num. 4.

Vsusfructus, mortuo vsufructuario, ad proprietatem redijt, pag. 82. num. 11.

Vsusfructus æstimatio, quemadmodum fieri debeat, vt intelligi queat, vtrum quincuncis quãtitatem excedat, illic, num. 12.

Voluntas res facti est, pagina 61. num. 11.

Voluntates defunctorum benigne interpretandæ sunt, pag. 66. num. 7.

Vrbibus condendis mos erat antiquitus, vt locus prius à ratro definiretur, pagina 90. numero 4.

Vtilitati publicæ priuatam cedere, in comperto est pag. 7. num. 3.

FINIS.

DE VSVCAPIONIBVS ET TEMPORALIBVS PRÆSCRIPTIONIBVS, AD INTERPRETAnem.l.6.tit.15.lib. 4. Compilationis, Ordinamentique noui.

CAP. I.

SVMMARIVM.

Vſucapionum & temporalium præſcriptionũ materia maxime vtilis eſt, num. 1.

Cuiuſque rei potiſsima pars principium eſt, nu. 2.

Quæ diuerſa non diuerſis nominibus non appellantur, num. 3.

Vſucapio, & temporalis præſcriptio maxime inter ſe differunt, num. 4.

Communis interpretum differentia inter vſucapionem & temporalem præſcriptionem explodit, num. 5.

Iuriſconſulti mirum in modum Latinæ linguæ elegantia floruerunt, num. 6.

Vſucapionis appellatione, non ſolum res mobiles, ſed etiam res ſoli comprehenduntur aduerſus communem, num. 7.

VSucapionum, & temporalium præſcriptionum materiam quotidianam, & foro frequentiſsimam eſſe, palam eſt. Enimuero nulla ferè agitatur cauſa, in qua non ſtatim vſucapionũ, tẽporaliũque præſcriptionũ, quæſtio incidat. Quippe cùm quidquid homines, vel habeãt, poſsideãt ve, pene eo tantũ Iure tueantur. l. 1. ff. de vſucap. l. 1. ff. de adquir. poſſ. proin de vltro ſe ſe nobis ipſa materia commẽdat. l. Legaui. ff. de libera. leg. Quoniam verò apud nos in ea compilatione, & Iuris Regij enucleatione, quæ nuper magno huius Regni bono edita fuit, in titulo de præſcriptio. extat quædam lex, numero ſexta non modò abijs, quæ olim iure cummuni, ſed etiam ab ijs, quæ dudum iure ipſo Regio recepta erãt apertè diſſentiens: operæpretium me factu rũ eſſe putaui, ſi illius interpretationẽ ſuſciperem. Principio autẽ, quoniã vt Caius Iuriſ 2
conſ. inquit, cuiuſque rei potiſsima pars principiũ eſt: diſpiciendũ nobis erit, quæ differentia ſit inter vſucapionẽ & temporalẽ præſcriptionẽ: deinde verò ad ipſius legis Regiæ interpretationẽ deſcẽdamus. Inter vſucapionẽ igitur, & temporalem præſcriptionem nõ nihil intereſſe, nõ ſolum olim (ſed etiam hodie, id eſt, poſt legem vnicam de vſucapione transformanda) nihil dubij eſt. Semper 3
etenim Iura his nominibus tanquam diuerſis vtuntur, ſicuti intelligere licet ex l. 1. C. de communi rerum alien. l. 1. C. de ſeruis fugi. l. In rebus. C. de iure dot. l. Hęreditatis. C. de petit. hæred. §. Item nobis. & §. Ex his. Inſtit. per quas perſon. nobis adqui. l. fin. §. Sin autẽ. C. cõmun. de leg. c. Raynutius, de teſtamẽt. Deniq, id vel ipſa titulorũ collocatione apertiſsimè conſtat, cũ longo interuallo, libris etiam interpoſitis vtrique tituli ſeparati ſint: ille in libro 41. is alter in libro 44. Digeſtorum. Adde quòd ſi vtrique par vis, & poteſtas eſſet, non diuerſis nominibus appellarentur. l. Si idem. C. de codicil. In quo igitur hæc differentia conſiſtat, videamus (neque miretur quiſpiam, ſi in ea re pauliſper immorabimur, niſallor enim ex huiuſmodi cognitione iſtius materiæ magna ex parte intelligentia pendet.) Sciendum eſt 4
igitur omnibus ferè Iuris interpretibus placuiſſe: illam iſtorũ nominũ eſſe differentiã,

quòd vſucapio ad res mobiles, temporalis verò præſcriptio ad res ſoli, ſeù immobiles pertineat. Huius opinionis eſt, gl. in l. 3. ff. de vſucap. & in princip. Inſtit. de vſucap. gloſ. in ſumma. 16. q. 3. Bart. in l. Seruitutes. 4. ff. de ſeruit. Ab. & cæteri in rub. de præſcript. Balbus de præſcrip. 1. par. q. 3. Longè autem aliter (ſi quid iudico) ſe res habet. Exiſtimo enim in hac diſtinctione iuris, Interpretes illos (quod tamẽ ipſorum pace dixerim) toto, vt aiunt, cœlo erraſſe, ex eoque
5 non paucos eis innatos eſſe errores. Enimvero ſi omnes Leges, vel quantulocumque iudicio, conſideraverimus: non obſcurè intelligemus vſucapionem nõ tantùm res mobiles (vt iſtis placet) ſed etiam res ſoli complecti, neque minus propriè ad res ſoli, quã ad res mobiles referri, idque plurima eademque apertiſsima Iura, vel conniuentibus oculis demonſtrare, ſi nos falli, atque decipi non ſinamus. Verùm ex multis paucas referemus. l. Eum, qui ædes. l. Naturaliter. l. Quamuis. l. Nunquam. ff. de vſucapio. & denique ex omnibus ferè legibus illius tituli apparet. Oſtendit etiam. l. 1. ff. de publin rem act. l. 1. C. de commu. rerum alie. §. 1. & §. Furtiuæ. Inſtit. de vſucap. Quid multis? cùm id ex toto penè iure citra negotium intelligere liceat: adeò vt neque Accurſius, neque cæteri id inficiari potuerint. Verùm vt ſuam ſententiam tueantur, aiunt, Iuriſconſultos in illis legibus impropriè, & abuſiuè locutos: & hoc quidem commento
6 illis ſe legibus ſatisfacere putant. Quòd ſanè perquàm ridiculum eſt. Quis eſt enim, tã ſtupidus, obtuſiſquè naribus, qui exiſtimet Iuriſconſultos illos, qui mirum in modum Latinæ linguæ elegantia floruerunt (ſicuti ex eorum voluminibus apparet, & teſtatur *Quinti. li. 5. & Val. in Proœm. eleg. lib. 3.* quoque Quintilianus, & Valla) impropriè, atque barbare locutos, idque non ſemel, ſed toties, atque adeò ſemper, neque vnquam in illo tractatu de vſucapion. qui latè patet, proprio (vt iſtis placet) præſcriptionis nomine vſi ſint, ſed ſemper vſucapionis? Va-
7 leant igitur interpretes ij cum ſuo errore: atque omnis, qui veritatem exoptat, ſibi perſuadeat (ſi cum ipſis falli noluerit.) Vſucapionis nomen proprijſsimè, tam ad res ſoli, quàm mobiles referri, atque ita omnia iura de vſucapione loquentia interpretanda eſſe, non vt ij interpretes, qui tantùm in re mobili accipienda eſſe exiſtimarunt, qua de cauſa in complurium legum intellectu eos hallucinatos fuiſſe deprehendes. Nàm quod exiſtiment ſuam opinionem probari in l. vni. C. de vſucap. transf. falſum omnino eſt, ſicuti ſuo loco docebimus opportunius. Priùs enim nobis diſpicere oportet, quid anteà obtinuerit, vt poſteà quid noui illa lex induxerit, facilius poſsit oſtendi. Ab iſta verò communi antiquorum diſtinctione (ne aliorum laudem reticeamus) plerique omnes ex recentioribus deſcribere, & inter eos Dominus Antiſtes Couar. vir ſanè, ſine controuerſia inter doctiſsimos doctior, Hiſpanieq; noſtrę decus maximum, in ea Repet. quàm edidit ad regulam Poſſeſſor malæ fidei. §. vnico, primæ partis.

---

§. PRIMVS.

Definitionis proprium eſt verbi ſubſtantiam demonſtrare, num. 1.

Vſucapionis definitio, num. 2.

Præſcriptio temporis eſt exceptio, quæ datur à iure propter lapſum temporis lege definiti, n. 3.

Præſcriptionis verbum late patere omneſque fere exceptiones comprehendere, nu. 4.

Quid præſcriptio ab exceptione diſtet, nu. 5.

Iuriſconſulti promiſcue vtuntur verbis præſcriptionis, & exceptionis, nu. 6.

Iuriſconſulti de temporali præſcriptione loquentes non ſimpliciter vtuntur verbo præſcriptionis, ſed cũ adiectione illa tẽporis, vel tẽporalis, n. 7

Definitio temporalis præſcriptionis communiter à Doctoribus tradita, exploditur, n. 8.

Ex vſucapione dominium acquiritur, ac conſequenter actio paratur, nu. 9.

Temporis præſcriptio exceptionem tantum parat, actionem non parit, nu. 10.

Alciati lapſus notatur dicentis temporis præſcriptionem eſſe exceptionem ex vſucapione proficiſcentem, nu. 11.

Doctoris Nauarrilaus, num. 12.

Vſucapio, & temporis præſcriptio diuerſo iure, ac diſtantibus ſæculis introducta ſunt, nu. 13.

Iuris interpretes non ſatis congrue vtuntur hoc verbo præſcribendi, nu. 14.

An poſsit iudex habere rationem præſcriptionis temporalis, etſi à reo obiecta non fuerit, n. 15.

Quoties actio ipſo iure non tollitur, ſed ope exceptionis iudex non debet illius rationem habere, niſi à reo propoſita fuerit, diuerſum verò in vſucapione, num. 16.

Actiones aliæ tẽporales ſunt, aliæ perpetuæ, n. 17.

Temporales præſcriptiones ipſo iure lapſu temporis lege definiti, finiuntur, nu. 18.

Perpetuæ actiones ipſo iure non tolluntur lapſu temporis, ſed ope exceptionis, nu. 19.

In temporalibus actionibus, niſi toto poſtremo die completo obligatio non finitur. nu. 20.

In vſucapionibus dies inceptus habetur pro completo. num. 21.
L. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. explanatur. n. 22.
L. 7. tit. 11. lib. 5. recopil. explanatur. n. 23.
L. fi. tit. 15. lib. 4. recopil. explanatur. n. 24.

CVm igitur illam veterum Interpretum differentiam minùs veram eſſe monſtrauerimus, cõſentaneum erit, vt veram differentiam reponamus. Sed quoniam ea nulla quidem magis ex re apparere poterit, quã
1 ex vtriuſque verbi definitione, cum definitionis proprium ſit verbi ſubſtãtiam demõſtrare, ſecundum Bald. in l. 1. ff. de vſufru.
2 oportet, vt vtriuſq; verbi definitionem ſubiũgamus. Vſucapionem ergo Iuriſconſul. definit eſſe adiectionem, vel adquiſitionem dominij per continuationem poſſeſsionis temporis lege definiti. l. 3. ff. de vſucapion. Tẽporalis verò preſcriptio (ſi verum amamus) nihil aliud eſt, quàm exceptio ex tempore legibus definito ſubſtantiam capiens, ſicuti definiuit gloſ. in Summa. 16. quæſtion. 3. cui ex antiquis ſubſcripſere Gofredus, & Rogerius in ſummis de preſcript. ex recentioribus verò Alciat. in rub. de præſcriptio. num. 4. & Dominus Couarruu. in dicta reg. 1. part. §. vnico. Quòd ſi omnes difficultates, quas Doctores aduerſus hanc definitionem machinã
3 tur, effugere velis: ita mea ſententia definire poteris, quòd preſcriptio temporis ſit ex-
4 ceptio, quæ datur à iure propter lapſum tẽporis à lege definiti. Hanc verò veriſimam eſſe definitionem paucis monſtrabo. Sciendum eſt enim, præſcriptionis verbum generaliter prolatum, tantundem ſignificare quã tum exceptionem. l. Qui agnitis. ff. de excep tio. l. 3. ff. de præuarica. l. Paulus. ff. de except l. Si maritus. §. Præſcriptiones. ff. ad legem Iul. de adult. l. Scio. ff. de appel. l. Præſcriptione. C. ſi contrarius, vel vtili. publi. l. Ita demum. C. de procur. Quid agimus? Poſſemus ſine negotio in hanc rem ſex milia le-
5 gum allegare. Quid verò ipſa præſcriptio ab exceptione diſtet, docet Alciat. in l. Quinque pedum. C. finium regum, & Dominus Couarr. in initio illius Repetitionis, quam diximus. Cùm igitur præſcriptio nihil aliud ſit, quàm exceptio, ſi temporis, vel temporalis dictionem adijcias, palã erit nihil aliud eſſe præſcriptionem temporalem, quàm exceptionem ex tempore competentem. Atque proindè Iuriſconſulti promiſcue his verbis vtuntur, interdum præſcriptionem temporalem, exceptionem temporalem appellantes, & è contrà, vti apparet ex l. Creditor. & l. An vitium. ff de diuer. & temporal. preſcript. l. Sancimus. C. quibus non obij. long. temp. præſcript. l. vni. C de vſucap. tranſor. l. Omnes. l. Si quis emptionis. l. fin. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. & alias ſæpè. Præſcriptio igitur genus eſt, temporalis præſcriptio ſpecies. Atque etiam in iure non paucas alias præſcriptionum reperire licet ſpecies, vt ecce fori præſcriptionem. l. Si quis in cõſcribendo. C. de pact. rei iudicatæ preſcriptionem. l. Sepè. ff. de re iud. item peremptoriam præſcriptionem. l. Præſcriptionem C. de except. præſcriptionem militiæ. l. Ita demum. C. de procura. preſcrionem mendacij. l. Præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. adde lenocinij præſcriptionem. l. Ita. C. de adulte. dilatoriam preſcriptionem. l. Si quis aduocatus. C. de exception. & preſcriptionem non petiti tutoris. l. Matres. C. ad Senatuſconſ. Tertull. Ex quibus omnibus ſatis aperte datur intelligi, hoc verbum preſcribendi, ſeu præſcriptionis latè patere, atque non ſolum ad hanc vnam temporalem præſcriptionem pertinere, ſed & ad reliqua exceptionum genera. Proindè contemplari licet Legiſlatores de hac temporali præſcriptione loquentes, non ſimpliciter vti hoc verbo præſcriptionis, ſed ſemper cum adiectione illa, temporis, vel temporalis, ſicuti apparet ex l. Longæ poſſeſsionis. l. Reſcriptis. l. Si creditor. C. de diuerſ. & temporal. præſcriptio. l. 1. C. de ſeruis fug. l. Si vi. C. de iis, quæ vi met. cauſ. fiunt. l. Moræ. C. de rei vendicat. & aliàs ſæpiſsimè. Quæ 8
quidem omnia dilucidè demonſtrant nihil aliud temporalem præſcriptionem eſſe, quàm exceptionem ex tempore competentem. Proin mihi iſthæc magis definitio placet, quàm illa communiter à Ioann. Andr. & reliquis tradita in rub. de præſcript. & alibi dicẽtibus: Præſcriptionem eſſe ius quoddam ex tempore, congruens, legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens. Conferamus igitur vtramque definitionem, & palàm conſtabit, quam inter ſe ſint longè latèque diſtent. Vſucapionem enim diximus eſſe adquiſitionem dominij per continuationem poſſeſsionis temporis lege definiti: Tẽporalem verò præſcriptionem, eſſe exceptionem, quæ datur à iure, propter lapſum 9
temporis à lege definiti. Quæſo igitur, quid vna definitio cum altera conuenit? nihil video: ſiquid ex vſucapione, vti eius definitio ſignificat, dominium adipiſcimur, & conſequenter nobis actio paratur, quod etiam colligitur ex l. 1. ff. de publi. in rem act. Cæterum temporalis præſcriptio tan- 10

tum exceptionem parit, dominium vel actionem non parit, itaque in excipiendo suũ tãtùm habet officium, quippè quæ, vt eius definitio demonstrat, sit nihil aliud quàm exceptio ex lapsu temporis competẽs, id quod etiam ex alijs multis legibus comprobatur, præsertim ex l. 1. & 2. C. in quibus caus. cessat. long. temp. præscrip. l. Cùm hęres. ff. de diuer. & temporal. præscrip. l. fin. C. de præscrip. long. temp. l. Neque mutui. C. quibus non obij. long. tempo. præsc. l. Si fundum. ff. de fund. dotali. l. Annus. ff. de requi. reis. l. Matres. C. ad Tertull. l. 1. & 2. C. si aduers. credit. l. Indebiti. §. Sed etsi nummi. ff. de cõdi. indebi. §. Quod autem. Instit. de vsucap. Quibus quidem legibus, alijsq; multis (quas recensere longũ esset) perspicuũ fit, huiuscemodi temporalis præscriptionis vim potestatemq;, in excipiendo duntaxat consistere: vt scilicet possit possessor actorem præscribendo (id est excipiendo) repellere. Neque vsquam profectò legem aliquam reperies probantem ex temporali præscriptione actionem, vel dominium proficisci, id quod semel placuisse video Accursio, in l. 1. C. si aduers. cred. præscrip. long. tẽp. oppo. Quisi sibi semper constans fuisset, alijque ei consentirent: profecto non tam longè lateq; erassent. In genere igitur monstrauimus, quid inter vsucapionem, & temporalem præscripnem intersit. In quo video etiam lapsum esse alioqui disertissimum, atque perinde iurisconsultissimum Alciatum in l. Quinque pedum. C. finium regum, & alias quoque. Qui tam etsi à cõmuni illa interpretum antiquorũ differentia discedat (in quo rectè illi quidem) ait tamen temporalem præscriptionẽ esse exceptionem, quæ ex ipsa vsucapione proficiscatur. Cuius sententiam amplectitur Dominus Præsul Couarru. in dicto. §. vnico primæ partis, nu. 1. & nostras etiem Nauarrus, tam doctrinæ, quam virtutis rarum exẽplar, in libro in illo, quem Manuale nuncupauit, c. 17. nu. 85. Medius fidius si superiùs tradita nobis cõstãt, si quas leges attulimus, rectè inspiciantur: non ita cohærere vsucapionem, & temporalem præscriptionem intelligemus, vt vna ex altera pendeat, cùm diuersam vtriusque esse vim potestatemq;, neque eundem habere effectum superioribus monstrauerimus. Deindè (vt iugulum petã) Alciati opinio vera esse qui potest? quandoquidem olim alia, atque alia tempora vsucapioni, & temporali præscriptioni præscripta fuerint, multoq; breuiora spatia vsucapio sortita fuerit, quàm tẽporalis præscriptio. Adde quòd etiam diuerso iure, atque adeò distantibus sæculis vtraq;, introducta fuere, illa duodecim tabularum iure, vt apparet ex principio Inst. de vsucap. ex Cicer. lib. 1. de legib. hæc vero ex Principum constitutionibus, vt ostendit. §. 1. Inst. de perp. & temp. actio. §. Quòd autem. Inst. de vsuca. Quid si id, quod Alciatus scribit, verum esset: nõne semper vsucapio locum haberet, vbi temporalis præscriptio competeret? Id verò ne quidem hodie (id est, post legem vnicã de vsuc. transf.) verum esse non obscurè significat. §. Item nobis, & §. Ex his. Inst. per quas perso. nobis, adqui. l. fi. de edicto Diui Adr. toll. §. Quod autem. Inst. de vsucap. & ex ijs, quæ paulò post dicenda sunt, exactius apparebit. Denique si vera esset Alciati opinio, nequaquam Legislatores appellarent longi temporis præscriptionẽ, sed vsucapionis præscriptionem. Quæ igitur inter se potestate distãt, quæ effectu, quæ officio discordant, quæ ortum diuersum habuerint, quæque differentem temporum metam sortitæ fuerint, quæ deniq, nomine ipso, & olim, & hodie discernãtur, has ita coniunctas esse, vt altera ab altera pẽdeat, nemo meritòdicere poterit. Pro in Alciati opinionem veram non esse liberè pronuntio. Ex superioribus quoque notandum erit, non mediocriter peccare Interpretes, quod hoc verbum *præscribendi*, cum generale sit, & ad omnem exceptionem pertinens, ad hanc duntaxat temporalem exceptionem redigant, ac obtrudant, cum (vt modo monstratum est) nunquam Iurisc. vtantur in hac significatione hoc verbo, sine appositione illa *temporis*, vel *temporalis*. Sed neque illud minùs explodendum, quod ipsi Scriptores vsurpant, dicentes, fundum præscribere, rẽ præscribere. Cùm etenim præscriptio sit exceptio, atque aduersus actionem opponatur: minimè in hanc significationẽ accipi potest, nisi fortè rectè dicimus, rem excipere, fundum excipere, quod si hoc ab auribus abhorret, neque minus, & illud abhorrere debet. Neque sibi quis blandiatur ex eo, quod Imperator dixerit, actionem præscriptam. l. Si non conuitij. C. de iniurijs, & Iurisc. quæstionem præscribi l. Quæcumq;. ff. de requi. reis. Equidem actioni, vel quæstioni præscribere rectè dicimus, quo circa in passiua voce recte actio præscripta dici potest, sicuti in similibus verbis videmus. Horatius: Ego cur adquirere pauca, si possum, inuideor? Et alibi: ego hæc procurare, & idoneus imperor. Et hęc quidem interpretũ vitia etiã taxant Alciatus, Budæus, Eguinarius, Coua. cæteriq; recẽtiores, tametsi & ipsi nonnunquam sui obliti, in idem vitiũ prola-

11 12 13 14

Epistolarũ lib. 1. epist. ad Torquatum.

15 prolabãtur. Postremò (ne ab vsu forẽsi oratio nostra remota esse videatur) ex superioribus item definire possumus quæstionẽ illam, quam tractant Pan. & alij in c. Ad aures de præscr. & Bald. de præscr. 1. par. q 8. Possit ne Iudex ex suo officio repellere actorem, aduersus quẽ appareat ex actis temporalem præscriptionem competere: quãuis ea à reo
16 obiecta non fuerit. Planè quidquid isti sentiam, opinor Iudicem nequaquam temporalis præscriptionis rationem habere debere, nisi ea à reo in iure proposita fuerit: cum (vt paulò ante latè monstratum est) præscriptio temporalis nihil aliud sit, quam exceptio, receptissimumq; sit, quoties actio ipso iure non tollitur, sed ope exceptionis, Iudicem non debere exceptione à reo nõ proposita, actorem expellere. glo Bar. & cæteri. in l. Si vnus. §. Pactus ne peteret. ff. de pactis, sed & actionem ipso iure per temporalẽ præscriptionem non tolli, sed ope exceptionis, ipsi vno ore Scriptores fatentur omnes, teste Tiraquello de retract conue. §. 1. n. 39. & Castello in l. 63. Tauri. n. 26. quod verum esse, vel ipsa nominis significatio apertè demonstrat, cum vt diximus, & sæpè dicendum est, nihil aliud sit quam exceptio. Ex quo intelligi potest, quid nos in vsucapione definire velimus: nàm cum vsucapio ipso iure actionem extinguat. l. Nullo. C. de rei vend. l. Neque vtilem. ff. ex quibus cau. maio. relinquitur posse eum, qui iurisdictioni præest, partes suas interponere, reoq; etiam non opponente actorem, sine actione experientem repellere. Sed iam ad alias differentias accingamur, si prius tamen illud admonuerimus, quod, mehercle ad totã hanc materiam egre
17 gie pertinet. Sanè quasdã esse actiones perpetuas, quasdam verò temporales, neminem latere puto. Illud verò eos quoque fallere nõ debet, harum actionum non parem esse ra-
18 tionem, siquidem temporales actiones ipso iure lapsu temporis finiuntur, scilicet, etiam non opposita exceptione. l. In omnibus. ff. de actio. & oblig. & ideò eo nomine tempo-
19 ralium vtũtur. Atqui perpetuæ actiones ipso iure non finiuntur, sed tantum per præscriptionem, seù mauis exceptionem longi temporis, vel longissimi refelluntur, & idcirco perpetuæ nominantur. Quia si temporalis præscriptionis obiectione non repellantur, perpetuo duraturæ sint: sicuti dilucidè apparet ex illo titulo Inst. de perpetuis, & temp. actio. Et hoc quoq; bellissimè animaduertit Pan. in c. Cum causam. n. 10. de emp.
20 & vendit. Sed neq; interim illud obliuiscendum erit, has temporales actiones ab vsucapionum natura differre: quoniam in temporalibus actionibus, nisi toto postremo die completo obligatio non finitur. l. In omni- 21
bus. ff. de actio. & obli. aliter, atque in vsucapionibus, in quibus dies inceptus habetur pro completo. l. In vsucapione. ff. de vsuc. l. In vsucapione. ff. de diuer. & temp. præs. qui verus sanè illarum legum intellectus est, etsi in illarum interpretatione, cum alias alij varie senserint, tum Ludouicus Charonda veriſimilium. lib. 3. c. 17. Vt autem obiter dicamus, erit illa lex in omnibus apprimè notanda ad eas actiones temporales, quæ nostratibus legibus Regijs introductæ sunt, veluti illa, ex empto venditoque læsionis ratione competens, quæ quatuor tantum annos durat. l. 1. tit. 11. lib. 5. Compila. Item & ad 22
illam retractus, quæ intra nouem dies tãtum competit, vt in l. 7. eiusdem titu. æquè & ad 24
illas, quæ famulis pro mercede, tabernarijs, & opificibus pro operis, & mercibus creditis intra triennium dantur, vt in l. fin. tit. 15. lib. 4. Compil. Etenim in his actionibus temporalibus, & alijs id genus, dicendum est, ex 24
illius legis argumento non esse computandum tempus de momento ad momẽtum, sed necesse esse, vt totus postremus dies cõpleatur. Denique vsucapionum, item temporalium actionum, præscriptionumque temporis, sicuti diuersa est appellatio, ita diuersam esse causam vbique Iurisconsulti significant. Nostri verò Interpretes (alioqui sapientissimi) dum ea, quæ diuersa sunt, indifferenter accipiunt, non semel miserè confunduntur.

§. SECVNDVS.

Vsucapione iustum siue legitimum dominium cõsequimur, contra temporalis præscriptio nullum parit dominium. n. 1.

Dominium proprie legitimum dominium, seù directum (vt vocant) significat. n. 2.

Dominium quot modis acquiratur, breuiter traditur ex Varrone. nu. 3.

L. fi. C. de edicto diui Adriani tollendo, enarratur. nu. 4.

Communis interpretũ opinio tradentium ex præscriptione temporis vile dominium acquiri abundè refellitur. n. 5.

Res mobiles viliores sunt, quam res soli. n. 6.

Possessio magis proprie cadit in rebus soli, quam mobilibus. n. 7.

Vile dominium nusquam apud iurisconsultos legitur. n. 8.

Couarruuias, & Pinelli refellitur opinio. n. 9.

HActenus in genere vsucapionis, & temporalis præscriptionis differentiam nō minus verè, quàm luculenter aperuisse videmur, deinceps in specie aliæ differentiæ explicandæ nobis sunt. Differunt præterea vsucapio, & temporalis præscriptio, quod
1 vsucapione iustum legitimumque, siue (vt vulgo vocant) directum dominium consequimur, quod & ipsa vsucapionis definitio declarat: Temporalis verò præscriptio, cùm sit exceptio ex tempore competens, minimè ex ea dominium parari potest. Sed latiùs hęc sententia nobis aperienda est. Enim verò quòd vsucapione dominiū adipiscamur, apparet ex l. Traditionibus. C. de pact. l. 1. ff. de vsucap. l. Sequitur. §. Lana. eod. tit. l. In bello. §. Si quis seruum. ff. de capt. & postli. reuers. §. Aliæ. Instit. de act. l. Neque vtilem ff. ex quibus caus. maio. l. 1. & 2. ff. de publi. in rem actio. l. Nullo C. de rei vend. Denique id ex toto penè iure facilè deprehen-
2 dere licebit. Quòd autem de dominio legitimo, seù directo (vt vocant) accipiendum sit, nihil dubitandum est: quandoquidem dominium in ea significatione propriè accipiatur. l. 1. ff. si ager vectig. vel. emph. peta. Et expressim significant Varronis verba
3 de re Rustica, qui ita inquit: In emptionibus, id est, alienationibus dominum legitimum sex ferè modis perficitur, hæreditatis iustæ additione, mancipio, iuris cessione, vsucapione, sub corona, sub hasta emptione. Cęterum quod ad temporalem pręscriptionem attinet, cum, vt diximus, & sæpè dicendum est, nihil aliud sit, quam exceptio: nemo meritò inficias ibit, per eam dominium vllum adquiri non posse, neque vtile, neque directum, tantùm enim exceptionem, parit non actionem, quam quidem produceret, si dominiū pareret. §. Omnium. Inst. de actio. Et hanc differentiam (si quid iudico) sentit.
4 l. fin. C. de edict. diui Adr. tol. Illa enim verba. *Nisi tantam tempus effluxerit, quod possit, vel possessori plenissimè securitatem super dominio præstare*, de vsucapione proculdubiò sunt accipienda. Quæ verò sequuntur, *vel ipsi, qui missus est, omnem intentionem excludere*, ad temporalem præscriptionem sunt vtiq; referenda. Igitur præscribendo, id est, excipiendo possessionem diù obtentam defendimus. l. In debiti. §. Sed & si nummi. ff. de cond. indeb. l. 1. & 2. C. si aduers. cred. l. Neque mutui. C. in quibus caus. cessat long. tēpo. præs. At possessione forsan amissa, præscriptio temporis nihil prodest, sed vsucapio-
5 ne opus est. Quamobrem decepti sunt quidā Interpretes, quibus placuit in rebus immobilibus ex temporali præscriptione vtile tantum dominium, non directum proficisci: in rebus verò mobilibus per vsucapionē dominium legitimum, siue directum parari. gl. cæteriq́ue in Auth. Nisi tricennale C. de bonis mater. Et illic Pinellus. nu. 36. 1. par. & Iaso. in l. Traditionibus. C. de pact. Cùm etenim vsucapione dominium adquiratur, vsucapio verò tam res soli, quàm mobiles complectatur, vt principio ostendimus: necesse profecto est, vt tam in rebus mobilibus quàm immobilibus iuxta dominium legitimum vsucapione adquiratur. Ecquid quero à vobis sapientissimi alioqui Interpretes, res soli seù immobiles commeruere, vt eis per vsum, & longam possessionem dominium directum abnegetis, quod rebus mobilibus impartiri non dubitatis? An quia illæ vilio- 6
res his sint, at contrà, has illæ longè superāt, id quod vos non negabitis. An quia possessio in his magis propriè, quàm in illis cadat? 7
at hoc Iurisconsulti negant. l. 1. l. Peregre. l. Si rem mobilem. ff. de adqu. poss. Deniq́ue si omnes rationes, quotquot excogitare poteritis, magis in hac parte rebus soli, quàm mobilibus suffragant, quid quæso, in res soli iniurios esse pergitis. Nam quod dicitis in rebus immobilibus, seù soli per pręscriptionem vtile dominium adquiri, neque vlla lege probat, neque verum esse potest, cum, vt monstrauimus, ad excipiendum tantū præscriptio tēporis valeat, vt omittam vtile dominium nusquam apud Iurisconsultos legi, 8
sed esse à vobis ementitum, & vestro Marte fabricatum, vt præter cæteros recētiores luculenter ostendit Duarenus lib 1. dis. c. 17. Ex quo etiam intelligi potest, nequaquam probare nos illam alteram Martini, eiusque fautorum opinionem, quos quidem latè referunt, ac sequuntur Dominus Cou. in dicta reg. Malæ fidei possessor. 3. par. in initio. n. 9
3. & Pinellus in dicta Auth. 1. par. nu. 36. Ij etenim, etsi ab illa communi Interpretū opinione dissentiant, in quo rectè illi quidem: aiunt tamen dominium directum præscriptioni temporis, perindè, ac vsucapione, adquiri. Planè etsi nihil magis verum sit, quàm dominium directum per vsum, & longā possessionem in rebus immobilibus acquiri, verū id vsucapioni, quæ tā in rebus mobilibus quàm immobilibus locum habet, omnino tribuendum est, non tēporali pręscriptioni.

§. TERTIVS.

Vsucapio pro bono publico introducta est simul re dominia

dominia rerum in incerto essent simul, vt litis finis esset, n. 1.

Sine vsucapione ferè dominium probari non posset, n. 2.

Rerum dominium naturali possessione, ideſt prima apprehensione capit, n. 3.

Dominia si in incerto essent, multa incommoda rempublicam lacesserent, n. 4.

Præscriptio temporis propter desidiam, & negligentiam dominorum introducta est, n. 5.

1 VSucapio deinde ac temporalis præscriptio non eadē ratione, sed diuersa introductæ fuere. Vsucapio enim bona publico, simul ne dominia rerum in incerto essent, si mul vt litium finis esset aliquis, introducta fuit, l. 1. ff. de vsucap. in prin. Inst. eo. l. fi. ff. 2 pro suo. Enim vero sucapionem missam faceremus, difficultet dominium probari pos- 3 set. Cum etenim rerum dominium naturali possessione, ideſt, prima inuasione cæperit, l. 1. ff. de adquirend. poss. memoria verò illius possessionis perierit, omnino dominiū probari aliter non posset, nisi per vsucapionem, & possessionem ex integro renouatā, 4 atque repetitam. At si dominia in incerto essent, iam vides quot quantaque incommoda Rempublicam lacesserent, tum propter rerum incuriam & negligentiā, nemo enim quod suum esse dubitaret iusta cultura coleret: tum propter litium multitudinem, quę quotidie magis ac magis scaturire necesse esset, dum suam quisque rem esse contenderet Proinde rectè à Cicerone pro Cecinna dictum est: Fundus à patre relinqui potest: at vsucapio fūdi, hoc est, finis solicitudinis, & periculum litium, non a patre relinquitur, sed a legibus. Hęc est igitur ratio, quare vsucapio introducta fuit. Porrò temporalis præscriptio non hac quidem ratione, sed alia diuersa, scilicet, propter desidiam, & ne 5 gligentiam dominorum, res suas petere negligetium, fuit introducta. l. fi. C. de annali excep. c. Vigilanti. de præscript. l. fin. C. de edict. Diui Adria. toll. Par est enim, vt tanto tempore desides suæ negligentiæ, ac socordiæ pœnas luant.

§. QVARTVS.

Vsucapio aduersus illos, qui in integrū restitui solent procedit, siue ij minores sint, siue maiores, num. 1.

Præscriptio temporis aduersus eos, qui in integrū restitui solent, non procedit, n. 2.

Vtilitati publicæ priuatam cedere explorati iuris est, n. 3.

Qui in integrū restitutionis auxilio vti possunt, vsucapione completa, non antea experiri potuerunt, quā rescissoria actione sibi concessa, n. 4.

Qui in integrū restitui possunt, nō impetrata rescissoria actione, agere possunt, & obiectā tēporis præscriptionē replicatione repellere, n. 5.

L. ab hostibus C. de captiuis, & postliminio reuersis, & aliæ non paucæ notæ, & acutè explicantur, ibid.

DIssident quoque vsucapio, & temporalis præscriptio, quòd vsucapio aduersus illos, qui in integrum restitui solent, procedit, siue ij minores sint, siue maiores, l. Nullo. C. de rei vendi. l. Ab hostibus C. de capt. & postli. reuers. l. Attilicinus. ff. si seruit. vēd. l. 1. C. si aduers. vsucap. l. Etiam ei. ff. de mino. l. 2. §. Si a pupillo. ff. pro empto re. Porrò præscriptio lōgi temporis, decē, 2 scilicet, vel viginti annorum, aduersus eos, qui restitui solent, non procedit, l. 1. & 2. cū reliquis. C. de restitu. mili. Vtrumque autē proprijs rationibus. Cum etenim vsucapio pro bono publico introducta sit, vt modò diximus, merito aduersus omnes procedere 3 debet, siquidem vtilitati publicæ priuatam cedere explorati iuris est, text. in c. bonæ, de postul. præla. At temporalis præscriptio, cùm solùm negligētes vlciscatur, & puniat: æquum est, vt ijs qui restitutionis in integrū beneficiū habent, nequaquā noceat, siquidem ij negligentiæ notari minimè possunt, alioqui non eis à iure in integrum daretur restitutio. Hinc altera singularis proficiscitur differentia: non posse eos, qui restitutionis auxilio vti possunt vsucapione completa, directa actione experiri, sed prius in integrum restitutionem postulare debere, vt nē pe rescissoria actione sibi concessa experiri queant. Isthæc conclusio apparet apertissime ex l. Ab hostibus C. de cap. & postlim. reuers. l. Nullo. C. de rei vendicat. §. Rursus, Iustit. de action. Aliter atque in temporali 6 præscriptione, nam ea non obstante, ij, qui in integrum restitui solent, directa actione, experiri possunt, neq, restitutione vlla opus habent: obiectam enim aduersus se temporalem præscriptionem replicatione expellunt, sicuti citra negotium intelligi poterit, ex l. Ab hostibus. C. quibus non ob. long. tempor. præscript. l. Sancimus. C. de restitut. mili. l. Neque reipublicæ. l. Quod tempore. C. eodem tit. l. Adolescentiæ. C. in quib. caus. in integr. restitut. non est necessar. leg. Præscriptione leg. Si possessio. l. Non est ignotum. C. quibus non ob. long. temp. præscript. Constat huius

discriminis ratio: quia cum per vsucapionẽ dominium adquiratur, dominium, & actio ipso iure priori domino tollitur, & vsucapiẽti adquiritur: vti ex suprà dictis apparet, & item ex l. Neque vtilẽ. ff. ex quibus caus. maio. Actioni igitur amissa, necesse est ad in integrum restitutionẽ recurratur, vt rescissoria experiri possit. Cæterùm per temporalem præscriptionem cum actio ipso iure non tollatur, vt satis monstratum est supra, & ipsummet verbum significat nihil est impedimento, cur ij qui in integrum restitui solent, statim agere non valeant, obiectam enim aduersus se temporalem præscriptionem (vt diximus) replicatione refellere possunt: Et sanè is est illarũ legũ, & verissimus & planissimus intellectus. An vero illarum sensum nostrates Interpretes assecuti fuerint, ipsi viderint. Mihi enim magis est cordi legum veritatẽ patefacere, quàm in aliorum erroribus refellendis tempus terere.

§. QVINTVS.

Pignus vsucapione non tollitur, n. 1.
Pignoratitia actio longi tẽporis præscriptione exploditur, n 2.
Pignoratitia actio dominio contraria non est, sed nudã tantum possessionem auocat. n. 3.
Temporalis præscriptio actioni opponitur, siue ea in rem sit, siue in personam, n. 4.

1 INtereſt deinde inter vsucapionem & tẽporalem præscriptionem, quod pignus vsucapione non tollitur. l. Vsucapio pignoris. ff. de pignor. l. 2. ff. pro hæred. l. Cùm postulassem. §. fi. ff. de damn. infect. Quas quidẽ leges, cùm in vsucapione loquantur, nihil dubij est, tam in rebus soli, quam mobilibus locum habere: tametsi Accursius, & cæteri Interpretes in mobilibus solũ accipiendas duxerint sua, scilicet, opinione decepti, quod vsucapionem ad res duntaxat mobiles pertinere falso putauerint. Verum in temporali præscriptione diuersum est: longi enim temporis præscriptio pignus repellit.
2 l. 1. & 2. C. si aduer. credit. long. temp. præscrip. opp. Sed cur quæso tã diuersum? Quoniam vsucapio dominium persequitur, vt su-
3 prà dictis constat. At pignoratitia actio dominio contraria non est, sed possessionem tantùm nudam auocat. l. Si cũ venditor in prin. ff. de euict. l. Si fundus. §. credito. ff. de pig. Quando igitur inter se contraria non sunt, altera alteram non potest extinguere. Hanc quidem rationem (ne à riuulis, sed à fonte petatur) reddit Papinianus in l. 1. §. cũ prædium. ff. de pign. & iterũ in l. Iusso. §. non mutat. ff. de vsucap. Porro temporalis præscriptio actioni opponitur, siue ea in rẽ sit, siue in personam. l. fin. C. de præscr. lõg. 4
tempo. l. Sicut in rem. C. de præscr. 30. vel 40. ann. atque proinde pignoratitiæ actioni sicuti & reliquis actionibus, contraria est, eamque repellit.

§. SEXTVS.

Præscriptio per litis contestationem interpellatur, n. 1.
Vsucapio per litis contestationem haudquaquam interrumpitur, n. 2.
L. moræ. C. de reiuendicatione, & aliæ nonè explicantur, ibid.

DIscrepant quoque vsucapio & tempora 1
lis præscriptio, quod præscriptio per litis contestationem interpellatur. l. Moræ. C. de rei vend. l. Neque bona fide. C. de 2
præscript. long. temp. Vsucapio verò per litis cõtestationẽ haudquaquam interrumpitur. l. 2. §. fi. ff. pro emp. l. Si post acceptũ, ff. de rei ven. §. Si ad exhibendum. Inst. de offi. Iud. l. Sed etsi vsucapio. ff. fam. hercis. l. Iulianus. §. Sed etsi quis. ff. ad exhibend. Et hanc quidem differentiã, & Interpretes ipsi (ne omnino illis bellũ induxisse videamur) tradunt. Cæterùm in illo lapsi sunt quod leges illas in vsucapione loquentes, sua illa falsa distinctione decepti, in rebus mobilibus tantùm accipiendas comminiscuntur, cum manifestũ sit, tã in rebus immobilibus, quã mobilibus locum habere, ex ipsius scilicet, vsucapionis propria significatione, vt in principio monstrauimus.

§. SEPTIMVS.

Incorporalia vsucapi non possunt, n. 1.
Incorporales traditionẽ, & vsucapionem non recipiunt, n. 2.
Præscriptio temporis etiam in rebus incorporalibus locum habet, n. 3.
Actio confessoria, vel negatoria pro vsu fructu eõ petens longi temporis excluditur præscriptione, n. 4.
Vsusfructus cum res incorporalis sit, vsucapione acquiri non potest, num. 5.

DIfferunt prętereà vsucapio & tẽporalis 1
præscriptio, quòd incorporalia vsuca-
pi

pi non possunt. l. Seruus, §. Incorporales, ff. de adqui. rerum dom. cuius hæc sunt verba:
2 *Incorporales res traditione, & vsucapionem non recipere manifestum est.* Hoc autem vel ipso verbo vsucapere intelligitur. Capi enim, quę tanguntur, possunt: incorporalia verò minimè tangi possunt, ideoque capi
3 (idest) apprehēdi nō possunt. Porrò temporalem præscriptionem etiam in rebus incorporalibus locum habere cōstat, quippe quæ aduersus actiones obiiciatur, siue eæ pro rebus corporalibus, siue incorporalibus competant. l. Sicut. C. de præscr. 30. vel 40. ann. l. Hæreditati s. C. de peti. hæred. Hinc alia elegās differentia pēdet. Enim vero tametsi in vsufructu, qui est ius incorporale, locū
4 habeat longi temporis præscriptio, idest, licèt actio confessoria, vel negatoria pro vsu fructu competens, longi temporis præscriptione excludatur, vti luculentissimè osten-
5 dit. l. fi. C. de præscr. long. temp. Atqui vsus fructus, cum res incorporalis sit, vsucapione haudquaquam adquiritur. l. Iusto. §. Non mutat. ff. de vsuca. l. acquiritur. §. fi. ff. de adquir. rerum dom. Qui sanè est illarum legū proprius, & germanus intellectus, verissima & planissima concordia. At nostri Interpretes, dum illarum legum intellectum non assequuntur, in quot (proh dolor) sed tacere satius puto, ne quisquam me in interpretes procacem esse insimulet, è plaustroque me loqui dicat.

§. OCTAVVS.

Seruitutes vsucapi non possunt, n. 1.
In seruitutibus locum habet temporis præscriptio num. 2.
L. fi C. de longi temporis præscriptione apprimè elucidatur, n. 3.
Tempore immemorabili seruitutes acquiruntur, num. 4.
L. 1. §. fi. ff. de aqua pluuia arcenda, elucidatur, num. 5.
Seruitutes duobus tantum modis constituuntur contractu, vel testamento, n. 6.
L. si quis diuturno. ff. si seruitus vendicetur, nonè & verè explanatur, n. 7.
Per tempus immemorabile, seruitus iure constituta videtur. n. 8.
Differentia, quā communiter interpretes tradunt inter seruitutes cōtinuas, & discontinuas miris modis exploditur, n. 9.
L. foramen. ff. de serui. vrba. prædiorum, nō minus verè, quam noue explicatur, n. 10.
Omnes seruitutes perpetuam causam habere debent. n. 11.
Causa in seruitutibus dicitur illud, ex quo seruitus efficitur, n. 11.
Possessio in seruitutibus nihil aliud est, quam ipsius seruitutis vsus, n. 12.
Perpetuus, & continuus non idem sunt, n. 13.
Casus seu species l. foramen, exponitur, n. 14.
Quod ex naturali causa fit, & si non assiduè fit, perpetuam causam non idem quod hominis fit. num. 15.
Aquæductus seruitus nec ex lacu, neque ex stagno deberi potest, n. 16.
Accursius longè aberrat in intelligentia legis foramen, n. 17.
Fōs ad aquæductū perpetuā causā habet. n. 18.
Fluminis seruitus differt ab aquæductu. 19.
Lōgoualius lapsus est in interpretatione legis, foramen, n. 20.
Flumen numeratur inter seruitutes vrbanas, n. 21.
Ratio quare lacus & stagnum perpetuā causam ad aquæductus seruitutem non habeat. 22.
Stagnum quid sit, n. 23.
In stagno nec aquæ haustus, nec nauigij, aliaue seruitus constitui potest, n. 24.
Lacus perpetuam habet aquam, quæ suos tamen terminos non excedit, n. 25.
Ex puteo aquæductus, seruitus constitui non potest, haustus seruitus bene potest, n. 26.
L. 1. §. loquitur. ff. de aqua quotidiana, & æstiua, elucidatur, n. 27.
Causa naturalis non accidentalis spectanda est, num. 28.
In lacu nauigij aquæ haustus, & pecoris ad aquā appulsus, seruitutes iure constitui possunt, n. 29.
Verbum, essentia, Plautinum est, n. 30.
L. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & æstiua, cum similibus luculenter explicanur, n. 31.
L. seruit. 4. ff. de seruit. latè explanatur, n. 32.
Omnes seruitutes incorporales sunt. n. 33.
Quando in lege sunt plures rationes, satis est vnā locum habere, etsi cæteræ deficiant, 34.
L. hoc iure. ff. de aqua quoti. & æstiua, §. ductus, iterum explanatur, n. 35.
Circa seruitutes longè interest, an quis vsucapione nitatur, an longi temporis præscriptione, num. 36.
Totius paragraphi conclusio, n. 37.

HActenus non paucas, leues ve legum difficultates ex huiusce modi vsucapionis, & temporalis prescriptionis differentia sustulisse videmur: sed & nunc medius fidius ex hac eadem differentia in extricabi-

les

les alioqui legum quãtundam nodos profligabimus. Quibus quidem in tantum interpretes irretiti sunt, vt compluribus, eisdemque grauissimis erroribus eos implicitos animaduertam. Primùm autem istarum legum, quas dico, verum intellectum summatim proponam: deinde Interpretum opiniones refellam, simulque ipsorum argumentis satisfaciam. Sciendum est igitur iter temporalem præscriptionem, & vsucapionem illud etiam interesse, quod vsu capi seruitutes non possunt. l. Si aliena. §. Hoc iure. ff. de vsucap. vbi in hæc verba Iurisconsul. scribit: *Hoc iure vtimur, vt seruitutes per se nunquam longo tempore vsucapio possint, cum ædificijs possint.* Tex. etiam in l. Seruitutes. 4. ff. de seruit. & l. Sequitur. §. fin. ff. de vsucap. Cuius rei ea quidem est ratio: quoniam, vt paulò antè diximus, incorporales vsucapionem non recipiunt. d. l. Seruus. §. 1. ff. de adquir. rer. domin. Seruitutes autem incorporales esse, ne est qui dubitat, vt in princ. Instit. de rebus corporal. & incorp. At qui in seruitutibus locum habere temporalem præscriptionem. 10. vel. 20. annorum, manifestè ostẽdi. l. fin. C. de præscript. long. temp. & l. 2. C. de seruitut. & aqua. Quæ cum generaliter loquantur, indistinctè sunt accipiendæ. Illud tamẽ meminisse debemus, licet seruitutes vsucapi non possint, veruntamen si quis per tempus, quod hominum memoriam excedat, seruitute vsus fuerit, quasi imposita ipso iure seruitus videtur, & constituta. l. Hoc iure. §. Ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiu. l. 1. §. fin. ff. de aqua pluu. arcend. vbi in hæc verba Iurisc. inquit. *Sanè. n. & in seruitutibus hoc iure vtimur, vt vbi seruitus non inuenitur imposita, quamdiu vsus est seruitute, neque clam neque precario: habuisse longa consuetudine velut iure impositam seruitutem videatur: eritque ista quasi seruitus: in quam rem vtilem actionem habemus.* Hactenus Iurisc. Neque sane his refragatur text. in. §. fin. Instit. de seruit. vbi dicitur, seruitutem duobus tantum modis constitui, contractu vel testamento: nam illud quidem propriè, vetum quandò quis diutur no tempore, ideſt, quod hominum memoriam excedat, seruitute vsus est: num est propriè seruitus, sed quasi seruitus, vt Iurisconsul. in illis legibus proximè allegatis apertè docet. Et hoc sanè est, quod voluit dicere Iurisconsul. in l. Si quis diutur. ff. si serui. vendi. Ait enim. *Si quis diuturno vsu, & longa quasi possessione ius aquæ ducendæ, nactus sit: non ei necesse est docere de iure, quo constituta sit aqua (veluti ex legato, vel alio modo) sed vtilem habet actionem, vt ostendat per annos (fortè tot) vsum se, non vi, non clam, non precario.* Quasi apertius Iurisc. dixerit: tametsi contractu, vel testamẽto seruitus propriè constituatur: attamen si quis vsus fuerit seruitute per tempus diuturnum (seu immemorabilem, vt vocant) habebit vtilem actionem: quoniam eo casu seruitus iure ipso quasi constituta videtur. Hic est sanè verus ac germanus illarum legum sensus. Quòd cuiuspiã Diui numine fieret, vt Iurisconsul. reuiuiscerent: audacter ausim sponsionem facere, sese meam hanc omnino interpretationem probaturos. At nostri Interpretes (alioqui sapientissimi) miris modis in illarum legum intelligentia hallucinati sunt, ipsorum quod pace dictum velim. Vt enim inter has leges, quæ magis diuersæ sunt, quã contrarię, concordiam ponam, confingunt quandam distinctionem seruitutum continuarum, & discontinuarum, vt intelligat oportet me interim eorum verbis vti. Aiuntque seruitutes, quæ causam continuam habeat, longi temporis prę scriptione, quę verò discontinuam, diutur seu immemoriali tempore adquiri: vtunturque in hãc sententiam, argumento text. in l Foramen. ff. de seruit. vrban. prę d. & l. seruitutes. 4. ff. de seruitut. Quæ tamen leges hanc suam distinctionem haut quaquã probant. Et quoniam Interpretes totum suæ distinctionis fundamentum in illis legibus collocant: operæ pretium erit, vt tantisper in illarum intelligentia moram faciamus. In primis igitur notandum est, has duas leges in vnam eandemque sententiam accipere Interpretes; cùm interim re vera diuersa contineat. Enim vero illa lex Foramen, ait omnes seruitutes perpetuam causam habere debere: illa altera, seruitutes non habere certam continuamque possessionem. Atqui causa an seruitutibus nõ est idẽ, quod possessio: neque continuus significat idẽ, quod perpetuus. Causa enim in seruitutibus dicitur illud, ex quo seruitus efficitur: vt ecce in seruitute aquæ ductus, vel aquæ haustus, causa seruitutis est ipsa aqua, vt apparet ex illa. l. Foramen, item ex l. 1. §. Hoc interdictum. ff. de fonti. Possessio verò in seruitutibus est nihil aliud, quam ipsius seruitutis vsus. l. si quis diuturno. ff. si seru. vend. l. Seruitutes, quæ in superficie. ff. de seruitut. vrban. prædi. l. pen. ff. de seruit. Rursus verbum. *Perpetuus*, non idem significat, quod verbũ *Continuus*. Hoc enim significat, quod ibgiter & sine interuallo sit. l. Continuus. ff. de verb. obligat. Illud verò, quod semper existet, & permanebit. l. eum debere. ff. de seruit. vrban. prædi. gloss. in l. 1. ff. pro socio. Quo circa fieri potest, vt quid perpetuum

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

sit,

sit, quod tamen idem non sit continuum: vt puta in pluuia (ne aliunde exempla mutuemur.) Perpetuo enim pluet, & tamen non continuò pluit, vt & notissimum est, & scribit Iurisc. in d. l. Foramen. Cùm itaque illarum legum verba diuersa sint, velle eas in vnam sententiam conglutinare, non sat bona
14 est interpretatio. Verum vt illius legis Foramen, sensum possis deprehendere, illius speciem ita accipere debes. Ego habebã domi meæ cõclaue, seù triclinum (is est locus, vbi cœnatur atque discumbitur.) Cùm igitur illic ex aqua, quæ ministerij, putà, causa diffundebatur, colluuies fuçimunditia fieret: feci pauimenti proluendi causa foramen in pariete triclinij, vti illac immunditia illa, & colluuies in vicini prędium effluereret. Cõsulebatur igitur, an colluuies illa, quæ ita per foramen illud esset emittenda, seruitutẽ efficeret, & tempore adquiri posset: & respõdet Iuriscons. Neque seruitutem eam esse, neque tempore adquiri posse: si modò in eum locum nihil è cęlo aquæ veniat. Diuer-
15 sitatis autem rationem subiunxit, quia cùm è cælo aqua cadit, etsi non assiduè fit, ex naturali tamen causa fit, & ideò perpetuo fieri existimatur. Ad quando è cælo aqua non cadit perpetuam suam non habet, quia manu hominis fit. Omnes verò seruitutes perpe-
16 tuas causas habere debere generaliter Iurisconsultus definit, & idcirco, neque ex lacu, neque ex stagno aquæductum constitui posse tradit. Ista sanè est verissima illius legis expositio. Id vt oculata fide credas, ante oculos illius verba subijciam, quæ quidem hæc sunt. *Foramen in pariete conclauis, vel triclinij, quod esset proluendi pauimenti causa: id neq; flumen esse, neque tempore adquiri placuit: hoc ita verum est, si in eum locum nihil ex cælo aquæ veniat, neque enim perpetuam causam habet, quod manu fit. At quod ex cælo cadit, etsi non assiduè fit, ex naturali tamen causa fit, & ideò perpetuò fieri existimatur. Omnes autem seruitutes prædiorum perpetuas causas habere debent: & ideò neque ex lacu, neque ex stagno cõcedi aquæ ductus*
17 *potest*. Hactenus legis verba. Longè verò ab istius legis intellectu abfuit Accursius, tametsi cæteri ei assentiantur. Ait enim quòd per foramen illud mittebatur aqua ex vicini fonte in pauimentum quibusdam temporibus: quod à veritate alienum esse palam est.
18 Nam primum, si ex fonte aqua in pauimentum duceretur, profectò seruitus perpetuam causam haberet: siquidem fontem perpetuã causam habere cõstat. l. 1. ff. de fonte. Deindè eo casu non quæreret Iurisconsult. an flu-
19 minis esset seruitus, sed an aquæductus. Inter has enim illa est differentia, quòd aquæductus dicitur, quando nos per alienum prędium in nostrum prædium alicunde aquam ducimus. Fluminis verò seruitus, quando ex nostro prædio in alienum prædium aquã mittimus. §. 1. Insti. de serui. l. Fistulas. ff. si serui. vend. l. penul. ff. de serui. Ad hæc illa Accursij interpretatio minime quadrare potest verbis sequentibus. *Hoc ita verum esse, si eum locum nihil ex cælo aquæ veniat.* Atque de hoc hactenus. Illud verò scitum, quod idem Accursius scribit, flumen in illa lege accipiẽdum pro ligno excauato, in quo colligitur aqua pluuiatilis, vel alia naturalis, quæ tamen semper fluat. Quis enim vnquem fando flumen in hac significatione accepit? Sed
20 neque verum est, quod Longouallius, acutissimus alioqui vir, putat in l. Imperium. 4. par. Flumen in illa lege accipiendum pro canali, siue fistula. Quid ergo? Planè flumen in
21 illa lege accipitur pro seruitute fluminis. Flumen enim inter vrbanas seruitutes numerari certum est §. 1 Institut. de serui. l. pen. de seruitu. l. Fistulas. ff. si serui. vend. Quando igitur Iuriscons. in illa. l. Foramen de seruitutibus agit: non est dubitandum, quin de seruitute fluminis loquatur. Ex his igitur satis apparet, quare aqua illa, quæ per foramẽ illud emittebatur in vicini prædium, perpetuam causam non haberet, quia scilicet manu hominis fiebat. Verum, vt ex omni parte illius legis Foramẽ, expositioni inseruiamus: placet despicere quamobrem lacus, & stag-
22 num perpetuam causam ad aquæductum nõ habeat. Quod quidem non inuitus faciam, cum videam Scriptores hunc locum, & perfunctoriè, & minùs rectè tractasse. Et sanè, quod ad stagnum attinet, in promptu ratio
23 est: quia stagnum temporalem habet aquam ibidem stagnantem, quæ plerumque hyeme colligitur. l. 1. §. Stagnum. ff. vt in flumi. publi. & tradit latè Boerius Consil. 24. num. 2. Atque proindè in stagno, neque aquæ haus-
24 tus, neque nauigij, aliaue seruitus constitui potest. vti non obscurè declarat Iuriscons. in l. Via constitui. §. 1. ff. de seruitu. rusti. prędi. & in l. 1. §. Stagnum. ff. vt in flumin. public. Verùm quod ad lacum attinet, mirum videtur eum nõ habere perpetuam causam: nam lacuum perpetuam causam habere testatur Iurisconsult. in l. 1. §. Lacus. ff. vt in flumi. public. *Lacus* (inquit) *est, qui perpetuam ha-*
25 *bet aquam.* Sed facillimè hanc tibi difficultatem profligabimus. Sanè idcirco lacus ad aquęductum perpetuam causam non habet, quia licet eius aqua perpetua sit, attamẽ suos semper fines retinet, eosdemque perpetuò

terminos

terminos seruat ita, vt perpetuò ex eo aqua duci non possit. Hoc quidem tum cognoscet is, qui lacuum naturam cognouerit: tum significat Martialis illis carminibus.

Lib. 9. Epigrã. 102.

Multum (crede mihi) refert, à fonte bibatur.
Qui fluit, an pigro, quæ stupet vnda lacu.

Sed quid foris testimonia petimus, cùm domi habeamus? Idem enim apertè ostendit Iurisconsul. in l. Vicinus. §. Lacus. ff. de aqua pluui. arcend. & in l. Lacus. ff. de acquir. rerũ dom. *Lacus* (inquit) *& stagna, licèt interdum crescant, & interdum exarescant, suos tamẽ terminos retinent: ideóq; in his alluuionis ius non agnoscitur.* Hæc Iurisconsul. Sicuti igitur ex puteo aquæ ductus seruitus constitui nõ potest, similiter neque in lacu: quia istorum illa est cõditio, vt perpetuò indè aquaduci nõ possit, cuius rei ipsummet Iurisconsultum inter 27 pretem habemus in l. 1. §. Loquitur. ff. de aqua quotidia. & æsti. ita scribens: *Loquitur autem Prætor in hoc interdicto de aquæ sola, quæ perennis est. Quamquam autẽ ad perennes aquas dixerimus hoc interdictum pertinere: eas tamen perennes pertinet, quæ dici possunt: Cæterùm quædam aquæ sunt, quæ etsi perennes sint, duci tamen non possunt, vt putà puteales, & quæ ita submersæ sunt, vt defluere extra meatus suos, & vsui esse non possint.* Vides Iurisconsulti verba, vt mirum in modum nostram sententiam confirmẽt. Sed neque ad rem pertinet, quòd lacus interdum crescant, vt probatur in l. Rutilia Polla. ff. de contrah. empt. Nam illud quidem ex accidenti contra ipsius lacus naturam contingit, & ideò talis inundatio perpetuam causam ad aquaductum habere non 28 potest. Naturalis enim causa, & perpetua, non accidentalis spectanda est l. 3. ff. de tutelis. Sed neque mouet. l. 1. §. Caput. ff. de aqua quotid. vbi significatur ex lacu duci aquam, nam loquitur de lacu fluminis: nos verò loquimur de lacu terrestri, qui non exit à flumine, sed per se extat. Quamquam verò in 29 lacu aquæ ductus seruitus constitui non possit: possunt tamen nauigij, aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, seruitutes cõstitui. l. Via constitui. §. 1. ff de seruit. rust. præd. l. 1. ff. de fonte. cuius rei eam cõstat esse rationem. Quia eum lacus perpetuã habeat aquã: vsus istarum seruitutum (quas dixi) perpetuò in eo haberi potest: æquæ etiã in puteo, licèt aquæ ductus seruitus constitui non possit, poterit tamen aquæ haustus seruitus cõstitui. l. 1. §. Loquitur. ff. de aqua quotid. Et hæc sanè est verissima iustàq; planissima istarum legum interpretatio. Quàm longè verò nostri Interpretes in hac re à veritate abfuerint, longum esset recensere, tu ipse, si libet, poteris ex eorum scriptis colligere. Hæc à nobis tam longo sunt repetita sermone, vt intelligas in illa, n. l. Foramen. nequaquam probari distinctionem, illam seruitutum cõtinuarum, & discontinuarum. Vt enim vides, 30 Iurisconsultus generaliter definit omnes seruitutes ad sui essentiam (vt Plautino verbo vtar) necessariò perpetuam causam habere debere: alioqui negat seruitutes esse, & consequenter, neque concedi posse, neque tempore adquiri. Illud igitur quod Iurisconsulti tradunt, tempore diuturno (id est, quod hominum memoriam excedat) seruitutes quasi constitui. l. Hoc iure. §. Ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. cum similib. procedet sanè, si modò seruitutes perpetuam causam habeant: nàm aliàs, neque concedi possunt, 31 neque vllo tempore adquiri. vt docet Iurisconsul. in d. l. Foramen. De cuius intellectu 32 satis dictum est. Modò ad interpretationem legis Seruitutes. 4. ff. de seruitutibus accingamur: cuius hæc sunt verba. *Seruitutes rusticorum prædiorum, etsi corporibus accedunt, incorporales tamen sunt, & idcirco vsu non capiuntur: vel ideò, quia tales sunt seruitutes, vt non habeant certam continuàmque possessionem. nemo enim, tam perpetuò tamquè continenter ire potest, vt nullo momento possessio eius interpellari videatur. Idem & in seruitutibus vrbanorum prædiorum obseruatur.* Et profectò, neque hìc Interpretum distinctio probatur. In hac etenim lege ait Iurisconsul. seruitutes vsucapi nõ posse, cuius rei duas rationes reddit: vel quia incorporales sint, vel quia non habeant certã 33 continuamque possessionem. Illam autem priorem latè patere, omnesque seruitutes in vniuersum comprehendere, nullus quidem Interpretum inficias ibit. Eas enim omnes incorporales esse, certo certius est. §. 1. Instit. de rebus corpo. & incorp. Igitur etsi altera ratio generalis non esset, adhuc tamen generaliter Iurisconsulti sententia esset recipienda, videlicet, seruitutes omnes vsucapi non posse. Nam quando in lege sunt plures 34 rationes: satis est vnam locum habere, etiã reliquæ desiderentur. §. Affinitatis. Instit. de nupt. l. Liberorum. 8. Notatur. ff. de ijs, qui notan. infam. Bar. in l. Regula. §. Siquis. ff. de iuris & facti ignoran. Deindè neque ista secunda ratio quidquam iuris Interpretibus suffragatur: nam imò in ea Iurisconsult. videtur sine distinctione aliqua definere seruitutes omnes nõ habere certã continuamque possessionem: quod & apertiùs ostendit illa postrema legis verba: *Idem & in seruitutibus vrbanorum prædiorum obseruatur.* Seruitutes enim vrbanorum prædiorum pleraq;

Verbo essentia vtitur Plautus, & probat. Quintil. li. 3. d. c. 7. dicens, non esse aliud eius nomen Latinum.

causam

causam haberē continuam, & ipsi Doctores fatentur. Itaque neque in priori posteriorivè ratione: neque in tota hac lege Authorū distinctio probatur. Omitto hic referre argu-
35 mentum. l. Hoc iure. §. Ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. quo quidem in suam distinctionem Interpretes vtuntur: nam imò illa lex eis palàm aduersatur, nedum suffragetur, cùm in seruitute aquæductus loquatur, quam & ipsi continuam appellitant: itaque ipsi suo (vt aiunt) galdio iugulantur. Planè hanc continuarum, & discontinuarū seruitutum distinctionem ab antiquis traditam, & ante nos quoque quidam ex recētioribus exploserunt, vt Longouallius in l. Imperium. 4. par. & Eguinarius, in §. 1. Instit. de seruitut. & iterum in d. l. Seruitutes. 4. ff. de seruitut. Ibidemque Corrasius. Ludouicus quoque Charonda, verisimilium. lib. 1. cap. 14. Sed mehercle, neque isti quidē huius rei scopum omnino attigerunt: nam aiunt omnes seruitutes generaliter decemvè vigin ti annis quasi vsucapi, ita intelligentes. l. fin. C. de præscr. long. tempo. & l. 1. ff. de aqua plu. arcend. & l. Hoc iure. ff. de aqua quotid. & æsti. & similes: quod à veritate longè abhorrere facilè intelliget quisquis ea, quæ tradidimus, paulò attentiùs perceperit. Enim verò illa lex finalis. C. de præscr. long. temp. non de vsucapione loquitur, sed de temporali præscriptione, quæ diuersa esse suprà monstrauimus. Cæteræ verò leges, quibus comprehensum est, tempore diuturno seruitutes constitui, quod in tempore hominum memoriā excedent loquantur, ostendit apertissimè illa. l. Hoc iure. §. Ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. cuius verba, tam aperta sunt, vt recentiorum Interpretum cauillationes nequaquam patiātur. Hæc etenim sunt. *Ductus aquæ, cuius origo memoriam hominū excesserit, iure constituti loco habetur.* Sed dixeris: Agedum si longi tēporis præscriptione seruitutes adquiruntur, quid (quæso) opus est diuturno tempore, seù quod hominum memoriam excedat? At ex his, quæ suprà tradita sunt, responsum habes: nam ex longi temporis præscriptione nequaquam actio paratur, sed tantùm exceptio: quoniam, vt satis dictum est, præscriptio nihil aliud est, quàm
36 exceptio. Quapropter si is, qui longo tempore seruitute vsus sit, quasi possessionem amiserit: longi tēporis præscriptio nihil ei proderit, quoniam ad agendum nihil valet, sed tantum ad excipiendum. At si quis tempore diuturno seù immemorabili (vt vocant) vsus sit seruitute, quia tunc seruitus quasi constituitur, etsi possessionem amiserit, nihilominus vtilem habet actionem, scilicet confessoriam, qua experiri possit, vt declarat Iurisc. in d. l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcend. & in d. l. Si quis diuturno. ff. si serui. vend. Et quo-
37 niam hic iam forsan multus videbor, rem in pauca conferens, explosa illa communi veterum Interpretum distinctione inter seruitutes continuas, & discontinuas, quippè quæ nullo iure probetur: tenendum est, seruitutes vsucapi non posse. Sed si quis vsus fuerit seruitute per tempus, quod hominum memoriam excedat, iure ipso seruitus quasi cōstituitur, quod si quasi vsucapionem vocare velis, non repugno. At in seruitutibus habet locum longi tēporis præscriptio, id est, actiones pro seruitutibus competentibus, scilicet confessoria, vel negatoria decem, vel viginti annorum præscriptione, exēplo rerum immobilium repelluntur. Hæc sanè, quod ad ius cōmune attinet, & verissima sunt, & planissime procedunt: quòd vero ad nostrum ius Regium attinet, consule. l 5. tit. 31. par. 3. Atq; iam ad aliam differentiā accedamus.

§. NONVS.

In vsucapione titulus postulatur, & bona fides, in præscriptione temporis titulo opus non est, sed bona fides sufficit. n. 1.

In præscriptione triginta annorum secundum iura ciuilia mala fides etiam non nocet. n. 2.

L. diutina, & l. nec petentem. C. de præscriptione longi temporis à doctoribus non satis intellecta ostenditur. n. 3.

Conditio indebiti personalis est actio, & idcircò non nisi triginta annorum præscriptione tollitur. n. 4.

QVoniam ex superioribus iam vobis (vt conijcio) persuasum erit, longè inter vsucapionem, & temporalem præscriptionē interesset iam ausim ad illam differētiam accedere, quę quidem (vt omnia turbata sunt) monstri similis videretur, si dicta non præcessissent. In illo igitur vsucapio, & tempo- 1
ralis præscriptio maximè, & præcipuè differentiunt, quod in vsucapione titulus postulatur, & bona fides, atqui in præscriptione temporali etiam longi temporis, scilicet. 10. vel 20. annorum, titulo opus nō est, sed tantùm bona fides sufficit: licèt hactenus contrariū omnes, tam veteres, quàm recentiores sibi persuasum habuerint. A quibus ipse dissentire temerarium iudicarem, nisi in hanc sententiam plurima iuxtaq; apertissima legum argumenta

gumenta viderem. Enimverò ſicuti omnia iura apertiſsimè demonſtrant, ſine titulo vſucapionem contingere non poſſe. l. Celſus. ff. de vſuc. l. Nullo. C. de rei vend. & in princ. Inſtit. de vſucap. denique ipſi tituli ſunt per propias, & diuerſas rubricas diſtributi. tàm in Digeſtis, quã in Codice, veluti pro ſoluto, pro emptore, pro donato. & cæteri. Sic etiam nuſquam vlla lex eſt, quæ titulum ad temporalem præſcriptionem poſcat, ſed tãtum bonam fidem in longi temporis decem vel viginti annorum præſcriptione deſiderant: nam in longiſsimi etiam mala non no-
2 cet. In hanc ſententiam eſt in primis, l. Longi temporis. C. de præſcr. long. tempo. cuius hæc ſunt verba. *Longi temporis præſcriptio ijs, qui bona fide acceptam poſſeſsionem, & continuatam, neque interruptam inquietudine litis tenuerunt, ſolet patrocinari.* Idem probat. l. vnica. C. de vſucap. transfor. l. 1. & l. Emptor. & l. Neque bona fide. C. de præſcr. long. temp. l. Cùm hærede. ff. de diuer. & tempor. præſcript. l. Si fundum. ff. de fundo dotali. Videamus tamen, an ſit aliquid, in quo Interpretum error innitatur: & ſanè duæ ſunt leges,
3 quæ, prima facie videntur communi opinioni fauere. l. Diutina, & l. Neque patentem. C. de præſcr. long. temp. quas tamen nihil nobis obſtare breuiter oſtẽdam. Illius enim prioris hæc ſunt verba. *Diutina poſſeſsio tantũ iure ſucceſsionis, ſine iuſto titulo obtenta, prodeſſe ad præſcriptionem hac ſola ratione nõ poteſt.* Primùm enim illa lex nequaquam Interpretum probat opinionem, ait enim, ius ſucceſsionis ad præſcriptionem non prodeſſe, & tamen certum eſt titulum ſucceſsionis, id eſt pro hærede, titulum efficacem ad vſucapionem eſſe, vt vel ipſi tituli. ff. & C. pro hærede ſignificant. Deindè illa lex non eſt accipienda, vt volunt Interpretes, ſed illud tantum vult dicere. Diutinam poſſeſsionem, ſine iuſto titulo, id eſt, cum mala fide & improbo iniuſtoq; titulo obtentam, ſucceſſori nihil prodeſſe, quia nempè Authoris mala fides ſucceſſori nocet. §. Diutina. Inſt. de vſu cap. l. Pomponius. §. 1. ff. de adquir. poſſeſſ. Alterius verò legis verba hæc ſunt: *Neq; petentem dominiũ ab eo, cui petentis ſolus error cauſam poſſeſsionis, ſine verò titulo præſtitit, ſilentij longi temporis præſcriptione repelli, iuris euidentiſsimi eſt.* Quæ quidem verba nequaquam eò pertinent, vt titulum verum ad longi tẽporis præſcriptionem poſtulet, ſed illud ſanè volunt, agenti conditione indebiti, longi temporis præſcriptionem nõ nocere. Quòd autem illic conditione indebiti agatur, ſatis apparet, dum ait. *Neque petentem dominium.* Non igitur actione in rẽ experiebatur, quippè quę dominium habenti competit, ſed conditione indebiti agebatur, quia errore dominium traditum fuerat. Cùm itaque conditio indebiti perſonalis ſit actio. & §. ſic itaque & §. Appellamus. Inſt. de actio. rectè definit Imperator longi temporis præſcriptionem non nocere, quia ſcilicet 30. annorum præſcriptione opus erat. l. Indebiti. §. 1. ff. de cond. indeb. l. 2. C. de conſtitut. pecun. Cùm igitur in iſtis duabus legibus Interpretum ſententia non probetur, & reliquę omnes leges apertiſsimè ſignificent ad longi tẽporis præſcriptionem titulum neceſſarium non eſſe, ſed tantum bonam fidem ſufficere: nemo ſanè erit, ſi modò non ſeſe iam totum iuris Interpretibus deuouerit, in eorumque verba iurauerit, qui hanc noſtram concluſionem non amplectatur & probet, noſque rem acu (vt dici ſolet) tetigiſſe fateatur.

4

---

§. DECIMVS.

L. vnica. C. de vſucapione, transformanda, tum nouè, tum verè, & luculenter declaratur. num. 1.

Lex vnica. C. de vſucapione, transform. locum, & tempus in vſucapionibus antea præfinita immutauit, cætera in ſua vi & poteſtate reliquit. nu. 2.

Mobilia triennio vſucapiuntur, immobilia tempore præſcriptionibus definito. n. 3.

Legum correctioni indulgere non debemus, nume. 4.

Temporaquè anteà temporalibus præſcriptionibus conſtituta erant, vſucapionibus quantum ad res immobiles communicata ſunt. n. 5.

L. ſi quis emptionis. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. apprimè declaratur. n. 6.

Auth. niſi triennale. C. de bonis matern. declaratur. n. 7.

Differentiæ anteà conſtitutæ inter vſucapionem & temporis præſcriptionem, etiam durant poſt legem vnicam. C. de vſucapione tranformanda, præter mutationem loci, ac temporis, nume. 8.

Ad res difficiles intelligendas principia, vel leuia non ignorâſſe plurimum prodeſt, nec ignorâſſe tantundem nocet. n. 9.

SVpradictæ differentiæ à nobis traditæ, tàm apertiſsimè ex ipſis legibus, ac toto penè iure comprehenduntur, atque ita inter ſeſe omnes conueniunt, ſibique mutuò reſpondent: vt crediderim neminem fore, qui modò

modò veritate ipsa flectatur, quique magis legum decisionibus, quam nostrorum Scriptorum opinionibus parere in animum induxerit, qui non concedat errasse Interpretes in illarum legum interpretatione, quique nouo genuinoque legum intellectu non gestiat, nobisque tanquam huius veritatis assertoribus gratuletur. Verum quoniam Interpretes aiunt hanc suam vsucapionis, & temporalis præscriptionis differentiam probari
1 in l. vnica. C. de vsucap. transfor. (per eam enim contendunt vsucapionem ad res mobiles, præscriptionem verò temporis ad res soli redactam fuisse) oportet illius legis intelligentiam paucis aperiamus. Et planè nequaquam Interpretes illius legis intellectum assecuti sunt. In primis etenim, quamuis illis donaremus in hac lege suam differentiam probari: at qui non vident crimen esse, anteriores leges, quas obrogatas esse aiunt, tanquam si abrogatæ non essent, secundum abrogantis legis tempus interpretari? Deindè longè à verò alienum est, quod aiunt, istam legem vnicam vsucapionem a rebus soli abstuliisse, ad resque tantùm mobiles coarctasse. Enimverò hæc lex dumtaxat tempus, atque locum in vsucapionibus anteà præfinitam immutat, atque transformat: cætera sicuti anteà vigebant, in sua vi, suaque potestate reliquit. Tempus quidem mutauit: nam cùm anteà anno res mobilis, biennio res soli vsucaperentur: ne tam iniquis spatijs domini suarum rerum iacturam facerent: longiora tempora vsucapioni proferre decreuit: statuitque mobilium vsucapioni trienniũ, immobilium verò tribuit tempora, quæ tem-
3 poralibus præscriptionibus constituta erãt. Loci autem mutationẽ fecit: nam cùm olim vsucapio rerum immobilium in prouincijs non procederet, sed in Italia tantùm definiuit, vt etiam vsucapio rerum immobilium in prouincijs locum haberet. Hunc verò esse verisimum illius legis intellectum apparet, cùm ex tota huius legis serie, tum ex §. Per præsentem, dum ait. *Huiusmodi angustijs penitus semotis*, & paulò pòst, *Minuitur autem vsucapionum compendiosa dominis iactura*. Vndè arguit angustias tantùm temporũ breuitatemque sustuliisse. Cùm igitur in reliquis nihil immutatum sit, vt quid temere
4 legum correctioni indulgemus, iuris regula etiam aduersante. l. Præcipimus. C. de appell. l. Si quando. C. de inoffic. testa. Et medius fidius hoc verum esse, scilicet locum tẽpusque vsucapionis per illam legem vnicam immutationem recepisse, palàm, & apertissimè ostendit Imperator in §. 1. Inst. de vsucapion. quo loci cùm Iustinianus illius legis transformationem referat, verbis non obscuris ostendit hanc duntaxat loci temporisque metamorphosin induxisse. Quamobrẽ igitur in re tam aperta caligant Doctores, vbi ipsummet legislatorem sui ipsius interpretẽ habere cõtingit. Et vtique cùm hanc legem ita accipiendam existimarem: reperi posteà idem sensisse Dominum Couarru. & Eguina. ille in regu. Possessor. 1. p. §. vnico, hic in tit. de vsucap. in princ. Quo quidem nomine meo ingẽtio gratulatus sum, quòd tãtorum virorum acumini respõdisset. Vt igitur huius loci finis sit, hoc tantum per illam legem vnic. de vsucap. transform. immutatũ fuit: quòd sicuti olim erat vsucapio anni, & 5
biennij: ita hodie est vsucapio triennij, decem, viginti, & 30. seu 40. annorum, siquidem tempora, quæ anteà tẽporalibus præscriptionibus cõstituta erant, vsucapionibus quantum ad res immobiles communicata sunt. Igitur vsucapio decem, vel viginti annorum, hodie procedit cum titulo, & bona fide in rebus nempè soli, seù immobilibus. Vsucapio verò. 30. vel. 40. annorum habet locum, quando quis bona fide tantum, sine titulo possidet, vt declarat bellissimè Iustinianus idẽ in l. Si quis emptionis. C. de præscr. 30. vel. 40. ann. Quæ quidem lex (vt ipse auguror) facta data opera est, ad interpretationem illius legis vni. C. de vsuc. transfor. 6
Et proculdubiò de hac triginta annorũ vsucapione est accipiendus tex. in Auth. Nisi 7
tricennale. C. de bonis mater. quæ per hoc 30. annorum spatium scribit possidentes dominos effici: etenim de vsucapione loquitur, non de temporali præscriptione, cùm temporalis præscriptio dominium non producat: velut in principio satis superque monstrauimus. Cum igitur vsucapioni locus, ac tempus per illam legem vnicam tantùm immutata sint: simul apparet Interpretum error, & simul constat differentias superius à 8
nobis traditas inter vsucapionem, & temporalem præscriptionem verissimas esse, atque vt olim, ita etiam, & hodie durare, suamque vim retinere. Igitur neque temere, neque inutiliter horum nominum differẽtiam dispiciendam assumpsimus: vt enim vides, ex hac vna scintilla multos difficilesque legum sensus hactenus obtrusos, Doctoribusque incogaitos, iuxtà verissimè facillimeque patefecimus, ex hac vna scintillà non paucos Interpretum errores conuicimus, ex hac vna scintilla magnam alioqui legum repugnantiam profligauimus. Vsque adeò 9
ad res difficiles intelligendas principia, vel

leuia

leuia non ignorasse prodest, vel ignorasse nocet.

§. VNDECIMVS.

L. sexagesima tertia Tauri, quæ est hodie. l. 6. tit. 15. lib. 4. Recopilationis, tum copiosè, tum commodissimè explicatur. nu. 1.

Actiones reales decem, vel viginti annorum præscriptione repelluntur. nu. 2.

Actio in rem scripta decem, vel viginti annorum præscriptione repellitur. nu. 3.

Actiones personales veteri iure triginta, vel quadraginta annorum præscriptione exploduntur. num. 4.

Actio mista. 30. annorum exploditur præscriptione. nu. 5.

Petitio hæreditatis. 30. annorum repellitur exceptione, num. 6.

Petitio hæreditatis habet actionem personalem mistam cum reali. nu. 7.

L. hæreditatis. C. de petitione hæred. & l. hæreditatem. C. in quibus causis cessat longi temporis præscriptio, hucusque non satis ab interpretibus intellecta sunt. nu. 8.

Quoties petitione hæreditatis agitur, siue aduersus possidentem pro hærede, vel possessore, siue aduersus possidentem hæreditatem alio titulo vniuersali, non nisi. 30. annorum nocet exceptio. num. 9.

L. fin. C. de edicto diui Adria. tollendo, declaratur. nu. 10.

Pro hærede possidet, qui iusto errore, se hæredem esse putat. nu. 11.

Ius exequendi quod ad ius antiquum attinet, non nisi. 30. annorum tollitur præscriptione, nume. 12.

Hypothecaria actio, quanto tempore præscribatur. nu. 13.

An leges debitum temporali præscriptione repellentes, validæ sint, necne. nu. 14.

Ius pontificium præscriptionem temporis, cum mala fide non admittit. nu. 15.

Magis communis est opinio leges ciuiles debitum lapsu temporis repellentes nullius esse momenti: contrariam vero moribus esse receptam: & ideò in vsu fori esse sequendam n. 16.

Duabus opinionibus inter se pugnantibus, sequenda est illa magis, cui consuetudo suffragabitur. nu. 17.

Leges æs alienum præscriptione temporis excludentes, in foro politivum non habent, nisi bona fides adsit. nu. 18.

Similes leges quantum ad ius exequendi attinet, valere etiam cum mala fide, concedunt omnes. num. 19.

POstquam igitur satis superque vsucapionis, & temporalis præscriptionis differẽtiam naturamque perscrutati sumus: iam ratio postulare videtur, vt ad promissam legis Regiæ interpretationem accingamur. Eius autem hæc sunt verba.

℔ *El derecho de executar por obligaciõ personal, se prescriua por diez años, y la accion personal y la executoria dada sobre ella, se prescriua por veynte años, y no menos. Pero dõde en la obligacion ay hypoteca, ò donde la obligacion es mixta personal y Real: la deuda se prescriua por treynta años, y no menos. Lo qual se guarde sin embargo de la ley del Rey Don Alonso nuestro progenitor, que puso que la accion personal se prescriuiesse por diez años.* 1 *Lex. 6. tit. 15. lib. 4. recopil.*

Sed ante omnia, ad huius legis faciliorem intelligentiam, dispiciendum nobis est, quãto tempore actionibus in hac lege contentis antiquo iure præscriberetur. Sciendum est 2 igitur antiquo iure actiones reales decem, vel viginti annorum præscriptione, cum bona fide scilicet, repelli. l. fi. C. de præscript. lõg. 3 tem. tantundẽ erit, si actio fuerit in rem scripta mp. l. 3. C. quod metus causa. Tiraq. de retract. linag. §. 1. gl. 10. num. 14. Actiones verò personales. 30. vel 40. annorum prescriptione excludebantur. l. 2. C. de const. pecun. l. 1. §. Ad hæc. C. de annali excep. l. Neque mutui. C. quib. non obij. long. temp. præscr. 4 cuius hæc sunt verba. *Neque mutui, neque cõmodati, aut depositi, seù legati, vel fideicommissi, vel tutellæ, suæ alij cuilibet actioni personali longi temporis præscriptionem obijci posse, certi iuris est.* Quòd si actio mixta sit, triginta etiam anno- 5 rum prescriptione opus est. l. fi. C. finium regund. l. Vnus. C. in quib. caus. cessat long. temp. præscr. Hinc est, quamobrem aduer- 6 sus petitionem hæreditatis. 30. annorũ prescriptione opus sit. l. Hæreditatis. C. de petit. hæred. l. Hereditatem. C. in quib. caus. cessat long. temp. præscript. quia scilicet hæc actio 7 habeat actionem personalem mixtam cum reali. l. Sed & si lege. §. Petitio. ff. de petitio. hered. quàm rationem expressim reddit Im- 8 perator in dicta. l. Hæreditatis. C. de petit. hæred. Cùm enim dixisset, Hæreditatis pe- 9 titionem non nisi. 30. annorum prescriptione repelli, ita subiecit: cùm mistæ personalis actionis ratio nos ita respondere compellat. Vndè miror, qua fronte Accursius, cæterique Imperatorem taxent, aliamq; rationem quærant. Quorsum enim attinet rationem nominatim ab ipso legislatore scriptam respuere, aliasque à veritate alienas magnis cum sudoribus comminisci? nisi illud est, vt dum Iurisprudentum prudentiam

vincere

vincere certat, suam prodant imprudẽtiam? Adde quod neque illa ratio ab ipsis Scriptoribus excogitata, quidquam in se fundamẽti habet, vti acutè suo more notat Dominus Couar. pract. q. c. 12. n. 2. Non minus etiam culpandi sunt Accursius, cæteriq; Interpretes, qui in dicta. l. Hæreditatis. C. de petit. hær. & in l. Hæreditatem. C. in quibus cauſ. ceſſat long. temp. præſcr. notant, quoties petitio hæreditatis datur aduersus titulo possidentem, repelli eam decem, vel vinginti annorum præscriptione. Quæ interpretatio, tam longè ab Imperatoris sensu abest, vt nõ tam videantur Interpretes leges interpretati velle, quam nobis imponere, & (vt aiunt) puluerem ob oculos offundere. Planè in illis legibus non agebat hæres petitione hæreditatis, sed specialibus in rem actionibus: quia reus nõ pro hærede, vel possessore, sed alio titulo singulari rem hæreditariam possidebat, & idcirco ab eo successio vendicari non poterat. Si igitur petitione hæreditatis ageretur, siue aduersus possidentem pro hærede, vel possessore, siue aduersus possidentem hæreditatem alio titulo vniuersali, in quo casu vtilis petitio hæreditatis datur, vt in l. Etiam, §. Si quis. ff. de petit. hæred. dicẽdum est ex eiusdem legis ratione, quia scilicet ab eo successio vendicari potest. 30. annorum præscriptio opus esse. Ecce igitur, quàm iniqua est illa Scriptorum interpretatio. Neque profectò quidquam eis suffragatur. l. fin. C. de edict. diui Adrian. toll. cuius vnius argumento hãc suam opinionem tueri volunt: nam ille text. nihil immutat ex ijs, quæ anteà statuta fuerant, quinimò ad priora iura se refert, atque ita secundùm iura anteriora illam legem acceptum iri scribit ibidem Iaso ad calcem. Nequaquam etiam ferẽdus est Accursius, qui in d. l. Hæreditatẽ scribit, eum, qui iusto errore se credat hæredẽ, cùm non sit, hæreditatis petitioni decennio præscribere posse. In cuius quidem sententiam omnes vno consensu Interpretes, tanquam si aduersus veritatem conspirauerint, pedibus ierunt. Enimverò, sicuti omnes leges apertè demonstrant, petitioni hæreditatis, quæ aduersus pro hærede, vel possessore possidentem competit. 30. annis, nõ minori spatio præscribi: ita eædem apertissimè demonstrant, eũ pro hærede possidere, qui putat se hæredem esse. l. Pro hærede. ff. de petit. hæred. §. adipiscendæ. Inst. de interdict. Ergò omnis, qui pro hærede possidet, iusto errore possidet, alio qui non se hæredem putaret. Ex professo igitur videntur Interpretes aduersus illa iura niti: Generaliter igitur tenendum est, omissis Authorum huiusmodi commentis, aduersus petitionem hæreditatis, siue directam, siue vtilem. 30. annorum præscriptionem admitti. sicuti non obscurè ostendit Imperator in d. l. Hæreditatis. C. de petit. hæred. & l. Hæreditatem. C. in quib. cauſ. ceſſat long. temp. præſcr. Quod autem ad ius Regium attinet, non immoror (lege tu) in l. fi. tit. 14. part. 6. Prætereà sciendũ est ius exequẽdi, quod ad ius antiquum attinet, nõ tolli nisi. 30. annorum præscriptione, gl. fin. in l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. anno. Bald. in rub. de præscript. & in l. Debitori. q. 3. C. de pact. Balbus de præscript. 4. part. 4. princ. q. 31. Maranta in Speculo aureo, titu. de executione, num. 54. Quantum verò ad hypothecariæ actionis temporalem præscriptionem attinet, quid antiquo iure definitum fuerit, legere licet. l Cùm notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. ann. & l. 1. & 2. C. si aduers. cred. præs. long. temp. opp. l. 27. tit. 29. part. 3. & eam rem quinque conclusionibus bellissimè absoluit Balbus de præscript. 4. part. 4. princ. §. Tertiò principaliter. His igitur tanquam fundamentis iactis, iam ad ipsius legis Regiæ interpretationem accedere possumus. ¶ In primis autem admonendi sumus, non mediocrem inter Interpretes dissensionem esse, vtrum eiusmodi leges debitum temporali præscriptione excludentes, validæ sint, necne. Mouet quæstionem, quod ius Pontificium, cui in matteria peccati standum est, huiusmodi leges præscriptionem cum mala fide introducẽtes dãnet, ac explodat. c. Vigilanti. c. fin. de præscrip. c. Si virgo. 34. q. 2. In hac autem quæst. in duas veluti classes Doctores partiti sunt: alijs huiusmodi leges eleuantibus, alijs contrà efferentibus. Et, si dijs placet, eo ventum est, vt non desint, qui vtramque opinionem communem testentur, sicuti videre licet apud Balbum de præscript. 2. par. 3. princip. q. 13. Parisium in additio. ad Bartol. in l. Omnes populi. ff. de iust. & iur. Do. Couarruu. in d. reg. Possessor. 2. part. §. 11. Auenda. in c. Correct. 2. part. c. 30. nu. 11. Minch. de succes. creat. lib. 1. §. 10. nu. 26. & Ioan. Gutier. in repet. l. Nemo ff. de legat 1. num. 476. & Didac. Perez in l. 3 tit. 13. lib. 3. anti. ordin. Ex quorum sanè scriptis (vt summatim dicam) apparet magis communem esse opinionem, similes leges æs alienum lapsu temporis excludentes nullius esse momenti: contrariã tamen opinionem, scilicet has leges in foro fori seruandas esse, vsu moribusque esse receptam: quo circa huic posteriori opinioni in foro fori magis standum esse videtur,

si quidem duabus opinionibus interse pugnantibus sequenda est illa magis, cui consuetudo suffragabitur, tametsi contraria sit ma-
18 gis communis Greg. Lopez; qui alios refert in l. 53. tit. 6. part. 1. Sylua nupt. lib. 5. nu. 64. In foro verò politales leges nullam vim habent, nisi modo bona fides præscribenti adsit, quod quemadmodum cõtingere possit, exemplis demonstrat Minchaca, loco superiori, nu. 31. & Oroscius in l. Omnes populi. num. 73. ff. de iustit. & iur. & Dominus
19 Padilla in l. 1. nu. 44 C. de seruit. & aqua. Illud tamen vno ore fatentur omnes, similes leges valere, quatenus inducunt præscriptionem temporalem aduersus ius exequendi. Hanc enim præscriptionem aduersus ius exequendi, etiam cum mala fide procedere concedunt vbique omnes.

§. DVODECIMVS.

Actio personalis hodie regio iure viginti annis præscribitur: nec refert, an ea per se extet, an cum iure exequendi coniuncta. nu. 1.

Iuris instabilis nimis est, & lubrica conditio. n. 2.

Iure regio ius exequendi ex actione personali cõpetens decennij præscriptione tollitur. n. 3.

Quod locum quidem habet etiam aduersus clericum, ecclesiamvè. nu. 4.

Ius exequendi competens contractu pro annuis redditibus decennij præscriptione tollitur, n. 5.

Præscriptio temporis circa annuos reditus, an vim habeat non solum pro præteritis annis, sed etiam pro futuris, magna inter Citramõtanos, & Vltramontanos simultas, seu dissensio, n. 6.

L. Cum notissimi. §. fi. C. de præscript. 30. vel 40. annorum elucidatur, nu. 7.

Tertio possessori prodest, sine dubio longi temporis præscriptio aduersus annuos reditus, nu. 8.

Ei incumbit probatio, qui dicit nõ qui negat, n. 9.

Ne debitores præscribere possint aduersus creditores cautio redditur, nu. 10.

Antapocha est scriptura cautionis, quam debitor dat creditori: creditor itaque dat apochã, debitor autem antapocham in qua confitetur, se annum reddit um debere, nu. 11.

Cautiones aliæ ad eandem rem, nu. 12.

SEd propriùs ad legis ipsius intelligẽtiam accedendo, meminisse oportebit huius Taurinæ legis sensum hactenus ancipite aliquantum fuisse, si quidem ante hanc nouam editionem, iurisque Regij enucleationem, in discrimẽ adduci solebat, an per istam legem Taurinam esset abrogata lex illa Regis Alphonsi, quæ erat l. 3. tit. 13. l. 3. ant. ord. qua cauebatur actionem personalem decem annis præscribi. Et quibusdam sanè placuerat, illam legem Alphonsi antiquatam esse, existimantibus omnino actionem personalem (siue per se extaret, siue cum iure exequendi coniuncta) non minori tempore viginti annorũ præscribi. Ex diuerso verò plerique omnes ex nostratibus Scriptoribus existimabant illam legem abrogatam non esse, affirmantes legem istam Taurinam (quatenus definit actionem personalem, & ius exequendi, viginti duntaxat annis præscribi) procedere, cum actio personalis erat coniuncta cum iure exequendi: legem verò Regis Alphonsi accipiendam, cum actio personalis extabat simpliciter, sine iure exequendi, vt videre licet apud omnes Interpretes in d. l. 63. Tau. & dñm Cou. in reg. possess. 2. p. §. 11. n. 2. Minchaca. l. 1 de succ. crea. §. 10. n. 31. Did. Perez in l. 3. & 4. tit. 13. lib. 3. ant. ordin. Igitur ad dirimendam huiusmodi cõtrouersiam, adiecta nũc denuo isti legi fuere illa postrema verba, quibus definitur illã Regis Alphõsi legem abrogatã esse: quo circa illã à toto hoc nouo legum Regiarum volumine ex pũctam videtis. Dum ergò hæc lex definit illam legem Regis Alphonsi antiquatã esse, apertè significat actionem personalem omnino viginti tantũ annorum spatio præscribi, neq; referre, an ea per se extet, an cum iure exequendi coniuncta, approbata nempè illa quorundam opinione, ac explosa illa altera communi Interpretum sententia, qui (vt dixi) cõmuniter contrarium scribebant. Ex quo cernere facile erit, iuris quàm instabilis sit, & lubrica conditio id quod nos in Proœmio querebamur. Verùm, vt res magis dilucidè procedat, per singulas quasque conclusiones sigillatim procedemus. Prior igitur istius legis conclusio hæc est. Ius exequendi ex obligatione personali cõpetens, decenni præscriptione tollitur. Procedit autem hæc conclusio, etiam si debitor in mala fide fuerit. Nã (vt paulò antè diximus) omnibus placet hanc præscriptionem aduersus ius exequendi locum habere, tametsi debitor sibi conscius sit. Ant. Gomezius hic, & Balbus de præscript. 2. par. 3. princ. q. 12. nu. 8. qui alios refert. Pertinet deindè hæc conclusio ad Clericum, Ecclesiamvè, qui quæve peteret executionem alicuius instrumenti guarentigij (vt vocant) authore Baldo in l. De quibus. q. 6. ff. de legibus, & ibidem Iaso. num. 22. & notat expressim Greg. Lopides, siue Lopez, raræ sanè prudentiæ vir deque iure nostro benè meritus in l. 22. tit. 29.

1 2 3 *Ampliationes ad legẽ regiam.* 4 5

par.3.Insuper hæc conclusio locum quoque habebit in annuis reditibus,ex stipulatione, vel contractu debitis:nam si nihil pensionis
6 intra decennium totum solutũ fuerit, præscribetur ius exequendi non modo pro præteritis annis, sed etiam pro futuris, est enim
7 eo casu vna obligatio tantùm,idcircoq, vna tantum præscriptio sufficit. gl.in l.Cùm notissimi.§.fin.C.de præscript.30.vel 40.ann. quam cõmunem testatur Balb. de præscriptione.4.part.4.princ. q.4.& Boerius decis. 336.& Anton.Gomez de qualitatibus contract.nu.44. * Non me latet Martinum Doctorem antiquum,cuius partes Vltramontani secuti sunt, in contraria fuisse opinione, quorum fortasis authoritate ducti nonnulli ex nostratibus, à nostra desciuere sententia. Verum enim verò Citramontanorum,quam amplexi sumus opinionem permulti in iure loci egregie confirmant, præsertim. c. olim de censibus. c 4.de præscriptionibus, l. eos. C.de vsuris,&l.plures apochis.C.de fide instrum. Atque ità eam magis communem,& veriorem esse testãtur Balbus,& Ant.Gom. superioribus locis, sed & Boerius ipse, quãquã Vltramontanus, eã moribus præualuisse fatetur. Decisioni autem legis cum notissimi.§.fin. in qua præcipuè Vltramontanorũ nititur opinio,facilis est responsio. Quod enim,ait,ab initio cuiusque anni tempus cõputandum esse intelligendum, videlicet,est, postquam in solutione cessatum fuerit: alioqui foret,vt nulla perpetuo in annuis redditibus temporalis contingeret præscriptio, cùm interim Imperator ipse expressim diffiniat ibidem , triginta annorum illis officere præscriptionem.Qua propter lux illa tantum abest, vt Vltramontanis opituletur , vt è contrario impense contradicat illis . Secundum hanc igitur Citramontanorum,quę verior,& communior visa est opinio,dicendum est , hanc Regiam legem , & in annuis
8 redditibus locum habere.Quæ quidem opinio multo magis , sine dubitatione in tertio possessore procedit iuxta. l.1. & 2. C.si aduersus creditorem longi temp. præscr. opponatur: & multis probat in hoc rectè probandus pereruditus Gutierrez practicarum. lib.1.quæst.90.Proindè si is,in quem executio facta fuerit , allegauerit iuris exequendi præscriptum fuisse , quia intra decennium nulla pensio soluta fuerit , creditorque contrarium non docuerit,nàm ei incumbit pro-
9 batio,qui dicit,non qui negat.l.2.ff.de probat. irritabitur quidem executio reseruato creditori iure suo , vt scilicet ordinaria via experiri possit.Quamobrem ne debitoresin hũc modum inficiando possent creditorum ius eludere, reddit cautionem satis commodam Imperator in dicta. l. Plures. C. de fide 10
instrum. vt nempè cùm creditor dat. apocham solutionis debitori , inuicem ab eodẽ exemplum ipsius apochæ, cum subscriptio- 11
ne ipsius debitoris accipiat, vel faciat,vt debitor det sibi antapocham,id est,scripturam, qua cõfiteatur se soluisse annuum reditum, quem debet : in quam rem Imperator debitori legem imponit Si igitur Imperatori nobis cauendi cura fuit nos ipsi nobis non deficiamus. Poterimus etiam huic rei cauere, 12
si à principio in constitutione census adiectę fuerint illæ clausulæ, quas paulò pòst in exceptionibus ad hanc regulam subijciemus vbi quid de annuis legatis statuendum sit,attingemus. Et hæc quidem contemnenda nõ sunt, nam Interpretes non attingunt,excepto vno Castello. num. 32. ieiunè tamen , & perfunctoriè. *

§. *DECIMVS TERTIVS.*

Decennij præscriptio exindè cedit,ex quo dies solutionis venerit, non antea.nu.1.

Ex decennio deducendum est tempus, quod heredi ad deliberandum datur. nu.2.

Decennij præscriptio cessat , quando ei renunciatum fuerit.nu.3.

Inter Doctores non mediocris est dissensio, vtrum temporalibus præscriptionibus renuntiari valeat.nu.4.

Præscriptio decennij cessat,quando contractui lex adiecta fuerit, vt decimo quoque anno contractus renouatus sit , & renouatus esse intelligatur. nu.5.

Præscriptio aduersus ius exequendi cessat,quando instrumento comprehensum fuerit : vt quocumquè tempore petitum fuerit reus soluere teneatur.nu.6.

Præscriptio aduersus ius exequendi , cessat annuis legatis pro nouem annis proximis , nume. 7.

In annuis legatis, quot sunt anni, tot sunt legata, & ideò tot nascuntur actiones.nu.8.

In annuis legatis præscriptio temporis vocet tantum pro annis præteritis,non pro futuris,n.9.

Ius exequendi competens ex actione reali, adhuc durat. 30. annis.nu.10.

An debitore per iusiurandum debitum post decennium confitente,executio locum habeat,n.11.

Elapsis viginti annis , non compellitur reus inuitus iurare. n.12.

Confessione cum aliqua adiectione facta credendum

dum est quando præsumptio iuris facit pro confitente, num. 13.

Confessio, in qua fatetur quis pecunias mutuò accepisse, sed eas exoluisse, ait tanquam non clara executionem non meretur. nu. 14.

Minores ætate, etiam lapso decẽnio executionem petere possunt, præscriptionẽq; aduersus se obiectam replicatione refellere possunt, nu. 15.

Compensatio etiam lapso decennio aduersus executionem obiici potest. nu. 16.

Quæ temporalia sunt, ad agendum perpetua sunt ad excipiendum. nu. 17.

Si qua pars debiti intra decennium soluta fuerit, pro reliquo executio locum habebit, nu. 18.

Ius exequendi, si fuerit in iudicium deductum per citationem, vel executoris immissionem perpetuatur in aliòs decem annos sin autem fuerit in iudicium deductum per litis contestationem perpetuatur in quadraginta annos, num. 19.

Limitationes ad legẽ regiam.

SVb hæc videamur, quas exceptiones, seù limitationes (vt vocant) Conclusio hæc patiatur. Et primum hęc Conclusio est accipienda, vt decennium exindè cedat, ex quo dies solutionis venerit, non anteà. l. Cũ notissimi. §. Illud. C. de præscr. 30. vel 40. ann. 1

& notat hic Pala. Rub. n. 16. * Sed & debitore defuncto, deducendum est ex decennio tempus, quod hæres ad deliberãdum habet, vt diffinitur in l. fi. §. donec. C. de iure delib. 2

& l. 6. tit. 7. p. 6. * Deindè hæc conclusio nõ habet locum, quando in instrumento huic præscriptioni renuntiatum fuerit: quamuis enim inter Doctores non mediocris dissensio sit, vtrum tẽporalibus præscriptionibus renuntiari possit, vt videre licet apud Bart. & Iaso, & cęteros in l. Nemo potest. ff. de legat. 1. Balbum de præscr. 5. p. 5. princ. q. 6. Minchacam de succes. creat. lib. 1. §. 10 n. 6. 3

Atqui quantum attinet ad pręscriptionẽ aduersus ius exequendi, proculdubio fatendũ est renunciationem valere, siquidem cessant hoc casu rationes, propter quas mouentur DD. vt existiment præscriptioni temporali renuntiari non posse, sicuti eruditè, vt cætera, scribit Greg. Lop. in l. 1. tit. 29. part. 3. 4

Præterea hæc Concl. non procedit quando cõtractui lex adiecta fuisset, vt decimo quoq; anno contractus renouatus sit, & renouatus esse intelligatur: & toties ius exequẽdi reuiuiscat, quoties aliqua præscriptio contra ipsum effluxerit. Hanc cautionem acceptã ferre debemus Bart. in l. Nemo potest. n. 22. ff. de leg. 1. & illic sequitur eum Iaso. n. 89. Angel. in princ. Inst. de vsucap. Bal. de pręscr. 5. p. 5. princ. q. 6. n. 3. & Cisuentes in præsenti, communem testatur opinionem Iaso in d. l. Nemo. 2. lect. nu. 118. Et dicit notabilem Boerius decis. 338. n. 5. Et plànè licèt nonnulli ab hac cõmuni sentẽtia deficiant, quod dicant præscriptioni temporali renuntiari non posse, verùm in iure exequendi, sine dubitatione Bartoli opinio est recipienda quãdo (vt modò diximus) præscriptioni aduersus ius exequendi renuntiari rectè potest. Proindè tantundem erit, si instrumento cõprehensum fuerit, vt quocumq; tempore petitum fuerit, reus soluere teneatur, ex sentẽtia Bartoli in l. Sicut in annos. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. Iaso. in l. 1. n. 35. ff. solut. matrim. Cæpola Cautel. 75. Couarr. lib. 1. variar. c. 9. n. 4. Greg. in l. 1. tit. 29. p. 3. Ad hęc Conclusio ista locum nõ habet in annuis legatis: nam pro his quamquam longissimum tempus lapsum fuerit, tamen semper habebit locum executio pro pensione nouẽ annorum proximorũ. Huius ratio est, quia in annuis legatis quot sunt anni, tot sunt legata. l. Si in singulos. ff. de annuis leg. & ideò tot nascuntur actiones, & cõsequenter tot præscriptiones sunt necessarię. Itaq; in his & si aliqua temporis præscriptio completa fuerit, pro præteritis tantum annis nocet non pro futuris. gl. Bart. & cæteri in l. Cum notissimi. §. fi. C. de præscr. 30. vel 40. annor. In annuis verò reditibus ex contractu, vel stipulatione debitis, alia est ratio, & ideò aliter statuendũ esse paulò ante admonuimus. Item hæc lex non sortietur locũ in iure exequẽdi ex actione reali descẽdens, cùm loquatur in iure exequendi ex actione personali competens, sitque ipsa lex corrigens, proindè non ampliãda. Hanc exceptionem, alios referens, scribit Dueñas, reg. 6. limit. 1. & Auend. in cap. Correctio. 2. p. c. 30. num. 12. Erit ergò ius commune sequendum, iuxta quod 30. annis opus esse suprà ostẽdimus. §. 11. Rursus hæc conclusio erit intelligenda, nisi modo post lapsum decennij faciat creditor debitorem iurare, an sint vera, quę in instrumento continentur: nam si debitor confiteatur, ex vi cõfessionis executioni locus erit, sicuti placet Castello hic n. 25. & Aurles in Ca. Correct. c. 10. n. 69. & Guterrius in l. Nemo potest. n. 488. Contrariũ tamen videtur sentire Auẽd. loco modò citatò, n. 11. Ait enim: Si debitor post decennium confiteatur, nihil sibi cõfessionem nocere, cui suffragatur Bald. opinio, in l. Per hanc. C. de temp. appell. Ego hanc quæstionem distinctionem recipere existimo: aut enim ius exequendi, & personalis actio simul præscripta sunt, putà viginti annis elapsis? & tunc non puto cogendum esse reum 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

se reum

se rem inuitum iusiurandum præstare, ex arg. l. In contractibus. §. Illo videlicet. C. de non numerata pecun. Aut ius exequendi solùm est præscriptum, non verò actio personalis, puta decem annis tantùm elapsis: & co
13 gendum arbitror ad iusiurandum. Interesse tamen puto quemadmodùm confiteatur: nã siquidem simpliciter confiteatur, pro iudicato habebitur, eritque executioni locus, vt est
14 arg. l. Si duo. §. Idem ait. ff. de iureiur. Atqui si recognoscat quidem instrumentum, dicat tamen se iam soluisse: nihil ei confessionem nocere puto, etsi solutionem non docuerit, quippè cum pro se legis præsumptionem habeat ex lapsu decennij: standum erit igitur confessioni, cui iuris præsumptio opitulatur, ex sententia Bart. in l. Aurelius. §. Idem quæsij. ff. de liberat. legat. Panormit. in cap. Bonæ. 2. de postul. præl. vt taceam, neque alioqui talem confessionem executionem mereri, vt probatur in l. 8. tit. par. 3. Æquè etiam
15 hæc conclusio non pertinet ad minores ætate, siquidem aduersus hos temporalis præscriptio non procedit. l. Nõ ignotum. C. quibus non obij. long. temp. præscrip. Idem iuris erit in filio familiàs, qui in sacris paternis est. l. 1. §. fin. C. de annal. except. Pala. Rub.
16 hic. n. 36 l. 8. tit. 29. p. 3. Itaquè ij etiam post decennium, ne restitutione quidem postulata, executionem petere, præscriptionem q; aduersus se obiectam replicatione refellere possunt, sicuti iuprà latiùs tradidimus. §. 4. Iam neque id habebit locum, si compensando quis instrumento vtatur: nam quæ temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad
17 excipiendum. l. Purè. §. fin. ff. de doli excep.
18 Postremò hæc conclusio non habet locum, siqua pars æris alieni intra decennium soluta fuerit, pro reliquo enim executio locũ habebit, vt est argum. l. Cùm fidem. C. de non num. pec. l. 29. tit. 29. par. 3. & notat Auẽd. in dicto. c. 30. num. 12. Hæc de prima con-
19 clusione satis. Si tamẽ illud dixerimus, si hoc ius exequendi fuerit in iudicium deductum per citationem, vel executoris missionem, in decem annos sin per litis contestationem, in 40. perpetuari, vt apparet ex Suarez in l. Post rem. §. Consider. num. 3.

§. DECIMVS QVARTVS.

Actio personalis, & res iudicata viginti annis iure regio præscribuntur. n. 1.

Actio personalis tripliciter considerari potest, aut antequam in iudicium fuerit deducta, aut lite pendente, aut demum lite iam re iudicata, finita. num. 2.

Actio personalis etsi per se extet, ideſt, sine iure exequendi viginti annis, non minore tempore præscribitur. nu. 3.

Per citationem interrumpitur præscriptio, sed non perpetuatur actio. nu. 4.

Per extraiudicialem interpellationem præscriptionis interruptio non fit. nu. 5.

Si actio fuerit deducta in iudicium per litis contestationem, nõ solum interrumpitur præscriptio, sed etiam perpetuatur actio in quadraginta annos. nu. 6.

Per legem regiam perpetuationis materia nõ tollitur aduersus Ant. Gomez. nu. 7.

Longè diuersa est ratio, an lis pendeat, vel finita fuerit, ad præscriptionis materiam. nu 8.

Legum correctionem effugere semper debemus. num. 9.

Lite finita ius exequendi præscribitur decem annis, actio autem personalis, & ius exequendi simul viginti annis præscribuntur, siue spectemus actionem primæuam, siue eam, quæ re iudicata procedit. nu 10.

Tametsi quod ad ius commune attinet pactum fiduciarum, seù de retrouendendo triginta annorum præscriptione excludatur; at iure regio viginti tantum annis præscribetur, nume. 11.

Pactum de retrouendendo, non est reale, sed personale. nu. 12.

Ius exequendi etiam in causis nobilitatis decem annis præscribitur secundum Otaloram. n. 13.

SEcunda huius legis cõclusio ita se habet. 1
Actio personalis, & res iudicata, seù de- 2. *Legis re*
cretum executionis super ea datum, viginti *giaconclu-*
annis, non minori tempore præscribuntur. *sio.*
Quoniam verò hæc conclusio, sic inuoluta obscuritatem ingereret: oportet illam membratim explicemus. Igitur actionem personalem considerare possumus, aut anteà quã 2
in iudicium fuerit deducta, vel posteàquam dum lis pendet, aut demum re iam iudicata, seù lite finita. Sanè actione personali nondũ in iudicium deducta: dicendũ est viginti annis, nõ minori tempore, eam præscribi, iuxta præsentis legis decisionem, id quod accipiendum est, siue actio per se extet, siue cum iure exequẽdi coniuncta, vti apertissime datur intelligi ex eo, quòd illa lex Regis Alphonsi est abrogata, atq, adeò à toto hoc volumine explosa. Sin autẽ actio personalis in iudicium fuerit deducta: hoc quidẽ casu lex hæc nihil disponit, proindè spectanda erunt ea, quæ iure communi de interruptione, & perpetuatione actionis traduntur. Igitur si

actio personalis in iudicium fuerit deducta, nondum tamen lis fuerit finita: interest quidem, an per citationem, an per litis contestationem iudicium fuerit acceptum: nam si per citationem tantùm, interrumpitur quidem præscriptio verũ nõ perpetuatur actio, quamobrem ex integro præscriptio debet incipere in alios viginti annos, secũdum Bart. sententiam in l. fin. ff. de eo, per quem fact. erit. & illic Iaſ. nu. 5. Balbum de præscript. 3. part. 6. princip. §. 4. nu. 10. Per extraiudicialem verò interpellationem, interruptio huiusmodi præscriptionis non fit, vt docet laſo loco modo citato, & Tiraqu. de retract. conuentional. §. 4. gl. 6. nu. 38. Porrò si actio fuerit deducta in iudicium per litis contestationem: non solum interrumpitur præscriptio, sed etiam perpetuatur actio in alios quadraginta annos, si tot forsan lis finẽ non acceperit. l. fin. C. de præscr. 30. vel 40. annorum. Tradit nominatim Suarez in specie harum legum, in l. Post rem §. Considera, vltimo. nu. 4. & Dueñas regul. 6. ad calcem. in quo quidem fallitur alioqui eruditissimus Anton. Gomez, qui istic putauit per istam Taurinam legem sublatam esse perpetuationis materiam, quod dicat, quando per rem iudicatam non perpetuatur actio, vt in hac lege definitur, multo minus per litis cõtestationem perpetuari. Sed non satis commoda est huius argumẽtatio. Nàm quidem interea, dum lis ventilatur, cum multi sint casus propter quos lites retardari soleant, vt dicit Imperator in d. l. fin. rationi conuenit, vt actioni longius tempus impartiretur. At re iam iudicata, ac lite finita, cùm nihil sit impedimẽto, quominus actor suum ius persequatur, meritò coangustata fuit actionis vita. Et hanc quidem diuersitatis rationem acutè animaduertit Mencha. dicto. §. 10. nu. 32. & Didac. Perez in d. l. Ordinamenti. Ergò perpetuationis materiam sublatam hac lege fuisse, nequaquam dicendum est, præsertim cum legum correctionẽ effugere semper debeamus. Postremo casu, scilicet, re iã iudicata, ac lite finita, siue spectamus actionem primæuam (id est) quæ ante litem cẽptam competebat, siue eam, quæ ex ipsa re iudicata procedit: dicendum est ex istius legis decisione, viginti annis tantũ præscribi, scilicet simul cum iure exequendi, ius verò exequendi ex re iudicata competens per se tantum, id est, salua actione personali, decẽ annis tantùm præscribetur, sicuti in priori parte lex ista definit: neque enim est credibile velle Legislatorem statim seipsum corrigere. Actio igitur personalis, & res iudicata simul, & viginti annis præscribuntur: res verò iudicata, seù ius exequendi per se tantum, id est, sine actione personali, decem annis duntaxat præscribetur. Et ita quidem omnes nostrates Scriptores sentiunt, præter vnũ Ant. Gom. Ex hac igitur conclusione sic declarata in primis illud sequitur, quod licèt, quod ad ius commune attinet pactum de retrouendendo, quòd dicitur 30. annorũ prescriptione excludatur, vt communiter est receptum, teste Balbo de præscrip. 4. part. 5. princip. q. 3. & Anton. Gomez. tit. de empt. & vendit. n. 18. Verùm quod ad nostras ius Regium pertinet, ex huius legis decisione dicendum est, viginti tãtummodo annis præscribi. Id quod etiam ostendunt Greg. Lopez & Couar. ille in l. 42 tit. 5. part. 5. hic in lib. 1. variar. resolut. c. 9. n. 6. Quòd intelligi quidem debet, nisi adiecta fuerit tali pacto hypotheca, nam eo casu. 30. annis opus erit, ex istius legis decisione, & hoc casu potest procedere opinio Auẽdani in c. Correct. 2. par. c. 30. nu. 12. qui putat etiam hodie aduersus tale pactum esse opus. 30. annorũ præscriptione. Quòd à vero alienum est, nisi, vt diximus, quando tali pacto accesserit bonorum hypotheca: nàm quod ait realem esse huiusmodi actionem, neque ad rem pertinet, neque verum est, imò est personalis, vt satis apparet ex l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. Proindè huius legis regulis metienda erit. Ampliùs huius legis cõclusio pertinet quoquè ad causas nobilitatis, si credimus Otaloræ, de nobilitate. 3. part. 3. princ. c. 4. nu. 12.

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

§. DECIMVS QVINTVS.

Ius agendi ad suplementum adhuc non tollitur, nisi triginta annorum præscriptione secundum Grego. Lopidem. nu. 1.

Quando obligatio iureiurando fuerit vallata adhuc obligatio non, nisi. 30. annis, vt olim, præscribitur. nu. 2.

Ad officium iudicis legis regiæ decisio non pertinet. nu. 3.

Officium iudicis, quanto tempore præscribatur. num. 4.

Legis decisio, an ad alienigenas porrigatur, nu. 5.

Licet olim mutui, commodati, depositi, legati, vel tutelæ, vel alij cuilibet personali actioni, non, nisi triginta annis præscriberetur, at hodie nostrati iure viginti annis præscribitur. num. 6.

In actionibus, realibus lex regia nihil circa præscriptionem immutat. nu. 7.

Viden-

1 VIdendum est autem de huius conclusio
2. Conclusionis exceptiones. nis exceptionibus. Et primùm hæc cõclusio non extenditur ad ius agendi ad supplementum legitimæ (quam vocant) sicuti placet Greg. Lop. in l. 5. tit. 8. par. 6. verb.
2 *gelo complieſſe*. Deindè neq; habebit locum, quando obligatio iureiurándo vallata fuisset, sicuti quoque hic tradunt Cifuentes, & Castellus, & Auendaño loco modò citato. Consule tamen Rodericum Suarez. in l. Post rem. §. Cõsidera vltimo, vbi adamussim tractat, an id habeat tantùm locum in iureiurãdo decisorio, vel an etiam de voluntario sit
3 intelligendum. Præterea hæc conclusio non videtur comprehendere officium Iudicis, cũ hæc lex in actione personali loquatur: idcirco quod ad officium Iudicis non debet extẽdi, cum sint diuersa. glo. & Doct. in princip.
4 Inst. de actio. Quanto verò tempore officio
5 Iudicis præscribi possit, lege Balbũ de præscript. 4. par. 4. princ. q. 30. Vtrum verò hæc lex alienigenas comprehendat, tractat in simili specie Bart. in l. Cunctos populos. C. de summ. Trin. & fide cathol. q. 1. n. 19. Plures exceptiones, seù limitationes, quas vocant, ad hanc conclusionem colligere poteris, Lector benevole, ex Doctorum scriptis: in præsentia ex Auendaño, & Dueñas locis supra dictis: ex Balbo de præscript. 2. par. 3. princ. q. 14. Superuacuum erit enim, quæ ipsi rectè tradunt, nos hic repetere: Illud quoq; superuacuum esset, admonere hãc legem correctionem in hac conclusione inducere, cum vt suprà admonuimus, palàm sit personalem actionem anteà. 30. tantum annis præscribi.
6 Licet igitur olim, neque mutui, neque commodati, aut depositi, seù legati, vel fidei cõmissi, vel tutelæ, seù alijs cuilibet personali actioni, lõgi temporis præscriptionem obijci posse, certi iuris esset, quæ sunt verba Imperatoris in l. Neque mutui. C. quib. non obij. long. temp. præscr. at hodie huius legis noua introductione aduersus illas actiones, & similes, longi temporis præscriptio, viginti scilicet annorum, obijci poterit. In realibus verò actionibus hæc lex, vt diximus, nullam, immutationem fecit proindè sequẽda erunt ea, quę de actionibus realibus præscribendis traduntur in l. fin. C. de præscrip. long. temp. cum similibus.

§. DECIMVS SEXTVS.

Quoties obligationi hypothecaacceſſerit, debitũ nõ tollitur, niſi trigínta annorũ præſcriptione. n. 1.

Leges antiqua circa hypotheca præſcriptionem loquentes non corr guntur per hanc regiam legem aduerſus noſtrates. nu. 2.

Debiti appellatio ad actiones perſonales reſpicit, num. 3.

Rectè fieri poteſt, vt actione perſonali præſcripta adhuc hypothecaria actio duret. nu. 4.

Tertij poſſeſſores decem, vel viginti annis pignoratitiæ actioni præſcribuntur. nu. 5.

Tempus præſcriptionis aduerſus hypothecam numerandum eſt, ex quo debitor fuerit in mora, num. 6.

TErtia cõclusio huius legis est talis. Quo 1
ties obligationi hypotheca accesserit, 3. *Regia legis conclu-*
debitum nõ tollitur nisi. 30. annorum præ- *ſio.*
scriptione. Ex hac autem conclusione Palat. Rub. Castell. & Ant. Gomez. isthic in ea sunt 2
sententia, vt existimẽt correcta esse antiqua iura, quibus cauetur debitorem, vel hæredẽ eius non posse hypothecariæ actioni præscribere, nisi quadraginta annis. l. Cùm notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. 27. tit. 29. part. 3. aiunt itaque etiam hoc casu. 30. annos sufficere. Quorum tamen minuẽda est opinio. Enimverò hæc lex non tractat de præscriptione aduersus hypothecam, sed solum de præscriptione aduersus debitum. Ait enim: *Pero donde en la obligacion ay hypotheca: la deuda ſe perſcriba por treynta años.* De- 3
bitum autem proprie actionem personalem complectitur gloss. & Doct. in princ. Inst. de actio. verb. *quod sibi debetur*. Quare hæc lex corrigens ad reales actiones non debet ampliari, sicuti notant Angel. & Iaso super illam glo. & alij relati à Dueñas, regul. 6. limitat. 1. Rectè autem fieri potest, vt actione 4
personali præscripta, adhuc hypothecaria actio duret sicuti scribit Balbus de præscrip. 4. part. 4. principal. §. Tertio principaliter, quo loci, vt diximus, luculenter de hypothecaria prescriptione tractat. Similiter quo que dicendum erit, hanc legem nequaquam pertinere ad tertios possessores (vt quomodo possim loquar) ij enim decem, vel 5
20. annis pignoratitiæ, seù hypothecariæ actioni præscribunt, vt in l. 1. & 2. C. si aduersus credi. long. tempor. præscr. oppo. l. 27. tit. 29. part. 3. & tradunt hic Cifuentes, & Castellus, numerabitur tamen id tempus exindè, ex quo actio ipsa hypothecaria incipiet competere creditori (id est, 6
postquam debitor fuerit in mora.) l. Si quis emptionis. §. fin. & l. Cùm notissimi. §. illud. plus: C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. Quæsitum. ff. de pig. Et vt semel finiam, nihil hæc lex circa hypothecariam actionem im-

murat: quippè cùm de personalis actionis tantùm præscriptione agat.

§. DECIMVS SEPTIMVS.

Mistæ actiones. 30. annis præscribantur. n. 1.
Actiones mistæ sunt actiones familiæ herciscundæ, communi dividundo, & finium regundorum. nu. 2.
Fines diœcesum, & parochiarum propter confusionem euitandam non præscribuntur. n. 3.
Fines Regnorum, ac Comitatuum, similiumq; dominationum, propter confusionem euitandam, non præscribuntur, nn. 4.
Fines diœcesum, ac regnorum, an immemorialis temporis præscriptione acquirantur. nu. 5.

1 IN postrema parte definit lex actiones mixtas. 30. tantùm annis præscribi. In quæ sanè iuri communi respondet, sicuti superiùs monstrauimus. Actiones verò mixtã causam habentes, constat esse actiones familiæ herciscundę, communi dividundo, & finium regundorum, vt in §. Quædam. Instit. de actio. In quo circa hanc vltimam (finium regundorum scilicet) illud admonendũ duxi, sicuti fines Diœceſum, & Parochiarum, propter confusionem euitandam, præscriptione adquiri non possunt, vt in c. Super eo. de paroch. ita neque etiam fines Regnorum, Comitatuum, Ducatuum, seù Marchionatuum, similiumq; dominationum, præscriptione temporis confundi non posse, secundum Fabrum in dicto. §. Quædam. nu. 38. & Balbum de præscr. 1. par. 6. principal. decimo casu. Alciatum in l. Quinque pedum. §. Annotandum in primis. Panor. in dicto. c. Super eo. de parach. Id tamẽ, an id præscriptione temporis immemorialis (vt vocant) locum habeat, legito Franc. Curtium, consil. 56. incipit. *Super eo quod ab ordine.* col. 11. Hæc ad huius legis interpretationem satis superque nunc alio transeamus.

Postrema legis conclusio.

Quid in suscipiendis causis Aduocatis spectandum sit.

CAP. II.

Causidicus, qui sibi conscius improbæ liti patrocinatus, fuerit mortale peccat peccatum, restitutionique se alligat. nu. 1.
Si per imprudentiam iurisvè ignorantiam aduocatus improbæ liti auxilietur, peccet ne, & ad restitutionem teneatur? nu. 2.
Ignorantia, quæ ex latæ culpæ prouenit, nullam aduocato excusationem præstat, quin peccet, & ad restitutionem teneatur. nu. 3.
Aduocatus ex leui, vel leuissima ignorantia excusatur. nu. 4.
Quantum ad Dei iudicium attinet culpa dumtaxat lata, non verò leuis, leuissima peccatum infert, vel restitutionem. nu. 5.
Iuris ignorantia latæ culpæ annumeratur, nume. 6.
Turpe est patritio, & nobili viro, causas exoranti, ius in quo versatur, ignorare. nu. 7.
Iuris ignorantia latæ culpæ quando annumeratur, Doctorum opiniones recensentur. n. 8.
Latæ culpæ finis est non intelligere id, quod omnes intelligunt. nu. 9.
Potest vnius, & deterioris sententia multos, & maiores in aliqua re superare. n. 10.
Causidicus, tum latæ culpæ damnãdus est, vt peccato, & restitutioni se alligat, cum ignorarit id, quod omnes, vel plerosquè aduocatos non falleret. nu. 11.
Cùm aduocatus propter causæ difficultatem, vel propter varias Doctorum opiniones, anceps est, an peccet, & restitutioni teneatur, distinctio. num. 12.
Nocentem aliquando, & nefarium, impiumquè defendere, vult multitudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. nu. 13.
Iudicis est semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam verisimile. nu. 14.
Si clientulus in causa possessionis ius habeat, in proprietatis non habeat, sine peccato possessorio iudicio aduocatus suffragari potest. n. 15.
Aduocatus legis non hominis conscientiam debet habere. nu. 16.
Aduocatus, qui iustæ liti patrocinatur potest salua conscientia dolo astuquè aduersarium circunscribere. nu. 17.
Aduocatos, qui iniustas lites execrantur, magna commoda manent non solum quantum ad cœlestem patriam, sed etiam quantum ad hanc mortalem, & caducam vitam. n. 18.
Improbæ lites multorum malorum seminarium sunt. nu. 19.
Plerisquè placet, plus mereri aduersus Deum aduocatum, qui munus suum legitimè obierit, quam sacri verbi concionator. n. 20.
Aduocatus, qui iustis studet litibus, facilius, famam, & diuitias nanciscitur, quàm eum, qui omnes promiscue, siue bonas, siue malas amplexatur. nu. 21.
Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. nu. 22.

Aduo-

Aduocatus cognita inter litigandum causæ iniustitia abstinere debet, & clientulum ad transigendum hortari. nu. 23.

Quæ potissimum sit cautio, qua in suscipiendis causis vti debent aduocati ne errare fallique possit. num. 24.

Aduocatus, qui errare noluerit debet in suscipienda causa omnem lapidem mouere ad eruendam veritatem, ibidem.

Aduocatus propositis ante oculos, quæ causa prosint, noceant vè personã induat iudicis, fingatq́, apud se causam agi, & quod ipsum monisset, idem quoque iudicem moturum putet, & sic raro eum fallet euentus, aut culpa iudicis erit, num. 25.

Aduocati non minus peccatum est iniustam litem suscipere, quam iustam deserere. nu. 26.

Aduocatus in allegationibus iuris breuitate magis, quam longa oratione vti debet. nu. 27.

Aduocatus iustæ liti patrocinando, nõ peccat, neque ad restitutionem tenetur, si plus honorari nomine accipiat, quam lege sit definitum dummodo dolus absit, ac secundum litis, ac suæ peritiæ qualitatem modum non excedat, nume. 28.

1 NEMINEM prætérit Iurisperitum eum, qui sciens prudensque improbæ liti patrocinatus fuerit, mortale peccatum peccare, ac præterea teneri ipsum in foro cælitum (vt de hominum foro taceamus) vtriquè litigatori omnes im-
2 pensas litis. ac damna præstare. At si nihil sibi sit conscius Aduocatus, sed per ignorantiam forsan, imprudentiamvè improbæ liti auxilietur, putans scilicet clientulum suum ius habere: solet dubitari, an peccet, & ad restitutionem supradictam teneatur. Et planè, vt à sanctissimo eodemque scientissimo virorem exordiamur, Sanctus Thomas. 2. 2. q. 71. art. 3. respondit eatenus Aduocatum excusare ignorantiam, quatenus alijs in rebus solet excusationem præstare, quem omnes vbique sequuntur, & inter eos nouissimè Domin icus à Soto (quem honoris causa nomino) de iustitia & iure. lib. 5. q. 8. art. 3. & Burgus Pacificus, eruditissimus sanè vir in Proœmio legũ Tauri. nu. 215. Sed quoniam hoc verborũ inuolucro non facilè percipi poterit quænam sit ea ignorantia, quæ Aduocatis veniam paret: ipse paucis expe-
3 diam. Et summa quidem rei hæc est. Ignorantia, quæ ex lata culpa prouenit, nullam Aduocato excusationem præstat, quominus improbæ liti patrocinando peccet, & ad re-
4 stitutionem teneatur. At verò ignorantia ex leui, vel leuissima culpa profecta, omnino Causidicus excusatur. Est siquidem celebris, & nobilitata illa Innocen. sententia in c. Sicut dignum, de hom. dicentis: quantum ad Dei iudicium attinet, culpam duntaxat latã, 5
non verò leuem, vel leuissimam peccatum, vel restitutionẽ inferre. Quam sequitur Panor. in c. 1. de const. nu. 11. & testatur communem Syl. ver. culpa. nu. 6. & magnificiũt vbique omnes. Ad secũdùm hæc videtur iuris ignorantiam nunquam Aduocato veniã dare, ex eo quod vulgo dicitur, Iuris ignorãtiam latæ culpæ annumerari. gl. in l. Liberorum. §. Notatur. ff. de ijs qui notant. infa. 6
Bart. in l. fi. ff. de varijs, & extraord. cognit. Bald. in rubr. C. de pęna iudicis, qui male iudica. Quod si de alijs id dicitur, in Aduocatis multò magis recipiendum videtur. Nàm 7
vt Quintus Mutius Seruio Sulpitio succensuit: turpe est patritio, & nobili viro causas exoranti, ius, in quo versatur, ignorare, vt refertur in l. 2. ff. de orig. iuris. Videamusergò, 8
an hæc sententia distinctionem aliquam recipiat, ne, si ita simpliciter eam intelligamus magnum videamur Aduocatis periculũ inijcere, vt vbicumq́, iuris ignorantia lapsi, improbæ liti patrocinati fuerint, peccent, ac damna impensasque litigatoribus resarcire teneantur. Igitur Bart. in l. Quod Nerua. nu. 19. ff. depositi, ita distinguit: Aut ius est certum, & clarum, quia de hoc est casus legis, & tunc iuris ignorãtia latæ culpæ adscribenda erit: aut ius est ambiguum, putà propter Doctorum varias opiniones, vel quia nõ habetur lex expressa, & tũc iuris ignorãtia non iudicatur indistincte lata culpa, sed debet iudicari lata, leuis, vel leuissima, iuxta distinctionem Iurisconsulti in l. 2. ff. de iuris, & facti ignoran. Hæc Bart. Sunt autem alij, qui dicant, iuris ignorantiam, tum latam culpam inducere, quando interuenerit circa iuris regulas, aliter, atque si circa exceptiones, quas fallentias vocant. Salicet. & Roman. in l. Quod te mihi. ff. si certum pet. Faber verò in §. Suspectus. Instit. de suspect. tutor. existimat iuris ignorantiam, tum latæ culpæ adscribi, quando contingeret circa iura vulgaria, quæque frequenter versantur in vsu, secus si circa ea, quæ rarò accidunt. Sic etiam Bal. in c. 1. de translat. Episc. negat iuris ignorantiã latę culpæ annumerari, quando cadit in his, quæ sunt de apicibus iuris. Itaque non satis hac in re inter se Doctores cõsentiunt. Ego verò, vt magis Iurisconsultorum documentis, quàm Scriptorum opinionibus obtemperem, hanc controuersiam profligandam existimo ex vulgari illa latæ

culpæ definitione, quam tradit Iurisconsul-
9 tus in l. Latæ. ff. de verb. significat. *Latæ culpæ* (inquit) *finis est non intelligere id, quod omnes intelligunt.* Cui etiam respondet. l. 11. tit. 33. part. 7. Vt igitur inter tot tantosque viros meam sententiã interponam (solet enim
10 nonnumquam, vt in C. de vete. iure enuclea. §. Sed neque. Iustinianus, inquit, vnius, & deterioris sententia multos, & maiores ali-
11 qua in re superare) tum Causidicũ latæ culpæ damnandum puto, vt per ignorantiam improbæ liti patrocinantem, peccati, & restitutionis se alliget: quum ignorarit id, quod omnes, vel plerosque Aduocatos non fallere-
12 ret: alioqui alia ignorantia lapso magis est, vt veniam demus. Sed finge Iurisperitũ non laborare ignorãtia, sed forsan ancipitem esse, putà vel propter causæ difficultatem, vel propter varias Doctororũ opiniones. Quæstionis est. Num talem causam ambiguã suscipiendo peccet, ac ad restitutionem teneatur? Quod voluisse sanè videtur Nauarr. in Manuali. c. 25. nu. 28. ex sententia Anto. in c. Breui. de iureiuran. sed contrariam sentẽtiam recipiunt plerique omnes, vt tradit exactè Burgus Pacensis in Proœmio legũ Taur. n. 397. cum sequent. Verùm quia mihi mirum in modum placet distinctio, quam hac in re ponit Dominicus à Soto, illam hic referre fuit cordi. Is ergò. l. 5. de iustit. & iur. q. 8. arr. 3. hanc rem ita absoluit. Aut vtri usquè partis rationes pares sunt, ac ex æquo procedunt, & in ea causa est Aduocatus, vt salua conscientia tali causæ patrocinari possit, siue ea ciuilis sit, siue criminalis: aut rationes non sunt vtrinque pares, sed aduersæ pares rationes præstant, magisque mouent, & tunc quidem si causa sit capitalis, vel existimationis, omnino ab ea se Aduocatus temperare debet. Sin autem ciuilis, vel pecuniaria fuerit, magis est dicendũ rectè posse Aduocatum patrocinari, si modò clientulũ suũ certiorem faciat causam dubiam esse, & iuris rationes aduersario magis arridere, tametsi tunc in magno quidem periculo versetur Adnocatus, ne dum ita anceps est, aliquid sibi conscíat. Hæc è Soto. Cui mirum in modum conuenire videntur, quæ parens eloquentiæ scribit Officiorum lib. 2. in hæc verba: Atque hoc præceptum officij diligenter tenendum est, neque vnquam innocentẽ iudicio capitis arcessas. Id enim, sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est, tàm inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad salutem hominum, & ad conseruationẽ data: ad bonorum pestem, perniciemq; con-
13 uertere. Neque tamẽ, vt hoc fugiendum est, ista habendum est religioni contrarium, nocentem aliquando, & nefarium, impiumque defendere: vult hoc multitudo, patitur consuetudo, fert etiã humanitas. Iudicis est sem-
14 per in causis verum sequi: patroni nonnunquam verisimile, etiam si minus sit verũ defendere: quod scribere, præsertim cum de philosophia scriberem, non auderem, nisi idem placeret grauissimo Stoicorum Panæcio. Hactenus Cicero. Illud quoque quæritur: Si clientulus in causa possessionis ius ha-
15 beat, in propietatis non habeat, possit ne sine peccato Aduocatus possessorio iudicio suffragari? quod quidem placere video Innocentio, in c. Pastoralis. n. 6. de causa poss. & propr. Neque habeas (inquit) ò Aduocate conscientiam læsam, eo quod dederis causam peccandi spoliato, & retinendi rem alienam, quia potest esse, quòd verè sua sit, licèt eam non probet suam. Cuius quidem opinionem sequitur ibidem Ioann. And. & Baldus in Margarita, verb. *Aduocatus.* huius rei rationem reddens: quia Aduocatus legis, non
16 hominis conscientiam debeat habere. Illud etiam palàm est. Aduocatum iustæ liti patrocinantem, posse salua conscientia, dolo astu-
17 que, & cauillationibus aduersarium circunscribere, fallaciaq; fallaciam detrudere. Nam, vt Ouidius, inquit.

Iudice me fraus est concessa repellere fraudem.

Et vt est in Prouerbio, Cretizandum aduersus Cretensem. Refert plura in hanc sententiam Tiraq. de retract. linag. in Præfatione. nu. 69. oportet tamen id, sine mendatio, vel periurio fiat. glos. in c. Cupientes, verb. *Maligantum.* de elect. in 6. glos. in c. Dominus. 23. q. 2. Tradit copiosè, & eruditè more suo Dominus Archiepisc. Couarr. 1. variar. resol. c. 2. Iterum igitur, atque iterum Iurisperiti prospiciant, ne se temere improbis liti-
18 bus implicent: vident enim sui periculi rem agi, eisquè subeat in mentem, magna eis cõmoda manere, non dico quod ad cælestem illam patriam attinet, sed etiam quod ad hãc lubricam, & caducam vitam, si, vt par est, munus suum obierint. Planè si æternam illam sedem spectamus extra quã nihil esse, quod expetendum sit, certum est, quid quæso acceptius, quid placabilius, quid deniq; amabilius illi principi Deo, qui hunc mundum
19 regit, quod quidem interris fiat, esse poterit: quam si improbis litibus, quæ multorũ quidem malorum veluti seminarium sunt, aditum intercludant? Nonne plerisque placuit,
20 plus mereri aduersus Deum Aduocatos munus suum legitimè obeuntes, quam sacri verbi concionatores. Iaso in l. 1. nu. 8. ff. de iust. & iur.

& iur. Sylua nup. lib. 3. num 20. Refert plures Burgus Pacensis in Procœmio legũ Taur. nu. 382. Sed & quod ad hanc præsentem vi-
21 tam attiner, nihil dubij est eum Aduocatum, qui iustis duntaxat causis studeat, improbas, atque iniquas execretur: certiùs faciliùsque sibi, & famam, & diuitias assecuturum, quam eum, qui citrà delectum Dei timore, suoque honore postabito, sordidis mercedulis quęstubusque inhians, omnes promiscuè causas, siue bonas, siue malas, amplexetur. Huius enim imperitia (seù fallaciam, perfidiamvè dicere opottet) non potest non statim ex litium euentu deprehendi continuoque litigatores, falsa spe decepti, in eum stomachãtur, dolentesque se, & oleum, & operam perdidisse, palem ei malè precantur, vndè fit, vt deinceps apud omnes malè audiat, omnesq; illum tamquam latens virus obseruent. Cõtrà verò ille ex alio, atque alio felici litis euẽtu, auspicato fœliciterque ferè semper sibi causis cedentibus, breui, nomen famamque nanciscitur, illicoque omnes probatam eius prudentiam fidemque sequuntur: certatimquè litigatores curant, vter eum in suam partem præripiat, atque ita simul ei nomen, fama, simul opes, diuitiæque in dies augentur, cumulanturque. Vides igitur vtriusque Causidici discrimen, atque vt bono bonum, malo autem malum paretur. Ergò, & vtrum
22 probisvè litibus patrocineris, susque dèque feras. Quod si adhuc hæc te parum mouent, subeat in mentem, quæso, quod Propheta,
Psal. 36. imò Deus per Prophetam, inquit: Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur confirmat autem iustos Dominus. Et rursus eodem Psalmo: Iniusti punientur, & semen impiorum peribit. Iusti autem hęreditabunt terram, & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam. Quòd si adhùc obsurdescis, & parua hæc tibi videtur, clangat tuba Euangelica, clangat: Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimẽtum faciat. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. Perstemus igitur in officio, nullisquè pecuniarum illecebris vincamur, atque ita Deo pariter, atque hominibus grati erimus. Si enim in quouis artifice, vel ijs, qui cubito se emungunt, si quid fraude, si quid dolo fiat, infensè abominamur: quid in nobis constituendum putamus, qui tanquam Iuris iustitiæque defensores, & moderatores constituti sumus.
23 Sed neque quidem pudor obstet, quominus susceptam, cum melior videretur, litem, cognita inter litigandum iniquitate, Aduocatus dimittat, litigatoremque, vel ad cedendum, vel ad transigendum moneat. Nam & in hoc maximum (si æqui Iudices sumus) beneficium est, vt non fallamus, vana spe litigantẽ. l. Rem non nouam. §. Patroni. C. de iud. l. Quoties. §. Sicut. ff. de adminstr. & pericul. tuto. Quemadmodum verò possit tuta conscientia ita aduocatus ad transigendum cõsilium dare, cognita (vt diximus) inter litigandum iniquitate, tractat Burgus Pacensis in Procœmio legum Taur. nu. 255. Verùm 24
quia susceptæ semel lites ægrè vixque deseruntur, dãda principio opera est, vt omnem (vt aiunt) lapidem moueamus, ne posteà, vel cùm pudore terga vertere, vel cum scelere, ac non mediocri litigatoris damno desperatam defendere litem necesse habeamus. Quare commodissimè tractari solet, quæ nã potissimè cautio in suscipiendis causis Aduocatis tenenda sit, ne errare falliq; possint. Et sanè de hoc & aliàs alij, vt Speculator in tit. de Aduocato. §. Nunc tractemus, & non nihil attigit Gregor. Lopez in tit. 2. part. 3. in Summa. Sed quoniam in hanc rem præsentissimum remedium consiliumque reperisse me arbitror apud nostratẽ Fabiũ Quintilianum, oratoria instit. lib. 12. quo quidẽ, & ipse vtor, & re ipsa mihi vsui fuisse expertus sum: Illud hic referre decreui, vt & alijs (siqua tamen experimentis meis habẽda est fides) ex vsu esse possit. Ipse igitur Fabius, quemadmodum in suscipiendis causis nos habere debeamus, ita monet: Vt ante omnia quidem liberum demus ijs, quorum negotiũ erit, tempus, atque locum, exhortemurquè vltro, vt omnia quamlibet verbose, & vndè volent repetita ex tempore exponant. Quia non tam obest audire superuacua, quàm ignorare necessaria. Frequenter etiam, & vulnus, & remedium in his causidicus inueniet, quæ ligitatori in neutram partem momentum habere videbantur. Neque semel audisse sit satis: cogendus eadem iterum. ac sæpius dicere litigator, nõ solum, quia effugere aliqua prima expositione potuerũt, præsertim hominem (quod sæpè euenit) imperitũ, sed etiam, vt sciamus, an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, & tanquam non doceant causam, sed agant, non vt cum patrono, sed vt cum Iudice loquuntur. Quapropter nunquam satis credendum est, sed agitandus omnibus modis, & turbandus, & euocandus litigator. Nam vt Medicis non apparẽtia modò vitia curanda sunt, sed etiam inuenienda, quæ latent: ita Aduocatus plura, quam ostẽdantur, aspiciat. Nàm cum satis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rursus perso-

nam

nam ei transeundum est, agenduſquè aduersarius, atque proponendum quidquid recipit in huiusmodi disceptatione natura. Interrogandus, quam infestissimè, atque premendus clientulus. Nam dum omnia quærimus, ad verum, vbi minùs expectauimus, peruenimus. Multa etiam, quæ nihil ad causam pertinere crediderit, Aduocatus eruet. Itaque rimari necessarium erit, quæ personæ, quæ tempora, quæ loca, instituta instrumenta, cæteraque, ex quibus non tantum illud, quod est artificiale probationis genus colligi possit, sed qui metuendi testes, quo-
25 modo sint refellendi. Sic Aduocatus causam perscrutatus, propositis ante oculos omnibus, quæ prosint, noceantvè tertiam deindè personam induat Iudicis, fingatque apud se causam agi, & quod ipsum mouisset de eadē re pronūtiaturum, id potissimum apud quēcumque agetur, existimet: & sic raro eū fallet euentus, aut culpa Iudicis erit. Hæc ad Oratorem Quintilianus, sed Aduocato dictum putemus: vtriusque enim par causa est. Si igitur Causidici mihi credant, huiusmodi Quintiliani prouisionem magnificere, & ante oculos habere, ad eamque consilium omne reuocare debent, si errare quidem nolint, atque committere, vt cum animæ suæ, ac ho noris dispendio temere improbas lites suscipiant. Sanè aut hæc est via, aut nulla omnino, per quam id cauere valeamus. Illud verò admonuisse non fuerit necesse, cum Ad-
26 uocatus iustā causam susceperit: omnes suos debere neruos intendere, vt suus clientulus palmam ferat. Nàm non minus peccatum erit, & haud scio, an maius, iniustam litē suscipere, quàm iustam deserere. l. Quoties. §. Sicut. ff. de administ. tuto. Num verò commodius sit Aduocato in allegationibus (quas
27 vocant) breuitate magis, quam longa oratione, vti indicat eleganter Plinius Iunior lib. 1. epistolarum, Epist. ad Cornelium Tacitum, & paucis quoque monet Imperator
28 in l. Quisquis. C. de postuland. Illud ad extremum meminisse oportebit, Aduocatum iustæ liti patrocinantem, tametsi à clientulo honorarij causa plus accipiat, quàm lege definitum sit: non continuò peccare, neque ad restitutionem teneri: si modò dolus malus absit, authore Panorm. in c. Quia plerique, de immun. Eccles. Quod tamen accipiē dum est, dummodo secundum litis, ac suæ peritiæ qualitatem modum non excedat, vt tradit Marth. de Afflict. in constit. Neapol. rubr. 82. num. 3. quod quidem pertinet ad interpretationem text. in l. 1. §. fin. ff. de varijs, & extraord. cogn. & ad l. 18. & 21. tit. 16. lib. 2. nouæ Compil. quibus quid salarij nomine Aduocati recipere possint, definitum est. Sed hæc hactenus.

Annuo reditu, seù censu vendito, quonam in loco vectigal (seu, vt vulgò dicitur, *Alcauala*) solui debeat, & in summa, tota vectigalium materia, ad nostrarum Regiarum legum interpretationem, copiosa quadam breuitate perstingitur.

CAP. III.

Alcauala, quæ apud nos dicitur Latine appellatur vectigal, apud exteros gabella. nu. 1.

Olim soli Principi, seù Romano Imperatori, vectigalia seù tributa indicendi ius erat. nu. 2.

Reges, Principes, populique, qui se ab imperij potestate asseuerunt tributa indicendi ius habent. num. 3.

Reges maiorem habent, potestatem in regno, quam Imperator in imperio, quia rex transmittit regnum ad hæredes, Imperator non. nu. 4.

Princeps, vt noua vectigalia imponere possit, necesse est legitima causa id suadente, faciat. num. 5.

Si causa, obquam vectigal impositum sit, deserit, item & vectigalis cessare debet exactio, nume. 6.

Aduersus Principem, sine causa tributa imponētem non licet subditis conspirare, sed in finibus defensionis stare possunt. nu. 7.

Potest Romanus Pōtifex priuare Principatu Regem proteruè subditos opprimentem. nu. 8.

Potest Rex magnates seuerius subditos tractantes, priuare dominatione. nu. 9.

An possit Rex magnatum iurisdictionem ad se reuocare. nu. 10.

Hispaniarum Regibus licet ex causa noua imponere vectigalia. nu. 11.

Hispaniarum Reges imperio non sunt subiecti, num. 12.

Hispaniæ Reges vltrò sibi hanc imposuerunt legē, vt non aliter tributa imponere queant, quam regni procuratoribus id approbantibus, nume. 13.

Ea demum est tuta potentia, quæ viribus suis modum imponit. nu. 14.

Alcauala munus primum originē traxit à Reho Alphonso

Alphonso eius nominis vndecimo, num. 15.

Olim Vectigalis nomine depēdebatur octaua pars earum rerum, quæ mercimonij causa ad hoc regnum vehebantur, vel ishinc foras efferebantur. nu. 16.

Almoxarifazgo Arabicum nomen, & quid eius nomine dependatur. nu. 17.

Regi Alphonso solum concessum est alcauala tributum tantisperdum duraret bellum, quod cum Mauris Numidisque gerebat. n. 18.

Vsu moribusq; hoc tributi genus in assiduam muneris exactionem incidit. nu. 19.

Alcauala nomen vnde traxerit originem, nume. 20.

Vulgaris eius nominis etymologia explodit ur, nume. 21.

Alcauala nomen à Iudæis traxerit originem, num. 22.

Hispani sermonis idioma à Latina lingua originem traxit, idcircoque Romance appellatur, num. 23.

Gallia, Germania, Panonia, aliaque multæ nationes loquendi idioma à Latina lingua mutuatæ sunt nu. 24.

Primus, qui Hispanos Latina lingua loqui instituit, fuit Sertorius Romanus. nu. 25.

Soli Cantabri, qui vulgo Vizcaini dicuntur gentile retinuerunt idioma, quod proprium Hispaniarum esse creditur. nu. 26.

Mauris Iudæisque promiscuè nobiscumque conmorantibus factum est, vt istorum nonnulla vocabula in Hispanum sermonem irrepserint, num. 27.

Alcauala munus non potest, sine peccato fraudari, nu. 28.

Vectigali iure constituta fraudari, sine peccato non possunt, ibidem.

Si contrahentes nulla fraude sint vsi, non tenentur ex conscientia præscripto vectigal soluere, nisi modo à publicanis interpellati sint. n. 29.

Leges vectigales non odiosæ censendæ sunt sed potius fauorabiles. nu. 30.

Regiæ leges non statutorum, sed iuris communis naturam sortiuntur n. 31.

Vectigalia quæ iure communi introducta sunt nō odiosa sunt, sed fauorabilia potius. nu. 32.

Ratio quamobrem huiusmodi vectigalia fauore digna sint. n. 33.

Alcauala munus nulla temporis præscriptione, nec immemoriali quidem acquiri potest. n. 34.

Vectigalia municipalibus statutis impressa odiosa sunt. n. 35.

QVTIVS super bonis suis cēsum seù annuos redditus (vt fieri assolet) Seio vendidit. Contigit autem, vt alio loco contractus fieret, alio extarent bona pro ipso censu obligata, atq; rursus alibi censum solutū iri conuenerit. Quapropter subindè in disceptationē venire solet, quonā in loco vectigalis solutio fieri debeat. Hoc tributi genus exteri gabellam, nostrates alcaualam appellāt, nobis interim hoc vectigalis nomine vti placuit. Quod cū latius patet, vt notat Tiraq. de retract. linag. §. 1. gl. 6. nu. 2. & Valla elegant. lib. 4. c. 59. tum ad hoc tributi genus non malè respondit, vti aduertit Dominus Præsul Conarru. in reg. Non dimittitur peccatum. 2. par. §. 5 & Otalora de nobilit. 1. par c. 2. Verùm anteaquàm hac quæstionem absoluam quōniā vectigalis vsus apud nos frequens est, statui nonnulla hac de materia perstringere, non quòd velim verbosos Commentarios facere, quod vtique possem, si omnia vtcumquè, & vndecumquè repetita, vt nostri ferè solent, in culcare vellem: sed vt ea tantùm, quæ ad materiæ legumque Regiarum interpretationem necessaria visa sunt, in medium afferā, in quo operæpretium me facturum esse putaui. Est enim hæc materia à nostratibus Scriptoribus ferè destituta: ab exteris verò non facilè percipi poterit, siquidem sua statuta, ad quæ quæstiones applicant, nostratibus legibus Regijs non prorsus conueniunt. Primùm igitur tractabimus, cui huiusmodi tributa imponendi ius sit: deindè, ad quas personas: tertiò, ad quos contractus hoc munus incumbat: mox, quantū eo nomine soluendum sit, hisquè peractis, proposita quæstionem aggrediemur. Principiò igitur, vt dicamus, cui huius vectigalis indicendi ius sit, sciendum est, olim quidem cùm Romanum Imperium rerum potiebatur, soli Principi, idest, Romano Imperatori noua vectigali indicendi ius fuisse, vt ostendit. l. vectigalia ff. de public. & vectig. l. Non solent. C. noua vectig. imponi non posse. l. 2. tit. 1. par. 2. l. 1. C. de superindicto. lib. 10. At postea, quoniam, vt est in Prouerbio. Omnium rerum vicissitudo est, imperio Romano indies, peneque ad interitum labente, factum est, vt quidam Reges, Principes, populique simul se ab imperij potestate vindicantes, simul huiusmodi facultatem (vectigalia inquā indicendi) adepti fuerint, vt apparet ex c. Super quibusdam de verb. significat. & illic notat Panorm. & Bertach. de gabellis. 1. part. nu 1. & probat. l. fin. tit. 7. part. 5. Ij etenim Reges, Principes, populique, qui se ab Imperatoris subiectione in libertatem asseruerunt, parem in Regno, dominatuq; suo Imperatori potestatem sortiti sunt, vt scribit. Pan. in c. per venerabilem. nu. 10. & 26. qui

1 *Cui vectigalis indicēdi ius sit.*

2

3

filij 4

filij sint legiti. Suarez in quæstione de maiora. nu. 28. l. 8. tit. 1. par. 2. imò maiorem: quia Rex transmittit Regnum ad hæredes, Imperator non, Boerius decis. 178. num. 9. Oportet tamen, vt noua vectigalia iure imponi possint, legitima causa id postulante fiat. Innocen. in c. Innouamus de cēsib. Bald. in c. Cùm ab Ecclesia. de offic. ord. Auendañus in cap. Correct. 1. par. c. 6. nu. 5. Otalo-
6 ra de nobilit. 1. part. c. Quòd si causa illa ob quam vectigal fuit impositum, desierit: item & vectigalis exactio cessare debet, sicuti scribunt, cùm aliàs alij, tùm Corsetus de potes-
7 tate Regia. 4. part. q. 49. Quamquam verò Princeps, sine causa tributa imponeret, aduersus eum tamen non liceret subditis conspirare, sed dumtaxat in finibus defensionis stare eis permissum esset, secundum Boeriū
8 de seditiosis. §. 1. nu. 2. Posset etiam Romanus Pontifex abdicare Principatu Regē proteruè subditos opprimentem, secundū Martinum Laudensem, de princip. q 7. & Parid. de syndicatu. tit. de excesib. Imperatorum.
9 num. 12. Æquè etiam (vt id obiter dicamus) posset Rex magnates, reguloſq; suditos suos asperiùs seueriùsque tractantes priuare dominatione, iurisdictionemque totam ad se
10 reuocare, vt ostendit Boerius decis. 304. & Greg Lop. in l. 2. tit. 13. par. 2. ver *desaforaren*. Quinimò aloqui iure suo, cùm lubitum fuerit, ipse posse facere videtur, secūdùm ea, quæ affert Palac. Rub. in introductione rubr. de donatio. nu 8. quod tamen latius disputat Afflict. in Const. Neapol. lib. 1. rubr. 47. nu. 2. & rubr. 100. nu. 2. & 3. & Cassan.
11 in Consuetud. Burg rub. 1. nu. 106. Sed, vt ad propositum reuertamur, ex superioribus perspicuum fit ius esse nostris Hispaniarum Regibus ex causa noua vectigalia indicendi: licèt enim nostrates Reges olim Imperatoriæ potestati parerent, vt apparet ex l. 2. §. Post aliquot. ff. de orig. iur. & ex ijs, quæ affert Vasæus in Chronico Hispaniæ. tit. 1. c. 13. At posteà expulsis profligatisque Romanis, hoc subiectionis iugum è ceruicibus excusserunt, itaq; hodie Imperio non subesse ma-
12 nifestissimum est. gl. in c. Adrianus. 63. dist. Abb. in c. Per venerabilem. nu. 37. qui filij sint legit. Iaso in l. Cūctos populus C. de summa Trin. nu. 11. Felin. in c. Cùm non liceat. de præscript. Balbus de præscript. 2. part. 5. princip. q. 2. Nicolaus de Vbaldis, de succes. ab abintest. 1. par. nu. 32. Burgus Pacens. in Proœmio legum Taur. num. 32. estque omnium Interpretum communis hæc sententia. Quare minimè ferendus est nescio, quis Ioā nes Feraldus Gallus in tractatu, quem edidit de iuribus, & priuilegijs Regum Francorum nu. 3. qui dum arroganter Regi suo plurimū vult tribuere: temerè scribit nostrum Hispaniæ Regem Imperatori esse subiectum. Cui nam verò potissimè Regum hæc Hispaniæ libertas accepto ferenda sit, tradit Dominus Couarru. practic. quæst. c. 1. nu. 1. Deniq; habere nostrates Reges hanc potestatem vectigalia indicendi, si adhuc in re aperta testes desideras, scribit nominatim Corsetus, de potestate Regia. 4. part. q. 49. nu. 13. In quo tamen laudādi sunt nostri Hispaniarum Reges, qui licèt iure hanc potestatem ha- 13
beant, vsi tamen ea moderatione, & humanitate, qua semper plurimum baluère, hanc sibi vltro imposuère legem, vt non aliter sibi noua vectigalia, ac tributa Regno imponere liceat, quam si Comitijs ex more conuocatis Regni Procuratores, Plebisque Tribuni id probent, & ratum habeant, vt est constitutum in l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil. Quod sanè, tum rationi, ac iure consentaneum est, quādoquidem ardua negotia non debent Reges, priusquam ad populum, procereſq, referantur expedire, Iaso in l. Placet. n. 10. C. de sacros. Eccl. Paris de syndic. tit. de rerum excess. nu. 18. Burgus Pacens. in Proœmio legum Taur. nu. 447. l. 2. tit. 7. lib. 6. Recopil. tum ad Regni quietem tranquillitatemque plurimum confert, sicuti abundè exemplo decreuit Theopompus Spartanorū Rex. Qui cum primus instituisset, vt Ephori Lacedæmone crearent, ita futuri Regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ consulari imperio Tribuni plebis sunt obiecti, atque illi vxor dixisset, id egisse illum, vt filijs minorem potestatem relinqueret: Relin 14
quam, inquit, sed diuturniorē. Optimè quidem, nam ea demum tuta potentia, quæ viribus suis modum imponit. Igitur Theopō pus legitimis Regnum vinculis constringendo, quò longiùs à licentia retraxit, hoc ad beneuolentiam ciuium proprius admouit. Hæc de Theopompo scribit Valerius Maxi- 15
mus. l. 4. c. 1. Hoc autem Vectigalis genus (quod apud nos *Alcauala* dicitur) primum quidem originem traxit à Rege Alphonso huius nominis vndecimo, vti ex ipsius Chro- 16
nico apparet. c. 262. cum duobus, vel tribus sequentibus. Anteà enim hoc vectigalis genus in vsu non erat, sed tantummodo pendebatur octaua pars earum rerum, quę mercimonij causa, vel aliundè ad hoc Regnum vehebantur, vel inde hinc foras efferebantur. l. Ex præstatione C. de vectigal. id vulgo verbo, Arabico *almojarifazgo* appellatur. l. 5. tit. 7. part. 5. Et quid eius nomine hodie pē-

datur,

debeat oriri dixit apud Ioā. 22. & 23. & 24.
18 cum de his statuerunt. lib. 9. recopil. Sed ne
de quarta hac Alphonso perpetuò hoc
tributum Portugallenses concessum fuit à populo, sed
tantum ad bellum, quod ad præsens cum
Saracenis habebat, & bonis istis gerebat durare, vti ip-
sis Chronicis declarat. Proin Rex Petrus
cum tributum esset præter cæteros apud nos
peregrinum & exosum (cursus hoc tributum à
barbaris reportarit, vti in libris Chronicarum re-
peritur. Illius quoque autoramenti tributum hoc
19 originem habuit: dein vti paulatim in asi-
dera annonaria exactionem incidens (quo-
niam, vt est in Prouerbio: Semper fœliciter
cedunt Iuramenta nouella) factum est, vt postremo
tame cessantibus legis authoritatem euade-
rent. Nomen abre ramē, vt dispiciamus qua-
20 re hoc tributi genus hoc Alcaualæ nomine
vocetur, id enim neque in illo Alphonsi Chro
nico, neque alibi quoque (nisi fallor) expositū
* inuenimus. * Et missam facientes vulga-
Sequamur quamuis illam Lesleti in præclaram tractatum de bello dē re edito in præfatione. nu. 28. nostram verò oppotet verisimilem plectitur legatis vir ingenij D. Ioā. Grosch lib 1. emblemat. c. 21.
rem illam etymologiam, quæ vulgò circun-
fertur, id circo alcaualam, dictam, quia ne-
gante populo tributum regi, quod petebat
acclamatum fit non id, sed dabimus *aliquid*
nobis, his enim nullum certū habet fidei fun-
damentum præter vulgarem opinationem,
quæ plerumque fallax est, & incerta, * quan
tum qui dem coniectura consequi possum,
hoc nomen ab Hebraica lingua (id est, à Iu-
dæis) originem traxit. Apud istos enim, ver-
bum *cabala*, tantundem significat, quantum
receptio, vt interpretatur Neuizanus, ex Pi-
ci Mirandulæ lectione, in Sylua nuptial, lib.
5. num. 33. Fortassis igitur Iudæi, quorum
21 mos erat huiusmodi vectigalia conducendi,
22 quorumque opera Reges in horum munerū
23 exactione vti solebant, sicuti in illo Alphōsi
Chronico memoratur, hoc nomen sua lin-
gua imposuere ita appellātes, quasi esset alia
cabala, id est, alia, nouaque muneris recep-
tio. Etenim tametsi omnis Hispani sermonis
idioma à Latina lingua originem traxerit,
vti cum aliàs alij ex nostratibus notatunt, tū
Florianus à Campo in suo Chronico, & re
ipsa cuius pauli per verba nostra considerāti
facilè apparebit: ob idque Romanè nos lo-
qui (id est vulgò, *en Romance*) dicimus. Id
quod nobis cum cæteris nationibus Christia
24 nis falsem commune est. Etenim, vt Valla,
Inprœmio lib. 1. Eleg. inquit non solum Hispania, sed etiam Gal-
lia, & Germania, Pannonia, Dalmatia, & Il-
lyricum, multæque aliæ nationes loquendi
idioma à Latina lingua mutuatæ sunt. Illud-
que etiā Imperio Romano è ceruicibus ex-
cusso, vsque nunc, & sanctè, & religiosè retinēt. Enimvero Romanis illud in primis ma-
ximæ curæ fuit, vt quas gentes suæ ditioni
iugarent, statim ad suæ linguæ vsum, & com-
munionem impellerent. Proin, vt Valerius *Lib. 2. c. 1.*
refert illud cum magna perseuerantia custo-
diebant, ne Græcis vnquam, nisi Latinè res-
ponsa darent: quin etiam ipsa linguæ volu-
bilitate, qua plurimum valent, excussa, per
interpretem loqui cogebant non in vrbe tā-
tum, sed etiam in Græcia, & Asia: quo scili-
cet Latinæ vocis honos per omnes gētes ve-
nerabilior diffunderetur. Primus autem, qui *Plutarch⁹ in vita Sertorij.*
Hispanos Latina lingua loqui instituit, fuit
(Plutarchus est author) Sertorius Roma-
nus. Is enim proscriptione Syllana Roma 25
exulare coactus, Hispaniam venit: ibiq; Lu-
sitanorum dux factus, & roboris, & ingenij
egregia facinora edidit, vti memoria est pro
ditum, & historiæ vbiquè commemorant.
Hoc igitur authore Hispania proprio sermo
ni libello repudij dato, alienum (id est, Ro- 26
manum) accepit Sol Cantabri, qui vulgò
Vizcaini dicuntur, in proprio sermone per-
seuerauerunt, quo etiam, & hodie vtuntur:
is enim, cū Romano, siue Latino, ac per hoc,
neque cum nostro, quo hodie vtimur, affini-
tatem habet nullam. Quod quidem, vti Fra-
ter Alphonsus Venerus in Enchiridio tem-
porum scribit, maximum præstat argumen-
tum, illius gentis loquelam propriū, ac ori-
ginarium totius Hispanię sermonem fuisse,
& quo olim ante Romanorum in Hispania
dominatum vtebamur. Tantam verò affini-
tatem vernaculus hic noster sermo, ac Lati-
nus inter sese habere videntur, vt pridem le-
gisse me Salmanticæ meminerim Oratiun-
culam quandam, vt ferebatur, à venerabili,
ac iuxtà doctissimo Siliceo Toletano Epis-
copo compositā: quæ ita quidem communi-
bus vtrique linguæ verbis scripta erat, vt ea-
demmet verba, & Hispanum, & Latinū ser-
monem promiscuè redderent. Igitur quā-
uis sermonem nostrum vulgarem à Roma-
nis fluxisse constet: atqui Maurius Iudęisquè 27
promiscuè nobiscum (quod Deus vtinam
auertisset) commorantibus, factum est, vt
istorum nonnulla vocabula in nostrum ser-
monem irrepserint: inter quæ mehercle hoc
nomen Alcaualæ (vt dixi) fuisse auguror.
Hæc ad huius nominis etymologiā, ad nos-
træque linguæ rationem, atq; insuper in ve-
tustatis gratiam à nobis, tam longè repetita,
quoniam vulgaria non sunt, ingrata videri
non debent, nunc aliò transgrediamur. Ex 28
superioribus autem illud consequitur, non
posse hoc vectigalis munus, sine peccato frau
dari. Etenim ab omnibus in eam sententiam
pedibus itum est: vectigalia iure constituta

fraudari

fraudari citra peccatum non posse: erit itaq; fraudator restitutioni obnoxius. Hanc conclusionem latius expensam (ne rem actam agamus) videre poteris apud Bertach. de gabellis. 9. par. & Syluest. verb. Gabella. 3. Otalo. de nobil. 1. part. c. 3. Nauar. in Manuali. c. 17. nu. 200. Socin. reg. 164. Minchaca de succ. creatio. lib. 1. §. 10. nu. 648. & nominatim in huius vectigalis munere, de quo agimus, ad vnguem, ac cum distinctione expen
29 dit Dominus Præsul Couarru. in regu. Non
* dimittitur peccatum. §. 5. * Et Dominicus Sotus de iustitia, & iure. lib. 3. q. 6. art. fi. Etenim hoc tributi genus iure impositũ fuisse, ex iustaq; causa exindè arguitur, quod sui origo hominum memoriam excedat, iuxta ea, quæ scribit Felin. in c. Cũ nobis de præscript. & probatur apud nos in l. 16. tit. 27. lib. 9. recopil. Quapropter, haudquaquam erit audiendus, alioqui eruditissimus Auendañus, qui in suo Dictionario, verb. *Alcanala*, scribit hoc tributi genus impunè posse fraudari: nisi fortè illius opinionem intelligas, secundum distinctionem à Couarr. loco
* suprà citato positam, * & à Soto quorum in summa hæc sententia est, vt siquidem contractus fraudulenter factus sit, puta, quia data opera ita occultè, & secretò partes cõtraxere, vt in publicanorum venire notitiam non potuerit, & tum, ad restitutionem etiam in foro cælitum obligati sint. Porrò si nulla sint fraude vsi non teneantur ex conscientię præscripto soluere, nisi modo à publicanis
30 interpellati fuerint. Ex supradictis quoque admoneor, vt attingam hic, an nostrates leges de huiusmodi vectigalis munere disponẽtes, sint odiosæ, an potiùs fauorabiles. Erit huius disputationis effectus, nam si odiosæ sint; strictim quidem sint fauorabiles benignè erunt interpretandæ. Odia enim restringi, & fauores conuenit ampliari, vt est regula constitutum. Et sanè nostris interpretibus placet huiusmodi vectigalia odiosa esse Bart. in l. Si pupillus. §. fin. ff. ad legem Aquil. Iaso in l. Fructus. nu. 17. ff. soluto matrim. At ego licèt istorum opinionem in casu, de quo tractant, veram esse cẽseam: nequaquam tamen ad nostrates leges Regias protrahendã puto. Sanè ipsi loquuntur in vectigalibus ab statutis municipalibus iniusta, statuta vero,
31 & alioqui odio laborare manifestum est. At qui nostrates leges non statutorum, sed iuris communis naturam sortiuntur, vt notat Palat. Rub. in introductione rubr. de donatio. num. 8. proindè tale odium minimè eas tangit. Quid putas ergò: Has nostrates vectigalium leges odiosas non esse. Quid ita? Quia
32 vectigalia ea, quæ iure communi introducta sunt, odiosa non sunt, sed fauorabilia potius. Vndè id tibi quæso? Ex l. 1. ff. de loco publ. fruendo. *Interdictum hoc*, inquit Iurisconsul. *publicæ vtilitatis causa proponi palam est. Tuetur enim vectigalia publica, &c.* Quod autem ad 33
vtilitatem publicam pertinet hoc nemo meritò odiosum esse dixerit. At in quo hæc publica versatur vtilitas. Nempè, vt sit Regi vndè sumptus, tum domi, tum belli necessarios & sustentare, & suppeditare possit: sine his enim certum est, neque se Regiam maiestatem seruare, neque populos ab hostibus tutari commodò posse: denum ne: his deficiẽtibus cogatur grauioribus tributis subiectos onerare. Hanc rationem reddit. l. 11. tit. 28. part. 3. & comprobatur ex ijs, quæ tradunt alij relati ab Otalora de nob. 1. par. c. 3. At- 34
que hisce de causis non iniuria Regia lege definitum est, hæc tributa nulla temporis præscriptione, ne immemoriali quidem, adquiri posse. l. 2. tit. 15. lib. 4. recopil. Ergò 35
tametsi vectigalia municipalibus statutis impressa odiosa sint: ea tamen, quæ nostratibus legibus in dicta sunt, tãquam fauorabilia habenda censeo. Quòd si adhuc de eo dubitas: ipsas vectigalium leges legito, ac comperies quot, quantisque fauoribus scateant. Id tamen quemadmodum intelligendum sit, paulò post declarabimus.

---

§. PRIMVS.

Vectigalis munus, quæ Alcauala, *vulgò vocatur, omnes cuiusque conditionis homines comprehendit. nu. 1.*

Ecclesiæ, ecclesiasticæque personæ vectigalis munere immunes sunt, nu. 2.

Clerici minoribus ordinibus initiati immunes non sunt vectigalis soluendi, nisi non perfunctoriè Ecclesiasticum habeant beneficium. n. 3.

Clerici negotiatores immunitatis perdunt priuilegium. nu. 4.

Iuris diuini interpretatio ad Romanum spectat Pontificem. nu. 5.

Clericis omnis est iure negotiatio prohibita, quo modo lucri causa, & cupiditatis fiat, nume. 6.

Clericus si tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed cupiditate frumentum comparet, aut vinum, vt postea carius vendat, turpe facit lucrum, nu. 7.

Clericus ob necessitatem honesto dans operam artificioso, immunitatem non amittit, n. 8.

Eum clericum, qui vnum, aut alterum equinum pullum

pullum emerit, vt cicuratum posteà vendat, vectigalis non damnabimus, nu. 9.

Clericus prædia conducens, an vectigali, sit obnoxius. nu. 10.

Clerici vectigales villas Ecclesiæ, quas tenentias appellant, ad vitam conducentes, vectigali non erunt obnoxij, nu. 11.

Quotiescumquè clericus exorcet negotiationem iure sibi permissam nequaquam suam amittit immunitatem, sin non permissam exerceat amittit. num. 12.

Si de ea re disceptatio sit, vter sit index competens Ecclesiasticus ne, an sacularis, ibidem.

Clerico retrahente rem familiarem, seù gentilitiam, debet vectigal soluere, si forsan emptor ex pactione soluit, nu. 13.

Conductores Ecclesiasticorum reddituum vectigalibus obnoxij sunt, nu. 14.

Vectigal no debetur ex venditione earum rerum, quæ pro animæ expiaculo relicta sunt. n. 15.

Quidquid pro animæ salute relinquitur, ad diuinum numen, & ministerium spectare, credendum est, nu. 16.

Priuilegia Ecclesijs concessa, & pijs quoque causis concessa esse censendum est, nu. 17.

Generalis clausula, non minus solet effectus habere quam specialis, nu. 18.

Quando defunctus, aut specialiter, aut generaliter non expressit, vt bona ad iusta facienda venderentur, vectigal debetur, nu. 19.

Nouitij bona vendita, an vectigalis munere grauentur, nu. 20.

Nouitius licèt cum effectu religiosus non sit, pro religioso tamen iure censetur, nu. 21.

Hospitalia, & eremitæ, & sodalitates, quas cofradias vocamus, an Ecclesiæ immunitate, vtantur, nu. 22.

Commendatores, an vectigalibus obnoxij sint, num. 23.

Scholares, an teneàntur ad vectigalis pensitationem, nu. 24.

Sequester Ecclesiasticorum reddituum, etsi laicus fuerit vectigal ex eis non debet, nu. 25.

Cæcus à vectigali munere non excusatur, n. 26.

Vectigalis munus non personale est, sed patrimoniale, num. 27.

C. licèt de censibus, defenditur ab Antiboli petulantia, nu. 28.

Ad soluendum vectigal rerum mobilium inspiciendum est, vbi sunt bona tempore contractus, num. 29.

An ex translatione cadaueris, ex vno loco ad alium exigi vectigal possit, nu. 30.

Vectigalium locatores tenebuntur vectigal soluere conductoribus, nisi aliud nominatim cautum sit, nu. 31.

Rex illiusque fiscus, quoniam vectigalium omnium immunes sunt, non tenentur conductoribus suis vectigal soluere, nu. 32.

Contra eum, qui legem potuit dicere, apertius est interpretatio facienda, nu. 33.

In dubio contrà stipulatorem, venditorem, locatoremquè interpretatio est facienda, quoniam in eorum potestate fuit legem dicere apertiùs, num. 34.

In generali sermone regulariter dicentis persona comprehenditur? n. 35.

Si magnates huius regni in vectigalibus locandis sibi non caueant, tenebuntur suis conductoribus vectigal soluere. 36.

Idem iudicandum est de publicano principali, seù maiori alteri minori vectigalia locanti, num. 37.

Clericus, qui beneficij sui reditus locauit, an teneatur conductori decimam soluere, n. 38.

Si quis publicano ipsi rem distraxerit vectigal debetur à venditore, si modo aliud actum non sit, num. 39.

Vectigal extra pretium est, proindè immeritò desiderat venditor, vt vectigal in pretio computetur, num. 40.

ATque de primo membro dictum est. Nunc ad quas personas hæc vectigalia incumbant, discipiendum. Sciendum est igitur, hoc vectigalis munus (quæ *Alcauala* vulgò vocatur) apud nos, omnes homines, cuiusquè conditionis ij fuerint, comprehendere, sicuti apparet ex l. 1. tit. 18. lib. 9. recop. paucis tamen exceptis, vti ex illo titulo apparet. Atq; in primis in l. 6. excipiuntur Ecclesiæ, Ecclesiasticæq; personæ, & rectè. Nã hæ non modo humano iure, sed etiam diuino, ab omnibus muneribus immunes sunt. c. Quãquam de censib. in 6. Dueñas reg. 100 & tradit exactius Dominus Couarr. practic. quæstio. c. 31. nu. 1. vbi tractat, an ea immunitas pertineat ad Clericos minoribus tantũ ordinibus initiatos: sed id modò lege regia definitum est. Ea est. l. 2. tit. 4. lib. 1. recopil. quæ definit hos minoribus ordinibus initiatos huius immunitatis participes non esse: nisi modò verè beneficium Ecclesiasticũ habeant. Notandum est tamen, hoc priuilegiũ Clericis concessum non porrigi ad eas res. quę mercimonij causa ab ipsis venierint, vel permutatæ fuerint. tex. in c. fi. de vita & honesta Cler. Clemen. Præsenti. de censib. l. 49 tit. 6. part. 1. l. 7. tit. 18. lib. 9 recopil. In quo tamen non erit dissimulandum, illa iura Põtificia, itẽ & illam legẽ Partitę non continuò Clericum mercimonijs vacantem, huiusmodi immunitate priuare: sed ita demum si priùs ter à suo Episcopo commonefactus, à tali

Ad quas personas vectigalis soluendi munus incumbat.

1

2

3

4

à tali negotiatione se noluerit tẽperare. Sed neque est prætereundum Greg. Lopez in d. l. 49. existimare hanc trinam monitionem hodie necessariam nõ esse, quod dicat illam legem Regiam Ordinamenti recentiorẽ nihil tale postulare. Ego verò haud scio, an hoc casu canones legibus, an potiùs leges canonibus cedere debeant, quandoquidẽ hoc priuilegium sit Clericis concessum iure diuino, cuius interpretatio ad Romanum Põ-
5 * tificem potiùs pertinere videtur. c. Nouit de iudic. * Moribus tamen obtinuit, vt nulla ad id denuntiatio necessaria sit, eamq. consuetudinem valere sentit Panorm. consilio. 6. in fine. * Quando verò Clerici dicantur negotiatores, & quibus officijs iure interdicantur, legendus est Bertach. de gabellis. 7. part. num. 10. & Antibolus de muneribus.
* 3. part. §. 1. num. 115. * Meum verò si iudicium expectes, sic habeto? Clericis (vt quos diuino potius officio vacare decet, quam se-
6 cularibus negotijs distringi) omnis est negotiatio prohibita, quæ modò lucri, & cupiditatis causa fiat. cap. 1. & 2. ne clerici, vel monachi. cap. 2. distinctione. 88. Bernardus
7 Diaz in praxi canonica. c. 50. Ergò vt exemplo res dilucidior fiat, si clericus tempore messis, vel vindemiæ non necessitate, sed propter cupiditatem frumentum comparet, vel vinum illudque seruet vsque dum carius
8 vendat, turpe facit lucrum, & vectigali erit obnoxius. c. quicunque. 14. q. 4. Non idem erit dicendum, si vel ad inopiam subleuandam, vel ad otium inertiamque fugiendam alicui honesto artificiolo det operã, ex quo rem emptam non integram, sed mutata forma diuendat. c. eijciens. 88. & c. clericus. 91.
9 distinctione. Eum itaq; clericum, qui vnum, aut alterum equinum pullum emerit: vt curatum postea vendat, vectigalis non damnabimus.
10 In prædijs autem conducendis illud spectandum erit, an id ad egestatem subleuandam faciat clericus, & sua immunitate fungetur: an lucri causa, & cupiditate ductus, & amittet eam. Clericis enim, nisi paupertatis, & inopiæ causa aliena prædia conducere prohibitum est iure. c. 2. distinctione. 88. Abb. & reliqui in c. 1. ne clerici, vel monachi. l. 45 tit. 6. p. 1. Ex quo tractari potest quæstio illa, quam ex facto non semel
11 incidisse scio. In omnibus fere cathedralibus Ecclesijs Regni Galleciæ moris est, vt canonici quasdam eiusdem Ecclesiæ vectigales villas (vulgò *tenencias* vocant) certa annua pensione in vitam conducant: quæritur, an ex fructibus, quos indè colligunt, ac vendunt vectigal debeatur? Et sanè quamquàm si in paucos annos conducerent, superior sequenda esset distinctio: porrò quando in vitam (vt est moris) in administrationem recipiunt, magis probandum puto vectigal non deberi. Enimverò, si animaduertis nulla lege, neque canone prohibitos esse reperies clericos eiusmodi Ecclesiarum suarum census in vitam conducere, imò id eis licere non obscure ostendit. c. fin. 86. c. 2. d. 88. & auth. de sanctiss. Episcopis. . alium colla. 9. Et denique id apud nos ex omnium fere ecclesiarum more receptum est, & ipsorum Episcoporum consensu probatum? Cur igitur ex eo, quod iure, quod moribus, quod superiorum permissu probatum est, dicendum erit amittere clericos immunitatem, alioqui sibi iure concessam. Et deniq, (vt multa pau 12
cis complectar,) generaliter tenendum puto quotiescumque clericus exercet negotiationem iure sibi permissam, nequaquam eum suam amittere immunitatem, alioqui eam amittere: sicuti non difficulter intelligere licet ex illo cap. fin. de vita & honestate clericorum, & c. quãquam de censibus, & Clement. præsenti. eodem tit. * Si verò super hoc dilceptatio inciderit: huius rei cognitio spectabit ad Iudicem Ecclesiasticum, non ad laicum secũdum Bertach. loco modò citato. n. 24. A qua tamen opinione tanquam musitando dissentit Greg. in d. l. 49. tit. 6. part. 1. Illud palam est Clerico retrahente 13
redhibenteq; rem ratione familiæ, seu cognationis debere eum vectigal, soluere, quando scilicet emptor ex pactione soluisset, iuxta decisionem. l. 9. tit. 11. l. 5. Ordina. Tum etenim vectigal, quod ad ipsum emptorem, seu retrahentem attinet, non loco muneris, sed loco pretij habetur. Illud quoque me- 14
minisse debemus, eos, qui sacerdotiorũ, seu beneficiorũ (vt vocant) redditus conducũt, non posse hoc priuilegio Clericis ipsis concesso vti: imò debere vectigal ex talium reddituum venditione, seu permutatione, vt est arg. l Licitatio. §. fi. de pub. & vectig. *Fiscus*, inquit, *ab omnium vectigaliũ præstationibus immunis est, mercatores autem, qui defundis fiscalibus mercari consueuerunt, nullam immunitatem soluendi publici vectigalis vsurpare possunt.* Est etiam argum. l. Miles. ff. ex quibus caus. ma. & l. 1. C. quibus muner. excus. lib. 10. & hanc sententiam amplectitur Bart. in l. Licitatio. & Antibolus de muneribus. 3. p. §. 1. num. 71. & Boer. decis. 213. & ex nostratibus Castellus in l. 13. Taur. nu. 10. Et ne allegationes inculcemus si placet poteris huius sententiæ plures assertores legere apud Tiraq. de retr. linag. §. 1. gl. 13. num. 12. eoque iure

vtimur.

15 vtimur. Obliuiscendum etiam non erit, vectigal non deberi ex venditione earum rerũ, quæ pro animæ expiaculo relicta fuerit, si credimus Berth. de gabel. 8. part memb. 5.
16 nu. 5. * Quidni autem ei non credamus, cũ quicquid pro sálute animæ relinquitur, ad diuinum numen, & ministerium spectare manifestum sit? Bal. in l. deberi C. de fideicommiss. libert. Bart. in l. alio. ff. de alimentis le-
17 gatis. l. 7. tit. 10. p. 6. Ac proindè priuilegia ecclesijs concessa, & prs quoque causis concessa esse censentur, secundum Iasonem in §. ex maleficijs, nu. 31. instituta de actionibus. Idem igitur dicendum erit si in pauperum eleemosynas, aut in virgines collocandas bona largita fuerint, glos. & interpretes, præsertim Abb. in c. relatum. 1. de testam. Petrus de Vvaldis de Canonica Episcopali in fine. Hæc autem proculdubio locum habent quando à defuncto expressa sunt bona, quæ in causam piam distrahi voluit, vel, si vt solitum est, fecit potestatem executoribus testamenti, vt ad id quæq; vellent ex suis bo-
18 nis diuenderent. Siquidem generalis clausula non minus solet effectus habere, quàm specialis glos. verbo enumeratæ, & ibi Bal. in l. omnes. C. de præscrip. triginta, vel quad. an-
19 no. Cæterùm si id non specialiter, aut generaliter est expressum, magis, hoc ad hæredis onus spectare videtur, atque ita vectigali locus foret sicuti sentit Lassartes. c. 20. nu. 59.
20 neque nos aliud sensimus vnquam. Quid verò de bonis nouitij venditis, aut permutatis intra annum suæ probationis? Et putat Las-
21 sartes decimam deberi. c. 19. n. 50. Sed refragatur illi text. in c. religioso. §. 1. de sententia excomm. in 6. vbi is nouitius, licet cũ effectu religiosus non sit, pro religioso tamen habetur. Refragatur, & illi Bertach. de Gabellis. 7. p. n. 56. contrarium expressim tradens. Sed neque Tiraq. de retractu linagier. §. 1. gl. 8. quem in suas partes ascisçit Lassartes suffragatur illi. Quin secũdum Tiraquelli sententiam, quæ mihi satis arridet dicẽdum est impendenti rem hanc esse, futurumque spectandum euentum. Cautione igitur explicari res debet, hoc est satisdabit monasterium de vectigali soluendo, si nouitius professionem non fecerit. Eo itaque retro respiciente debebitur vectigal, sin autem professus fuerit non debebitur. Quamquam si ex nouitij consensu, seù mandato in vsus monasterij distracta fuerint bona in quemcumque euentũ, vectigal non deberi putauerim: eo enim casu bona fuisse monasterij censendum est, ex argumento text. in cle. 1. de decimis, & legis tertiæ. §. si debitorem. ff. de donat. inter. De hospitalibus, & eremitis, an ecclesia priuilegio fungantur tractat benè hoc loco Lassartes. c. 19. De sodalitatibus autẽ 22
(quas *cofradias* vulgo vocamus) consulito Iacobum Acambus de repræsalijs 2. p. & Petrum de Vvaldis de canonica episcopali. §. 14. Couarr. practicarum quæstio. c. 36. & Gutierrez quęstionũ canonici. c. 35. * Quid 23
verò de Commendatoribus, quos vocant, quantum ad ius commune attinet, consulito Minchacam de succes. creat. lib. 3. §. 30. 3. par. n. 306. & Dueñam, reg. 100. ampliatione. 5 Quòd ad ius Regium verò attinet, lege tex. in l. 9 tit. 18. lib. 9 recop. Et an Scholares teneantur etiam huiusmodi vectigalis pẽsitationem, quod ad ius commune attinet, si placet, lege Auend. in Correct. 2. part. c. 14. n. 30. Quod ad 24
egium ius verò, legito. l. 3. tit. 7 lib. 1. recopil. At illud penè memoria 25
exciderat, lite super Ecclesiastico beneficio pendente, fructus sequestro commissi fuere, forsan laico cuipiam: is igitur fructus venditi. Quæritur, an vectigal debeatur, & constat nõ deberi, quia is non suo, sed alieno nomine, id est Ecclesiæ negotium gerit. l. licet. ff. depositi. Tradunt Doct. in c. Examinata, 26
de iudic. & in Clemen. 1. de sequest. At illud memini in discrimẽ adductum: An cæcus ab hoc munere esset immunis, & summa quidẽ rei hæc est. Cæcus à muneribus personalibus excusatur, à patrimonialibus secus. l. 1. C. qui morbo se excus. c. licet. de censib. & vtrobique Doctores. At vectigal non perso- 27
nale munus est, sed patrimoniale. l. 1. ff. de mune. & honorib. Bart. in l. Honestæ. §. Vectigal. ff. de priuileg. veteran. gl. in l. Venditor. §. Si quid, verb. *tributorum*. ff. de hæred. vel actione vend. Relinquitur ergò cæcos ab huiusmodi munere excusationem vllam nõ habere, * Hanc autem nostrani quæstionem *
superuacaneam non esse intelligere poteris ex C. licet, de censibus, nisi forsan decipere 28
velimus cum Antibolo in tractatu de muneribus, qui petulanter nimis (nequid grauius dicam) tanquam sus Mineruam ausus fuit insciticę summum arguere Pontificẽ, sequatur quamuis illum eadem oberrans chorda Lassartes. c. 19. n. 96. qui eodem loci dicit, hoc vectigalis genus non esse, neque personale, neq; patrimoniale munus, neq; mixtum, sed quartam cõstituere speciem, nullo tamen iure id probat. Atq; ex aperto repugnat illi Iurisconsulti distinctio in l. 1. & l. munerum. ff. de munerib. & honoribus. Refragatur, & illi non mediocriter. l. 5. & 9. tit. 17. lib. 9. recop. Si enim, vt ille vult causa cõtractus, non rei vectigal deberetur, non ratio- 29

nem haberent illæ leges ad vectigal soluendum vbi essent bona distracta tempore con-
30 tractus, sed vbi potius contractus fieret. * An verò ex translatione cadaueris ex vno loco ad alium, vectigal, vel tributum debeatur, (nam & id quoque ex facto quæri solet) vide Afflict. in Cõstitu. Neapol. lib. 3. rub. 56.
31 num. 4. Verùm hæc plana; illud verò non mediocriter controuerti solet: an vectigalibus locatis, is, qui locauit, ad hoc etiam munus teneatur. Et planè in Rege, vel Fisco hæc quæstio definita est, in l. Licitatio. §. Fiscus. ff de publ. & vect. & in l. 3. t t. 18. lib.
32 9. Ord. quibus cauetur Fiscum, vel Regem huiusmodi vectigal non debere: sed in istis quidem quadam speciali ratione id receptũ videtur: quia scilicet vectigalium præstationumq; omnium immunitatem habeant, sicuti in illo. §. Fiscus, datur intelligi Porrò in cæteris, quib⁹ hæc nõ est data immunitas, non nihil dubitationis est, in quo vtrúque, neque sibi, neque inter se satis Doctores constant. Siquidem Bar. in d. §. Fiscus, negat vectigal deberi. Idem etiam placet Bald. in l. Emptor. C. de hæredit. vel actione vend. Et ne multus sim, hanc dicit communem, & veriorem sententiam Boerius decis. 213. num. 1 & 2. Contrariam verò sententiam amplectitur idem Bart. parum sibi constans in l. 1. C. de neuicul. lib. 11. Has verò opiniones ita conciliandas putat Bertachi. in illo tractat. de gabellis. 7. p. q 8. vt prior opinio procedat in fisco, altera in alijs vniuersitatibus nõ habentibus fiscum, & sic minus priuilegiatis, vt eius verbis vtar, cuius opinionem tãquam proaris, & focis veram contendam, & sanè in priori membro, scilicet de fisco, vel Rege, nulla est dubitatio, ex illo. §. Fiscus, & d. l. Regia. Sed ex hoc quoque consequitur, neque in alijs esse dubitationem: nam quando in fisco, vel Rege id specialiter recipitur, apertè datur intelligi, aliud in cæteris recipiendum esse. Deindè quod cæteri præter Regem, vel fiscum teneantur conductori ve-
33 ctigal soluere, conuincitur ex eo, quod vulgò dicitur, contra eum, qui legem potuit dicere apertiùs interpretationem esse faciendam. reg. Contra eum de reg. iu. in 6. proindè aduersus stipulatorem, quia verba latè non concepit, fit interpretatio in l. Quidquid astringendæ. ff. de verb. oblig. Proindè in cõtrahenda emptione ambiguum pactum contra venditorem est interpretandũ. l. In contrahenda emptione. ff. de regul. iur.
34 Proindè veteribus placuit pactionem obscuram, vel ambiguam, vt venditori, ita & ei, qui locauit, nocere in quorum potestate fuit legem apertius conscribere. l. Veteribus. ff. de pact. Igitur contra istum vectigalium locatorem, quia debuit apertiùs legem dicere, sibique cauere, interpretatio est facienda. Quàm rationem à nemine Interpretum animaduersam fuisse miror. Illud autem parum 35
me mouet, quod aiunt, in generali sermone loquentis personam non comprehẽdi: nam imò regulariter cõtrarium recipitur, vt scribit Bart. in l. Paulus. §. fin. de. ff. pig. & alij relatà Boerio decis. 213. num. 16. Ergò si 36
magnates huius Regni in vectigalibus locandis sibi non caueant, nimirùm conductoribus exigẽdi ab illis vectigal actio erit. Ij enim fiscum non habent, vt notat Dominus Antistes Iacob. Siman. vir sanè, tàm eloquentissimus, quàm Iurisconsultissimus, in catholicis Instit. tit. 9. num. 128. * Sed neque nos * mouere debet, quod cum magnates vectigal sibi non debeant, neque illud in conductorẽ transferi videantur, quod diuersarum partium fuit fundamentum: nam illi plene satisfactum fuit à Bar. con. 226. quod si Lassartes vidisset, fortasis à nostra sententia non discessisset. c. 18. nu. 94. ac intelligere nostram sententiã cum Bartoli ratione ad amussim congruere. Sed neque nostris argumentis, quod primum faciendum erat respondit, quibus manifesto conuincitur vectigal hoc casu deberi, & consequenter, * idem iudi- 37
cãdum est de publicano principali, seù maiori, alteri minori vectigalia locati, quod pertinet ad tit. 11. & 12. lib. 9. recopilat. vbi de his conductoribus maioribus minoribusquè 38
tractatur. Ex his quoque decidi potest quæstio illa, de qua pridem me consultum fuisse memoria repeto: an clericus, qui alteri beneficij sui redditus locauit, teneatur conducto ri decimam soluere, iuxta ea, quæ notantur in c. Noum genus, de decimis. Secundũ hæc 39
conuenienter dicendum erit, si quis publicano ipsi rem distraxerit, vectigal publicano eidemque emptori ab ipso venditore deberi, si modò aliud actum non sit, tum ex superioribus, quia scilicet legem debuit dicere apertius, tum quia vectigal extra pretium est: immerito ergò desiderat venditor, vt vectigal in pretio computetur.

§. SECVNDVS.

Alcauala munus non debetur ex omnibus contractibus, sed ex venditione, & permutatione tantum, nu. 1.

Quamuis alioqui venditionis appellatio latè accipiatur, at in hac materia vectigalis soluendi strictim

strictim accipiendam leges Regiæ aperte significant. nu. 2.

Apud nos perindè, ac in regno Franciæ, venditionis appellatione non omnis contractus comprehenditur. nu. 3.

Communi loquendi consuetudini propria verbi significatio cedit. nu. 4.

Nimium disputando res alioqui aperta obscuratur. nu. 5.

Artifices ex venditione operum, quæ in suis fiunt officinis, vectigal soluere tenentur. nu. 6.

Exceptio firmat regulam in contrarium, nume. 7.

Plerique artifices personalium munerum excusationem habent. nu. 8.

Quando opera facta ab artificibus magis spectant ad conductionem, quam ad locationem, vectigal non debetur. nu. 9.

Quemadmodum intelligi possit, an cõuentio cum opificibus facta in venditionem, vel conductionem cadat. nu. 10.

Ex his, quæ opifices ad Ecclesiæ ornatum, & ministerium vendunt, veluti calices, & vestimenta, vectigal debetur. nu. 11.

Aqua alicubi venalis est, veluti in Aphrica, & Ægypto, Rauenaque. nu. 12.

Aqua apud nos venalis non est, sed asportandi opera locatur, ideò ex ea vectigal non debetur, num. 13.

De niue vendita vectigal debetur. nu. 14.

Aquæ & niuis non eadem est vsia, siue substantia, proindè in niue sacrum baptismi sacramentum celebrari non potest. nu. 15.

Ea venditione, ac permutatione inter parentes liberosque contracta vectigal debetur. nu. 16.

Quando venditor fuit adactus vendere, à magistratu propter publicam vtilitatem, vectigal non debetur, nu. 17.

Necessitas vectigalis soluendi excusationem præstat. num. 18.

Laudemium, quod vocant, non debetur ab emphyteuta propter publicam vtilitatem vendere coacto. nu. 19.

Necessaria alienatio plerumque excusat, vbi voluntaria non excusaret. nu. 20.

An excessione, quæ pretio dato fiat, vectigal debetur, nu. 21.

Si cessio, vel donatio ea lege fiat, vt cessionarius as alienum soluere teneatur, vectigal debetur, num. 22.

Ex pecunia signata vectigal non debetur. n. 23.

Quando nomen, seù obligatio venditur, vectigal debetur, nu. 24.

Actio, & res, ad quam competit, diuersa sunt, nu. 25.

Hæreditate vendita, si in ea rès aliqua sint, quæ alias immunitate fungentur, nihilominus integra decima debetur, num. 26.

Vniuersitas, quæ venditur spectanda est, non singulæ res in vniuersitate contentæ, nu. 27.

Ex acceptilatione, (quæ vulgò carta de laſto appellatur) vectigal non debetur, nu. 28.

Quando finis habet necessariam consequentiam ad principium, non est finis spectandus, sed principium, num. 29.

Creditor necessario tenetur credere actionibus infideiussorem alioqui cedendarum repelleretur exceptione, nu. 30.

In emphyteusi, vel locatione ad longus tempus, cessat vectigalis exactio, modo fraus cesset. num 31.

Cùm pro emphyteusi pecunia datur inspiciendum, vtrum excellat pensione, an pecunia, vt intelligamus, an vectigal debeatur, nu. 32.

Ex bonis authoritate iudicis creditori addictis, an vectigal debeatur, nu. 33.

Fauor vectigalium consistit in illis conseruandis, non vt amplientur, nu. 34.

Quæ a iure communi exorbitant non sunt ad consequentium trahenda, nu. 35.

In ambiguis quæstionibus contra fiscum lucrum prætendentem est quæstio facienda, nu. 36.

L. non puto. ff. de iure fisci. elucidatur, ibidem.

Si non ipsi creditori sed alij pluris licitanti, bona addicta à iudice fuerint, vectigali locus erit, num. 37.

L. 9. tit. 11. lib. 6. recopil. elucidatur, ibidem.

Inter quatuor remedia, quæ creditoribus in licitandis bonis debitoris iure dãtur, illud est magis vtile, vt bona illi addicant. n. 38.

Si creditor subiecerit aliquem, qui bona liceatur debitoris sibi statim cessurum, vectigal non debetur ex addictione. nu. 39.

Cùm debitor intra tempora iure statuta, rem addictam ab emptore retraxit restituendum est vectigal à publicano, nu. 40.

Quando debitor aliud pro alio creditori soluit, an vectigal debeatur, nu. 41.

Datio in solutum emptionis, & venditionis vocem obtinet, improprie tamen, nu. 42.

Si pro pecunia, quæ mutuo data sit species postea consentienti creditori soluatur nihilominus mutuum est, nu. 43.

Si mulieri soluto matrimonio pro pecunia, quàm in dotem dedit, res æstimatæ in solutum dẽtur, vectigal non debetur, nu. 44.

Vectigales leges ad similes contractus protrahendæ non sunt, nu. 45.

Ex transactione, ac multo minus ex litis æstimatione vectigal non debetur, nu. 46.

Ex compensatione, vectigal non debetur, n. 47.

Si res æstimata vendenda detur, an vectigal debeatur, nu. 48.

Si quis donet omnia sua bona, vt ea lege donatarius

rius eum sustentare teneatur, vectigal non debetur, nu. 49.

Si muneris cuiusdam renuntiatio fiat, vectigal non debetur. nu. 50.

Renuntiatio non est proprie contractus. nu. 51.

Si aliquid tibi dedi, vt pro me fide iuberes, vectigal non debetur. nu. 52.

De horreis publicis (vulgò alhondigas appellantur) vectigal non debetur. nu. 53.

Rei suæ emptio non est, ibidem.

1 *Ex quibus cõtractib⁹ vectigal debetur.*

DE personis, ad quas vectigalis munus incumbat, habetis modò ad quos contractus pertineat, accipite. Sciendum est igitur, hoc vectigalis genus, de quo sermonem facimus, non in vniuersum omnes contractus cõprehendere, sed venditionem, & permutationem duntaxat. l. 1. & 2. tit. 17. lib. 9. Ordina. Venditionem autem hic strictim acci-
2 pere debemus. Quamuis enim alioqui emptionis, & vẽditionis appellatione omnis alienatio comprehendatur. l. Statu liberi. §. Quintus. ff. de statu liber. tradit effusè more suo Tiraquel. de retract. linag. §. 1. glos. 2. num. 1. At isthic aliud recipiendum erit: nã (vt omittam) illum. §. Quintus. multis limitationibus restringi, & multifariam à Doctoribus intelligi, vt est videre apud Iaso. in l. Iuris gentium. nu. 7. ff. de pact. Fabianum de Monte, de empt. & vend. q. 2. Dueñam. reg. 239. & Pinellum Lusitanum virum in primis eruditum in l. 2. C. de rescind. ven. 2. par. c. 1. nu. 12. At venditionem hic strictim accipiẽdam nostrates leges apertè significãt, tum m. ntionem de pretio faciendo, tũ quia nõ fuisset opus de permutatione quidquam adijcere, si venditionis vna appellatione voluisset legislator omnes contractus com-
3 prehendere. Deinde apud nos, ex communi loquendi vsu, ea appellatione non omnis cõtractus comprehenditur, sed tantùm emptio, & venditio propriè strictimque accepta, sicuti & in Regno Franciæ testatur quo-
4 què Tiraq. loco modo citato. Cõmuni autem loquendi consuetudini, vel propriam verbi significationem cedere, manifesti iuris
5 est. l. Librorum. §. Quod tamen Cassius. ff. de lega. 3. Labeo. ff. de supell. legat. & in hac specie tradit expressim Tiraq. loco proximo. Demum ne nimium disputando rem alioqui apertam, dubiam reddamus: hoc munus non ad omnes contractus, sed ad venditionẽ permutationemque duntaxat pertinere, moribus satis est compertum. Verum, quia propter vicinitatem, quam nonnullæ conuentiones cum venditione, & permutatione habent, quæstiones frequentes incidunt: in his pau-

lisper nos periclitare oportet. Et primũ videamus de Artificibus, vtrum ex venditione 6
operum, quæ in suis officinis fiunt, vectigal debeatur. Et deberi quidem non obscurè ex nostratibus legibus colligitur quosdã ex eis tantummodo excipientibus, vt est videre in tit. 18. lib. 9. recopil. Exceptio ergò (vt vulgò aiunt) firmat regulam in contrarium. Sanè tametsi plerique artifices personalium mu- 7
nerum excusationem habeant. l. 1. C. de excusatio. artifi. l. 10. l. fin. ff. de iure immun. Atque hoc vectigalis munus non ad personalia munera, sed ad patrimonialia refertur, vt paulò antè diximus. Ita tamen intelligendũ 8
est opifices vectigalibus obnoxios esse, si modò opera ipsa non magis ad conductionem attingant, quàm ad vẽditionem: nam ex locato, vel conducto vectigal non deberi palàm est. Quemadmodum verò intelligere 9
posimus, an conuentio in venditionem, vel locationem cadat, ostendit eleganter Iurisconsultus in l. Conuenit, & in l. Sabinus. ff. de contrah. empt. Et summa quidem rei hæc est. Quoties is, cui opus fit, præstat materiã, ex qua opus fiat, opifex verò tantundat operam: locatio quidem est, non emptio & venditio. At quando artifex dat operam, & materiam tunc emptio, & venditio est. Hæc cõclusio colligitur ex illis legibus, & tradit Fabia. de Monte, de emptione, & vendit. q. 2. nu. 28. exempli gratia. Conueni cum aurifice, vt ex auro, vel argento suo certi ponderis certæque formæ annulos, putà, vel vasa faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: emptio quidem, & venditio contrahitur. At si conueni, vt ipse aurifex ex meo auro, vel argento faceret, mercede pro opere constituta: locatio, & cõductio quidem erit. §. Item quæritur: Instit. Locati. idque in hac vna specie positum, ad multas potest transferri. * Sed neq; huic nostræ distinctioni re- *
pugnat, l. Item si pretio. ff. locati, vbi si conueniam cũ fabro, vt in area, seù solo meo insulam mihi ædificet sua opera, & impensa certo illi in opus pretio dato, locatio est. Nàm cum manifesti iuris sit, materiam cedere solo. §. cum in suo, instituto. de rerum diuisio. cùm solum dem, pluspquam materiam dedisse videor, & idcirco, non emptio, & venditio, sed locatio contrahitur, & conductio, vt declarat ipsamet lex Sabinus à nobis modo allegata. Sed & illud meminisse debemus, etiam ex his, quæ opifices ad Ecclesiæ ministerium, & ornatum vendunt, puta calices, & vestimenta vectigal deberi, vt est comprehensum in l. 2. titu. 22. lib. 9. recopilat. *Versiculo, de qualesquier cruces,* 11
y calices.

Apparet igitur minus rectè nos hoc loco reprehẽdere.

12 *Lassartes. c.17.n.9 non sine iniuria dicē tem, nō satis, nonhāc materiam percepisse, cum è contrario, ipse nostrā minus distinctionem intellexerit, neqnid in illum grauius dicamus.*

y calices. Quæ lex dum latet Lassartem contrarium respondit.c.20.n.71.* Quæramus autem de Aquatoribus. Et sanè licet alicubi aqua venalis sit, vt Aphricæ,& Ægypti,atq; Rauennæ iuxta illud Iuue. *Sit cisterna mihi, quam vinea malo Rauennæ. Cùm possim multo vendere pluris aquam*: Apud nos verò venalis non est. l. Mela. §. ff. ff. de alim.& cibaria. lega. Cùm igitur venalis nō sit, huiusmodi aquatores non tam aquam vendere, quam asportandi operam locare videntur: proindè placet eos vectigal non debere. Quid ergò de niue (& videamus, an sit idem, quod in aqua; nam & ipsa ex aqua fit, posteàque rursus in aquam conuertitur, itaque quæ modò fuit filia, mox mater efficitur. De ipsa namque, siue de gelu fertur illud ænigma.

Mater me genuit, eadem mox gignitur à me.

An potiùs nō sit idem, quod in aqua? in quo procliuior sum: tum quia vtriusque non eadem est vsia: quocirca inter omnes cōstat in niue baptismum non rectè fieri, tum quia nō par est vtriusque facultas. Aqua siquidem nū quam non omnibus patet. Proin (vt diximus) non ipsa venditur, sed ferendi opera locatur. At nix, etsi dum ningit, omnibus patet: porrò dum est vsui, non omnibus illius copia datur, sed illius duntaxat, qui illam in tempus reposuere: quamobrem non modo ipsa opera seruandi, sed etiam ipsa nix vēditur, itaque vectigal deberi placet. Cæterùm ne niue frigescamus, transeamus aliò. Tractemus itaque venditione permutationevè inter parētes liberosque contracta, an vectigal debeatur: & debetur quidē, si credimus Bar. in l.1. C. de impos. lucra descript. cui astipulantur alij non pauci, relati à Tiraq. de retract. linag. §.32. glos. vni. nu.47. Sed pone quem coactum fuisse à magistratu inuitum rem suam distrahere, putà propter ædem sacram ædificandam, aliasque multas causas, quas ad amussim explicat Socinus, siue quis is fuit (incertus enim est author) in reg. 435 & Dominus Couar. lib. 3. variar. c. 14. an & hic vectigal debeatur (& prope est vectigal non deberi, quoniam necessitas à vectigalis munere excusationem præstat. l. Cæsar. §. Si propter necessitatem. ff. de publi. & vectig. Bar. in l.1. C. de naufrag. lib.11. Æquè etiā & propter necessitatem laudemium (quod vocant) non deberi ab emphyteota vendenti, probat Ias. in l. fi. C. de iure emphyt. num. 47. & deniq; plerumque necessaria alienatio excusat, vbi voluntaria non excusaret. l. Cùm fideicommissum. ff. de fideicom. liber. & illic glos.* Consentit autem cum hac nostra sententia Auendañus responso. 13. n. 6. à qua immerito dissentit Lassartes c.15.n.fi. futilibus quibusdam motus argumentis, & quæsi expendas eo demum tendunt, vt hoc casu vectigalis onus, emptorem sequatur, quod à nostrati iure abhorrēs esse nemo est, qui non facile perspiciat, proindè illis respōdere susque deque fero, sed neque res iā acta, nostros concellos egredi patitur.* Quæritur deindè, nec immeritò, an ex cessione vectigal debeatur. s. quæ pretio dato fiat: nam tum pro emptione, & venditione habetur. l. Per diuersas, & l. Ab Anastasio. C. mand. sed de hoc non longa disputatione opus fuerit, cum receder hanc quæstione iam pridem à Baldo, & propositam, & absolutam fuisse, in l. Cùm per eos. C. si quis alteri, vel si sibi ad calcem, in hæc verba. Pone, dicit statutum, quod de quolibet contractu soluatur gabella, & fuit soluta de contractu emptionis: an soluatur de contractu cessionis. Respondeo, aut cessio est executio, seù exercitium illius contractus, vt quando procurator cedit Domino, & non solutur noua gabella: aut est contractus per se non oriens ex priori, & tūc noua gabella debetur: quia vbi nouum factū, ibi noua obligatio: sed vbi vnum, & idem factum, non dicitur noua obligatio. Hæc Bal. dus, cui subscribit Bertach. de gabellis. 5. p. q.12. Ergò si cessio.* (Idem de donatione dictu n puta) ea lege fiat, vt cessionarius æs alienum cedentes soluere teneatur: dicendū est vectigal deberi, ex ijs, quæ tractat Tiraq. de retract. linag §.1. glos.14. n.114. Ex his apparet quid statuendum sit, si quis data pecunia procurator in rem suam constituatur, vel actio aliqua vendatur, scilicet, ex pretio dato vectigal deberi.* Etiam si ad pecuniam actio competat, quia & tunc vera venditio est l nomina, de hæreditate, vel actione vēdita, & aliàs sæpè. Quāquam hoc casu aliud velit Lasartes.c.9. num. 35. ductus ex decisione tex. in l.34. tit.18. lib.9. recopil. qua cautum est ex pecunia signata vectigal non deberi. Sed siquid iudico, nihil ad rem pertinet, loquitur namque lex illa, quando pecunia permutetur pecunia, at alia res est, quando nomen ipsum venditur, cum actio incorporalis res sit, pecunia corporalis. Deniq; actionem, & rem ad quam competit, non semper eodem iure censeri, ostendit ipsemet Tiraq. quem ille in suas partes citat, de retractu linagier. §.1. gl.7. n.10. Ex quo prodandū est, hæreditate vendita, si in ea res aliquæ sint, quę immunitate aliàs fungātur, nihilominùs integrā decimā, ex toto, scilicet, pretio deberi. Quia vniuersitas, quæ venditur spectanda est non singulæ res in ea contentæ.

13 *Vsia, ideſt, essentia, vt interpretatur Quinti lia. lib. 3. instit. c.7. Vtitur hoc uomine Iurisc on. in l. Inuenditionibus. ff. de contrahen. empt. vbi videas Budæum.*

14

15

16

17

* 18

19 *

20

21

22

23

24

tentæ l.in modicis.ff.de contrah. empt. l.1. ff.de fundo dotali l.quædam. ff.de acquiren do rerum dominio. c. ex literis de iure patr. Iaſo.in rubrica. ff. ſoluto matrimonio num. 29. Licet contrarium ſcribat Laſſartas. c.9.
28 num.39. Haudquaquam tamen locum ſortietur hæc noſtra opinio, quando fideiuſſori, ſeù reo ſoluenti, præſtat creditor actiones aduerſus reum principalem (*Quæ vulgò, carta de laſto appellatur.*) minimè enim eo caſu vectigal exigi poterit ſicuti rectè tradit Laſſartes.c.9.num.32. Non ea quidem ratione, quam ipſe reddit, quoniam ex numerata pecunia decima non debeatur. Alioqui dicendum eſſet, actione ad rem competenti victigal ex ea acceptilatione deberi. Sed hocideò qui eo caſu non eſt propriè emptio, & venditio, ſicuti apparet ex l.cum is.ff.de fideiuſ.
29 & l.fidei.ff.de negot.geſt. Deindè, quia quã dò finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium, non finis ſpectandus eſt, ſed principiũ.l.3.ff.de minoribus. Porrò huiuſ-
30 modi ceſsio executio eſt prioris contractus cum neceſſario creditor cedere teneatur fideiuſſori ſoluenti, alioqui cedẽdarum repelleretur exceptione.l.fideiuſſoribus. ff.de fideiuſſoribus. Ergò ſiue ad pecuniam, ſiue ad ſpeciem actio competat, dicendum eſt ex ea ceſsione vectigal non deberi, juxta Baldi ſen
31 tentiam modo à nobis expoſitam. * Quæſtionis eſt etiam, an in emphyteoſi, vel locatione ad longum tempus, vectigali ſit locus? Et ſanè ſimilem quæſtionem in retractu familiaris prædij tractant pleriq; omnes, & ſit quamuis inter ipſos non parua diſſenſio, magis tamen iter eos conuenit non eſſe locum retractui, modò fraus ceſſet, vti videri licet apud Tiraquel. de retractu linagi. §.1. gloſ.14.num.79.cum ſequent. & Dominus Couarru.lib.3.variarum. c.11.num.3. Ergò idem iſthic ſequendum videtur, ſcilicet vectigali locum non eſſe, dummodo in fraudem contractus non fiat. Id quod etiam no-
32 minatim placuiſſe video Boerio, deciſ.234.
* num.5. * Si tamen pro emphyteoſi pecunia data fuerit, inſpiciendum eſt, vtrum excellat penſione, an pecunia. Nàm ſi pecunia excellat, dicendum eſt vectigal ex accepta pecunia deberi, ſin minus non deberi, ex his quæ ipſe tradit Tiraquel. ſupra dicto tractatu. §.33. gloſſa prima. * Illud quoque inter pragmaticos diſceptari ſolet: bonis ex cauſa iudicati, vel (quod par eſt) inſtrumenti guarentigij (quod vocant) creditori addictis, an ve-
33 ctigal debeatur? Et ſanè Bertac.in dicto tractatu.8.par.membro.3.num.10.negat ex ea cauſa vectigal deberi, ex eo quod in iudicio non propriè contrahi dicatur. Cui ipſe vtiq; 35
non inuitus aſſentior cum intelligam eo caſu non propiè emptionem, & venditionem contrahi.l.Si prædium. C.de euict.gloſ.in l. à Diuo Pio. §.Si pignora. ff.de re iudicata. l.fin.tit.28.part.3. Tradit effuſiùs Tiraq.de retractu linag.§.1.gloſ.1.num.8.cum ſequ. Neq; putet quis nos inconſtanter agere, qui cum paulò ſuperius has leges fauorabiles dixerimus, modo eas ad hunc caſum emptioni ſimilem, haudquaquam protrahandas putemus. Etenim fauorem illum quem diximus, 34
in vectigalibus conſeruandis, non in ampliãdis, verſari putamus. Primùm quia ea, quæ à 35
iure communi exorbitant, ad conſequentiã nequaquam ſunt trahenda, vt in reg. Quæ à iure, de reg.iur.in 6. Deindè, quia receptũ eſt in ambiguis quęſtionibus, contra Fiſcum lucrum prętendentem, interpretationem eſſe faciendam.l.Non puto.ff.de iure fiſci. De 36
cuius intellectu diſceptat Dominus Couar. lib.1.variar.c.16. & Dominus Iaco.Siman. 37
in catholicis inſtitutio tit.9.n.53. diuerſum igitur fuerit, ſi non ipſi creditori, ſed alij pluris licitanti bona addicta fuerint, ſiquidẽ eo caſu propriè emptio, & vẽditio contrahi dicitur ſicuti acutè animaduertit Tiraqu. loco modo citato, & noſtras Gre.in l.55.ti.5.par. 5.verb. *vender.* Et hoc quidem caſu eſt accipienda.l.9.tit.11.lib.6.Recopil.quæ ex bonis in publica auctione venditis vectigal deberi ſignificat. Cautio erit igitur, vt hoc caſu vectigalis damnum auertatur, vt creditori 38
bona addicantur, nam, & alioqui inter quatuor remedia, quæ creditoribus dantur, quæ refert gloſ.in dict. l. A Diuo Pio. §. Pigno. 39
hoc eſt magis præſens, & vtile ad creditorũ indemnitatem, vt illic refert Iaſo. * Si tamẽ * 1
vt alicubi fieri aſſolet creditor ſubiecerit aliquem, qui bona liceatur debitoris ſibi ſtatim ceſſurum, pro eo haberi debet, atque ſi ipſi creditori addicta fuiſſent, ac proindè vectigal non deberi ex argumento legis.1. C. de contract. iudicum, & l.3.§.ſed ſi debitorem. ff. de donat.inter. Et eodem pertinet Bald. ſentẽtia in l.cum per eos. C.ſi quis alteri, vel ſibi, de qua anteà mentionem fecimus. Sic 40
etiam, ſi debitor intra tempora à lege, ſeù cõ ſuetudine introducta rem addictam à tertio retraxerit, vectigal itidem à publicano recuperabit, iuxta Caſtelli ſententiam in l.80. Taur. verbo, *del remate.* * Quid ergò ſtatuẽ- 41
dum putas cùm debitor aliud pro alio creditori ſponte ſua ſoluit? Et Bertach. quidẽ loco modo allegato.q.4. putat vectigal deberi, niſi quando ſpecies pro ſpecie ſoluatur. * At egò (excandeſcant quamquam in me publica-

publicani) neque hic vectigal deberi existimo. Enimverò licet datio in solutum emptionis, & venditionis vicem obtineat. l. Si prædium. C. de euict. & tradit copiosè Tiraqu. dicto. §. 1. glos. 14. at, vt ipse Tiraq. ostendit, & rectè probat, emptio, & venditio propriè non est. Has verò leges vectigalium ad similes contractus porrigendas non esse, modo asseruimus. Si tamen Bertachini opinio sequēda esset, nihil, quod ad nos attinet, interesset, an species pro specie solueretur, siquidem & tunc in quasi permutationem caderet, vt docet Bart. in l. si quis aliam. ff. de solutio. Apud nos vero ex permutatione vectigal deberi constat. * Huic autem nostræ sententiæ magnas suppetias fert, quod cæteris consentientibus traditum est à Bartolo. in l. 2. ff. si certum petatur. nu. 3. si pro pecunia, quæ mutuo data sit, species postea consentienti creditori soluatur, nihilominus mutuum esse. Secundum hæc igitur, si mulieri soluto matrimonio pro pecunia, quàm in dotem contulit, res æstimatæ insolutum dentur, magis est probandum vectigal non deberi, sicuti luculenter tradit Lassar. c. 7. * Et quoniam placet has leges vectigalium ad similes contractus non esse protrahendas, id quod etiam placuit Monta. in l. 2. tit. 4. lib. 3. Fori. consequens erit dicere, ex litis æstimatione, nedum ex transactione, vectigal nō deberi: sit quamuis ipsa litis æstimatio emptioni similis. l. 1. * & Litis æstimatio. ff. pro emptore. l. 1. & l. ibi. Bart. bellissima aperit, quando dicatur litis æstimatio, & quemadmodum à transactione disterminetur. Multo ergò minus de cōmensatione vectigal poterit exigi, quippe quæ cum venditione, & permutatione commercium habeat nullum, sed solutioni magis coniuncta sit. l. 1. ff. de compēsatio. & l. 20. 22. tit. 14. p. 5. Tiraq. de retract. lin. §. 1. glos. 3. * Hæc planè ita accipienda erunt, si nodo in fraudem vectigalis, conuentiones tales non fiant, nam (vt vulgo dicitur) fraus & dolus nemini patrocinari debet. Quæramus quoque, quid, si res æstimata vendenda detur (quod aliquando incidisse scio: & puto quoque vectigal non deberi, quia non est propriè venditio, sed contractus per se separatus. l. 1. ff de æstima. actio. Si igitur ita conuenerit, vt emptio, & venditio contrahatur, vectigal deberi dicendum est. Id quando fiat lege Bart. in dicta. l. 1. Fabrum, & cætero. in §. Actionum. Instit. de actio. Illud vero notandum est, quod scribit Castellus in l. 69. Taur. nu. 8. Siquis omnia sua bona donet ea lege, vt donatorius eū sustentare teneatur, vectigal ex eo contractu deberi, quod quantum ad nos attinet, verum non esse, nemo est qui non videat. Quæso enim, quid is contractus cum venditione, vel permutatione commune habet. At nostrates leges venditionis, & permutationis contractibus hoc vectigalis onus inijcere manifestum est Lapsus est igitur Castellus, dū ea, quæ de gabellis (quas vocant) ab exteris Scriptoribus traduntur, omnino nostris legibus Regij conuenire putat. * Sed quid si muneris cuiuspiam renuntiatio fiat, puta de curionatus, tabellionatusvè, pretio nempè dato? Et magis probādum puto, vectigal nō deberi. Quia renuntiatio non est proprie cō tractus, neq; comprehenditur in statuto iubente vectigal de contractibus solui. Bal. in l. tres fratres. ff. de pactis Iaso. in l. siue acta. num. 3. C. de transactionibus. Quid deindè, si decē tibi dedi, vt pro me fideiuberes? Hoc enim contractus genus improbatum nō est. l. ex hoc iure. §. Labeo. & illic Bart. & reliqui. ff. de donationibus. Et puto vectigal nō deberi, quia huiusmodi conuētio, nihil cum venditione, ac permutatione commune habet. De horreis publicis quæsitum est. *Vulgo alhondigas appellamus*, an de frumento ex eis vendito vectigal debeatur? Et hoc iure vtimur, vt ab eis vectigal nō exigatur, quasi rei suæ emptio non detur. l. cum res. C. de contrah. empt. Et deniq; quia quæ in vsus publicos comparata sunt, maximo semper iuris fauore, & prærogatiua affecta sunt, tantùm abest, vt odio, & vectigalis onere prægrauētur. l. fin. de conditis in publicis horreis. l. 1. vt nemini liceat se excusare. lib. 10. codicis. l. 1. C de condictione ex rege. Proindè si exteris frumentum venderetur, vectigal deberi dicendum esse.

42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53

§. TERTIVS.

Ex contractibus innominatis, an vectigal debeatur, num. 1.

Aliud pro alio varijs modis dari solet, ibidem.

Cum datur species certa pro certa, puta vinea pro domo est contractus permutationis, nu. 2.

Cum datur species incerta pro incerta, vel certa pro incerta, est contractus innominatus, ibidem.

Cum genus pro genere datur, an sit mutuum, vel permutatio, aut contractus innominatus, nume. 3.

Cum datur genus pro specie, quis contractus dicatur, num. 4.

Etiam nostrati iure regio durat differentia con-

tractuum nominatorum, & innominatorum, num. 5.

Verbo vulgari, trueque do, vt des innominati contractus comprehenduntur. nu. 6.

Verba ex communi vsu loquendi accipienda sunt, num. 7.

L. 2. tit. 17. lib. 9. recopil. explanatur. nu. 8.

Si quis certo pretio rem dare promiserit, non dicitur venditio, sed contractus innominatus, do, vt des, nu. 9.

Venditio non ad dandum, sed ad tradendum obligat, num. 20.

In contractibus innominatis, do, vt facias, vectigal non debetur. nu. 11.

Cùm datur genus pro genere, in præsentiarum non dicitur mutuum, sed contractus innominatus, do, vt des: ac proindè vectigali locus erit, nume. 12.

Mutuum contrahitur, cum in creditum imus recepturi in eodem genere non statim, sed posteà id quod mutuamus, nu. 13.

An cum locatio sit mercede in alia re constituta, quam innumerata pecunia, an vectigal debeatur, nu. 14.

Cum reditus, aut census in plures annos pretio dãtur, locatio, & conductio contrahi intelligitur, ac proindè vectigal non debetur. nu. 15.

Ad locationis naturam, parum refert, an merces per singulos annos, an semel repræsentata pecunia constituatur, nu. 16.

Piscariæ, si in plures annos pretio dentur, vectigal non debetur, nu. 17.

Fructus pendentes, si pretio distrahantur, vtrum vectigal debeatur, nu. 18.

Venditio à locatione quemadmodum discernatur, num. 19.

Cum is, qui pretium pro fructibus dedit, cura, & cultura opus non habet, extra quam, vt colligat, emptio, & venditio contrahitur, at si cura & cultura opus habuet, locatio erit, & conductio, nu. 20.

Verba partium contractus naturam non immutant, nu. 21.

In sylua Cædua, aut lapicidinis pretio in aliquos annos distractis vectigali quando locus sit, nume. 22.

Si contractus perfectus, non fuerit, vectigal non debetur, nu. 23.

Si contractus sub conditione fiat, non anteà vectigali locus erit, quam conditio extiterit, nume. 24.

Conditione existenti vectigal pertinebit ad publicanum, qui erat tempore contractus, numero. 25.

In ijs, quæ pondere, numero, mensurave constãt, venditione ad numerum mensuram pondusve facta non anteà vectigali locus erit, quam merce numerata appensa, dimensaque sit, nume. 26.

Cùm venditio in arbitrorum potestate collata fuerit, non aliter vectigali locus erit, quam arbitri sententiam dixerint, nu. 27.

Permutatio, non nisi rei interuentu perficitur, nume 28.

Ex permutatione non debetur vectigal, nisi demum re tradita, nu. 29.

Etiam iure communi ex stipulatione de permutando, re quidē tradita oritur actio, ac idem hodie nudo pacto, nu. 30.

Nostrates leges ex permutatione vectigal deberi decernunt non ex pacto de permutando, nume. 31.

Re ex permutatione tradita, vectigal debetur publicano, qui erat tempore contractus, numero. 32.

Defenditur superior sententia ab impugnatione Lassartis, num. 33.

Cùm in venditione fit mentio de scriptura, donec fiat non debetur vectigal, ibidem.

Ex contractu nullo, decima non debetur, nume. 34.

Sepulchrum pretio vendi non potest, nu. 35.

Marito dotale prædium etiam inuita vxore vendente, vectigal debetur, nu. 36.

Cùm venditio in fraudem fit tenet, ac per hoc vectigali locus erit, nu. 37.

Non est audiendus turpitudinem suam allegans, ibidem.

Si contractus nullus ratificetur, cui publicano vectigal debeatur, ibidem.

HIC etiam scire velim, vtrum ex contractibus innominatis, do vt des, vectigal debeatur. Id vt penitus intelligi possit, sciendum est varijs modis aliud pro alio dari solere, vt enim est author Bart. in l. Si quis aliam. ff. de solut. num. 2. aut datur species pro specie, aut genus pro genere, aut species pro genere, aut genus pro specie. Genus hic, & speciem accipias iuxta interpretationem glos. in l. 2. §. 1. verb. in creditum. ff. si certum petat. Et quoniam quotidiana hæc est materia, per singulos casus discurrendum nobis est. In primis igitur, cùm species pro specie, vt detur, conuenit, aut quidem datur species certa pro certa, putà vinea pro domo, & est contractus permutationis: aut datur species incerta pro incerta, vel certa pro incerta: & his casibus non dicitur contractus permutationis, sed contractus innominatus, do vt des, iuxta glos. in l. 1. C. de rerum permuta. quàm communem illic testatur. Bart. Sin autem genus pro genere detur, aut quidem conuenit, vt genus pro eodem genere detur,

detur, putà vinum pro vino, & est mutuum. Aut vnum genus pro alio redendum est, velut vinum pro frumẽto, & est contractus in-
4 nominatus, do vt des. Tantundem erit si detur species pro genere, vt ecce oues pro frumento: aut genus pro specie, & tunc non dicitur, neque mutuum, neq; permutatio, sed appellatur contractus innominatus, do, vt des. Cæterùm cum quantitas, ideſt pecunia numerata, pro genere, vel specie datur, certum est emptionem, & venditionẽ contrahi. Hæc docent Bart. cæteriq́ue in l. 2. ff. si certum petatur. Ergò, vt propositam quæstionem absoluamus, quibus casibus mutuũ cõtrahitur: palam est vectigal non deberi. Certum est etiam in illis ad venditionẽ, vel permutationem pertinentibus, vectigali locum fore Porrò in quibus diximus contractus innominatos, do, vt des, appellari, non iniurià dubitari poterit, an vectigal debeatur, necne: quippè cùm hoc vectigalis munus ad vẽditionem, vel permutationem duntaxat pertineat. Verũ iura superioribus casibus nullum contractus nomen impartiuntur, sed tã tummodo contractus innominatos appel-
5 lant. Auget dubitationem, quòd etiam nostrati iure durat differentia contractuum nominatorum, & innominatorum. l. fin. tit. 6. par. 5. Verumtamen his non obstãtibus magis adducor, vt existimem etiam in his casibus vectigali locum esse. Etenim leges Regiæ non vtuntur verbo permutationis, sed
6 nostro vulgari nomine. Trueque. Apud nos verò, si communem loquendi vsum consulas, intelliges hoc nomine omnes illos contractus innominatos, do vt des, comprehendi, neque alio nomine appellari, vectigali ergò locus erit, quandoquidem ex communi vsu loquendi verba sunt accipienda. l. Labeo
7 ff. de supellect. leg. Accedit huc, quòd etiam his casibus non paucis placuit permutationem dici, vt est videre apud Pinellum in rubr. C. de rescind. vend. 2. par. nu. 10. cap. 1. Et deniq́ue hanc sententiã non obscurè significat. l. 2. tit. 17. lib. 9. recopil. vtitur enim verbis generalibus. *Mandamos* (inquit) *que todos los trueques, que se hizieren de vnas cosas à otras, semejantes y no semejantes, quier interuenga en ella dinero, ò no, se pague alcauala*. Quæ quidem verba latè patent. istoq́; contractus
9 innominatos, do vt des, comprehendere procul dubio videntur. Non aliter etiam si quis certo pretio rem dare promiserit, quamuis talis conuentio non sit emptio, & venditio, sed contractus innominatus, quia venditio, ad tradendum, non ad dandum obligat, sicuti in d. l. fin. ff. de condict. caus. da. tradunt Doctores, & in l. 2. ff. si cert petat. & explicat satis commodè Pinellus Lusitanus in rubr. de rescind. vend. 2. part. cap. 3. nu. 9. At quia eo casu vulgò emptionem, & venditionem contrahi dicimus: vectigali locus est: sicuti in propria specie (ne authoritate defici videamur) scribit Frãciscus Lucanus de Fisco. 4. par nu. 43. Aliud quidem erit recipiẽ- 11
dum in cæteris cõtractibus innominatis, do vt facias, vel facio, vt des, vel facio, vt facias. Nam hæ quidem conuentiones, & apud nos emptionis, vel venditionis nomen non habet: & quod ad ius pertinet, magis ad locationis naturam accedere videntur. l. Naturalis. 3. At cum do. ff. de præscr. verb. Idcirco in ea causa res est, vt his casibus vectigal non debeatur. * Cùm igitur vinum pro vino, aut 12
triticum pro tritico datur, dispiciendum est, * quid agatur, nam si mutuum sit, vectigal non debetur, sin autem sit contractus innominatus, do vt des, quoniam permutationi affinis est, vectigali locus erit. Videamus igitur quã do sit mutuum, & quando contractus innominatus. Et res ita se habet: aut do vinum, vt tantundem posteà mihi reddatur, & est, mutuum. l. 1. ff. si certum petatur. §. 1. Instituta, quibus modis re contrahi. oblig. Aut verò *Hæc distin*
earum rerum permutatio in præsentiarum peragitur, puta, do tibi vinum vetus pro nouo, vel redd tus, qui mihi tuo in municipio debentur, do tibi, vt des mihi, quos meo oppido habes: & eo casu non est mutuum, sed contractus innominatus, do vt des quamuis enim Bart. in d. l. 2. ff. si certum petatur (cui communis suffragatur, opinio teste Viglio ibidem. nu. 39.) velit adhuc eo casu mutuũ dici, verius est tamen in ea specie, non mutuum contrahi, sed contractum innominatum, do vt des, sicuti placuit ibidem, Decio, Alciato, Zazio, Boloneto, necnon Fortunio Garsiæ in l. iuris gentium. num. 31. ff. de pactis. Etenim mutuũ contrahitur, cum in creditum imus, recepturi in eodem genere, nõ statim, sed posteà id, quod mutuamus. l. 2. §. 1. §. creditum. ff. si certum petat. l. 1. ff. de actionibus, & oblig. Cùm igitur vnius generis, pro eodem genere in præsentiarum permutatio fiat, non posteà, sed statim vltro, citroq́ue recipientes compensationem eius, 13
quod mutuamus, non mutuum est, sed contractus innominatus, do vt des, & propterea vectigal debetur. Quid ergò si pro re locata 14
non merces in pecunia numerata, sed in alia re constituatur, an vectigali locus erit? Mouet quæstionem, quod tum locatio non dicatur, sed contractus innominatus, secundum gl. in §. 1. Instituta de locato, & in l. naturalis,

nctio nõ difficulter ex nostra doctrina colligitur, quã se qui potu quã lacessere debuisset Lassartes. ca. 17. n. 9. quippè cum paucis lineis totã ferme materiam absoluamus, id quod ipse, vel iusto vix potuit præstare volumine.

lis. §. At cum do. ff. de præscr. verb. à qua licet dissentiat Corra. miscelane. lib. 2. c. 11. & Pinelus in rubrica de rescindēda vend. 2. p. c. 3. & Ioan. Garsia de expensis. c. 14. nu. 20. eam tamen probat. l. 1. tit. 8. p. 5. Sed adhuc ea in specie vectigal non deberi puto simul, quia apud nos hoc cōtractus genus, vna locationis appellatione continentur, simul, quia, contractus innominatus sortitur naturam contractus nominati, cui assimilatur. l. 1. §. si quis seruum. ff. depositi. Et idcircò in cæteris contractibus innominatis, do vt des, contrarium diximus, quia permutationi si-
15 miles magis sunt, quā locationi. Quid deindè si redditus, quos habeo censusvè, tibi certo pretio in plures annos fruendos dem, vēditione erit, an locatio? Quæritur id apud Bar. quæst. 4. incipit, publicanus, & interesse, ait, an vnum tantum pretium constituatur, & erit venditio, an verò per singulos annos distribuatur merces, & erit locatio. Bartoli autem distinctioni subscripsere plerique omnes, & inter eos Paulus de Castro in leg. 1. §. adeò. ff. locati, Iaso in l. 1. num. 22. C. de iure emphyteu. Fabianus de Monte de emptione, & vendit. quæst. 2. num. 26. & ne morer refert alios complures Tiraq. de retractu linag. §. 1. glos. 14. num. 86. & Boerius decis. 249. à Bartoli verò distinctione dissentit Imola in l. cotem. §. qui maximos ff. de publicanis, Menochius de acquirenda poss. remedio. 4. & nouissime Lassartes supra dicto commentario. c. 2. nu. 46. Mihi vtroque casu locationem, & conductionem magis esse placet, ac proindè vectigal non deberi. Nam (vt cætera omittam) id non obscurè probare
16 videtur. dicta. l. 1. tit. 8. p. 5. quæ cum generaliter loquatur, non est, cur eam in ciuiliter restringamus. Siquidem ad locationis naturam parui refert, an per singulos annos, an semel repræsentata pecunia merces soluatur. l. ea lege. §. locaui. ff. locati. Idem probā
17 dum puto, si à magnatæ piscariæ, seù piscan-
18 di in flumine, marivè commoditas (id quod iure sibi competat) in certos annos locata sit. l. 1. ff. vt in flumine publico. Sed & illud videamus si fructus pendentes pretio distrahantur, vtrùm vēditio sit, an locatio. Et disceptat id multis verbis Bar. in d. l. cotem. §. qui maximos. ff. de publicanis, & multo pluribus Lassartes supradicto commentario. c. 2. nu. 50. Cæterùm si breuitatem desideras
19 (quàm in tam breui vitæ spatio desiderare debemus omnes) ita paucis habeto. Venditio à locatione sic discernitur. In venditione dominium transfertur in emptorem, in locatione non transfertur, sed cōductori res tantùm vtenda, fruenda, certum in tempus datur. l. conuenit. l. cum manusata. ff. de cōtrah. empt. §. 1. Instituta locati, & §. is cui. quibus modis re contrahi. oblig. c. ejiciens. 88. distinct. Rursus in vēditione id quod ab emptore pro re vēdita datur, appellatur pretium, quia pro rei dominio datur in locatione quod à conductore datur, appellatur merces, quia pro vsu non pro dominio datur. l. 1. ff. de contra. emptio. l. 1. ff. mandati. & in titulo de emptione & vendit. & in titulo de locato, in principio in institutionibus. Igitur 20
in proposita quæstione, ita distinguendum puto: Aut qui pretium pro fructibus dedit, cura, & cultura opus non habet, extra quā, vt eos colligat, & recondat, puta, quia prope messem, aut vindemiam contractum fuit, & erit emptio, & venditio, itaque vectigali locus erit. l. qui pendentem. ff. de empti. l. fistulas. 5 fin. ff. de contra. emptio. Aut verò cu- 21
ra, & cultura opus habet, & erit locatio, quæ vectigali obnoxia non est l. si olei. C. locati. l. si seruus. §. locaui. ff. de furtis. Neque ad rē pertinebit venditionis ne, an locationis verbis contrahentes vtantur, nam verba partiū, contractus non immutant naturam. l. insulā. ff. de præscrip. verbis. Bal. & cæteri in l. 1. C. de iure emphyt. Eandem quoque distinctionem in sylua cædua sequendam puto. l. cum manu sata. §. in quinquennium. ff. de contr. empt. Atque item in saltu, pratovè. l. 14. tit. 8. par. 5. l. 12. tit. 17. lib. 9. recop. Necnon in 22
lapicidinis. l. qui saxum. ff. de donat. l. diuortio. §. si vis. ff. soluto matrim. * At de hac quæstione satis. Ergò vt ad reliqua pergamus, iam illud nemo dubitauerit, si contractus perfectus non fuerit, vectigal non deberi. Bertach. in dicto tract. 3. membro. 8. partis. q. 43. Proindè contractus sub conditione fiat, non antea vectigali locus erit, quam conditio extiterit. l. Hæc venditio. ff. de cō- 25
trahen. empt. Conditione verò existenti, vectigal pertinebit ad publicanum, qui erat tēpore contractus, non ad eum, qui fuerit tempore existentis cōditionis. leg. Potior. ff. qui potio. in pig. habean. l. Necessario. ff. de peric. & commo. rei vēd. & ita nominatim scribit Bertachi. in illo tract. 6. part. num. 1. & 4. & sequuntur omnes, vt refert Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 2. nu. 23. & glos. 10. nu. 46. * Idem etiam sequendum puto, si in his * 26
quæ pondere, numero, mensurave constat, ad mensuram numerum, seù pondus res venerit. Quamuis enim, tum perfecta sit venditio, quantum ad hoc, vt ab ea discedere nō valeant contrahentes. Quantùm vero ad cætera pertinet imperfecta est, donec merx nu-

merata

merata appensa, admensaque sit. Itaque sicuti in conditionali venditione si deficiente cõditione res perierit, æque, & si antequam mẽsura fiat perierit (idem numero & pondere dictum puta) vectigal exigi non poterit, l. quod sæpè. §. in his. ff. de contrah. emptione. l. 1. & l. necessario. ff. de periculo & commodo. rei vend. l. 24. & 25. tit. 5. partita. 5. Et constat ex his, quæ de ea re effusius tradit Dec. cons. 50. & Couarr. practicarum quæstio. capit. 3. Dimensione vero facta vectigal pertinebit ad primum publicanum, qui erat tempore venditionis, non ad eum, qui erat
27 tempore dimensionis, vt bene aduertit Lassartes c. 5. n. 30. idem & de venditione: quæ in arbitrorum potestate fuerit collata dicemus, iuxta decisionem legis finalis. C. de contrahend empt. & l. 9. tit. 5. p. 5. * Ex his autẽ
28 illud consequitur, cùm per mutatio sit contractus, qui rei interuentu perficitur: vt enim Iurisconsultus inquit, per mutatio ex re tradita initium obligationi præbet. l. 1. ff. de rerum permutat. non priùs quidem ex permutatione vectigalis petendi ius esse, quam si res tradita fuerit. Quamuis enim iure com-
29 muni ex stipulatione de permutando nere quidem tradita actio oriatur, l. Ex placito. C.
30 de rerum permutat. atque idem sit hodie apud nos ex pacto nudo, propter legem Regiam, quę ex pacto nudo actionem pollicetur, l. 2. tit. 16. lib. recop. 5. Veruntamen nihilo magis dicetur permutatio, donec rerũ sit vltro citroque facta traditio: atque proin
31 de ante traditionem vectigal peti non poterit, quia nostrates leges ex permutatione vectigal deberi decernunt, non ex promissione, vel actione de permutãdo. Huc pertinẽt
32 quæ affert Boer. decis. 48. num. 9. Illud tamen meminerimus, re posteà tradita, vectigal pertinere ad eum publicanum, qui erat tempore conuentionis, non ad eum, qui erat tempore traditionis sicuti expressim scribit Anton. Gomez in tit. de contractibus innomina. in princip. * Cuius quidem verissima
33 * est sententia, licèt eam quibusdam eisque facilè diluendis impugnare nitatur argumẽtis Lassartes. c. 17. n. 44. Nã quãdo finis necessariã habet consequentiã ad principiũ, respiciẽdũ est principiũ, & non finis text. & illic Bar. in l. 3. §. 1. ff. de minorib. l. 3. C. ad Senatusc. Maced. l. 1. C. de imponẽda lucratiua descrip. lib. 10. Castellus in. l. 5. Tauri, Auẽdañ. respons. 29. Apud nos verò patrio iure ex pacto de permutando oritur actio, ità vt alter ex contrahentibus, altero inuito resilire non valeat, vt modo diximus, & ipse non inficiatur Lassartes. Principium igitur spectandum erit, atque prioris publicani potior causa est. Neque ad rem pertinet, quod cum de scriptura facienda inter partes conuenit, vectigal posteriori debetur publicano, sicuti scribit tum reliquit Anton. Gomez tom. 2. cap. 2. num. 17. Diuersa enim res est cum hic finis non habeat necessariam consequentiam ad principium, cum ante scripturam rogatam possit quilibet ex contrahentibus à contractu discedere, vt in principio instit. de emptione & vẽdit. & l. 6. tit. 5. p. 5. ac proinde eo casu posterioris publicani sub quo confecta scriptura est potiores partes sunt. * Quod autem de contractu imperfecto diximus, æquè recipiendum est in contractu nullo, vt scilicet vectigal non debeatur. Bal. in l. fi. C. de eunuch. Idem in l. Non 34
dubium. 2. nor ab. C. de leg. lato in fin §. Sed quia. n. 8. C. communia de leget. Refert plures Tiraq. de retract. linag §. 1. glos. 2. n. 7. & retract. conuen. §. 6. glos. 2. nu. 5. Quare cùm laicus quidam, sepulchrum quod in 35
æde sacra habebat pretio vendidisset, ex facto consultus respondi, vectigal non deberi: quia nullus esset contractus, scilicet iure Põtificio, Ciuili, Regioque refragantibus. c. Abolendæ. de sepulturis. l. Locum. C. de relig. & sumpt. fun. l. 1. tit. 13. p. 1. * Et illic * tradit Greg. Lop. & Molina de primogenijs lib. 1. c. 14. Proindè immerito, nulloque iure à nostra sententia discessit Lassartes. c. 14. num. 5. Quid verò si maritus vendidit dotale prædium non consentiente vxore? Et ma- 36
gis placet vectigali locũ fore, quia licet alienatio quantum ad vxorem attinet non valeat, quantum ad virum tamen bene tenet l. rem alienam. ff. de contrah. empt. l. 19. titu. 15. p. 5. tradit Bart. in l. cum vir. ff. de vsucap. num. 1. ipse & Paulus in l. cum lex. ff. de fideiussor. * Neque his contrarium est, quod rursus respondi, cum quidam venderet, vt locationem rescinderet, cum emptore cõmunicato consilio, vt ad se res reuerteretur, vectigal deberi, nam hoc casu venditio in fraudem facta tenet: neque est is audiẽdus allegans turpitudinem suam. l. 1. ff. de ijs, quæ in fraud. cred. l. Mercalẽ. C. de condict. 37
obturp. caus. Quid verò si contractus nullus ratificetur, an debeatur vectigal illi publicano, qui erat tempore venditionis, an illi potius, qui fuerit tempore ratihabitionis? Consule Tiraq. de retract. linag. §. 1. gl. 10. n. 67.

§. QVARTVS.

Constractu iam perfecto, partiumque deindè consensu

Sensu dissoluto quemadmodum vectigal debeatur, nu. 1.

Quando contractus dissoluitur in continenti, id est, antequam contrahentes ad extraneos actus diuertant, vectig dis cessat exactio, nu. 2.

Contractū ex intervallo dissoluto plurimum interest, an resolutio fiat ex pacto ab initio contractui adiecto, an non, nu. 3.

Vectigal indebite solutum à publicano indebiti conditione repeti potest, num. 4.

Venditione ex pacto de retrouendendo rescissa, vectigal semel debetur ex contractu, scilicet, ex resolutione non debetur, nu. 5.

Ius fisco semel quæsitum noua conuentione partes tollere non possunt, nu. 6.

Venditione ex pacto legis commissariæ, vel adiectionis in diem rescissa vectigal omnino non debetur, nu. 7.

L. 10. tit. 17. lib. 9. recopil. explanatur, nu. 8.

Pactum de retrouendendo, verbis directis factum, an habeat effectum legis commissoriæ, num. 9.

Ex venditione census temporarij, (quem al quitar appellamus) vectigal semel debetur ex cōtractu, scilicet ex reemptione verò non debetur, nu 10.

Cùm census perpetuus p rtium voluntate redimitur, vectigal ex redemptione debetur, nume. 11.

Si quis vendat pradium censui annexum, cū onere pensionis vectigal debetur tantum ex pretio, quod modo numeratur, nu. 12.

1 HÆc sanè Pragmaticis obuia quotidie sunt: sed neque illud minus assiduè cō trouerti solet, vtrum contractu iam perfecto partiumque deindè consensu dissoluto, vectigal debeatur, necne, aut si debeatur, an sit intelligendum semel tantum deberi, vel etiā bis. Et sanè omissis varijs opinionibus, quibus quæstio hæc multifariam, & ad confusionē vsque ventilari solet, ac sequendo eas opiniones, quæ verò magis accedere videntur, ita tum breuiter, tum dilucidè distinguendū
2 arbitror. Aut contractus dissoluitur in continenti, id est, antea quàm contrahentes ad extraneos actus diuerterint, & vectigal eo casu omnino non debetur: perindè enim est,
3 ac si nihil actum esset: aut verò cōtractus ex inter allo dissoluitur, & distinguendum quidē est, an resolutio fiat ex pacto ab initio ipsi contractui adiecto, an non. Sanè si resolutio fiat ex pacto ab initio adiecto, interest, an sit tale pactum, quod ipso iure resoluat contractum, veluti in pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, aut in venditione conditionali, & nullum sanè eo casu vectigal debeatur, atquè consequenter iam forte solutū conditione indebiti repeti poterit, ita enim resoluto contractu pro est, ac si nunquam factus esset. An verò (interest inquam) sit tale 4
pactum ab initio appositum, quod contractū ipso iure non dissoluat, veluti in pacto retro uendendi (quod vocant,) & tunc quidē vectigal semel debetur ex contractu scilicet, ex 5
resolutione vero non debetur. Porrò si resolutio fiat non ex pacto ab initio appositō, sed ex noua cōuentione, putà quia nunc denuo inter partes actum est, vt ab emptione discedatur, & tunc quidem ex ipso contractu vectigal debetur. Ius enim semel fisco 6
quæsitum, noua conuentione partes tollere non potuere. At ex resolutione quidem vectigal non semper debetur: sed tum demum, cum ex resolutione nouus contractus efficitur. Nāsi ex resolutione non efficiatur nouus contractus, veluti, quia res erat integra, vel resolutio fiat per actum retrocedentem, vectigal non debetur ex tali resolutione, sed tantum ex primo contractu Hāc resolutionem colligebam ex Bald. Bart. & Alberico, in l. Ab emptione. ff. de pact. ex eodem Bald. in l. 1. C. quando liceat ab empt. dice. ex Bertach. de gabellis. 5. par. nu. 6. & 8. part. mēb. 3. quæst. 14. ex Fabiano de Monte, de emptione, & vend. & part. num. 5. & 6. ex Boetio, decis. 181. nu. 39. Ant Gomez in commenta. tom. 2. c. 2. num. 31. Pinello, in l. 2. C. de rescind. vend. 2. par. c. 3. num. 36. deniq, ex Tiraq. omnium effusissimè hanc rem tractā ti, in retract. conuentionali. §. 6. glos. 2. nu. 5. vsque ad 19. vbi cæteros id tractantes, & ad verbum quidem refert: Igitur inter ipsos Doctores communiter conuenit, venditio- 7
ne ex pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem rescissa, vectigal omnino nō deberi: nemoque est, qui ab hac sententia dissentiat, nisi vnus Anton. Gomez loco modo citato. Item omnes ferè consentiunt, ex pacto retrouendendi venditione rescissa, saltē semel vectigal deberi. * Id quod mihi pro- *
bare videtur. l. 10. tit. 17. lib. 9. recop. l. Illa enim, verba. *Y empeñamientos*, quidquid Las- 8
sartes autumet, ad hoc contractus genus respicere videntur. Quia videlicet, illius colore, huiusmodi pignorationes, & repignorationes fieri soleant, vt in c. illo vos de pignoribus, & l. 4. tit. 6. lib. 8. recopilat. * Dubi- 9
tationis est tamen si istud pactum verbis directis sit conceptum, an sit idem, quod in lege commissaria, vel adiectionis in diem, id est, vt vectigal non debeatur, & Tiraq. quidē loco supra dicto, nu. 19. anceps est Boerius verò consil. 3. ad calcem incunctanter scribit,

bit, vectigal omnino non deberi. At ego vereor, ne hoc quoque casu vectigal semel debeatur. Primum, quia non satis inter Doctores conuenit, an illa verba retrouẽdendi pacto directo adiecta, eundem habeant effectũ, quem habent in lege commissoria, vel adiectione in diẽ, vt est videre apud ipsum Boerium decis. 182. & Tiraq. de retract. conuẽti. §. 1. glos. 7. nu. 35. & Dominus Couarr. lib. 3. variar. c. 8. num. 2. Deindè, quia vt idem Couarr. eo lib. c. 9. nu. 1 testatur, etiam eo casu venditione rescissa, fructus emptorem sequuntur. Igitur quando venditio non ita funditus est rescisa, vt non nihil effectus habeat: magis rationem habere videtur, vt semel saltem vectigal debeatur. Ex his ergò (ne rem maximè quotidianam silentio præteream) apparet, quid statuendum sit in vẽditione census temporarij, quem nos vulgò *Al quitar* appellamus. Etenim inter hoc cõtractus genus, & illud de retrouendendo ferè nihil interest. Igitur tantundem vtroque casu constituendum est, hoc est, vt semel vectigal debeatur ex contractu scilicet, ex redemptione verò non debeatur, & ita nominatim scribit Monterrosus in sua praxi, tract. * 7. fol. 141. * Aliud tamen esset si census, qui perpetuus esset redimeretur, hoc est, eo casu vectigal ex redemptione deberi. Quoniam redemptio ex consensu partium modo præstito fit, non à lege contractui principio addicta. Sicuti tradit Didacus Perez tit. 2. lib. 8 ordinam. Æquè etiam, siquis vendat prædium censui nexum, cum onere pensionis, dicendũ est vectigal deberi duntaxat ex pretio, quod modo venditor recipit, vt ipse Didacus tradit loco superiori. Meminerimus tamen, si insuper adiectum fuerit, vt emptor soluere teneatur, reliqua ex ipsomet censu forsan debita, hoc additamentum pretium augere, & ex eo etiam vectigal deberi, ex argumento text. in l. fundi partem. ff. de contrah. empt & quæ tradit Bart. in l. iuris gentium. 3. adeo. ff. de pactis. *

---

§. QVINTVS.

Quando contractus legis beneficio rescinditur, an vectigal debeatur, nec ne, nu. 1.

Animali propter morbum redhibito vectigal à publicano repeti non potest, nu. 2.

Animali redhibito indemnis emptor discedere debet, nu. 3.

Etiam in rebus soli redhibitoria competit, numero. 4.

Venditionem rescissa propter lesionem vltra dimidium iusti pretij vectigal non potest repeti à publicano, nu. 5.

Rescissa venditione propter lesionem vltra dimidium iusti pretij vectigalis iactura recidit in eum, qui rescissionem contractus postulauit, num. 6.

In contractibus innominatis non aliter puniri fas est alterl ex contrahentibus, quam si alterum omnis damni præstet immunem, numero. 7.

L. debet. ff. de ædiluio edicto luculenter explicatur, num. 8.

In pretio emptionis, & venditionis naturaliter contrahentibus se circunscribere licet, nume. 9.

Liberum cuiquè est explorare, an sibi expediat consilium, nu. 10.

Si cõtractus rescissus fuerit doli actione, vel metus causa, vectigal non restituitur a publicano, sed damnum vectigalis recidit in eum, qui dolum fecit, metumvè intulit, nu 11.

Actio de dolo, & quod metus causa, restitutionis in integrum genus quodam sunt, remq; in pristinum statum restituunt, nu. 12.

Cùm dolus dedit causam contractui, contractus est nullus, nu. 13.

Etiam quando dolus dedit causam contractui, vectigal debetur, nu. 14.

Quod dicitur ex contractu nullo, decimam non deberi, accipiendum est, nisi æquitas suggerat contractum pro non infecto haberi in damnum ipsius contrahentis, nu. 15.

Allegans turpitudinem suam audiendus non est, num. 16.

Minor in integrum restitutus aduersus contractũ etiam aduersus publicanum pro vectigali restituetur, nu. 17.

Defenditur hæc sententia ab impugnatione Lassartis, nu. 18.

L. fin. C. de in integrum restitutione commodè ex publicatur, ibid.

Cùm contractus reformatur, an iterum vectigal debeatur, nu. 20.

Cùm obligatio nouatur, vel aliud pro alio constituitur, vectigal non debetur, nu. 21.

Ex stipulatione, seù obligatione alternatiua, vectigal non debetur, nu. 22.

Quid sit stipulatio, nu. 23.

Licet olim innundinis vectigalis non exerceretur exactio, hodie, sic, nisi principali rescripto immunitatem habeant, nu. 24.

QVando contractus partium conuentio ne rescindatur, diximus: nunc videamus, quid sit recipiendum, quando legis beneficio rescinditur. Et in redhibitoria sanè illud

illud constat, animali propter morbum vitiumvè, redhibito, vectigal à Publicano repeti non posse. Sed si venditor soluit, sicuti lege Regia tenetur, suo damnores cedit: sin emptor ex pactione fortè soluit, redhibitoria actione à venditione recuperabit, indemnis enim emptor ab emptione discedere de-
3 bet tx. singularis in l. Debet. ff. de ædil. edict. Bald. qui ita eum intellexit, in l. Si prędium. C. de ædil. actio. & Bertach. de gabelli. 8. part. memb. 3. nu. 33. Tiraq. de retract. conuentio § 6. glo. 2. n. 15. Idem quoque iuris erit, si prędium redhibitum fuerit, putà quia
4 pestilens sit, vel lethifer, ac habeat herbas: in rebus enim soli, & redhibitoriam actionem competere certum est. l. 1. in princ. & l. Etiã in fundo. ff. de ædil. edict. l. Si prædium. C.
5 eod. Quid ergò si emptio, & venditio rescindatur propter læsionem vltra dimidiam iusti pretij? Et illud in primis constat à Publicano eo casu vectigal repeti non posse, secũdum ea, quę de redhibitione modò diximus,
6 & tradit expressim Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 2. part. c. 3. nu. 35. At illud sub difficile est, vtrum hoc vectigalis damnum imputandum sit emptori ne, an venditori? Et sanè alijs aliud videtur. Iacobus enim, Curtius Burgensis, quem citat Pinellus loco modò citato, num. 38. scribit totum vectigalis dãnum recidere in eum, qui soluerit. At ipse Pinellus, tametsi principio hoc detrimenti in actorem reiecerit, ad extremum verò reũ magis onerare videtur. Mihi verò, & verius, & proprius videtur talem iacturam ad actorem, qui contractus rescissionem postulauit, spectare. Primum, quia is contractus bonæ fidei est. Nihil vero, tam alienum à bona fide est, quam vt quis fidem fallendo cum alterius iactura à contractu discedat: imò è cõtrario is, qui placitis paret, immunis omnino discedere debet, non aliter, atque si nunquam contractus initus esset. l. Bona fides. ff. de action. empt. l. 4. §. Marcellus. ff. de doli
7 except. Æquè etiam in contractibus innominatis, in quibus locus pœnitentiæ datur: non aliter alteri pœnitere fas est, quàm si alterum omnis damni omnisquè expensi immunem præstet. l. Si pecuniam ad finem. ff. de cond. causa data causa non secuta. Similiter ergò is, qui rescissionem postulat, quod dicat se vltrà dimidiam iusti pretij circumuentum, alterum, qui placitis stat huiusmodi vectigalis damni immunem præstare debet. Sed neque conturbati debemus ex de-
8 cisione illius. l. Debet. ff. de ædil. edict. Nam, vt Cæpola de simula. contractuũ, præsump. 6. scribit, illa lex idcirco ita contra venditorem respondet, quia venditor fuerat in culpa vitiosum animal vendendo, cuius vitia, & scire, & dicere debuerat. Emptori verò nihil imputari poterat, quia animalis vitium rescire commodè nõ poterat. Aliud ergò existimat Cæpola, si ab emptione abeatur culpa emptoris, vel vtriusque voluntate. Atqui dixeris hic rerũ in culpa esse ita grauiter actorem circumueniendo, quæ fuit ratio Pinelli. Etenim si verum amamus, nihil est, quod eo nomine ei culpæ impingi possit, cum secundum Iurisconsultum in pretio emptionis, & 9
venditionis naturaliter contrahentibus se circumuenire liceat. In causæ l. §. Idem Põponius. ff. de minoribus. Quinimò actor ipse extra culpã non est, quando ipse sibi prospicere, & rei pretium inuestigare, & scire debuerat. Nam, vt ait Imperator, liberum cui- 10
què est apud se explorare, an sibi expediat consilium. §. tua. Inst. Mandati. Ergò quando vtriusque voluntate, atque culpa contractus dissoluitur, cessat illius legis ratio, secũdum Cæpolæ interpretationem. Sed neque mouet quod ipsius rei voluntate ab emptione discedatur, quia scilicet in ipsius arbitrio fuerat ab ea non discedere: quæ Curtij fuit ratio. Nam potiùs ea rescisio necessaria dicitur non voluntaria, secundum communem opinionem ab ipso Pinello probatam loco superiori. Quid igitur dicendum putas, si cõ 11
tractus doli mali, metusve causa rescissus fuerit? Et palam est vectigalis onus respicere eũ, qui metum dolumvè fecit. Hæ enim actiones totum factum in pristinum statum restituunt. l. Illud verum est. ff. quod metus caus. l. Arbitrio. ff. de dolo. *Quin hæ actiones, re * stitutionis in integrum, genus quoddã sunt, 12
vt apparet ex l. 1. ff. de in integrum rest. tit. generali, & illic annotat Duarenus, & probat non obscure. l. metum. §. ex hoc edicto. ff. quod metus causa. Hanc autem nostram sententiam minuere intendit Lassartes. c. 14. n. 13
55. dicens eam veram non esse quando dolus dedit causam contractui, quia inquit ex contractu nullo, decima non debetur, nullus est autem contractus, quando dolus ei causam dedit. l. eleganter. ff. de dolo. Scimus ista? verum si rem ordine expendas, nostrã opinionem omnino veram esse deprehendes. Nam qui deceptus est, solutum à se vectigal ab eo, qui dolum fecit actione de dolo recuperat: is verò, vt à publicano recuperet, actio- 14
nem habet nullam. Primò quia quod dici- 15
tur ex contractu nullo, vectigal non deberi, accipiendum est, nisi æquitas suggerat contractum pro non infecto haberi in damnũ ipsius contrahentis. Sicuti cæteris non refragantibus

gantibus tradit Bart.in l.non dubium. C.de legibus,nu.15. Hoc autem casu summa sug-
16 gerit æquitas, vt qui dolum fecit vectigalis onere prægrauetur. Deindè quia allegans turpitudinem suam,non esse audiendum leges testantur omnes.l.mercalem. C.de condict. obturpem causam.l.filius.C.de his quę in fraud.creditoris. Nequaquam igitur ferēdus erit vectigal repetens,quia dicat contractum esse nullum propter dolum à se factum. Atque ita Lassartes ipse parum sibi constans à sua videtur opinione deficere eodem capite,nu.64. * Quid putas igitur, si minor aduersus venditionem, cuius nomine vectigal soluerat, restitutus fuerit: an erit hic idem, quod superioribus casibus, an diuersorū potius,quod magis est? Restitutio enim omnia in pristinum statū redigit. l.Quòd si minor. §.Restitutio.ff.de minor.etiam aduersus tertiam personam.l.1.C.de reputationibus Ergò,&aduersus publicanum pro vectigali restituetur minor.* In quam sententiam egregie faciunt multa, quæ in non dissimili specie affert Molin. ad consuet. Parisi.§.22.q. 6.Parum autē me mouet,quod circunscriptus non videatur minor, qui iure communi vtitur, l.fin.C.de in integrum restitutione, cuius vnius argumento, nostram nequicquā conatur oppugnare sententiam Lassartes supra dicto commentario, de decima.ca.14.num. 44. Nam primum id de eo minore dictum est, qui non fuit circunscriptus, sed fecit id, quod quilibet prudens, atque diligens fecisset pater familias, sicuti illic tradit Accursius, & reliqua scriptorum turba, nec non Tiraquel. de retractu linagier,ad finem nume. 54. & probat apud nos. leg. 6. titu.
17 19.partita. 6. Nos autem in minore circunscripto loquimur. Deindè illa lex finalis loquitur, quando minori in integrum non competit restitutio; nostra verò quæstio, quando minori restitutio datur. Præterea si animaduertis, in hac specie non minor, sed publicanus aduersus minorem iure communi vtitur. Itaque longe diuersa res est, quam quæ in illa lege finali decidi-
18 tur. Apparet igitur (vt alia multa præteream) extra chorum Lassartis saltare argumentum, nec dignum propter quod à nos-
19 tra debuisset dissilire sententia. Sed hoc commune fere omnium scriptorum vitium est,vt nihil se agere putent, nisi aliorum monumenta, quo iure quaque iniuria lacessant, vt mirum in modum paræmia illa quadret in nos. *

Cædimus, inquè vicem præbemus crura sagitis.

Quando contractus rescinditur, vel par- 20
tium conuentione, vel legis beneficio dictum est. Quid verò statuendum sit, cum contractus reformator, vel noui aliquid additur, an iterum vectigal sit soluendum, nec ne, tractat Bart.in l.Iuris gentium. §. Adeò de pact. Tiraquel.de retract.linag.§.1.glos. 18.num.55. Albertus Brunus de augmento,concl.3.nu.46.

* Illud tamen absque dubitatione proban- *
dum est,cum obligatio nouatur, vel res alia 21
pro alia constituitur, vectigal non deberi. Cùm nouatio, & constituta pecunia, cum venditione commune habeant nihil, vt intelligere licet ex l. 1. ff.de nouationi. & l.1. ff.de constituta pecunia, & tradit Lassartes, 22
cap. 7. Illud verò frustra tractabitur, quod multo sermone eodem loci tractat ipse Lassartes: Cùm in stipulando, seu obligando aliud, aut aliud promittitur, num vectigal debeatur, putà decem dabis in melle iuxta speciem Iuris consulti in l. siquis stipulatus. ff.de solutio. Separes enim sunt contractus emptionis, & permutationis, à stipulationis contractu: interpretare, quid sit stipulatio, quid enim aliud est, nisi verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur daturum facturumvè id quod interrogatus est respondet. l.1. §.stipulatio.ff. de verborum 23
obligation. Quoscumque ergò casus confingas cum emptione, & permutatione, commune quicquam stipulatio habere non potest, nisi forsan ad istos contractus confirmandos adijciatur. * Notandum est præ- 24
tereà antiquo iure nundinis indultum fuisse, vt ex ijs rebus, quæ illic venirent vectigal non exigeretur. leg.1. & illic Bald. C.de nundinis cui consonant. l. 3. titu.7. part.5. sed apud nos istud antiquatum est. Hodie enim eo iure vtimur, vt etiam in nundinis vectigal debeatur: nisi forsan id principali priuilegio datum sit, quod in sacris scrinijs, id est, libris Regalibus relatum sit, vt apparet ex titu.20. lib. 9. Recopilat. Sed hæc hactenus.

---

§. SEXTVS.

Ex contractu dotis vectigal non debetur,nu.1.
De rebus in dotem datis etiam si fuerint æstimatæ vectigal non debetur,nu.2.
Æstimatio facit emptionem, ibidem.
In rebus æstimatis in dotem datis habet locum retractus,nu.3.
Etiam si in dote constituenda de bonorum æstima-

tione actum non sit, sed in pecunia numerata, dote nomissa postea pro pecuniares æstimatæ datæ fuerint, vectigal non debetur, numero. 4.

Res æstimatæ in dotem datæ, dotales sunt, numero. 5.

Res ex pecunia dotali empta, dotalis efficitur, num. 6.

In dubijs quæstionibus pro dote respondendum est, num. 7.

Ex bonis, quæ inter hæredes diuiduntur, vectigal non debetur, & si vltro citroquè pecunia data fuerit, nu. 7.

Extranei admissa licitatione ad diuisionem faciendam vectigal adhuc non debetur, nume. 8.

Necessitas, quæ voluntarium habuit principium, veluti cum quis æs alienum contraxit non excusat à vectigali soluendo, nu. 9.

Etsi quando hæres vendit alteri hæreditatem vectigalem ista venditione debeatur, verum si postea inter emptorem, & hæredes ad diuisionem faciendam pecunia interceserit vectigal non debetur, nu. 10.

Ratio, quare ex diuisione hæreditatis, vectigal nõ debeatur, nu. 11.

L. 35. tit. 18. lib. 9. recopilat. commodissime explicatur, nu. 12.

Semel diuisione facta, si postea hæredes bona ipsa permutauerint, vectigal debetur, numero. 13.

Si diuisione ritè facta hæredes postea velint dividere vectigal debetur, secus si prima diuisio non ritè facta fuerit, aut non sortita fuerit effectum, nu. 14.

Defenditur superior opinio à Lassartis calumnia, num. 15.

1 NVnc tractemus de contractibus, quos leges Regiæ nominatim excipiunt. In primis autem excipiunt dotis contractum, l. 35. tit. 18. lib. 9. recopil. Sed est quæstionis, an hæc lex locum etiam habeat, quando res in dotẽ datæ fuerint æstimatæ mouet quæ-
2 stionem, quod tunc æstimatio faciat emptionem. l Quoties. C. de iure dotium. Quocirca si credimus Afflicto in tract. protomiseos.
3 §. 3. num. 7. & Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 13. nu. 109. erit eo casu locus retractui, ratione propinquitatis. Sed magis est, vt hoc casu vectigal non debeatur. Cur ita quæso. Quia leges semper sunt intelligendæ loqui in casu magis ambiguo, & difficili. l. 1. ff. ad municip. l. Quod Labeo. ff. de Carb. edict. Sed cedo, quis dubitaret ex rebus non æstimatis in dotem datis, vectigal non deberi, cũ leges Regiæ duntaxat contractibus venditionis, & permutationis hoc onus injiciant. Dotis igitur fauore vult lex Regia, vt etiam rebus æstimatis in dotem datis, vectigal non debeatur. Quod sanè, sine vlla dubitatione procedit, quando ab initio in ipso dotiscon tractu de bonis æstimandis conuenit, quod si quis hoc non probauerit, haud sanè scio, quid sit, quod probandum putet. Sed finge 4
nihil à principio de bonorum æstimatione actum, sed in pecunia numerata dote promissa, postea pro pecunia (vt fieri assolet) res æstimatas datas fuisse? est dubitationis, an tunc vectigal peti possit. Et, vt breuiter dicam, ne hoc quidem casu vectigal deberi existimo: illius enim legis Regiæ verba latè patent, ait enim: *Ordenamos y mandamos que no se pague alcauala de las cosas, que se dieren en casamiento, quier sean muebles, quier rayzes.* Constat autem, res æstimatas in dotem da- 5
tas, dotales esse. l. In rebus. C. de iure dotiũ. Vtrum verò à principio, posteàve datæ fuerint, nihil quidem interesse debet. §. Est & aliud. Istit. de donation. Accedit his, quòd 6
res ex pecunia dotali empta. dotalis efficitur l. vxor marito. ff. de donat. inter. l. 49. tit. 5. part. 5. Suffragatur quoque his quod supra diximus, ex datione in solutum vectigal non deberi: quod magis hic procedit, cùm ex causa necessaria hæc solutio fiat, qua de causa placuit Iasoni in l. fi. C. de iure emphyt. q. 9. nequè isto casu laudemium (vt suo more loquar) deberi. Opitulatur etiam nobis. l. Nõ solum. ff. de iure dotium. & quæ affert. Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 14. nu. 61. & 124. & Bal. Nouellus de dote. 7. par. priuile. 23. & quæ simili quæstione scribit nostras. Palat. Rub. in repet. c. Per vestras. §. 21. nu. 5. Deniquè suppetias nobis fert non mediocriter, quod generaliter traditur, sicuti in ambiguis quæstionibus aduersus fiscum, ita cõtrà pro dote respondendum esse. l. Non puto. ff. de iure fisci. l. In ambiguis. ff. de reg. iu. Excipit præterea illa lex. 35. à vectigalis one 7
re bona, quæ inter hæredes diuiduntur, etiã si vltro citroq́, ad diuisionis faciliorem exitum pecunia data fuerit. Huius rationem si quæras, reddit. Bertach. 3. memb. 8. par. nu. 16. & Montal. in l. 2. tit. 4. lib. 3. Fori. In hoc tamen dubitationis est, an ista lex pertineat ad eum casum, quando ad diuisionem faciẽdam, admissa extranei licitatione, ei res ad dicta fuerit. iuxta. l. Ad officium. C. commu- 8
ni diuid. & l. Cùm fundo. §. Si fundus. ff. de iure dot. Et putem neque hoc casu vectigal deberi, tum ex huius legis decisione, quæ latè patet: tum quia hæc venditio necessaria est. l. Si pignori. ff. famil. hercis. at in venditione

ditioni necessaria vectigali locus non datur. l. Cæsar. §. Si propter necessitatem. ff. de publ. & vecti. id quod in laudimio receptum lego apud Iaſ. in l. fin. C. de iur. emph. num. 47. Neque nos quispiam hic inconstantiæ arguat, quasi supra in bonis ex causa iudicati extraneo addictis vectigal deberi dixerimus, hic contrarium dicamus. Planè non in vtroque casu eadem ratio versatur: illic enim necessitas voluntarium principium habuit, sua enim voluntate debitor æs alienum contraxit. * Et ideò licèt inuitus posteà soluat voluntarium dicitur debitum, secundum Arist. Ethicorum lib. 5. * Atqui hic necessitas voluntarium principium non habuit, sed casu hæredes in hunc contractum inciderunt. Verum ego necessitatem eam dumtaxat, quæ causam, & principium non voluntarium habuerit, à vectigalis onere excusare crediderim, vt significat. d. §. Si propter necessitatem, & comprobari latius poterit ex ijs, quæ scribit Tiraquel. de retract. linag. §. 1. gloss. 14. nume. 16. * Et Auendanus respons. 13. num. 6. Proindè audiēdus non est Lassartes, qui nullo iure à nostra sententia discessit cap. 20. num. 46. * Hic etiam quæri potest, si hæres alteri hæreditatis suæ portionem vendiderit, an hæc lex etiam eo casu locum habeat, id est, an neque hic vectigal debeatur, & putem, neque hic vectigal deberi: quia hic emptor vtilis hæres est l. Etiam. §. 3. ff. de petit. hæredita. Atquè deindè videtur hoc casu locum esse rationi, quamobrem lex hæc introducta fuit, tàm illi quidē, quam reddit Bertach. ac Mōtal. quia scilicet in hac diuisione non propiè contrahi dicatur, quam ei, quàm nos redidimus, quia necessitate quadam ad hoc genus contractus ventum sit. Quod autem diximus vectigal non deberi: non eò pertinet, vt velimus ex venditione hæreditatis vectigal nō deberi, palàm est enim deberi, sed vt si etiam in diuisione cum emptore hęreditatis, & hęredibus facta pecunia interceſſerit, vectigal non debeatur, quæ est materia illius legis. 35. de cuius intellectu agimus. Solet etiam quæri: Fratres bona diuiserunt: deindè aliquibus diebus interiectis eadē bona denuo permutarunt, an vectigal debeatur? & placet deberi: Simul quia cum diuisio iam fuerit facta, is alter nouus est contractus permutationis scilicet, neque diuisio rectè dici potest. l. Hæredes. ff. famil. herciscund. l. Maiaque à nobis puto. 5. fin. ff. de rebus eorum. Simul, qua hæc Regia lex de prima diuisione est intelligenda, vt est argument. l. Boues. 8. Hoc sermone. ff. de verbor. signific. & l. 10. titulo. 18. libro. 9. recopilation. & quæ abundè affert Iaſo. in l. Duobus. §. si eis. ff. de iureiurand. & Boerius decis. 131. nume. 2. & sic non semel ex facto consultus me respondisse memoria repeto. * Parum autem negotij nobis facessunt, quæ aduersus hanc nostram secundam rationem affert Lassartes capit. 20. num. 57. Nam si animaduertis omnia sua argumenta, in diuisione inualida procedunt: nos verò loquimur de ea, quæ rata fuit, quamquè posteà partes mutuo consensu rescindentes magis permutasse videantur, quàm diuisionem facere. Inciuiliter autem ille facit, qui nostra verba captando in eum sensum detorquet, quem cogitaueramus, numquam. Neque culpa vllo modo vacare potest, siue nostra nesciuit interpretari scriptā, aut noluit, quorum alterum error est, alterum crimen. *

Hoc loco Lassartes vir alioqui probus, & honestus falso nobis imponit id quod nō dicimus, sicuti est in prōptu cuilibet ex nostra scriptura perspicere, iuxtaque à nobis falsi, eo nomine arguí posset.

§. SEPTIMVS.

Alcauala nomine soluenda est decima pars pretij earum rerum, quæ veneunt, vel permutantur, num.

Si res tam vilis sit, vt minoris voleat, quam decem marabatinis, decima non debetur, nume. 2.

Si res, quæ permutantur æstimationem non recipiant vectigalis cessa exactio, nu. 3.

In argumento facto, seù infecta vendito, non integra decima soluitur, nu. 4.

Iure communi vectigalis onus spectat ad emptorem, iure autem regio ad venditorem, nume. 5.

Notatur Lassartes lapsus circa permutationis vectigal, nu. 6.

In venditione aliud est merx, aliud est pretium, at in permutatione discerni non potest, vtrum eorum, merx, & vtrum pretium sit, nume. 7.

Si vectigalis onus emptorem sequatur, decimæ onus auget, num. 8.

Quidquid emptor soluit pro pretio habendum est, num. 9.

Impensæ factæ en distractione rerum venalium decimam non minuunt, nu. 10.

L. 1. tit. 17. lib. 9. recopil. elucidatur, nu. 11.

Ex promisso datoanimosiori emptori, vectigal non debetur, nu. 12.

L. 6. tit. 13. lib. 8. recopil. luculenter explanatur, num. 13.

Adiectio quartæ partis, an habeat locum in vectigalibus magnatum, an reipublicæ, n. 14.

Si dies, aut pretium venditionis soluendum da-

tum fuerit, anteaquàm dies venerit vectigal peti non potest, nu. 15.

Colonus ante fructus perceptos, mercedem soluere non cogitur, nu. 16.

L. 31. titulo. 19. libro. 9. recopilat. declaratur, ibidem.

Leges ex bono, & æquo interpretationem non recipere non est nouum, num. 17.

Lite super venditione mota, non potest publicanus ante litem finitam vectigal exigere, nume. 18.

Quid si venditionis effectus in aliud tempus collatum sit, num. 19.

Cùm annus census venditur, non sunt expectandi singuli anni, sed statim vectigal totum exigi potest, num. 20.

An conductionibus (vulgo auenencias *vocant) quas prior fecerat conductor secundus conductor, an stare teneatur, num. 21.*

L. 11. tit. 12. lib. 9. recopil. commode explanatur, num. 22.

Conuentiones factæ à priori conductore non durant vltra tempus prioris conductionis, nume. 23.

Quod de conductoribus dictum est, ea de sequestribus, quos fieles, *vulgus appellat, intelligendum est, num. 24.*

Quantũ vectigalis nomine soluẽdũ est, & à quo & quẽ admodum

HActenus ex quibus contractibus vectigal debeatur, nec ne perscripsimus: de inceps quãtum vectigalis nomine, & à quo, & quemadmodum soluendum sit, videndum est. Pro huius ergò vectigalis munere soluẽda est decima pars pretij earum rerum, quæ 1 veneunt, vel permutantur. l. 1. & 2. titu. 17. lib. 9. recopilatio. Quibus cauetur, ex singulis denis numis vnum vectigalis nomine solutum iri. Itaque non est relictus dubitationi locus, quemadmodum decimæ sit faciendæ interpretatio. Quod aliàs disputat Abb. 2 in capit. Cùm homines de decimis. Quid ergò si res, tam vilis sit, vt minoris, quàm decem marabatinis valeat, an vectigal debeatur? Et nõ debetur quidem, si credimus Bartolo. in l. Ita autem. ff. de adminis. tutor. * 3 Æque si res, quæ permutantur, æstimationem non recipiant, veluti si ius patronatus Ecclesiasticum, pro alio permutetur, vectigal non debetur, sicuti scribit Barbacius de præstantia cardinalium. 1. parte quæstione. 1. probantq; alij relati à Bertachino de Gabellis. 8. parte. memb. 2. num. 5. In argento autem, seù facto, seù infecto distrahendo minus decima debetur, vt est videre in l. 2. 4 tit. 22. lib. 9. recopilatio. * Spectat autem hoc vectigalis munus ad venditorem, vti apparet ex illa. l. 1. nisi paucis casibus exceptis, qui exprimuntur in l. 32. tit. 19. lib. 9. recopilatio: In quo quidem à iure communi discreditur: nam eo iure ad emptorẽ potius vectigalis onus pertinebat, vt notãt omnes ex l. Debet. ff. de ædil. edict. An verò id illa lex probet, disceptat Pinellus in l. 2. C. de rescind. vend. 2. part. cap. 3. num. 40. * In permutatione verò decimæ quemadmodum ineunda sit ratio, videamus? Et hoc loco Lassartes cap. 17. num. 3. dum nimis sapit, & Herculi (vt est in prouerbio) clauam extorquere nititur, non mediocriter labitur. (Id quod ipsius cum honore, & venia dictũ 6 esse velim.) Ait enim vnumquemq; ex permutantibus soluere debere decimam, non eius quod det, sed eius quod recipit, quia inquit idem in venditione seruatur. Incongrua sanè, & in concinna ratiocinatio, cum venditionis, & permutationis, in hac parte longè diuersa sit ratio. In emptione siquidem, & venditione aliud est merx, aliud est 7 pretium. At in permutatione discerni non potest vtrùm eorum merx, & vtrum pretiũ sit. l. 1. de contrah. emptio. l. 1. ff. de rerum permuta. Denique errasse Lassartem doctum alioqui virum manifesto constat ex l. 31. tit. 19. lib 9. recopilation. qua expressim diffinitum extat, in rerum permutatione soluturum esse quemquam decimam, eius rei, quam dat, non eius quam recipit. Quòd igitur ille illic, ait, num. 19. si res exemptæ, puta, libri, aut arma commutentur, cum rebus non exemptis, soluẽdam esse decimam pretij, quod res exempta valet, ab eo, qui rem non exemptam permutat, res est, quæ neque cœlum, neque terram attingit. * In hoc autem obliuiscendum non erit, si in lege vẽ- 8 ditionis comprehensum fuerit, vt vectigalis onus emptore sequatur, id est, si conuenerit, vt venditio sit (vt vulgò dicimus.) *Horro de alcauala*: tum quidem in habenda ratione vectigalis soluendi, totum quod emptor soluere debet, pro pretio habendum esse, & idcirco ex eo toto vectigal solutum iri. Exem- 9 pli gratia, Titius vendidit Seio fundum mille aureis ea lege, vt vectigalis onus ad Seium emptorem pertineret. In ea causa quidem res est, vt pretium fundi sit mille centum aurei. Quidquid enim emptor soluit pro pretio habendum est, vt significat illa. l Debet. ff. de ædil. edict. & l. 9. tit. 11. lib. 5. recopilat. Ac proindè vectigalis nomine centum decem aurei debentur. Quæstionis est etiã, 10 vtrum in facienda computatione vectigalis soluendi, priùs deducendæ sint impensæ in rem venditione factæ, fortè in subhastationibus, & proxenetis. Et sanè alij aiunt, vt est

videre

Hoc verbo marabatinorum vtitur Roma. Põtif. in c. Cum olim. 2. de priui leg.

videre apud Iaſo.in l. Fructus. ff. ſoluto matrimonio. Alij contra negant, vt eſt videre apud Campezium de dote. 2. part. quæſtio. 12. Alij diſtinctione vtuntur, vt eſt videre apud Tiraquel. de retract. linag. §. 15. gloſſa 1. num. 5. Inter omnes tamen magis conuenit has impenſas in vectigalibus ſoluēdis deducendas eſſe: ſed vix eſt, vt id apud nos obtineat: contrarium enim leges Regiæ ſignificare videntur. Tum. l. 1. titu. 17. lib. 8. recopilat. Ait enim. *Que paguen por razon de la alcauala, de cada diez marauedis vno de todo el precio, porque vendieron.* Verum enim, totum, omnem deductionem excludere videtur, in fiſco maximè, iuxta ea: quæ ſcribit Tiraquel. de retract. linag. §. 15. gloſſ. 1. num. 8. & 9. Tùm reliquæ omnes leges, dum ſpecialibus quibuſdam caſibus has impenſas deducendas decernunt. Contrarium ergò in reliquis eſſe apertè ſignificat. l. 18. tit. 16. lib. 6. recopil. Illud tamen verum eſſe crediderim, ſi forte venditor, ad licitationis calorem inflādum emptori pluris licitanti, aliquid promiſerit: eo caſu ex tali promiſſo (vulgò nos, prometido: Itali, auentagiam appellant) vectigal non deberi, vt putà: Venalis res ea lege licebat vt qui pluris licitatus fuerit tamquam corollarij nomine decem habet, atque ita animoſiori emptoris res addicta fuerit. Sanè in vectigalis ratione ineundo non exiſtimo vectigal deducendum, ex omni illo, quod promiſsi nomine à vēditore datum fuerit. Id quod videtur ſentire Bart. in l. Quātas. ff. ad leg. Falcid. cuius apud omnes eſt quidem recepta ſententia, quàm & ipſe ſecundum noſtrates leges Regias locum habere exiſtimo. Neque quicquam mouet contrarium in impēſarum deductione modò dixiſſe: nam hoc promiſsi genus, de quo loquimur, ipſo iure pretium diminuit: ita vt re vera pretium rei venditę promiſſum illud non ſit. l. Quod dicitur. ff. de impēſis in rebus dotalfact. At impenſæ in rerum venditione factæ nequaquam ipſo iure pretiū diminuunt. l. Si non ſortem. §. ſi centum. ff. de condit. in deb. l. Si conuenerit. num. 18. ff. de pignor. action. neque quoque oberit. l. 6. tit. 13. lib. 8. recopilat. nam illic alia ratione promiſſa * hæc in pretio computantur. * Nam cum adiectio illa quartæ partis, de qua in illa lege agitur, in damnum tendat prioris conductoris, à quo conductio remoueri intenditur ratio facit, vt promiſſa hæc in pretio conductionis computentur. Quippè quæ ſæpè ſæpius, no è locatore, ſed ab ipſo conductore pendantur. Diſpar cauſa eſt vectigalis, de quo agimus: ibi enim non habetur reſpectus ad emptorē, qui conductori aſsimilatur, ſed ad venditorem, quem certum eſt, quod promiſsi nomine pollicitus eſt ex pretio amittere. Quàm rationem non aſſecutum fuiſſe Laſſartem acutum alioqui virum demiror. Alioqui haud quaquam à noſtra ſententia diſceſsiſſet: quæ iure quidem veriſsima eſt, moribus autem comprobari, & ipſe quoque fatetur. cap. 16. in fine. * De hoc autem promiſsi genere alias quæſtiones vide apud Auēda. in c. corr. 2. par. c. 28. Franciſcum Lucanum de fiſco. 4. part. An verò licitatio illa, quæ legibus regijs in vectigalium locatione admittitur cū adiectione quartæ partis, alijſque certis adiectionibus, vt eſt comprehenſum in tit. 13. lib. 9. recopil. locum habeat, ſitq, etiam admittenda in redditibus rei publicæ minorum, vel magnatum locādis: tradit eruditè pereruditus Auendañus in cap. correct. 2. part. cap. 12. num. 11. cui tamen poteris addere. l. 5. & illic Greg. tit. 19. par. 6. diximus, & nos libro. 2. cap. fin. 5. par. §. 13. num. 16. Sed pone datum eſſe diem ad pretium rei venditæ ſoluendum, dubitationis eſt, an ſtatim vectigal peti poſsit: vel an potius expectādus ſit dies quo pecunia ſolui debet. Et Bar. quidem in l. in lege Falcidia non habetur. ff. ad leg. Falcid. in ea eſt ſententia, vt exiſtit licet ſtatim vectigal ſolui debeat: tamen deducendum eſſe interuſurium medij temporis, quia minor ſit illa quantitas, quæ ad diem eſt ſoluenda. Contrà verò Alexand. ibidem ſcribit, anteàquam dies venerit vectigali diem non cedere: quem ſequitur Suarez tit. *de las arras.* §. ex quibus, & ille illius ſcholiaſtes Valdeſius. Et hoc quidē magnam rationem habere videtur: durum enim, & penè iniquum videtur, vt venditor ante pretium receptum vectigal ſoluere cogatur: ſic etiam, & colonus ante fructus perceptos mercedem ſoluere non cogitur, ſi aliud non conuenit. Iaſo. in l. 2. num. 180. C. de iure emphyt. Lex igitur. 31. tit. 16. lib. 8. recopilat. quæ quinque dies vectigali ſoluendo præſcribit, eſt quidem intelligenda, niſi modò habita fide pretij venditio facta ſit: ita enim ius ratioque ſuadet. Leges verò ex æquo, & bono interpretationem recipere non eſt nouum. l. Si ſeruum Stichum. §. ſequitur. ff. de verbor. oblig. Conuenienter ergò haud quaquam ferendus erit publicanus, qui lite ſuper venditione mota ante pretium receptum ſibi vectigal ſolui deſiderat, vt eſt argumento capit. Commiſſam. de elect. in 6. & comprobari poteſt ex multis, quæ affert Tiraq. de retract. linag. §. 1. gloſ. 10. nu. 36. cum ſeq. Quid ergò ſi venditionis

effectus in aliud tempus collatum sit? consule Bart. in l. Sancimus. C. de consulibus lib.
20 12. & Tiraquel. loco modò citato. nu. 115. Illud quoque palàm est, cum annuus census venditur, non esse expectandos singulos annos ad vectigal petendum, sed statim vectigal totum solui debere. Sicuti expressim ostendit Anton. Gom. de qualita. contractu.
* num. 44 versic. secundus effectus. * Sed illud identidem quærisolet, an conuentioni-
21 bus (*Vulgo auenencias appellamus*) quas prior fecerat conductor, stare teneatur secundus conductor, cui adiectione facta addicta fuere vectigalia. Et sic mecum statuo. Aut huiusmodi conuentiones factæ sunt à priore conductore, antèà quam expeditam habeat cõductionis tesseram (*Vulgo recudimiẽto desembargado dicimus.*) Et tales conuentiones tanquam à non parte factę secundum non obligant conductorem, sed in ipsius potius positum erit arbitrio, vtrum illis stare velit nec ne. Sin verò priori conductori expedita cõductionis tessera data fuerit, secundus is cõductor stare omnino tenetur, conuentioni-
22 bus ab illo priore factis. Hoc apertissime diffinitum extat in l. 11. ad finem tit. 12. lib. 9. recopilat. Cæterùm si hæ conuentiones factæ fuerint à conductore habente expeditam conductionis tesseram, omnino ratæ sunt, ac illis parere, tam contrahentes, quàm secundi conductores tenentur, vt aperto e iure comprehensum in l. 13. & 14. tit. 12. lib. 9. recopilationis, & in l. 14. & 16. tit. 13. eo-
23 dem lib. Quod accipiendum ita erit, vt tamen intelligamus eiusmodi cõuentiones durare tantum, quoadusque durauerit tempus prioris conductionis. Itaque si secundus cõductor in plures annos, quàm erat prior cõductio, adiectionem fecerit: eiusmodi conuentiones vltra tempus prioris conductionis, vim vllam non habebunt, iuxta. l. cum
24 Hermes. C. de locato. Quod autem de conductoribus diximus, idem & de sequestribus intelligendum est (*Vulgo appellantur fieles*) Qui quandoque defectu redemptorum, vectigalibus procurandis sufficiuntur, vt declarat illa. l. 11. tit. 12. modo citata. * De publicanis, & vectigalium redemptoribus, siue conductoribus erat hic tractandum: sed id prudens omisi, tum quia ea materia satis legibus regijs est exposita in tit. 10. & 11. cũ sequent. lib. 9. recopil. tum quia eam etiam explicat luculenter Bertachinus in illo tractat. 3. part. tum quia iam ratio postulat, vt ad propositam initio quæstionem accingamur. Longius enim, quàm cogitabamus, nos materiæ perduxit vtilitas. Sed si longior sermo videbitur, cum magnitudine vtilitatis comparetur, & ita forsan breuior apparebit.

§. OCTAVVS.

Quod an ius commune attinet loco contractus vectigal soluì debet, etsi alibi sit res, quæ veniit, num. 1.

Annui redditus propriè mobilium, vel immobilium appellatione non continentur, sed tertiam constituunt speciem, nu. 2.

Casus omissus definiendus est ex dispositione iuris communis, nu. 3.

Dominium rerum, in quibus annus redditus assignatur, non transit in emptorem, sed hypotheca tantum constituitur, nu. 4.

Hypothecaria actio, sicut & reliqua aliæ actiones loco non circumscribitur, nu. 5.

Æs alienum certi loci non est, sed vniuersarum facultatum, nu. 6.

Contraxisse quisque eo loci dicitur, vbi, vt solueret, se obligauit, nu. 7.

In statutis fictio locum non habet, nu. 8.

Nostrates regia leges non statutorum, sed iuris cõmunis, naturam sortiuntur, nu. 9.

Vectigal soluendum est publicano illius loci, vbi sunt bona, super quibus annuus redditus constitutus est, nu. 10.

Quantum attinet ad bona soli, seù immobilia vectigal soluendum est eo loci, vbi sunt bona, quæ veneunt, nu. 11.

Quando necesse est annuos redditus ad alteram speciem redigi, omnino inter immobilia computantur, nu. 12.

Annui redditus illic extare videntur, vbi sunt bona, super quibus constituti sunt, numero. 13.

L. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudicijs explanatur, nu. 14.

Ille officialis facere debet executionem collectarum, vbi sunt bona pro collectis affecta, nume. 15.

Cùm annuus redditus super fundo imponitur, tãtum hypothecaria actio constituitur, sed etiam ius quoddam reale prædio ipsi vsusfructus instar imponitur, nu. 16.

Ius impõsitum prædio pro annuo redditu transit aduersus quemcunque possessorem, etiamsi regulari sit, nu. 17.

Annui redditus sortiuntur naturam earum rerum, super quibus constituti sunt, numero. 18.

Remedia possessoria pro annuo redditu dabuntur, num. 19.

Annuus redditus ineſt prædio tamquam accidens in ſubiecto, nu. 20.

Actiones in rem illic ſunt, vbi ſunt res, ad quas perſequendas competunt, nu. 21.

Annui redditus ſuper perſona tantum conſtitui non poteſt, nu. 22.

Bonis peremptis cenſus quoque extingitur, ibidem.

Vectigal munus non perſonale eſt, ſed patrimoniale, num. 23.

Patrimoniale munus illic ſoluendum eſt, vbi extant bona, nu. 24.

Laudemium ſoluẽdum eſt domino feudi, vbi ſunt bona illi obnoxia, nu. 25.

Prius eſt habenda ratio bonorum ſpecialiter obligatorum, quam eorum, quæ generaliter hypotheca ſunt, nu 26.

Clauſula de non alienando, an habeat effectum adiecta hypothecæ generali, nu. 27.

Si diuerſis territorijs extent bona ſuper quibus cẽſus conſtitutus eſt, pro rata debet fieri vectigalis ſolutio, nu. 28.

Si locus vbi extant bona pro cenſu obligata fuerit immunis, vectigalis ceſſat exactio, numero. 29.

Etiam pro redditu perpetuo ſoluendum eſt vectigal, vbi ſunt bona pro ipſo obligata, nume. 30.

Cũ annuus reddit⁹ vẽditur quonam in loco vectigal exigẽdum ſit.

CVm igitur conſtet ex annui reditus vẽditione vectigal deberi, non iniuria quæritur, quonam in loco vectigal exigendũ ſit, id eſt, quiſnam publicanus in vectigali exigendo potior ſit, is ne, qui eſt loco contractus, an is, vbi cenſus debet fieri ſolutio, vel an potius is, qui eſt eo loci vbi ſunt bona, ſuper quibus penſio conſtituta fuit. Quilibet enim eorum cauſam ſuam probabilibus argumentis defendere poterit. Etenim Publicanus, qui eſt loco contractus, ad ſe vectigal pertinere cõtendit: quoniam quod ad ius commune attinet, loco contractus vectigal ſolui debet, etſi alibi ſit res, quæ venijt. 1 Bald. in l. 1. C. de contrah. emptio. & iterum in l Magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum. Iaſo. in l. 1 C. de ſum. Trini. Panormi. in cap. fin. num. 30 de foro comp. Atqui noſtratibus legibus Regijs quæſtio hæc non videtur definita: definiunt enim duntaxat vbi ſit ſoluendum vectigal rerum mobilium, vel immobilium, l. 5. & 9. tit. 17. lib. 9. recopilat. 2 Verùm annui reditus propriè mobilium, vel immobilium appellatione non continentur, ſed tertiam quandam ſpeciem conſtituũt: vt eſt videre apud Tiraquel. de retract. linag. §. 1. gloſſ. 6. Pinellum in Rubr. de bonis mater. 1. part. num. 24. Ergò ius commune ſequendum videtur, cùm notiſsima ſit regula, caſum omiſſum definiendum eſſe ex depoſitione iuris communis. l. Commodiſsimè ff. de lib. præter. & exhæred. & conſequenter videtur vectigal loco contractus ſolutum iri. Neque ad rem pertinere videtur, quòd annuus reditus videatur eſſe eo loci, vbi extant bona, ſuper quibus penſio cõſtituta eſt: nam cum ita annus reditus aſsignatur, dominium rerum in emptorem non transfertur, ſed hypotheca ſolùm conſtituitur. l. Lucius ff. de aliment. leg. Barto. in l. Codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2. & in l. Fundus. ff. de ann. legat. etſi magis magiſque adiectæ fuerint illæ clauſulæ à tabellionibus de more vſurpatæ: vt in emptorem cenſus dominium hypothecarum transferatur, ſicuti placet Couarru. lib. 3. variar. cap. 11. num. 5. & Auendaño reſponſo. 5. at hypothecariam actionem, ſicuti, & reliquas actiones, loco non circunſcribi certum eſt. 5 l. fin. C. de longi tempo. præſcrip. ſic etenim, vt Iuriſconſultus, inquit, æs alienum certi loci non eſt, ſed vniuerſarum facultatum. l. 6 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebelian. l. Ex facto. 2. §. vndè ſcio ff. de hæred. inſtit. Hæc & ſiqua eodem pertinent, affert publicanus qui extat loco quo emptio facta eſt. At verò alter publicanus, qui eſt eo loci, vbi reditus debet fieri ſolutio, non grauatè his omnibus aſſentitur. Illud tantum excipit, ex quo ſibi 7 palmam ſperat: quod contraxiſſe quiſque eo loci dicatur, vbi vt ſolueret ſe obligauit. l. Contraxiſſe. ff. de action. & obligat. l. Quæro. ff. de ſolut. Baldo deindè teſte vtitur in l. Multum intereſt. ff. ſi quis alteri, vel ſibi, dicente, ſi municipali lege (id eſt) ſtatuto cautum fuerit, ex quouis contractu vectigal ſolutum iri; ſpectandum eſſe locum deſtinatæ ſolutionis, non locus contractus: cui aſſentiuntur non pauci relati à Bertachi. de Gabellis. 6. par. num. 8. Parumque ſibi obſtare ait iſte publicanus, quod aduerſus Baldum communis ſit ſententia teſte Felino, in dicto capit. fin. de foro comp. num. 18. nam communis ſententia loquitur in ſtatutis, in 8 quibus cùm fictio locum non habeat, neceſſe eſt, vt ſpectetur locus contractus, quia id, quod dicitur contraxiſſe vnumquemque videri, vbi ſoluere deſtinauit ex commentitio quidem iure procedit, ſicuti notant Doctores in dicta. l. contraxiſſe: atqui certum eſt noſtrates leges non ſtatutorum, ſed iuris communis naturam ſortiri: proindè fictionem etiam admittunt: & conuenienter, cùm ratio communis opinionis ceſſet, videtur probandum apud nos veram eſſe Baldi

opinionem, ideſt, vt loco deſtinatæ ſolutionis, non loco cõtractus vectigal ſolui debeat: & ſecundum hanc opinionem ſcio ex facto conſultum reſpondiſſe pridem quendã Supremi Regij Senatus aduocatum, eundemq; maximi nominis virum. At ego, etſi ſuperiora argumenta contemnenda non arbitror, nihilominus tamen pro illo publicano, ad quẽ pertinent vectigalia illius loci, vbi ſunt bona, ſuper quibus annuus reditus conſtitutus eſt, calculum ferrem: iſtius enim potiorẽ cauſam habendam ex ſequentibus arbitror. Primùm, quia leges Regiæ (quantum ad bona ſoli, ſeù immobilia attinet) vectigal ſolutum iri decernũt, in loco vbi ſunt bona, quę veneunt. leg. 9. tit. 17. lib. 9. recopil. Atqui quando eſt neceſſe annuos redditus ad alteram ſpeciem redigi, omnino inter immobilia computãtur, Clementina, Exiui §. cùmque annui reditus, de verborum ſignificat. & vt ſemel finiam, tractat effuſiſsimè ſuo more Tiraquel. de retract. linag. §. 1. gloſ. 6. quã tumuis is cenſus ſit redimibilis, ſecundum eundem Tiraquel. dicto tract. §. 1. gloſ. 14. num. 120. & Auendañus in cap. Correcto. 1. par. cap. 4. num. 36. apud nos igitur in hac quæſtione neceſſe eſt, iſtos annuos reditus ad alterutram ſpeciem redigamus: vti ſecundum leges Regias ſcire poſsimus, vbi vectigal ſoluendum ſit. Igitur quando annui reditus inter immobilia computantur, ac immobilium vectigal ex lege regia ſoluendum illic eſt, vbi extant bona vendita: relinquitur apertè annui reditus vectigal illic ſoluendũ, vbi ipſi annui reditus extent. Tota igitur huius quęſtionis ſumma, & veluti cardo vertitur in cognoſcendo, vbi iſti annui reditus extare cenſeantur. Et alijs forſan aliud placebit, mihi ſanè illic extare annui reditus videntur, vbi ſunt bona, ſuper quibus conſtituti ſunt: id vobis, ſi mihi æqui iudices ſitis, quam facilimè demõſtrabo. In primis enim id oſtendit. l. Si fideicommiſſum. §. tractatũ ff. de iudicijs, vbi cum Iureconſultus dixiſſet æs alienum nõ eſſe loci, ſed vniuerſarum facultatum ſtatim ſubiecit id locum non habere, quando aliqua bona certis oneribus deſtinata ſunt, veluti alimentis præſtandis, vel tributis, vel alijs quibuſdam inexcuſabilibus muneribus. Quibus ſanè verbis ſatis Iuriſconſultus ſignificat, annuos reditus illic extare, vbi ſunt bona, ſuper quibus conſtituti ſunt, & illic etiam Baldi ſententia nobis ſuffragatur, ait enim. Eſt etiam iſte text. in argumentũ, quòd ille officialis faciat executionem datiarum & collectarum, in cuius territorio eſt res affecta pro datis, & collectis. Præterea cum annuus reditus ſic ſuper fundo imponitur, non tantum hypothecaria actio conſtituitur, ſed etiam quodam ius reale ipſi prædio vſusfructus inſtar imponitur. Quocirca tale ius aduerſus vnumquemque prædij poſſeſſorem tranſit, etiam ſi ſingularis ſit ſucceſſor. Specul. in tit. de emphyteo. §. nunc aliqua, verſ. 86. & Faber. in §. item Seruiana, ad finem Inſtit. de actio. Couarru. lib. 3. variar. c. 7. nu. 7. & ita profligatum illud, quod dicebamus hypothecam loco non circunſcribi, nam hoc caſu non tantum hypotheca contrahitur: ſed etiam ius quoddam reale prędio Imponitur. Iam illud quis non videt, nulla alia ratione annuos reditus inter immobilia computari, niſi quia ſortiantur naturam earum rerum, ſuper quibus conſtituti ſunt. Id quod etiam animaduertit Palat. Rub. in l. 70. Tauri. nu. 32. quocirca ſi ſuper re mobili imponerentur, mobiles non immobiles dicerentur. Bart. in l. Sciendum. ff. qui ſatiſdare cog. Suarez in titulo *de los emplazamientos*. §. 1. nu. 28. accedit ad hæc Panorm. ſententia in cap. Querelam de elect. qui idcirco remedia poſſeſſoria pro annua penſione dari exiſtimat, quia pro ea ius quoddam reale competat ipſi prædio inhærens, idem probat Gregor. Lopez in l. 28. tit. 8. par. 5. verbo, *cenſo*, limit. 1. in fine, vbi ait annuum redditum eſſe ius prędio inhærens. Apertiùs quoque ſignificat Nauarrus in comment. de vſuris. §. 21. nu. 83. ait enim, & rectè, & annum reditum ineſſe prędio tanquam accidens in ſubiecto, & apertiſsime id probat eruditiſsimus Prędul Iacobus Simanc. cathol. inſtit. tit. 9. nu. 130. vbi ait, actiones in rẽ veluti ius pignoris, ius annuæ penſionis illic eſſe, vbi ſunt res, ad quas perſequendas competunt. Suffragatur quoquè nobis. l. 1. tit. 15. lib. 5. recopilat. aliæq; leges Regiæ, quę de hac cenſuum conſtitutione loquentes, aiunt, eos ſuper fundo conſtitui, & collocari: illic ergò extare, & radices tanquam habere dicendum eſt. Huc etiã pertinet illa Doctorum ſententia exiſtimãtium, hoſce annuos reditus ſuper perſonis tantum conſtitui non poſſe: ſed neceſſarium eſſe, vt ſuper bonis conſtituantur, ita, vt bonis peremptis ipſe quoque cenſus extinguatur: vt latè defendit Nauarrus in comment. de vſur. §. 21. & magis communem ſententiam teſtatur Greg. Lopez loco modò citato. Neq; illud interim omittam: ob hanc annuam penſionem, cui fundus obnoxius eſt, poſt hac non tanti fundus vendi, quanti ſi liber, & ſine penſione eſſet. Quare ne Publicano, vbi extat fundus, damnum inferatur

ex

ex huiusmodi census constitutione, vectigal
23 vt ei soluatur, ius æquitasque suadet. Atque ne, quod potentissimum est, silentio præteream, iam illud nemo negabit vectigalis munus non personale esse, sed patrimoniale: atqui patrimoniale munus illic soluendũ,
24 vbi extant bona, manifesti iuris est. l. Forma. ff. de censibus. Quamobrem placuit habẽtes annuos reditus, illic, vbi eos percipiunt, munera pro eis subire debere, etsi alibi domicilium habeat. l. Filij. §. fi. ff. ad municip. l. Munerũ. §. huiusmodi. ff. de mun. & hon. Auẽd. in cap. Correct. 2. par. c. 14. nu. 15. Deniquè nostræ opinioni accedit summa sapientissimi Tiraq. authoritas, in tract. linag. §. 6. glos. 1. vbi similem, ac ferè hanc eandem quęstionem agitans multis concludit, ex huiusmodi
25 reditus venditione laudimiam (quã vocant) soluendam esse domino feudi, in quo loco sita sunt bona huic reditui obnoxia, non in loco contractus, vel alibi. Et nominatim ex nostratibus hanc nostram sententiam tenet Monterrosus, siue quis is fuit, in Praxi, tract. 7. fol. 141. Ex his igitur simul hæc nostra sententia videtur confirmata, ac simul argumentis contrarijs plenè satisfactum. Nam quod argumẽtabamur hanc quæstionem legibus regijs non definiri, id circoquè ius cõmune spectandum, verum non est, cum vt monstrauimus, satis hęc quæstio legibus Regijs definita sit, quandoquidem definiũt immobilium rerũ vectigal solutum iri, vbi extant bona, quæ veneunt. Cùm ergò constet annuos reditus inter immobilia computari, atque illic residere vbi extant bona, super quibus constituuntur: apertè ex eisdem legibus relinquitur, annui reditus vectigal illic soluendum, vbi extant bona, super quibus
26 assignati, & collocati sunt. Nequaquam verò hoc casu existimo habendam rationẽ bonorum generaliter obligatorum, sed tãtum eorũ, quæ specialiter hypothecæ data sunt: quando enim bona specialiter generaliterq, obligata sunt, prius eorum, quæ specialiter obligata sunt, ratio habenda erit. l. 2. C. de
27 pign. Specialis enim hypotheca magis afficit rẽ, quàm generalis, proin quod dicitur clausulam de non alienando adiectam hypothecæ impedire translationem dominij, intelligendum aiunt, quãdo hypocheca fuerit specialis, vt testatur communẽ opinionem Las. in l. Siquis ita. §. ea lege num. 32. ff. de verb. oblig. rametsi aliud sentiat Suarez noster in
28 l. Postrem, ad legem Toleti limit. 1. Quòd si forte diuersis territorijs extent bona, super quibus specialiter census constitutus est, pro rata debebit vectigalis solutio fieri: vt & ratio ipsa demonstrat, & est argumento text. in c. Constitutis de religio. dom. & cõsequẽter si locus, vbi extant bona, immunis fuerit, vectigal non debetur. Quòd autem de annuo reditu nunc denuo constituto diximus, 29
idem quoque de antiquo dictum esse intelligẽdum est: nempè, vt vectigal soluatur, vbi 30
sunt prædia pro ipso obnoxia: vtriusq; enim par ratio est. His igitur nostræ quæstioni satis abundèque satisfeciſſe videmur.

Quid inter dominium, & proprietatem interſit.

CAP. IIII.

Dominium, & proprietas quemadmodum differant, nu. 1.

Dominium dicitur eum vſufructu, proprietas verò vſufructu abſcedente, nu. 2.

Dominium eſt ius de re corporali perfectè diſponendi. nu. 3.

Proprietas eſt ius ab vſufructu ſeiunctum, ac ſeparatum, nu. 4.

Proprietas, & vſusfructus ſunt relatiuorum inſtar, nu. 5.

Plena proprietas dicitur, cùm vſusfructus, cum proprietate conſolidatur, nu 6.

Habita relatione ad tempus præteritum, res quãdoquè nominantur, nu. 7.

Vſusfructus eſt ius a proprietate ſeiunctum, nume. 8.

Diſtinctio vſusfructus cauſalis, & formalis à recentioribus exploditur, nu. 9.

QVID inter dominium, & 1
proprietatem interſit, alijs aliud placet: vt est videre apud Fabrum in §. omnium, num. 21. Inſt. de actio. Iaſo. in l. Traditionis. C. de pact. Pinell. de bonis mater. l. 1. part. 2. num. 6. Greg. Lop. in l. 27. tit. 2. part. 3. Quorum sententias, vt missas faciam, nulla enim earum mihi vera videtur: illa quidem (vt mea fert opinio) istorũ no- 2
minum veriſsima est differẽtia, quòd dominium est ius ferè semper cum vſufructu iunctum. l. 4. ff. de vſufruct. & declarat non ob- 3
scurè Bart. definitio in l. Si quis vi. §. differẽtia. ff. de acquir. pos̃ſeſ. dicentis dominiũ esse ius de re corporali perfectè disponẽdi. At 4
proprietas contrà, est ius ab vſufructu seiunctum, ac separatum: hæc differentia colligitur apertiſsimè ex l. Si vſusfructus. ff. de iure

dotium, & l. 4. & l. Cùm in fundo. ff. eod. tit. l. Sciendum. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. Videamus. ff. de vsur. l. Liber. ff. de alimen. leg. itẽ ex l. 3. & 6. & l. Si fur. & l. Si cuius, & l. Sed etsi. ff. de vsufruct. & vt paucis dicam, hanc differentiam veram esse, & obseruare licebit per omnem illum tractatum de vsufructu, qui in libro septimo digestorum latè diffusus est, & demum vbicumque vsusfructus, & proprietatis apud Iurisconsultos mentio habita fuerit, & hanc quoque differentiam sequi videntur leges Regiæ, vti apparet ex l. 30. tit. 32. part. 3. & l. 12. tit. 14. part. 7. sunt etenim (vt rem quoque exemplis demonstremus) proprietas, & vsusfructus relatiuorum instar, sicuti nox, & dies, mors, & vita, & cætera similia, quæ quamuis alterum alterius respectu dicatur, simul tamen esse non possunt. Hinc est quod vsufructu cum proprietate consolidato, tum plena dicitur proprietas l. 2. ff. quib. mod. vsusfru. amitt. l Cũ in fundo. ff. de iure doti. l. Fœminæ. C. de secund. nupt. l. Si Titio. ff. de vsufruct. leg. Neque mihi negotium facessit. l. Vsufruct. ff. soluto matr. & l. Si cum testamento. ff. de except. rei iudic. §. si fundum similesque leges, in quibus adhuc proprietas appellatur, postquam vsusfructus consolidatus est, quas quidem allegat Pinellus loco citato. num. 10. Nam illud quidem fit habita relatione ad tẽpus præteritum, sic etenim, & Iurisconsultus insulam appellat, quę insulam desijt esse, habita relatione ad tempus prætẽritum. l. Insula in fine. ff. de adquir. rer. dom. Non aliter etiam castrense peculium vocatur, non quod nunc est, sed quod anteà fuit. l. 1. §. neque castrense, & ibid. gloss. ff. de collat. bon. eodem pertinet. l. Ius. ff. de iust. & iur. & possem aliis multis legibus, & exemplis comprobare. Cùm igitur proprietas sit ius ab vsufructu separatum, consequenter apparet vsumfructum esse ius à proprietate seiunctũ, quod etiam ostendit. l. Vti frui. ff. Si vsusfruct. petat. & d. l. Si cum testamento. §. Si fundum. ff. de except. rei iud. l. Quod nostrum. ff. de vsufruct. Quapropter meritò à recentioribus explodituꝛ illa veterum sententia distinguentium inter vsumfructum causalem, & formalem: tametsi eam adhuc defendat Pinellus Lusitanus loco modò citato, nu. 9. cum sequentibus.

An petitio hæreditatis detur aduersus titulo possidentem.

CAP. V.

Petitio hæreditatis, an detur aduersus titulo possidentem, nu. 1.

Refellitur communis opinio tradentium petitionem hæreditatis non dari aduersus titulo possidentem, nu. 2.

Petitio hæreditatis datur aduersus eum, qui pro hærede, vel possessore possidet, nu. 3.

Titulus pro hærede inter cæteros titulos refertur, ibidem.

Petitio hæreditatis saltem vtilis datur aduersus eum, qui hæreditatem emit, nu. 4.

Petitio hæreditatis non datur aduersum possidentem rem hæreditariam titulo singulari, sed aduersus eum, qui vniuersitatem, ideſt, hæreditatem titulo vniuersali possidet, nu. 5.

Hæreditas nihil aliud est, quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, nu. 6.

L. hæreditatem. C. in quibus causis cessat longi tẽporis præscriptio declaratur, nu. 7.

L. etiam. ff. de petit. hæredit. enarratur. nu 8.

Qui hæreditatem quoquo titulo possident hæredis loco habentur, nu. 9.

Aduersus eos, qui non vniuersitatem, hoc est hæreditatem, sed rem hæreditariam titulo singulari possident, petitio hæreditatis non datur, sed specialibus in rem actionibus agendum est, num. 10.

L. 2. C. de petit. hæred. nonnè, & subtiliter explicatur, nu. 11.

In actionibus specialibus fructus post litem contestatam veniunt in petitione hæreditatis etiam ante litem contestatam, nu. 12.

Fructibus augetur hæreditas, nu. 13.

OMnes ad vnum interpretes communiter tradunt, petitionem hæreditatis non dari aduersus titulo possidentẽ: sicuti, vt cæteros omittam, latiùs explicat Iaso. in l. 1. C. de inoffic. testament. nu. 10. Ego verò haud satis possum intelligere, vndè ij hãc à veritate, tam abhorrentem sententiam sibi persuaserint. Nam primùm certùm est hæreditatis petitionem dari contra eum, qui pro hærede, vel possessore possideat, at titulum pro hærede inter cæteros titulos referri, ne ipsi quidem nega-

re potuerũt, si modo Iurisconsultorum placitis uti cultare duxerit apparet enim plusquam manifestè ex titulis pro hærede, tàm. C. & ff. atque ex l. Cogit. C. de petit. hæred. ex l. Neque nullam. §. in omnibus. ff. eodem titulo ex l. Non solum. §. quod vulgo. ff. de
4 vsucap. Deindè petitionem hæreditatis saltem vtilem dari aduersus eum, qui hæreditatem emit, apertè scribit Iurisconsul. in l. Etiã §. 1. cum seq. ff. de pet t. hæred. at fortasis hanc opinionem sibi a ruendam putant ex l. Hæreditatis C. de petitio. hæred. & l. Hæreditatem. C. in quibus cauſis cess. long. tẽp.
5 præs. Atqui illæ leges illud solum docẽt, petitionem hæreditatis non dari aduersus possidentem rem hæreditariam titulo singulari, seù iure, sicuti & nos iam tradidimus supra. c. 1. §. 11. Sed & rationem, quàm ad hanc cõmunem opinionem scriptores concinnant, acutè refellit Dominus Couarr. pract. quæst. c. 12. & nos dicto. §. 11 veram rationem ex ipsismet legibus acceptam tradidimus. Verius ergò mehercle Interpretes docerent, petitionem hæreditatis non dari aduersus possidentem rem hæreditariam iure, seù titulo singulari: sed aduersus eum, qui vniuersitatem, id est hæreditatem, titulo. ς vniuersali
6 possideat. Enimvero cum hæreditas nihil aliud sit, quàm successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis. l. Nihil. ff de verb. significat. ab eo, qui rem singulari titulo possideat, non vniuersali rectè vendicari non poterit, cum nõ habeat, quod ab eo petitur, quam rationem ipsemet Im-
7 perator reddit in dicta. l Hæreditatem. C. in quibus cauſis cessat lõg. temporis præscriptio. dum ait, successio ab eis vend cari non poterit: & probatur etiam in l. 1. & in l. Vendicatio. ff. de rei vend. In summa igitur sicuti petitio hæreditatis directa datur cõtra eũ, qui vniuersitatem, ideſt, hæreditatem pro hærede, vel possessore possideat. l. Regulariter. ff. de petit. hæred. ita etiam vtilis petitio hæred. datur aduersus eum, qui vniuersitatem, seù hæreditatem quoquo titulo possideat. dicta l. etiam. §. 1. & §. sed si quis. ff. de petit. hæred. vbi, si verum amamus, Iurisc õs.
8 non speciales tantum casus prosequitur: sed imò per singularia exempla suam sentẽtiam ostendens, generaliter vult definire, petitionem hæreditatis vtilem dari aduersus eum, qui hæreditatem emerit, vel in dotem aliũ vè titulum acceperit. Quòd in dict. §. siquis sciens, apertè significat, dum ait tanquã vniuersitatis emptor vtili tenetur, quæ genera-
9 lis est ratio. Neq; mirum quoniam ij, qui ita hæreditatem quoque titulo possident, hæredum loco habentur. l. 1. C. de inoffic. testam. Inst. de singulis rebus per fideicõmissum relictis in princ. l. In pari. ff. de reg. iur. Aduersus cæteros igitur nõ vniuersitatem, hoc est hæreditatem, sed rem hæreditariam iure, seù titulo singulari possidentes petitio hæreditatis non datur, sed specialibus in rem actionibus agendum est: vt luce clarius ostendit Imperator in illis legibus, hæreditatis, & hæreditatem, modo allegatis. Ex his verò, quã facilimè aperitur quoque intellectus ad l. 2. C. de pet. hæred. planè ideirco illic negat Im 11
perator fructibus hæreditatem augeri, quia ab illo Musæo hæreditatis peti non poterat, rationem reddit è vestigio Imperator, quia ille Musæus, neque hæreditatem, neque partem hæreditatis possidebat, sed res hæreditarias singulari iure, seù tit. atq; ita quia vniuersitatem non possidebat singulari rerum iure, ideſt specialibus in rem actionibus, cõuenitur: in quibus quidem fructus post litem 12
contestatam tantum veniunt verum si petitio hæred. locum haberet, etiam ante litem contestatam fructus restituendi essent: quoniam fructibus augetur hæreditas. l. Pecuniæ 13
verbum. §. 1. ff. de verb. significat. ita breuiter illius textus sensum accipere debes, nostrumque intellectum magnificare: nam si doctorum commentaria, & si prolixa, perlegeris, verum sensum ægrè perceperis.

Vtrùm is, qui aliquid faciẽdum promisit, sit cogendus omnino, siue præcisè ad faciẽdum, vel an potiùs præstando facti æstimationem, seù id, quod interest, liberetur: indiuiduorum quoque ratio, tum nouè, tum verè, & breuiter exponitur.

CAP. VI.

Facti promissor, an sit præcisè cogendus ad faciendum, vel præstando id, quod interest, liberetur, num. 1.

Indiuiduorum materia subtilissima est, numero. 2.

Factum diuisionem, non recepit, nu. 3.

Ratio noua, & vera, quare factum sit indiuiduum, nu. 4.

Factum secundum naturam diuisionem non recipit, num. 5.

Exemplis demonstratur factum natura indiuiduum esse, nu. 6.

Factum nec antequam fiat, nec quando fit, nec postquam est factum, in rerum natura est, nume. 7.

Referuntur verba extrauagantis Ioannis. 22. ex quibus planissime colligitur ratio, quare factum indiuiduum sit secundum naturam, num. 8.

Aristotelis verbis ostenditur factum secundum naturam indiuiduum esse, nu. 9.

Furnum, torcular, molendinum, quamobrem indiuidua sunt, nu. 10.

Testamentum indiuiduum est, nu. 11.

Voluntas rei facti est, ibidem.

Sacra missarum solemnia indiuidua sunt, nume. 12.

Magistratus officium indiuiduum est, ibidem.

1 VRe quidem communi communiter receptum est, cum quis aliquid faciendum promisisset, nõ omnino, siue præcisim, cogendum, vt faciat, sed audiendum esse si malit facti æstimationem, seu id, quod interest, præstare. Apud nos vero, an iure Regio id antiquatum sit, non est leuis inter nonnullos ex nostratibus dissensio: quod dispiciendũ nobis hic est: est enim res, quæ non semel vsu venire solet. Sed vt huius quæstionis vtilitas vndequaquè percipi valeat, paulò altiùs res repetenda erit. *

2 Præsertim cum indiuiduorum materia, ardua nimis, & difficilis sit, significauit, vt satis Accursius in leg. ff. de verbor. oblig. quo loci rei subtilitatem stupefactus, in illa verba prorupit. *Miranda nouitas, subtilis subtilitas, quis eam reminabit?* * In primis igitur admonendi sumus, factum factiq́ue stipulationem

3 diuisionem non recipere. l. Stipulationes nõ diuidantur. l. In executione. ff. de verb. obl. l. 1. §. si vsusfructus. ff. ad leg. Falcid. Huius autem dicti tres rationes reddunt Interpretes, vt est videre apud Bart. in d. l. Stipulationes, quæst. 3. & illic cæteros, & Ant. Gom. variar. resolu. tomo. 2. c. 10. num. 24. in quo tamen aqua hærent (vt aiunt) nequaquam enim videntur mihi Interpretes (quod eorum tamen pace dixerim) huius rei veram rationem assecutos: idq́ue vel ex eo intelligere licet, quòd huius rei rationem à ciuilibus causis mutuantur, cum tamen certissimè huius rei ratio à naturalibus causis pendeat.

4 Enimverò verissima ratio, quamobrem factum diuisionem non recipiat, illa est, quoniam secũdùm naturam factum nequaquam diuisionem recipere potest: impossibile est enim secundùm naturam, vt quispiam pro 5 parte facere possit, quoniam natura non patitur, vt motus in partes diuidatur: quod quidem, cùm in omnibus factis contemplari licebit, tum in sequentibus, quæ exempli gratia subijciemus. Vt ecce ambulare facti est, 6 innitere igitur totis neruis, vt pro parte ambules, & ne moueberis quidem: item lapidẽ iacere facti est, da operam, vt pro parte iacias & lapis quidem manu non cadat: similiter scribere facti est, finge igitur velle te pro parte scribere, & profecto ne vnam quidem literam exarabis. Neque verò me latet posse te vsque ad medium fundum ire, vel dimidium lapidem iacere, ac item dimidiam literã, vel papyrum scribere? at qui tum fundi, lapidis, vel papyri, seù literæ diuisio fit. Factum verò, eiusque substantia nullatenus diuiditur: quia neque potest aduersante, & repugnante natura. 7 atio verò quare ita comparatum sit natura illa est sanè, quia factum, neq, antequam fiat, neque quando fit, neque postquam est factum, in rerum natura est, quod autem in rerum natura non sit, id diuisionẽ recipere non posse palàm est: quemadmodũ enim, quod non videmus, neque tangimus, diuidere poterimus? Quòd autem factum in rerum natura non sit, tum scribit Iurisconsul. in l. Operæ. ff. de operis liber. tum rationem mẽbratim explicat Romanus Pontifex Ioã- 8 nis. 22. in extrauag. ad conditorem de verb. signific. Ex cuius sanè dictis, aut nũquam alibi intelligi poterit, quamobrem factum secundum naturam diuisionem non recipiat. Proindè illius verba quatenus ad hunc locũ pertinent, subijciemus, quæ talia sunt. *Patet autem* (inquit Pontifex) *quod actus, seù factũ, anteaquam exerceatur, aut etiam dum exercetur, aut postquam profectus est, in rerum natura non est: ex quo sequitur, quod haberi minimè poterit. Licet enim, & antea actum ipsum, quis facultatem illam habeat exercendi per hoc tamẽ actus ipse in rerum natura, nisi in potentia non existit. Cùm autem actus est in fieri, neque adhuc quòd actus ipse in rerum natura sit, potest dici, licèt pro eo, quod sit in fieri, dici possit: quod enim de actu, quod est in fieri, præteryt, vel futurum est iam nõ est in rerum natura, sed in memoria, seù apprehẽsione tantum est: quare nisi prout in memoria, vel apprehensione tantum est, haberi nequaquam potest: quod autem in præsenti sit, momẽtaneum, vel instantaneum est, quod vtiquè magis intellectu, quàm sensu percipi potest: vndè haberi non potest pro tunc, nisi pro momento illo, seù instanti, in quo cum sit, potest dici actum post actum completum:*

licet

licet si ex ipso facto producta res aliqua fuerit, res ipsa facta haberi valeat, factū autem ipsum quod iam transijt, nisi in memoria (prout iam dictum est) non habetur. Hactenus Summus Pontifex, qui (mea quidem sententia) tàm apertè, quàm dilucidè videtur veram rationem exponere, quare factum sit indiuiduum, & plane quod factum secundum naturam, indiuiduum sit, & ipsi Iurisconsulti satis significasse videntur, vt in l.1.§. si vsusfructus ad legem Falcid. inquit enim. *Necessario ex omnibus, quæ sunt facti pars decedere debet, neque pars operæ intelligi potest.* Idem significat. l In executione. §. secunda, & l. Stipulationes ff. de verb. oblig. l. Stipulatio. §. quæsitum. ff.
* de noui operis nunt. * Sed & id non obscu-
9 re videtur docere philosophorū choripheus Ethicorum lib. 10. in hæc verba. *Motus inquit, omnis, in tempore cernitur, finemquè aliquē, & terminum spectat, veluti actio, quæ in ædificando suscipitur, tum perfecta absolutaquè est, cū id quo refertur absoluerit, aut certe in toto tempore. At in partibus temporis omnes inchoatæ sunt, differuntquè specie à perfecta actione, & illæ etiam inter se. Lapidum enim compositio à columna differt, & hæ ipsæ à templi perfectione, ac templi quidem ædificium, & structura, vndiquè perfecta est, cum ei nihil desit quod propositum fuerit. Fundamenta autem, & laquearium inchoata, & non perfecta quippè cum vtraquè partis sit propria: qua propter specie inter se differunt, neque potest in vllo, nisi in toto tempore reperiri motus in suo genere perfectus.* Hactenus Aristoteles, cuius verbis ex professo respondere videtur Iurisconsultus in l. si is qui quadringēta. 79. ff. ad legem Falcid. ita enim ait. *Sed etsi opus municipibus hæres facere iussus sit, indiuiduum videtur legatum, neque enim, aut vllum balineum, aut theatrum, aut stadium fecisse intelligitur, qui ei propriam formam quæ ex consummatione contingit, non dederit.* * & hanc nostram sententiam, factum scilicet secundum naturam diuisionem non recipere, tradunt quoque Eguinarius, & Charonda, hic l.2. ff. de verb. oblig. ille in l. Seruitutes. §. vitæ. ff. de seru. Sed tamen non satis huius rei ratio-
10 nem explicant. Ex his ergò opinor constare rationem ad l.2. tit 4. lib 3. fori. quę expressim, inquit, furnum, molendinum, torcularque, iudiuidua esse: enimverò nulla alia de causa hæres diuisionem non recipiūt, quàm quòd earum vsus in facto consistat: vt res ip-
11 sa demonstrat: Hinc quoque existimo constare rationem, quare testamentum sit indiuiduum. l. Si quis, & ibi Bal. ff. de test. quia nempè voluntas rei facti fit. l. Bonæ fidei. ff.
12 de adquir. rerum dom. Hinc etiam ratio reddi potest, quare sacra missa tuum mysteria indiuidua sint. c. Nihil. 7. quæstio. 1 nam vt ibi textus, inquit, neque perfecta videri poterunt, nisi perfectionis ordine compleātur. Hac etiam de causa magistratuum officium indiuiduum dicitur. l. Imperator ff. ad munic. quia scilicet in faciendo consistit.

§. PRIMVS.

Seruitutes indiuiduæ sunt, num. 1.
Ratio quamobrem seruitutes indiuiduæ sint, nume 2.
Vsusfructus diuisionem recipit, ibidem.
Seruitutes idcirco diuisionem non recipiunt, quia in facto consistunt, nu. 3.
Vsus indiuiduus, quia in facto consistit, numero. 4.
Vsusfructus diuiduus quare sit, nu. 5.
Quamobrem vsusfructus diuiduus sit, aquæ ductus verò indiuiduus, ratio noua, & subtilis, num. 6.
Principalis non accessorij natura spectanda est, num. 7.
Habitatio diuisionem non recipit, nu. 8.
Factum etiam à principio, ideſt, contrahendo, vel stipulando diuisionem non recipiunt, nume. 9.
Longè diuersum est, locum diuidi, aut factum diuidi, nu. 10.
Seruitutum vsus temporibus secerni potest, nume. 11.
Difficilis. §. Cato. Explanatur, nu. 12.
Quæ naturalia sunt immutabilia sunt, & idem vbiquè valent, nu. 13.
Baldus iurisperitorum philosophaster, nu. 14.
Quod natura impossibile est, non potest possibile fieri legis authoritate, nu. 15.
Numero, ideſt, in personis hæredum, factum diuidi potest, nu. 16.

DEmum ex his manifestissimè apparet, 1
quamobrem seruitutes indiuiduæ sint. l.2. §. & harum, & l. Stipulationes. ff. de verbor. oblig. in qua quidem ratione quærenda nō mediocriter interpretes insudasse video: & licet diù (vt aiūt) istum saxum voluerint, tamē an veram rationem assecuti fuerit, ipsi viderint. Ego sanè existimo ob id seruitutes 2
diuisionem non recipere, non quidem, quia incorporales sint, nam & vsufructus incorporalis est, vt Inst. de rebus corpora. & incorp. & tamen diuisionem recipit. l.1. §. si vsusfructus. ff. ad l. Falcid. Sed idcirco quidem ser- 3
uitutes diuisionem nō recipiunt, quia in fa-

cto consistunt. Quid enim aliud est seruitus itineris, quàm ius eundi agendi? quid item aquæductus seruitus, nisi ius aquæ ducendæ per fundum alienum. §. 1. Inst. de seruit. deniq; id generaliter in cæteris seruitutibus obseruare licebit. Cùm igitur factum diuisionem non recipiat, consequitur, neq; seruitutes, quia in faciendo earum vsus consistat, diuisionem non recipere. Et hanc quidē rationem (ne à riuulis, sed à fonte quæramus) nulli alij acceptam ferre debemus, quã Iurisconsul. in l. Viæ. ff. de seruit. *Viæ* (inquit) *actus aquæductus pars in obligationem deduci non potest, quia eorum vsus indiuisus est*. Hæc Iurisconsul. Sed cedo quare eorum vsus indiuisus est? quia scilicet facti res est, & sanè postquam hanc rationem in illa lege notaueram, reperi idem placuisse Eguinario ibidem, quo nomine ingenio meo gratulatus sum, quod tanti viri ingenio respondisset.

4 Prætereà ex superioribus cõstat item ratio, quare vsus indiuiduus sit. l. Vsus pars ff. de vsu, & habita. cum etenim vsus in facto consistat, nihilque aliud in vsu, quàm factum reperire liceat. l. 1 ff. de vsu. & habit. & declarat Romanus Pontifex in dicta extrauag. ad conditorem, factum verò diuisionem nõ recipiat: conuenienter apparet, neq; vsum di-

5 uisionem recipere posse. Vsusfructus verò idcirco diuisionem patitur. l. 1. §. vsusfructus. ff. ad l. Falcid. & l. Et per ius iurandum. ff. de accept. quia licèt sit ius incorporale, tamen ius istud consistit in re corporali, scilicet in fructibus, qui corporales sunt, & diuisionem recipiunt. §. 1. Inst. de rebus corp. & incorp.

6 Sed illud profectò mirum videtur, vt vsusfructus sit diuiduus, cùm interim in se contineat vsum, qui est indiuiduus: contra verò aquæductus sit indiuiduus, cum tamen in se contineat rem diuiduam, nempè aquam. Et sanè de aquęductu rationem expendit magis latè, quam verè Bart. in dicta l. Stipulationes non diuiduntur. 2. oppos. cui cæteri quoque assentiũtur: de vsufructu verò rei forsan difficultate fructus reliquit cogitandum. At ipse verisimam huius discriminis rationẽ deprehendisse videor: illã scilicet, quia in vsufructu fructus, qui res corporalis est, & diuidua, principaliter inest, vsus verò accessoriè, in aquæductu verò per contrarium, ductus, qui est facti, & indiuiduus, principaliter inest, aqua verò per accessionem, seù accessoriè, vt aiunt, quod quidem, vel ipsa vtriusq;

7 verbi syntaxis demõstrat. Cùm igitur in iure principalis, non accessorij (vt vocant) natura sit spectanda. l. Eum, qui ædes. ff. de vsucap. text. in c. Ex literis. de iure patr. euenit, vt vsusfructus diuisionem recipiat, aquæductus contrà non recipiat. Quòd autem de 8 vsu constitutum est, vt diuisionem non recipiat, idem quoque de habitatione recipiendum erit, cum cõstet illam perindè, ac vsum in facto consistere. l. Si habitatio. ff. de vsu, & habit. & id satis Iurisconsul. significasse videntur, cum generaliter definiant omnes seruitutes excepto vsufructu diuisionem non recipere. l. 1. §. si vsusfructus. ff. ad leg. Falcidiam. l. 2. §. Et harum. ff. de verb. oblig. Quapropter haud quaquam ferendus est Ludouicus Charonda, qui contrarium scripsit in dicta l. 2. ff. de verb. oblig. deceptus quidem argumẽto. l. Cùm antiquitas. C. de vsufruct. quæ tamen (ni fallor) nihil ad hanc rem pertinet. Hæc sunt, quę sentio de ratione, propter quam facta diuisionem non recipiãt: quę 9 quidē hoc magis notanda esse arbitror, quò longiùs interpretes à vera ratione abfuisse videntur: quãuis enim ea inuestiganda multi sermone fuerint? nihil aliud tamen præstitisse videntur, quã vt magnas, & (vt aiunt) cimmerias tenebras in hanc materiam infuderint, ita, vt si eorum commentarios satis põderosos, vel summo studio scruteris, nihilo magis clarescat intellectus. Id quod etiam nonnulli ex ipsis fatentur, in quibus Ias. in d. l. 2. §. & harum. ff. de verb. oblig. Quoniam verò facta, vt diximus, secũdum naturam diuisionem non recipiunt, id etiam locum habere dicendum est, à principio, scilicet in cõtrahendo, seù stipulando, quod sanè apertissimè ostendit illa lex. Stipulationes non diuiduntur, inquit enim. *Horum diuisio corrumpit stipulationem*. Et ne longiùs abeamus, plusquam apertissimè probat. l. Libertius, qui post indictionem. ff. de oper. liber. inquit enim. *Neque promitti, neque solui, neque deberi, neq; peti pro parte poterit opera*. Quocirca haud quaquam audiendus est Bart. qui cõtrarium scripsit in dicta. l. Stipulationes. quæst. 6. nisi fortsan putaueris plus Bart. quam Iurisconsulto (idest plus vmbræ, quàm Soli) tribuẽdum esse. Neque sibi quis blandiatur ex eo, quod fundi partẽ stipulari possumus, & foueæ pars purgari valet. l. 2. §. prætereà. ff. de aqua plu. arcẽd. l. Locus. ff. de adquir. possess. quarum argumento deceptus est Bar. Nam 10 tum quidem fundus, locus, seù fouea diuiditur, non verò factum, quod impossibile est, vt diuidatur aduersante, & repugnante natura: æque etiam vsus seruitutum temporibus 11 secerni potest, fortè, vt quis post horam tertiam vsque ad horam decimam eo iure vtatur, vel vt alternis diebus vtatur. leg. Viæ. §. vsus. ff. de seruit. nam eo casu vsus, qui facti

est,

est,non diuiditur,quia neque potest:sed distinguitur,per variationem temporis, vel modificatur,vt ita dixerim. l.Seruitutes. §.modum. ff.de seru. & ita declarat Bart. in dicta leg.Stipulationes oppo. 2. cui tamen si addideris illud, quod rectè addi potest, eo casu tempus diuidi, non verò vsum, quia neque potest, nihil illa lex impedimenti intulerit. Maneat igitur, factum secùndum naturam indiuiduum esse,quàm quidem conclusionē multis procellis ereptam, eandem rursus veluti in Syrtes placet adigere:is est text. in leg.
12 4.§.Cato.ff.de verb.oblig. quem non iniuria Syrtū nomine, propter multas in eo scaturientes difficultates,notasse videmur. Ille igitur text. ita vehementer superiorem conclusionem exagitat,vt tantum non submergere videatur. Ait enim aliud esse factum diuiduum, aliud indiuiduum,at si secundū naturam,vt diximus,& verissimum est, factum
13 diuisionem non recipit, necessario id indistinctè procedere debet:nam vt Aristo. lib. 5. Ethico. inquit ea,quæ naturalia sunt,immutabilia sunt, & idem vbiquè valent : probat idem.§.sed naturalia.Inst.de iure natu.gent.
14 & ciuili. Accedit eodem quod Baldus noster Iurisperitorum Philosophaster, inquit in l. Quod debitori. C.de pact.id quod natura impossibile est, non posse possibile effici legis
15 authoritate.Sed huic difficultati ita mihi satis fieri posse videtur, quòd ideò Iurisconsul. in dicto.§.Cato,factum diuiduum appellet, non quia illic facti substantia diuidatur, sed
16 numero, id est, in personis hæredum diuisio fiat,de ea enim diuisione inter hæres facienda loquitur, numero verò factum diuisionē nequaquam aspernatur, vt ostendit Iurisconsul. in l.Stipulationibus.§.operarum. ff.de verbor. oblig. ait enim. *Diuisio eius stipulationis non in partes operarum, sed in numerum cedit.* Quasi apertius Iurisconsul. dixerit, operarum eiusue substantia non diuiditur, sed numerus operarum.Atque ita ille. §.Cato,nostræ sententiæ non repugnat, cum enim numero factum diuiditur, non tam factum, quàm numerus ipse diuisionem recipit: at nos facti substantiam diuisionem recipere negamus.

§. SECVNDVS.

Quod ad ius commune attinet communiter receptum est, non posse facti promissorem inuitum cogi ad faciendum,nu. 1.

Iure etiam regio non est cogendus facti promissor precise vt faciat, sed præstando id quod interest, liberatur, num. 2.

Argumentum à contrario sensu, vim non habet ad alterius iuris correctionem,nu.3.

L.5.tit.27.par.3.sensus aperitur, nu 4.

Qui ex re iudicata tenetur ad faciendum, precise debet cogi,vt faciat,nu.5.

Leges septem partiti iuris in dubio secundum ius commune interpretandæ sunt,nu.6.

Multis in casibus obligatus ad faciendum,cogendus est precise vt faciat, nu. 7.

Quoties quis est obligatus in contractu guarentigio ad factum precise est compellendus, vt faciat,nu.8.

Instrumentum guarentigium,in quo factum promissum est, an pro eo, quod interest paratam executionem habeat,nu.9.

In obligationibus faciendi post moram succedit obligatio non ad id, quod interest, sed ad veram facti æstimationem,nu.10.

Id quod interest extra rem est, estque longe diuersum ab ipsa facti vera æstimatione, nume. 11.

Instrumentum guarentigium,in quo factum promissum est paratam habet executionem pro facti vera æstimatione,nu.12.

Re perempta potest nihilominus ex instrumento guarentigio executio peti pro vera rei æstimatione,nu 13.

Nimium disputando veritas amitti solet, numero. 14.

HIs itaq; tam altè materiæ vtilitate suadente repetitis ,ad propositam quæstionem accingamur, nempè an is, qui faciēdum aliquid promisit, velit nolit, ad faciendum cogi debeat. Et sanè quod ad ius commune attinet,communiter receptum est, nō posse facti promissorem inuitum cogi ad faciendum,sed præstando id,quod interest,liberari. Hanc sententiam amplectitur Bart. in l.Stipulationes non diuiduntur, quæst.8. cui cæteri illic astipulantur,& denique communem testatur Iaso.in l.Siquis ab alio.§ fi. ff.de re iud. Cæterum quantum ad nostrates 2
legias Regias pertinet,nonnulla est inter iuris Interpretes dissensio. Siquidem Gregor. Lop.in l.3.tit.14.part.5 in ea est sententia, vt existimet, hanc communem sententiā antiquatam esse per quasdam leges Part quas allegat. Placet itaque ei hodie semper cogendum facti promissorem,vt faciat,id quod iure Pontificio omnino verū esse tenuere non pauci,quos refert Dom. Couarru.in c.Quāuis pactum,de pactis.1. par.§ 4. versic.8. at Anton. Gomez vir quidem multis nominibus laudandus in to.2. variar. resolut.c.10. nu. 20, contrariam sententiam amplectitur affirmans

affirmans nihil noſtrati Regio iure immutatum eſſe, cui ego in parte magis aſſentior:
3 etenim argumentum, quod Greg. aſſumit ex illis legibus ſeptem partitis procedit à contrario ſenſu: atque apud nos veriſsimum eſt argumentum à cõtrario ſenſu ad alterius iuris correctionem vim nullam habere. gloſ. in c. 1. de ætat. & qualit. in 6. verſ. permittimus. Iaſ. in l. 1. nu. 37. ff. de offic. eius, cui mand.
4 eſt iuriſdictio. Sed neque quidquam oberit. l. 5. tit. 27. part. 3. qua cautum eſt eum, qui ex re iudicata teneatur facere, cogendũ omnino, vt faciant, nam ſecundùm Anto. Gom. illa lex eſt accipienda ſecundùm ius cõmune, ſcilicet, niſi is, qui tenetur facere malit id, quod intereſt, præſtare. Vel verius illa lex eſt accipienda in caſu, quo loquitur: quum quis ex re iudicata tenebatur facere, nam tũ, & ſecundum ius commune ſententia præciſini obligat ad faciendum, ſicuti placet Baldo in l. Qui reſtituere. ff. de rei vend. & ita
6 ibidem intellexit illam legem Gregorius ipſe, vt interim omittam leges Par. in dubio ſecundum ius commune interpretandas eſſe:
7 vt paſsim noſtrates ſcriptores admonẽt. Maneat itaque tam iure communi, quàm regio obligatum ad faciendum, non omnino cogendum, vt faciat, ſed audiendum ſi malit facti æſtimationem, ſeù id, quod intereſt, præſtare. Ad hanc tamen regulam nõ paucas exceptiones afferunt Interpretes in dicta l. Stipulationes non diuiduntur, & in dicta. l. 2. §. harum, & §. ſed ſi in facto, & Anto. Gom. loco modò citato. Anton. Burg. in rubrica de empt. & vend. num. 3. & alij quos allegat Dueñas regula. 291. Miror tamen ſuperioribus in locis nõ meminiſſe Doctores cuiuſdam ſingularis limitationis, quã ſcribit Bald.
8 in l. 2. C. de ſentẽt. quæ pro eo, quod intereſt profer. vbi belliſsimè, inquit: quotieſcumq; in contractu guarentigio (quod vocant) factum promiſſum fuerit, præciſim teneri promiſſorem ad faciendum, cui aſtipulatur Iaſo. in l. Certi conditio. n. 20. ff. ſi certum petatur, quod tanquã ſingulare hic referre fuit cordi. Circa id verò, ne mancam hanc ſententiam relinquamus, neceſſarium pũctum,
9 atque iuxta difficile ſeſe offert: nempè, cùm ita in inſtrumento guarentigio factum promiſſum eſt, vtrum pro eo, quod intereſt, executio locum habeat, ſcilicet quando nominatim de eo, quod intereſt, cautum non fuit; nam ſi expreſsim fuiſſet cautum, nihil dubij eſſet executionem locum habere, facta liquidatione eius, quod intereſſet. Et plane, vt diplomata iter agamus, eſt hæc quæſtio pro vtraque parte tractata apud Iaſo. in leg. Certi conditio. num. 20. ff. ſi certum pet. & demum teſtatur communem eſſe opinionem, executionem locum non habere: an rectè tamen authoritatem communis opinionis ei impartiatur, ipſe viderit. Eandem opinionẽ ſequitur Suarez in leg. Poſt rem. limit. 4. ad legẽ Toleti. Ego verò, vt quid in hac re ſentiam, in mediũ proferam, in primis animaduerto Doctores, vel in ipſo quæſtionis errare fundamento, & tamquam in ſcirpo (vt aiunt) nodum quærere. Falſum eſt enim, quod aiunt, in obligationibus faciendi poſſ moram ſuccedere obligationem ad id, quod intereſt: non ſuccedit enim ad id, quod intereſt, ſed ad facti veram æſtimationem, vt 10
apertè apparet ex illa. l. Stipulationes non diuiduntur. §. Celſus, at inter veram facti, ſeù rei æſtimationem, & id, quod intereſt, longè quidem intereſt. Enim verò id quod 11
intereſt, extra rem eſt, eſtq; longe diuerſum ab ipſa facti vera æſtimatione. l. Hæc verba. num. 193. ff de verb. ſign. l. In furti actione. ff. de furtis. l. 1. §. non tantum, verſic. conſiderãdum. ff. de tutelis, & rationibus diſtrah. l. Si plus. ff. de euictio. l. 1 §. fin. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. l. Si fundus. ff. locati. Debuerant ergò Doctores potiùs quærere, an cùm factum ex ſyngrapho, ſeù inſtrumento guarentigio debetur, poſt moram locum habeat executio pro vera facti æſtimatione. Quàm quæſtionem, vt abſoluam, proculdu- 12
bio exiſtimo executionem pro vera facti æſtimatione locum habere. Id vero (vt cætera omittam) vel vno argumento conuincã; nempè ex l. Iulianus. ff. de confeſſ. ex qua notat Bart. reperempta poſſe nihilominus ex 13
inſtrumento guarentigio, in quo contenta erat, pro vera rei æſtimatione executionem peti. Bart. verò (vt cæteros taceam) ſequitur Suarez in lege. Poſt rem. notabili. 3. & Pala. Rub. in l. 63. Tauri. num. 32. Ergò idem dicendum eſt in noſtra quæſtione, vt poſt moram pro vera facti æſtimatione executio locũ habeat. Poſſem, & alia multa in hanc partem afferre, præſertim quæ affert Iaſ. in d. l. Certi conditio, & Suarez in l. Poſt rem. extenſione. 2. ad legem Toleti, quæ quidẽ mirum in modum nobis ſuffragãtur. Sed ſi paucis res apparet, quorſum quæſo attinet Solem (vt aiunt) facibus illuſtrare? niſi forte, vt nimium diſputando (vt eſt in prouerbio) 13
veritas amittatur. Sed hæc hactenus. Indiuiduorum materia latè patet, atque inter omnes ferè ſubtiliſsima eſt: verum, neque mei inſtituti meta, neque huius volumine exiguitas, me amplius habenas laxare patitur.

Diplomata, vti quid ſit aperit Iuriſ. in l. Cõtinuus. §. 1. ff. de verb. obl. & Pli. Iun. lib. 10. epiſto. vltima epiſto. Beroal in Sueto. in vita Cæſaris Augu.

An

An pater, qui vnicum tantùm filium habeat, possit facere prælegatum, præceptionem, seù fideicommissum (siue, vt vulgo loquuntur, melioratione) tertiæ partis bonorum suorum in fauorem descendentium.

CAP. VII.

Melioratio, Latine, prælegatum, aut fideicommissum dici potest, nu. 1.
Veritatem omnia vincere certissimè est, nu. 2.
Quando melioratio valet potest ei pater, quodcunquè onus per fideicommissum iungere, nu. 3.
Qualitas non potest consistere, sine subiecto, n. 4.
Vbi est eadem, vel maior ratio idem iuris statuendum est, nu. 5.
Ægrè ferunt fratres sibi fratrem in hæreditate paterna anteferri, nu. 6.
Defunctorum voluntates benignè interpretandæ sunt, nu. 7.
Vnica filio extante, consentiunt omnes posse patrē, quinti meliorationem illi facere, nu. 8.
Verba, quæ prælationē præseferunt, etiam in vnum rectè cadunt, nu. 9.
Proximus etiam de vno dicitur, nu. 10.
Primogenitus dicitur etiam is, qui solus est, n. 11.
Verbum meliorationis non semper significat prælationem, nu. 12.
Comparatiuum pro positiuo non rarò in iure ponitur, nu. 13.
Etymologiæ argumentum non omnino perpetuum est, nu. 14.
Respectu extraneorum quinta pars filio legata nō computatur intra legitimum, num. 15.
Tertia pars filio legata intra legitimam non computatur, nu. 16.
L. 11. titulo. 6. libro. 5. recopilat. commendatur, num. 17.
Ea quæ in eam causam venere à qua incipere non potuere pro non scriptis habentur, nu. 18.
Liberorum pronuntiatio etiam in vnum cadit, num. 19.
Ex lege, quæ non disponendo, sed narrando loquitur, legitimum non sumitur argumentum, num 20.
Leges in plurali loquentes procedunt etiam in vno si eadem sit ratio, nu. 21.
Pro æquitate contra rigorem plurima afferri solent, numero. 22.
Nulln est lex, fœdus, aut testamentum, quod infirmari, & conuelli non possit, si ad verba rem d flectamus, consilium autem, & rationem eorum qui scripserunt relinquamus, nu. 23.
L. vtrum. ff. de assigna. libertis explanatur, nume 24.
A tota ratione alienum est non licere patri vnico filio meliorationem facere citra alicuius iniuriam, quod pluribus extantibus facere potest, non sine caterorum iniuria, nu. 25.
Summa iniuria est ex verborum acupijs legis mente iurisquè ratione contempta in ius opiniones inducere, nu. 26.
Cùm de veritate constat, plus ratio quam vulgaris opinio valere debet, nu. 27.
An melioratio vnico filio facta alijs filijs posteà natis reuocetur. nu. 28.
An beneficium regium datum patri, qui vnicum filium habeat, ad faciendum maioratum, alijs filijs posteà natis reuocetur, nu. 29.

NOSTRATES interpretes vno ore consentiunt omnes, non valere prælegatū, seù fideicommissum (seù, vt interim vulgari verbo vtar, melio rationem) tertiæ patris relictum, à patre filio suo, quem vnicum habeat. Huius opinionis autor est Pal. Rub. in l. 27. Taur. nu. 23. cui astipulatur Bernard. Diaz reg. 141. & Dominus Gouar. lib. 1. varia. resolu. c. 19. n. 3. & Greg. Lop. in l. 2. tit. 15. part. 2. gloss. 1. & iterum in l. 8. tit. 4. par. 5. vers. actio. Ant. Gomez in l. 15. Tauri. nu. 19. & nouissimè Gaspar Baecius de non meliorandis filiab. cap. 9. Quamuis autem istorum virorū summa sit authoritas, quippè qui plurimum, & iuris scientia, & multarum rerum cognitione valeant, valuerintque: non tamen mehercle tantum valere debet, vt veritati quidquā possit afferre præiudicij. Veritatē enim omnia vincere certissimum est. Proindè ipse quantuluscumque sim, quoniam videor istorum opinionem veram non esse, nō verebor veritate sola comite cum eis in arenam descendere, manumque conserere: speroque Deo fauente futurum, vt istorum autorum opinionem (quod eorum pace dixerim) falsam esse ostendam. Hæc autem disputatio illum habebit effectum, quòd si melioratio valet, poterit ei pater quodcumque onus per fideicommissum iniungere: in fauorem scilicet futurorum liberorum, iuxtà text. in l. 11. titu. 6. lib. 5. recopilat. Sin verò non valeat, minimè id patri licebit, cùm sit certissimum qualitatem non consistere sibi subiecto. Igitur breuitati consulentes

1 *Verbū meliorare, & melioratio Latinū est, vtuntur eo l. Si vsusfructus. §. sed si ff. ad vsufructu. l. fi. C. de rei. gest. l. fi. C. de iure emphyt. in alia significatione tamē illic accipitur, nos in vulgari vt intelligamur accipimus.*
2
3
4

ſulentes ſimul exponam, quæ nobis ſuffragantur, ſimulque argumentis contrarijs ſatisfaciam. Pro hac igitur noſtra ſententia (vt à notiſsimis, & receptiſsimis regulis exordiamur) ſuffragatur in primis illud, quod
5 vulgò dici ſolet. Vbi fuerit eadem, vel maior ratio, idem iuris ſtatuendum eſſe. l. Illud. ff. ad legem Aquil. l. A Titio. ff. de verb. obligat. & illic Iaſo. Verum in hoc caſu, de quo agimus, maior vtiquè ratio ſuadet, vt demus patri hoc ius prælegandi, & meliorationem faciendi, quando vnicum habeat filium, quã quando habeat plures. Nam pluribus liberis extantibus, ſi vni prælegat, cæteris damnum infertur: quia ab eis aufertur, quod fratri prælegatur, atque præterea iniuria quo-
6 dammodo cæteri afficiuntur, ægre enim ferunt fratrem ſibi anteferri: vndè eo nomine non rarò inter eos ſolent lites, atque ſimultates ſuboriri. l. Cùm oportet. C. de bonis, quæ liber. Quæ vtique incommoda palam eſt ceſſare, quando pater vnico filio prælegatum relinquit: nemo enim eſt, qui quæratur, nemo eſt, qui damnum, vel iniuriam accipiat, ipſe ſolus eſt, ipſe ſolus, quod gratiſſimum eſt, bona cuncta paterna nanciſcitur. Quamobrem non inuitus hoc loco quæſierim à vobis alioqui ſapiẽtiſsimi Interpretes, quo iure vobis hanc ſententiam aſtruatis? Quo iure patri vnicum filium habenti, quod in nullius iniuriam veritat, negatis, quod plures filios habenti conceditis? An quia defunctorum voluntates arctãdæ ſunt, aut reſtringendæ?
7 At contrà eas latè benigneque interpretandas eſſe cuncta iura proclamant. An quia fortè in anterioribus legibus ſimile quodpiam reperiatis exemplum, quod ſequimini? At minimè dici poteſt, quinimo anteriores omnes leges in legitima filiorum portione definienda eam rationem habuiſſe videntur, vt quanto plures liberi extarẽt, tantò magis legandi, & fidei committendi facultatem contraherent, atque ex diuerſo, quò pauciores, eò maiorem patri legandi copiam laxarent, atque extenderent, vt eſt videre in Authen. de triente, & ſemiſſe, col. 3. & in l. 17. titu. 1. part. 6. Quòd eſt igitur
8 veſtræ opinionis fundamentum. (At at illud eſt, quod dicatis verbum meliorationis in vnicum filium non quadrare; ac proindè fatemini etiam vnico filio extante non prohiberi patrem ei meliorationem quintæ partis facere. Quoniam cùm hic quincuns extraneis relinqui poſsit, is vnicus filius tanquam inter extraneos rectè eligi dicatur. Sed hoc veſtrum argumentum ſapiẽtiſsimi viri, quàm valli dum efficaxquè ſit, vos ipſi videritis. At, mea quidem ſententia, non eſt adeò forte, vt ob illud à vero deflectere debuiſſetis. Primùm, quia non eſt nouum in iure, vt ea verba, quæ prælationem præferunt, in vnum tantùm cadant, vndè id quęritis? id mihi ne- 9
quaquam credatis velim, niſi illud apertiſsima Iuriſconſultorum reſponſa probauerint; atque in primis. l. In vulgari. de verbor. ſignificat. cuius hæc ſunt verba. *In vulgari ſubſtitutione, quæ ei qui ſupremus moritur, hæres inſtituitur; rectè hæres ſubſtitutus etiam vnico intelligitur, exemplo duodecim tabularũ, ex quibus proximus agnatus etiam ſolus habetur.* Idem oſtendit. l. Illa. ff. eodem titu. *Illud verba* (inquit) *optimus maximus, vel in eum cadere poſſunt, qui ſolus eſt.* Idem demonſtrat quoque. l. Proximi ff. eod. tit. & l. 1. §. proximus. ff. vnd. cog. text. etiam in l. Qui duos. §. nam & vnicum. ff. de rebus dub. his verbis. *Nam & qui vnicum filium, habet ſi ſupremo morienti ſubſtituit, non videtur inutiliter ſubſtituiſſe.* Hactenus Iuriſ. Non aliter etiam 11
primogenitus dicitur is, qui ſolus eſt. c. Ioſep. de verbor. ſigni. Deindè totum hoc veſtræ opinionis fundamentum funditus euertitur ex eo, quod non minùs verè, quam eruditè tradit Tellus Fernand. in l 21. Taur. n. 12
5. & 6. vbi ex legibus Regijs probat hoc verbum meliorationis non ſemper ſignificare electionem, ſeù prælationem, ſed potiùs legatum, ſeù donationem. Iam illud quoque 13
notius eſt, quam vt noſtra admonitione indigeat, comparatiuum pro poſitiuo non rarò in iure poni ſolere. gloſſ. in c. Omnis verbo. doctiorem. 7. q. 1. l. Verbum amplius. ff. de verbor. ſignific. Quod ſi adhuc his non aſſentimini, animaduertite quęſo hoc verbum meliorationis etiam vnico filio extante electionem, & prælationem ſignificare, nempè reſpectu futurorum liberorum inter quos parentibus prælegandi, & fidei committendi plena eſt à lege tributa poteſtas. l. 11. tit. 6. lib. 5. recopilat. Definite ergò, definite iam hoc loco toties nobis, tam intempeſtiue hoc verbum meliorationis obſtrepere, & nolite quæſo, tam infirmo (ne dicam futili) argumento, toto iure totaq; ratione refraganti, tàm acerbam parentis ſolitudini inurere ſententiam: præſertim cùm tale ety- 14
mologiæ argumentum alioqui non omnino perpetuum ſit, ſed plerumque fallax, & infirmum, vt videre licet apud Interpretes in l. 1. §. appella. ff. ſi certum petatur. Ad hæc, huic noſtræ ſententię ſuffragatur, quod ſicuti reſpectu extraneorum quinta pars bonorum 15
filio legata intra ipſam legitimam portionem non computatur æquè etiam hæc ter-

tia

tia pars filio legata intra ipsam legitimã por
16 tionẽ non computatur, Suarez in leg. Quoniam in prioribus, ampliatione. 7. num. 4. Palat. Rubius in leg. 27. Tauri, & in cap. Per vestras. §. in constituenda, num. 11. & Dominus Præsul Couarruuias, libro 1. variar. cap. 19. num. 4. & id apertè probatur in leg.
17 11. titu. 6. lib. 9. recopilat. Cæterùm nostrates interpretes istud argumẽtum in suam sententiam afferũt ex eo, quòd respectu extraneorum huiusmodi tertia pars intra legitimam computetur, constetque in hac specie, de qua agimus, scilicet vnico filio extãte, cæteros omnes extraneos esse. Sed huic quidem argumento ex suprà dictis quoque patet respõsum: tùm quia nulla iusta discriminis causa potest dari, quare magis hæc tertia pars non computetur intra legitimã vnico filio extanti, quàm quando pluribus: & idcireo tantundem vtroquè casu est recipiẽdum: tùm quia hæc tertia pars non solum ipsorum filiorum respectu intra legitimam filiorum portionem non computatur: sed etiam respectu cæterorum descendentium. l. 2. & l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopilat. & proindè tantum abest, vt istud argumentum Interpretibus opituletur, vt ex diuerso in nostræ partis aceruum non immeritò aggregari valeat. Sed quid moror, cùm hanc nostram sententiam non obscurè probare videatur illa lex vndecima titu. 6. lib. 5. recopilat. qua quidem indultum est parentibus, vt ascendentibus descẽdentibusq; desideratis, etiam inter cognatos, ac deindè inter extraneos legandi, & fideicommitendi de hoc quadrante liberam habeant facultatem. Quis verò non videt liberos deficere non posse, nisi ad vnum tantum prius ventum sit? Neq; quicquam refert, si quis dixerit hanc legem accipiendam, pluribus liberis tempore melior-
18 quam diuinare. Et refragaretur item regula illa. Ea, quæ in eam causam venere, à qua incipere, non potuere pro non scriptis haberi. l. Si in metallum. ff. de ijs, quæ pro non scriptis habentur. Et quid quæso interest, an à principio, vel post liberi deficiant? Illud solùm dixeris, quod hic verbum melioration-
19 per pluribus liberis extantibus. Nam primum liberorum pronuntiationem in vno etiam intelligi certum est, l. 1. C. de cond. insert leg. Gallus. §. quis si is. ff. de liber. & posth. & vtrobiquè scriptores. Deindè illæ leges non quidem disponendo, sed narrando plurium in berorum mentionem faciunt, idquè etiam ratione frequentioris vsus. Quibus casibus non rectè ex talibus legibus argumentum sumitur, iuxta ea quæ tradit laso. in l. 1. num. 31. C. de sacrosanct. Eccles. Prætereà leges etiam in plurali loquentes 21
procedere etiam in vno, si eadem sit ratio, probat glos. in cap. 1. verb. capella. ne cleri, vel monachi in 6. & tradit Tiraquell. de retract linag. §. 1 gloss 21. num. 8. & latius in l. Si vnquam, versic. susceperit liberos, num. 215. Quid? quod nonnunquam leges ipsæ Regiæ in singulari numero loquũtur. l. 5 & l. 12. titulo. 6. lib. 5. recopil. Denique pro 22
hac opinione, alijs multis omissis, faciunt ea, quæ pro æquitate contra rigorem communiter disputari solent: est enim hæc quæstio de bono, & æquo, quo in genere, vt Iurisc5s. inquit, plerumque sub authoritate iuris scientiæ perniciose erratur. l. Si seruum Stichum §. sequitur. ff. de verbor. oblig. eodem pertinet. l. In summa. §. itẽ Varus. ff. de aqua plu. arcend. l. 3. §. si quis quasi. ff. de condit. caus. dat. & quæ copiosè copiosus Tiraquel. affert in tract linag. §. 35. glos. 1. num. 7. cum seq. Denique sicuti Cicero pro Murena antiquos Iurisconsultos: ita nos nostros Interpretes hoc loco carperè recte possumus, quòd verba tenentes æquitatem relinquant. Ac latiùs 23
hæc nostra sententia confirmatur ex ipsius Cicer. verbis pro Aul. Cecin. *An tu* (inquit) *qui tam diligenter, & tam callidè verbis controuersias, non æquitate dijudicas, & iura non vtilitate communi, sed literis exprimis: poteris ne dicere delectam esse eum, qui tacitus non erit. An non cùm voluntas, & consilium, & sententia interdicti intelligatur, imprudentiam summam, aut stultitiam singularem putabimus, in verborum errore versari, rem & causam, & vtilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere. Quæ enim lex, quod fœdus, aut testamentum non infirmari, aut conuelli potest, si ad verba rem deflectere velimus, consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem, & authoritatem relinquamus.* Ex his igitur non solùm (vt existimo) nostra hæc sententia est confirmata, sed pariter argumentis contrarijs est satisfactum. Solum restat, vt profligemus argumentum, quo vtuntur Doctores ex leg. 24
Vtrum. ff. de assig. liber. & §. 2. Inst. eodem tit. quibus est expressum, ius illud assignandorum libertorum competere patri, qui plures filios in potestate habeat: similiter ergò aiunt Interpretes, statuẽdum esse in hac ter-

tia parte bonorum. Sed neque hæc autorum argumẽtatio quidquam nobis negotium faceſsit: maxima enim diuerſitatis ratio in hoc caſu verſatur. Cũ etenim hominũ vita mortalis ſit, ſuperuacuum eſset, illam libertorũ aſsignationem in futuros deſcendentes facere, cùm liberti perpetuò viuere non poſsint vnico autem filio fruſtrà aſsignaretur, quippè cum ipſe, ſine tali aſsignatione ius patronatus haberet. At è contrario hãc bonorum melioratione, de qua agimus, palam eſt ſatis conſultò futurisdeſcendentibus relinqui, cum bona perpetuò durent, atque proindè non eſt inutilis melioriatio vnico filio facta: quoniam etſi abſque melioratione filius ille cuncta bona patris habiturus ſit; attamen futuris deſcendentibus non ſatis cõſultum eſſet. Igitur, ſi verum amamus, ſi magis veritate ipſa, quàm autorum opinione flectimur: apparet nihil eſſe, quod nobis obſtet, ſed ſummam pro nobis rationem facere. Quòd ſi adhuc candide lector in re, tam aperta anceps es, pone quæſo ante oculos te vnici filij patrem eſſe, atque deindè omnibus fortunæ bonis abundare, ac è veſtigio ne tui memoria intereat, ac vt familiæ tuæ conſulas; velle te (quòd omnium mortalium fere eſt ingenium) poſteris tuis bona tua fideicommiſsi, & melioratonis vinculo ligata relinquere, occurratque tibi quiſpiam, qui dicat id tibi facere per ius non licere, non quia id lege ſit prohibitum, ſed quia dicãt ita Interpretum opinione comparatũ eſſe. Diſpereã, ſi non ſtatim in Iure peritos ſtomacheris, ſi non continuòque rariſ à tota ratione alienũ eſſe non licere tibi vnico filio extante id facere citra vllius iniuriam, quod facere pluribus extantibus non ſine quorundam iniuria liceret. Si non ſtatim exclames, hoc ius non eſſe, ſed ſummam iniũriam exverborum aucupijs, legis mente, iuriſq; ratione contempta tales in ius opiniones inducere. Si ergò ita ſe res habet, quid quæſo dubitas, noſtræ accedere ſententiæ? Nam quod contraria opinio communis ſit, parum quidem te mouere debet, nam cum de veritate cõſtet, plus quidem ratio, quam vulgaris opinio valere debet, vt probat. l. 1. §. ſi dos. ff. de impen. in rebus dotali. fact. & l. Nemo. de ſentent. & interlocut. omnium iud. & cap. Capellanus. de ferijs, & tradunt Panorm. & cæteri in cap. 1. de conſtitut. & Matheſil. in peculiari tract. de electione verioris opinionis, & Ioan. Nevii. in ſua Sylua. lib. 5. num. 67. At de hac quæſtione ſatis. An verò quando pater filio vnico prælegatum, ſeù melioratonem fecit, alijs filijs poſteà natis, melioratio irrita fiat; conſule Greg. Lopez in l. 8. tit. 4. part. 5. verbo, *à otro*, & Dominum Couarru. lib. 1. variarum, c. 19. nu. 2. & 4 Baecium de non meliorandis filiabus, c. 9. Quibus adde quæſtionem affinem, an beneficium Regium ad maioratum inſtituendum datum illi, qui vnicũ filium habet, poſt alijs filijs natis, irritũ fiat, per Gregor. Lopez in l. 32. tit. 9. part. 5. in gloſ. magna, col. penult. verſ. quid autem.

25 26 27 28

Atquè ita hãc noſtrã opinionem amplexus eſt Doctor Spinuspere raditus ſanè vir, autorquè ſatis diligens ſpeculo teſtamẽto. gloſ. 18. n. 14. & Domi-

Quemadmodum is, qui habita fide pretij vendidit, ſibi proſpicere poſsit aduerſus cæteros emptoris creditores.

CAP. VIII.

Qui habita fide pretij vendidit non eſt potior in re ipſa vendita prioribus ipſius emptoris creditoribus, num. 1.

Cautela Latinum verbum eſt, in margine.

L. cum manuſata. §. fi. ff. de contrah. emptio. elucidatur, nu. 2.

Veriſsima iuxtaquè planiſsima cautela à Iuriſconſultis data, & noniſsime ab authore edocta, qua venditor cæteris creditoribus in re vẽdita præferatur, nu. 3.

Re vendita cum conditione, vt precario apud emptorem ſit donec pretium exoluatur, & dominũ, & poſſeſsio apud venditorẽ remanet, n. 4.

L. ea quæ diſtracta. ff. de precario, tanquam ſingularis ab authore commendatur, nu. 5.

L. 3. C. de pactis inter empto. & vendit. notabilis eſt, num. 6.

Altera cautio, qua venditori aduerſus emptoris creditores conſulitur, nu. 7.

Re vendita cum conditione, vt eam emptor locato certa mercede habeat donec pretium exoluatur, & fiat, vt dominium, & poſſeſsio penes venditorem remaneant, nu. 8.

L. cum venderem ff. locati: elucidatur, nu. 9.

29 *nus Franc. Sarm. lib. 8. ſelectarũ inl. vnũ ex familia § ſi de Falcidian. 12. & Ample xabitureã quiſquiscõmunis opiniones fuco præſtringi, ſe nõ potietur: idquod fecit Didacus de Pacequæſt. 1. n 19. cuius maledicto, vt reſpondeã, neque locus, nec modeſtia patitur iamquè veritas ipſa, pro ſe ipſa loquetur.*

INTER omnes iuris Interpretes conſtat, eum, qui habita fide pretij rem vendidit, nõ eſſe potiorem in re ipſa vẽdita prioribus ipſius emptoris creditoribus. Faber. in §. venditæ. Inſt. de rerũ diuiſio. Bart. in l. Si cùm dotem. §. fi. n. 10. ff. ſolu. mat. & deniq; cõmunẽ teſtatur opinionẽ Iaſo. in l. Creditor. ff. ſi cert. pet. & alij relati à Domino Archiepiſco Couar. lib. 1. var. cap. 7 n. 2. Videamus igitur, an venditor aliqua

Hoc verbo cautelam vti tur Iurisc. in l. Quamuis. ff. de pign. actio. & in l. Si debitori. ff. de iud. ne putet igitur quis Latinum non esse.

qua cautione, siue mauis cautela, sibi prospicere posset. Et quibusdam sanè placet, satis venditori cautum esse, si in venditionis lege comprehensum fuerit, ne aliter dominium rei venditæ ad emptorem trãsferatur, quàm si priùs totum pretium exolutũ fuerit. Hanc cautelam alios referens tradit Cepola cautela. 134. num. 2. & eam quoque ponit nemine tamen citato noster Gregor. in l. 28. tit. 13. part. 5. & memoria recolo idem excepisse me ab acutissimo iuxtaq; sapientissimo Doctore Aguilera, nunc Regio Senatore meritissimo integerrimoque, quemque vt ipsius dignitas, & eruditio poscit, honoris causa nomino, cum pro rostris Salmanticæ Pontificij Iuris Primariam Cathedram profiteretur: allegabatque non malè in hac sententiam textum in c. Olim causam. de restit. spoliat. quem ad præsens Interpretabatur. Hanc etiam cautelam scribit Anton. Gom. in comm. tom. 2. c. 2. num. 30. & Anton. de Fano de pignor. 5. part. 2. membro. nu. 18. & Ioan. Guterrius allegatione. 5. num. 2. omnes verò hanc cautelam eliciunt ex text. in
2 l. Cum manu fata. §. fin. ff. de contrah. empt. An rectè, sanè non immoror, cum animaduertam expressim, & sapientissime aliã cau-
3 telam in hanc rem ab ipsismet Iurisconsl. nobis tradi, nempè si venditioni illa lex adijcia-
4 tur, vt res vendita precario apud emptorem sit, quo ad pretium vniuersum persoluerit: nam tunc, & dominium, & possessio penes venditorem remanent, ac per hoc pretio nõ soluto potest vẽditor reuocato precariò, vel per rei vẽdicationem, vel per interdicta possessoria cæteris creditoribus anterioribus, etiam exclusis rem venditam recuperare.
5 Hanc cautionem bellissimè docet Iurisconsultus in l. Ea, quæ distracta. ff. de precario. *Ea, quæ distracta sunt*, inquit, *vt precario penes, emptorem essent, quod ad pretium omne persolueretur: si per emptorem staterit, quominus persolueretur: venditorem posse consequi.* Idem etiam ostendit Imperator, in l. 3. C. de pact. inter
6 empt. & vend. Cuius hæc sunt verba. *Qui ea lege prædium vendidit, vt nisi reliquum pretium intra certum tempus restitutus esset, ad se reuertetur: si non precariam possessionem tradidit, rei vendicationem non habet.* Idem etiam probat text. in l. Serui. ff. de peric. & commo. rei vendi. quem ad similem cautelam allegatum reperio apud Ioan. Andr. in add. ad Specul. titu. de empt. & vend. §. 1. num. 3. versic. ipse facile. Hæc igitur cautio à nobis, imò potiùs ab ipsismet Iurisconsultis
7 tradita longè multò notabilior est, quam illa altera ab scriptoribus data. Quid ni? cum hæc ab ipsismet Iurisconsultis procedat, illa verò ab scriptorum tantum argumentis sumatur. Atqui quantò satius est è fontibus ipsis aquam ducere, quàm riuulos consectari? Vt in interim amittam, pactum illud in cautione illa authorum comprehensum nõnullis placere irritum esse, atque nullius momenti, quando non transit in aliud genus contractus, quam emptionis, sicuti placere video Matthæo de Affict. in tract. protomiseos. §. 3. num. 7. & latiùs disputat Tiraquel. de retra. linag. §. 1. gloss. 2. num. 34. & 27. & Anton. Gom. in commen. tom. 2. cap. 2. num. 30. At hæc nostra cautio cum ab ipsis Iurisconsultis apertissimè tradatur, nullam omnino calumniam patitur. Huic 8
verò haud dissimilis erit, & illa cautio, si in fundi venditione conuenerit, vt donec pecunia omnis persoluatur, emptor fundũ certa iustaque mercede conductum habeat, iuxta decisionem text. in l. Cùm venderem. ff. 9
locati. Nam non minus hic locatum, quàm precarium efficiet: perinde enim, vt in precario, ita etiam in locato possessio, & dominium penes venditorem perdurabunt, donec pretium vniuersum exolutum fuerit. Verùm illam legem. Cùm venderem, ac consequenter hanc cautelam, sine vsurarum labe hodie quoque procedere probat noster Couarr. cui nihil latuisse videtur in l. 3. variarum. c. 4. num. 4.

Possessio quare momentanea dicatur, & an sit vna, an duplex.

CAP. IX.

Possessio maximi momenti, ac ponderis res est, num. 1.

Beatum esse, qui possideat tritum est vetustate proverbium, nu. 2.

Falluntur interpretes, quibus communiter placuit possessionem esse rem parui momenti, nume. 3.

Momentum significat rem, quæ magnum pondus, magnamque efficaciam in alterutram partem habeat, nu. 4.

Momentum in iudicijs est articulus, in quo plurimum momenti, ac ponderis vertitur, n. 5.

Possessio ideò momẽtanea appellatur, & eius causa momentum dicitur, quia maximi ponderis, & momenti res sit, nu. 6.

Possessio, an sit vna, an duplex, nu. 7.

Azo vnam tantum esse possessionis speciem putauit, naturalem, scilicet, nu. 8.

Ioannes duplicem esse possessionis speciem tradit, ciuilem, & naturalem, & eius ab scriptoribus probata magis est opinio, nu. 9.

Possessio verè vna tantum est, ciuilis, scilicet, naturalis autem possessio non vera est possessio, sed detentatio tantum, qua facto consistit non iure, nu. 10.

Paradoxon quid sit in margine.

Quas personas Iurisconsulti tradunt, naturaliter possidere, eadem negant vllam possessionem habere, num. 11.

Colonus quilibet usufructuarius, qui commodato deposito, vel precario acceperunt naturalem possessionem habent, non ciuilem nu. 12.

Non est putandum Iurisconsultos viros constantissimos Doctoresque scientissimos inania nobis, vel falsa precepta tradere, nu. 13.

Multis exemplis ostenditur naturalem possessionem veram non esse possessionem, sed detentationem tantum, qua facto, non iure consistat, num 14.

Naturalis obligatio propriè non est obligatio, nunc. 15.

Homo mortuus simpliciter homo appellari non potest, nu. 16.

Statera falsa simpliciter statera non est, sed statera falsa dici debet, nu. 17.

Homo est animal rationale: nec sub eius definitione homo mortuus comprehenditur, n. 18.

Impropria sub definitione non continentur, ibidem.

Sub possessionis definitione, quasi possessio non comprehenditur, nu. 19.

Naturalis possessio cur ita dicatur, nu. 20.

Cùm Iurisconsulti de naturali possessione loquuntur nunquam vtuntur simpliciter verbo possessionis, sed cum adiectione, naturalis, vel corporalis, nu. 21.

Possessionem naturalem pro detentatione, & interpretes ipsi nonnunquam accipiunt, nu. 22.

Leges omnes nonnunquam faciunt mentionem, nisi vnius tantum possessionis, nu. 23.

Leges de naturali possessione loquentes, semper accipiunt naturalem possessionem pro detentatione, nu. 24.

Sicut in quasi possessione dictio, quasi, improprietatem significat quantum ad res incorporales: ita dictio naturalis quantum ad res corporales improprietatem significat, nu. 25.

Impropria nouam speciem non constituunt, n. 26

L. Nemo C. de acquir. possessione aperitur intellectus. nu. 27.

Qualitas iustæ, vel iniustæ possessionis diuersam speciem possessionis non efficit, nu 28.

Naturalis possessio nonnunquam in iure producit aliquem effectum respectu alterius naturalis possessionis, seù detentationis, nu. 29.

Quæ facti non iuris sunt, solent nonnunquam in iure aliquos producere effectus, nu. 30.

POSSESSIONEM maximi effectus, atque momenti rem esse, cum passim omnia iura demonstrant tũ text. in §. retinendæ. Inst. de interdictis. l. Qui destinauit. ff. de rei vend. l. 1 §. huius autem. ff. vti possid. reg. 1 2 in pari. de reg. iur. in 6 l. 28. tit. 2. par. 3. Denique tãtum possessioni tributum est, vt indè iam factum sit tritum vetustate prouerbium beatum esse qui possedeat, glos. in §. si tres. de pace tenend. & eius violat. verbo, requirat. in fin. Porrò nostri scriptores per 3 contrarium vno ore testantur ferè omnes, parui momenti possessionem esse, vt Bart. in l. Ad monendi. num. 55 ff. de iureiur. & traduntomnes in l. 1. C. si de memòmen. possess. fuerit appellatum, & in cap. 1. de causa possess. & propriet. Quod si ab eis rationem quæras, nullo alio quidem clypeo suam sententiam tuebuntur, quàm quòd dicant momentaneam possessionem in iure vocari, vt in dicta. l. 1. C. si de moment. possess. fuerit appell. & in c. 1. de causa possess. & propriet. l. Momentaria. C. qui leg. per habe. stant. in iud. l. Momentariæ. C. vndè vi. Sed mihercle hoc authorum argumentum tantum abest, vt eis opituletur, vt (ni fallor) per contrarium ex eo sua funditus euertatur opinio. Id si principio forsitan durius culum videbitur, quæso, non ante repudietis, quàm 4 quale sit vobis explicauero. Sciendum est ergò hoc verbum momenti, seù momentanei accipi solere pro re, quæ magnum põdus magnamque vim, & vehementem effectum in alterutram partem habeat. Cicero pro Trebatio: Omnia momenta obseruabimus, neque vllum prætermittemus tui iuuandi, & leuandi locum. Idem pro Murena: Et primum Marco Catoni ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendẽti momenta officiorum omnium de officio meo respondebo. Idem de finibus: Hæres nullum habent momentum ad beatam vitã. Liuius ab vrbe condita: Puncto fæpè temporis maximarum rerum momenta verti. In eundem sensum locutus est etiam Imperator in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. & in l. Omnes. C. de feriis. Ergò momen- 5 tum in iudicijs (mea quidem sententia) nihil aliud est, quam articulus quidam, in quo plurimum momenti, ponderis atque

effectus

effectus ad causam vertitur. Id quod etiam non obscurè significat Quintilia. lib. 3. instit. c. 7. Et laudate (inquit) testem vel contrà, pertinet ad momentum iudiciorum. Idem lib. 5. c. 10. Vt sunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis confertus. Et eodem libro c. de argumentis. Ad suadendi momenta idem valet tempus. Cicero quoq; pro Fonteio: Sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad vnam quamq; rem existimandam, momentaq, suo ponderandã
6 sapientia iudicis tenet. Ergo possessio (si quid iudico) ideo momentanea appellatur, idcircoq; eius causa momentum in iure nominatur. l. 1. C. si de momentan. possessio, c. 1. de caus. poss. & proprie. nõ quidem, quia parui momenti res sit, vel quòd parum apud possessorem sit duratura, vt falso interpretes comminiscuntur: sed idcirco, quia maximi ponderis, ac effectus res sit, vt verè esse iura demonstrant omnia. Ex quo vtiq; non paucas possemus opiniones subuertere passim ab scriptoribus traditas, dum falso existimãt possessionis causam esse parui momenti, seù præiudicij: quas quidem sciens omisi, partim quia in præsenti non est animus omnia persequi partim, quia satis visum est caput aperuisse, vndè cętera per se quisq; facilè perspicere possit. Sed hæc hactenus. Nunc videamus, id quod secundo loco proposuimus. Possessione an sit vna, an duplex. In quo nõ mediocrem inter Iuris Interpretes dissensio
8 nem esse, nemo est, qui ignoret Azoni enim vnam tantùm esse possessionem placuit, & eam naturalẽ, quæ cùm à Iuri Ciuili approbetur, propter qualitatem illam, quæ à iure
9 ipso accipit, ciuilis dicatur, Iuris nempè Ciuilis approbatione. Ioanni verò duplex est possessio, ciuilis scilicet, & naturalis. Et quidem licèt nõ pauci Azonis opinio subscripserunt: verùm pro Ioanne plerique omnes calculum tulerunt, vt est videre apud gloss. & cæteros Interpretes in l. 1. ff. de adquir. poss. & vti postremos cæteros referentes referam, apud Dominum Couarruu. in reg. Malæ fidei possessor, in initio secundæ partis: & Anton. Gom. in l. 45. Taur. num. 19. & Didacum Perez in l. 1. tit. 3. lib. 3. ordin. Ego verò, quoniam magis Iurisconsultorum placitis, quàm autorum opinionibus obtemperare assuetus sum, quid in hac re sentiam, ingenue in medium proferam. Existimo ergò vtramque illam Interpretum opinionem non satis Iurisconsultorum sententijs conuenire. Quid putas igitur? Possessionem vnã tantùm esse, eam verò nõ naturalem, sed ci-
10 uilem appellari. Naturalem autem possessionem non veram esse possessionem existimo, sed detentationem tantum, quæ in facto scilicet, non in iure consistat. Quàm quidem opinionem tanquam Paradoxon vulgare nõ auderem, nisi eam verissimam crederem, & nisi animaduerterem, cuncta nobis Iurisconsultorũ responsa apertissime suffragari, quorũ verba si ante oculos ponamus, nullus erit (vt spero) qui modò vulgaris opinionis fuco perstringi se non sinat hanc nostrã opinionem non probet, & amplexetur. Enimverò, vt id, quod est potentissimum primùm dicamus, ipsasmet personas, quas Iurisconsulti varijs in locis tradunt naturaliter possidere, easdem rursus negant vllam possessionem habere. Vndè manifestissimè declarãt, naturalem possessionem veram nõ esse possessionem. Enimverò naturalem possessionem habere aiunt colonum, & inquilinum, item vsufructuarium, & eum, qui commodatò, depositò, vel precario accepit. l. Communi diuidundo. §. neq, colonus. ff. comm. diuid. Vbi Iurisconsul. in hæc verba, inquit. 11 *Neque colono, neque ijs, qui depositum acceperũt, hoc iudicium competit, quamuis naturaliter possideant.* Item lex tertia. §. fi. ff ad exhib. *Sciendum est* (inquit) *aduersus possessorem hac actione agendum, non solum eum, qui ciuiliter, sed & eum qui naturaliter incumbat possessioni: denique creditorem, qui pignori rem accepit, ad exhibendum teneri placet: nam & eum eo, apud quẽ deposita, vel cui commodata, vel locata res est, agi potest.* Idem ostendit. l. Videamus. §. si possessionem. ff. de vsu. & l. 2. §. quod vulgo. ff. pro hæred. l. Naturaliter. ff. de adquir. poss. Vides quos naturaliter possidere Iurisconsulti dicant. Modo audi, vt, per contrarium, hos eosdem vllam possessionem habere i. dẽ Iurisconsulti ex professò negent. Et imprimis veniat in medium text. in l. Certè. ff. de precario. vbi Iurisconsul. ita inquit. *Is, qui rogauit, vt precario in fundo moretur, non possidet, sed possessio apud eum, qui concessit remanet: & fructuarius, & colonus, & inquilinus sunt in predio, tamen non possident.* Idem ostendit. l. Officium. ff. de rei vendicat. in hæc verba. *Deniq;* (ait) *ab eo, apud quem res deposita sit, vel commodata, vel qui conduxerit, aut qui legatorum seruandorum causa, vel ventris, vel dotis, vel rei seruandæ nomine in possessione sit, vel cui damni infecti non caueatur, quia hi omnes non possident, vendicari non posse.* Quibus consonat etiã tex. in l. Non solũ. §. quod vulgo. ff. de vsucap. his verbis. *Cùm ergò hæc recipiuntur in eius persona, qui possessionem habet, quantò magis in colono recipienda sunt, qui neque vino, neq, mortuo domino vllam possessionẽ habet.* Idem probat tex. in

Paradoxõ (id est) quid admirabile, & contra opinionẽ omniũ Cicer. in præmio paradox. Pli. 2. epistolalib. 9. epist. ad Lup. per Quint. lib. 9. c. 1.

l. Celsus. §. Iulianus. ff. ad exhibend. *Iulianus* (inquit) *etiam scribit ad exhibendum teneri eum, qui rerum, vel legatorum seruādorum causa in possessione sit: sed & eum, qui ususfructus nomine remaneat, quamuis neque hic vtique possideat.* Huc etiam pertinet. l. Adquiritur in fine. ff. de adquir. rer. dom. *Vsufructuarius* (inquit) *vsucapere seruum non potest primum quidem, quia non possidet, sed habet ius vtendi fruēdi, deinde quia scit seruum alienum esse.* Vides ergò quemadmodum colonum, & inquilinum, item vsufructuarium, atque eum, qui commodato, depositō, vel precario accepit; quos paulò ante Iurisconsulti expressim naturaliter possidere dixerant: vt rursus apertissimis verbis eosdem vllam possessionem habere non semel, sed subindè negent. Quocirca si præsenti animo superiores leges cōferamus, ac integro iudicio earum verba sensusquè ponderemus, plusquam manifestissimè apparebit naturalem possessionem verè, atque propriè possessionem non esse, quandò illos, quos modò naturalem possessionē habere Iurisconsulti dixerant, mox rursus eosdem pleno ore possidere negent. Nisi fortè putandum est, Iurisconsultos, tum viros cōstantissimos, tum Doctores scientissimos, vel sibi non constare, vel manca nobis, imò potiùs falla præcepta tradere. Ergò, si quidem possessio naturalis propriè nō est possessio, perspicuum fit, verum esse quod diximus, nihil aliud eam esse, quàm detentationem quandam, quę in facto, non in iure consistat. Id quod etiam demonstrat text. in l. Stipulatio ista habere licere. §. hæc quoq; ff. de verbor. obligat. & l. Quod seruus. ff. de adquir. possess. & Theophilus in §. Idem placet. Inst. de vsufruct. & in §. item per acceptilationē. quib. mod. toll oblig. Atque ex nostrati iure regio idem probare videtur. l. 12. tit. 30. & l. 22. tit. 29. & l. 11. tit. 10. part. 7. Et planè licèt superiora iura ita aperta sint, vt rem planissimam faciant, verum id etiam exemplis docere nō erit ingratum. Est ergò huius nostræ opinionis argumento id, quod de naturali obligatione legimus, namque naturalem obligationem propriè obligationē non esse apertissima iura demōstrant, l. Fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiuss. tex. in §. 1. Inst. de oblig. & ibidem notat Eguinarius Varo. Erit quoque huius nostræ opinionis exemplo, quòd sicuti homo mortuus verè, atque simpliciter homo dici non potest: non aliter etiam naturalis ista possessio verè, atque simpliciter possessio dici non potest, sed cū appositione illius dictionis, naturalis; quæ illius quidem improprietatem significet. Sic etiam, vt Galenus, inquit, *Statera falsa non est simpliciter statera, sed statera falsa.* Refert illū is, qui neminem non refert, Tiraquellus sicet in tract. linag. §. 1. glos. 20. num. 12. & similiter deduci possunt exempla ex l. Paulus. ff. de verb. signific. Atque vt proximum exemplum repetamus, sicuti sub hominis definitione, quæ est animal rationale, hominē mortuum non comprehendi certum est: nō secus etiam sub possessionis definitione naturalis possessio comprehendi non potest, quoniam in propria sub definitione non cōtinentur, Bar. in l. 1. num. 4. ff. de testam. Petrus Andr. in logica legali. lib. 1. c. de loco à definitione. Hinc est, quamobrem in possessionis definitione, quasi possessio non comprehendatur, vt tradit Ias. in l. 1. num. 29. ff. de adquir. poss. Ad hæc, quòd naturalis possessio propriè non sit possessio, sed tantū detentatio: ipsummet verbum, naturalis, satis significare videtur. Idcirco enim naturalis appellatur, quoniam non sit ciuilis, neque à Iure ciuili approbetur, neque recipiatur, sed tantum in facto, quod naturale est, consistat. Sed cedo, quemadmodum quod à Iure ciuili non recipitur, cum de iure ciuili agamus, in iure propriè esse dici potest? l. Quod attinet. ff. de reg. iur. proindè cum Iurisconsulti de hac naturali possessione loquuntur, nunquam vtuntur simpliciter verbo, possessionis, sed semper adijciunt, naturalem, vel corporalem, vt hempè declarent non esse propriè possessionem, sed impropriè. Deniq; (ne authoritate defici videamur, atque vt ab aduersarijs argumenta sumamus) possessionem naturalem pro detentatione, & ipsi nō nunquā interpretes veritati, quę omnia vincit, repugnare non valentes, accipiunt. gloss. in l. Naturaliter. ff. de adquir. possess. & in l. Et ideò. §. fi. verb. incerti. ff. de condit. furt. Bart. & Ias. in d. l. Naturaliter. Panor. in c. Ex literis num. 5. de iure patr. Anto. Gom. in l. 45. Taur. nu. 8. Qui profectò male de veritate sunt meriti, deficientes ab ea, quæ sese eis semel demonstrauerat. Itaque cum naturalis possessio propriè, atque verè nō sit possessio, sed tantū detentatio: relinquitur apertè vnam tantum esse possessionem, eamque ciuilem. Atque ita apud omnes leges vnius tantum possessionis mentio habetur, vnam duntaxat esse possessionem apertè significātes. l. 1. & l. 3. §. ex contrario, & l. Si rem mobilem. ff. de adquir. possess. l. Licet C. eod. tit. l. 1. §. fin autem in corpore. ff. de vi, & vi arma. Deniq; vnam tantum esse possessionē satis conuincunt ij, qui Azonis partes sequūtur: quibus ipse quidem consentio quatenus aiunt,

aiunt, vnam esse possessionis speciem, dissentio verò quatenus aiunt, eam esse naturalẽ.

24 Vt enim diximus, & sæpè dicendum est: naturalis possessio nõ est propriè possessio, sed tentatio quædam, quæ in facto, non in iure, consistit. Quando verò nostram opinionem satis comprobasse videmur, oportet argumẽtis contrarijs satisfaciamus. In primis autem refragari videntur. l. 2. §. quod vulgo. ff. pro hæred. l. 3. §. fin. ff. ad exhi. l. Quod seruus. ff. de adquir. possess. & si quæ aliæ sunt, in quibus non tantum ciuilis possessionis, sed etiã naturalis mentio habetur. Sed mehercle in promptu extat responsum: concedo enim plerumque in iure naturalis possessionis mẽtionem fieri; atqui verum esse affirmo, semper accipi pro detentatione, & possessione impropria, idque vel ipsummet verbum, naturalis, significare contendo. An non in iure non raro, quasi possessio nominatur? & tamen quis inficias ibit, eam non veram esse

25 possessionem? Ergò ne ab eodem exemplo discedamus, perindè atque in quasi possessione dictio, quasi, improprietatem significat quãtum ad res incorporales: ita etiam illa dictio, naturalis, quãtum ad res corporales at-

26 tinet, improprietatem significat. Atq; sicuti quasi possessio nouam possessionis speciem non constituit, quoniam impropria nouam speciem non possunt constituere, æq; etiam ista naturalis possessio aliam diuersam possessionis speciem non constituit. Sed neque

27 obstabit text. in l. Nemo. C. de adquir. possess. nam præterquam quòd illi legi plenè satisfactum est ab illis, qui Azonis opinionem sequuntur: illa lex nõ ait, duplicem esse possessionem, sed possessionis duplicem esse rationem, aliam, quæ iure consistat, aliam, quę corpore: id est, aliam iustam, & aliam iniustam, sicuti etiam accipitur in l. Quod seruus. ff. de adquir. possess. & in l. 3. §. genera. ff. eo-

28 dem tit. Illa verò qualitas iustæ, vel iniustæ possessionis diuersam speciem non efficit. l. 3. §. ex contrario. ff. eod. tit. Parui quoq; re-

29 fert, quod naturalis possessio interdum aliquem in iure producat effectum, respectu scilicet alterius naturalis possessionis, seù detentationis, vt in l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti possid. & l. Qui precario. ff. de precario, nam & detentationem nonnullos produce-

30 re effectus, & ipsi quoque Doctores consentiunt, vt est videre cùm apud alios, tùm apud Anto. Gom. in l. 45. Taur. num. 12. Neque est nouum, quæ facti, nõ iuris sunt, non nihil in iure procedere effectus. l. Si vnus. §. pactus ne. ff. de pact. Igitur, vt huius loci sit finis, cum naturaliter possidentes nullam possessionem habere Iurisconsulti testentur, cũque dictio, naturalis, sicuti in naturali obligatione, improprietatem significet, ac cum nihil sit omnino in iure, vbi probetur naturalem possessionem veram esse possessionẽ: proculdubio relinquitur naturalem possessionem non esse veram possessionem, sed detentationem tantùm, quæ facto tenus consistat, non iure. Idque verum esse sacrarum ipsarum legum volumina, ipsosque Iurisconsultorum antiquos manes (si fas est) testari intrepidè ausim.

Notantur aliquot partim iudicum, partim aduocatorum circa possessionem lapsus.

CAP. X.

Possessio non est danda, nisi citato ipsius rei possessore, num. 1.

Possidente venditore etiam eo non citato emptori ex contractu guarentigio dari possessio potest, num. 2.

Tertio possessore non citato possessio data nulla est, num. 3.

Accipiens possessionem non citato tertio possessore etiam autoritate iudicis à crimine non excusatur, nu. 4.

Non iniuste aget superior magistratus si possessorem, qui citatus non fuit, statim in possessionem restituerit, num. 5.

Quæ facto non iure fiunt, facto rescindere ius est, num. 6.

An qui vim admisit sit à carcere relaxandus anteaquàm desistat à possessione, distinctio singularis, num. 7.

Oportet sub vno bono Principe, vt sua re quisque in pace fruatur, nu. 8.

Si quis turbet in possessione eum, qui eam iudicis accepit authoritate, iuris ordine seruato, non debet relaxari donec desistat, à vi, nume. 9.

Cùm quis est in possessione aliusque illum nullo iure à possessione deijcere vult, debet à iudice defendi, nu. 10.

Siquis notoriè alium per vim spoliauerit, sicuti facto processit, ita facto à iudice spoliari poterit, nu. 11.

Potest iudex cognita notoria violentia, rem secresto demandare, nu. 12.

Cùm Princeps vni præsidi rescribit per consequentiam omnibus rescripsisse videtur, nu. 13.

Litigator quivim patitur potest sibi cauere per in-

terdictum illud, quod vulgò appellatur, interim, num. 14.

De interdicto quod interim dicitur ordo praxisque remissiuè, num. 15.

Iudices in vi vindicanda socordes esse non debent, num. 16.

Pœnæ legis siquis in tantam, an hodiè in desuetudinem aberint, num. 17.

Ita ex personarum qualitate, & conditione pœnæ sunt æstimandæ, vt, ne quid durius, aut remissius statuatur, quæ causa postulet, numero. 18.

Nec in arbitrijs iudex nimis blandus esse debet, num. 19.

Nihil æquè reipublicæ conuenit, quam vt vim inferentes seuerè coerceantur, nu. 20.

L. qui destinauit. ff. de reiuend. commendatur, num. 21.

Aduocati quemadmodum in interdictis possessorijs formare libellum debeant, nu. 22.

Verbum interdicendi pertinet ad possessorem, petendi ad proprietatem, in margine.

Virùm commodius sit experiri interdicto, vndè vi, an, vti possidetis, nu. 23.

Quemadmodum agenti, vndè vi, vel, vti possidetis, concipiendus libellus sit, nu. 24.

Licet duo remedia possessoria simul cumulari non possint, tamen conditionaliter cumulari possunt, nu. 25.

Duo remedia, quæ simpliciter cumulari non possunt, conditionaliter proponi possunt, n. 26.

In integrum restitutione petenda remedium rescindens, & rescissorium simul cumulari possunt, num. 27.

Agens possessorio cautè aget, si suspendat petitorium, ac testetur, vt super possessorio tantum agatur, num. 28.

Aduersum tertium possessorem habet locum executio ex instrumento guarentigio inquo est hypotheca specialis cum clausula de non alienando, num. 29.

Tertius possessor est citandus ad sententiam additionis, quam (da remate) appellamus, nume. 30.

Possessio quamuis iniusta non est auferenda possessori, modo non notorie violento, sine causæ cognitione, num. 31.

Citationis omissio non nocet dationi possessionis quando contradictor si citatus fuisset non posset impedire possessionis dationem, nu. 32.

1 SED ne statim à possessione discedamus, ac vt ad rem forẽsem nostra descendat oratio, placuit hoc loco aliquot, tum iudicum, tum aduocatorũ errata circa passessionis tractatum notare. Atque illud in primis nigro calculo notandum est, solere nõnullos iudices, si fortè in ius alicuius tituli instrumẽtum edatur, putà emptionis: statim emptorem in possessionem rei in instrumento contentæ mittere, saluo iure (vt vulgò loquuntur) melioris possessoris. Hoc profectò non est, tam ius reddere, quàm iniuriam facere: magnam enim fenestram patefaciunt iniquis hominibus, vt veros possessores ab eorum possessione deturbent. Sanè tametsi ita in ius edito instrumẽto possessio dari possit possidente ipso venditore, ne quidem citato, propter clausulas guarentias (quas vocant) instrumentis ex more describi solitas, ac iuxta ea, quæ notat Paris de Syndi. §. iudex. cap. 2. nu. 36. & Iaso. in l. Ne quicquam. §. vbi decretum. nu. 7. ff. de offic. Proconsul. Bald. in l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollendo. Bart. & cæteri in l. A Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. at alio extraneo, seù tertio (quem vocant) possidente, possessio ita sine causæ cognitione data nulla erit. Bald. in l. Ob maritorum. C. ne vxor pro marito, ad finem, & in l. Obseruare. §. proficisci quæst. 24. ff. de offic. Proconsul. Iaso. in l. fin. in principio. num. 3. C. de iure. delib. adeò vt neque eo nomine is, cui possessio data fuerit, à crimine excusetur. l. Meminerint. C. vndè vi. glos. & Bar. in l. Iustè possidet. ff. de adquir. poss. Iaso. in l. Iubere cauere. nu. 5. ff. de iurisd. omn. iud. Quare nõ iniustè aget superior Magistratus per appellationem fortè, vel per querelam aditus, si possessorem, vel summatim de sua possessione docentem, etiam aduersario non citato, statim in possessionem restituerit. Bal. in l. Tale pactum. §. qui prouocauit. quæstio. 10. ff. de pact. & Panorm. in cap. Quia clerici. num. 4. de iure patron. Paris de Syndica. §. de captura. cap. 3. & latiùs Hippolytus. consil. 37. num. 11. & Sing. 195. quæ enim facto fiunt, facto rescindere ius est. l. Minor. ff. de euicti. Sed illud tolerabilius, quod nonnulli iudices vsurpant, nolle reum, qui vim admisit, priùs à carceribus soluere, quam desistat à possessione, quam per vim nactus est. Mehercle, licèt laudãdi sint iudices, qui violentijs reprimendis excubant, oportet enim sub bono Principe in pace sua re quisq; fruatur: attamen cauendum est interim, ne id cũ partis iniuria fiat. Videamus igitur, quibus casibus is iudicum mos sustineri valeat. Et sanè quum quis iudicis decreto in possessionem missus est, aliusque eum nolit admittere, vel in possessione turbet: iudicis continetur officio, vt extra ordinem iure suæ potestatis, atque, si necesse fuerit, etiam per manum

num nihil tarem eum in possessione tueatur. text.elegans in l. Si quis missus. ff. ne vis fiat
10 ei, qui in possessionem missus est. Amplius, cum quis est in possessione, aliusq; eum nullo iure, nullaque legitima causa velit à possessione deijcere: iudicis erit partes suas interponere, & possessorem contra vim inferentem sua iurisdictione protegere, vt tradit Inno. in cap. In præsentia, de probati. & probat Bal. Ias. & cæteri in l. Si super possessione. C. de transl. & Balb. de præscr. c. 4. pag. 4. princ. q. 30. num. 3. Francis. Curt. de sequestris. §. 1. nu. 12. & probatur in l. Si seruis, C. quod cum eo. & in l. fin. ff. quod metus causa. Quinimo, si quis notoriè per vim aliũ spo
11 liauerit, sicuti de facto processit, ita de facto poterit incontinenti per iudicem spoliari. Neque est necesse, vt res iudicij tramites experiatur, ita bellissimè scribit Panorm. in dicto. c. Quia clerici. num. 4. de iurè patron. Eius sententiæ videtur consonare. l. 2. tit. 3. lib. 4. recopil. Cùm igitur hisce casibus possit iudex extra ordinem procedere: poterit etiam, si opus fuerit, vim inferentem carceribus coercere, donec à vi inferenda desistat. Cæteris verò in casibus non puto posse iudicem iuris ordinem præteruertere, sed or-
12 dinariè tractandam causam esse. Poterit tamen adhuc cum diffinitiuè pronuntiat, cognita notoria violentia, rem sequestro demandare, nulla etiam appellatione obstante, vt est constitutum in l. 16. tit. 1. lib. 3. recopil. Quamuis enim ea ad Prætores regios regni
13 Galeciæ dirigatur: attamen, & ad alios spectare nihil prohibet, tum quia eius ratio latè patet, tum quia cum ita Imperator, vni præsidi scribit, per consequentiam omnibus rescribere videtur; nisi aliqua specialis ratio
14 versetur. Bart. in l. Relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict. & releg. Iaso. in l. 1. nu. 7. ff. de const. princ. Paris de Synd. §. officialis. c. 1. num. 14. Poterit etiam litigator, qui vim patitur, sibi cauere proponendo inter-
15 dictum illud, quod vulgus interim appellat, & nõ male, quando & Imperator eo nomine in eundem sensum videatur vsus in §. 1. si de feudo fuerit cõtro. inter domi. & agn. De cuius sanè interdicti forensi vsu, qui hodie apud regia prætoria viget, latè, & eruditè more suo tractat dominus Præsul Couarru.
16 practicarum quæst. cap. 17. Sed illud quoq; ius dicens obseruare debet, vt in ferenda sententia ita reum competentibus pœnis vlciscatur, & puniat, vt & ipse post hac tale, quid non audeat, & cæteri illius exemplo cõmonefacti, ad vim inferendam tardiores fiant. Quamuis enim nõ me fugiat pœnas hoc casu statutas à leg. Si quis in tantam, cum simi- 17
libus, in desuetudinem abijsse, teste Couarr. lib. 3. variar. c. 16. num. 7. quamquam eas videam innouatas per l. 3. tit. 13. lib. 4. recopil. Verùm vt cumque sit, hic, vt in cæteris criminibus, ita ex personarum conditione, & rerum qualitate diligenter pœnæ sunt æsti- 18
mandæ: vt ne quid durius, aut remissius statuatur, quàm causa postulet. leg. Prædius. §. fin. ff. de incendio, rui. naufrag. leg. Respiciẽ 19
dum. ff. de pœnis. idcircoque neque in arbitrarijs iudex nimis blandus esse debet, vt tradit Paris de Syndic. §. arbitrium, nu. 18. Et cuius quæso est iniustitiæ, crimen legis Iuliæ de vi, cum leui quopiam (vt molles quidam iudices solent) conuitio exæquare? Et 20
quid quæso de Republica futurum est, si audacissimo cuiquam aliorum bona appetere libeat, & quod libeat audeat, & quod audeat faciat, & quod faciat impunè ferat? Sed hæc hactenus de Iudicibus. Nunc de Aduocatis, sed paucis: piget enim facta notare sodaliũ. Errant igitur nõ pauci aduocati, qui etsi se-
quentes consilium Iurisconsulti in l. Qui des- 21
tinauit. ff. de rei vend. intendant quidem interdictis possessorijs experiri: haud sciunt tamen verbis ad id accommodatis vti: putant 22
enim per illa verba, peto mihi prædium restitui, possessorium interdictũ deduci, quòd longè à verò alienum est: huiusmodi enim verba, atque similia ad dominij, non ad possessionis restitutionem pertinent. l. Qui restituere. ff. de rei vend. §. sed & si in rem. Inst. de officio iud. itaque petunt, dum interdicere putant, oportet igitur ita libelli verba cõcipere: vt petant sibi prædij possessionẽ restitui, atq; re integrati. Hunc verò errorem, & in iudicibus notauit Specula. de restit. spolia. §. 1. num. 7. & in aduocatis Afflictis decis. 77. Vtrum verò commodius sit experiri 23
interdicto vndè vi, an vti possidetis, differit. Faber. in §. retinendæ. Inst. de interd. Mihi 24
autem satis arridet ille agendi modus, quo ordinariè nostrates vtuntur: principaliter enim de crimine experiuntur, incidenter verò (vt suo more loquar) proponunt interdictum vti possidetis: & vndè vi conditionaliter, scilicet hoc modo, pero me in possessionem defendi, & si forsan spoliatus fuero, possessionem mihi restitui, atque re integrari. Qui sanè agendi modus, & si Baldus in l. 25
Incerti. C. de interd. quæstio. 11. scribat duo remedia possessoria simul cumulari nõ posse; & disputet id Iaso. in §. nihil commune. n. 115. attamen sustineri iure videtur ex eo, quod generaliter traditur, ea remedia: quæ simpliciter cumulati, non possunt, posse ta- 26
men

men condtionaliter proponi simul l. 1. §. 1. ff. quorum leg. laso. in l. edita. nu. 32. C. de eden. Marant. in Speculo aureo. 4. part. distin. 1. num. 14. Aeque etiam causa nullitatis restitutionis, & appellationis simul proponuntur, ac tractatur secundùm Bart. in l. Si
27 expressim. n. 4. & 9. ff. de appellat. Non aliter etiam in integrum restitutione petenda remedium rescindens, & rescissorium simul proponi possunt, vt est magis receptum teste Iaso. in §. rursus col. fin. Inst. de actio. Eoque iure vti nos testatur Couarru. lib. 1. variar. cap. 4. num. 5. Soleo etiam ipse cum res postulare videtur, ad finem libelli suspende-
28 re petitorium (quod vocant) & testari, vt sit per posse Ioria tantum agatur, ne alioqui vtrumque in iudicium deduci videatur: iuxta decisionem text. in cap. 1. de restit. spolia. & in c. Cùm Ecclesia. de causa posses. & proprie. & tradunt Bart & cæteri in §. nihil cõmune. Et hoc quoque monet Aretinus in §. quadrupli. num. 30. Institit. de Actio. Sed iam huius loci finem faciamus, si tamen prùs illam quotidianã quæstionem subiecerimus. Titius ex instrumẽto guarentigio petijt exe cutionem in prædiũ sibi specialiter pro debito obligatum cum clausulis non alienandi de more solitis: at debitor prædiũ illud in-
29 teà in Seium transtulerat. Certum est eo casu aduersus tertium possessorem (vt vocant) executionem locum habere, iuxta ea, quæ
30 notat Rodericus Suarez ad leg. Toleti, limitatione. 1. Verùm is tertius possessor non fuit citatus, vt debuit, ad sentẽtiam addictionis (quàm de remate appellamus) sed tantũ debitor. Igitur secundùm creditorem prodi torem pronuntiatum fuit, eique prædij data possessio, à qua Seius appellat superiorem iudicem, vel forsan coram eodem iudice de nullitate (vt sic dicam) experitur, quod dicat citari se debuisse ad addictionis sentẽtiam, iuxta ea quæ notat Bald. in l. Tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. quæstion. 10. & Rodericus Suarez ad legem Toleti, li-
31 mitatione. 1. Castellus in l. 63. Taur. versic. quòd ad secundum. Est enim generaliter traditum possessionem quamdiu iniustam non esse auferendam possessori (modo non notorie violento) sine causæ cognitione cap. Licet Episcopus, de præbend. in 6. Affl. in Constitu. Neap. lib. 1. Rubrica. 24. nu. 53. Verùm creditor ex diuerso, ait, nihil pos-
32 sessoris interfuisse citatum fuisse, vel nõ: cũ etsi citatus fuisset nihilominus ab eo possessio auferretur. Itaq; negat possessionem esse nullam, & quando nulla fuerit, denuo, ac ex integro sibi dari, siue datam confirmari postulat. Quæro igitur, quid statuendũ putes? Et magis est, vt possessio sit confirmanda, iuxta ea, quæ notat Ang. Aretin. in §. quadrupli. num. 46. Inst. de actio. & Iaso. in l. fin. nu. 18. C. de edict. Diui Adr. & suffragatur. l. fin. §. vlt. ff. quod metus causa, & l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fiscalis lib. 10. Ad tollendas vero has ambiguitates consultius erit, vt à principio tertius possessor citetur ad addictionis sententiam, & ita ei res iudicata sicuti, & debitori nocebit.

Quemadmodũ lex Falcidia, & Senatusconsultum Trebellianum hodie locum habeant, & cum legibus Regijs conueniant.

CAP. XI.

Lex Falcidia, & Senatusconsultum Trebellianum, & quam obrem, tam raro hodie in vsu versentur, nu. 1.

Lex Falcidia, & Senatusconsultum Trebellianum etiam iure regio non sunt antiquata, nume. 2.

Melioratio trientis, & quincuncis prælegatum est non institutio, nu. 3.

Virilem filius hæres institutus vltra legitimam portionem sibi iure naturæ debitam possit ex legatis, seù fideicommissis quartam Falcidiam, aut Trebellianicam deducere, nu. 4.

Iure regio filius hæres institutus non potest, ex legatis, vel fideicommissis quartam deducere, num. 5.

Extraneis hæredibus institutis lex Falcidia, & Senatusconsultum Trebell. perinde hodie, ac olim vim suam habent, nu. 6.

Liberis aut parentibus institutis lex Falcidia, & Senatusconsultum Trebellia. hodie apud nos locum habere non possunt, nu. 7.

LEGI Falcidiæ & Senatusconsulti Trebelliani tractatus, quã longè lateq; pateat, nemo est, qui ignoret: sunt etenim iuris volumina ea materia vtiq; plena. Hodie verò tam raro apud nos in vsum venire solet, vt fortassis hanc iuris partẽ obsoletam, & antiquatam quis putauerit. Quãobrem operæ pretium nos facturi esse putauimus, si quemadmodũ illarum legum materia

teria hodie locum habeat, strictim dispicere-
mus. In primis autem illud constat, hoc be-
neficium Falcidiæ, & Trebellian. approba-
tum esse septē partito iure, vt apparet ex tit.
11. par. 6. Sed neque quidem est abrogatum
per leg. 1. tit. 4. lib. 4. recop. vt eruditè ostē-
dit Burgus Pacificus in l. 3. Tau. nu. 959. vbi
etiam docet, neque istud tolli per clausulas
nunc testamentis ascribi solitas. Et docet
etiam dominus Padilla illustris vir ingenij,
Senatorque Regius integerrimus, in l. Eam,
quam nu. 109. C. de fideicom. Seù si ita res
habet, cur quæso in foro, tam raro hæc quęs-
3 tio incidit? Id vt intelligas, tractanda est no-
bis illa quæstio, an ex prælegato, seù melio-
ratione tertiæ, & quintæ partis possit hæres
illarum legum beneficio quartam partem de
ducere. Enimverò huiusmodi tertiæ, & quin
tæ partis relictum, prælegatum est, non insti-
tutio, teste Montal. ac Suarez in l. 9. tit. 5.
lib. 3. Fori. & Couar. lib. 2. variarum. c. 2. n.
2. Vt ergò propositam quæstionem absolua
mus, in primis sciendum est: non mediocrem
apud Interpretes fuisse controuersiam, vtrū
4 filius hæres institutus, vltrà legitimam por-
tionem sibi iure naturæ debitem possit etiā
ex legatis, & fideicommissis, quæ restituere
fuit rogatus, quartam Falcidiæ, & Treb. de-
ducere. Et vt verbo dicam, crebrior est sen-
tentia distinguentium inter legata, & fidei-
commissa, quæ purè relicta sunt; & ea, quæ
ad diem, vel sub conditione. Nam priori ca-
su non posset filius quartam deducere, poste
riori potest. Hanc distinctionē probat glos.
Bart. & cæteri in l. Papinianus §. meminisse
ff. de inoffic. testam. & hanc dicit communē
opinionem Panorm. in cap. Raynuntius, nu.
25. de testa. & Iaso. in Auth. nouissima. nu.
39. C. de inoffic. eandem distinctionem in
ascendentibus obseruandam esse tradit do-
minus Præsul Couarr. in dicto c. Raynūtius.
§. 11. num. 6. & hanc distinctionem etiam
nostrati Iure Regio procedere tradit Anto.
Gom. in l. 3. Taur. nu. 80. At Grego. Lopez
in l. 12. tit. 5. part. 6. existimat iure Regio, si-
ne vlla distinctione non posse filium vltra le
5 gitimam portionem quartam Trebellianī-
cam, seù Falcidiæ deducere, per text. in di-
cta. l. 12. quæ quidem nequaquam illam cō-
munem distinctionem recipere videtur, &
hanc quoque opinionem leges Regiæ reci-
pere videntur: quippè, quæ sine vlla distin-
ctione faciendam esse restitutionem tertiæ,
& quintæ partis passim decernant: præser-
tim. l. 4. tit. 6. lib. 5. recop. quō circa ipsi Gre
gorij opinioni magis accedo. Igitur, vt rem
in paucā conferamus, ita tenendum erit: hæ-
redibus extraneis institutis legem Falcidiā,
& Trebellianum Senatuscons. vim suā apud 6
nos perindè, ac olim retinere, neque vllā im-
mutationem factam? at liberis, vel parenti-
bus institutis illa iura nequaquam apud nos
hodie locum habere. Quoniam ergò homi- 7
nes, sine liberis, vel parentibus decedere ra-
rum est, idcirco Falcidia, & Trebellianica
quarta minùs assiduè nūc in foro versantur.

Minore matrimonium contrahente, an curatoris officium finiatur.

CAP. XII.

Curatoris officium per matrimonium contractum à minore non desinit, nu. 1.

Minores idcirco curatores accipiunt, quia suis rebus sufficere non possunt, nu. 2.

Curator non tenetur rationes minori reddere, nisi demum officio finito, nu. 3.

Curator etsi sponte sua vellet minori rationes reddere adhuc curæ oneribus periculisque obnoxius maneret, nu. 4.

L. 6. tit. 17. part. 7. verus sensus aperitur numero. 5.

Diuersitatis ratio, quare liceat tutori filiam suam in matrimonium pupillo suo dare, pupillam autem filio suo dare non possit, nu. 6.

L. curatorem. C. de interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem, nu. 7.

L. 3. tit. 17. par. 6. commendatur, nu. 8.

L. 8. tit. 1. lib. 5. recopil. elucidatur, nu. 9.

L. 3. tit. 15. par. 2. explanatur, nu. 10.

In regum curatoribus specialia quædam recipiuntur, num. 11.

Cogendus est curator, id postulante minore, qui matrimonium contraxit, vt ei iuxta rei pupillaris vires sumptus, & alimenta impartiatur, num. 12.

In causa alimentorum res summatim tractanda est, & appellationi non est locus dandus, nume. 13.

Minor veniam ætatis à Principe impetrando liberatur à curatoris potestate, nu. 14.

NON rarò contingere solet, 1
vt minores curatores habentes matrimonium contrahāt; & proindè sæpissimè ex facto quęri solet, an ea de causa curatoris officium finiatur, ita, vt ius sit minori à curatore rationes exigere. Quamobrem

placuit

placuit id hoc capite breuiter dispicere. Primùm igitur, quid iure communi in hac specie receptum, moxque vtrum regio aliquid immutatum sit, dispiciemus. Et planè, quod ad ius commune attinet, non magnam hæc res dubitationem habet: quippè cum non paucæ leges illius iuris non obscurè significent, curatoris munus propter nuptias à minore contractas non desinere. l. Non eò minùs. C. de procur. l. Maritus. C. qui tut. dare poss. §. idem rescripserunt. Inst. de excusa. tut. l. Amplissimi. C. eod. tit. l. 3. C. de interd. matr. l. 2. C. si sæpiùs in integrum resti. fuer. postul. & illic notat Paulus Cast. Cuius quidem rei eam constat esse rationem, quia minores id idcirco curatores accipiũt, quia suis rebus sufficere non valent. l. 1. ff. de minor. Porrò quando minor matrimonio iungitur, tantum abest, vt ea ratio cesset, vt longè magis, tum locum habeat, cum certum sit, eum tum duplicatis curis solicitudinibusque distringi. Ergò cum cura non finiatur per matrimonium, nõ rectè desiderat minor, vt curator sibi rationes reddat: cùm id demum finito officio locum habet. l. Rationes. C. de administr. tut. l. Nisi finita, §. fin. ff. de tutel. & ratio. distrah. Quinimò etsi maximè curator vltro rationes redderet, nihilominus curationis oneribus plericulisq; obnoxius maneret, nam cum iure ipso cura finita non sit, minoris, & curatoris assensus id efficere non potest. l. 2. C. quando tutor. vel curator desinat. Iure ergo communi curam per matrimonium non finiri constat. Nunc videamus, an quicquam regio iure immutatum sit. Et sanè Didacus Perez Salmantinus, vir cùm multis nominibus suscipiendus, tùm magister noster non pœnitendus, in l. 3. tit. 11. lib. 4. ordin. antiqui. in ea est sententia, vt existimet, quantum ad ius regium attinet, minoris matrimonium curatoris officium dissoluere, quòd dicat id probari in l. 6. tit. 17. part. 7. Sed pace præceptoris dignissimi dicere liceat, neque in illa lege eius sententia probatur, neque alioqui eam veram esse crediderim. Illa enim lex Part. non quidem eũ sensum habet, in quem accipiendam putat ipse Didacus. Sed cùm dixisset, licere tutori filiã suam in matrimonio pupillo collocare, filio verò suo non posse curatorem pupillam in vxorem dare: diuersitatis rationem subiunxit, & eam quidem non aliam, quam tradunt glos. & Doct. in l. Curatorem. C. de interdicto matrimonio inter pupillam, & tuto. illã nempè, quia cum maritus præsit vxori, mulier nulli marito est impedimento, quominus maritus ipse possit à curatore rationes exigere. At è contrario cùm mulier viri imperio subiecta sit, periculum quidem erit, ne rationes à curatore exigantur. Nam maritus ob patris reuerentiam nollet, mulier verò mariti metu non audebit. In hunc sanè sensum, ac finem spectant illius legis verba. Cũ itaque lex illa nihil dissentiat ab ijs, quæ traduntur in dicta. l. Curatorem, apparet illam legam nihil noui inducere. Adde quòd si illa lex haberet illum sensum, quem ei Didacus ipse tribuit: nequaquam constitueret diuersitatem inter masculum, & fœminam, quã constituit. Quæso enim, quæ diuersitatis ratio redi posset, quamobrem per matrimoniũ cura finiatur in masculo magis, quàm in fœmina? Quinimo tolerabilius id esset in fœmina, quam in masculo: quia nempè maritus curatoris defectum suppleret. Sed quid mor? cùm ex ipsomet parti iure quædam lex hanc sententiam probet, ea est. l. 3. titu. 17. part. 6. sed fortasis quispiam pro Didaci opinione accisset text. in l. 8. tit 1. lib. 5. recop. qua cauetur, filium filiamvè statim, ac matrimonij solemnia peregerit, pro emancipato per omnia habendum. Sed meminerit hanc legem ad præsentem quæstionem nihil attinere: non enim par ratio versatur, quando filius emancipatur, quæ quando minor à curatoris potestate exit. Illud enim in ipsius filij commodum, hoc in minoris damnum cedit. Deindè hanc nostram sententiam sentit non obscure Roder. Suarez in l. 9. titu. 11. lib. 1. Fori. §. nota vlterius. vbi ait, hucusque non vidisse obtentum, vt per matrimonium minor habeatur pro maiori. Deniq; hanc nostram sententiã apertè probare videtur Gregor. Lopez in leg. 3. tit. 15. par. 2. & illic respondet illius legis decisioni, quæ in Regina curatorem habenti cõtrarium sigdificare videtur. Nam ait, illic non per matrimonium, sed per pubertatem tutelam desinire. Atque (vt ego sentio) in Regina specialiter illa lex ita statuit. In Regum enim curatoribus peculiaria quædam, neque immerito, recipiũtur, iuxta ea, quæ notat Iaso. in leg. fin. C. de milit. test. & Corsetus de potestat. Regia. 3. par. quæstio. 18. Quod igitur singulari iure in Regina receptum est, ad priuatos porrigere nõ est ciui, leleg. Fideicommissaria. §. fideicommissaria. ff. de ddeicommiss. liberta. Quod si fortasis alicui fiuriuscula hæc sententia videbitur, quòd dicat magnum incommodum minori manere, propterea quod non habebit minor, vndè oneribus matrimonij, & domesticis impẽsis suppeditare possit, animaduertat, huic incommodo facilè mederi posse: cogendus enim erit curator, id postulante

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

te minore, vt ei iuxta rei pupillaris vires sumptus, & alimenta impartiatur. l. Curator. ff. de admin. tutor. l. fi. C. de alim. præst. l. Alimentorum. ff. vbi pupill. educa. debeat. l. 20
13 tit. 16. part. 6. Quoquidem casu, & res summatim tractanda erit, & appellationi locus non dabitur. l. fin. ff de appellat. recip. Pala. Rub. in rep. c. Per vestras. §. 15. nu. 5. Auen.
14 in dictionario. verb. *alimentos*. Poterit etiam minor sibi consulere, veniam ætatis à Principe impetrando: nam tum à curatoris potestate liberabitur, & per hoc rationes ab eo exigere poterit, iuxta ea, quæ notantur in titulo. C. de ijs, qui veniam ætatis impetrauerunt. Et id etiam monet Monterrosus, siue quisquis is fuit, certè non contemnendus autor, in praxi, tracta. 7. fol. 121. *mihi 1352.*

Ferire vel percutere pactum quare dicatur, ad interpretationem text. & gloss. in l. 1. ff. de censibus.

CAP. XIII.

Notatur Accursij cæterorumquè lapsus, dicentium ferire pactum dici à percussione palmarum, num. 1.

Ferire pactum, vel percutere dicitur à veterrimo illo feriendæ porcæ ritu, quem veteres in publicis pactis conficiendis vtebantur, numero. 2.

Feriendi pacti ritus, in publicis tantum causis dicitur, nu. 3.

Pangere fœdus dicitur, quoniam more maiorum cantibus, & musicis fœdera publica celebrari solebant, num. 4.

1 ACCVRSIVS in l. 1. ff. de pact. & in l. 1. ff. de censi. cui cæteri quoque assentiuntur, putat ferire, vel percutere pactum dici à percussione palmarum: ex cuius sanè dicto fluxisse auguror, consuetudinem, quam nunc videmus, vt pa-
2 ciscentes mutuò sibi manus porrigant. At ego ferire pactum, seù fœdus, seù mauis percutere, originem traxisse suspicor ab illo antiquissimo fœdere, quod olim in Romę auspicijs inter Romanos, & Albanos fuit percussum: cuius ordinem refert Liuius ab vrbe condita Decade. 1. lib. 1. hisce ferme verbis. *Priusquam* (inquit Liuius) *dimicarent fœdus istud inter Romanos, & Albanos his legibus, vt cuius populi ciues eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. Fœdera alia alijs legibus, cæterùm eodē modo omnia fiūt: tum ito factum accepimus, neque vllius vetustior fœderis memoria est. Fecialis Regem Tullum ita rogauit, iubes ne me Rex cum Patre patrato populi Albani fœdus ferire. iubente Rege, sagmina* (inquit) *te Rex posco; Rex ait, puram tollito. Fecialis ex arce graminis herbam puram attullit, fœdus multisquè id verbis, quæ longo effata carmine nō operæ est referre, peragit. Legibus dein dè recitatis Fecialis inter cætera, inquit, audi Pater patrate populi Albani; illis legibus populus Romanus prior non deficiet, si prior defecerit publico consilio dolo malo: tu illo die Iupiter populum Romanum sic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam, tantoquè magis ferito, quantò magis potes, pollesquè id vbi dixi porcum saxo scilice percussit.* Hanc quoq; fœderis antiquitatem refert Macrobius, & Florianus à Campo, & Erasmus in Chiliadibus, Chiliade. 2. adagio. 33. Igitur ab illa porci percussione pactum, seù fœdus percuti ferire, originem dixisse arbitror. Et siquid iudico, hoc loquendi genus ad publicum fœdus magis, quam ad priuatum pertinet: quoniam in publico, non in priuato fœdere solemnia illa seruabantur. Et ita illa. lex. 1. ff. de censibus, quæ hac locutione ausa fuit, in fœdere pnblico loquitur. Sic 4
etiam pangere fœdus nulla alia ratione dici puto, quàm quod more maiorum cantibus, & musicis fœdera celebrari solita sint.

Litis contestatio cur ita dicatur.

CAP. XIIII.

Litis contestatio est lapis angularis totiusque iudicij fundamentum, nu. 1.

Verborum etymologia plerumquè fallax est fidelis nisi fundamento nitatur, nu. 2.

Festi Pompeij, ac Tiraquelli, etymologia delitis contestatione explodituꝛ, nu. 3.

In lite ordinanda prius de fori præscriptionibus disceptandum est, nu. 4.

Olim actor prius intentionē suam probabat, deindè reus suas probat exceptiones, nu. 5.

Vera etymologia, quamobrem litis dicatur contestatio, nu 6.

Litis contestationis definitio, nu. 7.

Post litis contestationem non amplius iudex de re principaliter cognoscere incipit, nu. 8

LITIS

1 LITIS contestationem inter iudiciales actus præcipuũ esse, lippis est, & tonsoribus notũ: tantum enim à Doctoribus ei tributum est, vt illam, & lapidem angularem, & totius iudicij fundamentum appellare non dubitent. Quamobrem verò eo nomine vtatur fortasis ratione inuenire non cuiuis erit facile. Cùm enim in lite contestanda ferè semper negemus, magis ei inficiationis verbum, quàm contestationis conuenire videbatur. Proin hoc in præsenti disquirere fuit cordi, non sine nostrorum Iurisconsultorum exemplo, qui subindè (vt Stoicos solitos refert Cicero, officiorum lib. 1.) studiosè exquirunt vndè verba sint ducta. Enimverò etsi verborum etymologia
2 (vt ait Valla) plerumque sit fallax, & in primis, nisi fideli fundamento nitatur, friuola; attamen quoties interpretatione res, de qua quæritur, eget, aliquando (vt Quintilian.
3 inquit) vsum necessarium habet. Igitur Festus Pompeius rerum antiquarum peritissimus, in ea fuit sententia, vt existimaret litis contestationem hinc dici, quoniam ordinato iudicio vtraque pars dicere solebat, testes e tote. Cuius quidem dictum nonnullis rationibus confirmat Tiraquellus de retract. linag. §. 15. gloss. 2. nu. 2. Porrò quantum momenti hæc ratio habeat, quantumq; iuris rationi, & eruditissimi cuiusque ingenio satisfaciat, Tiraquellus ipse secum, suoque cum Festo consultet. Ipse mehercle alia pro priori, & iuri magis consona ratione nomen appellatum fuisse crediderim, idque paucis de-
4 clarabo. Sciendum est ergò in lite peragenda illum veteres ordinem tenuisse, vt primũ quidem de fori, personarumq; præscriptionibus ageretur. l. fi. C. de except. c. Inter monasterium, de re iudic. Deindè postquam super istis exceptionibus conclamatum esset, reusque superatus iudicium subterfugere nõ valeret: tum cum iam de iure principali esset agendum, erat solemne, vt actor attestaretur se statim intentionem suam probaturum, & è contrà reus contestabatur exceptiones suas probaturum, postquam actor intentionem suam veram esse docuisset. Ordo hic
5 iudicij manifestè apparet in l. Præscriptionem, & l. Si quidem. C. de except. leg Emptor. C. de præscript. long. temp. & in l. Exceptionem. C. de probatio. Quare verò hic
6 mos hodie exoleuerit, tradit Specul. tit. de teste. §. qualiter. n. 20. Ex illa igitur actoris, ac rei contestatione (sic enim illæ superiores leges eam appellant) dicta proculdubio est litis contestatio. Sic etiam nos, illius antiqui morisinstar, in lite cõtestanda testari solemus, allegaturos exceptiones, ac defensiones nostras intra viginti dies è lege Regia definitos. Secundum hæc igitur rectè litis contestatio iudicij exordium, & fundamentum dicitur, vt in c. Ex parte, de verb. signif. & c. Super quæstionem. §. intentionis. de officio delega. & l. 3. tit. 10. par. 3. Et rectè quoque ipsa à Doctoribus definitur, Principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio. Posthac enim, non antea, iudex de iu- 7
re principaliter cognoscere incipiebat, vt ait Imperator in l. 1. C. de litis contest.

Altius tollendi seruitus, cur ita dicatur.

CAP. XV.

Iure permissum est cuiq; altiùs, & ad cœlum vsquè tollere, nu. 1.

Refellitur communis ratio scribentium, quà tradant, cur seruitus altius tollendi, ita dicatur, num. 2.

Vera ratio, quare seruitus altiùs tollendi ita dicatur, nu. 3.

Actio confessoria, & negatoria, quibus verbis cõcipiantur, num. 4

L. altius. C. de seruit. sensus aperitur, nu. 5.

Quamobrem dicatur seruitus altiùs tollendi affirmatiuè, & non dicatur altiùs non tollendi negatiue, nu 6.

Seruitutes nomen accipiunt à prædio dominante, num. 7.

L. fi. tit. 32. p. 3. tamquam notabilis commendatur, nu. 8.

Eatenus cuiquè ius est ædes suas altiùs tollere, quatenus efficiat, ne vicini ædes valde nimis propalentur, nu. 9.

SOLET apud Interpretes fre 1
quenter disputari, quare seruitus altius tollendi, sic nominetur; cùm magis videatur esse libertas, quã seruitus; quippè quum iure ipso vnicuiq; liceat altiùs, & ad cœlum vsque tollere. leg. Altius. C. de seru. & aqua. Et vario quidem 2
modo scriptores hanc difficultatem profligare conantur. Alijs enim placet per hãc seruitutem induci, vt teneatur vicinus, qui seruitutem debet, velit, nolit, ædes suas altiùs tollere: quia forte id interest vicini, cui seruitus debetur, putà ne ædes suæ ventorum

iniuria

iniuria infestentur, vel quæ fortasis eo modo plenius lumen recipiant. Ita placet gloss. & Bart. in l. 1. ff. de seruit. vrba. prædior. quorū opinionem communem testatur Cæpola de seruit. vrba. præd. cap. 26. Alij verò aiunt idcirco altius tollendi seruitutem ita appellari, quia forte municipali lege (quod statutum vocant) cautum erat, neminem posse, inuito vicino ædes suas nisi vsque ad constitutam altitudinem tollere, vt est apud Florentiam. Et hanc quoque opinionem testantur communiter Gomecius, & Isa. in §. æquè si agat. Inst. de actio. Mihi verò nequaquam iuri consultorum scriptis hæc Doctorum exempla conuenire videntur: eamque iurisconsultorum non fuisse mentem citra negotium, intelliget quisquis paulò attentiùs illarum verba contemplatus fuerit. Quid est igitur? puto quidem idcirco seruitutem altius tollēdi dici, quia ex ea inducatur, vt vicinus non possit altiùs tollere, quam seruitutis conditione & lege conuentum fuerit: quod alioqui iure communi sibi licebat. Quo pacto id quæso? Quia cum de hac seruitute agimus, hæc verba altiùs tollere accipiuntur comparatiuè respectu vicini, qui seruitutem debet. Id est, significant, vt vicinus, cui seruitus debetur, possit altius tollere, quā vicinus, qui seruitutem debet. Ergo, si vicinus nō potest tollere ædes suas tā altè, quam ego propter seruitutē, quā debet: iam manifestè deducitur ex hac seruitute altiùs tollendi effici, vt vicinus, qui seruitutē debet, non possit altiùs tollere. Proinde rectè ex his verbis seruitus inducitur, ac rectè is, cui seruitus debetur, intendit ius sibi esse inuito aduersario ædes suas altiùs tollere. Atque è contrario is, qui seruitutem non debet, rectè negat ius non esse aduersario altiùs suas ædes tollendi: hisce enim verbis actiones negatoria & confessoria cōcipiuntur, vt est expressum in §. æquè si agat. Inst. de actio. Quod autem dicitur in dicta. l. Altiùs. C. de seruit. vnicuique licere altiùs tollere: illa verba non efferuntur comparatiuè, neque cōparatiuè accipi possunt, quo casu seruitutem non inducunt. Porro idcirco dicitur seruitus altiùs tollendi, & non dicitur non altiùs tollendi, quia seruitutes nomen trahunt à prædio dominante. l. fin. ff. de seruit. l. 1. §. Cassius quoque ff. de aqua pluu. arcēd. Cæpola de seruit. vrba. præd. c. 11. n. 10. Qua propter hæc verba altius nō tollendi non bene quadrarent ei, cui seruitus debetur. Circa hanc verò seruitutem altius tollendi est memoriæ fideli mandanda l. fin. tit. 62. p. 3. qua generaliter constitutum est, eatenus cuique ius esse ædes suas altiùs tolledi, quatenus efficiatur vt ea ædes vel de nimis propalentur. Quod quidem iure communi expressim definitum non erat, sicuti ibidē notat Greg. Lop. Proinde obliscendū non erit. Poteris tamē ad illius intelligentiam addere Alex. consil. 9. vol. 6.

Clericus filiam spuriam dotare quemadmodum possit.

CAP. XVI.

Clericus filiæ suæ spuriæ vltra quintam bonorum partem dotare non potest. num. 1.
Genero dotare clericus quidquid velit potest. num. 2.
C. 1. de testam. mirificè declaratur. num. 3.
L. fin. ff. de his, quibus vt indignis commendatur. num. 4.
Relationum eadem est disciplina. num. 5.
Indubio quisque non præsumitur esse legitimus, nec mortuus. num. 6.
Propter affinitatis coniunctionem fraus non debet præsumi, num. 7.
Cautio, per quam aperte legi fraus fit non est admittenda num. 8.
Vera cautio, per quam clericus vltra quintam partem spuriæ filiæ dotare valeat. nu. 9.
Clericus nepotibus suis libere quidquid velit relinquere potest. num. 10.
Vsusfructus mortuo vsufructuario ad proprietatem reddit num. 11.
Quemadmodum intelligi possit, an vsusfructus æstimatio quincuncis quantitatem excedat. num. 12.

PAlam est clericū filiæ suę spuriæ vltra quincuncē, 1
uē (vt apertius loquar) vltra quintam bonorum partem dotis nomine dare non posse: sicut tradūt omnes in l. 10. Taur. & Dueñas regul. 377. amplia. 3 Verùm cùm, vt hodie dotes sint immoderatæ, contingat huiusmodi quincūcē ad filias dotādas non sufficere? quæri idē tidem solet, quænam cautio tenenda sit, vt vltra quincuncē filiæ dos à patre clerico cōstitui possit. Quod hic à nobis dispiciendū est. Et ne morer, ita caueri posse videtur, vt quinta pars bonorū dotis nomine filiæ detur reliquum verò quod in dotem duri cōuenit donationis titulo genero cōcedatur. 2

3 Nam tametsi Host. Ioan. And & Cardin. in c. 1. de testam. existimauerint hoc genus cõtractus fraudis suspicione argui posse: ego verò secutus Ant. Gom. in l. 9. Tauri. n. 17. & Dueñ. reg. 366. in fine, proprius veriusque esse existimo talẽ donationem genero factam validam esse, tum ex text. in l. fin. ff. 4 de his quibus vt indig. *Si genere* (inquit) *socerum haredem reliquerit, taciti fidei cõmissi suspicionem sola ratio paternæ affectionis nõ admittit.* Quod ergo in genero definitur, idem in 5 socero recipiendũ est: cùm (vt vulgo aiũt) relatiuorum eadẽ sit disciplina: tũ ex text. in cap. 1. de test. vbi Episcopus nurum suã hæredem instituit, neque tamen fraudis suspicione talis institutio vitiatur. Est igitur ille text. contra Host. & eius fautores: sicuti etiã memoria repeto dictasse eruditissimũ Doctorẽ Sãdoualẽ (quem nuper nobis mortem abripuisse doleo) dum pro rostris illũ text. interpretaretur. Nam quod ipsi aiunt, vel potius diuinant, illic filium Episcopi, vel legitimum, vel fato functum esse: nõ fit verisimile, cum legitimus qui quam in dubio, neque mortuus esse presumatur. Sed & quod ipse Hostiensis inquit, eo casu propter affinitatis coniunctionem fraudem præ- 7 sumendam: facilè quidem refellitur ex illa lege fin. ff. de his, quibus vt indig. vbi nominatim contrarium definitur, ac ex ijs, quæ 8 notat Bart. cõsi. 194. Hæc igitur cautio nõ tam legibus, quam ipsi clerico captiosa videtur. Cur ita? quia fortè si filia sine liberis discesserit: clericus bona genero data simul cum filia perdet, nisi fortè pactione comprehensum fuerit vt filia sine liberis defuncta ad ipsum bona reuertantur. Sed tum fortè aperta legi fraus fit: & pro insequenda esset Hostien. opi. Videamus igitur quemadmo- 9 dum cautiùs clerico consulere possimus. Et puto hoc pacto, vt bona quæ in dotem data sunt, non proprietas, sed vsusfructus iure ipsi filiæ spuriæ quoad vixerit, concedatur ea lege, vt post ipsius mortem ad ipsius liberos, ideſt, clerici nepotes bona pleno iure reuertantur, nam eo casu nõ facilè vsusfructus æstimatio quincuncis quantitatẽ egredietur, ac proinde legitima erit dotis cõsti- 10 tutio. Filiæ autem liberis id, est, clerici nepotibus clericus expressim rectè relinquit, in eorumque fauorem rectè fidei committere. potest. vt tradunt omnes in l. fin. C. de natural. & Suar. in l. 1. tit. 6. lib. 3. Fori. Anton. Gomez. & Dueñas locis suprà citatis. 11 Quod si casu filia sine liberis decesserit, clericus bona non perdet, cùm vsusfructus ad proprietatem redeat. Hanc cautionẽ accep tã ferre debemus. Bartolo nostro in l. fin. ff. de his, quib. vt indig. Quem, vt cæteros taceam, sequitur Suar. in dict. l. 1. tit 6. lib. 3. Fori. §. prædicta. de naturali. successione. Quemadmodum verò intelligi possit, an vsusfructus æstimatio quincuncis quãtitatem excedat: legendus est idem Suarez in l. Quoniam in prioribus, amplia. 3. num. 7. De cæteris verò cautelis, quæ ad filios spurios instituendos tradi solent lege Cæpol. cautel. 38. & Ferra. caut. 41. Ludou. de Sardis in tractat. legitimum ad calcẽ operis Alciat. in l. Speciosas. ff. de verb. signifi. Corras. in l. Fœmin. ff. de Senat. Tiraq. de nobil. c. 18. Anton. Gom. in l. 9. Tauri. 12

De pœnis palinodiæ cantandæ ad legem secundam, tit. 10. lib. 8. Recopilationis.

CAP. XVII.

L. 2. tit. 10. lib 8. Recopil. copiosa quadã breuitate ad amussim explicatur. n. 1.

Quinque conuitia quæ lex regia palinodiæ pœna vlciscitur. n. 2.

Ad palinodiæ pœnam nihil interest, an quis legis verbis, an alijs tantundem significantibus vsus fuerit. num. 3.

Nihil interest, quid ex æquipollentibus fiat. numer. 4.

Cucurbita appellatione cornutus significari vulgo solet. num. 5.

Cornutus vnde dicatur. n. 6.

Cuculi appellatione cur cornutus significetur, ratio ex Aristotele. n. 7.

Curuca appellatione cornutus item significatur, ibidem.

Curuça, quod auis genus sit. n. 8.

Boni viri appellationẽ quam malè vulgus vsurpet, n. 9.

Proditorem appellat qui Gallalonem eum vocat, vel dicit, ego non sum proditur. n. 10.

Sodomiæ nefandum scelus quibus verbis significetur. n. 11.

Lex regia non solum quinque conuicia palinodiæ damnat, sed cætera omnia illis quinque similia. n. 12.

Quæ dicantur illis quinque similia. n. 13.

Similia dicuntur secundum Bald. quorũ sunt diuersi termini, vna verò ratio, seu qualitas, num. 14.

Quotquot conuitia illis quinque, aut æqualia aut maiora fuerint similia dicenda sunt ac palinodiæ

linodiæ damnanda. num. 15.
Alienos cõuicium ad palinodiæ pœnam spectat. num. 16.
Strigis seu lamiæ maledictum ad palinodiæ pœnam respicit. n. 17.
Falsarij appellatio aduersus testem, vel notariũ ad palinodiam quoque pertinet. num. 18.
Lænæ conuicium ad palinodiam quoque attinet. num. 19.
Lenocinium facere non minus est, quam corpore quæstum exercere. num. 20.
Mali Christiani iniuria ad palinodiam non pertinet. n. 21.
Inter hæreticos & malos Christianos permultum interest. n. 22.
Morbi gallici seu verius indici maledictum ad palinodiæ pœnam non spectat. n. 23.
Mauri, seu Morisci appellatio seu Iudæi an ad palinodiæ pœnam attineat. nu. 24.
Mauri appellatio ad quinque conuicia spectat. num. 25.
Nobiles palinodiæ pœna non comprehendit. numer. 26.
Amplia etiam si nobilis aduersus nobilem conuicium dixerit. num. 27.
Priuilegiatus vtitur priuilegio suo aduersus pariter priuilegiatum, quando idem priuilegiũ habens certa de damno vitando, num. 28.
In hac causa non tam plena nobilitatis requiritur probatio, n. 29.
Si mulier fuerit nobilis maritus verò plebeius, vel contra maritus nobilis, vxor vero plebeia mariti est spectanda conditio, n. 30.
Clericos palinodiæ pœna complectitur. n. 31.
Clerici ac nobiles ignominiosis pœnis plectendi non sunt. n. 32.
Cessat palinodiæ pœna, quando quis iniuriam intulit docuerit verum dixisse. n. 33.
An is qui alter cornuti, vel meretricis iniuriam dixerit, audiendus sit, volens probare se verũ dixisse. num. 34.
Cessat palinodiæ pœna quãdo quis prius lacessitus, aliquot ex quinque conuitijs retaliauerit nam. 35.
Ignoscendum est ei, qui se voluit vlcisci prouocatus Vlpianus ait. n. 36.
Quælibet honesta deliquendi causa pœnam ordinariam extenuat. n. 37.
Non est pœna capitis plectandus, qui prius vel verbo lacessitus iniuriantem è vestigio enecauerit. num. 38.
Calor iracundiæ in causa est, vt pœna extenuetur num. 39.
Duplicis facici conuicium non damnatur palinodiæ pœna. num. 40.
In pœnis benignior est interpretatio facienda. ibidem.
An palinodiæ pœna locum habeat quando conuicium in absentem prolatum est. num. 41.
Palinodiæ & infamiæ pœna diuerso limite tendunt. num. 42.
L. item apud Labeonem. §. conuicium. ff. de iniurijs commendatur. num. 43.
L. si. tit. 6. p. 7. commendatur. n. 44.
Quando cõuicium in absentem dictum pœna palinodiæ locũ habeat, elegans distinctio. n. 45.
Palinodiæ pœna per quam dura est. n. 46.
Palinodiæ accusatus, testibusque conuictus, non est relaxandus, sub fide iusioribus. n. 47.
Quibus verbis palinodia recantetur, num. 48.
Palinodia vnde dicatur. n. 49.
An huius legis pœna pertineat ad viduam, vel sponsam, quam vocant, de præsenti. n. 50.

EXtat apud nos lex Regia, quæ quinque maledictorum iniuriam Palinodiæ cantãdæ pœna vlciscitur: ea est l. 2. tit. 10 lib. 8. Recop. Quæ vt noua quidẽ, ita non obscura definitione nõ paucas priorum legum difficultates sustulit. Illa verò quinque conuitia nominatim ipsa lege comprehensa hæc sunt. Elephãtiacus siue leprosus, Paticus siue Sodomita, Hæreticus, Proditor, Cornutus: & mulieri nuptæ Meretrix, quod cum pro vimo connumeratur. Quoniam verò istius, legis materia in foro assidua est: fuit cordi pauca ad illius intelligentiam in præsentia afferre. Illud autem in primis palàm est, nihil interesse an quis illis verbis nominatim ipsa lege cõprehẽsis vsus fuerit, vel id alijs tantundẽ efficiẽtibus significauerit. Nam (vt vulgò aiũt) nihil interest quid ex æquipollentibus fiat. c. In his. de verb. signific. vt putà, si quem vt cornutũ vocẽ, cucurbitam appellẽ. sicuti gl. ost. in l. Si inimicitæ. ff. de his, quib. vt indig. Cornutũ verò (vt id obiter dicam) appellari existimo, quasi sit corde nudus, qui dedecus tale patiatur. Nam, vt Salomon inquit, Qui expellit mulierem bonam, expellit bonũ, qui autẽ tenet adulteram, stultus est & insipiens. Et hanc quidam etymologiam, ne aliena pro nostris vẽditemus) excepisse memini me ab eruditissimo Doctore Moya, nũc iuris Põtificij Salmanticæ primario professore, sub quo nos Iurisprudentiæ tyrocinia fecisse neque piget, neque pigebit vnquam. Idem erit, si culum appellẽ, vt hodie est in vsu, & scribit Boer. cõsil. 4. n. 15. Vel si eum curucam votem, vt Iuuenalis Satyra 6. *Tu tibi nunc* (inquit) *curuca places, fletumque labellis exorbes.*

Et veriùs quidem nam de cuculo, & cu-

1
2
3
4
5
6
Prou. c. 18
7

ruca Arist.lib.6.de Animalibus.c.7. in hæc verba inquit. *Pullos cuculli nemo se ait vidisse, parit tamen, verùm non in nido quẽ ipse fecerit, sed interdum in nidis minorum auium, & oua, quæ aliena reperit, exedit, Maximè verò nides palumbium petit, quorum, & ipsorum oua esu absumens, sua relinquit. Curuca quoque in nido parit, fouet, & illa excludit, & educat:* Hactenus Arist. Ex cuius sanè verbis satis apparet cuculi nomen adultero curucæ verò patienti seu cornuto (quem vocant) magisquadrare. Quod non eo quidem pertinet, vt velimus nõ esse huic legi locum, si quis aliũ cuculũ appellauerit: erit enim, cũ communis sermonis significatio sit spectanda. Sed eo dicimus, vt vulgi errorem etsi inueteratum dedoceamus. Curuca autem (vt reor) est auis haud dissimilis ei, quàm vulgo Coruxam à Latino verbo non multum discordantes appellamus, ea in occipitio plumarum cornuscula quędam arrigere solet, & inde cornuti maledictum originẽ verius traxisse auguror. Ac de cuculo & curuea vide etiam Erasmũ adagio. 171. Ad istud etiam conuitium pertinebit, si quis iniuriandi gratia alium bonum virum appellauerit: nam & ea appellatione maligne interpretata cornutus significari solet. Neuizanus in Sylua nup. lib. 1. n. 76. & Boer. alios referens cons. 4. n. 17, Quod malitiosa nimis hominum interpretatione fit: apud Iurisconsultos enim diuersam hoc verbum significationem habet: nonnunquam enim pro Iudice accipitur. l. Continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. nonnunquam pro Arbitro. l. Societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Interdum pro eo viro, qui mortem potius, quàm dedecoris quicquam pati se malit. vt in l. Isti quidẽ. ff. quod metus caus. Sic etiam & philosophi bonum virũ accipiunt eum, qui omnibus virtutis numeris præditus sit, vt est videre apud Cicero. offi. lib. 3. Atque vtinam suę significationis tot bonos viros haberent philosophi, quot suæ populariibus habere contingit: fortasis enim nõ tam male cum virtute actũ esset. Atque (vt in alio conuitio exempla ponamus) idem erit, si, vt quem proditionis suggillem, Gallenonem eum appellem: vel si dixerim, ego non sum proditor. Specul. tit. de aduocato. §. iã nunc, n. 3. Boerius plures in eandẽ sententiam referens cons. 4. n. 17. tametsi Ant. Gom. in commen. tit. de iniuria c. 6. tom. 3 futilibus quibusdam argumentis, neque tã to Doctore dignis contrarium sentiat. *Sic* erit, si quis aliũ, vt cinedum siue Sodomitam appellet, vtatur dicterio illo, quo Thraso ille Terentianus Rhodium adolescentẽ notauit: Tute lepus es, & pulpamẽtum quæris. Vel si vocauerit eũ Hienam de qua Ouidius *Et quæ modo fœmina tergo.* (*Hienam. Passa marem est, nunc esse marem miremur*

Non solum verò hæc lex Rgia illa quinque maledicta recantanda iubet: sed etiam alia his similia. Similia verò quemadmodũ hic accipienda sint videamus. & Bal. quidẽ in l. Neque. ff. de legibus tam doctè, quãpho losophicè scribit illa similia dici, quorũ sunt diuersi termini, vna verò ratio seu qualitas. Alij verò aliter atque aliter simile accipere solent: vt est videre apud Interpretes in c. Capitulum de rescrip. & Ant. Massam de exercita. Iurisp. lib. 1. n. 32. DD. quoque in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. At lex tertia, quæ hanc, quã interpretamur, subsequitur, similia videtur maledicta accipere, quotquot illis quinque minora non fuerint. Igitur quotquot illis quinque, aut æqualia, aut maiora fuerint, similia dicenda sunt, & ad hanc cantandæ palinodiæ pænã pertinere. Sed operæ erit vt exẽpla quæramus: par igitur simileque erit conuitium si quis alleuosus appelletur, nam tale crimẽ perduellioni exequatur. l. 2. ad calcem, tit. 2. part. 7. Idem erit probandum si quã strigiam seu lamiam appellaueris, ferè enim hoc crimen sine hæresi vel apostasia non admittitur. Guillãdus tit. de sortilegijs. Sylvest. verb. hęresis. 2. dominus pręsul Simancas catho. instit tit. 37. Simile quoque dicendum est, si tabellionem vel testẽ, falsarium appellaueris: inter grauissima enim crimina hoc crimen numeratur: estque proditioni multùm affinis. teste Greg. in tit. 7. part. 7. in summa. Idem puto, si lænam nuptam appellaueris, etenim lænocinium facere non minus est, quàm corpore quæstum exercere. l Palam. § non solum. ff. de ritu nuptiarum. Diuersum erit, si malum Christianum quem appellauero: inter hæreticos enim, & malos Christianos longè interest, illi enim falsa credunt, hi verò vera credẽtes, non viuunt ita, vt credunt, secũdũ Augustinum super Matthæum. c. 3. Sed neque idem erit, si quis morbi Galici notetur, vel verius Indici: vulgo bubas vocamus, à bubo morbo inguinali, qui huius morbi comes esse solet. Enim verò hæc tabes adeò hodie (quæ nostra sunt peccata) lõgè latèque serpsit, vt magno dedecori iam nõ habeatur. Quid si Mauridem, siue Moriscum, vel Iudæum quempiam appellauero? Et non putem ad ista conuitia pertinere, quia ea appellatione communi loquendi vsu nõ sed

seu

seu heresim, sed originem gentis significare solemus. Et de Iudæo quidem ita tradit Didac. Perez in l. 9. tit. 1. lib. 1. antiq. ordi. Tametsi si dominus Couarruu. lib. 1 i varia. c. 1 1. num. 2. aliam praxim recipere testetur. Sed eam praxim ipse & in humanã sanè, & Iuri non sat consonam iudico: cum istis conuitijs specialiter lex pœnam prescri
25 bat, scilicet viginti millia nummum vt in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recop. Ergo si Maurum appellauerit, diuersa causa erit, quia ea appellatione non modo gentis originẽ, sed etiam sectam significare solemus, ac vulgus loquẽdo Mauros à Morisci discernit. Hactenus
26 de istius legis ampliationibus. Modo de exceptionibus seu limitationibus accipite. Et
Regia legis limitationes.
primum hæc lex excepit ab hac recantationis pœna nobiles, qui vulgò hidalgos appellantur. Id autem accipiẽdum puto, etiam si
27 28 nobilis aduersus nobilem tale conuitium dixerit, nam licèt alioqui priuilegiatus (vt vulgaribus verbis vtar) non vtatur priuilegio aduersus pariter priuilegiatũ: id tamen non habet locum, quando æquè priuilegiũ habens certet de damno vitãdo. l. Verum. §. fin. ff. de minor. Bart. in auth. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccl. Ang. in. §. rursus n. 2. Inst. de actio. Ergo cùm hic nobilis certet de damno vitando, etiam aduersus aliũ
29 nobilẽ hoc priuilegio fungetur: eoque iure vtimur. Sed illud admonendi sumus, nõ desiderari in hac causa tam plenam nobilitatis probationem, sicuti cum principaliter de ipsa nobilitate tractatur, sed sat erit nobilitatem per communem opinionem, seu
30 existimationem probari secundùm Otaloram de nobil. 3. part. c. 8. n. 11. Quid verò si mulier, cui iniuria dicta est, fuerit nobilis,
1 * maritus verò plebeius. * Vel contrà mulier plebeia, maritus vero nobilis. * & constat mariti conditionem spectandã esse. l. Mulieres. C. de incol. lib. 10. l. 7. tit. 2. part. 4. l. 9.
* tit. 11. lib. 2. Recop. * Et ita scribit Auilesius in proœmio ui operis, n. 20. non satis autem fideliter Azeuedo in l. 9. tit. 11. lib. 2. Recop. aduersus hanc sententiã refert Bart. l. 1. n. 92 C. de dignit. lib. 12. nam si perspicis Bartol. verba nihil prorsus nobis reclamantur. Denique cùm contrariorum eadẽ sit disciplina, si mulieri è plebe viri nobilitatem hoc casu pro desse putas, consequenter & nobili mariti ignobilitatem officere, di-
31 cere debes. * Quando verò nobilibus hoc priuilegium datur, consequenter & clericis dicendum est competere: iuxtè enim vtrisque iure fauetur: & sicuti illi ignominiosis
32 pœnis afficiẽdi non sunt. l. 8. tit. 31. part. 7. ita neque hi. c. Contingit. 1. de sentent. excom. & ità placet Dida. Perez in l. 9. tit. 1. lib. 1. antiq. ordi. cui magis accedo, quã Bernardo Diaz, qui contrarium scripsit in sua praxi. c. 60. Deinde hanc palinodię pœnam 33
non putem habere locum, quando is, qui in iuriam intulit, docuerit verum esse maledictum: sicuti est autor Couarr. lib. 1. varia. c. 11. n. 6. qui id indistinctè intelligit, id est, siue Reipublicæ interfit crimen retegi, vel nõ cui magis accedo quã Ant. Gom. in hoc distinguẽti in comm. tom. 3. c. 4. n. 2. Enim verò à tota ratione abhorret, vt qui verũ dixerit, veritatẽ modo recantet, & mendaciũ affirmet, & hęc nostra sententia videtur probari in l. 46. tit. 2. part. 3. & apertius in l. fi. tit. 6. & in l. 1. tit. 9. part. 7. Erit tamen is secundum dominum Couarr. extraordinaria quadam pœna multãdus. An verò hæc sen- 34
tẽtia admittenda sit, quando quis eũ eamtè, qui quæuè matrimonio iũctus iuxtavè sit, cornutum vel meretricem appellauerit, id est, an audiendus, si sit velit probare se versi dixisse tractat Greg. noster in l. 1. tit. 9. part. 7. in gloss. magna tu ipsum consulito Præ- 35
terea hanc palinodiæ cantandę pœnam nõ puto locum habere, quando qi is aliqua iniura priùs lacessitus, statim par pari refert ês in conuitiatorem, aliquot ex illis cuique maledictis retaliauerit. Sederit eo casu (mea 36
quidem sententia) ad mitiorem pœnam recurrendum: ignoscendum est enim ei (vt Vlpianus scribit) qui se voluit vlcisci prouocatus. l. Qui cum natu. 8. si libertus. ff. de 37
bonis liber. Et quę deinde generaliter traditum, quàm libet honestã delinquendi causam pœnam ordinariã extenuare: Bald. in leg. & si ieuerior. C. de ijs qui notan. in am. Bar. in l. Quid ergo. §. pœna grauior. ff. eodem tit. Sylua nup. lib. 1. §. 2. n. 94. Refert plures dominus d. Reden, vir tam iuris periti
tissimus, quàm iure dicendo strenuissimus, 38
in suo eleganti commẽtario de Magist. principũ. §. sed etiam. n. 80. Prolixè recensum est si quis priùs lacessitus iniuria cuipiam ertã verbo illata, iniuriam facientem enecauerit, non esse eum pœna capitis plectendum, sed benignius in eum animaduertendum esse. Boerius dec. 169. Couarr. lib. 2. variar. c. 9. num. 2. Ant. Gom. in cõment. tom. 3. c. 39
3. n. 24. Eodem pertinet illa frequens Doctorum opinio criuentium tametsi in delictis calor iracundiæ omnino excusationem non præstet: esse tamẽ in causa vt pœna ordinaria non inferatur, vt est videre apud Ducũ. regula. 292 alios plures recitantem. Demum accedit his, quæ ferè in simili spe-

cie tradit Hermanus de Vare de formandis
40 libellis,libello,95.Quid verò, si quem hominem duplicis faciei appellaueris? An sit locus palinodiæ cantandæ? Et non putem, quia his verbis non ita manifestè proditor significatur,ac in pœnis benignior est interpretatio facienda. Quid ergo,si filium meretricis? & interesse arbitror, an mater viuat nuptaque sit,& erit locus palinodiæ,ea scilicet iniuriarium agente,an non sit viua vel
41 nupta,& non erit locus. Sed illud omnino tractandum erit,vtrum hæc palinodiæ pœna procedat,quãdo aduersus absentem maledictum proferatur. In qua re distinguit do
42 minus antistes Couarr.lib.1.varia.c.11.n. 4.Ipse tamen & hoc casu palinodiæ locum
43 esse arbitror ex text.in l.Item apud Labeonem.§.conuitium.ff.de iniurijs. l.1.tit.9. part.7.quibus definitur, nihil interesse an conuitium in præsentem vel absentem dicatur.Illud tamen meminisse debemus, vt id procedat,oportere vt maledictum sit, cũ vociferatione & in cœtu,idest, coram pluribus dictum, nam aliàs non dicitur propriè conuitiũ,sed infamandi causa dictum.l. Itẽ apud Labeonem.§.conuitium. ff. de iniurijs,& dicta l.1.tit.9.part.7. Illius verò legis verba quia notatu digna sunt, hic subijcienda putaui. *Ex his apparet* (inquit Vlpianus) *non omne maledictum conuitium esse, sed illud solum,quod cum vociferatione dictum est: quod autẽ nõ in cœtu neque cum vociferatione dicitur,conuitium non propriè dicitur, sed infamandi causa dictum.* Ergo si maledictũ nõ in cœtu neque cum vociferatione sit dictũ, siue coram vel clam sit dictum ideſt, siue in præsentia,siue in absentia dicatur, non erit locus palinodiæ pœnæ,sed tũc habebit locũ
44 pœna alterum infamia fugillãtis. Quæ pœna verò hæc sit.definit.l.fin.tit.6.part.6.& ita ex illo.§.conuitium.illa Part. lex est conciliandа cum hac lege Recopilationis, quã interpretamur:& est vera facillimaque conciliatio,tametsi Greg. Lop. illarum legum patahrastro magnum negotium fecerint,& minùs rectè aliter eas accipiẽdas scripserit.
45 Ergo cum in absentia aliquod ex illis quinque conuitijs dicitur,considerãdum est an cum vociferatione & in cœtu sit dictum, & erit palinodiæ pœnæ,an non sit dictum in cœtu neque cum vociferatione, & non erit locus pœnæ palinodiæ cantandæ. Et hæc verior mihi distinctio videtur, & clarior, quàm illa Domini Couarr.tametsi non longè ab ea discedat. Illud ad extremum dixerim,hanc palinodiæ pœnam & seueram, &
46 per quam duram esse,siquidem is, qui palinodiam cantat,toto exautoratur honore,& quanti auis dignitate præfulgeat,in ordinem redigitur,vt ostendit l.8.tit.3.part.7.& l.2. tit.5.part.7.& l.2. tit. 8. Compil. Proinde 47.
huius criminis reus,etiam datis fideiussoribus nõ est carcere relaxandus,vtiexpressim. tradit Marant. in specul. aureo.4.part.nu. 48
10.& eo iure vtimur. Quibus verò verbis hoc casu palinodiam canens iniuriam recãtare debeat,docet Greg. Lop. in l.8. tit.3. par.7.verbo mintio, & in l.25.tit.18.par. 2.Sed an is qui iniuriã fecit,teneatur,alioqui in foro poli(vt Augustini verbis vtar) veniam lacessito exorare,lege,si placet dominum Couarr.lib.2.variar.c.10.n.7. cui adde Paridem de Synd.verbo compositio, 49
c.7.n.5.Et denique vnde dicatur palinodiã cãnere) consule Erasmum Chilia. 1.centuria.9.adagio.69.Sed & vtrum id,quod hęc lex definit in vxore, ad sponsam pertineat, legito Hippol.cons.61.n.4.* Verum huius *
legis pœnam pertinere etiam ad vxorẽ dotem nondum traductam (*quæ vulgo sponsa de præsenti vocatur.*)scribit Auilesius in cap. correct.c.1.verbo mugeres, & probat expressim.l.82.Styli.*De vidua verò nequaquam intelligendum esse: nemo dubitauerit. 50

Quemadmodum legata distrida sint, quando defunctus vltra tertiam, & quintam bonorum partem legauit.

CAP. XVIII.

CVm defunctus in legando modum excesſit. supputandus est excessus quitertiam,& quintam hereditatis partẽ excurrit,& quantum fuerit excessus tantum pro rata cuique Legato detrahendum.n.1.

L.si quis testamento.§.apud Iulianum.ff.de leg. 1.commendatur.n.2.

Etiam legata pia hanc deductionẽ patiũtur.n.3.

Cum defunctus non filios,sed parentes relinquit, tertia hereditatis pars in legando est spectanda.n.4.

Si defunctus nec filios,nec parentes relinquit in præstandis legatis est seruandus ordo traditus in §.fi.inst.de lege.Falcidia,n.5.

Defun-

1 DEfunctus pluribus in eodem testamento legata reliquit, verbi gratia, in principio testamenti filio ædes, in medio Titio fundum, in fine Seio nummos legauit: ea vero legata modo à lege demitum excedant, quia quintam, & tertiam hæreditatis partem egrediuntur. Quæro, quanam illorum valeant: & cõitat omnia valere: cæterum id, quod excedit, pro rata eius, quod cuique legatum est, detrahendum erit, ita vt omnia legata ad tertiam & quintam bonorum partem dirigantur: vti est exemplo. l. In quantitate. §. fin. ff. ad legem Falcid. text. in. §. fin. Instit. eodem tit. & illic gloss. vt ecce, tertia & quinta hæredi tatis pars valent quadringenta, testator vero sexcenta legauit, itaque tertiam partem amplius, quam posset, legauit. Tertia igitur pars singulis legatis detrahẽ da erit, Cui igitur sexaginta legata sunt, quadraginta tantum debebitur, cui triginta, viginti. Atque eo pacto fiet, vt omnia legata deducto singulis quod supereſt, tertiam & quintam hæ
* reditatis partem nõ egrediantur. * Id quod apertissimè quoque colligitur ex l. si quis testamento. 82. §. apud Iulianum. ff. de leg. 1. vbi iurisconsultus in hæc verba inquit. *Is qui sola triginta, reliquerat Titio triginta legauit, Seio viginti, Mæuio decem, Majurius Sabinus probat, Titiũ quindecim, Seiũ decem, Mæuium quinque consecuturus: ita tamen vt ex his pro rata portionis Falcidiæ satis fiat.* * Hãc verò deductionẽ, & legata quoque pia patiun
3 tur, iuxta Bart. sententiam in Authent. simi
4 liter. C. ad legem Falcid. l. Si post illic interpretes. ff. eodem tit. Hæ cum defunctus libe ros reliquit. At si parentes tantum reliquerit, ad tertiam hæreditatis partẽ legata erũt redigenda, iuxta decisionem text. in l. 1. tit.
5 8. lib. 5. Recop. Quod si neque liberos neque parentes reliquerit, tum sequendus erit ordo traditus à Iustiniano in dicto. §. fin. Inst. de lege Falcidia.

Filius, qui patris rem gessit, vtrũ mercedem mortuo patre petere possit.

CAP. XIX.

Filius qui patris rem gessit non habet ius petẽdi salarium à coheredibus. num. 1.

Cum filius patri famulatus est non repetendi animo sed magis pietatis ratione fecisse videtur. num. 2.

L. 36. tit. 12. part. 1. commendatur, n. 3.

Item nec habet actionem, si aui vel matris negotia gesserit, ibidem.

Cum filius gerens rem patris protestatus est repetendi animo se facere, actionem habet ad petẽdum salarium. num. 4.

Si minor fratri tutori, vel vitrico famulatus est mercedem petere potest. num. 5.

Filius, qui patris negotia gessit, debet cæteris fratribus administrationis rationem reddere. numer. 6.

FIlius familias patris senis rem ge- 1
serat, patre deinde defuncto in familiæ herciscundæ iudicio desiderabat sibi rei gestæ mercedem, siue salarium præstari. contradicunt fratres. Videamus quid statuendum sit: quotidiana enim res est. Et sanè Fulg. in l. Illud. C. de collat. placuit, mercedem ei deberi: fatetur tamen nunquam obtinere potuisse. Eius vero opinionem sequitur Ant. Gom. in l. 29. Tauri. n. 24. & alij relati a Boecio de decima tuto. cap. 2. num. 15. Porrò ab hac Fulgosi opinione plerique omnes dissentiunt, vt Iaso. in d. l. Illud. num. 8. & alij quos refert sequiturque Castellus in l. 27. Taur. n. 17. & hanc opinionem nouissimè sequuntur Greg. Lopez & Nauar. locupletissimi sanè testes, ille in l. 3. tit. 20. part. 2. verb. *que son suyos*, hic in libro, quem Manuale inscripsit, cap. 17. num. 148. Et hanc quoque memini secutum fuisse eruditissimum Doctorem Muñoz, nunc Pintiani prætorij aduocatum, dum olim Salmanticæ profiteretur. Et hanc quidem opinionem veram puto ea quidem ratione, quia filius non repetendi animo, sed magis pietatis ratione patris negotia gessisse videtur, ac deinde debiti obsequij, & honoris iure. vt illa l. 3. tit. 20 part. 2. & in l. Nonsenius. ff. de negot. gestis l. Si alimẽta. & l. Si paterno. C. de neg gest. Text. elegans in l. 36. tit. 12. part. 5. Ergo idem probandum erit, si matris vel aui negotia gessisset. cùm vtrobique eadem ratio versetur Atque per contrariũ apparet, non idem dicẽdum esse, si filius testatus esset repetẽdi se animo id facere, vel si fratri, tutori, vel vitrico famulatus esset, scilicet posse mercedem repetere, cessat enim in his pietatis, & debiti obsequij ratio, quam diximus. Illud quoque silentio prætereundum non erit, eũ filiũ, qui patris negotia gessit, 3
debere cæteris fratribus administrationis 4
rationem reddere, non tantum si defuncto

Hãc quoque nostrã ampleciitur sententiam Gutier. de confirm. iuramento. c. 6 n. 7. quod tamen de matre, & filio emancipato excipit ille subducendum vedetur è medio, etenim si nostram rationem sequaris, nihil interest hoc casu inter patrem matrẽque, nec inter filium in potestate, & emancipatum cum vtrique ab vtroq; pari tedebeatur obsequium l. 1. ff. de obsequijs præstandis

iam patre negotia gesit, sed etiam si viuo. Castellus in l. 27. Tau. n. 18. Greg. Lop. in l. 26. tit. 12. part. 5. verb. *Cuenta verdadera.* Citat eiusdem sententiæ plures autores Pinellus, de bonis maternis. l. 1. part. 2. n. 39.

An pro reo, qui criminis causa absens est, procurator, defensorve, seu excusator admittatur.

CAP. XX.

PRocurator, excusator, & defensor quid inter se distent, num. 1.

Causam dicere, ad reum pertinet, causam agere ad actorem in margine.

Iure veteri aduersus reos absentes iudicium nō procedebatur, sed edictis propositis eorum bona annotabantur. num. 2.

Regio iure aduersus absentes proceditur. n. 3.

Procurator pro reo criminis absente non admittitur. num. 4.

Excusator, qui absentiæ causas proponat in criminalibus admittitur, num. 5.

L. 25. tit. 1. lib. 3. Recopil. elucidatur. n. 6.

Quæ sit excusatoris vtilitas. num. 7.

Defensor admitendus est pro reo absente. n. 8.

L. seruum. §. publice. ff. de procur. commendatur. num. 9.

In omnibus rebus capitalibus, in quibus contra absentes proceditur defensor admitti debet. num. 10.

Vbicunque aduersus absentes proceditur tenetur iudex ex suo officio de rei innocētia inquirere. num. 11.

Diuersitatis ratio, ob quam magis defensor, quā procurator pro absente admittatur, n. 12.

Defensor non tenetur satisdare de iudicio sistendo, vel iudicato soluendo, num. 13.

In causis pertinentibus ad prætores sodalitatum, quas, de hermandad, appellamus defensor nō admititur. num. 14.

Is, cuia interest, veluti pater pro filio, dominus pro seruo, indistinctè admittuntur pro reo absent. num. 15.

HActenus satis quotidianas quęstiones tetigisse videntur. Verùm neque sequens rarius in foro versari solet, nempe. An reus qui criminis causa aufugit, & aduersus quem in absentia secundū legum Regiarum tenorem proceditur: possit pro procuratorem, aut excusatorem, defensorē ve causam dicere, absensque defendi. Quam quidem quæstionem paucis absoluemus. In primis autem sciendum est, inter procuratorem, excusatorem, & defensorem hoc interesse, quod procurator est qui cum mandato pro alio allegat: excusator verò, vel defensor mandatum non habent. Rursus excusator à defensore illo distat, quòd excusator est qui causas absentię, defensor verò qui causas causæ seu innocētiæ allegat. Speculator in titulis de excusatore, & defensore. Anton. Canarius de excusatore. num. 7. Nonnunquam tamen hæc verba promiscuè accipiuntur. Sciēdum est preterea, olim aduersus reos criminis absentes procedi non solere, sed si edictis, denunciationibusque de more propositis contumaces erant: vel eorum bona annotabantur, & post annum fisco vendiçabantur: vel alijs pœnis ad relegationem vsque afficiebātur. l. Absentem. ff. de pœnis. l. 1. ff. de requi. reis l. 7. tit. 8. part. 3. Paucis tamen criminibus exceptis, in quibus rei absentes etiam damnabantur. quæ refert Bart. in d. l. 1. ff. de requir. reis. Et in his criminibus exceptis sunt intelligenda exempla, quæ affert dominus præsul Simanc. catho. institut. tit. 2. Hoc verò apud nos absolutum est: nostratibus enim legibus Regijs recentioribus generaliter aduersus absentes proceditur, contumaceśque damnantur, vt in leg. 1. titul. 11. lib. 4. Recopilat. His itaque cognitis, in quæstione proposita dicendum est, procuratorem pro reò criminis absente, & cōtumace nequaquam admittendum esse. Bart. in l. penultim. §. ad crimen. ff. de pub. iud. Idem in leg. Seruum. §. publicè. ff. de procurat. Idem in extrauag. ad reprimendū verb. legitimè, & Bald. in dicto. §. publicè. qui ait vsu receptum esse, vt etsi statuto cautum sit, quòd reus absens damnetur, adhuc tamē procuratorem pro absente nō admitti. Idē scribit Panor. in c. Veniēs de accusa. Quod quidē procedit etiam si causa sit, quæ mitiorē pœnā relegatione mereatur, vt placet Bar. in l. Qui bona. §. si alieno. n. 16. de dāno infecto, cuius sententiā sequitur Iaſ. alios referēs in l. fi. C. de procur. De procuratore dictū. Nūc de excusatore dicēdū. Excusator ergo, qui absentię scilicet causas velit proponere in criminalibus causis admittendus erit omnino, dicta l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iud. l. Inter. ff. eod. in tantum, vt si admissus nō fuerit, irritum sit iudiciū: vt est autor Bart. in dicta extrauag. ad

1 *Causam dicere ad reū pertinet, non ad actorem. l. 1. C. de custod. & exhib. reorū & alibi sæpe.*

2

3

4

5

ad reprimendum. verb. neglexerit. Nihil autem refert, vt is excusator admittatur, mandatum habeat, nec ne, l. 12. tit. 5. part. 3. Ac de hoc excusatore cum mandato est intelligenda, l. 25. tit. 1. lib. 3. Recopil. quæ nonnullis in causis pro reo criminis absente procuratorē admittendum significat. Quas verò excusationes excusator is possit allegare, expendit Bart. in d. §. ad crimen, nu. 16.

7 Huius verò excusatoris ea quidem erit vtilitas, quòd si de rei absentia legitimas causas docuerit: iudicium sistet, pœnæque alioqui aduersus contumaces sancitæ aduersus hūc reum cessabunt, dict. leg. Inter, ff. de publi. iud. Bart. in leg. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis cautio, leg. 12. titul. 5. part. 3. Sed iam quid de defensore innocentiæ causas allegaturo statuendum sit videamus. In quo

8 sciendum est, iure comparatum esse in causis criminalibus vnumquenque de populo admittendum esse ad rei absentis defensionem, qui tamen non admittitur, vt procurator, quia neque eo nomine potest, sed vt defensor, pro eo quod publicè interest, absentes à quibuscunque defendi. Huius igitur officium erit, vt iudici assistat, & rei innocentiam testibus, aliisque legitimis probationibus doceat. Hæc sententia apertissimè probatur in l. seruum, §. publicè. ff. de pro-

9 cura. Vbi Iurisconsultus in hæc verba scribit. *Publicè vtile est, absentes à quibuscūque defendi: nā & in capitalibus iudicijs & defensio datur. Vbicūque itaq; absens dānari potest, ibi quēuis pro eo verba facientē, & innocentiā excusantem audire æquum est, & ordinarium admittere.* Hactenus Iurecōs. Atqui apud nos legibus Regijs sancitum est, vt absentes rei damnentur, l. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. Ergo palam sequitur, apud nos defensorē pro reis absenti

10 bus admittendum esse. Et sanè hæc omniū interpretum communis est sententia omnes enim vno ore consentiunt, in rebus capitalibus criminalibusq; iudicijs, in quibus lege, vel statuto aduersus absentes agitur, in his defensore pro reis absentibus admissum iri. Huius sententiæ est Bartolus in l. seruū. §. publicè. & in l. penult. §. ad crimē. ff. de publ. iud. & iterum in extrauagan. ad reprimendum, verbo, legitimè. Hanc dicit communem & veram sententiam, & summo pere notandam Iaso. in l. Is qui, num. 7. C. qui testa. facere possunt. Idem testatur Maria. Socinus. & Thomas Docius in duobus consilijs, quæ adiecta sunt ad illum tractatum Antonij de Canario, de excusatore. Hique narrant secundum hāc opinionem sæpissimè obtinuisse, & non paucos reos grauissimorum criminum postulatos defendisse. Hanc quoque probat Capola consil. 40 cum pluribus sequentibus. Et communiorem dicit Hippolyt. cons. 73. num. 39. Et communem, moribusq; receptam testatur. Alex. cons. 4. vol. 6. Refert quoque eiusdem sententiæ alios autores, Maranth. in Specul. 4. part. dist. 1. nu. 42. Deniq; apud nos hanc sententiam & communem esse, & vsu receptam testatur testis satis locuples, Greg. Lop. in l. 12. tit. 5. part. 3. verb. *no podria*. Qua propter haud quaquā est audiendus Auēd. qui in hac re aliter sentit respōs. 11

15. Accedit his, quod huius sententiæ eam rationem esse Doctores tradunt, quoniam vbicunque absentes damnentur, teneatur iudex ex suo officio de rei innocentia inquirere, l. 1. §. si quis vltro, & illic Bart. ff. de quæst. Auth. qui semel, C. quomo. & quan. iudex. At hæc quidē ratio apud nos nō deficit, quādoquidē illa lex Regia id facere Iudicibus iubeat. Diuersitatis verò rationē, qua 12

re magis defensor, quā procurator pro reo absente admittatur: duplicē apud interpretes obseruo. Vnam, quia si absentis procurator reciperetur, nequaquam reus contumax diceretur: atque idcirco contumaciæ pœnas euitaret: quod à ratione abhorrens esset. Alteram, quoniam is procurator absenti magnopere officere posset, per negligentiam fortè, imperitiam, vel dolū: quę omnia quidem in defensore cessant. Non potest enim defensor, quid quā reo obesse, si commodum non afferat. Commodū autem illud erit, ac non leue, vt si de rei innocentia constiterit, reus absoluatur. Pœnas verò contumacibus impositas reus nihilo magis effugiet, sicuti ex Scriptorum mente colligo. Illud quoque his addendum 13

erit: defensorem hunc satisdatione aliqua onerandum non esse: scilicet, de iudicio sistendo, vel iudicato soluendo: vt placet Anton. Canario in illo tractat. de excusatore, num. 22. Denique quas exceptiones iste defensor allegare possit, videas apud Barto. in dict. l. Absentem, num. 4. & Anto. de Canario dicto tractat. quæstio. 9. Superior vero conclusio, quam hucusque tot rationibus, & testimonijs confirmauimus, est limitanda non habere locū in causis pertinentibus ad cognitionē Prætorū sodalitatis: quos vulgo *de la hermandad* appellamus, vt est contētum in l. 9. tit. 13. lib. 8. Recopil. quæ quidē cū illis specialibus causis ita definiat, manifestū argumentum præstat: in cæteris criminibus nostram sententiam veram esse. Quæ tamē lex videtur mihi ipsa s rursus limi- 14 15

tanda, & ita accipiẽda, vt nihilominus ij cui interest: pro reo absente admittantur: puta dominus pro seruo: pater pro filio familias. Istos enim in omnibus criminibus sine distinctione aliqua admittendos esse placet Bartol. in d. §. ad crimen. n. 9. & Baldo in l. Reos, C. de accusa. Panor. in c. veniẽs, n. 13. de accusat. Aliam cautionem quoque, qua reus absens, non obstante tali lege defendi possit, tradit Iaso. in l. vbi pactum, C. de trã sact. n. 13. Quem, si placet, per te videas.

Læsæ Maiestatis rei ædes quare aratro exarentur, & sale dein de aspergantur.

Capit. XXI.

CViusque rei, vel difficilimæ iurisperitis inuestiganda ratio est, n. 1.

Ratio, ob quam perduellis, seu proditoris ædes diruantur. n. 2.

Quare proditoris ædes aratro inducantur. n. 2.

In vrbibus condendis mos erat antiquitus, vt locus prius aratro definiretur. n. 4.

Proditoris ædes qua de causa sale aspergantur, num. 6.

Sacræ Bibliæ locus affertur, n. 6.

1 VOlentes iam iam receptui canere, destinatoque operi finem imponere; illud omittendum non duximus inter pœnas, quibus læsæ Maiestatis reus plecti solet, moribus est vsurpatum, vt illius domus à fundamentis euersa, aratroque in eam inducto, sale deinde aspergantur. Id vnde originem duxerit, iuri studiosus scire conabitur. Neque enim totam operam in componendis libellis, inquit iudiciorum obseruationibus perscrutãdis ponere debemus, sed sunt (mihi crede) nonnunquam altius spiritus attollendi, & cuiusque rei, vel difficillimæ inuestiganda ratio, id quod etiam monet Ouidius de arte amandi, libr. 1.

Disce bonas artes moneo Romana iuuentus,
Non tantum trepidos, vt tueare reos.

2 Et sanè de perduelis ædibus diruendis iure aperto cautum legimus in l. 6. titul. 13. & l. fin. tit. 19. & l. 6. titu. 27. part. 2. & huius rei ratio redditur in c. Felicis, de pœnis, in 6. his verbis. *Fiant habitationes eius desertæ: &, vt non sit qui eas inhabitet, dentur cuncta ipsius ædificia in ruinam, &, vt perpetua notam infamiæ perpetua ruina testetur, nullo tempore reparentur.* Sed & de aratro inducendo tametsi 3 non sit iure cautum, ductum est tamẽ exemplum à ciuitatum euersione, vt apparet ex l. Si vsusfructus, ff. quibus mod. vsusfruct. amitt. Neque sine ratione: nam sicuti in vr- 4 bibus condendis aratro locus definiebatur, l. Pupillus, §. vrbs, ff. de verb. significa. *Vrbs* (inquit) *ab vruo appellata est, vruare est aratro definire*, & Varrus ait, vruum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi solet. Ita in illius ruinã depopulationẽque eodem instrumento vti concinne est: quum nihil sit tam naturale, quam vnãquãque rem per quascunq; causas nascitur, per eadem dissolui. Ac de hac aratri inductione in euertendis vrbibus tradidit adamussim Cælius Rhodig. lib. 14. lectionum antiquarum, cap. 5. Atqui de sale aspergendo: non erit in promptu causam inuenire: id enim neque iure communi, neque Regio scriptum legimus. Vnde ergo hunc ritum effluxisse arbitraris? Non quidem ex anilibus fabulis, cercunlatorijvè nugis, vel ex Alcinoi (vt dici solet) Apologo: sed ex sacris profectò Bibliis, vbi rogo? Iudicũ libr. cap. 9. ibi enim legitur, Regem Abimelech vrbem Sichem propterea, quod à suo imperio defecerat, funditus diruisse, & habitatoribus interfectis sale aspersisse. At quamo- 5 brẽ quæso magis in eam rem sal, quàm alia res vsurpatur? Si quid iudico, ex eo, quod aliarum rerum ferè omnium genium ad generandum semper est procliue: salis contrà natura effœta est, ac non tantum ad generandum, quàm ad erodendum, absumen- 6 dumque prompta. Denique si sal euanuerit (vt est in Euangelio) ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Dignæ sunt igitur proditoris ædes, quæ tali semine seminentur.

Peroratio.


HAbes candide Lector Rerum quotidianarum librum vnum, breuem illum quidem, sed tum vtilem, tum dulcem: illud propter rerum tractatarum assiduitatem, hoc propter materiæ varietatem ac vicissitudinem. Itaque nisi me mei fallit amor, circulum (vt dici veteri adagio solet) absoluisse, ac summam propositi assecuti videmur: nam vt est ille Horatij versiculus.

Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.

Tuum erit igitur nouis auspicijs primisque conatibus fauere, illosq; hilari fronte suspicere, æquoq; animo perlegere. Quod si præstiteris, & me quidã demereberis, & ad graviora opera suscipienda multò alacriorem, & animosiorem effeceris. Vale.

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII IN REGIO VALLISOLETANO PRAETORIO

Aduocati, rerum quotidianarum Liber alter, siue Secundus, Priori quidem qui iam multos floret annos: & rerum pondere & sermonis elegantia non inferior, volumine vero longe auctior. Vtere ergo beneuole Lector ac fruere: reliquid enim iucundius quàm alienis frui laboribus.




CVM PRIVILEGIO.

VALLISOLETI.

Per Hieronymum Morillo Typographi Vniuersitatis.

M. DC. XXIX.

Sumptibus Antonij, & Blas Lopez Calderon, fratres.



PROLOGVS.

CVM ante annos sex (amice atque candide lector) librum singularem rerum quotidianarũ edidissem, miris modis (vt coram & absentes accepimus) iuuis studiosis placuit opus: laudare omnes ingenium, dictionis ferũ oniſque elegãtiam, miramque in refellendis falsis veriſque reponendis legum intellectibus acutiam magnifacere: nihilque prorsus in eo reperire se dicebant, quod non plurimi fieri valeret, nisi sola voluminis paruitas & exiguitas: qui cum tam paruus esset, tanta tamen doctrinæ & eruditionis emolumenta contineret. Dicentes igitur leonem se ex vnguibus æstimare, instabant, exhortabanturque, vt cui diuino munere tam plenæ doctrinæ contigissent, fontes arcere non sinerẽ: sed illorum altius obtrusas aperirẽ venas: & in publicos vsus patefacerẽ, vt latè patentes iuris prudentiæ agros sitientesq; studiosorũ segetes irrigarent, lętasq; facerent. Horũ ego animi cãdori tantoq; in nos nostraq; amori si non pro mea vtili responderẽ: *tum me* (vt Nasonis carmina vsurpem,) *de Tigride natum, tum ferrum, copulos in corde gestare fatetur.* Eoq, magis quoniã non defuere nonnulli spectatæ probitatis & doctrinæ viri, qui Reipublicæ zelo æstuantes dolentesque tã pauca à nobis edita fuisse inijciebant cõscientiæ scrupulũ, dicẽtes aduersus Agnothetæ, seu Saluatoris nostri monita nos agere, qui lucernã incẽsam sub modio reponeremus non super candelabrũ: videremq; addebãt, ne dum inertiæ vacamus, cõtingeret nobis (id quod omnis auertat omnipotens) quod ignauo seruo, cui propter segnitiã cõmissã, nam fuerit ablata, vel infructuosæ arbori, quæ quoniã fructus non daret, abscissa esset. His ego motus eram dictis, & quanquã ingenij mei indoles ad hoc scribendi genus sit ipsa per se alioqui prona ac procliuis, vt qui iam à primo ætatis huic rei deditus fuerim, verissimũque putẽ quod Plinius Iunior scribit, beatos esse quibus de munere datũ est, aut facere scribenda, aut scribere legenda, beatissimos vero quibus vtrũque. Obstabant tamẽ multæ variæq; difficultates, multaq, obstrepebant incõmoda: quæ hanc scribendi aleã aggredientibus solent cõtinuo obseruari. Quis enim hanc susceperurus prouinciã non reformidet? si cogitet quot hominũ, quot criticorum, seu censorum subiturus sit ille iudicia: & vt Christianus Cicero (id est, Diuus scribit Hieronymus) pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandũ quãta tũ securitate, & ocio, tum librorũ copia & supellectili opus sit illi, si aliquid quod quidẽ laude sit dignũ, post tot scriptorum opera, post tot interpretum monumenta velit depromere: difficile enim in saltu concusso reperire licebit aucupium. Quot vigilias & labores susceptus sit, si in tanta quanta in iuris prudentiæ disciplina opinionum extat varietas, certi aliquid velit definire: hodie enim autorum liberorumque in iure adeò creuit aceruus, vt tutè hũc alterum velut quintum ingressus labyrinthũ, non nisi astu, & arte regredi valeas. Sed te præmiorum: scilicet, irritauerit exhortatio: iam non sunt Mœcenates, sed virtus laudatur: & alget, quæ res in causa est, vt bonorum autorũ monumenta rarescant: sicut elegans illud Martialis demostrat Epigramma.

Sint Mœcenates, non deerunt Flace Marones:
Virgilium q, tibi vel tua rura dabunt.

His me ergo difficultatibus fluctuante, tandem vicit honestum, prævaluitque amicorum, & studiosorum votum: præruptisque impedimentorum omnium causis moras soluentes manum iniecimus stylo, melius esse iudicantes omnia quæ diximus subire pericula: quam amicorum recta suadentium non parere consilijs. Toto itaque biennio succesiuis horis inter rei familiaris litium que strepitum, tumultuario itaque studio quanta tamen maxima potuimus cura, & diligentia, hunc alterum rerum quotidianarum elucubrauimus librum: priori quidem arte, & ingenio non minus (ni fallor) elegantem & vtilem. Volumine vero longe auctiorem locupletioremque, vt amicorum studiosorumque (quos diximus) plenius possemus satisfacere desiderio. Supereſt ergo, vt quando vestro suasu & impulsu iterum in scenam prodimus, atq; vestra causa hunc denuo alterum edimus partũ, illum totis vestris protegere viribus, illum vestra ope, & autoritate fouere velitis: & vt in priori feciſtis (quæ vestra est virtus, & humanitas) illum singulari prosequamini amore, & tanquam proprium diligatis, & ametis, vestra enim sunt, quæ vestra causa damus. Ita enim fiet, vt dum beneficij memores, gratiam rependere studeamus: vltro nouos subeamus labores, Deoque votis nostris annuente in posterum vobis maiora demus. Anno à partu Virgineo sesquimillesimo octogesimo primo, quo autor absoluit opus, sed propter Regiæ cognitiones, & typographum impedimenta, tam tardè exijt in lucem.

IOAN-

IOANNIS YAÑEZ PARladorij, in paterni operis laudem Epigramma.

NAsonis (genitor) in te bellè congruit illud:
Conueniunt rebus nomina sæpè suis.
Nam Parladoro est tibi prisca ab origine nomen,
Quod vulgò nostris aurea verba sonat.
Conuenit in te istud mirè, nanque aurea cuncta
Sunt: qua diuino das pater ingenio.
Hesperias aurum, vt defert Tagus amnis in vndas,
Sic stylo profluunt aurea cuncta tuo.
Quas Cresus possedit opes, vel quicquid in aura
Fuluis Pactolus Lydia voluit aquis:
Quasque tulit gazas victo arte dracone Iason,
Non tanti sanè, quàm tua dicta valent.
Quid mirum? perit aurum, agrique domusque peribunt:
At nomen semper gloria fama manent.

Hieronymi Scobaris in paternas laudes Epigramma.

IVre tuas (genitor) conabar pangere laudes,
Ast operis moles sistere fecit iter.
Namque animi ingenijque tui comprehendere dotes:
Mœonidis necque stamina posse puto.

Eiusdem ad paternas fores Emblemma.

Ambiguas quisquis cupias dissoluere lites:
Ingredere, hic magnus Papinianus adest.

Elen-

Elenchus Capitum, quæ in hoc secundo rerum quotidianarum libro continentur.

IVrisdictione aduersus Regam prescripta, an intelligatur priuatiuè, an accumulatiuè prescripta. Capit. I. pag. 98.

Vtrùm in coeunda societate fieri aliquibus pactionibus possit, vt is qui pecuniam confert, vbiq; vllo suo periculo, siue rei, siue animæ certã aliquam lucri facere summam valeat. Cap. II. pag. 103.

Vtrùm olim stipulatio, atque hodie pactum non existente causa factum valeat? ad interpretationem l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. Cap. III. pag. 111.

Breuis explicatio Authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vẽditionem, & legum Regiarum quibus prohibetur, ne contractibus iusiurandum adijciatur. Cap. IIII. pag. 128.

De adipiscenda hæreditatis possessione, ad intelligentiam legis finalis. C. de edict. Diui Adria. tollend. atque legis Regiæ quæ Soriana vulgò nuncupatur. Cap. V. pag. 142.

Possessio non citato possessore, data an confirmari debeat. Capit. VI. pag. 150.

An certi cõdictio deturei, qui ludenti mutuam pecuniam dedit. Cap. VII. pag. 152.

An donatio omnium bonorum mortis causa facta valeat ad interpretationem. l. 69. Tauri. Cap. VIII. pag. 158.

Actorum fieri debeat quando accumulatio. Cap. IX. pag. 159.

Solẽnium defectus, quando vitiet hodie iudiciũ. Cap. X. pa. 160.

Intra quantum temporis spatium in integrum postulãda sit restitutio. Cap. XI. pag. 162.

Fideiussor tutoris rem pupilli malè gerentis sibi quemadmodum prospicere valeat. Cap. XII. pag. 163.

Quis sit maioris dignationis titulus, Ducis, nè Comitis an Marchionis. Cap. XIII. pag. 163.

Confessio de recepto facta á patre in cõtractu venditionis, an illius noceat liberis. Cap. XIIII. pag. 164.

Frater patruelis, an succedat cum patruo consobrino abinteſtato defuncto. Cap. XV. pag. 165.

De emphyteusi finita atque ex integro à domino instaurata, an fiat communis viri, & vxori. Cap. XVI. pag. 166.

Cum instrumentum post causæ conclusionẽ producitur, aduersarius autem falsi ciuiliter arguit: an partes sint ad probandum admit-

admittendæ. Cap. XVII. pag. 168.
Quando probatum est pecuniam mutuo acceptam fuisse, testes vero non recordari se aiunt, quanta illius summa fuerit, quid ius dicens sequi debeat. Cap. XVIII. pag. 169.
Regiæ leges de leucis mentionem facientes, an intelligendæ sunt de leucis ciuilibus, an de vulgaribus. Cap. XIX. pag. 171.
Quæ solemnia nostrati Regio iure interuenire debeant, vt instrumentum publicam fidem faciat. Cap. XX. pag. 175.
An Portugaliæ, seu Lusitaniæ Regnum subsit Imperatori, ad intelligentiam capit. Grandi, de supplenda negligentia prælatorum. libro. 6. Cap. XXI. pag. 180.
De executione instrumenti publici, seu guarentigij, omniumque fere quæ paratam executionem habent. Cap. XXII. pag. 182.
Accessit ad hæc epistola de ratione iurisdiscendi ad filios, quam & vt cæteris scholaribus ex vsu esse possit, publicam esse voluit.

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII, IN REGIO VALLISOLETANO PRÆTORIO

Aduocati, rerum quotidianarum Liber alter, siue Secundus, Priori quidem, qui iam multos floret annos, & rerum pondere, & sermonis elegantia non inferior, volumine verò longê auctior. Vtere ergo beneuole Lector, ac fruere: quid enim iucundius, quâm alienis frui laboribus?

SVMMARIVM.

IVRISDICTIO *A iure dicundo dicitur, ideoque cum C. littera scribi debet, num. 1.*

Iudicis dandi licentia mixti imperij est, non iurisdictionis, numer. 2.

L. Imperium, ff. de iurisd. omn. iudicum, explanatur, num. 3.

Merum imperium mixtum, atque simplex iurisdictio quid sit, num. 4.

Iurisdictionis origo primum à populo processit, numer. 5.

Iurisdictio iurisgentium introductione extat apud Reges, num. 6.

Iurisdictiones omnes emanant à Rege, ceu riuuli à fonte, num. 7.

Mortuo Præside, seu Correctore, interea dum superior dat iudicem, populus sufficit, qui de mortui vices gerat, num. 8.

Deficiente Regia progenie, populus Regem eligit, num. 9.

Assessores, seu Vicarij iurisdictio ordinaria est, num. 10.

Mortuo Præside continuò illius Vicarij expirat iurisdictio, num. 11.

Præses, seu Corrector decedens non potest, sibi successorem deligere, num. 12.

Vicarium semel electum, an præses inconsulto Principe amouere valeat, num. 13.

Præscripta iurisdictione per Archidiaconum aliumvè Prælatum inferiorem intra Episcopê diœcesim, non videtur præscripta priuatiuè, an acumulatiuè, num. 14.

Præscripta aduersus Regem iurisdictione priuatiuè, videtur præscripta non acumulatiuè, n. 15.

Suprema Regia potestas Regis ossibus, ita adhæret, vt à Regis solio auelli nullo modo possit, num. 16.

Casus Curiæ, qui sint, num. 17.

Maiores causæ ad Regis notionê pertinent, n. 18.

Magnatũ filijs ætate minoribus tutor curatorvè dari iniussu Regis non potest, num. 19.

Non possunt præsides quenquam Principem hominem, ciuitatisvè decurionem capite dãnare, atque plectere, nisi prius ad Regem referãt, num. 20.

Cum lis super damnatione aliqua versatur, vltima non est ferenda sententia, nisi Rege prius consulto, num. 21.

Ex suprema potestate potest Rex mittere perquisitorem iudicem in territoria magnatũ, n. 22.

per quisitores iudices demandari lege prohibitũ est, nisi in grauissimis criminibus, num. 23.

Neque clementiæ, aut seueritatis gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæque res ex postulat statuendum, num. 24.

Conceſſum eſt Regi id neceſsitate ſuadente aſſumere ſibi arcem magnatis, num. 25.

Regiæ poteſtatis proprium eſt, vt vbicumque magnates eorumque iudices in iure reddendo negligentes fuerint, Rex ipſe partes ſuas interponat, num. 26.

Iuriſdictione aduerſus Regem præſcripta, an intelligatur præſcripta priuatiuè, an acumulatiuè.

CAP. I.

Si forſan andubitas quemadmodū, hic verba priuatiuè & acumulatiue accipiantur cō ſulito. Abbas in cap. Paſtoralis num. 7. de offic. ord. & l. 1. tit. 2. l. 9. Recop.

DE Iuriſdictione dicturi (ne illotis, vt aiunt manibus rem aggrediamur) prius dicamus oportet, quid ſit iuriſdictio, atque vndè ſit dicta. Iuriſdictio vt opinatur Accurſius in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omn. iud. quod cum veteres reliqui conſentiunt interpretes, dicitur à iuris & dictione, quaſi ſit iuris poteſtas. Sed verius eſt, quod plerique recentiorum exiſtimarūt, iuriſdictionem à iuris & dictione dici, hoc eſt, à iure dicundo, * idque vel ex eo intelligere licet, quòd cum cap. littera in ſcribitur: at nomen ditionis quando poteſtatem ſignificat, ſine ea ſcribi certum eſt, veluti omnia pleraque exemplaria vbique demonſtrant, atque inde etiam dicitur ius dicens, ſi ne iudex, l. 1. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. fin. ff. de iuſtit. & iur. & eodem libro in titulo, ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. Verum in his crepundijs non amplius, maiora enim nos expectant. De iuriſdictionis ergo definitione dicamus. Principio autem quoniam putauerit forſan aliquis hanc iuriſdictionis definitionem exponi apud Iuriſconſultum in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omn. iudicum, in illis verbis: *Iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia*, illius minuenda erit opinio. Siquidem illic Iuriſconſultus (vt noſtris etiam placet) nec iuriſdictionis definitionem, ne deſcriptionem quidem exponi: ſed duntaxat ſimplicis iuriſdictionis exemplum ſubjicit, ſicuti ibidem tradit Accurſius, & concors cæterorum ſcriptorum caterua, in quibus & noſter quoque Oroſcius vir ſanè, quam doctiſsimus, idemque diſertiſsimus, magiſterque noſter non pænitendus. Ij autem, quod aiunt illic iuriſdictionis definitionē non tradi, me rectè ſuæ poſſunt annumerare ſententiæ. Cæterum, quod iudicis dandi licentiam ad ſimplicis iuriſdictionis exemplum ſpectare aiūt, non poſſum illis nō aduerſum eſſe, qui perſuaſum mihi habeant Iuriſconſultum illis verbis mixti imperij nō ſimplicis iuriſdictionis exemplum ſubijcere: id quod cum ex alijs legibus apparet, quæ iudicis dandi licentiam mixti imperij * eſſe manifeſto oſtendunt, vt in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & l. cum prætor. & l. qui neque, ff. de iudicijs, tum ipſamet * lex Imperiū (ſi attentius illius verba ponderemus) id non difficultet demonſtrat, cum enim Iuriſc. dixiſſet, mixtum imperium eſſe, cui etiā iuriſdictio ineſt: continuò eius rei exempla duo ſubiunxit, alterum, quod in danda bonorum poſſeſsione, alterū, quod in iudicis dandi licentia conſiſtit. Id porrò ſi verū amamus, oſtendit liquido dictio illa etiam, eadem inter verba reiecta, ita enim inquit, *Iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia.* Verum quia ex integro ipſius legis contextu id facilius apparebit, non inuitus faciam, vt illius verba ſubiungam: *Imperium inquit, aut merum, aut mixtum eſt, merum imperium eſt, habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas appellatur: mixtum imperium eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in dāda bonorum poſſeſsione conſiſtit. Iuriſdictio eſt etiam iudicis dandæ licentia.* Hactenus legis verba. Vides ergo, vt Iuriſconſ. illic tantummodo de mero, atque mixto imperio agat, atq; vt apertè ſignificet iudicis dandi licentiam mixti imperij eſſe? id quod (vt paulò ante diximus) & alijs legibus demonſtraretur. Vides, vt nihil illic de ſimplice iuriſdictione Iuriſc. agere inſtituat? Vides dictionem illam *etiā*, vt ſuperiora connectat? Veluti ſi apertius Iuriſconſ. diceret, indices dādi licentia non ſolū eſt imperij, ſed etiam iuriſdictionis (ideſt mixti imperij eſt) quod nihil aliud eſſe ante prædixerat, quā imperium cui iuriſdictio ineſt: quia enim Iuriſconſultus dubitan dū non putauerat, quin iudicis dandi licētia imperij eſſet, dubitari verò poterat, an iuriſdictionis eſſet, id propterea ſufficere exiſtimauit dicere iuriſdictionis etiā eſſe huius etiā rei fortiſsimū preſtat argumentum licentiæ nomen, quod poteſtatem ſignificat, vt oſtendit, §. 1. inſtit. de lege falcid. & lege poteſtatis, ff. de verb. ſign. & tradit Innoc. in c. cū ad monaſterium, de ſtatu monacho. Et ſanè cum ex ephœbis excedēs inter priuata relectionum ſtudia in illam legem inciderem, hic mihi miris modis intellectus arriſit. Poſteà verò venerunt in manus doctiſsimi Alciati commentaria, & comperi, hoc idem illi placuiſſe in paradoxis libr. 2. capit. 6. ex quo iam tum lætum ingeniolo meo omen auſpicatus ſum, quod viderem illud adhuc

rude

rude, tanti viri acumini respondisse. Ab hoc tamen nostro (siue mauis Alciati interpretamento) dissentit Longoualliius in repetitione illius legis. 2. part. intellectu secundo. Sed nihil planè in medium affert, quod nos à superiori sententia dimoueat: tantummodo enim mutatis quibusdam periodis, atque clausarum commatibus inuertit legis verba, & ad suam sententiam (inuita etiam quod aiunt Minerua) inflectit, & scripturam trahit repugnantem: eiusmodi vero inuersiones ego nauci facio, neque plùs quodque pẽ si apud reliquos eruditos eas habituras esse putò. Merum autem atque mistum imperiũ quamobrem ita dicatur, res est quæ nostros interpretes, & veteres, & recẽtiores tum hic, tum alibi miserè torquet. Ego verò omissis eorum opinionibus (quas longum esset recensere) atque ipsius potius Iurisconsentẽtiam secutus, existimo merum imperium dici, quia sit purum siue separatum * à simplici iurisdictione, mistum verò dicatur, quia cum simplici iurisdictione mistum sit. Iurisdictio autem simplex sit ciuilium causarum cognitio absque imperio, ideſt, sine aliqua coertionis potestate. Hanc enim distinctionem Iurisconsultus ipse apertè tradere videtur in dicta l. Imperium, & sensere ex veteribus Azo in summa, tit. de iurisdict. omnium iudicum, num. 7. & Specul. eodem tit. §. 1. num. 10. atque ex recentioribus Corras. Miscel. lib. 4. cap. 22. Et Longoual. in repetitio illius legis 3. p. hoc autem & ipsorum verborum propia natura demonstrat, merum enim dicitur quod purum est, ideſt, nihil habens misturæ, vt docet Festus Pompeius, & apparet ex Plinio naturalis historiæ, lib. 33. cap. 1. ostendit etiam Martialis Epigramma, lib. 5. in hæc verba: 4

Sit cisterna mihi quam vinea malo Rauennæ,
Cum possim multò vendere pluris aquam:
Callidus imposuit nuper mihi caupo Rauennæ
Cum peterem mixtum, præbuit ille merum.

Quãuis autẽ mãdata iurisdictione imperiũ, quod non est merum, ideſt, mistum transferri intelligatur, vt in l. fin. ff. de officio eius cui manda. est, iurisdict. atque in lege Magistratibus, ff. de iurisdict. omn. iud. Verũ hoc non prohibet, quin possit superior, consuetudovè (quam alicubi vigere scio) simplicẽ iurisdictionem tantum, sine misto imperio (ideſt sine coercendi potestate) demandare, vt in l. solet, & in l. si quid erit, ff. de officio proconſ. & leg. & c. super quæst. de offic. deleg. Quando igitur ostendimus Iurisconſ. in illa, l. imperium, iurisdictionem non definire, veram definitionem exponamus oportet. Sciendum est ergo iurisdictionem dupliciter accipi in genere, atque in specie: tale quoque & in adoptione accidere videmus, vt eadem genus sit & species, vt in l. 1, & 2. ff. de adoptio. in genere, iurisdictio merum: atque mistum imperium, atque simplicem etiam iurisdictionem comprehendit: in specie verò simplicem tantum iurisdictionem. Simplex autem iurisdictio quid sit, ex his quæ modò diximus facilè intelligi potest. In genere verò communiter à Doctoribus definitur, vt sit potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicendi, atque æquitatis statuendæ, glos. Bart. & reliqui in l. prima, & in l. Imperium, ff. de iurisdictione omnium iudicũ, vbi effusè rẽ tractant, proin de superuacuum foret nos seriò hic de illius intelligentia agere. Illud tamen obiter (quoniam ad nostrum rerum quotidianarum institutum, cuius præcipua nobis cura est, egregiè pertinet) tractare nõ omiserim, quod superior definitio significare videtur iurisdictionem originem * à populo habere, atque proinde penes populum residere, non apud Reges: id ergo quale sit exemplis ostendamus, oportet. Et breuiter res ita se habet. Principio rerum (autor est Cicero libro secundo Officiorum) cum premeretur multitudo ab ijs, qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute præstantem: qui cum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat, seruãdæ itaque iustitiæ causa benè morati cõstituti sunt Reges. Hæc autem creandorum Regum origo cum communi omnium gentium consensu inceperit, ex iure gentium processisse dicitur, vt tradunt post Accursium, Bartol. Baldus, Paul. & reliqui classici in l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure, & testatur communem esse opinionem Corsetus de potestate Regia, prima parte, cap. primo. Iure igitur gentium * iurisdictio, atque imperiũ penes Reges, atque Principes extat, vt superiores tradunt autores, & Oldraldus consilio 96. & Ancharran. consilio 341. Ostendit etiam Iustinus historicus libro primo, qui ita exorditur: *Principio rerum gentium nationũque imperium penes Reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio proue-hebat*, quin apud Romanos speciali lege lata populus omne imperium omnemque potestatem in Reges imperatoresque transtulit, vt apparet ex lege prima, ff. de constitutione Principum, & in §. sed & quod Principi placuit, institutione de iu-

re naturali, gentium & ciuile, ea lex Regia vocabatur, id autem cur ita appelletur, exquirunt accuratè cum alias alij: tum Corrasius lib. 7. Miscellan. cap. 8. & Oroscius, & Anton. Vacca in dicta l. prima. ff de constit. principum. Couar. quoq; Practica. quæstio. c. 1. n. 3. à Rege ergo ceu riuuli è fonte iurisdictionis * emanant omnes, vt inquit Baldus in titulo de pace cõstitut. n. 23. & Petr. Paul. Paris. alios referens consilio 1. lib. 2. numer. duodecimo, & Auenda. in capit. Correctorum prima parte, capit. primo Didacus Perez in l. prima, titulo primo libro tertio ordinament. Porrò cum Rex caput Reipublic. sit, Reipublicæque imaginem ipse gerat, non immerito dicitur in definitione iurisdictionem esse potestatẽ de publico introductam. Illud tamen pristinæ potestatis vestigium in populo remãsit, quòd mortuo præside, aut correctore interea dum Rex aut superior dat iudicem, solet populus, seu ordo * decurionum sufficere quemquam, qui demortui vices gerat: eumque morem iuri consonum esse apparet ex cap. cum olim de maior. & obedienc. & in cap. si episcopus de suppl. negligent. prælat. lib. 6. ac tradunt Doctores, Felin. præsertim, num. 13. in capit. cum omnes, de constit. apparet etiã ex ijs quæ affert Paul. de Castr. in rubric. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & Abb. in cap. 1. ne sede vacante. Sic etenim deficiente Regia progenie, siue prosapia, potestas eligendi * Reges spectat ad populum: sicuti de nostris Hispaniæ Regibus memorans scribit Baldus in l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure, & probat Minchaca controuers. lib. 1. capit. 22. numer. 3. Hoc autem quod de præside à populo inde mortui locũ substituendo diximus, locum habet etsi præses defunctus assessorem, seu Vicarium * habuerit, quamuis enim assessoris ordinariam habeat iurisdictionẽ, vti scribit Paul. de Castr. in rubr. de officio assessoris, & Lõgouallius in repetit. l. Imperium. 1. p. & Couar. lib. 3 variarum resolut. cap. fin. num 4. Auiles. in cap. Correctorum, cap. 4. verb. *Iustitia*, Corsetus de potestate Regia, quæst. 96 & probat, l. 1. C. si quacumque præditus potestate. At qui mortuo præside continuò expirat assessoris iurisdictio. cap. 1. de officio * vicarij in 6. quippè quæ cum præsidis iurisdictione coniuncta sit, ab eaque pendeat: Abb. in cap. extirpandæ, §. qui verò, numer. 14. de præbendis. Marantha in speculo 4. part. distinct. 5. num. 10. tradit Couar. loco superiori ab Auend. meritò dissentiens. Ex quo intelligere facilè erit non posse præsidem decedentem successorẽ sibi substituere, qui scilicet, iurisdictionem exerceas, donec * successor à Rege mittatur, id quod itẽ satis abundeque constat, ex l. more, & l. eum qui, ff. de iurisdictione omnium iudic. etquè illic Doctores effusæ commentantur: probat etiam glos. in cap. Apostolicæ, 8. q. 1. quam cum laudis prædicatione communẽ affirmat Abb. in c. accepimus, de pactis. An verò viuus hunc assessorem semel electũ * possit ipse corrector incõsulto Principe amouere: vide textum, & illic glossam & interpretes, in l. solet. ff. de officio proconsulis & legati, Romanum cons. 116. vbi ait officialem electum à Rege non posse illũ pro regem amouere. Hæc igitur quasi præfati ad propositam initio quæstionẽ descendamus. Videamus itaque præscripta aduersus Regẽ iurisdictione, an videatur præscripta priuatiuè, an accumulatiuè (vt intelligat nõ grauabor interdũ, nõ tã elegantibus quam cõmunibus verbis vti:) Quod autem accumulatiuè iurisdictio præscripta videatur, suaderi videtur, ex Hostiens. opinione in c. Pastoralis, de offic. ordin. quem illic sequitur Ioan. And. & Innoc. in c. cum Ecclesiarum eodem titulo, qui bellissimè tradunt præscripta iurisdictione per * Archidiaconũ aliumvè prælatum inferiorum intra Episcopi diœcesin, accumulatiuè videri præscriptam non priuatiuè: & in eadem sententia fuit Bart. in l. 1. ff de offic. præfect. vib. & Bald. in authentica habita, C. ne filius pro patre, & Thom. Gramma. voto 28. & alij apud Felinum, qui accuratè ad vtramq; partem rem examinat in dicto cap. Pastoralis, vbi regulam cum exceptionibus constituit, cum Felino verò per omnia transit Balbus de præscript. 2. p. 5. principalis, q. 3. n. 11. Sed quoniam apud nos qnæstio hęc Regia est definitione decisa, frustra me facturum existimaui si in ea examinanda amplius tempus tererem: atque (vt est in prouerbio) aquam inaniter consumerem. Extat siquidem res hæc definita in l. 1. tit. 15. lib. 4. Recop. quę de hac aduersus Regẽ iurisdictione præscribẽda agẽs apertè definit, tẽporis præscriptionem * omnẽ omnino iurisdictionẽ comprehendere, & ciuilem & criminalem, excepta duntaxat Regia illa suprema potestate, quæ Regibus Regio iure competit, vulgo apud nos appellatur *mayoria, è poderio Real.* Hæc etenim ita Regis ossibus inhæret, imò ita ipsi Regio diademati infixa est, vt à Rege ipso, atque ab ipso Regali solio nullo pacto, nulloque iure auelli queat, sicuti tradit Ioan. Andreas apud specul. titul. de iurisdictio-

dictione omnium iudicum, in gloss. magna, Decius consil. 307. column. tertia, atque idcirco nemo hoc ius supremæ potestatis vlla temporis præscriptione nancisci potest: imo nec Rex ipse quidem vltrò à se illud abalienare potest, secundum Baldum in l. prima. §. in initio. ff. de officio præfecti vrbis. & Lucas de Penna, in l. prima. C. de priuileg. scholarium, libro duodecimo, Paulus Consilio 70. volumine primo. Corset. de potestate Regia, prima parte, quæstione quarta. Boerius decisione 50. numero duodecimo. Couarruuias in Regula possessor malæ fidei, secunda parte. §. secundo numer. septimo, & probatur in capit. cum ex officij. & cap. cum nõ liceat, de præscript. & vtrobique tradunt Romanus & Felinus, & hanc scribit magis communem esse opinionem Socinus, cõsil. 275. libro secundo. Et quamuis contrariam dicat quoque magis communẽ Aymon Crauetа de antiqui. temporum. §. materia ista, nu. 72. Verum superior opinio nostrati Regio iure probata est in l. quinta, tit. decimoquinto, & l. prima. titul. decimooctauo, & l. vigesima secunda, & vigesima tertia titul. decimotertio. part. secunda, & itidem in l. nona. titul. quarto, Part. quinta, & in l. prima, titul. decimo, lib. quinto Recopilationis, quę adeo apertè superiorem sententiam probant, vt mirer Minchacam perdoctum alioqui virum contrarium scripsisse controuers. illustr. capit. 82. numer. 8. Quando igitur lex ipsamet Regia definit præscripta aduersus Regẽ iurisdictione supremam illam duntaxat potestatem Regi re manere, manifesto significat iurisdictionem priuatiuè nõ accumulatiuè præscriptam esse: nam vt vulgò dicitur exceptio firmat regulam in contrarium. l. quæsitum. §. denique Neratius. ff. de fundo instructo, opinio igitur Hostien. & reliquorum in dicto cap. Pastoralis (vt concedamus veram esse) in iurisdictione Ecclesiastica non in sæculari locum habet, neque mirum si diuersum hic ius inter eas cõstituamus, nã & alias in non dissimili specie differre solent, vt est videre apud Panormitan. in capit. cum contingat, & capit. si quis contra de foro competenti, & hanc etiam opinionẽ amplectitur. Auenda. in capit. Correctorum prima parte, capit. 19. numer. primo licet aliud sensisse videatur in capit. primo eiusdem voluminis, num. 25. quin (& quod ad ius commune attinet) ipse Felinus scribit in dict. cap. Pastoralis. (alios plures in eandem sententiam referens) iurisdictione per præscriptionem acquisita videri præscriptam priuatiuè non accumulatiuè, quam sententiam idem, non obcurè amplexa est glossa. Hęc tamen ita vera sunt, dummodo sciamus ex suprema illa Regia potestate * Imperioque summo, quæ Regi semper salua integraque manent, non modicam illi in inferiorum iurisdictionibus potestatem remanere: latissimè enim Regia alia potestas patet, nam (vt omittã) ea ratione iura appellationũ & credendarũ monetarum facultatẽ illi vni competere, vt superiores illæ Regiæ leges declarãt: alij permulti sunt casus, in quibus Rex ipse ratione illius supremæ potestatis potest in magnatum dominationibus ius dicere, partesque suas interponere. Ex multis vero paucos tantũ exẽpli gratia, referemus. Igitur in primis ad supremã illã Regiã potestatẽ pertinent species causarũ (quas vulgo *casos de corte* dicimus) vt apparet ex l. 4. titul. 3. Part. 2. quæ relatis aliquot casibus ad Regia * curiã pertinẽtibus, rationẽ subiecit his verbis. *Por q̃ estos pleytos tañen al Rey principalmente por razõ de señorio.* Qui na vero ij sint præter expressos in dicta lege Partitæ nũc nouissimè referũtur alij in l. 8. tit. 3. lib. 4 Recop. & explicat latè Couarr. pract. q. c. 6. & 7. Deinde illius supremæ maiestatis ratione maiores causæ * maximique põderis ad ipsius notionem spectãt, vt in c. vt debitus de appel. & in c. maiores de baptismo & l. 19 tit. 23. Part. 3. & Deuteron. c. 7. & tradit Specul. tit. de leg. §. nunc ostendendum est. Atque proinde iure meritoque lege Regia cautum est, ne quis magistratus magnatũ filijs ętatẽ minoribus * tutorẽ aut curatorẽ det in iussu Regis, vt est cõprehẽsum in l. 14. tit. 5. lib. 2. Recop. cui addito l. 1. C de tutor. & cura. illustrium personarum. Hinc etiam iure sancitum est, ne quẽquam cuiusque ciuitatis principem hominẽ decurionemve * præsides capite damnent, plectantque minus, priusquam ad Regem ipsum referant, vt in l. Diui fratres. ff. de pœnis & in l. 1. ff. quando prouocandum sit. Eadem quoque de causa more maiorum, apud nos comparatum est, vt cum super dominatione * aliqua (*vulgo, estado abstando appellamus* lis inter magnates vertitur, non aliter vltima sententia feratur: quàm si prius Rex ipse consulatur, vt scilicet, in re tanti momenti: Rege ipso auctore statuatur, quod magis iustitiæ simulque Reipublicæ ex conuenies fuerit, sicuti huius vsus dat testimonium testis oculatus. Greg. Lopides in l. 19. tit. 23. Par. 3. verb. *acuerdo cõ el Rey* Præterea ex iure huius supremæ potestatis datũ est Regi, vt ad atrociora facinora vindicanda in territoria magnatum * demandet perquisitores iudices (*vulgo, Pesquisidores, appella-*

pellamus) de quibus nominatim agitur in titul. 17. Partit. 3 & in tit. 1. lib. 8 Recopilat. Illud tamen tum iustissimè, tum consultissimè à Carolo maximo Imperatore, Regeque nostro statutum est, ne huiusmodi iudices demandentur nisi in grauissimis * crimi
23 nibus, & ubi compertum fuerit ordinarios iudices ad commissa facinora vindicanda pares non esse, vt est videre in l. 1 & 2 tit. primo, libro octauo Recopilationis. Id quod non perpetuo obseruatum fuisse, fuit in causa vt non pauca incommoda Rempublicam lacessierint: ij etenim perquisitores iudices humanum sanguinem veluti sitientes, dum inanibus titulis gloriam captant, nihil se agere putant, nisi quo iure quaque iniuria hominum stragem, bonorumque proscriptionem fecerint non animadvertentes multo consultius esse, quod Marcellus Iurisconsultus monet in l. respiciendum. ff. de pœnis.
24 Neque aut clementiæ: * aut seueritati gloriam affectandam est, sed perpenso iudicio, prout quaque res postulat statuendum. Meritò igitur in hoc iudicum genus commouetur Decius consil. 175. columna finali & Neruzanis in Sylua nuptiali libro primo, num. 67. Proinde non minus sanctissimè, quàm prouidentissimè facturos esse Regios Senatores existimarim, si in huiusmodi iudicibus dandis tardiores fuerint: quamquàm enim in tempore nec flagitiosos esse constet, veluti quando flagitium, ita graue est, vt illius animadversio præstantissimum seueriss imumque iudicem expoſcat. Verùm enim vero non desunt plerumque sycophantæ, qui non aliquot leuium mentium (ne dicam falsis testimonijs) ita criminentur: vt ex Aquilia Pompeiam Corneliam ve, aut etiam Iuliam legem (hoc est) ex comœdia tragœdiam, ex musca elephantum faciant. Impetrant ergo etiam lege Regia repugnante perquisitorem iudicem, qui plerumque non modo fontes, sed quandoque insontes, atque non modo insontes, sed fermè totam ciuitatem, & non modo totam ciuitatem, sed cunctam fermè prouinciam immerentem conturbet, expertus dico. Sed quid ego sanctissimum, atque iusta sapientissimum illum Senatum iuris iustitiæque fontem cõmonefacere? nisi forsan, vt illud in me meritò vetus tactetur dicterium, ius Mineruam, vel illud alterum Græcum.

ὡς μοι κὴ τέκτων μὲν ἀπίχθεται ὅστις ἐρέυνᾳ.
ἶσον ὄρεις κορυφὰς τελέσαι δόμῳ ὡρομένοιο.

Cuius meminit Erasmus Chiliade. 5. Centuria prima, Adagio. 50. aliud ergo agamus. Itidem ex suprema illa Regia potestate factũ est iam olim, vt magnatum dominationibus præficerentur præsides illi, qui vulgò appellantur. *Alcaldes de los adelantamiẽ os*, vt magnatum illorumque iudicium iniurijs occurrant: præscripto tamen in eam rem certo legitimoque notionis modo, ita vt neque magnates ipsi eo nomine exhaustam suam sibi esse iurisdictionẽ, neque cõtra vassallos (*permitte mihi verbis publicis vti*) Regis auxilio destitutos se esse me itò queri valeant: sicuti intelligere facile est ex mandatis principalibus ad eos iudices datis, quæ recẽsentur hodie in tit. 4. lib. 3. Recop. Ex eo quoque fonte procedit, vt si res ita popoſcerit, possit Rex * assumere sibi arcem magnatis, puta 25
ad propugnandos hostes, vel ad Rempublicam pacificandam: vt tradit Martinus Laudensis in tractatu de Castellanis conclus. 6. & Cæpola de seruit. vrban. prædiorum cap. 19. num 9 & probatur in l. 1. & 2. C. de nauibus non excusandis, lib. 11. & apertius in l. 63. tit. 1. lib. 3. Recopil. Et generaliter supremæ illius Regiæ potestatis proprium est, vt vbicumque magnates * eorumque iudi- 26
ces in iure reddendo negligẽtes fuerint, Rex ipse partes suas interponat: & iniuriam passo opem ferat: vt ostendit l. 22. tit 13. partit. 2. & l. 1. tit. 15. lib. 4. Recopil. & l. 1. tit. 15. lib. 5 eiusdem volum. & probatur etiam Põtificio iure in cap. irrefragabili. de officio ordinar. & in cap. cæterum, de iudicijs, & vtrobique tradunt interpretes, & Ioannes Garcia, vir in primis doctus, in tract. de expensis, cap. 12. num. 56. Et vt semel dicam, quoties iusta legitimaque causa popoſcerit, ius est Regi in territorijs inferiorum ius dicere: sicuti annotat Gregor. Lopides in l. 18. tit. 23. Partita 3. non enim suprema illa Regia potestas (in qua proculdubio vniuersæ Reipublicæ summa, cardoque vertitur) contrahenda est: sed latissimè potius propagãda: cùm iam nonnullis placuerit posse Regem ex causa (id est si res ita moneat, atque tulerit) omnes inferiorum iurisdictiones ad se reuocare, vt est videre apud Matthæum de Afflictis in constit. Neapol. lib. 1. Rubr. 47. num. 2. & Cassan. in consuet. Burgundiæ, Rubr. 1. num. 106. quod tamen hic non disputo, quoniam de potestate Principis disputare sacrilegij instar habetur, vt in l. 2. C. de crimine sacrilegij.

***

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vsura est vsus improprius, atque ita dicitur de his rebus quibus vti non possumus salua rerum substantia.*
2 *Vsuræ crimen locum duntaxat sortitur in contractibus, quibus mutuum, aut expressum, aut tacitum contrahitur.*
3 *Vsuræ definitio.*
4 *Ratio vera quare vsura locum magis habeat in contractu mutui, quam in cæteris contractibus, & n. 5.*
6 *Vsuræ ethymologia.*
7 *Nauarri opinio refellitur.*
8 *Molinæum perperam minusque religiosè de vsura sensisse.*
9 *Ostenditur falsam esse opinionem Nauarri dicentis in coeunda societate fieri quibusdam pactionibus posse, vt qui pecuniam confert absque sui periculo, siue rei, siue animæ lucrum faciat, nu. 9. cum sequent.*
10 *Vocabula non saluant conscientiam.*
11 *Dominij definitio.*
12 *Is qui earum rerum, quæ vsu consumuntur vsum habet, dominus est, non simplex vsuarius.*
13 *Qui pecuniam in societatem confert iniq; agit, si ad sui indemnitatem faciat, vt scriptura de mutuo sonet.*
14 *Celeritate actum vnus contractus occultari solet.*
15 *Cap. nauiganti de vsuris exponitur.*
16 *Conuentio illa, vt Titius accipiat à me pecunias in certos annos ea lege, vt censum mihi quotannis pendat, iniqua est.*
17 *Obligatio ad tempus constitui ipso quidem iure non potest.*
18 *Census ad vitam, an rectè constituatur.*
19 *Pœnæ in vsurarios stabilitæ non comprehendunt contractum, qui etsi grauem vsuram sapiat, luctus tamen reputabatur.*

VTrùm in coeunda societate fieri, aliquibus pactionibus possit, vt is, qui pecuniã confert, absque vllo suo periculo, siue rei, siue animæ certam aliquã summam lucrifacere valeat.

CAP. II.

QVoniam de vsura sermo habendus est nobis è re erit, vt prius de ipsius nominis significatione, ac natura paucã dicamus. Vsura dicitur de ijs rebus, in quib⁹ vsus propriè non cadit: veluti de tempore, de vita, & cæteris id genus, Cicero Thusculanarũ quæstionũ libro primo. *Natura dedit vsuram vitæ sicut pecuniæ nullã præstituta die.* Idẽ in Verrem. *Cur piratis lucis vsuram, tam diuturnã dedisti?* Et rursus in eundem. *Huic latroni vnius diei vsuram non dedissem*: ipse idem epistola prima, libro tertio. *Quod cum ita sit perficiam profectò, vt vsuram longi temporis, qua cariimus intermissa nostra consuetudine, & gratia celebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciã.* Seneca in declama. *Si mihi vnius diecula vsuram permisisset.* Ex quibus locis intelligere facile est vsuram esse vsum improprium, siue abusiuum, atque dicide ijs tantum rebus, in quibus vsus propriè non cadit. Vsura igitur dicetur de ijs tantum rebus quibus vti non possumus, salua earum substantia: * cũ vsus propriè dicatur de ijs rebus quibus vti possumus, earum salua substantia, sicuti paulò pòst dicendum nobis est. Ex his verò nonnulla, eaque non triuialia inferre nobis licebit, quibus apparebit simul verissimum esse, id quod diximus, ac simul quàm planissima aperietur via ad hanc vsurarum materiã intelligendam. Et primum apparet lapsum esse doctissimum alioqui Sotum, qui libro sexto de iustitia, & iure, quæstione prima, articulo primo, ait: vsuram si primæuam illius significationem spectemus, idem prorsus esse quod vsum, citans in eam sententiam aliquos ex superioribus Ciceronis locos. Sed eos (tanti viri pace dixerim) non satis intellexit, cũ illi potius repugnent, sequatur quãuis eum Nauarrus in comment. de vsuris. n. 2. Et rogo si idem vsus, atque vsura esset, cur diuersis appellaretur nominibus? l. si idem. C. de codicillis. Deindè apparet verum esse illud, quod cõmuniter, tam inter iurisperitos quã inter sacræ Theologiæ professores magno omnium consensu probatum est, vsuræ crimen locum duntaxat * sortiri in contractu mutui, non in cæteris cõtractibus, in quibus mutuum, aut expressum, aut tacitum nõ cõtrahitur: huius sententiæ fuit glossa in summa. 14. quæstione tertia. Innocent. Abb. & reliq. in Rubrica, de vsuris. Ioannes Andr. in regula peccatum, de regulis iuris, in mercuria. Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 3. & 4. Abulensis super Matth. cap. 25. q. 181. Ioan. Gerson de contractibus. 2. par. propositione 3. Dominicus à Soto de iustitia & iure lib. 6. quæstione prima. Syuester, verbo, vsura. 1. Conradus de quæstione. 22. Laurentius de Rodulphis, de vsuris, 1. parte. §. ad tertium.

num. 8. testatur cõmunem opinionem, Ambrosius de Bignat. in tracta. de vsuris quæstione 1. num. 6 & Carolus Molinæus de cõtractibus in princ. num. 9. Et hoc quidem & ipsius nominis definitio ostendit, à plerisque
3 enim vsura definitur. * vt sit lucrum ex mutuo per pactum debitum, aut exactum. Innocent. & Ioann. Andr. in cap. 1. de vsuris, & Panormit. in Rubrica eiusdem tituli, & Laurentius de Rodulphis in repetitione cap. cõsuluit. de vsuris. num. 1. Sed huius rei rationem videamus, & quamobrem vsura magis in mutuo quam cæteris in contractibus locũ sortiatur, multas quidem huius rei rationes scriptores, tàm iurisperiti, quàm Theologi tradent: illa tamen inter eos crebrior est, quod in mutuo vsus non separetur à dominio, hanc, vt cæteras omittam tradunt Innocent. & Abb. in Rubr. de vsuris, & Bald. in l. secunda. §. in mutui. ff. si certum petatur. Laurentius de Rodulphis in repetitione. capit. consuluit, de vsuris, quæst. 32. & 33. Covar. variarum resolutio. lib. 3. cap. 1. num. 5. atque eam, tam iurisperitorum, quàm Theologorum communem esse litteris prodidit Purpuratus in l secunda. §. creditum. num. 1. ff. si certum petatur. Et sanè quamuis ipsi rectè sensisse videantur, nõ tamẽ prorsus huius rei rationem caluisse mihi videntur. Huius
4 enim rei illa verisima ratio est, * quòd in mutuò (idest in his rebus quæ pondere, numero, mensuravè constant, vt in principio Instit. quibus modis re cõtrahit. obligatio.) vsus propriè non cadit: nimirum quia vsu (vt ita appellem) res illæ consumuntur, vt in l. 2. & l. si tibi. ff. de vsufruct. earũ rerum, quæ vsu consumuntur: nam si animaduertis sicuti vinum, & frumentum vtendo absumis, ita & pecuniam quando non aliter ea vti poteris, quàm dominium eius in alium transferendo, id quod docet Aristoteles Polyticorum primo. Quis potest ergò in illis vsus cadere, cum vsus nihil aliud sit, quàm ius vtendi salua rerum substantia, vt definit glossa in l. 1. ff. de vsu & habita. & expressim Romanus Pontifex in Extrauagan. ad conditorem, de verborum significatione. Proin illarum rerum, quæ pondere, numero, mensuravè cõstant, non tam dicitur vsus, quàm abusus, vt apparet liquido ex l. hoc Senatusconsultum. 1. ff. de vsufruct. earum verum, quæ vsu consumuntur, vbi in hæc verba Iurisconsultus, inquit. *Si pecuniæ sit vsusfructus legatus, vel aliarum rerum, quæ in abusu consistunt.* Et paulò post. *Quæ in vsufructu pecuniæ diximus, vel cæterarum rerum, quæ sunt in abusu eadem, & in vsufructu dicenda sunt.* Et rursum idem Vlpianus in l. sed etsi possessori. §. Item si iurauero. ff. de iure iurando. *Sed etsi rerum in quibus vsusfructus propter abusum constitui non potest.* Cùm igitur in mutuo, id est, his rebus, quæ pondere, numero, mensuravè constant vsus propriè non cadat, istarum rerum vsum, seù potius absumvsuram appellamus, quoniam, vt principio diximus, vsura dicitur, de his rebus in quibus vsus propriè non cadit, id est, quibus haud vti possumus salua rerum substantia: porrò in cæteris contractibus, cum rebus vtamur salua rerum substantia in his vsuræ nomen non cadit. Hanc verò vsus, ac vsuræ differentiam, neé veteres (absit arrogantia verbis) neque recentiores (acerrimi alioqui ingenij viri) caluere. Et gratias ago tibi summe Deus Pater cœli, & terræ, qui abscõdisti hæc à prudentibus, & sapientibus, & reuelasti ea paruulis, ita Pater, quia ita placitũ est ante te, vt Christi Domini nostri quamquàm indignus, verba vsurpem apud Matth. cap. 11. Ex hoc intelligere item licet, cur vsuræ appellatio crimen præseferat, atque cur in mutuo lucrum * non merces dicatur, sed 5
vsura, & illicitum fœnus. Etenim cum in mutuo, idest his rebus, quæ pondere, numero mensuravè constant, vsus minimè cadat, is verò, qui mutuo accipit dominus rei mutuatæ fiat, idcirco etenim appellatum est mutuum, quia ex meo tuum fiat, vt in l. 2. §. appellata. ff. si certum petatur. Atque insuper, qui rem mutuo accipit non eandem, sed aliã æquè bonam reddere teneatur: quoniam res illæ in genere suo functionem recipiunt per solutionem magis, quàm per speciem, vt declarat Iurisconsultus in dicta. l. 2. §. mutui. & l. cum quid. ff. si cert. petat. qui ex eo, quod suum non est, neque illius vsum habet, & est pro illo æquè bonum accepturus: lucrum captat ex nihilo alio profecto illum lucrum captare apparet, quàm ex aliena industria, siue mauis ex temporis dilatione. l. vsura pecuniæ. ff. de verborum significat. quod iuri etiam naturali aduersum esse liquet, quo iubemur nequis ex aliena iactura lucrum quoquo modo captet, vt in l. iure naturæ. ff. de regul. iur. & in regula locupletari. eodem titu. in 6. Adde quòd mutuum ex officio, & amicitia originem trahit, contrarium porrò est officio merces. l. 1. ff. mandati. Non idem in cæteris contractibus, vel qui mutuo affines sunt puta locato, & conducto, in quibus merces non vtique est fœnus, aut vsura, sed legitimum lucrum: etenim cum in his cõtractibus vsus propriè cadat vtitur enim, quis salua rerum substantia, rectè quis mercedem recipit propter vsum rei suæ, ex qua alius

emo-

emolumentum capit, & quam non æque bonam, sed deteriorem etiam vsu factam recipere debet. §. item is cui. inst. quibus modis recõtrahitur obligatio. cap. eijciens. 88. dist. Atque ex his illud quoque deducitur veram
6 non esse * etymologiam, quam nonnulli ex nostris confingunt huic nomini: sunt etenim qui dicant vsuram dici ab vsu æris. Hostiensis in summa de vsuris, alij ab vsu rei Cardinal. in summa. 14. quæst. 3. Abbas autem in Rubrica de vsuris, putat dici à raptu vsus: noster item Didacus Perez in titulo, *de las vsuras*, scribit dici ab vrendo, verum næniæ hæc sunt: nõ enim dicitur, nisi ab vsu perindè, ac à fœtu fœtura à cultu, cultura, vt nostros carpens rectè notat Dominicus à Soto de iustitia & iure. lib. 6. quæst. 1. artic. 1. Hic me quoque admonebat locus, vt tractarem
7 de dicto quodam Nauarri, * quod ipse iam pridem inter legẽdum obeliſco notaueram, & opportunum erat hic dicere: sed deterret me quidem, doctissimi viri authoritas, namque, vt est in prouerbio leonem stimulare periculosum est, dicam tamen ne forsan opinio quam omnes de illo iure meritoque habent quamquam in errorem inducat, nam quod ad eum attinet sat scio, quæ illius est humanitas, & candor animi, id boni consulturum esse. Quid quod ego postquam animum ad scribendum appuli sic mecum statui id potissimum mei esse officij, vt nihil omitterem quod ad veritatem asserendum necessariam putarem, etsi scirem omnes mundi homines habiturum me inimicos mihi. Is ergò Nauarrus in Commentario de cambijs. §. 12. num. 14. scribit vsurariam esse conuentionem, illam, si conueniat inter nos, vt accipias à me mulam ea lege, vt ab hinc sex menses reddas aliam mihi tanto meliorem. Hoc enim Nauarri dictum longe à iuris regulis, atque cõmunibus omnium interpretũ præceptis abhorrens est: omnes enim, & diuini, & humani iuris interpretes communiter docent vsuræ crimen in mutuo solummodo non in cęteris contractibus locum habere. Cùm ergò species hæc, in qua mula pro mula datur mutuum non sit, nec quicquam cum mutuo cõmune habeat, sequitur manifesto in ea vsurę crimen locum minime habere: est enim genus hoc conuentionis contractus innominatus: do vt des, qui vtiquè in hac specie de qua agimus non magis ad mutuum pertinet, quã cupressus ad naufragium apud Horatium. l. naturalis. §. 1. ff. de præscript. verbis. glos. & reliqui in l. 1. C. de rerum permut. Deniquè si superiora nobis constant vsuræ nomen hic quadrare non potest: cum vt diximus, & sæpè dicendum est, vsura tãtum cadat in rebus in quibus vsus propriè non cadit: at in mula vsum propriè cadere nemo non videt, atque si in re aperta testibus opus est docet glossa in summa, & in cap. 1. 14. quæst. 3. neque ad rem pertinet, quòd contractus iniustam habere conuentionem videatur: nam etsi donaremus eum iniustum esse, non continuo tamen sequeretur vsurę damnandum esse. cap. in ciuitate, de vsuris. capit. illo vos de pign. quamquam quis prohibet, vt ea conuentio iusta sit cum possitis, qui mulam accepit ex vecturis decidere damnum eius, quod plus redditurus est, atque forsan insuper commodum reportare: itaquè à Nauarri sententia procul ipse dissentio: nec mirum quando, & ipse non satis in ea re secum consentiat, qui in illo Commentario de vsuris. nu. 4. scribat, vsuram non committi, nisi in mutuo, aut expresso, aut tacito, putemus ergò eum incogitanter locutum: quandoquè enim bonus dormitat Homerus. Hæc mihi scribenti venit in mentem Molinei opinio, quam de hac re literis prodidit in tract. de commercijs. n. 5 & 9. & 515. atque non potui, non in virũ alioqui doctum excandescere, qui diuina, & humana iura corrumpens ausus sit scribere etiam hodie vsuras esse permissas, tam iure diuino, quàm Pontificio, dummodo legitimum modum legis, & charitatis non excedant: manifestum sanè deliramentum, & ab hæresi non alienum ecq; magis, quòd in suã citat sententiam etiam cum laudis prædicatione impium illum Philippum Melachõtem Lutheranæ perfidiæ pertinacissimũ defensorem. Illius autem rationes audire operæpretium est. Scopus, inquit, diuinæ legis est charitas, quid tum? non est igitur prohibita lege diuina vsura, nisi quatenus est contra charitatem. Emoriar, si is quid est charitas satis intellexit. Charitas Molinæe, si * Paulum audis, patiens est, benigna est, non æmulatur non quærit, quæ sua sunt: Corinthiorum. 1. cap. 13. charitas ergò secundum Paulũ nõ quęrit, quæ sua sunt, & tu charitatẽ vocas, quæ proximo emolumenta sectatur? egregia sanè charitas, & quid rogo aliud est charitas, nisi proximi calamitatem miserari, illius subleuare inopiam, & quacunquè possis ratione opem illi ferre? atque, vt verbo dicam, sicuti nobis satagentibus subueniri optaremus, ita & illi subuenire curemus, vt latius habetur in capit. charitas est, de pœnitẽtia. distinct. secunda. Nam si nihil in illũ beneficij confers si nihil aduersus eum dispendis, sed damnum damno, & lucrum lucro cõpensas, quam rogo gratiam mereris? an non

Post hasce strictas elucubrationes hic Molinei commẽtarius accrescit supremæ eiusdẽ quæstionis ablegatus est, vt est videre in catalogo librorũ prohibitorũ super edito vndè apparet nõ iniuria nos in illũ excãduisse virum, si vir tamen appellãdus est qui veritatillum à fide Catholica deiscat 8

hoc, & ethnici faciunt, & publicani? Nõ est
Luc. c. 6. ergò hæc charitas, quam Christus nobis in Euangelio commendauit, vt mutuum dãtes nihil indè speremus, sed vt potius mutuemus gratis proximo, nullum indè commodũ sperantes: quem locum sic semper sacrosancta intellexit Ecclesia, sic semper sacri Canones acceperunt, capit. quid dicam. 14. quæst. 4. & Clemen. 1. de vsuris, vt alia plura omittã. Quid ergò, o vos? (ad hæreticos loquor) Ecclesiam Dei Iesu Christi Domini nostri sanguine fundatam, & stabilitam ipsiusquè Spiritus sancti afflatu erectam, & gubernatã, & pro qua Christus semper orat ad patrẽ ne deficiat fides eius, vestris argutijs, & fallacibus tropis combellere tentatis? ò insensati, ò! Sed hæc non ad nos: sunt etenim ab alijs, & doctioribus, & eruditioribus viris perdoctè, & sancte tractata. Ad propositam ergò quæstionem descendamus. Atque videamus,
9 an in coeunda societate fieri * aliquibus pactionibus possit, vt is, qui pecuniam confert absque vllo suo periculo, siue rei, siue animę certam aliquam summam lucrifacere valeat, & Nauarrus quidem in Manuali cap. 17. nu. 254. tribus id fieri posse contractibus existimat: hoc pacto, cõuenit mihi cum Titio vti societatem contrahamus, ego pecuniam ille operam, & diligentiam offert, atque vt commoda necnon incõmoda exæquo inter nos communicemus, qui primus est contractus. Post deindè placuit inter nos, vt Titius accepta à me certa pecuniæ summa omne in se periculum prioris pecuniæ suscipiat, qui secundus est contractus. His igitur transactis statim paciscimur, vt Titius ipse accepta à me alia pecuniæ summa promittat lucri nomine daturum se mihi in singulos annos, quã diù societas durauerit, certam annuam quãtitatem. Hos igitur tres contractus inter ipsosmet socios rectè fieri Nauarrus ipse contendit, & quamquàm Dominicus à Soto lib. 6. de iustitia, & iure. quæstione sexta, art. 2. ab illius opinione dissentiat, adhuc tamẽ ipse Nauarrus pergit eam defendere, idem rursus affirmans in commentario quem postea edidit de vsuris. §. decimoquarto. nu. 32. Videamus igitur vtrius potior sit opinio. Etsanè quamquã iurisperitus ipse iurisperiti partes sequi mallem, ægreque à meis discisca, vis tamen ipsa veri transfugam me facit, ac in Theologi partes, vel inuitum me propellit, videre enim videor hanc Nauarri opinionem (tanti viri pace dixerim) certam quandam in vsurarum labem viam munire, cum ex ea is, qui pecuniam confert, absque vllo suo periculo certũ faciat lucrũ. At vt Diuus scribit Ambrosius *quodcunq; accedit sorti vsura est*: rectè quoque Baldus in l. 2. §. in mutui datione. ff. si certum petatur. de hac eadẽ vsurarum materia * agens. *Vocabula*, inquit, 10
non saluant conscientiam, nec enim mutant esse rei. Præterea vsura non solum in mutuo expresso committitur, sed etiam in tacito. cap. ad nostram, de emptione, & venditione, cap. illo vos. de pigno. cap. in ciuitate, & cap. nauiganti, de vsuris. Abb. in Rubrica de vsuris. Syluester verbo vsura. 1. Couarruuias lib. 3. variarum resolut. cap. 1. nu. 2. idem ipse Nauarrus in illo commentario de vsuris, num. 4. Estque ea, vt verbo dicam communis omnium sententia, hic autem etsi non expressim tacitè tamen in mutuũ imus quando periculum pecuniæ in accipientem transfertur omne, iamque deinceps liberum illius nanciscitur vsum, quippè cum, siue benè, siue malè vtatur, tota ea res proculdubio in illum recidat, illius ergò dominus efficitur. l. si vt certo. §. 1. ff. commo. Cedo enim? quid est esse dominum, quam ius habere * & facultatem 11
de re corporali perfectè disponendi? si credimus Bar. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss. Cedo? vndè mutuum eo nomine vtitur? nisi quia ex meo fiat tuum. §. 1. Inst. quib. mod. re contrahitur obligatio. l. 2. §. appellatio. ff. si cert. petat. Cedo? si hunc dominum pecuniæ inficiamur, quem tãdem illius dominum esse fatebimur? illum ne qui dedit? fateamur igitur si ita tibi placet hunc, qui pecuniam dedit, & dominium abse abdicauit, & cuia tantundem refert pecunia salua sit an pereat, & qui deinceps in pecunia potestatem habet nullam, hunc pecuniæ dominum esse accipientem: porrò cuius periculo pecunia, aut stat, aut perit, quiq; post hac liberum illius habet vsum hunc non dominum, sed simplicem vsuarium esse. Sanè hæc, & rerum naturæ, & iuris rationi vehementer repugnant. Deniq; ne quod iam re iudicata transactum est in litigium reuocem, atque ne argumentis illic agam, vbi legis definitio extat: hanc sententiam apertissimè, vt nihil apertius summus idemque Romanus probat Pontifex in extrauaganti ad conditorem, de verborum significat. quid enim illic Ioannes XXII. nisi multis iuxtaque acutissimis argumentis, ac rationibus ostendere eum, qui earum * rerum quæ vsu consumũ- 12
tur vsum habeat, dominum esse non simplicem vsuarium: illius enim verba quatenus ad hunc locum attinent illa sunt. *Quod autem quo ad res, quæ vsu consumuntur, non sint censendi vsuarij fratres ipsi ex sequentibus liquet satis, dicere siquidem quòd in talibus rebus vsus iuris,*

aut

aut facti separatus a proprietate rei, seu dominio possit constitui, repugnat iuri, & obuiat rationi. Hæc Romani Pontificis verba, & adhuc dubitamus, an is socius qui ita in se periculum pecuniæ trãstulit omne, mutuo accepisse videatur? Etenim cõtinuo ac is socius periculũ pecuniæ suscepit, pecuniæ dominus effectus est, si pecuniæ dominus effectus est mutuũ inter socios contractum est, si mutuum inter socios contractum est, quodcunque lucrum ex eo accedat vsura est, si vsura est, ergo is contractus iniquus est, itaque Nauarri opinionem veram non esse proculdubio existimo. Vt interim omittam, & illi alias non paucas iuris regulas refragari veluti illa, cum quid vna via prohibetur ad id alia quis non debet admitti, vt habetur de regulis iuris in sexto. Atque illam alteram non dubium est, in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. l. non dubium. C de legibus. Accedit ad hæc, quòd in huiusmodi contractibus non modo cauendum est, ne quid proterue fiat, sed etiam ne ex cõmercij genere quicquam scandali, aut offendiculi emanet in vulgus, quod in illa specie Doctores probe probant. Cum pecuniam Titio in societatem darem, illius * autem fides suspecta mihi esset, ne si quid fraudis forsan cogitaret mihi palpum (quod dicitur) obtruderet, egi cum eo, vt instrumento confiteretur se mutuo pecuniam accepisse, & sanè animus meus erga socium syncerus est: sic enim me comparaui, vt nihil contra socierarem, nihil contra conscientiam agere velim, sed potius commoda cum incõmodis, lucra lucris iuxta ponerem. Adhuc tamen Doctores hoc conuentionis genus non probant quasi mali exempli, & scandali res sit, doctissimus Syluester verbo societas. num. 4. cui reliqui consentiunt. * Et in his Palac. Rub. in repetione. cap. per vestras. §. 11. n. 8. * Hanc vero speciem, de qua agimus magnum inpopulum offendiculum protendere nemo est, qui non videat. Cæterum, quia nostram opinionem satis comprobasse videmur, argumentis contrarijs satisfaciamus oportet. Ipse igitur Nauarrus ita argumentatur, illiusque argumẽtationis caput illud est. Hæ tres conuentiones per se cum tribus personis seperatim recte contrahuntur, quid ergo vetat quominus cum vna eàdemque persona non rectè fiant? Et ego sanè hosce tres contractus si cum tribus personis seperatim fiant, haudquaquam legitimos esse negauerim. Cæterum consequentiam illam, quòd idcirco cum eadem persona rectè fieri queant, nullo vnquam modo iuri consentaneam esse concesserim: longè enim diuersa res est sanè quando ij tres contractus cum tribus personis fiunt, cum quilibet contractus per se stet in mutuum, nullo modo transfundi possunt, cessatque omnino omnis fraudis dolique suspicio. At longè diuersum est quando cum vna persona contrahitur: ibi namque ex adiectis modo pactionibus societatis contractus transformatur, & in mutuum saltem tacitum transfunditur, sicuti ex superioribus patet, & appatet ex Bald in l. 1. column. 3. C. de fructibus, & litium expensis. Etenim (vt exemplis etiam rem demonstremus) seu elementa in elemẽta varijs de causis (vt Physici edisserunt) transformantur, ita contractus in contractus diuersis adiectis pactionibus, alij in alios conuerti solent. l. dedi ff de condictione causa data. l. cum manu sata. §. final. ff. de contrahenda empt. l. certi condictio. §. deposui. ff. si cert. pet. ita vt celeritate actuum vnus * contractus occultari soleat. l. 3. §. sed si debitorẽ. ff. de donation. inter. 14
l. singularia. ff. si certum petatur. Andreas de Isernia in §. præterea ducatus. numer. 4. de prohibi. alienatione feudi per Fredericũ. Cæterùm quod iste Nauarrus negare pergit ex eo quod is socius in se periculum suscepit, dominium in illũ non trãsferri, vtens in ea re argumento text. in cap. 1. commod. & cap. fin. depositi. vbi probatur non propterea in commodatarium, aut depositarium dominium transferri quòd periculum in se susceperit, non benè meo quidem iudicio, colligit, cum constet inter mutuum, atque commodatum depositumque magnam esse differentiam in hac præsertim vsurarum materia, siquidem in mutuo (vt diximus) non est vsus, sed potius abusus, usque a dominio non separatur: non idem in commodato, & depositi, propterea, qui vsus periculum in se suscepit non ideirco dominij periculum suscepisse videtur, nec propterea illarum rerum dominus efficitur. Deinde in mutuo vsura committitur, in commodato, & depositi non committitur, ex rebus igitur diuersis & re nedum nomine distantibus argumentatur Nauarrus, eam vero non congruentem esse argumentationem nemo non videt. Vt omittam nec aliàs illud argumentum satis procedere, conuentio hæc fieri rectè cum tribus personis seperatim potest, ergo, & cũ vna rectè quoque fieri potest, cum explorati iuris sit eum qui nauiganti * aut eunti ad 15
nundinas certam mutuat pecuniæ quantitatem, eo quòd suscipiat in se periculũ recepturus aliquid vltra sortem vsurarium esse cẽ

sen-

sendum, vti expresim definitum extat in c. nauiganti de vsuris, & tamen id contractus genus cum alia percussus persona extra crimen esse in confesso est. l. periculi. ff. de nautico fœnore. & l. in naue Sauphei. C. locati. Alexand. in l. à Titio. ff. de verborum obligationibus. Ananias in dicto cap. nauiganti. Sotus de iusti. & iure. lib. 4. quæst. 5. art. 2. concl. 4. vbi testatur eam communem esse, idem facit ipse Couarr. lib. 3. Variarum resolut. cap. 2. num. 5. Idem ipse Nauarrus in commentario de cambijs, num. 5. Denique conuentionem quam cum quadam persona rectè facias non item cum alia possis multis legum docemur exẽplis. l. Aristo. ff. quæ res pignori obligari poterunt, vbi Accursius quàm plures leges in eandem citat sententiam, probat etiam. l. si cum vno. ff. de exceptione rei iudica. & apud nos. l. 22. tit. vndecimo, libr. 5. Recopilationis. & alijs quoque exemplis docet in hac eadem quæstione de vsuris, Caietanus in summa verbo vsura, implicitè. Postremo quod ipse scribit Nauarrus hanc suam opinionem probari in c. per vestras de donat. inter. longe à verò alienum est, contrarius enim intellectus, & verior, & crebrior est sicuti eodem loci tradit Palae. Ruu. §. 11. vbi multis probat, nullo modo societatem inter socios corrita posse, vt qui pecuniam confert ea salua, lucrum aliquod percipere valeat, eamque communem esse scribit, idem quoque affirmat Couarr. lib. 3. Variarum resolut. cap. 2. num. 3. Ex quo intelligere licet aduersus communem interpretum sententiam Nauarri pugnare opinionem, & eam quoque, etsi non tam validis argumentis, confutat Bartholomeus Albornoz in lib. qui arte de contractos, inscribitur vulgari, edito, sermone lib. 1. tit. 14. cap. * 16. * Et antea Caietanus tractatu 31. respõsione 11. & nuper Do. Fran. Sarm. selectarũ lib. 7. cap. 1. * Apparet itaque non tantum legum rationibus, sed etiam interpretum autoritati contrariam esse Nauarri opinionẽ: de qua quia satis dictum est transgrediamur alhò. Et iam quidem ab hac vsurarum labe (seu vt Aristophanes appellat) bellua fera, extricare me vellem, sed non sinunt me ea quæ hoc loco notanda succurrunt. Nam illud quis rogo ferat? quod etiam à doctissimis, & eisdem Christianæ pietatis colentissimis viris probatum video, legitimam esse
16 conuentionem * illam, & ab vsuræ crimine alienam, si paciscar cum Titio, vt accipiat ille a me tot nummos, puta centum, vt teneatur ad certum tempus fortè ad duodecim annos certum redditum, pone dena annua nihi persoluere? hoc enim placuit Conrado de contractibus quæst. 79 concluf. 35. & Medinæ de restitut. cap. de censu ad tempus determinatum, nollem Nauarrum, & Couarru. illo in commentario de vsura, §. 22. num. 78. hic libr. 3. Variar. capit. 7. num. 3. Proh diuum hominumque fidem, quid est si hæc vsura non est? & quid quæso hic agitur, nisi vt Titio pecuniam credam solutione eius in plures annos dilata? Disperem si non ist hic, aut nullibi vnquam vsuræ crimen admittitur. Vt enim Diuꝰ edocet Ambrosius: *quicquid sorti accedit vsura est, & quodcunque ei nomen imponas, vsura est*, c. pleriique 14. quæst. 3. At dixeris hic emptionem, & venditionẽ contrahi: quia nempe annuus redditus pretio certo ematur. Minimè, nam si vim iuris spectamus obligatio ad tempus constitui ipso quidem iure non potest: nam quod aliqui deberi cœpit: certis modis deberi desinet: tẽpus * enim non est modus tollendæ, aut in- 17
ducendæ obligationis, l. eum qui ita §. qui ita stipulatus. ff. de verb. obligat. l. obligatio fer. ff. de action. & oblig. l. 4. ff. de seruit. hoc igitur casu imaginarius est census: re autem mutuum est. At non reddit iste quam accepit sortem: fabula. Imo reddit etiam cum accessione seu vsura, vt ego quidem interpretor. Et quid enim rogo ad excusationem vsuræ proficit minutatim ne an simul sorti fœnus accedat. Sed fac emptionem & venditionem hoc loco contrahi, an non hic ex aperto fraus legi cogitata videtur? an non nomine emimus, re autem in creditum imus? Cur ergo tale conuentionis genus vsurę crimine non damnabimus? Nisi fortè nomina rei substantiam mutant, aut verba saluant conscientiam, aut legi fraus fieri lege aliqua concedatur, aut forsan minus valere debet, quod agitur quàm quod simulate concipitur? Sed lõge secus est. Nec enim nomina mutant contractus naturam l. si insulam ff. de præscriptis verbis, nec verba saluant conscientiam, vt eleganter Baldus inquit in dicta l. 2. §. in mutui. ff. si certum petatur. Nec vsquam lege aliqua fraus legi fieri permittitur, l. non dubium, C. de legibus. & iam certissima est iuris regula: plus valere, quod agitur, quãquod simulatè concipitur, vt codicis Rubrica demonstrat. Denique nummarius iste census, vt legitimè constituatur perpetuus esse debet, idest, donec redimatur non ad certum tempus iuxta constitutiones Martini, & Calixti inter extrauagantes communes, tit. de empt. & vendit. Atque iuxta leges Regias, præsertim, iuxta l. fin. tit. 15. lib. 5. Recopil. Postremo pro hac nostra opinione habemus

testem

teſte ſatis idoneum, & locupletem Panormitan. Abbatem diſputatione 5. columna antepenult. vbi expreſsim ſcribit huiuſmodi conuentionem vſuræ vitio laborare. Atque ego ſanè autorum iudicium hoc loco demiror, qui alias vſuræ materiam adeò ſcrupuloſe pertractant, vt vel tantillum lucelli etiam gratiæ vel officij, quod pecunia mutuata protuberet vſurę nomine damnarent: rurſus aliorum ita habenas laxant, vt apertum ex pecunia fœnus legitimum fore queſtum contendant: vt in his, quos modo caſus notauimus: quamquàm in hoc ſuperiore, & ipſi quidem autores, ſiue dictante conſcientia, ſiue veritatis vi (quæ ſuperari nequit) victi, ab huiuſmodi pactione abſtinendum eſſe præcipiant. Ore itaque hanc conuentionem probãt, mente vero (quæ potior eſt) reprobant. Sed & antequam hinc diſcedam cõtinere me nõ potui: quin illud quod ad præſentium morum emendationem conduit hoc loco animaduerterem. Ex conſti-
18 tutione illa * cenſus temporarij (quem nos vulgo ad vitam appellamus) amplam hodie ad vſurarum labem viam proſterni. Quamquàm enim iſtiuſmodi contractus genus plerique Doctorum probent, ac licitos eſſe propter humanæ vitæ imbecillitatem affirment, vt eſt videre apud Abb. diſputatione 5. columna antepenult, Innocent. & & reliquos in cap. in ciuitate de vſuris. Boerium complures eius rei aſſertores referentem deciſione 44. numer. 36. Couarr. lib. 3. Variarum. cap. 7. num. 3. Iaſon. in l. 1. C. de ſumma Trinitate & fide cath. num. 63. Nauarr. in comment. de vſuris, numer. 78. & teſtatur communem opinionem Ambroſius de Bignate in repet. cap. ſalubriter, de vſuris, num. 244. Verum in pretio definiendo non ſatis Doctor. ipſi inter ſe conſentiũt, ſed alijs placet dena pro ſingulis, alij octona alij pauciora iuſtum huius cenſus pretium eſſe, vt videre eſt, cum apud ſuperiores autores, tum apud ipſum Couarr. lib. 3. Variarũ reſolut. cap. 9. num. 7. Pleriſque tamen magis ſed pro ætate eius ad cuius vitam cenſus conſtituitur pretium demetiendum eſſe Cynus, Baldus, Paulus & Iaſon. in l. ſi pater puellæ. C. de in offic. teſtamento, & in l. ſi ea. C. de vſuris. Ambroſius de Bignate loco ſuperiore. Cum igitur pretium huiuſmodi cenſus, nec lege, nec Doctorum traditione certum ſit, venditor autem rerum ſuarum ſatagẽs, & in Diomedea (quod dicitur) neceſsitate forſan poſitus bene ſecum actum putet, ſi quoquo modo neceſsitati ſuæ ſuccurratur euenit, vt emptoris ferè libidine, & pretium cenſus, & conditiones illius conſtituantur. Contigit igitur eo pacto, vt non ſolum vnũ annum ad vitam pro octo, ſed etiam pro ſex aut quinque, vel etiam (ſi diuis placet) pro quatuor cõſtituatur, nec id ad vitam emptoris tantum, ſed etiam ad vnius vel duorum filiorum vitam. Quo quid impius? quid deterius & Chriſtiana pietate indignius dici poteſt? Quid malum? nunquid nos Gangis ripas accolimus vbi perhibent eſſe gentẽ quæ octauum vitæ annum non protrahant? breuis ſanè & apud nos hominum vita eſt caduca quæ nimis: verum meherclè non tam parum viuaces ſumus, vt non ſit veriſimile huiuſmodi cenſus emptores incertiſsimo verſari lucro: cum etiam diuinus Pſaltes hominis vitam ſeptuaginta annis definiat in Pſalm. 89. Imperator quoque centum annorum ſpem det l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Iuriſconſult. pro modo ætatum alia, atque alia non tamen ita breuia, vt iſti viuendi ſpatia partiatur in l. hæreditatum. ff. ad legem Falcid. quòd autem iſti in certo lucro verſentur, vel ex eo apparet, quòd non deſunt qui ſtatim minimo indemnitatem repræſentent illis ſaluã fore pecuniam promittẽtes. Proinde ergo è republica fore putauerim, ſi aut iſtiuſmodi cenſus contractus a Republica prorſus relegaretur, aut certe certũ illi pretium lege pręſcriberetur, quod impunè tranſilire nemo nequiret alioqui vt res ire cœpit metuo ne φοῤῥολόγοι iſti, ſeu fœneratores inopum ſanguinem exugẽtes quę illos quoquo modo poſsint diteſcendi pecuniaſque eruſcandi rabies inceſsit, breni totam deglutiant plebem, atque expilẽt, & vt Diuus ſcribit Ambroſius multorum vitæ ſubſidia obtineant ſoli capit. ſicut. 47. diſtinct. aut eueniat quod propheta Vaticinatus eſt. *Ecce dies venient in quibus apprehendentur qui habitant terram in cenſu multo & abſcondetur veritatis via.* Eſdræ 4. ca. 5. Interea tamen quàmquàm cenſus, qui ita paululo conflantur tanquam iniqui reſcindendi ſint contrahentes tamen pœnis in vſurarios * ſcriptis plectendi non 19
ſunt ex ſententia Bartoli in l. quis ſit fugitiuus §. apud Labeonem. ff. de ædilitio edicto, vbi ait pœnas in vſurarios ſtabilitas nõ comprehendere contractum, qui etſi reuera vſuram ſapiat populariter tamẽ reputabatur licitus Bartoli autem ſententiam amplectitur Alex. conſil. 93. volum. 6. num. 9. & Cœpola, de ſimulat. contractuum. §. 1. num. 4. & Socinus Nepos, conſilio 83. libr. 2.

***

SVM-

SVMMARIVM.

Obligationes ex contractu descendentes quatuor modis contrahuntur, num. 1.
Stipulationis definitio, num. 2.
Pacti definitio, num. 3.
Pollicitationis definitio, num. 4.
Pactum à pollicitatione quid distet, num. 5.
Donatio quid à pacto stipulatione, atque pollicitatione distet, num. 6.
Donationis definitio, num. 7.
Constituta pecunia quid sit, num. 8.
Vt fiat donatio etiam hodie oportet verba in præsenti sonent, num. 9.
Dictum seu nudus consensus longè differt à pacto, seu pollicitatione, num. 10.
Simplex dictum, seu nudus consensus veteri iure, neque ad agendum, nec ad excipiendum valebat, num. 11.
Hodie patrio iure omnia pacto nudo simplicique consensu transiguntur, num. 12.
Regis Alphonsi lex recensetur, & copiosè illustratur, num. 13.
Hodie ex simplici consensu modò constet quem se obligare voluisse actio nascitur, num. 14.
Non solum Rex, ac Papa, sed etiam Deus ipse optimus maximus, quod promisit seruare tenetur, num. 15.
Iure Pontificio etiam ex nudo pacto oritur actio, num. 16.
Hodie ex lege Regia pactum nudum actionem parit, & exceptionem, num. 17.
In pactis hodie perinde, ac olim in stipulationibus ius versatur non factum, num. 18.
Ratio quare olim in stipulationibus ius versaretur in pactis factum, num. 19.
Naturalis obligatio non est proprie obligatio, sed abusiuè, num. 20.
Per pactum de non petendo à principali factum fideiussores hodie ipso iure liberantur, numero 21.
Hodie fideiussor nudo pacto obligatur, num. 22.
Hodie nutu contrahitur obligatio, num. 23.
Mutus hodie obligatur si per signa eius consensus constet, num. 24.
Hodie etiam inter absentes verborum oritur obligatio, num. 25.
Lege Regia obligatur qui respondeat aliter quam interrogatus fuerit, num. 26.
Aliter alteri hodie stipulari, seu paciſci rectè potest, num. 27.
Hodie in contractibus perinde, ac in vltimis voluntatibus, an ius accrescendi locum habeat, num. 28.
Procurator hodie parat actionem directam domino, sine cessione. num. 29.
Facti alieni promissio valet hodie, num. 30.
Valet hodie pactum etiam quid incerti continens, num. 31.
Hodie in contractibus innominatis locus non est pœnitentiæ, num. 32.
Pollicitatio ex lege Regia actionem producit, numer. 33.
Ex voto, & iureiurando hodie actio in distinctè paratur, num. 34.
Contractus qui consensu contrahuntur hodie in absentia rectè fiunt, num. 35.
Donatio in absentia facta hodie statim vim sortitur, num. 36.
Pactum adiectum à donatore in fauorem tertij renocari non potest, num. 37.
Fideiussoris obligatio de alia re quam de qua principalis est obligatus, valet hodie, num. 38.
Authen. si quando, C. de constituta pecunia hodie cessat ex Regia legis decisione, num. 39.
Lex Regia locum non habet quando consensus ad obligandum deficeret, num. 40.
Etiam hodie simplex dictum non obligat, numero 41.
Donatio in re dubia numquam præsumitur, numer. 42.
Pupillus maioratum facere non potest, num. 43.
Princeps concedere non potest facultatem testandi pupillo, num. 44.
Rex si pupillus sit testamentum facere non potest, num. 45.
Impossibilis conditio etiam hodie vitiat obligationem, num. 46.
Quando conuenit inter partes, vt scriptura de contractu fieret, ante rogatam scripturam pœnitere licebit, num. 47.
Quando dicatur contractus inscriptis fieri, numer. 48.
Etiam hodie verborum obligatio non contrahitur ab ijs personis, quæ veteri iure inhabiles erant ad contrahendum, num. 49.
Res sacra etiam hodie in obligationem non cadit, num. 50.
Si quis rem maioratus promittat non obligatur, ne ad æstimationem quidem, num. 51.
Omnes exceptiones quæ olim admittebantur aduersus stipulationem, seu pacta valida etiam hodie debent admitti, num. 52.
Fideiussor etiam hodie obligatur in duriorem causam quam principalis, num. 53.
Ex verbis impersonalibus etiam hodie verborum non contrahitur obligatio, num. 54.
In donatione nulla causa est necessaria, num. 54.
In cautione priuata necessaria causa est, num. 55
In contractibus qui re, vel consensu contrahuntur necessaria causa non est, num. 55.
In pollicitatione necessaria causa est ad obligandum, num. 55.
In verborum obligatione hodie causa necessaria

non

non est, num. 56.
Stipulatio est contractus specialis, num. 57.
Nullũ est maius mentis nostræ testimonium quã qualitas inspecta verborum, num. 58.
Textus in l. 2. §. circa, ff. de doli exceptione, latè, & acutè explanatur, num. 59.
In instrumento publico causa necessaria non est, num. 60.

Vtrum olim stipulatio, atq; hodie pactum non existente causa factum valeat? ad interpretationem, legis 2. titul. 16. lib. 5. Recopilationis.

CAP. III.

VT Ijs quæ dicenda sunt fundamenta iaciamus, aliquid nos præfati oportet. In primis autem in memoriam refricare debemus, obligationes ex cõtractu descendentes in quatuor genera deduci: aut enim re *contrahũ
1 tur, aut verbis, aut litteris, aut consensu, §. fin. instit. de obligat. l. 1. ff. de actio. & obligat. re obligatio contrahitur in mutuo commodato, ac deposito pignoreque, vt latius est expositum apud institutiones ciuiles in titulo, quibus modis re cõtrahitur obligatio. Consensu verò obligationes fiunt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societate, mandato, vti latius eædem demonstrant institutiones in titulo qui inscribitur, de obligationibus ex consensu. Litteris autem obligamur trãsacto biennio, posteà quàm scripsimus debere nos, quod numeratum non est, vt apparet ex titulo, instit. de litterarum obligatione. Verborum verò obligatio nascitur ex interrogatione & responsione, quæ stipulatio in iure dicitur, vt in dicta l. 1. ff. de actio. & oblig. & in princip. instit. de verbor. oblig. *Est autem stipulatio * verborum conceptio quibus is qui inter-*
2 *rogatur daturum facturumvè se id, quod interrogatus est, Respondet,* sicut definit Iurisconsultus in l. 5. §. stipulatio, ff. de verbor. obligat. Olim igitur conuentio, quæ supradictis modis non fieret, sed in puris nudisque conuentionis finibus staret, pactum nudum dicebatur, l. iurisgentium, §. sed cum nulla, ff. de pact. l. si tibi, C. de locat. l. solent. ff. de præscript. verb. nisi forsan contractus accessione, seu cohærentia, vt vocant, pactum vestiretur, aut rei interuentu alijsque modis à lege introductis, vt in dicta l. iuris gentium, §. quinimo, ff. de pactis, vbi Bart. & reliqui clarissici exacte rem tractant, Socin. quoque regula 9. & Iason. in l. lecta, ff. si certum petatur, ab exea de pactis, in rubr. 3. l. 9. num. 273. & quamuis Corras. Miscellanearum, lib. 1. capit. 1. hanc pacti nudi, & vestiti differentiã irrideat, docendi tamen gratia magis eã probandam putò. * Et vt breuius & apertius dicam, obligatio quæ iuris est vinculum, nõ nascitur, nisi ex contractu nominato, aut in * nominato. Si quis autem solis verbis alium velit obligare, id secundum vetera iura, non nisi stipulatione facere potest, quod si stipulatio defuerit, nudum erit pactum, quod ad agendum nihil valet, modò contractus cohærentia non vestiatur alijs vè modis à lege introductis. * Est autem pactum duo * rum pluriumvè in idem placitum & consensus, vt definit Iurisconsul. in l. 1. ff. de pactis. Atque ita placitum consensum pro pacto * 3 accepi Iustinus lib. 6. *Quo audito,* inquit, *his ex dolore metus, & illis ex gaudio stupor inycitur, atque ita veluti ex placito consensu à prælio discedit.* Proin aliquibus codicibus placitus consensus in illa lege prima, sine coniunctione legitur, quę verior sanè mihi lectio videtur. Differt autem pactum ab stipulatione, quia stipulatio ex interrogatione & responsione fit. pactum verò ex conuentione, seu consensu vtriusque: vt declarat Accursius & cæteri in d. l. iurisgentium, §. sed cum nulla, & in l. 1. ff. de pactis, atque item in rubrica, ff. de verb. oblig. Differt etiam pactum à poilicitatione, quia secundum Iurisconsul. pactum est duorum consensus, atque conuentio. * Pollicitatio solius offerentis 4 promissio, l. 3. ff. de pollicit. Quo circa pleriſque placuit pollicitationem inter absentes tantum fieri: nam si fieret, (vt aiunt) inter presentes iam non pollicitatio, sed pactum diceretur, quia consentire intelligatur is etsi taceat, in cuius gratiam, atque commodum pollicitatio fit, sicuti latius explicat Iason. in rubr. ff. de verbor. oblig. num. 6. & Castel. in l. 22. Tauri. Sed verius est, & inter præsentes pollicitationem dici, vt placuit Decio in rubr. C. de pactis, & cons. 245. volum. 2. num. 9. & Alciat. in rubr. ff. de verbor. oblig. col. 1. & alij quos referens sequitur Anton. Gom. in commentarijs de contractibus, cap. 9. num. 1. Quæ sententia & apud nos probatur in l. 10. tit. 11. part. 4. Quemadmodum igitur pactum à pollicitatione disterminabimus, & non satis scriptores declarant, mihi autem hoc discriminis

esse

esse videtur, quod ad * pactum necessarius est tractatus & partium vltro citroque consentio: nam vt Iurisconsultus significat in l. 2. §. 1. ff. de pactis. Pactum est quando contrahendi gratia partes in vnum conueniunt, & tanquam ex diuersis animi motibus in eadem sententiam decurrunt. Porrò ad pollicitationem tractatus, seu conuentio necessaria non est: quippè quæ nihil aliud sit, quàm solius offerentis promissio, nec refert, an inter præsentes absentesvè fiat. Vt declarat Iurisconsul. in dict. l. 3. ff. de pollicit. & illa lex Regia septem part. iuris, quam modò citauimus. Quid inter stipulationem, pactũ, atque pollicitationem intersit, dictum est: quid autem ab his donatio distet conueniẽs est, vt dicamus. Illud autem differt, quod stipulationis, pacti, atque * pollicitationis obligatio etsi præsens sit, in futurum tamen suum protẽdit effectum, promitto, paciscor, polliceor me daturum facturumvè, aut pecuniam non petiturum. At donationis verba in præsenti concipiuntur, præsentemq; præseferunt effectum: puta, dono, do tibi sicuti apparet, cum aliàs sæpè, tum in l. 1. & l. absenti, ff. de dona. & l. obligationum substantia, ff. de actio. & oblig. & ipsiusmet verbi etymologia demõstrat, quid est enim, rogo, donatio, nisi doni datio? vt inquit Iurisconsul. in l. Senatus, ff. de dona. causa mortis, & significat lex Regia prima, tit. 4. part. 5. Insuper, & in obligãdo stipulationis, pacti, pollicitationis, * donationisque diuersa causa diuersusque extat effectus: siquidem ex stipulatione propriè verbo. oblig. contrahitur, vt vel eius declarat definitio. Pactum verò nudum veteri quidem iure (ciuili scilicet) de quo nunc agimus, ad excipiendum valet, ad agendum non valet, l. iurisgentium, §. igitur nuda, ff. de pactis, l. si tibi, C. de locato, l. si superstite, C. de dolo, l. 2. C. de euictio. l. in bonæ fidei, C. de pactis, l. pacta cõuentio, C. de contrahend. emptio. & aliàs passim. Adeò, vt ne iureiurando quidem confirmatum nudum pactum obligationem pareret, excepto liberto operas promittente, vt in l. iurisiurandi, ff. de operis libertorum, & illic tradit Bart. & Iaf. in rubric. de iureiur. num. 1. glos. verbo exorta, in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vend. & illic reliqui: * tradit acutè, vt solet Do. Frãc. Sarm. Select. lib. 1. c. 3. * pollicitatio verò non aliter obligationem inducit, quàm si ob honorem decretum, aut decernendum, vel aliam ob causam polliceatur quis Reipublicæ, alijvè piæ causæ, l. nuda, C. de contrahend. & commit. stipulat. dicta l. 1. ff. de pollicit. & tradit latius Couar. in rubric. de testam. 3. part. num. 12. Hæc autem idcirco veteres legislatores introducebant, ne nimia facilitate homines temerè obligarentur. Atque dum effuso sermone se iactant in prõptum sui periculum inciderent, l. sciendum, ff. de ædilitio edicto, l. fin. ff. de dotis promiss. tradunt Alex. & Paul. in rubric. ff. de verbor. oblig. Proinde semel debitum etiam pacto nudo constitui poterat, vt in §. de cõstituta. Inst. de actio. & in toto tit. ff. de constitut. pecunia. Donatio * verò etsi vetustissimo iure non aliter vim haberet, quam si in præsentia res traderetur, vt in l. 1. & l. absenti, & l. qui saxum, ff. de donat. l. inter, ff. de donat. causa mortis, cap. inter dilectos, ad finem, de fide instrument. Recentiore verò iure Codicis, etiam rebus non traditis, nec stipulatione interposita, sed nudo tantum pacto rata erat ex constitutione Iustiniani in l. si quis argentum, §. fin. C. de donat. Quamquam adhuc eam legem accipiẽdam existimo, vt necessarium putem donationis verba in præsenti * sonent, sicuti veteri iure cautum diximus, alioqui si in futurum verba sonarent non donatio esset, sed aut stipulatio, aut pactum, pollicitatiovè, sicuti acutè sentit Franciscus de Ramponilus, quẽ refert, sequiturque Imola in l. in ædibus, §. 1. ff. de donat. & Alexand. in l. iurisgentium, in princip. ff. de pactis, & Angel. in §. in personam, num. 3. instit. de actionibus. Quare labitur Acursius in §. perficiuntur, instit. de donatio. qui in ea fuit opinione, vt existimaret illa verba dabo, donabo, donationem efficere: non enim magis donationem efficiunt, quàm venditionem, aut mutuum, illa, promitto me venditurũm, aut mutuo daturum, sicuti eodem loco tradunt Faber & Angel. & reliqui ab Accursio meritò dissentientes: dissentit etiam Manuel Acosta in l. si ex cautione, C. de non numer. pecunia, & aduersus glossam communem esse opinionẽ affirmat Alciat. in l. si pacto quo pœnam, C. de pactis, & apparet ex Tiraquel. de retract. conuentio. ad finem, titul. num. 477. Itaq; nec per l. si quis argentum, ex verbis illis: dabo, donabo, olim oriebatur obligatio cum donationis vim non haberent, essentque tãtum pactum nudum, sicuti etiam sentit Decius cons. 280. vol. 2. num. 2. & consil. 627. num. 15. vol. 5. Et hoc mihi verius quidem videtur, licet Couar. contrarium scriptum reliquerit in cap. quamuis pactum 21. §. 4. num. 14. & Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. tit. par. 2. cap. 3. num. 30. Nudus igitur cõsensus, id est, qui non in contractum pactum,

aut,

aut pollicitationem caderet in tantum ineffi-
cax erat, vt ne exceptationem quidem ne-
dum actionem, aut obligationem pareret,
l. nuda. ff. de donat. l. numquam nuda, ff. de
acquirendo rerum dominio: hunc autem
nudum consensum dictum appellat Iuris-
consultus in l. sciendum, ff. de ædil. tio edi-
cto. *Dictum*, inquit, *à promisso sic discernitur,*
10 *dictum accipimus, quod verbo tenus* * *pronun-*
tiatum est, nudoque sermone finitur, promissum
autem potest referri, & ad nudam promissionẽ,
siue pollicitationem, vel ad sponsionem. Quid er
go de renuntiatione, siue iuris sui remissio-
ne, & promisso magis, quam dicto? eam acce
dere scribit Bald. in l. 1. C. qui bonis cede-
re possunt, col. 3. Adeò verò simplex dictũ,
11 nudusque consensus veteri * iure inefficax
erat, vt ne cautio quidem, seu apocha de re-
cepto à creditore præstita debitori libera-
tionẽ pareret, nisi re vera pecunia numera-
ta esset, aut forsan in formam donationis
liberatio conciperetur, prout non pauca,
eademque apertissima legum documenta
demonstrant, quarum omnium verba hic
referre longum nimis esset: aliquarum ta-
men recensebimus, ne rei nouitas quemquã
forsan deterreat. Atque imprimis veniat in
medium, l. si accepto latum, §. 1. ff. de acce-
pti. vbi Iurisconsultus in hæc verba inquit:
Inter acceptilationem, & apocham hoc interest,
quòd acceptilatione omnino liberatio contingit,
licet pecunia soluta non sit apocha, non alia, quam
si pecunia soluta sit. Idem ostendit Imperator
in l. si obligatum, C. de solut. his verbis: *Si*
obligatum hominem, ex causa mandati non per
stipulationem, nouatione facta post, accepti latio-
ne liberasti, sed tantum receptam, ex eadem cau
sa debitam quantitatem falso scripsisti, figmento
veritatis extingui non potuit obligatio. Ipsissi-
mum est, quod idem Imperator scripsit, in
l. si inter, eodem tit. de solutio. *Si inter pa-*
trem tuum, inquit, *eosque, quos debitores esse du*
cebas, non de dubia lite transactio facta, sed par-
te tantummodo recuperata vniuersum se recepis-
se cauit, nec de superfluo eos, quos verbis obliga-
uit per acceptilationem liberauit, nec donationis
causa id factum est, exuberantis debiti integra
ei repetitio competit. Idem etiam non difficul-
ter colligitur ex l. 1. C. de solut. & libera. li-
bro 10. atque ex l. si ex maiore, C. de accep.
& in l. siquidem, C. de transact. Quo circa
debiti soluti cautio, etsi nonnumquam apud
veteres pacto fieret, vt in l. tale pactum ff. de
pactis, interdum acceptilatione, vt in §. pri-
mo. Instit. quibus modis tollitur obligatio:
vsitatius tamen erat, vt quibusdam instru-
mentorum securitatibus firmaretur. Erant
porrò hæ securitates actorum, monu-
menta, quæ apud iudicem solemni quadam
gestorum fide transigebantur, sicuti intelli-
gere, licet ex l. 2. C. de apochis publicis, lib.
10. atque ex l. 2. §. fin. C. de quadriennij
præscript. atque ex l. testium, C. de testib.
atque ex textu in l. in contractibus, §. 1. &
2. C. de non numerata pecun. Hæc autem
cũ legũ tam apertissimis definitionibus cõ-
stent, iuris tamen interpretes, & veteres, &
recẽtiores, quam longissimè fugere. Et hæc
quidẽ in contrahendo, & obligando, liberã-
doque veteris iurisprudentiæ subtilitas ni-
mia introducebat, & sequebantur etiam a-
pud nos septem Partiti iuris volumina, vt
apparet ex tit. 11. part. 5. Hodie verò apud
nos his de rebus maxima facta est immuta-
tio: omnia enim hodie patrio iure * pacto 12
nudo, simplicique transiguntur consensu le-
ge principali à Rege Alphonso, eius nomi-
nis vndecimo lata, quæ veterum legum scru
pulositatem (& penè superstitionem dixe-
rim) prouidentissimè sustulit. Extat ea ho-
die in volumine Recopilationis lib. 5. titul.
16. l. 2. qua cautum est, omnẽ omnino con-
sensũ, per quẽ quoquo modo appareat, quẽ
se obligare voluisse, obligationem parere.
Sed ipsius legis verba (quoniã de ea aliquã-
tisper sermo nobis faciendus est) audiamus.

Pareciendo que alguno se quiso obligar a otro
por promission, o por algun contracto, * *o en otra* 13
manera, sea tenudo de complir aquello que se obli
gò, y no pueda poner en excepciò que no fue hecha
estipulacion, q̃ quiere dezir promessimiento cõ cier
ta solenidad de derecho, o que fue hecho el cõtra-
cto, o obligacion entre absentes, o que no fue hecho
ante escriuano publico, o que fue hecha a otra per
sona priuada en nombre de otros entre absentes, o
que se obligò alguno que daria à otro, ò daria al-
guna cosa: mãdamos que todauia valga la dicha
abligacion y contracto que fuere hecho en qual-
quier manera que parezca, qué vno se quiso obli-
gar a otro. Ecce igitur, vt apertissimè vult
lex ex pacto nudo obligationem oriri, quini
mo, non tantum ex pacto nudo * sed etiam 14
ex simplici consensu, vt cunque tamen ap-
pareat, quem se obligare voluisse euidentis-
simè, vult lex obligationem nasci. Id autem
naturali æquitati congruentissimum esse li-
quet. Quid enim tam congruum est humã-
næ fidei, vt Iurisconsultus inquit, quam ea
quæ inter eos placuerit seruari? l. 1. ff. de pa-
ctis, l. 1. ff. de const. pecunia. Cui conuenit,
quod à Cicerone scriptum est Officiorum
libro 1. *Fides est*, inquit, *dictorum conuen-*
torumque constantia, & veritas. Cum igi-
tur ex naturali æquitate huius legis procedat

51 definitio, & Regem * quoque obligare dicendum est, vt scribit Baldus in l. 1. ff. de pactis, & illic Iaſ. & Decius conſ. 151. vol. 1. Minchac. controu. illuſtrium, capit. 45. numer. 13. & 15. Quamuis enim Rex humanis ſit ſolutus legibus, non tamen diuinis, aut naturalibus, ſecundum Bald. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua. col. 8. Iaſ. in l. 1. ff. de pactis. Idem quoque & de Romano dicemus Pontifice, textus, & illic Abb. & reliqui, in cap. 1. de probatio. Barba. conſ. 1 & 62. libro 1. & tradit latius Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3 ordinament. verb. *No pueda*. Sed quid ego Papam, Regeſve promiſſa ſeruare debere dico? etiam Deus ipſe optimus maximus, quod promiſerit, ſeruare tenetur, vti ſcriptum reliquit Bald. in l. 1. in principio, ff. de pactis, & ſequitur illic Iaſ. numer. 1. & Decius conſ. 689. volum. 1. Et probat illud Euangelij: quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita, & cœlum, & terram (inquit ille) tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Quamquam de Deo, hanc agitare quæſtionem ſuperuacuum videtur & ocioſum, quid enim illud ſummum bonum promiſit vnquam, quod non acumulatè rediderit? *Fidelis Deus* (inquit Prophe ta) *in verbis ſuis, & ſanctus in operibus ſuis, vt notam faciat filijs hominum potentiam ſuam, & gloriam magnificentiæ Regni ſui*. Hanc item naturalem æquitatem ſacri Canones amplectentes æquè pacto * nudo actionem pollicentur, vt apparet ex cap. 1. de pactis, num. 14. iuxta interpretationem communem, magiſque probabilem, vt eſt videre apud Iaſonem in l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla, numer. 4. ff. de pactis, & noſtratem Oroſcium ibidem, num. 11. & Fortunium in dict. cap. 1. de pactis, & Couar. in cap. quamuis pactũ, 2. par. §. 4. num. 13. & Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. gloſ. 1. Conuenit igitur ius noſtrum perinde, ac Pontificium cũ iure gentium, iuxta quod omnis conſenſus obligationem parit. l. Stichum. §. naturalis, & l. in his, §. Imperator, ff. de ſolutio. l. cum amplius, ff. de regu. iuri, l. ſi ita ſtipulat. §. ſupereſt ff. de verb. ſignif. Hoc autem quã conſultiſsimè ſtatutum fuerit, & reipſa lucet, & ſignificauit quondam Ionnnes Neruzanis in Silua nuptial. lib. 4. num. 41. Vbi ardeter deſiderabat, vt hoc lege rogaretur, quoniam foret, inquit, vt per hoc ceſſarent tot difficultates, quantæ aliòqui ex illis verborum aucupijs in iure ſcaturire ſolent. Et reuera quam plurimæ, ex hac lege exoleuere. Nam tametſi Iuſtinianus multas vetuſtiſſimi iuris ambages, multoſque ſtipulationũ ſcrupulos correxerit, vt in l. ſcrupuloſam, C. de contrah. & commit. ſtipul. & in l. 4. §. fin. C. de recept. arbitris, multæ tamen adhuc remanſere. Has verò omnes difficultates, quæ hac cõſultiſsima lege ſublatæ ſunt, ſi mihi perſequendi animus eſſet, importunus meritò videret, cum id infiniti penè eſſet operis, atque non tam ingenij, quàm operæ. Doctrinæ tamen cauſa, & vt intelligi poſsit, quantum lex noſtra vtilitatis attulerit, nonnulla ad quotidianum vſum cum primis attinentia breuiter, atque extremis (quod dicitur) digitis attingam. Principio igitur aliquas ex noſtrati lege illationes deducam, quibus monſtrauero quanta immutatio veteribus contigerit legibus. Rurſuſque, ne ipſa penitus à iuris regulis defeciſſe videatur, aliquot ei exceptiones ſubiungam. Moxque propoſitam initio quæſtionem abſoluam: quibus ſanè contractuum, ac præcipuè verborum obligationis materia ad hodiernum vſum beliſsimè, iuxtaque breuiſſimè elucidabitur. De illationibus igitur, ſeu veteris iuris correctionibus, quæ legis Regiæ ampliationes erunt.

Matth. c. 9.

Pſal. 244

16

Iuris cõmunis correctiones, atque Regiæ legis ampliationes.

Prima amplitio legis Regiæ.

PRimum igitur, ex hac noua noſtræ legis definitione infertur, licet veteri iure (ciuili dico) pactum nudum actionem non pareret, ſed dumtaxat exceptionem, l. iuris gentium, §. igitur nudo, ff. de pactis, itaque verborum * obligatio ſola ſtipulatione cõtrahebatur, vt in principio. Inſt. de verb. oblig. & l. 1. §. ſtipulat. ff. de verb. oblig. l. 2. §. 7. C. de veteri iure enuclean. & ſuperius latius expoſitum à nobis. Cæterùm noſtrati Regio iure pactum nudum nunc, & actionem producit, & exceptionem parat, ex noua, ægregiaque huius Regiæ legis deciſione. Nam vt Iuriſcon. verba vſurpem: *Legitima conuentio ea eſt, quæ ex aliqua lege confirmatur, & ideò interdum ex pacto actio oritur, vel tollitur quoties lege, vel Senatuſconſulto adimuatur*, l. legitima, ff. de pactis, vbi interpretes effuſè tractant de iſtiuſmodi pacto nudo, quod num primum lege aliqua confirmetur, quæ per te ſi vacat, iuuatque perſpicere poteris. Hodie igitur verborum obligatio abſque ſtipulatione ſolo pacto nudõ, vel ſolo conſenſu tenet, tantumque hodie placitus conſenſus, ſeu pactum nudum efficit, quantũ olim ſtipulatio, vt lex ipſa Regia demonſtrat, & animaduertit Anton. Gom. in comm. tom. 2. c. 9. nu. 3. Sed quænã hæc erit obligatio?

citri-

ciuilis ne, an naturalis? Ex vtraque hodie ex pacto nudo oriri videtur ducto à iure Pontificio exemplo, secundum, quod ex pacto nudo ciuilis & naturalis oritur obligatio, vt placuit Baldo in c. 1. de pactis, & in l. cum quis, C. de iuris & facti igno. col. antepenul. Id tamen ego nunc non disputo: partim, quia id ad rem non multum conducit, partim, quia res est, quæ ab scriptoribus diuerse trahitur, altioremque indaginem, ac longiorem sermonem exposcit, quàm nostri instituti breuitas patiatur. Atque id propterea dicere item omitto quæ nam hodie, ex pacto nudo oriatur actio, an condictio, & lege, an præscriptis verbis, an potius incerti condictio, vel ex stipulatione, aliave: quâquam si hoc, aut illud scire te iuuat, de hoc legito Bart. in l. 1. ff. de condict. & lege Alberic. & Iaſ. in dict. l. legitima, ff. de pactis, de illo verò legito Fabrum in princip. Instit. de obligat. Alexan. in l. prima, §. 1. ff. de pact. Claudium & Fortun. in l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, nec non eundem, Bartol. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. quæst. 1.

Amp. 1. 2 Deinde illud ex nostrati lege Regia notandum erit. Quòd tametsi quantum ad leges antiquas pertinet inter stipulationem, & pactum illud interesset, quod per stipulationem ipso iure tollebatur obligatio: * per 18
pactum verò ope exceptionis tantum, l. si vnus, §. pactus, ne peteret, ff. de pactis, & §. præterea, de except. & §. primo, de replicationibus inst. Hodie verò diuersum erit, vt enim olim per stipulationem æquè etiam, & hodie per pactum ipso iure tollitur obligatio: iam que nunc in pactis sic, ac in stipulationibus non factum, sed ius versatur. Id quod non obscurè colligitur, ex glos. in dicto §. pactus ne peteret. verbo, in pactis sub finem: ait enim quoties pactum producit obligationem: ipso iure per contrarium pactum tolli: in eamque sententiam conueniunt reliqui omnes, & probatur in dicta l. legitima ff. de pactis, & in l. Stichum, §. naturalis, ff. de solutionibus: nam vt Iutisconsultus scribit: *Nihil tam naturale est, quam eo genere, quodque dissolui, quo colligatum est, ideoque verborum obligatio verbis tollitur nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur*, l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris, cui cõuenit regula prima, de regulis iuris in decretalibus. Cur autem in stipulationibus ius, in 19
pactis verò * factum olim versaretur: res est, quæ ab scriptoribus simulate, simulque diuerse trahi solet, vt est videre apud glossam & reliquos in dicto §. pactus, ne petere. Et Alciat. lib. 1. Paradoxon cap. 21. Zazium in libro, qui inscribitur de intellectibus singularibus, cap. 13. Coras. lib. 2. Miscel. cap. 16. Charondam, lib. 1. verisimilium, capit. 4. Non propterea tamen erit ingratum si illis nostram addiderimus sententiam: fortasis enim, aut verius, aut certè planius rem alioqui obscuram explanabimus. Ego verò ita sentio. Romanus populus partim suo proprio, id est, ciuili, partim communi omnium gentium iure vtebatur, vt in §. 1. Inst. de iure gentium: *Ius autem ciuile* (Vlpiano auctore) *est, quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit: itaque cum aliquid additur, vel detrahitur iuri communi, id est, iuri naturali ius proprium, id est, ciuile efficitur*, l. ius ciuile, ff. de iust. & iure. Cum autem ius gentium (id est naturalis ratio) dictet, vt solo nudo pacto obligemur, l. 1. ff. de pactis. Ius ciuile dum prospicit, ne homines nimia facilitate in obligationes temerè inciderent, stipulationum solemnitatem introduxit, illique omnem vim ad obligandum arrogauit. Iuri itaque gentium detraxit, sanxitque, vt pactum ad agendum non valeret, sed ad excipiendum tantum: sicuti ex superioribus satis, superque constat. Proin naturalis obligatio non est propriè obligatio, sed abusiuè, textus in principio. Inst. de obligatio. & illic Eguinarius, & probat etiam, l. fideiuss. §. fideiussor. ff. de fideiussoribus, stipulatio ergo * iuris ciuilis est, pactum verò cum iuris ciuilis non sit, imò quod ãmodo illi ius ciuile aduersetur, vt res facti sit necesse est, l. consil. §. final. ff. de curatore furiosi, stipulatio verò cum iuris, sit ipso iure vim suam habet, atque proin de stipulatio per contrariam stipulationem ipso iure perimitur: at pactum cum facti nõ iuris res sit, non ipso iure effectum suum habet, sed excipiendo tantum, §. præterea. Instituta, de exceptio. & §. 1. de replicationibus, eodem volumine. Igitur, vt ad nostrum ius Regium interpretationem accommodemus, cum lex Regia antiquatis stipulationum solemnibus, iuris gentium æquitatem amplexetur, iamque verborum obligatio, vt olim stipulando, ita hodie pasciscẽdo contrahatur, fit, vt iam in pactis perinde, ac in stipulationibus, ius non factum versetur, atque, vt obligatio non solum naturalis, sed etiam ciuilis, quæ pacto contrahitur contrario quoque pacto ipso iure peruenatur: quoniam, vt Iurisconsultus in d. l. Stichi, § naturalis, ff. de solution. ib. scribit vinculi æquitatis, quo solo sustinetur, conuentionis æquitate dissoluitur. 20

Ampl. 3. Superiori autem rationi, & illud conueniens est dicere, quamuis veteri iure pactum de non petendo cum principali reo factum fideiussoribus non prodesset, si rursus ab
21 eodem debitore pactum depetendo * factũ sit, vt expressim definitur in dict. l. si vnus ff. pactus, ne peteret, ff. de pactis. Verum hodie cum prius pactum de non petendo ipso iure obligationem perimat, incipiet pactũ fideiussoribus prodesse omninoque liberabuntur, ex ratione illius legis Stichum, §. naturalis, ff. de solutionibus. Minimè itaque eis nocebit, si res denuo paciscatur, vt ab eo peti possit, cum prior obligatio omnino extincta sit, atque ita semel acquisitam fideiussori exceptionem pacti, vlterius ei inuito extorqueri non potest, l. fin. ff. de pact. semel enim extincta obligatio amplius reuiuiscere non potuit, vt Iurisc5sultus in dicto §. pactus, ne peteret.

Ampl. 4. Ex hac item nostrati Regia lege, & illud annotandum erit, quamuis olim fideiussor non nisi stipulatione obligaretur, non pacto nudo, vt in l. blanditus, C. de fideiuss. Verũ
22 hodie pacto nudo fideiussorem * obligari dicendum est, sicuti placuit Gregor. Lopez in l. 6. titul. 12. part. 5. & Padil. in l. promissis, numer. 5. C. de transact. & Villalobos in ærario, liter. A. num. 21. Olanoque in concordia iuris, liter. F. num. 40. Quibus magis accedo, quàm Didac. Perez contrarium scribenti ad Seguram, in l. si filius, ff. de verbor. obligat. cuius opinionem, & vsu moribusq; explosam esse nemo est qui ignoret: numquam enim hodie in obligando fideiussore stipulatione vtimur. Atque ita Didacus ipse à seipso desciscere videtur, in l. 3. titul. 8. lib. 3. ordin. glos. fin.

Præterea infertur, tametsi, quod ad vetes leges attinet, inutilis esset stipulatio, cum
Ampl. 5. quis stipulanti nutu non verbis respondisset, vt in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. obligat. l. 2. tit. 11. part. 5. Verum hodie apud nos * qui ita annuerit obligabitur, cum sa-
23 tis appareat eum obligandi animum habuisse, consensus enim nutu satis ostenditur, l. si stipuler, §. fin. ff. de verbor. oblig. l. nutu, ff. de legat. 3. Nec me mouet, quod Iurisconsultus in dict. §. si quis ita, inquit, eo casu non modo ciuilem, sed ne naturalem quidem obligationem oriri. Id enim in causa est, quoniã qui ita nutu respondebat, cum non ignoraret inutilem stipulationem esse, nec in pactum consensum præstitisse videbatur, vt expressim, inquit Iurisconsultus, in l. an, inutilis, ff. de acceptilatio quæ sanè ratio hodie cessat cum solẽnitas illa stipulationis apud nos penitus exoleuerit. Secundum hæc igitur facilè intelligi potest, qui nos de mutuo sentiamus, licet enim olim * mutus verbis obligari non poterat, vt in l. 1. §. final. ff. de
24 actib. & obligationib. & l. 22. titul. 11. partit. quinta. At hodie rectè eum obligari dicendum est, si in id de quo interrogatus fuerit signis consentiat, nam & olim rectè paciscebatur, vt apparet, ex l. item quia, ff. de pactis, & hoc quidem etiam nostrates probant interpretes, Gregor. Lop. in l. 2. titul. 11. part. 5. Villalob. in Antinomia, litter. A. num. 19. Olanus in concordia iuris, littera S. num. 38. Minchac. de succes. creat. lib. 3. §. 21. * Notarius autem instrumentum quemadmodum facere valeat, de con- *
tractu muti, tract. Bart. in l. mutuum, ff. de acquir. hæred. *.

Propterea ex hac Regia lege illud inferre licet, quamuis veteri iure stipulatio inter *Ampl.* 6.
absentes * non valeret, etiam interueniente nuntio, vel epistola, l. 1. §. 1. ff. de verbor.
25 obligat. §. item verborum, Instit. de inutilibus stipulat. l. 2. titul. 11. part. 5. Atqui hodie verborum obligatio, & inter absentes perinde, ac inter præsentes valet tenetque, sicuti nominatim isthac Regia lege cõtinentur. Inter absentes verò, sic accipiendum putò, non solum quando per nuntium, aut epistolam conuenerit, vt aliàs accipitur in l. consensu, ff. de actio. & obligat. & in §. 1 Instit. de oblig. ex consensu. Sed quomodocunque in absentia pactum fuerit modo obligandi appareat animus, hunc enim vnum dumtaxat eleuatis antiquis stipulationis ambagibus, lex ipsa Regia desiderat, quæ generaliter loquitur, atque generaliter est intelligenda, atque ita illàm accipiendam esse scribit Anton. Gom. in comment. tomo 2. c. 4. n. 3. Cui magis accedo, quam Soloni de Paz, contrarium scribenti, q. 10. nu. 32. Hodie itaque litteris benè obligamur, verumque omnino est, quod Iurisconsultus scribit in l. figura, ff. de action. & obligat. non minus valere, quod scriptum est, quã quod vocibus lingua figuratis significatum est.

Illud quoque rectè dicemus, licet veteri iure emptor hæreditatis conueniri à creditoribus hæreditarijs non posset, nisi in subsidiũ, ideſt, excusso prius debitore principali, etiam si expressim ea lege emerit, vt æs alienum soluere teneatur, vt extat definitum in l. 2. C. de hæreditate, vel actione vendita. Atqui hodie, qui hæreditatem ea lege emerit recta à creditoribus conueniri poterit cum pactum ab hærede factum ex

nostræ

noſtræ Regiæ legis deciſione creditoribus hæreditarijs prodeſſe cœperit, id quod etiã ex bono, & æquo ſecundum vetera iura ſequendum eſſe placuerat, Boer. deciſ. 204. num. 42.

Ampl. 7. Illud quoque ex iſta Regia lege annotare poſſumus, tametſi, quod ad iura antiqua attinet: non obligetur is, qui ſtipulanti * aliter reſpondeat, qua interrogatus fuerit: quale fuerit, ſi me ſimpliciter interrogante, tu ſub conditione reſpondeas: vel ſi ad Kalendas ſtipuler, tu ad Idus daturum promittas, vti latius expoſitum eſt, in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verborum obligat. & in §. præterea. Inſtit. de inutilibus ſtipulat. l. 26. titul. 11. part. 5. At qui noſtrati Regio iure, ex eiuſmodi reſponſione nos obligari dicendum eſt, cum eo pacto reſpondentes obligandi animum habuiſſe videamur. In qua ſententia fuit etiam Anton. Gomez in comment. tom. 2. cap. 9. numer. 4. Cuius ſententiam magis probandam putò, quam Gregorij contrarium ſcribentis in dict. l. 26. tit. 11. part. 5.

26

Ampl. 8. Sed & iliud inferre nobis quoq, licebit, tametſi veteri iure alteri ſtipulari poſsit nemo, præter quàm ſi ſeruus domino, aut filius familias patri * ſtipuletur, vt in l. ſtipulatio iſta ff. de verbor. oblig. §. alteri. Inſti. de inutilibus ſtipula. l. certi condictio. §. quoniam igitur, ff. ſi certum petat. l. quæcunque, ff. de actio. & obligat. l. 7. & 8. tit. 11. part. 5. Quinimo alter alteri emere, aut conſtituere poterat nemo, l. eum qui, §. itẽ ſi mihi, ff. de conſtit. pecu. l. fundus, ff. de contrahen. emptione, l. multum, C. ſi quis alteri, vel ſibi. At qui ſecundum hanc Regiam legem conuentio talis firmiſsima eſt, ſicuti apertiſsimè lex ipſa Regia declarat, atque tantumdem exiſtimo ſi paciſcar, vt tertius det quarto, licet veteri iure aliud ſcripſerat, gloſ. in l. 1. ff. de pactis. Acquiritur autem hoc caſu directa actio illi tertio aduerſus quem, ideſt, in cuius fauorem promiſsio facta fuit ſine ceſsione, Bened. de Barzis de inſtrumento guarentigio, 2. par. quæſt. 7. licet veteri iure perſonalis actio, etiam per procuratorem acquiſita non trãſiret in dominium ſine ceſsione, l. poſſeſſio. §. etſi poſſeſs. & tradit Anton. Maſſa ad formulam Cameræ, quæſt. 2. num. 18. atq; ita in ſimili ſpecie tradit Alexander conſil. 126. lib. 5. in fine, atque ex noſtratibus probat Couar. libr. 1. variarum reſolut. cap. 14. num. 13. & Gregor. Lopez ad illam legem octauam, titul. 11. part. 5. verb. *le otorgue poder*, & Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinam. verbo, *no pueda power*, Baptiſta Villalob. in ærario, littera A. numer. 19. Ergo licet olim fideiuſſoris conuentio reo principali non prodeſſet, neque item cæteris confideiuſſoribus, vt in l. fideiuſſoris, cum ſequent. ff. de pactis. Verum hodie talem conuentionem valere dicendum eſt.

27

Secundum hæc igitur, & illud dicere debemus, tametſi ſecundum veteres leges pactio illa, ne à me, ne vè à Titio petatur, nihil Titio prodeſſet, vt in l. ſi tibi, §. pactus, ff. de pactis. Porrò hodie & Titio ea pactio perinde, ac mihi proderit. Tantumdemq; erit ſi quis ſibi, & Titio decem dare ſtipulatus ſit: in hac enim ſpecie obligationem, & in totum valere dicendum eſt, quãuis olim non tota decem, ſed ſola quinque ſtipulanti deberentur, vt in §. quòd ſi quis. Inſtit. de inutilibus ſtipula. l. ſi mihi, & Titio, ff. de verbor. oblig. l. verò procuratori, ff. de ſolutionibus, itaque licet veteri iure in cõtractibus ius accreſcendi locum non haberet, vt in dicta, l. ſi mihi, tradunt claſsici omnes. Verum hodie & in contractibus * perinde, ac in vltimis voluntatibus ius accreſcendi locum habere dicẽdum eſt, ſicuti expreſsim notat Guterrius in repetit. l. vnicæ, C. quando non petentium partes, num. 36 & declarat optimè Anton. Gom. in comment. tom. 1. cap. 10. num. 1. Iam ergo hodie exoletum eſt, quod veteribus ſtatutum erat legibus inutilem eſſe ſtipulationem, quam vnus ex ſocijs communi prædio ſeruitutem ſtipularetur, quia cum ſeruitus diuiſionem non recipiat, ac alteri ſtipulari poſsit nemo, neque pro parte quidem ſtipulantis promiſſor obligabatur, vt in l. ſi vnus, ff. de ſeruit. ruſticorum prædio. & in l. proprium, ff. communia prædiorum. Hodie porrò vtilis erit talis ſtipulatio, pactio vè, cum ſecundum noſtratem legem Regiam alteri ſtipulari * & paciſci poſsit alter.

28

29

Ampl. 9. Rurſus ex noſtræ legis deciſione deducitur quamuis, quod ad iura antiqua attinet, facti alieni promiſsio non valeret, vt in l. ſtipulatio. in principio, ff. de verborum obligationibus, & §. ſi quis alium. Inſtit. de inutilib. ſtipula. l. 11. titul. 11. part. quinta. Nunc verò ex hac Regia deciſione conuentio talis promittentem * omnino obligauit, ſicuti expreſsim lex ipſa Regia declarat. Minus autem, minuſque mihi placet, quod Gregorius Lopez, doctiſsimus alioqui vir, ſcribit in dicta l. 11. gloſſa 1. cum quis ita factum alienum promittat, promiſiſſe intelligendum

30

se facturum, & curaturum, vt alter, pro quo promisit facere. * Sequatur quamuis illum Gutierrez de confirm. iuram. 1. par. cap. 44

31 * Hæc enim interpretatio manifesto legis Regiæ verbis repugnat, quæ euidentissimè significat, qui ita factum alienum promittit omnino obligari factumque alienum illum præstare debere. Porrò cum quis tantummodo promittit facturum, & curaturum, vt alius faciat, non semper obligabitur, si omnem, quoad vsque possit, diligentiam adhibuerit, vt faciat ille, pro quo promisit, sicuti idem Gregorius declarat eadem lege, & latius Couar. in cap. quamuis pactum, 2. par. §. 5.

Ampl. 10 Ad hęc illud nostræ Regis decisioni congruum est, vt dicamus: licet olim incertitudo vitiaret * obligationem, vt in l. triticum, & l. qui insulam, ff. de verbor. obligat. verum hodie vitium non afferet, sed si de animo obligandi constet, arbitrio boni viri incertitudo declaranda erit, iuxta ea, quæ affert Panormit. in cap. ex part. de censibus, * & * Afflict. decis. Neapol. 337. num. 10. * Id quod etiam probat ex nostratibus Gutierrez de confirm. iuram. 1. part. capit. 64. numer. 8. *

Ampl. 11 Sub infertur vlterius; tametsi veteri iure in permutatione, & cæteris contractibus innominatis locus esset pœnitentiæ re integra, vt in l. si pecuniam, ff. de conditio. ob causam, l. 1. ff. de rerum permut. l. iurisgen

32 tium, ff. de pactis. Porrò hodie iuxta * huius Regiæ legis decisionem dicendum est non esse locum pœnitentiæ, sed si alter ex contrahentibus paratus sit ex parte sua placitis parere, actionem habebit, vt aduersarius placitis stare omnino compellatur. Hoc autem ita probatur. Vetera iura, ita in contractibus innominatis pœnitentiæ locum dabant, modo conuentio non esset stipulatione firmata: ibi enim altero inuito alter conuentus resilire nequibat, vt est textus apertus in l. ex placito, C. de rerum permutat. & in l. 3. tit. 6. part. 5. Cæterum apud nos ex huius Regiæ legis decisione, pactum nunc hodie non minus valet, quàm olim stipulatio, sed eundem habet effectum, vt lex ipsa Regia satis ostendit, & scribit Anton. Gom. in comm. tom. 2. cap. 9. Ergo neq; hodie apud nos in contractibus innominatis pœnitentiæ locus dabitur. Qua quidem ratione ductus idem, & secundum pontificia iura probandum esse, respondit Alexand. cons. 16. volum. 2. & ex nostratibus hanc nostram opinionem Anton. Gom. in l. 40. Taur. num. 32. & rursus in comment. tom. 2. cap. 8. num 4. & Gregor. Lop. in dict. l. 3. tit. 6. part. 5. & Fortun. Garc. in cap. 1. de pactis, numer. 30. & Didac. Perez in l. 3. titul. 8. lib. 3. ordinam. Quibus magis accedo, quam Minchac. & Padill. contrarium scribentibus, ille in tractat. de succes. creatione, lib. 2. §. 12. numer. 63. hic in leg. naturalis, num. 19. ff. de præscriptis verbis.

Ampl. 12 Amplius ex huius legis decisione colligere licet, tametsi olim pollicitatio obligationem non produceret * nisi modo fieret reipublicæ, vel religiosis locis, aut piæ causæ, vt in l. 1. ff. de pollicita. & explicat accuratè Iaf. in rubric. ff. de verbor. obligat. num. 7. verum hodie diuersum esse. Quinimo hodie pollicitatio nulli non cuius gratia facta fuerit, & obligationem pariet, & actionem producet: hoc enim non semel lex Regia significare videtur, tum cum ait: *Por promission, o contracto, o otra qualquier manera.* Quæ quidem verba latissimè patent, & omnem omnino obligandi animum complectuntur, tum cum inter absentes obligationem valere decernit, & postremo cum obligari nos ait, quoquo modo obligandi animum habuisse appareat. Hanc verò opinionem amplectitur Gregor. Lop. in l. 1. titul. 11. part. 5. & Anton. Gom. in comment. tom. 2. cap. 8. & 9. & Didac. Perez in l. 3. titul. de las excep. lib. 3. antiq. ordin. & his annumerare etiam possumus Couar. in cap. quamuis pactum 2. part. §. 4 num. 15. quamquam enim sub dubius & nutans, hanc tamen in partem magis inclinare videtur. Et in hanc sententiam ego sanè procliuior sum, cum legis Regiæ verba illi propensius suffragentur. Neque est verendum, ne temere legum correctioni indulgeamus, cum lex ipsa apertè veterum legum correctionem inducat, legis ergo definitioni repugnare qui possumus? l. prospexit. ff. qui & à quibus in liberta. proclamare licet. Pollicitatio autem à pacto quemadmodum disterminetur, diximus in huius capitis principio. Cum autem ex pollicitatione actionem, secundum nostratem legem pollicemur, multo * magis in voto & iureiurando 34

33

idem probandum erit, cum vetera iura id non semper respuant, vt est videre de voto in l. 2. ff. de pollicit. & in cap. 1, & sequent. de voto, & de iureiurand. in l. vt iurisiurandi, ff. de operis liber. & in l. fin. ff. de liberali causa. & cap. ex rescripto, de iureiurand. tradit Bart. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. Non me quidè latet non defuisse ex nostratibus, qui putarent etiam ex pollicitatione

hodie

hodie actionem non oriri, in quibus fuit Castel. in l. 22. Tauri, numer. 3. & Gomez Arias in l. 20 eiusdem voluminis, num. 12. & Oroscius in l. iurisgentium, § nuda, ad finē ff. de pactis, & alij, quos refert, Didac. Perez in d. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. ducti ex eo potissimum, quod & iure Pontificio, licet ex pacto nudo detur actio: non tamen datur ex pollicitatione, secundum Alciat. in Rub. ff. de verbor. oblig num. 7. & Couar. loco modo citato. Verum superior multo mihi verior videtur opinio cum lex Regia apertissimè hanc definiat quæstionem, aut certè apertius, quàm ius Pontificium, vt non rectè ex illo ad ius nostrum arguere valeamus.

Ampl. 13 Itidem secundum nostratis legis definitionem probandum est, tametsi secundum veteres leges, contractus, qui consensu perficiuntur non aliter inter absentes vim haberent, quàm per nuntium, aut epistolam, vt in l. consensu ff. de actio. & obligat. §. 1. de obligat. ex consensu, l. 1. ff. de contrahend. empt. l. 4. tit. 4. & l. 8. tit. 5. part. 5. Itaque donatio in absentia facta reuocari potera ante donatarij acceptationem, sicuti vt cæteros omittam tradit Balbus de præscript. 4. par. §. 3. & Boer. decis. 353. num. 3. Couar. in Rubric. de testam. 3 part. numer. 12. vers. 4. & effusius Iulius Clarus l. b. 4. Sententiarum, §. 12. & §. 13. & Emanuel Suarez in Thesauro receptarum sententiarum, verb donatio. Atqui hodie id genus,
35 contractus in absentia facti * etiam non interueniente nuntio, aut epistola rati erunt non aliter, atq; si à præsentibus coram percurrerentur: hoc enim euidentissimè non semel lex Regia demonstrat, cum illis primoribus verbis: *Pareciendo, que si alguno se quiso obligar a otro por promission o por algun contracto, o en otra manera*. Tum illis paulò post sequentibus: *No pueda poner excepcion que fue hecho el contracto ò obligacion entre absentes*. Loquitur ergo lex non solum in verborum obligatione, sed etiam in contractu, omnique alia conuentione; itaque in hoc antiquare iura intēdit, & quomodocumque cō-
36 tractus in absentia fiat * tenere voluit: alioqui, nihil, quod ad contractus attinet immutaret. Valet igitur hodie donatio in absentia facta, etsi nuntius, vel epistola non interuenerint, ita vt reuocare eam donator, nequeat etiam, antea quam donatarius eam rata habeat, seu acceptauerit. In qua sententia fuit Roderic. Suar. in l. quamuis in prioribus, quæst. 8. num. 7. & Couar. in Rubr. de testament. 3. part. num. 14. & lib. 1. variar. cap. 14. num. 3. & Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinam. Quamquam non desunt, qui contrariæ adstipulentur sententiæ, in quibus fuit Gregor. Lop. in l. 4. titul. 4. part. 5. & Doctor Molin. de primogenitis, lib. 4 numer. 58. & Salon de Paz quæst. 10. num. 23. & Villalobos in antinomia iuris, cap. 1. num. 26. & Olanus in concordia iuris, littera D. num. 45. vtentes eam in rem quibusdam iuris communis argumentis, quæ tamē Regiæ legis verbis minimè satisfaciunt. Nē quod aiunt donationem propriè contractū non esse: nihil ad rem pertinet cum lex Regia non solum contractum, sed omnem in vniuersum conuentionem comprehendat. Et denique cum ex pollicitatione obligationem nasci supra probauerimus, & ipse quoque probet Gregorius, multo magis ex donatione actionem nasci dicendum est, cū donationis maiorem esse vim dubitet nemo: siquidem pollicitatio futurum, donatio præsentem præsefert effectum, vt in principio monstrauimus. Et dubitat quidem nemo ante donatarij acceptationem ius plenum illi non quæri. Cæterùm non id propterea sequitur donatorem reuocare donationem ante donatarij acceptationem posse. Quin imò contrarium in non dissimili specie definit Romanus Pontifex in capit. si tibi absenti, de præbend. in 6. satium est etiam eum, qui ita in absentia donat donandi animum non habere, donec donatarius certior factus fuerit, ex l. qui absenti, ff. de acquir. possess. Nam ille textus de amittenda possessione loquitur, quæ res ab obligationis causa diuersa est, l. 1. ex pluribus, & l. prædia, & l. permitteri, ff. de acquirend. possess. Postremò vt est apud Imperatorem, in l. si quis argentum, §. fin. C. de donatio. *Cum in arbitrio cuiusque sit hoc facere, quod instituit, oportet eum, vel minimè ad hoc profilire, vel cum ad hoc venire properauerit non quibusdam ex cogitatis artibus suum propositum defraudare.*

Super hæc ex huius legis decisione di- *Ampl.* 14
cendum est, iam tandem finem impositum esse veteri illi controuersiæ, an is, qui donando modum, aut pactum in tertij fauorem adiecerat, possit posteà pœnitendo * pactum illud, seu modum reuo- 37
care. In qua quidem quæstione, ita vtriusque iuris interpretes varij fuere, vt in duas veluti factiones partiti sint omnes, vt est videre cum apud alios, tum apud Couarruuias lib. 1. variar. capit. 14. numer. 7. & Anton. Gomez in l. 40. Tauri, numer. 29. Dueñ. regul. 226. Huius autē simultatis

Principes fuere. Bartol. & Paul. de Castr. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verbor. obligat. Adeò verò ea in re parum secum Doctores consentiunt, vt si diuis placet non desint, qui vtramque opinionem & communẽ & magis communem testentur, Bartoli enim opinionem communem, imò magis cõmunem esse fidem faciunt, Socinus numer. 16. & Iason. num. 14. in dict. §. Flauius, & Anton. Gom. loco modo citato, Pauli verò opinionem communem etiam esse affirmat Guiliel. Bened. in cap. Raynunt. verb. si absque liberis, num. 23. Suarez allegatione 19. magis etiam communem testatur Dueñas regul. 226. & Olanus in concordia iuris, littera D. num. 44. Bartolus autem reuocari posse pactum, ait: Paulus verò negat: Porrò hodie ex huius consultissimæ legis definitione dicendum est controuersiam illam iam cessasse, & absque dubio probandum esse pactum in fauorem tertij adiectũ à donatore reuocari non posse, quæ Pauli de Castro fuit opinio. Siquidem inter ipsos auctores communiter conuenit, si tertius ille, n cuius fauorem pactum adijcitur, aut notarius eius nomine pactum illud in stipulationem deduxerit, prorsus irreuocabile fieri, vt est videre apud Alexan. & Iaso. in dicto §. Flauius, & Andream, ab Exea in rubric. ff. de pactis, num. 177. & testatur communem opinionem Couar. lib. 1. variar. cap. 14. numer. 11. Ergo, cum hodie apud nos pactum nudum, atque adeò pollicitatio stipulationis effectum sortita sit, iuxta huius Regiæ legis decisionem: consequens est dicere, donatorem non posse reuocare pactum illud in tertij fauorem adiectum, non magis quã si tertius ille, aut alius eius nomine stipulatus esset, l. verò procuratori, §. primo, ff. de solutio. Et ita quidem ex isthac Regia decisione in hanc partem obfirmatur maximè Anton. Gom. in dict. l. 40. Tauri, num. 32. & Didacus Perez in l. 3. titul. 8. lib. 3. ordina. & Villalob. in antinomia, cap. 1. num. 26. & sequitur etiam illius æmulus Olanus in concordia iuris, littera D. num. 43. & littera B. num. 39. & meritò quidem: nam si lex Regia expressim abrogare voluit, veteres leges, quæ rebus in absentia contrahendis impedimento erant, quid illas rogo voluisse credendum est de doctorum opinionibus, quæ idem incertis machinantur argumentis?

Ampl. 15 Illud quoque Regiæ legis definitionem sequentes probandum est, quamuis veteri iure fideiussor in aliam rem, aliamvè obligationem quàm principalis reus obligari nõ valeat, quantumuis illius non durior fieret conditio, vt putà verbi causa. Si cum Titius centum aureos dare * promiserit, ego ita 38
caueam, Titius si tibi centum aureos non dederit, ego centum modios tritici fide mea esse iubeo: inutilis enim erat talis fideiussio, etsi trici pretium non pluris constaret, quã pecunia debita, l. Græcè, §. si quis Stichum, & l. si ita fideiussorem, ff. de fideiussor. quarum interpretationem accuratè tractat Pinel. in rubric. C. de rescindenda venditione 1. p. cap. 3. num. 18. Attamen hodie nihil prohibet talem fideiussores obligationem firmam, ratamque fore: cum constet fideiussorem obligandi habuisse animum, quẽ vnum in obligando lex ipsa Regia desiderat. Me autem, & in hanc sententiam vehementer impellit, quod de constituta pecunia legimus, aliud pro alio rectè constitui posse, l. 1. §. an possit, ff. de const. pecun. & hoc quidem quando fideiussor in non durio rem causam obligatur: nam si in duriorem causam fideiuberet, diuersa res esset: proinde ea in limitationibus agendum nobis est.

Postremò ex huius Regiæ legis egregia *Ampl.* 16
nouissimaque decisione dicendum est: non habere hodie locum, quod definitum erat olim in authent. si quando, C. de constituta pecunia, si quis ita respondeat, satisfiet tibi à me, & ab illo, & illo nominatis illis non consentientibus * eum qui promisit tantũ pro rata teneri: eius enim rei erat ratio, vt illic Accursius & reliqui tradunt, quia alienum factum promittere, quis non poterat: quæ sanè ratio hodie apud nos cessat. Nunc ergo insolidum sic promittentem teneri magis dicendum est, non secus, ac teneri, respõdit Imperator quando sic promisit, fiet tibi satis, aut à me, aut ab illo, aut illo: cum enim vtroque casu obligandi animus appareat ex æquo vtroque casu in solidum eum obligari, ex nostræ legis decisione dicendum est, id quod confirmat etiam satis, quod tradit Iuriscõsultus in l. his verbis, ff. de duobus reis.

Limitationes seu exceptiones ad legem Regiam.

HActenus de illationibus, seu ampliationibus legis Regiæ dictum est: nunc de exceptionibus, seu limitationibus agamus, & in quibus cum veteri cocueniat.

Primum igitur, lex isthæc Regia locum *Limit.* 1.
non habebit, quando consensus ad obligandum defuerit: animum enim oblihandi expressim lex ipsa requirit. Animo igitur obli-

obligandi deficiente, nulla orietur obligatio: * tale fuerit si quis per iocum quid pol
40 licitus fuerit, l. obligationum substantia, §. fin. ff. de actio. & oblig. Idemque vris erit, si quis per errorem promiserit: errantis enim nulla est voluntas, nihilque est tam contrarium voluntati, quam error, l. si per errorē, ff. de iurisdict. omn. iud. l. cuius per errorē, ff. de regul. iuris, l. final. ff. de const. pecun.

Deinde, nec lex Regia ad simplex dictū referenda est: nemo enim ex simplici dicto
Limit. 2. obligatur veluti si quis inter confabulandū dixerit. Dare habeo Titio amico meo centum, aut dignus est Seius, vt illi ob hoc beneficium centum dem, aliaque * id genus, quæ in communi sermone accidere, sæpè so
41 lent, l. sciendum, ff. de ædilitio edicto, glos. in §. fin. Inst. mandati, verb. *mercede* simplex verò dictum quid sit, diximus in principio huius capitis, num. 10. Quinimo in re dubia donatio non præsumitur, nisi alia argumenta id suadeant, l. cum de indebito, ff. de probat. glos. in l. si ego, ff. ad Velleian, Bart. in l. quæ dotis, ff. soluto matrim. num. 7. Tiraq. in l. si vnquam, verb. donatione largitus, C. de reuocandis donatio. Atque quando alia coniectura, c. potest, * nunquam est capienda coniectura donationis, Bald. in l.
42 vltim. col. 3. C. de dotis promis. Adeò quidem, vt potius præsumatur stultitia, quam donatio, auctore eodem Bald. in l. generaliter 4. oppositione de non numerata pecunia, Boer. decis. 23. num. 63. Vndè apparet verum esse, quod existimauit glossa in l. cum quid, verbo, pro cauto, ff. si certū petatur: si dicam Titio tolle pecuniam istā, quam præsentem habeam, in dubio intelligendum esse: potiùs mutuo dare me velle ait deponere, quam donare, quam quidem præter classicos ibidem & communem, & singularem prædicat Palat. Rub. in repetitione rubric. de donationibus inter. §. vndecimo, num. 1. His adde quod licet ex diuturna præstatione præsumatur allegatus titulus, licet non probetur, iuxta l. cum de in rem verso, de vsuris, & quæ latè affert Balbus de præscript. 3. part. quæst. 10. & recentiores, in l. si certis annis, C. de pactis, verum id non procedit, si pro titulo donatio allegetur, quia non præsumetur ex diuturna præstatione donationis titulus nisi probetur: sicuti bellissimè scribit Bald. in l. fin. C. ne ex delictis defunct. & Ias. in l. si certis annis, in fin. C. de pactis proinde circunspecte legendus erit Couar. qui contrarium scriptum reliquit lib. 1. variarum cap. 17. num. 11. Quod hic quidem notandum duxi, ne doctissimi alioqui viri auctoritas quemquam in errorem inducere.

Sed & his consequens est dicere promissionem à pupillo factam non valere, quia ij nō *Limit. 3.*
habent, nec velle, neque nolle, neque animi, quidem perfectum iudicium habent, l. pupillus, neque vello, neque nolle, ff. de regul. iuris, §. pupillus. Instit. de inutilibus stipula. §. secundo. Instit. quibus non est permissum * facere testamentum. Ex quo pro- 43
bare minimè possum, quod Gregor. Lopid. Doctissimis alioqui vir scribit in l. 4. tit. 11 part. 5. Posse pupillum per contractum, seu donationem inter viuos, facere maioratum in eum, qui sibi successurus est: rectiusque in ea re sentire sentio Dominum Molinam libro 1. de primogen. cap. 9. num. 10. Paruique refert, quod conditionem suam meliorem pupillus facere possit, vt in principio, instit. de auctorit. tutorum, quod vnum Gregorij fundamētum fuit: nam ideò pertinet, vt ipse alium obligare queat nō vt ipse quoquo modo obligetur, vt in §. sed neque. Instit. de auctorit. tutor. nisi fortè testamentum eum facere posse probamus, cum nos hæredē habere vile sit, §. 1. Insti. de hæredū qual. & differentia quod falsum adeò est, * 44
vt receptum sit non posse Principem (ne quid amplius dicatur) hanc testandi facultatem pupillo concedere, Ias. in l. rescripta, C. si contra ius, vel vtilit. publicam, num. 10. Suar. allegatione 12. vers. 8. certissimū est etiam, non posse pupillum donationem causa mortis, vel inter viuos facere, vt declarat Iurisconsul. in l. 1. ff. de tutellis, & rationibus distrah. Bart. & Alex. in l. qui iurasse, ff. de iureiuran. Quid multis? cum ne Rex ipse quidem, si pupillus sit facere testamentum, possit secundum Baldum in rubrica de cohabitatione clericorum & mulierum.

Insuper neque ad verba officiosa, seu vr- *Limit. 4.*
banitatis legem hanc spectare dicēdum est: si quis enim officij causa, vel omnia sua bona, aut montes * aureos, vt fieri assolet polli 45
ceatur, nullo modo obligabitur, capit. cum veniissent, de institut. & illic Abb. & reliqui Boer. decis. 153. num. 37.

Æquè etiam probandum erit hanc Re- *Limit. 5.*
giam legem non procedere, quando pacto conuento impossibilis fuerit adiecta conditio, vt ecce si promittas centum Titio, si cœlum digito tetigerit: etenim non solum stipulationi, sed & cæteris contractibus impos
sibilis * conditio vitium affert, l. non solū, 46
ff. de actio. & oblig. §. impossibilis. Inst. de inutilibus stipul. l. 17. tit. 11. part. 5. quod quidem & secundum hanc nouissimam le-

gem Regiam admittendum esse videtur cũ ea paciscentis consensum exposcat. At ij, qui ita contrahunt minimè voluntatem se obligandi habere videntur; imò nihil agere intelliguntur adiecta ea conditione, quam sciunt impossibilem esse, vt Iurisconsultus ipse declarat in dicta l. non solum. ff. de actio. & obligat.

Limit. 6. Sed neque hæc lex Regia locum habere dicendum est, quãdo conuenit inter partes, 47 vt in scriptis contractus fieret: * nam antea quam scriptura fiat vnicuique ex contrahentibus pœnitere licebit, vt in §. 1. inst. de emptione & venditione, & l. contractus, C. de fide instrum. Et ita hanc legem limitandam scribit Didac. Perez isthic, & verissima mihi illius videtur opinio: siquidem ita contrahentes non videntur habere animum obligandi se, antea quàm scriptura fiat, vt tradit Minchac. controuers. cap. 28. num. 21. lib. 1. Quando verò contractus intelligendus sit in scriptis fieri, difficilis inter scriptores pugna est vt refert glos. in dict. §. 1. de empt. & vendit. verbo scriptura, & in dict. l. contractus: nam Ioanni cum contrahi placuit in scriptis cum conuenit inter contrahentes, vt inde scriptura fieret, & alioqui cõtractus non valeret: cuius opinionem affirmat communem Socinus cons. 173. lib. 2. & alij quos referunt Minchac. & Didac. Perez locis superioribus. Placentinus verò, & Azo existimarunt semper in scriptis cõtrahi quoquomodo in contrahendo de conficienda scriptura mentio habita fuit, etiam si non fuerit adiectum, vt inde scriptura fieret, & aliàs contractus non valeret, & hanc scribit communem Salicetus in authent. sed nouo iure, num. 5. C. si cert. petat. & Iason. in §. item si quis postulauerit, num. 87. inst. de actio. & hæc dubitanter sequenda nobis 48 est opinio, * quoniam expressim approbatur in l. 6. tit. 5 par. 5. quam ad id dicit notabilem Gregorius ibidem. & Couar. in cap. relatum 1. num. 9. de testam. & Didac. Per. in dict. l. ordin. Erit tamen lex illa partitæ, atque Azonis, & Placentini opinio limitanda, quando ex coniecturis constaret voluisse partes, vt valeret statim contractus: nam tũ etsi de scriptura conficienda mentio habita fuerit, statim erit perfectus contractus, sicuti placuit Aretino consil. 159. & 340. & Decio cons. 340. & Gregor. Lop. in dict. l. 6. & Didac. Per. in l. ordin. erit autem huius rei exemplum, si vel venditor possessionem rei venditæ tradiderit emptori, vel emptor pretium venditori soluerit, nam cum statim videntur contrahentes perficere voluisse contractum, etsi de scriptura mentionẽ fecerint, vt est argumẽto, l. Labeo, ff. de pact. & l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt. tradit Decius dicto consil. 340. Et hæc fac non obliuiscaris: nam vsui tibi sæpè erunt cum ad multas quæstiones, tũ ad illam quãdo nouem dies retractus rei familiaris computandi sint: atque ad illam vtri publicano vectigal debeatur; & ad alia denique quam plurima, quæ in vsum quotidie venire solent, id quod etiam rectè animaduertit Anton. Gomez in comment. tom. 2. cap. 2. numer. 17.

Est præterea hæc Regia lex accipienda, Limit. 7. quando res vel persona idonea fuerit vt obligari valeat, non verò pertinet ad res, vel personas, quæ veteri * iure in obligationem 49. deduci non poterant: nam lex generaliter loquens de personis habilibus, & rebus aliàs idoneis intelligenda est, Bart. & reliqui in l. 1. §. nuntiatio, ff. de noui operis nunt. & in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Angel. in §. 1. inst. de iure naturali gentium, & ciuili. Ergo seruus, nec hodie obligabitur, l. serui. & l. obligaai, ff. de actio. & obligat. Item, nec minor curatorem habens, nisi curatore auctore paciscatur, l. minor curatorem habẽs, C. de in integ. restit. mino. l. 4 titul. 11. par. 5. nec vxor apud nos si in vsu mariti contrahat, l. 1. & 2. tit. 3. lib. 5. Recopil. Filius familias verò quemadmodum obligetur, vide, l. filius familias, ff. de actio. & oblig. & l. tam ex contractibus, ff. de iudicijs, l. 2. ff de contrah. emptione, & l. 22. titul. 11. lib. 5. Recop. quæ vt noua ita quoque singularis est. Igitur si quis rem * sacram, aut religio- 50 sam, aut publicam, siue quæ in rerum natura non sit, promittat non obligabitur, §. 1. & 2. Instit. de inutilibus stipulat. l. 21 & 22. titul. 11. part. 5. Quæ quidem manifestum præstant argumento non obligari eũ, qui rem maioratus præstare promittat * adeò vt ne æstimatio quidem debeatur, quia 51 earum rerum commercium in iussu Principis non est, sicuti in legato respondit Iurisconsul. in l. apud Iul. à num. 40. §. fin. ff. de leg. 1. quam ad stipulationem quoque pertinere, scribit Faber in dict. §. 2. Instit. de inutilib. stipul. & glossa, & reliqui in l. multum interest, ff. de verb. oblig. probat. l. 10. & illic Gregor. tit. 9. part. 6. Idque ratione habet: nam si res, quæ in communi commercio iniussu Principis non sunt, legari non possunt, multò minus in stipulationem deduci poterunt, cùm in legatis plenior, quã in stipulationibus fiat interpretatio, l. in testamentis, ff. de regul. iuris, capit. dilecti. de

donatio. Non tamen idem erit si res dotalis emphyteoseos, aut minoris promittatur, sicuti tradunt Bart. Iaso. & reliqui classici, in dict. l. apud Iulianum, §. fin. apud quos in promptu est diuersitatis exquirere rationem.

Limit. 8. Et in summa (vt multa paucis complecta mur) generaliter probandū est, omnes exceptiones, quæ olim admittebantur aduersus stipulationē, atque pactū, quæ iure tenebāt * eas omnes etiam nū aduersus pactum, seu verborum obligationem hodiernam admissum iri, veluti illas vis, aut metus doliue, aut quod contra legem, aut publicam vtilitatē fiat. Etenim legis Regiæ mens illa fuit, vt antiquare vellet leges antiquas, quæ obligationibus, ex consensu contrahendis impedimento erāt, non illas, quæ aduersus stipulationem, aut pacta valida iustis de causis exceptiones dabant, alioqui à naturali simulque ciuili ratione abhorrens lex esset, & ita iuris Pontificij decreta, quibus pactis nudis vires arrogantur interpretanda esse tradunt auctores, vt est videre apud Iasonem in l. in ris gentium, §. quinimo, ff. de pactis. Fortun. & ab Exea in cap. 1. de pact. Quod igi tur olim prætoris continebatur edicto: *Pacta conuenit, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, plebiscita, Senatusconsulta, edicta, decreta Principum, nec aduersus bonos mores, nec quo fraus cuique eorum fiat facta erunt, seruabo*, vt habetur in l. iuris gentium, §. prætor, ff. de pactis, & l. pacta, quæ contra, C. de pactis, & hodie quoque locum habere dicendum est.

Limit. 9. Superioribus ergo consequens est dicere, sicuti olim fideiussor in duriorem causam * quam principalis reus obligari non 53 poterat, vt in l. Græcè, §. illud, & l. hi qui ff. de fideiuss. l. 7. tit. 12. part. 5. sic etiam hodie non plures obligari eum, eius enim rei ea est ratio, quoniam fideiusio accessio est principalis obligationis, non plus verò esse in accessione potest, quam in principali, vt docet Iustinia. in §. fideiussoris. Insti. de fideiusso, quam rationem, & hodie locum habere fatendum est, & ita omnes nostrates sentiunt auctores excepto Villalobos, in antinomia iuris, cap. 1. num. 23. & Olano in concordia littera F. num. 29. Si tamen fideiusioni insiurandum accesserit diuersa res est; nam eo casu omnino obligabitur fideiussor: etiam si plus promittat quàm principalis, Abb. & Alciat. in cap. cum contingat, de iureiur. & testatur cōmunem Couar. in cap. quamuis pactum, 2. par. §. 6. concl. 24. & quamquam Minch. controu. illustr. cap. 40. num. 7. communi refragetur opinioni, ego magis eam sequendam putò: quia iuramento semper inest clausulæ, vt res valeat meliori modo quo possit, l. cum pater, §. filijs matrem, ff. de leg. 2. Bart. & reliqui, in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. oblig. quam quidem rationem ad eam rem reddit Marcus Anton. de virtute iuramenti, num. 1.

Ad extremum, & illud quoque dici po- *Limit.* 10
test: si quis in respondendo impersonali ver bo vtatur non obligari * eum, vt pura si 54
dixerit, satisfiet tibi, vel benè se res habebit, aliudvè quid simile, vt habetur in Authent. si quando, C. de constit. pecunia, vbi Bald. lu culenter rem explicat habemus, & apud nos eiusdem rei, text. in l. 2. & 3. tit. 11. par tit. 5. vbi Greg. etiam non nihil attingit.

Principalis quæstionis decisio.

His igitur tam latè ad legis Regiæ interpretationem materiæ vtilitate suadente repetitis, ad propositam initio quæstionem descendamus. Videamus itaque, an hodie nostrati iure Regio pactum non existente causa factum valeat: quotidiana enim res est. Principio tamen ne, quæ citra dubitationem sunt in discrimē vocemus illud vos admonitos esse velim, nos hic non quærere de donatione: namque in donatione nulla * necessaria est causa, l. donari, ff. de do- 55
nat. cap. 1. de donat. l. in summa, ff. de condict. indebiti, l. si maiores, C. de transact. nam vt Iuriscons. in l. 1. ff. de donat. inquit, non aliam ob causam quis donat, quam vt liberalitatem, & munificentiam exerceat. Nec item loquimur de cautione priuata, siue chirographo, nam in eo necessum est causa exprimatur, alioqui si cautio indistinctè loquatur, tenetur is, in cuius fauorem exposita est, probare debitum, quod in cautionē continetur, vt in l. cum indebito, ad finem, ff. de probatio. l. generaliter, C. de non num mer. pecun. cap. si cautio. de fide instrum. l. 119. tit. 28. part. 3. Neque rursum quærimus de contractibus, qui re vel cōsensu cōtrahuntur, ij enim, vt Baldus acutè inquit, in dicta l. generaliter, secum causam trahunt suique ipsi sua causa sunt. Neque quoq; agimus de pollicitatione; nam hæc, vt vires habeat, necesse est intercedat causa quæ in reipublicæ vtilitatem cedat, l. 1. ff. de pollicita. Quid ergo? Tantummodo quæstio nostra versatur, circa verborum obligationē, ideſt, an olim stipulatio, & hodie apud nos pactum, sine causa, ideſt, non existente causa factum valeat? In qua quæstione Doctores triplici modo distinguunt. Aut stipulatio (aiunt) facta fuit ob aliquam causam,

quam

quam contrahentes putabant ineſſe, & non inerat, aut ſi inerat, vel ſecuta non eſt, aut finita fuit, & eo caſu licet ſtipulatio valeat, repellitur tamen ſtipulator exceptioni doli: quia nempè dolo agere videatur petens ab eo, qui per errorem falſa cauſa ductus promiſſerat, l. 2. §. circa, ff. de doli except. Aut verò promiſſor ſciebat cauſam, ob quã obligatur non ſubeſſe, atque ſciens falſam cauſam adiecit, & tum aiunt, efficax erit obligatio, quia donaſſe videatur is, qui ſciens, prudenſque falſam cauſam adiecit, l. cuius per errorem, ff. de operis liberto. & hiſce duobus caſibus ſcriptores omnes concorditer in hanc conueniunt ſententiam, vt appa ret ex Angel. in §. in perſonam, num. 2. inſtit. de actio. Atque ex Lanfranco in capit. quoniam contra. de probat. tit de confeſsio. num. 40. atque etiam ex Iaſone in l. 1 ff. de condictio. ſine cauſa. Tertius eſt caſus, quãdo ſtipulatio ob nullam cauſam, neque veram, neque falſam facta eſt, ſed ſimpliciter promiſsio facta fuit, & hic Bartolus à reliquis omnibus derelictus eſt, ipſe enim in dicta, l. 2. §. circa, ff. de doli exceptione nullam ad ſtipulationem cauſam neceſſariam eſſe ſcribit: ſed ſatis liberalitatem ipſam ad obligandum in cauſa eſſe putat. Bartolo verò refragantur cæteri omnes affirmantes ſti pulationem, ita ſimpliciter ſine cauſa factam non valere, neque in dubio præſumendum donationis cauſa factam. In hac ſententia eſt gl ſſa in dicto §. circa, & in l. generaliter, C. de non numer. pecun. & ibidem Bald. & Salicet. Faber in §. ſequens, num. 19 Inſtit. de actio. idem Bald. in l. 1. C. de confeſs. Paul. & Imol. in l. à Titio, ff. de verbor. oblig. & hanc denique teſtatur communem opinionem, Alexand. conſil. 13. volum. 1. & Angel. in §. in perſonam, num. 2. Inſtit. de actio. & Iaſ. in l. 1. ff. de condict. ſine cau ſa. Tiraquel. de retract. conuen. num. 105. & Curtius Iunior conſil. 131. num 1. & Emanuel Suarez in theſauris receptarum ſententiarum verbo. donatio. & alij quos refert Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinam. Sed & hoc amplius aliqui procedere aiunt, etiam ſi ſtipulatio fiat in inſtrumento guarentigio, in quibus eſt Iaſon. in l. tale pactũ numer. 5. ff. de pactis. Idemque ſecundum Pontificia iura recipiẽdum eſſe placuit Abbati & Felino in dict. cap. ſi cautio. & Fortunio in cap. 1. de pact. Quin & in foro conſcientiæ cauſam, aut expreſſam, aut ſaltim tacitam neceſſariam fore, tradit Sylueſt. verbo pactum, quæſt. 3. & 4. & Nauar. in manual. cap. 18. num. 9. Noſtrati quoque iure pactum non exiſtente cauſa factum, nullius eſſe momenti, ſcribit Couar. in cap. quãuis pactum, 2. part §. 4. num. 14 Anto. Gomez in comment. tom. 2. cap. 9. numer. 3. Queſada quoque diuerſa quæſt. cap. 12. & Didac. Perez loco ſuperiori, & Olanus in concordia iuris, litera D. num. 1. Vides ergo, vt Bartol. ab omnibus deſertus ſit? Vides vt tam antiqui, quam recentiores vno ore affirment omnes ſtipulationem, ſeu pactum non exiſtente cauſa factum nullum eſſe, idque tam iure ciuili, quam Pontificio, & tam foro poli, quam Regio procedere affirmẽt? Quis ergo ab hac iam conclamata audebit reſilire ſententia? præſertim, vt nunc ſunt mores, eo enim res hodie redijt, vt iam non quid verum ſit, quæratur, ſed quid potius receptum ſit, ſententiaſque non tam legum auctoritate, quam auctorum numero ponderamus. Atque quod dolendum non mediocriter eſt, ſi quando veritatis aſſerendæ gratia inueteratum aliquem errorẽ deducere ſtudueris non defuerit literator aliquis (vt leuiſsimè dicam) qui temerè temerariè te agere dicat, itaque vnde gratiã promereri debueras, iniuriam reportes. Verum neque hoc nos, qui duram hanc ſcribendi capeſsimus prouinciam deterrere debet, vt ſi quid veritati aduerſum eſſe intellexerimus, pro virili reuincamus. Sed æquo potius animo hæc nobis deglutienda eſt molſtia: nulla enim alia re commoti ad hoc ſtudium acceſsimus, quam vtilitati communi, cuius (niſi fallior) nihil tam intereſt, quàm vt reuinctis falſis, opiniones veras reponamus. Nam ex alienis laboribus tuos infarcire centones, vt facto difficile non eſt, ita nullius laudis dignum reputa. Sed hæc faceſſant, & ad propoſitum reuertamur. Ego igitur quoniam in Iuriſconſultorum non interpretum verba iuraui, hac in quæſtione ita ſentio: atque omnes poſthac, ita ſentire debere arbitror communem illam ſcriptorum opinionem à verò alienam eſſe, Bartolique opinionem. Mimo ipſo (quod dicitur) veriorem eſſe, illud enim mihi ſemper perſuaſum habui, & nunc in hanc ſententiam confirmor magis: neque antiquitus ad ſtipulationem contrahendam * cauſam neceſſariam fuiſſe, nec hodie apud nos ad pactum, ſeu verborum obligationem neceſſariam fore. Atque nec Iuriſconſ. olim, nec leges Regis hodie aliud ſenſiſſe animo pleniſsimè complector. Id verò fortioribus etiam, quàm Bartol. ipſe fecerit argumentis oſtenſurum eſſe ſpero, & adeò fortiſsimis, vt vel ſolus non verer cum interpretibus in arenam deſcendere, nam

Quis is, modeſtiæ cauſa reticeo, ſed ſi pergat irritare ingenij mei ſentiesaculeos

56

Barto-

Bartolo ipse mihi antesignano adeò animosus sum,vt iam palmarium canere videar. In primis autem, vt à principijs (quæ res, vel maximè difficiles illustrare solent) exordiamur,opitulatur egregiè nobis diuisio illa obligationum, quam scribit Iurisconsul. in l. 1.ff. de actio. & oblig. vbi ait obligationes ex contractu,aut re contrahi,aut verbis,aut consensu. Apparet igitur stipulationem esse contractu, ex eoque obligationem nasci. Si ergo in illis contractibus, qui aut re, aut consensu contrahuntur alia causa,quam ipse contractus non est necessaria, vt quid rogo ad stipulationem aliam causam, quam ipsummet contractum necessariam esse arbitraris? Dixeris forsam cum Bald.in l. generaliter,col. 3.C.de non numer.pecunia, stipulationem esse contractum generalem,reliquos verò speciales. At ratio hæc si verum amamus tum ieiuna est,& parum efficax,tũ vires habet nullas, cum quod ad verbor. obligationem attinet stipulatio, perinde sit
57 contractus specialis * ac cæteri qui re, aut consensu contrahuntur, vt probat dicta, l. 1.ff.de actio.& obligat. & l. si ita stipulatus num.126.ff.de verbor. oblig.fateamur igitur necesse est sicuti in contractibus, qui aut re, aut consensu contrahuntur causa necessaria non est,ita neque ad stipulationem necessariam fore. Hoc autem verum esse,& altera illa ratio confirmat, quòd stipulatio nihil aliud est, quam verborũ obligatio. vt in princip. Inst.de verb.oblig.l.cũ mota, C.de transact.l.2.§.7.C.de veteri enucleãdo. Id circoq; per stipulationẽ verbis nos obligari dicimur, l.si inter,C.de solutio. & declarat vulgaris ille versiculus: *Verba ligant homines taurorũ cornua funes.* Atqui si adstipulationis vim causa alia necessaria foret,iã non ex verbis obligatio nasceretur, sed potius ex causa illa quę obligationi principiũ dedit, atque proinde minus propriè verborum diceretur obligatio,& cõueniẽter minus rectè Iurisc. definiret stipulationem esse conceptionem verborũ, quibus is qui interrogatur daturũ facturumvè, id quod interrogatus est respõdet, l.5.§. stipulatio. ff. de verbor. oblig. Tertio hanc nostram sententiam, & Iurisc. ipsi apertis (quod aiunt) tibi ijs demonstrant, qui in fingendis stipulationis exemplis nullam aliam causam necessariam esse demonstrant, quàm verba quæ obligandi animum significant ;ita enim verba concipiunt: Spondes? spondeo. Promittis? promitto. Dabis? dabo, §. primus. Instit. de verbor. oblig. l. 1. §. si quis ita, ff. eodem titul. §. primo. Instit. quibus modis tollitur oblig. l.vno,ff.de accept. l.1. & 2.titul. 11. part. 5. Quis verò in animum inducet, si præter verba causa ad obligationem necessaria foret,quin iurisprudentes id declarârint,nisi fortè putamus Iurisconsultos,tũ viros sapientissimos, tum docendi dexteritate magistros strenuissimos, quique alias semper in principijs elucidandis diligentissimi fuerint, ita hoc loco socordes fuisse, vt sui immemores principium hoc tam necessarium, atque adeò totius materiæ caput declarare supersederint: cum interim hunc de verborum obligationibus tractatum,tam latissimè, ac simul accuratissimè exposuerint,sicuti titulus ille, de verborum obligationibus, tam longè lateque patens ostẽdit. Hæc igitur cum rem,tã manifestam faciat, superuacuum fuerit plura nos in eandem allegare sententiam,veluti, l. diuortio. & l. à Titio,ff. de oblig. l.hoc iure, ff.de donat. l. campanus,ff.de operis liber. capit. qualiter & quando de pactis,aliaque iura quæ nostræ opinioni oppido suppetias ferunt. * Hanc * autem nostram opinionem, post hæc scritam, secutum fuisse comperio Richetum in rubrica,ff de verbor. oblig. num. 21. * Ad contraria ergo argumenta accedamus: sed & hæc quidem parùm, vt credo negotij nobis facesserint. Nam primum illud operæpretium est,quod aiunt, qui ita simpliciter ob nullam causam promittit, non videri obligandi animum habuisse,sed per errorem potius, aut iocum promisisse videri: acuta sanè interpretatio, quasi existimandum sit dicere quemquam, quod non senserit, aut mente agitaverit, atque non potius præsumendum sit ex animo dicere quod protulerit,nisi euidentissimis probationibus per errorem dixisse docuerit, l. Labeo, ff. de supel.leg. l.nõ aliter,ff.de leg. 3.l.si non conuitij, C. de iniurijs. Etenim ex sententia Cassiodori quem refert Baldus cum aliàs sæpè,tum in l. generaliter, C. de non numer. pecun.nullum.est maius mentis nostræ * te- 58
stimoniũ, quam qualitas inspecta verborũ, & rogo si adiecta in promittendo falsa causa obligandi animus præsumitur, vti scriptores ipsi ad vnum consentiunt omnes: cur non eundẽ obligandi animũ præsumemus nulla adiecta causa? Et denique qui ita sine promittit, seu pacisci tur donandi animum habere, ostendit apertè Iurisconsultus in l. prima,ff. de transactionibus, in hæc verba: *Qui transigit quasi de re dubia,& lite incerta,finita neque transigit: qui verò paciscitur donationis causa rem certam, & indubitatam liberalitate remittit.* Itaque hoc primum auctorum

argu-

argumẽtum futile eſſe nemo credo erit, qui non concedat, & fateatur. Videamus igitur, an aliud ſit, quod magis ſcriptoribus opem ferat. Et ſcio ſtatim mihi obiecturos eſſe textum in l. 2. §. circa, ff. de doli except. qui prima quidem fronte illis non mediocriter ſuffragari videtur. Sed medius fidius ſi integro illum iudicio * ponderemus, nihil eam noſtræ opinioni obſtare reperiemus. Planè textus ille loquitur, quando ſtipulatio facta eſt ob aliquam cauſam, quam contrahentes ineſſe putabant: & tamen non inerat, vel ſi inerat, aut non eſt ſecuta, aut finita fuit. Vnde hoc tibi? ex illo ipſomet paragrapho, ſi enim æqui iudices ſumus, nec nos vulgaris opinionis fuco præſtringi ſinamus, non difficulter deprehendemus, de hac ſpecie inibi Iuriſconſultũ loqui. Id vt oculata fide perſpicias, illius ſubijciemus verba: *Si quis*, inquit, *ſine cauſa ab aliquo fuerit ſtipulatus, deinde ex ea ſtipulatione experiatur, exceptio vtique doli mali ei nocebit, licet enim eo tempore, quo ſtipulabatur, nihil dolo malo admiſerit tamen dicendum eſt, eum, cum litem conteſtatur dolo facere, eo quod perſeueret, ex ea ſtipulatione petere, & ſiue cum interponeretur iuſtam cauſam habuit, ſiue, non tamen, tum idoneam cauſam habere videtur. Proinde etſi crediturus pecuniam ſtipulatus eſt, nec crediderit, & ſi certa fuerit cauſa ſtipulationis, quæ tamen, aut non eſt ſecuta, aut finita eſt, dicendum erit nocere exceptionem.* Hactenus ipſius legis verba. Vides igitur, vt Iuriſconſultus loquitur, quando ob aliquam cauſam ſtipulatio facta eſt: quæ tamen litis conteſtatæ tempore nõ inerat; hoc enim manifeſtè oſtendunt illa verba: *Et ſiue cum interponeretur iuſtam cauſam habuit, ſiue non.* Et illa rurſum, *& ſi certa fuerit cauſa ſtipulationis, quæ tamen, aut non eſt ſecuta, aut finita non eſt.* Præterea hoc verum eſſe, ex ipſius textus ratione intelligere licet: idcirco enim illic exceptionem doli competere, reſpondit Iuriſconſultus, quia licet ſtipulator eo tempore, quo ſtipulabatur, nihil dolo malo admiſerit, attamen poſtea ex ea ſtipulatione agendo dolum committere videatur. Sed cedo? ſi Iuriſc. loqueretur, quando ob nullam cauſam ſtipulatio facta eſt, cur non ita à principio dolus in ſtipulando ineſſet, ſicuti poſtea in agendo? Rogo enim quid eſſet in cauſa, vt magis poſtea agendo dolũ committeret, quàm à principio ſtipulãdo? cũ æquè vtroq; tẽpore, tã ſtipulationis, quã litis conteſtationis nullã prorſus cauſam habuiſſet? Nullam profecto, ni fallor ido neã diſcriminis rationem reperire poteris. Conſtat igitur non in noſtra ſpecie Iuriſconſultum loqui. Adde quod ſi ob defectum cauſæ ſtipulatio non valeret, ſtatim à principio definiret Iuriſconſultus ſtipulationem nullam eſſe, potiuſquam exceptionem introduceret, l. planè, ff. de petit. hæred. Quid quod & Iuriſconſultus ipſe in dicto §. circa ſentit valere ſtipulationem, etiam quando iniuſta cauſa adiecta fuit: ait enim, *Et ſiue cũ interponeretur iuſtam cauſam habuit, ſiue non.* Porrò ſi ad ſtipulationem cauſa neceſſaria foret, iniquum foret iniuſtam cauſam ad obligandum ſufficere, ſed quoniam nullam cauſam ad ſtipulationem neceſſariam eſſe intellexit, etiam iniuſtam ſufficere exiſtimauit, quando ea ſecuta eſt, aut finita nõ fuit. Denique Iuriſconſultum illic non loqui quando ſtipulatio, ob nullam cauſam facta eſt, ea quoque ratione ſua detur, quod eo caſu nulla legitima cauſa eſſet, ob quam doli daretur exceptio: dolus etiam in paciſcendo idem eſt, in ſtipulando ſit calliditate & allacia, & vt Pedius I. C. ait: *dolo malo pactum ſit quoties circunueniendi alterius cauſa aliud agitur, & aliud agitur, & aliud agi ſimulatur*, l. iuris gentium, §. dolo malo, ff. de pact. ſed quæſo, quam fallaciam, aut calliditatem committere dicemus ſtipulatorem, qui ita ob nullam cauſam ſtipulatur, ab eo qui ſciens prudenſq; nulla cauſa ductus promittat? nullam ſanè video, niſi fortè dicamus ſcienti, & conſentienti fraudem fieri, aut dolum. Concedamus igitur Iuriſconſultum in illo. §. circa, non loqui, quando ſtipulatio, ob nullam cauſam facta eſt (quæ noſtra quæſtio eſt) ſed potius loqui quando ſtipulatio facta eſt, ob aliquam cauſam, quæ tum non inerat, aut ſi inerat, aut ſecuta non eſt, aut finita fuit. Atque ita nihil nobis textus ille in dicto §. circa refragatur. Et ſanè illa verba, ſine cauſa, ita interpretanda eſſe præterquam, quod ex illo, §. manifeſto apparet, colligitur, etiam ex l. 1. & 2. ff. de cõdict. ſiue cauſa, atque ex l. 1. ſi mulier, ff. de condictione cauſa data, cauſa non ſecuta, & ſignificant Senecæ verba epiſtola 60. ad Luculum, *illi*, inquit, *ſæpè hoſtem timuere, ſine cauſa, tutiſſimumque illis iter, quod ſuſpectiſſimum fuit.* Et ita accipienda eſſe * gloſ. in l. ſi ſtipulatus verbo, ſine cauſa, ff. de fideiuſſ. & * ſcribit Iaſon. in rubric. ff. de condictione cauſa data: idque dum interpretes non aſſequuntur in illum inciderunt errorem, vt putarent ſtipulationem, ob nullam cauſam factam inutilem fore. Sed fortaſis, adhuc ſuã probari opinionem contendent, in lege cum de indebito, ff. de probat. atque in capit. ſi cautio. de fide inſtrum. Sed nihil item

nobis

nobis ea iura obstant, loquuntur namque in cautione, seu chirographo, quæ cum ad probandum, & fidem faciendam scribantur si causam non habeant, fidem non facerent, iuxta textum in l. solam, C. de testib. quam rationē ostendit Iurisconsultus in l. Publia, §. fin. ff. depositi & sentit Bald. in l. 1. C de confessis, col. 2. Porrò stipulatio ad obligādum, non ad probandum concipitur, atque id propterea nulla in ea causa necessaria est, sed perinde, ac cæteri contractus ipsi sui sibi causa sunt, sicuti iurisprudentum testimonia, quæ paulò ante allegauimus euidenter ostendunt: quæ meo iudicio adeò aperta sunt, vt nos illis repugnare nullo modo possimus, nisi forsam in scriptorum verba iurauimus, & Capitones malumus esse, quam Labeones. Hanc verò opinionem, & secundū nostrates leges Regias, multo magis procedere ambiget nemo: etsi enim omnia deficerent, attamen apud nos, vel vna hæc lex Regia cuius interpretationi toto hoc capite inseruimus, satis erat ad hanc nostram opinionem comprobandam: aut enim obscurum est illius auctorem antiquam illam interpretum cognouerisse non latuisse, & tamen causam ad verborum obligationem minimè exposcit sed omnino nos obligari definit, quomodocumque animus obligandi appareat. Et ita illius argumento, hanc opinionem amplectitur Dueñas regul. 118. in fine, & Villalobos in antinomia, cap. numer. 24. & 25. Ergo & instrumento guarentigio (vt vocant) causam necessariam non
60 * esse magis probandū est nobis, quæ Decij fuit opinio, consil. 682. num. 5. volum. 5. & Seguræ in l. si ex legati causa, ff. de verbor. oblig. Suarez in l. post rem, notabil. 3. num. 8. Proinde audiendi non sunt aliqui ex notatibus, quibus contraria sententia sedit, in quibus Gregor. Lopez in l. fin. tit. 13. par tit. 3. Auend. tit. de las excep. numer. 21. & Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 7. ordinam. & Olan. in concordia iuris, littera D. numer. 8 Nam vt cætera missa facerē, vel ex hac vna lege Regia opinio hæc satis conuincitur. Accedit etiam, & alia lex Regia Regis Henrici, quæ aduersus instrumenta publica, nullam exceptionem admittendam esse definit, nisi modo paucis exceptis, de quibus hæc non est. Extat autem hodie lex illa Regia, in tit. 21. lib. 5. Recopil. estque prima in ordine, de cuius argumento quoniam alibi longior faciendus est nobis sermo, & quia iam hic longiores fumus, finem his faciamus.

Capitones, ac Labeones, quid dicantur, vide in l. 2 ad finē, ff. de orig. in.

SVMMARIVM.

IVramentum confirmat contractum alias nullum, num. 1.

Iuramentum vltra primam obligationem, alterā adijcit contractus, num. 2.

Minoris iuramentum duplicem habet effectum, nam & solemnium supplet defectum, & in integrum restitutionis beneficium tollit, numer. 3.

Etiam si minor sine curatoris auctoritate contrahat, contractus iuramento confirmatur, numer. 4.

Impuberis iuramentum si tamen doli sit capax valet, num. 5.

Quod ad iurisiurandi religionem attinet, nihil interest, an verbo tenus, an tactis Euangelijs iurisiurandum fiat, num. 6.

Ethnicus cogendus est, vt iurisiurandum per suos falsos deos præstitum seruet, num. 7.

Iusiurandum à Christiano impiè, & sacri leqè per falsos deos præstitum, an seruandum sit, num. 8.

Textus in C. ecce duo 22. quæst. 5. accuratè & noue explanatur, num. 9.

Super lapidem iurare quemadmodum intelligendum sit, num. 10.

Authent. Sacramenta puberum locum non habet in iureiurando à Christiano per falsos deos præstito, num. 11.

Aduersus contractum iuramento firmatum minor, etsi certior factus non sit de remedio sibi competenti, num. 12.

Authent. Sacramenta puberum, habet locum nō solum in contractibus vltro citroque obligatorijs, sed etiam in alijs, num. 13.

Liberatio facta à minore curatori suo, an rata sit, num. 14.

Authent. Sacramenta puberum, habet locum etiam si filius familias cum patre contrahat, vel cum fratre, & num. 15.

Iuramentum ab vniuersitate præstitum, an obliget, num. 16.

Transactio & compromissum facta à minore adiecto iuramento valent, num. 17.

Iuramentum quando confirmet iudicium cum minore agitatum, num. 18.

Hæredes defuncti stare tenentur contractui à defuncto iureiurando firmato, num. 19.

Nihil interest, an iuramentum interpositum sit in ipso contractu antea, posteaue num. 20.

Iuramentum generale minoris ad quemcunque contractum fecerit, valet, num. 21.

Iuramentum præstitum à procuratore qui speciale

ciale habeat mandatum valet, num. 22.

Iuramento accedente contractui innominato non erit pœnitentiæ locus, num. 23.

Iuramentum tollit remedium læsionis, quæ fuerit minor, quam dimidium iusti pretij, numero 24.

Iuramentum obligationem parit, etsi factum fuerit aduersus leges, quæ principaliter priuatũ respiciunt fauorem, num. 25.

Donatio excedens quingentos solidos iuramento firmata valet, num. 26.

Fideiussio data a marito de restituenda dote si iuramento fuerit firmata, num. 27.

Si contractus alia de causa, quàm minoris ætatis fuerit infirmus, non firmetur iuramento, numero 28.

Minor læsus vltra dimidiam iusti pretij suo potest iure experiri, neque obstauerit iuramentum, num. 39.

Iuramentum aduersus bonos mores factum vires non habet, num. 30.

Mutuum à filio familias contractum iuramento non firmatur, num. 31.

Iurans fideiussurum se nunquam pro aliquo, seruare non tenetur iuramentum, num. 32.

Iuramentum per quod veniale peccatum, nedum mortale contrahitur seruandum non est, numero 33.

Iuramentum in publicum tendens detrimentum seruandum non est, num. 34.

Contractus non firmatur iuramento quando contrahens prius iurauerat, numquam se talem facturum contractum, num. 35.

Minor læsus restituitur aduersus confessionem, quam adiuratus in iudicio fecerit, num. 36.

Contractus factus ab Ecclesia cum iureiurando quando valeat, num. 37.

Contractus simulatus, an firmetur iuramento, num. 38.

Testamentum, aliaue quapiam vltima voluntas, etsi iuramento firmata fuerit, renocari poterit, num. 39.

Donatio mortis causa, vel inter vinos à minore facta adiectis iuramento, an renocari valeat, num. 10.

Iuramentum quod in tertij tendat præiudicium seruandum non est, num. 41.

Alienatio facta à filio familias, de bonis in quibus pater vsumfructum habeat adiuncto iuramento, an rata sit, num. 42.

Contractus iuratus factus ab vxore iniussu mariti non valet, num. 43.

Donatio propter nuptias legis metam excedens iuramento non firmatur, num. 44.

Melioratio causa dotis à patre facta iuramento non firmatur, num. 45.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum iuramento, an confirmetur, numero 46.

Donatio etiam iurata postea susceptis liberis reuocatur, num. 47.

Iuramentum vi, dolo, aut metu factum vires nõ habet, num. 48.

Enormissima læsio iuramento non firmatur, numer. 49.

Princeps confirmans contractum enormissimæ læsionis remedium tollere non videtur, numero 50.

Enormissima læsio quæ dicatur, num. 51.

Legibus Regijs prohibiti sunt laici ne contractibus iuramenta adijciant, num. 52.

Regiæ leges prohibentes iuramentum, ne contractibus adijciatur, an sint validæ, numero 53.

An is qui contractum iureiurando confirmauit, audiendus sit anteaquam à iuramento absolnatur, num. 54.

Ad obtinendam iuramenti absolutionem ad effectum agendi, vel excipiendi necesse non est, vt aduersarius citetur, num. 55.

Absolutio iuramenti ad effectum agendi, vel excipiendi petenda est, anteaquam periurium incurratur, num. 56.

Breuis explicatio Authent. sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem, & legũ Regiarum, quibus prohibetur, ne contractibus iuramentum adijciatur.

CAP. IIII.

QVONIAM de contractibus iureiurando cõfirmatis frequens est in foro quæstio, ad nostrum hoc rerum quotidianarum opus pertinere existimaui, si breuiter hoc capite explicarem textum in Authent. sacramen. puberum, C. si aduer. venditio. qua cautum est contractus à minoribus puberibus iureiurando, sine vi, & metu confirmatos omnino obseruandos esse. Atque itẽ explanarem leges Regias, quibus prohibitum extat, ne contractibus iusiurandum adijciatur. His etenim expositis futurum spero, vt iurisiurandi tractatus quatenus ad forensem

simè absolutus sit, ipsius autem Auth. verba eiusmodi sunt *Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum, non retractandis inuiolabiliter custodiãtur, per vim autem, aut per metum extorta etiam à maioribus (maximè ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant) nullius esse momenti iubemus*. Fuit autem Authentica, hæc translata ad verbum, ex §. item sacramenta, C. de pace tenenda, & iuramento firmanda in vsibus feud. conuenit autẽ cũ ea ex iure Romano lex 1. eiusdẽ tituli, & l. si quis maior. C. de trãsact. & l. si quis alterius, C. si minor se maiorẽ dixerit. Ex iure verò Põtificio cõuenit textus in c. quãuis pactũ, de pact. in 6. Conuenit etiam ex nostrati iure, l. 6. tit. 19 part. 6. & l. 16. tit. 11. & l. 59. tit. 18. part. 3. & l. 16. tit. 10. li. 9 Recopil. Horũ autẽ iurium decisionem, vt quæ animarum saluti consulat fauorabilem benignamque, atq; non odiosam esse, auctor est Bartol. illic, numer. 19. cui reliqui omnes adstipulantur teste Iason. num. 71. licebit igitur nobis nonnullas illi ampliationes annectere.

Ampl. 1. EST igitur primum Authentica ista amplianda, vt locum non tantum habeat in contractibus validis, sed etiam in * contractibus nullis & irritis glos. 1 in dict. l. 1. & ipsamet Authentica, verb. contractibus, quas iniqui alibique magis communiter Doctores sequuntur: iurisiurandi enim religio, quæ fauore digna est efficit, vt leges illas generaliter loquentes, generaliter accipiamus. Iuramentum enim vltra primæuam obligationem alteram addit contractui, glos. & Bart. in l. Nepoti, ff. de fundo instruct. idem Bart. in l. qui iurasse, §. fin. ff. de iureiur. Iason in l. 1. C. de iudicijs, nu. 4. Hoc autem vt penitius percipi valeat sciendum est, minore contrahente, aut sine tutoris auctoritate, aut sine decreto iudicis nullum esse ipso iure contractum, neque in integrum restitutione opus habere minorẽ. Sin autem curatore auctore contrahat, atq; cum decreto iudicis, valet quidem contractus, quamquam læsus si fuerit, restitui in integrum possit, textus qui vtramque probat sentẽtiam in l. siquidem, C. de prædijs, minorum, & in l. si minor curatorẽ habẽs, C. de in integrum restit. minor. Fuit autem inter Martinum, & cæteros citramontanos (idest, Italos) atque inter Bulgarum cæteroſque vltramontanos, contẽtio magna, an Authent. ista locũ haberet tantũ in contractibus validis, an etiam in nullis & irritis. Nam Martinus illusq; fautores existimant illam Authen. locum habere, non solum in contractibus validis, sed etiam in contractibus irritis, & nullis. Contra verò Bulgarus cæterique vltramontani contis remisque contẽdunt illam locum, tantummodo habere in contractibus validis, non in his qui nulli, aut irriti fuerint: & fuit sanè quæstio, hæc propter tot tantorumque auctorum discordiam, aliquando mirum in modum perplexa, atque difficilis, sed tãdem vicit Martini citraque Montanorum sententia obtinuitque, vt hæc Authent. locum, non solum haberet in contractibus validis, sed etiam in irritis, & nullis, quales sunt, vt diximus, qui sine iudice, atque sine curatore fiunt. Hanc communem esse opinionem, & à consuetudine quoque probaram testis est Bart. in dicta Authent. num. 3. & 13. Bald. quoque in dicto §. idem sacramenta. de pace tenenda, col. 2. & magis communem esse opinionem moribusque receptam fidem Iason inibi, num. 3. & 6. & 33. Atque ex nostratibus Gregor. Lop. in dicta l. 6. titul. 19. part. 6. verbo, *mayor*, & Gutierrius in repet. eiusdem Authent. numer. 12. & 23. Possemque & alios sexcentos in hanc allegare sententiam, sed quid attinet, vt aliàs dixi superuacuis allegationibus lectorem obtundere, cum liceat in vno, aut altero à nobis citato cæteros reperire? Minoris itaque iuramentum duplicẽ habet effectum, nam & solemnium supplet defectum * & in integrum restitutionis tollit beneficium secundum hanc magis communem moribusque magis receptam sententiam. Id quod effusius versat. Iaſ. in diuortio de verb. oblig.

Ampl. 2. Amplianda est, igitur secundo huius authenticæ definitio, vt locum quoque vendicet etsi minor curatorem habeat, nam quamlibet absque ipsius curatoris contrahat auctoritate iuramento confirmabitur contractus secundum opinionem Martini, quam communem magisque communem esse ex superiorum auctorum testimonio * comprobauimus. Eam tamen accipias secundum Regiam sanctionem nouissimè editam in libro Recopilationis lib. 5. titul. 11. l. 22. ad cuius intelligentiam quoniam alio properamus legito Alexan. cons. 195. Volumine 6. & 59. volum. 1. Didac. Per. in l. 1. titulo 8. lib. 3. ordin. verbo, *no lo pueda*.

Ampl. 3. Tertiò, illius authenticæ definitio locũ habebit, non solum in pubere (hæc est ætas quatuordecim annorũ in masculo, & duodecim in fœmina, vt in principio Institut. quibus modis tutela finitur) sed etiam locum habebit in pupillo, seu in pubere proximo

4 ximo pubertati qui tamen doli * sit capax, hanc opinionem amplectitur Bart. in dicta Authent. num. 3. & illic Iason n. 55. & sequuntur, quàm plures quos refert Afflict. decis. 322. num. 4. Et licet glos. 1. in dict. Authent. sacramenta puberum in contraria fuerit opinione, illamque testetur communem Alexan. in l. qui iurasse, ff de iureiur. & sequitur eam Couar. in cap. quamuis pactum 3. par. §. 1. num. 3. & Anton. Gomez in comment. tit. de restitut. minor. nu. 18. Cæterum, contrariam opinionem testatur communem & veriorem Curtius in eadem Authent. nu. 73. & magis communem Gutier. ibidem num. 117. & Gregor. Lopez in l. 6. tit. 19. part. 6. verbo, *mayor*, & verior sanè mihi videtur, quoniam periurij ratio in qua leges enituntur, & in pupillo doli capace locum sortiri videntur. Cum is iuramentum non obseruans periuri (perinde ac pubes esset) reus fiat, vt in cap. ex literis Syluan. de sponsal. & illic glos. verb. sub iuramento.

Ampl. 4. Præterea, & hanc Authenticã locũ habere dicendum est, etsi iuramentũ factũ sit, nõ tactis Euangelijs alia vere sacra, sed verbo tenus: quod etenim ad iusiurandi religio-
5 nem * attinet nihil refert, verbo, tenus, an tactis Euangelijs iusiurandum fiat, cap. etsi Christus de iureiur. capit. si aliqua 22. quæstio. 1. Et licet glos. in l. 1. cap. si aduersus venditio. illius textus argumento sentiat contrarium, & non desint, qui illi suffragentur: verum hæc opinio saltem, iuxta Pontificia iura (quibus in materia peccati standum est) verior est secundùm Imolam in capit. cum contingat. de iureiuran. & testatur communem opinionem Alciat. in rubr. ff. de iureiur. n. 29. & sequitur Gregor. Lop. in l. 19. tit. 11. part. 3. & Couar. in c. quãuis pactum, 1. par. §. 1. Apud nos verò prohibitum est etiam, ne super altare quoque aut sanctorum reliquijs iuramenta fiant, vt in l. 5. titul 7. lib. 4. Recop. quæ olim erat l. 67. Tauri, vbi interpretes, rem latius explicant.

Ampl. 5. Habere quoque locum Authentica, hæc debet in iuramento ab infideli, seu Ethnico per falsos deos præstito
6 * secundum Baldum, in §. item sacramenta, de pace iuramẽto firmanda, col. 3. & Decium in l. pactum quod dotali, n. 12. C. de collat. Couar. in c. quãuis pactũ, de pactis, 3. part. §. 4. nu. 1. & teste quãquã contrariã opinionẽ cõmunẽ tur Guillel. Bened. in cap. Rainunt. verb. duas habens filias, num. 289. Verum hæc opinio, verò magis accedere videtur, tum ex capit. mouet 22. quæst. 1. tumex l. 2. t. tit. 11. part. 3. atq; ex l. 11. tit. 2. li. 8. Reco.

Amplius & hanc Authent. locum habere plerisque placet, quando Christianus aliquis (si Christianus tamen cẽsendus est, is qui talia effutire audeat) per falsos deos iurauerit, forsan pagano * quo cum paciscitur 7
morem gerens: sunt etenim qui putent quãuis is grauissimè peccet, quippè qui idololatriæ crimen inter omnia grauissimũ admittat obseruare, tamen iusiurandum debere. Innoc. num. 2. & Panorm. numer. final. in cap. etsi Christus, de iureiuran. Archiepiscop. Florentin. in summ. 2. part. titul. 20. part. 4 Ioannes de Selua, de iureiur. 1. part. quæst. 1. in fine. Domin. Sotus de iustit. & iur. lib. 8. artic. 3. quæst. 2. Couar. in cap. quamuis pactum, 1. part. §. 1. num. 8. & 9. Hoc tamen non ipsius iurisiurandi religio (quæ falsorum deorum nulla est) facit sed humanæ potius fidei obligatio, qua quisque promissa præstare tenetur, sicuti superiores auctores tradunt. Et ostendunt Salomonis verba sapientiæ extremo, 14. cap. Ex quo consequitur eiusmodi iusiurandum, non ex decisione huius authenticæ, sed ex communi: potius, & ordinario iure vim habere. Porrò huic sentẽtiæ aduersatur opido, text. in cap. ecce dico 22. quæst. 5. vbi Augustinus significare videtur periurum esse Christianum, qui tale iuramentum per falsa numina præstitum non obseruauerit. Eius verba ita se habent: *Ecce dico * charitati vestræ, & quũ super lapi-* 8
dem falsum iurat, periurus est, vnde hoc dico? quia multi in hoc falluntur, & putant, quia nihil est per quod iurant, non se crimine teneri periurij, prorsus periurus es, quia per id quod sanctum non putas falsum, iuras: si tu illud sanctũ non putas, sanctum puta cui iuras, non enim quando iuras tibi, aut lapidi sed proximo tuo iuras homini iuras ante lapidem sed nunquid non ante Deum? non te audit lapis loquentem, sed punit Deus fallentem. Hactenus Augustinus: verum de quo lapide Augustinus senserit, necessarium est ad nostram quæstionem definiendam dispiciamus. Et Erasmus quidem Chiliade 2. centuria. 6. Adagio. 33. putat Augustini verba spectare ad Iouis lapidis iusiurãdũ * quod patre patrato auctore apud Ethnicos veterrimo ritu inter omnia 9
iuramenta sanctissimum erat, & ita quoque illa accipienda esse putant Sotus, & Couarruuiam locis modo citatis: quamquam dum alienam gloriam arrogare sibi curant, neuter citat Erasmum. A quo auctore mutuatos eos fuisse certum est. Ego

Ampl. 6.

verò

verò nec Eraſmum, nec Sotum, & Couar. (tantorum auctorum pace dixerim) ſatis huius rei ſcopum attigiſſe puto. Quid ita? Nam primum antiquus ille ritus iurationis per Iouem lapidem non dicitur à priſco feriendi fœderis ritu quòd à fœciali, ſeu patre patronato manu tenente lapidem conceptis verbis peragebatur, vt putat Eraſmus: ſiquidem in illo fœdere percutiendo non fiebat adiuratio, ſed execratio potius quædam porco lapide à fœciali percuſſo, vt cõſtat ex Liuio, atque Polybio, Suetonio, cæteriſque priſcis hiſtoricis, & illius ordinem nos ex ipſo Liuio retulimus lib. 1. cap. 13. Vnde ergo ritus ille iurandi per Iouem lapidem? Quoniam ſub Iouis titulo Ethnici illi lapides collebant, hoſque in templo habebant, ſicuti ex ipſo colligitur Auguſtino in autographo, ideſt, ſermone 28. de verbis Apoſtoli, ex quo loco canon ille, *ecce dico*, tranſlatus eſt. Deinde moris erat etiã apud illos, vt ad determinandos agrorum fines lapides, ſeu terminos Ioui terminali ſolemni quodam cæremoniarum ritu conſecrarent, iique ſacri habebantur, ſicuti apparet ex Platone lib. 8. de legibus: *Agriculturæ*, inquit, *leges primo ponantur, primaque terminalis Iouis hæc: Nemo fines, atque terminos agri moueat, nec ciuis vicini, nec finitimi peregrini ſi agri extrema poſſideat, ſed putet id eſſe verè, quod dici ſolet, hic immobilia mouet, malitque vnuſquiſque ſaxu m ingens mouere, quam paruum lapidem iure iurando a diis firmatum quo amicitiæ, & inimicitiæ terminentur, alterius enim Iupiter contribulis alterius hoſpitalis eſt teſtis.* Hactenus Plato. Seneca quoque in Hippolyto: *Nullus in campo ſacer diuiſit agros arbiter populis lapis*. Sed hoc plenius explicat Dionyſ. Halicarnaſ. antiquitatum Romanarum lib. 2. In hæc verba: *Rex Numa, vt Romani contenti propriis aliena non concupiſcerent, cauit lege de prædijs terminandis. Cum enim iuſſiſſet vnumquemque agrum ſuum circunſcribere, ac in finibus ſtatu re lapides, hos ſacros Ioui terminali voluit, iuſſitque, vt quotannis ſtato die res diuiſæ eo loco in paganorum cætu fieret.* Igitur, quoniam per hos lapides Ioui ſacratos Pagani illic iurare ſolebant, factum eſt, vt in vulgus manaret prouerbiũ illud, *Iouem lapidem iurare*. Præterea ſciendum eſt. non ſolum moris fuiſſe olim, vt is lapis terminalis ab Ethnicis Ioui conſecraretur, ſed etiam à Iudæis ipſi Deo optimo maximo conſecrari ſolitum fuit: ſicuti huius rei exẽplum (ne quis putet nos ſomnium narrare) habemus mirificum exemplum, non inter Hiberas (quod aiunt) nænias, ſed apud ſacra ipſa, diuinaque volumina, Geneſeos capit. 31. vbi Iacob, & ſocer eius Laban fœdus percutientes ad eundem modum lapidem in teſtem aſſumpſere, quod quoniam ex ipſis Biblijs planius, certiuſque apparebit, ipſius textus verba ſubnectam. *Veni ergo*, (inquit Laban) *& ineamus fœdus, vt ſit teſtimonium inter me, & te: tulit itaque Iacob lapidem, & erexit in tumulum, dixitque fratribus ſuis: afferte lapides, qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque ſuper eum, quem vocauit Laban tumulum teſtis, & Iacob aceruum teſtimonij, vterque iuxta proprietatem linguæ ſuæ: dixitque Laban: tumulus iſte erit teſtis inter me, & te hodie.* Et paulò poſt, *nullas ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo, qui præſens reſpicit: dixitque rurſum ad Iacob: en tumulus hic & lapis quem erexi inter me, & te, teſtis erit.* Hactenus diuini Chronici verba. Vt ergo ad explicationem Canonicis Decreti (cuius gratia hæc tam longè repetita attulimus) reuertamur. Ego arbitror Auguſtinum illic non loqui de iureiurando, quod per Iouem lapidem Ethnici facere ſolebãt, ſed potius de iureiurando, quod lapidi terminali per fideles ſolitum erat fieri, quale factum fuiſſe à Patriarcha Iacob modo mõſtrauimus. Rogo enim qui ſit veriſimile, vt vir ſanctiſsimus Auguſtinus, talẽ iurationis ritũ, qui cũ idololatria ſit cõiunctus non diræ execraretur? & ne fieret, modis omnibus interminaretur? & tamen tantum abeſt, vt illud execretur, vt potius obſeruandum, & rectè fieri poſſe ſentiat. Quod ſi intelligere velis, quemadmodum Auguſtinus loquatur de hoc iureiurando ante lapidem terminalem factum, quale à Iacob factum fuiſſe diximus, confer quæſo ſacri ipſius voluminis exemplum, cum Auguſtini verbis, & cõperies quemadmodum ad amuſsim ambo quadrent. Authenticam ad ſuſurandum, quod Chriſtianus * per falſa fecerit numina, nõ pertinere magis mihi perſuaſum habeo, cum illud vires habeat nullas, quãquã ea promiſsione ipſa teneatur iurans ordinario iure promiſſa ſeruare, ſicuti ſuperiores tradunt auctores, & probat idem Auguſtinus in cap. mouet, tit. 22. quæſt. 1. 10

Ad hæc intelligenda eſt hæc Authentica vt neque aduerſus contractum iureiurando confirmatum reſtitui in integrum valeat, minor tametſi non ſit certior factus de remedio * reſtitutionis, alioqui ſibi competenti, huius ſententiæ auctor eſt Bartol. in l. ſciendum, n. 8. ff. de verbor. obliga. & ibidem ſequitur eum Romanus, & Raphael Cumanus, idem tradunt ipſe Bartolus & Paul Ampl. 7. 11

& Paul. de Castr. in hac eadem Authent. Et quamquam non desint, qui reclament, vt est videre apud *P*adillam in l. 2. C. de rescind. vendit. num. 24. hanc tamen magis communem, moribusque receptam opinionem tradit Alexand. cons. 66. vol. 6. & Iason. in dict. l. sciendum, num. 33. & Guillel. Bened. in cap. Raynunt. verb. duas habens filias, num. 294. & Guid. Papæ decis. 227 & Ioannes Mauric. in tract. de restit. capit. 114. & Anton. Gabriel alios plures referens lib. 2. tit. de iureiur. concl. 3. & sequũtur ex nostratibus Palac. Rub. in capitulo per vestras, §. 34. numer. 7. & Gregor. Lopez in l. 3. titul. 12. part. 5. verb. *Sabidores*, & Gutier. in repetitio. huius Authent. numer. 113.

Ampl. 8. Habet quoque locum hæc Authentic. non tantum in conuentionibus, in quibus vltro citroque oritur obligatio, qui propriè contractus dicũtur, sed etiam in his, in quibus ex vna tantum parte nascitur obligatio * puta in donatione stipulatione, atque fideiussione. glos. in dict. Authent. verbo contractibus, & illic Bart. num. 18. & alij non pauci relati à Tiraq. in legib. connubialibus, glos. 3. num. 196. & hanc communem testatur opin. Curt. hic num. 132. 12

* Quod igitur traditur in l. 1. C. de filio famil. mino. aduersus fideiussionem, quam fecerit minor in integrum restituendum esse, locum minimè sortietur, quando iuramento fideiuss. rit. Sed & quod de donatione diximus tum verum erit, cum ob iustam causam à minore facta fuerit donatio, veluti propter nuptias, vel ob piam aliquã causam, l. 1. C. si maior factus alienationem ratam habuerit, & dict. cap. in præsentia de probatio. porrò si temerè, ac sine vlla iusta causa facta fuerit à minore donatio irrita erit, neque iureiurando firmabitur, sicuti placuit Bald. in l. 1. C. si aduersus donatio. & Corneo cons. 11. vol. 3. ac item Barbatiæ cons. 53. vol. 2. sequunturque quam plures apud Burg. de Pace cons. 28. num. 18. quibus oppidò suffragatur illud, quod multis à nobis paulò post erit probandum, minori enormissimè læso non officere iuramentum * quibus suffragatur oppidò text. in cap. in præsentia, de probat.

Ampl. 9. Insuper illam Authent. procedere dicendum est in distractu, liberatione, seu renunciatione, gloss. in §. item sacramenta. de pace tenenda, & iuramento firmanda, verbo, super contractibus, & Bartol. hic num. 20. & Ias. num. 72.

Ampl. 10 Quinimo etiam eam procedere dicendũ est in liberatione, seu acceptilationibus, refutationibusve, vt vocant, quas minores faciunt tutoribus, aut curatoribus, nam si iureiurando * vallatæ fuerint ratæ erunt, iux 13
ta glossam singularẽ in l. 2. §. contrariũ, ff. de contr. iudicio tutel. quã sequũtur Bart. nu. 20. & Iason n. 72. in præsenti, & Anton. Corset. de iureiur. q. 5. & alij, quos refert Ant Gom. in comm. tit. de restit. min. n. 18. nisi dolo blanditijs, vel adulationibus ad id allectus fuerit minor, vt bellè inquit gloss. in d. §. sacramenta. de pace tenen. verbo. sponte. Ex quibus intelligere licet liberationem à minore curatori suo factam nõ adiecto iuramento inutilem fore, id quod expressim tradit Dueñ. reg. 31. amplia. 2.

Ergo si filius familias contrahat cum patre, vel è contrario * pater cum filio, & 14
hanc Authent. locum habere dicendum est, sicuti scribit Faber. in §. item inutilis. Inst. de inutil. stipul. quem sequitur Greg. Lop. in l. 6. tit. 19. part. 6. verb. *Castrense*, Corset. de iureiur. q. 5 num. 11. Decius & Iaso. in l. si donatione, C. de collatio. Tellus in l. 17. Tauri, num. 91. Gutier. in dict. Auth. num. 51. * Vbi tradunt meliorationem factam à patre iuramento ita confirmari, vt reuocari postea non valeat, & si defecerint clausulæ expressæ in l. 17. Tauri. *

Multo ergo magis locum eam habere di *Ampl. 11*
cendum est si soror paciscatur cum fratre de hæreditate * paterna, sicuti scribit Bald. 15
in hac eadem Auth. col. 4. & probatur in cap. quamuis pactum de pact. & illic tradũt omnes & alibi passim * Patre scilicet, de cu *
ius hæreditate agitur, consentiente, alioqui nullius erit effectus futuræ hæreditatis renuntiatio, iuxta l. fin. C. de pactis, vt multis tradit Couar. in capit. quamuis pactum initio tertiæ partis, & illic Gutier. num. 2. *

Amplianda est præterea hæc Authent. *Ampl. 12*
vt locum etiam habeat in contractu facto ab vniuersitate, vel alio corpore, siue collegio, aut republica cum minoris, & reipublicæ causæ exequentur in iure. l. rem publicam, C. de iure reipublicæ lib. 11. huius
* sententiæ fuit Bald. in l. generaliter, C. de 16
reb. credit. quem sequitur alios referens Iaso. in hac authent. num. 64. & Gregor. Lop. in d. l. 6. tit. 19. part. 6. verb. *mayor*, & Gutier. in præsenti nu. 139. Dummodo sciamus si contractus in vtilitatem vniuersitatis nõ cedat ipsos solos qui cõtraxerunt puta Decuriones non ipsam ciuitatem teneri, vt in l. ciuitas, ff. si cert. pet. sed & ij si mortui fuerint, iuramẽto succeſſores nõ tenebũtur, vt tradit Sylu. verb. iuram. 4. num. 2.

Item

Ampl. 13 Item procedit huius Authenticæ definitio in transactione,& compromisso, sicuti (ne rem actam agamus) latius explicat Gutier. in præsenti,num.122.& 126.compro
misſum igitur à minore iureiurando * cõ-
17 firmatum valet,etsi cætera solemnia desiderentur,quod probat etiam, l. si quis maior & ibi tradũt interpretes, C. de transact.

Ampl. 14 Idem iuris erit ergo, de abolitione criminis,seu transactione, quam minor adiecto iuramento fecerit de morte patris, vel alio crimine,sicuti tradit idem Gutierrius hic num. 135.

Ampl. 15 Nec minus Authentica locum habebit in iudicio cum litigando quasi contrahere dicamur, glossa hic verbo, contractibus, quam sequuntur Bartolus,& reliqui, & testatur communem Curtius num. 148. Ex quo ait,Iason num.76.sumi egregiam cau-
18 telam, vt cum litigas cum minore * curatorem non habente facias,vt iuret ratum illum habiturum iudicium, ac quieturumq; iudicatis,idemque placet Auendañ.respon-so,4.& Gutier. in præsenti,num.127.

Ampl.16 Tantum verò iurisiurandi religio valet, vt non solum minorem iurantem obliget, aut maiorem sed etiam contractum ipsum confirmet.Bart in l.si quis pro eo,3.membro,ff.de fideiuſſo.Abb. in cap. 1. de iureiuran. & in cap cum contingat,num. 8. Idẽ Bart Bald. & Paulus in hac eadem Authentic.& quamquam sint,qui contradicant,hãc testatur communem opinionem, & omnino sequendam in iudicando, & consulendo Corneus hic num.56. & Ias. num.36.alijq; quos citat Couar. in cap. quamuis pactum 2 part.§.primo num.7. & probatur ea sententia in dict.Authent.sacramenta puberũ, & in cap quamuis pactum,& apertius apud nos in l.6.tit. 10. lib. 9. Recopil. Quæ res efficit, vt licet iuramentum sit personale,
19 atque proinde hæredes non obliget * neq; contradicentes periurij teneantur, vt in capit.veritatis,de iureiur. Veruntamen contractus,qui iureiũrando fuit à defuncto cõfirmatus omnino illos obligat, compellendique sunt illum ad implere, Bald.in l. pactum,C.de collatio.Paul in dict.Authent. sacramenta puberum,num.3.& 9. Imol. in cap. cum contingat. num.18.& ibidem Alciat.num.120. Paulus Paris.cons.75. lib.3 & testatur communem opinionem Couar. in dict cap.quamuis pactum 2.p.§. 1.num. 7.& Gutier. in præsenti,num.15.

Ampl. 17 Nihil quoque interest,vt hæc Authentica locum habeat, an iuramentum interpo-
20 sitũ sit in ipso contractu * an antea postea-vè,secundum glossam in dict. Auth e nt. sacramenta puberum, verbo, super, quam illic sequitur Bart. atque etiam Iason num. 26. consentiuntque reliqui omnes classici.

Adde & hanc Authent. procedere etiam Ampl.18
si minor generaliter iuramento,conceptisq; verbis promiserit obseruaturum se quem-
cunque contractum fecerit, nam etsi po- 21
stea contrahendo * non iurauerit,ratus erit contractus ex priori,scilicet iuramento. Bartolus hic num.21.& sequuntur etiam Bald. & Fulgos. & latius Imol. in cap. cum contingat,de iureiur.num.140.& licet dubitauerit Accursius in hac Authent. verbo cõtractibus, & contrariam opinionem dicat communem Iason illic num.75. ex eo moti,quòd secundum ius commune alteri per alterum non quæritur obligatio. Veruntamen hæc opinio apud nos indubitato erit recipienda cum nostrati iure absenti rectè quæratur obligatio,vt in l.2.titul.16.lib.9 Recop. Cuius argumentum nos exactius explicauimus superius cap.3. Atque & hac ratione,hanc quoque sententiam amplectitur Gutier. in repet. huius Authentic. numer. 119.

Sed & parui quoque refert, vt sit locus Ampl.19
huic Authent. an iuramentum faciat minor ipse per se,vel per procuratorem, qui speciale * ad id habeat mandatum, vt in cap. 22
fin.de iuramento. calum. in 6.& in capit. primo,§. verum, de statu. regu. eodem lib. Bart. & reliqui in l.qui bona, §. qui aliena, ff.de damno imperfecto, Couar. in capit. quamuis pactum,1.part.§.5.numer.9.

Habebit etiam locum,hæc Authentic.in contractibus innominatis, in quibus etsi re Ampl.20
integra pœnitere liceat,non tamen si iuramentum * adiectum fuerit,glos. in l.si pecuniam verbo necesse, ff. de condict. ob causam,quam omnes ad vnum interpretes,ibidem sequuntur,& Ias.in §. actio num. Inst. 23
de actio.num.47. & Anton.Gabr.tit.de iureiur. conclus. 9.

Ampl.21
Amplius hæc Authentica, atque perinde iuramentum à minore præstitum obseruandum erit,tametsi minor fuerit læsus, & 24
non leuiter * dummodo læsio non excedat dimidium iusti pretij,Abb. in cap.cum cõtingat,de iureiur.num. 27. & illic Imol. & Iason in hac Authent.num.45.& probatur apud nos apertè in l.5 6 tit.quinto, part. 5. & in l. 16. titul. vndecimo,part.3 De enormi verò, vel enormissima læsione quid statuendum sit, est in limitationibus agendum.

Ampl. 22 Denique admittenda erit etiam huius Authent. definitio, quando iuramentum fuerit factum aduersus legem prohibentem
25 * alienationem, aut contractum principaliter ob fauorem priuatum ipsius iurantis, minus verò principaliter ob fauorem publicum, Bart. in l. si quis pro eo, num. 7. ff. de fideiussoribus, Abb. in dict. cap. cum contingat, numer. 22. & ibidem Imol. numer. 36. & Alciat. num. 92. qui testatur eã communem, idemque facit Couar. in capit. quamuis pactum 2. part. §. 1. nu. 5. Erit huius conclusionis exemplum in muliere alienante rem dotalem: nam confirmabitur contractus iuramento, vt definitum extat in cap. cum contingat, de iureiurand. & in cap. licet mulieres, eodem titul. in 6. idem in filia, quæ dote accepta renuntiat hæreditati paternæ adiecto iureiurando, vt in capit. quamuis pactum, de pactis in 6.

Erit etiam exemplum in donatione facta inter virum & vxorem, nã etsi sit lege prohibita confirmabitur iuramento, secundum Bartolum in dict. l. si quis pro eo, in fine, ff. fideissor. testatur communem Abb. cons. 95. volum. 2. & in cap. fin. de donat. inter. & testatur quoque communem Couar. in rubric. de testam. 2. par. num. 10. & Tellus in l. 17. Tauri, num. 91. & magis communem testatur, etiam Iason. in l. pacta, quæ contra num. 5. C. de pactis, & Bertrandus cons. 215. & alij plures, quos refert Dueñas regula 219. ampliatione secunda, & Gutier. in repetit. l. nemo potest, numero 340.

His quoque consequens est dicere transactionem, super alimentis iuramento firmatam valere, sicuti latius tradunt, Iaso. & reliqui in l. de alimentis, C. de transact. & in his nostras Padilla.

Ex eadem quoque ratione donatio, quæ quingentos solidos excedat * etsi non fue-
26 rit insinuata confirmabitur iuramento, secundum Abbatem in dict. cap. cum contingat, num. 17. & ibidem, Imola num. 90. & Alexan. cons. 4. vol. 1. & sequitur alios plures referens Anton. Corset. de iureiurand. quæst. 8. num. 51. & hanc dicit communem Iason. cons. 51. vol. 1. & magis communem Curtius Iunior cons. 34. num. 1. & sequuntur plures, quos refert Tiraquel. in l. si vnquam in præfatione, num. 143. & Gregor. Lopez in l. 4. tit. vndecimo. part. 4. & alij plures apud Dueñam Regul. 224. fallent. 6 & licet ipse referat alios plures, qui contrariam amplectuntur sententiam, & dicat communem: verum ex superiori ratione, hæc opinio verior mihi videtur, cum lex insinuationem principaliter postulet ob fauorem priuatum: minus verò principalis ob fauorem publicum, quo casu valere iuramentum omnes ad vnum concedunt interpretes, vt superius ostendimus, & ita eam veriorem & magis communem testatur Viuius libro quarto, commun. opinion. verbo donatio. & Iosephus Ludouic. decis. 66. numero 6. & Anton. Gabriel. in volum. commun. opinio. lib. 3. titul. de donatio. concl. 1.

His quoque consequens est dicere fideiussorem acceptum aduersus titulum, ne fi- *Ampl.* 23
deiussores dotium dentur iuramento accedente, omnino obligari, secundum Abbatem in capit. cum contingat, numer. 32. & ibidem Imola membro vltimo, & Campegius de dote, tertia part. quæstione 174. testatur * communem Palac. Rub. in repetitione capitul. per vestras, notabil. quin- 27
to, numer. decimo, & Couarru. in capite quamuis pactum, secunda parte, § secundo, in fine. Superioribus etenim speciebus, cum leges non principaliter publicum respiciant fauorem, sed priuatum potius, seruãdum est omnino iuramentum, nam sicuti sacra, Pontificiaque definiunt decreta *seruanda sunt omnino iuramenta sine vi, & dolo sponte præstita quæ in alterius præiudicium non redundent, neque obseruata vergant indispendium salutis æternæ*, quę verba sunt capit. cũ contingat, de iureiurando, & capit. quamuis pactum de pactis.

Illud postremo nemo est, qui ignoret minorem alium circũuenientem affirmando se esse maiorem, etiam non adiecto iuramento in integrum restitutionis perdere beneficium, l. secunda, & tertia, C. si minor se maiorem dixerit, l. sexta, titul. final. partit. 6.

Limitationes, seu exceptiones ad Authent. Sacramenta puberum.

SED Quoniam de ampliationibus diximus, par est, vt de exceptionibus, seu limitationibus dicamus, quamquam enim Authent. hæc propter iusiurandi religionẽ fauore digna sit, vt principio diximus: cæterum, quia non desunt vtilitigatores, qui legis momenta, & aliena bona captantes soleant

ſoleant multoties minores adoriri, in illoſque technas intendere, quas iuriſiurandi religione contueri curant, atque proinde fit, vt multorum animæ (quod omen Dominus auertat) in auerni profunda præcipitẽ tur, ſicuti illic Cinus, ac reliqui memorant, danda eſt opera, vt quantum iuſque, ratioq; patiatur iſtius authenticæ deciſionem reſtringamus.

Limit. 1. Primum igitur, hæc Authentica intelligenda eſt habere locum, quando contractus eſt nullus cauſa minoris ætatis, nam cũ iuramentum faciat, vt minor pro maiore habeatur, euenit, vt agere non poſsit minor 28 * remedijs, aliàs minoribus competentibus. Cæterùm ſi contractus alia de cauſa, quàm minoris ætatis eſſet infirmus, itaque à maiore etiam factus, non valeret tum iure ſuo agere etiam adiuratus, non prohibetur minor, neque obſtarit illi iuramentum, excepto eo, ſi adiectum fuerit à minore non contradicturumſe, neque propter minorem ætatem, nec alia quacunque de cauſa: hæc ita belliſsimè tradit Bartol. in dict. Authentica, num. 46. & ſequitur Iaſon num. 46. & teſtatur communem Curtius num. 167. & Gutier. num. 31. & Tellus Fernan. in l. 17 Tauri, num. 110. Fingere autem licet exem 29 plum in venditione facta * à minore, in qua vltra dimidium iuſti pretij læſus ſit, nam agere nihilominus poterit, ex remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. neque obſtauerit iuramentum, niſi modo iurauerit non reclamaturum ſe neque propter minorem ætatem, nec alia de cauſa, huius ſententiæ auctor eſt Accurſius in dict. leg. ſecunda, C. de reſcindenda venditione, in gloſ. magna, eſt etiam gloſſa final. in cap. cum cauſa de emptione & venditione, & ſequitur illic Abb. num. 11. & teſtatur communem Barbatius ibidem, col. 7. & Imol. in cap. cum contingat, col. 56. & ſequũtur quàm plures, quos refert Decius conſil. 403. & Aimon conſ. 114. & teſtatur item communem Couar. in cap. quamuis pactum, 3. part. §. quarto, num. 6. & Pinel. in l. 2. C. de reſcindenda vend. 3. part. cap. 1. num. 9. & ibidem Dominus Padil. num. 34. & quamuis non deſint, qui reclament, hæc tamen opinio indubitato ſequenda eſt, cum ea apertè probetur noſtrati Regio iure in l. 16. titul. 11. & l. 59. titul. 18. part. 3. & in l. 56. tit. 1. part. 5. Quamobrem ſuperiores auctores monẽt omnes cum minoribus contrahentes, vt ſi ſibi cauere velint, faciant, vt renuntiationis verba latè pateãt. Ego verò è contrario pro mea in illos charitate etiam, atque etiam moneo, exhortorque, vt potius animabus ſuis conſulere, cauereque curent, nec velint vllo, aut modo, aut pacto minores circunſcribere illoſvè ineſcare ſcientes, nihil prodeſſe homini ſi totum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur, vt veriſimè iuxtaque cõſultiſsimè, idem præceptor, idemque redemptor noſter nos monet apud Marcum capit. 8. Memineritiſque, quod ſcriptum reliquit Accurſius in §. Surdus. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtament. qui ſecus faciunt aduocati ſua eos morte non defungi, ſed ſæpè ſæpius elingues è vita decedere: vt autem renuntiatio latiſsimè pateat, nunquam tamẽ tantum valere debet, vt enormiſsimæ læſioni renutiatum eſſe videatur ſecundum Abb. in dict. capit. cum cauſa, numer. 11. & in cap. cum contingat, numer. 23. & Iaſon. in hac eadem Authent. & Gutierrius numero 92. & Couarruuias libro ſecundo, variar. capit. 4. & latius à nobis paulo poſt dicendum eſt.

Deinde neque illi Authenticæ locus *Limit.* 2. erit ſi iuramentum aduerſus bonos mores factum ſit, vt enim eſt iuris regula conſtitutum, in tit. de regul. iuris in 6. *Non eſt obligatorium contra bonos * mores præſtitum iuramentum.* Quam præter claſsicos ibidem explicat Bart. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. num. 6. & Abb. num. 5. & Imol. 33. in cap. cum contingat, de iureiurand. & Couar. in cap. quamuis pactum, initio, 3. part. num. 1. Proinde verius videtur mutuum à filio familias contractum non confirmari iuramẽto, vt placuit Abb. in d. c. cum contingat, n. 22. & teſtatur communem eſſe opinionem Minchac. de ſucceſ. crea. §. 28. num. 44. & Canar. de executione inſtru. q. 17. licet cõtrarium velit Couar. loco modo citato & Anton. Gom. in comment. tit. de mutuo.* * Et Gutier. de confirm. iur. 1. par. cap. 43. quamquam diſtinctione vtitur, * nam ad- 31 uerſus bonos mores huiuſmodi eſſe iuramẽtum, quippè, quod in parentum necẽ protendat negari non poteſt. Ex quo dicendũ eſt, ſi quis iurauit nunquam ſe pro quopiã fideiuſſurum eſſe, ſi poſtea iurato intercedat valere * fideiuſsionẽ ſicuti placuit Sel- 32 uæ de iureiur. 3 part. fallentia 9. quoniam aduerſus bonos mores tale eſt iuramentum iuxta ea, quæ tradit Panorm. in cap. ſi verò, de iureiurando, & Silueſt. verb. iuramentũ 4. num. 29. Parua hæc ſunt adeò contra bonos mores præſtitum iuramentum non valet, vt ſi ex obſeruatione * iuramenti ve- 33 niale tantum peccatum, nedum mortale

inducatur non sit seruandum iuramentum, glos. in cap. si aliquid 22. quæst. 4. Archid. & reliqui classici in cap. quamuis pactum de pact. in 6. Selua de iureiur. 3. part. limit. 4. Iason. §. si quis in fraudem, num. 72. In st. de actionib.

Limit. 3. Limitãda est præterea Authen. illa quãdo iuramentum tenderet in damnum publi
34 cum, aut fieret aduersus legem, quæ * principaliter ob fauorem publicum contractum prohiberet, l. 2. & l. quemadmodum, de agri col. & cen sibus, lib. 11. cap. si diligenti, de foro compet. Bart. in l. si quis pro eo, num. 7. ff. de fideiusso. Couar. in cap. quamuis pactum, 2. part. §. 1.

Limit. 4. Sed neq; vindicauerit sibi locum illa Authent. quando minor iurasset prius facturũ
35 se numquam talem * contractum, si credimus glossæ in cap. licet mulieres, de iureiuran. in 6. quam illic sequũtur Archid. Francus, & reliqui scriptores, & testatur communem Imol. in dict. cap. cum contingat, numer. 8. & Alciat. ibidem, num. 43. & sequitur Palac. rubr. in repet. rubric. de donat. §. 45. num. 6. & explicat accurate Anton. Gabr. in volum. communium, titul. de iureiur. conc. 1. lib. 2. & Couar. in cap. quamuis pactum 2. par. §. 2.

Limit. 5. Intelligendum est quoque Authenticam illam habere locum in iuramento promissorio, non verò in iuramento declaratorio,
36 vt ecce minor reus * factus confitetur delictum: nam verum si læsus fuit, quia delicti testes non erant, restitui in integrum poterit, Angelus de Perusio in l. certum, §. in pupillo, ff. de confessis, testatur communem opinionem Anton. Gom. de delictis, cap. 1. num. 66. & Didac. Perez in l. 1. titul. 3. lib. 3. ordin. & Guter. in hac eadem Authent. numer. 131 Proinde audiendus minimè est Padilla, qui contrarium scriptum reliquit in l. error, numero 29. C. de iuris, & facti igno.

Limit. 6. Sed neque dicemus huius Authenticæ
37 decisionem comprehendere Ecclesiam * si credimus glos. in cap. 1. verbo, contractum, de in integr. restit. in 6. quam sequitur Baldus in l. generaliter in principio, ff. de reb. credi. inquiens nullo omnino iuramẽto fieri posse, vt Ecclesia non habeatur loco minoris, sequitur etiam alios referens Iason. in dicta Authent. num. 64. & Bernard. Diaz reg. 21. Fallencia 4. & Gregor. in l. 6. tit. 19. part. 6. verb. *mayor*, testatur communem Guterrius in præsenti, num. 140. & verè communis est, nemo enim ab ea dissentit, nisi vnus Curtius Iunior in hac authent. numer. 182. cui suffragatur oppido in ciuitate contrarium communiter receptum esse, sicuti diximus in principio ampliatione 12. Neque aliquam satis idoneam differentiæ rationem inter Ecclesiam, & ciuitatem (si quid iudico) reperire licebit: proinde sicut in ciuitate, ita & in Ecclesia distinguendum putò, vt si quidem nullum detrimentum ex contractu sentiat Ecclesia, valeat contractus iureiurãdo firmatus, quamuis in illo solemnia necessaria defuerint: sin autem ex contractu in Ecclesiam, aut rempublicam detrimenti aliquid emanet, teneri eos, qui Ecclesiæ, aut Reipublicæ nomine contraxerunt: Ecclesiam verò ipsam, aut rempublicam nõ teneri, iuxta singularem Iurisconsulti distinctionem in l. ciuitas, ff. si certum petat. quã generaliter, & in alijs quoque corporibus, siue collegijs locum habere tradit illic Accursius, & consentit Bartol. numer. 11. & reliqui deinceps ab eo interpretes. Quibus quidem conueniens est dicere non teneri Ecclesiam ciuitatem, aut minorem, si non probetur pecuniam, quam accipere debebant, in illorum vsus versam fuisse, sicuti tradit Bartol. in dict. l. ciuitas, ad finem, Innocen. Abb. & Imol. in cap. 1. de deposito, & explicat sedulo Couar. lib. 2. variar. resolut. capit. 17. num. 3.

Sed neque huic Authenticæ locum dabimus in contractu simulato, nam etsi iureiurando vallatus fuerit * nihilo magis valebit, 38 glos. in l. 3. C. plus valere, quod agitur, Iason. in dict. Authent. num. 63. testatur communem opinionem, plures referens Minchac. de succes. creatio. §. 9. num. 18. & alij relati à Guterrio in l. nemo potest, num. 383. & à Mexia ad Toletanam legem 7. par. secundo fundamento, num. 18. Non desunt tamẽ, qui repugnent, in quibus Anton. in dict. capit. cum contingat, & Imol. in dict. l. nemo potest, col. 3. & Alexand. cons. 20. & 33. & 36. vol. 3. Anton. Baber. de virtute iuram. num. 116. A flict. decis. 60. & alij relati à Socino cons. 82. lib. 3 & ab Antonio de Padil. in l. cum ea quæ C de transact. num. 6. quibus mirifiocè suffragatur, text. in cap. maiores, §. item de baptismo. Proinde mihi in tãta autorum dissensione sequenda magis videtur distinctio Abbatis in dicto capit. cum contingat, num. 18. quam illic sequitur Alciat. num. 72. & Sylvest. in summa verb. iurament. 4. num. 17. Quæ quoniam longior est, per te perspicere poteris. *Limit. 7.*

Cessabit etiam huius Authenticæ definitio in testamentis, & vltimis voluntatibus: quæ quidem etsi iureiurando confirmata *Limit. 8.*

* fue-

39 * fuerint, nihilominus eam prolibito ad vltimam, vsque libitinã reuocare licebit, gloſſa, in cap. vltima voluntas 13. quæſt. 1. quam ſequuntur Bartol. in l. ſi quis, in principio, ff. de leg. 3. Ioan. Andr. in regul. quod ſemel, de regul. iur. in mercurialibus, Iaſon. in l. diebus, §. fin. ff. de iureiur. Mainer. in l. nemo poteſt, ff. de regul. iur. num. 93. & licet contrarium velit Specul. & alij non pauci, hanc veriorem, magiſque communem teſtatur eſſe opinionem Alcia. in cap. cum cõtingat, num. 77. de iureiur. & Couar. probat in rubric. de teſtam. 2. part. numer. 9. Quod procedit ſanè etiam ſi iuramentum factum ſit circa ſpeciale legatum cum clauſula de non reuocando ſecundum Bald. in l. ſancimus in fine, C. de teſtament. & teſtatur communem Claudius in l. ſtipulatio, hoc modo concepta, num. 5. ff. de verbor. oblig. licet Tellus in l. 17. Tauri, num. 94. contrariam ſententiam in particularibus legatis magis * communem affirmet. * Teſtamentum enim nullis quantumcunque inexcogitatis clauſulis firmari ita poteſt, vt reuocari nihilominus valeat, ſicuti vt alia omittam probat apud nos, l. 25. titul. 1. part. 6. Nam etſi adijciatur clauſula illa: *Quod ſi reuocauero, ſtatim facio ei donationem omnium bonorum meorum*: nihilo magis proderit, vt perhibet communem eſſe auctorum opinionem Iaſ. in l. ſtipulat. hoc modo concepta, num. 7. ff. de verb. obligat. & Tellus in l. 3. Tauri 2. part. num. 12. Eodemque ſpectant, quæ tradit Gutier. de iuram. confirm. cap. 5. nu. 13. & pereruditus Spino in ſplendidiſſimo illo ſpeculo teſtamentorum, gloſ. 30.

Limit. 9. Idem iuris erit ergo, & in donatione cauſa mortis facta, nam etſi iureiurãdo cõfirmata fuerit reuocari poterit, excepto eo, ſi do-
40 nator adiecerit numquam ſe illam * reuocaturum: quoniam tum tranſit in donationem inter viuos ſicuti effuſius ediſſerit Couar. in rubric. de teſtamentis. 2. part. concluſ. 4. & 5.

Limit. 10. Temperanda eſt rurſus huius Authenticæ definitio, vt locum minimè ſortiatur in
14 iuramento, quod in tertij præiudicium * directò ſpectet: huiuſcemodi enim ſacramenta, nec ciuilia, neque Pontificia iura probant, præſertim, text. in cap. cum contingat de iureiurando, *Mulieres*, inquit, *ipſæ ſeruare debent huiuſmodi ſacramẽta ſine vi, & dolo præſtita, cum in alterius præiudicium non redundent, nec obſeruata vergant in diſpendium ſalutis æternæ*. Ergo quæ in alterius præiudicium tendunt iuramenta ſeruanda non eſſe manifeſtò ſummus oſtendit Pontifex, atque ita illic annotant Ioan. Andreas, Abbas, & reliqui.

Ex quo dicendum eſt, filio familias bona *Limit.* 11
materna, in quibus pater habet vſumfructũ diſtrahente non valere alienationem, etſi iuſiurandum illi acceſſerit, cũ id in patris fiat * præiudicium, ſicuti placuit Bald. in l. fin. 42
§. filius autem, C. de bonis, quæ liber, Angelo, Paulo, & Salicet. id eodem loci compro bantibus, & Iaſone in hac eadem Authent. num. 47. & teſtatur communem eſſe opinionem, Curtius Iunior conſ. 152. vol. 2. & noſtras Oroſc. in l. heredi, §. filia familias ff. de pactis, num. 5.

Infertur deinde longe à verò abhorrere *Limit.* 12.
Palac. Rub. opinionem in repet. rubric. de donatio. §. 68. ad finem, ſcribentis contractus iuratos * ab vxore marito non auctore 43
validos eſſe. Nam cum huiuſmodi iuſiurandum in mariti fiat præiudicium, nullo modo contractum confirmare poteſt, ſicuti placuit Couar. in 4. ſecunda part. cap. 7. §. 1. num. 3. & Caſtil. in l. 55. Tauri, numer. 36. Minchac. de ſucceſs. creat. §. 26. num. 42. & controuerſ. cap. 104. num. 3. Auend. in capit. correct. 2. part. cap. 27. num. 15. Anton. Gom. in l. 55. Taur. num. 8. Didac. Perez in l. 1. titul. 8. lib. 3. ordin. Mexiæ ad legẽ Toletanam 7. par. fundament. 2. Itaque aduerſus Palacium Rubium cõmunis noſtrorum congruit ſententia, ſed quid mirum cũ ipſe ſibi ſatis non conſentiat, qui paulò poſt contrariæ ſubſcripſit ſententiæ in l. 55. Tauri, num. 18.

Eadem quoque ratione explodenda erit *Limit.* 13
eiuſdem Palat. Rub. opinio in dict. repet. rubric. §. 24. in fine, dicentis: donationem propter nuptias (*quas arras vulgo vocamus*) factam cum iuramento vltra * decimam bo 44
norum partem validam eſſe, quãuis ſequatur eum Anton. Gom. in l. 69. Tauri num. 4. Nam cum huiuſmodi iuramentum in filiorum tendat præiudicium, virẽs non debet habere, & ita placuit Montaluo in l. 1. tit. *de las arras*, lib. 3. Fori, & illic Suarez quæſt. 3. & Couar. in cap. quamuis pactum 2. part. §. ſecundo, num. 8. Villalob. in ærario, littera A. num. 251. Boer. de non meliorandis filiabus, cap. 29. num. 6. & 12. vbi adijcit cõmunem ſcriptorum ſententiam Palatio Rubio repugnare.

His item conſequens eſt, dicere melio- *Limit.* 14
rationem cauſa dotis à patre filiæ factam, iureiurando non ſtabiliri, vti ipſe Boerius doctiſſimè docet in dicto tractat. de non meliorandis filiabus, cap. 29.

Ex his quoque decidi poteſt quæſtio illa *Limit.* 15
in

in qua Doctores non mediocriter concertãt,
45 an donatio omnium bonorũ * præsentium, tantum iuramento confirmetur: nam præsentium, & futurorum, hoc est pactum de succedendo, quippè quæ sit aduersus bonos mores, iuramento non confirmari iam dudum obtinuit, sicuti reliquis consentientibus tradit Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig. & apparet ex Dueñ. regul. 319. ampliatione 2. Verum donationem omnium bonorum præsentium, tantum iuramento confirmari prodidere Couar. in rubr. de testam. 2. part. num. 5. & Anton. Gomez in l. 69. Tauri, num. 4. Diuersum verò sentiunt Palat. Rub. & Castel. in dict. l. 69. Tauri. Ego sanè superiorem regulam secutus, sic mecum statuo. Si quidem donator liberos nõ habeat, donationem iureiurando confirmari:
46 sin autem liberos habeat, non confirmari iuramento, cum in manifestum * liberorum præiudicium donatio tendat, quæ ratio facit, vt existimem non absurdè dici in donatione extraneo facta, quæ quintam bonorum partem excedat, idem quoque posse defendi, id est, iuramento non confirmari cum sit inofficiosa, & aduersus titulum, C. de inofficiosis donatio.

Limit. 16 Superioribus quoque consequens est dicere, donationem etiam iureiurando firmatam, postea susceptis liberis reuocari, sicuti placuit Bart. in l. Titia, §. Imperator, ff. de leg. 2. & Bernard. Diaz de Luco Regul. 213. ampliatione 2. & (vt vno veluti fasce plures complectar) sequuntur
47 * quam plures relati à Tiraquel. in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. in princip. num. 168. & à Molin. de primog. lib. 2. cap. 2. num. 35.

Limit. 17 Ad hæc nullo etiam modo huius authenticæ definitionem admittemus in iuramento,
48 quod vi, dolo, aut metu * factum sit text. in cap. cum contingat, de iureiur. & in cap. quãuis pactum de pactis in 6. & in cap. licet mulieres de iureiur. eodem libro. Hoc autem, an ita accipiemus, vt contractus nullus sit, iuramentumque vires habeat nullas, an ita vt teneat quidem contractus, sed detur exceptio obtenta prius iurisiurandi absolutione. Quòd sanè significare videtur Romanus Pontifex in cap. si verò, & cap. verum, de iureiur. Nam & contractus metus factus etiam non iuratus tenet, licet metus causa actione rescindatur, vt glossa, & glossographi docent omnes in capit. Abbas, quod metus causa. Contractus idẽ dolo factus valet, nisi in contractibus bonæ fidei dolus causam dederit contractui, iuxta glossæ distinctionem in l. dolo, C. de inutilib. stipul. & Bart. in l. eleganter, ff. de dolo, & Iaſ in l. si quis cum aliter, ff. de verbor. & oblig. num. 2. & Doctor Padil. in l. 2. C. de rescind. num. 3. In hac tamen re bellissimè mihi visus est sensisse Panormit. in dict. cap. cum contingat, num. 3. & 21. qui ita distinguit. Aut iuramentum dolo, aut metu præstitum accedit contractui iure permisso, & tunc tenet contractus, estque necessaria iurisiurandi absolutio: aut iuramentum accessit contractui iure improbato, & eo casu sicuti contractus non tenet, ita nec quoque iuramentum, nec est necessaria absolutio: quam distinctionem, etsi auctores, qui ante Abbatem fuerunt, non probent: reliqui verò deinceps ab eo interpretes omnes eam ibidem sequuntur, & Ioan. de Selua de iureiur. 3. part. num. 37. & idem sentire videtur glossa in dict. capit. Abbas, de his, quæ vi metusvè in fine, cum qua & reliqui quoque classici transeunt. Eo igitur casu quo contractus dolo, aut metu factus adiecto iuramento tenet petet minor (obtenta prius absolutione) in integrum restitutionẽ aduersus contractum, secundum Corneum cons. 287. volum. 4. Quod si aduersarius excipiat de iuramento, replicabit minor de dolo, sicuti docet glossa in §. item sacramenta puberum verbo, sponte, de pace tenenda, in vsibus feud.

Cum autem dolo factum iuramentum vi- *Limit.* 18
res non habeat, vt modo diximus conuenienter dicendum est enormissima interueniente læsione iuramentum vires non habere, cum nihil interest, an dolus * interueniat ex pro- 49
posito, an reipsa, l. si quis cum aliter, ff. de verb. obligat. l. si superstite, C. de dolo, l. omnes, §. Lucius, ff. de his, quæ in fraudem credit. Huius sententiæ auctor est Petrus de Anchar. in repetit. cap. canonum statuta, quæst. 11. principali, & latius consil. 180. & 338. & illius opinionem amplectitur Abb. num. 23. & Anton. num. 13. in dict. cap. cum contingat. & Corneus consil. 11. & 258. & hanc testatur communem opinionem Iaſ. consil. 133 num, 8. volum. 4. & Decius in capit in præsentia de probat. num. 36. & cons. 45. & consil. 180. & 181. & quamuis Alexand. dicat contrariam quoque opinionem communem esse in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. num. 10. Verum hanc magis communem esse opinionem testatur Curtius Iunior cons. 53. & Ripa respon. 15. lib. 3. & Alciat. in dict. cap. cum contingat, num. 77. & Roland. à Valle consil. 59. num. 25. & Matthæus Grilland. vol. commun. opin. lib. 10. verbo, enormissima læsio, & Anton. Gabriel lib. 3 1. tit. de iure dotium, concl. 2. num. 8. & eam moribus receptam testis est Afflict. decis.

cis. 322. numer. 9. hanc quoque ex nostratibus sequuntur Couar. in cap. quamuis pactum 3. part. § 4. concl. 3. & variar. resol. libro 2. cap. 4. num. 5. Anton. Gom. de contractibus, titul. de restit. minorum, numer. 20. & Gregor. Lop. in l. 6. titul. 29. part. 6. verb. *mayor*. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 3. part. capit. 1. num. 7. & 8. & ibidem Padil. num. 43. & 44 & Gutier. in repet. huius Authent. numer. 92. Quam quidem sententiam intelligere te velim, etiam si enormissimæ læsioni renuntiatum sit à minore, maiore vè, amplius etiam si dixerit, quidquid pluris constet donare se: parum hoc, etiam si vt est in vsu adiecerit petiturũ se nunquam iurisiurandi absolutionem, & quando sibi concedatur. tum denuo alterũ se iusiurandum repetere: hæc enim quoniã magis ex notariorum consuetudine, quàm ex partium voluntate adscribi solent, nullius sunt momenti, excepto eo, si manifestis coniecturis appareat contrahentem donationem facere voluisse. Hæc bellissimè docet Panorm. in cap. cum contingat, numer. 23. & illic Alciat. num. 77. & Philippus Corn. cons. 258. vol. 4. nu. 13. & cons. 189. vol. 3. num. 12. Felin. in cap. debitores, num. 9. de iureiur. Padil. in l. 2. nu. 43. C. de rescind. vendit. Couar. lib. 2. variar. cap. 4. Dom. Franc. Sarm selectarum interpreta. lib. 1. cap. 11. numer. 4. & Gutier in hac eadem Authent. num. 97. Plus inferam etiam si à Principe confirmatus fuerit contractus adhuc non est intelligendum remedium rescissorum, quod ex enormissima læsione competit tollere voluisse, sicuti respondit Bellamera decis. 502. & Thomas Gram. decis. 66. num. 50. Enormissimam
50 verò læsionem quemadmodum * accipiemus, tractant hoc superiores auctores, atq; præcipuè Hieronymus Vereus in capit. in præsentia, de probationibus, col. 5. & 16. & Grassus cons. 88. vol. 1. & Guid. Papæ decis. 519. & nostras Ioannes Garcia vir in primis eruditus, ac fisci meritissimus procurator in tract. de expensis, cap. 18. numer. 33. Illud tamen intet eos magis con-
51 uenire videtur, vt enormis læsio dicatur, * quæ parum iusti pretij dimidium excedit, enormissima verò sit, quæ longè dimidiũ iusti pretij excedat. Cæterum quantus is excessus debeat esse ipsi speciatim non definiunt, sed iudicis arbitrio relinquendum esse putant Bald. in l. si in emptione, ff. de minori. Alexand. consil. 97. volum. 4. Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. num. 18. testatur communem opin. Couar. lib. 1. variar. cap. 3. num. 11. quan quam si læsio excedat triplum, vel quadruplum vltra dimidium iusti pretij indubitato tenendum est enormissimam esse læsionem, sicuti scribit Grassus dict. cons. 88. volum. 1. * Quinimo satis esse si duplum excedat, aut triplum testatur communem Capicius decis. 159. numer. 24.

Explicatio legum Regiarum, quibus prohibetur, ne iuramentum contractibus adijciatur.

AD Extremũ vt veniamus ad leges Regias, qua de causa hunc laborem capessimus, magnopere illius Authenticæ definitionem restringit, atque tantum non labefactare videtur * lex Regia. numer. 11. 52
titul. 1. lib 4. Recopil. qua etiam ad effectus pœnis coercentur laici, ne contractibus iuramenta subijciant, quamquam illius acerbitatem, siue rigorem temperauit lex 12. sequens excipiens nonnullos contractus, in quibus impune iuramentum adijcere licet. Ij sunt compromissum, dos arrarum, siue propter nuptias donatio, item venditio, atque alienationes perpetuæ: & denique reliqui contractus omnes qui valerent minus: si non iureiurando vallati forent. Porrò cæteris in casibus si iuramentum adijciatur, tã notarius, quàm contrahentes pœnas dabũt, nullo que modo exequendum instrumentũ erit, sicuti latiùs ipsius Regis legibus est comprehensum. Dubitari tamen subinde solet, an Regiæ illæ leges rogari iure potuerit: siquidem * iuramentum (quippè quod 53
spiritualis res sit) non tam ad Principis sæcularis, quàm ad summi Pontificis iurisdictionem attinere videtur capitulo venerabilem de electio. debentque sæculares leges in ijs, quæ ad materiam peccati pertinent sacris canonibus fasces summittere. capit. nouit de iudicijs. Et iuris quidem communis interpretes huiusce modi legum auctoritatem, tanquam rem à non habente iurisdictione rogatam, plerique eleuant seu flocifaciunt, vt est videre apud Iason. in hac eadem Authent. & alios plures relatos à Pinel. in l. 2. C. de rescindenda vendit. 2. parte, cap. 1. num. 11. Contra verò nostrates iure optimo has leges rogatas esse contendunt. Atque in primis Segura in l. 1. §. si vir num. 138. ff. de acquirenda possess. Palac. Rub. in repetit. rubric. §. 47. num. 10. & in cap. per vestras, §. vltimo, numer. 30.

Limit. 10

Auend.

Auend. in cap. correct. 2. parte, cap. 27. numer. 14. Ferdinan Loazes, in §. Diui, num. 378. Couar. in capit. quamuis pactum 1. part. §. 3. num. 8. Gregor. Lop. in l. 6. tit. 4. part. 6. verb. *por no pueſta*, Pinel. in l. 2. Codice de reſcindenda venditione, 3. part. cap. 1. numer. 11. Didac. Perez in l. 6. titut. 2. lib. 3. ordinam. & rurſus in l. 1. titul. 8. eodem libro. Mexia ad legem Tolet. 7. parte, fundamento 2. num. 23. Gutierrius in hac Authent. num. 151. Sed & hanc communem eſſe opinionem affirmat Franciſcus Viuius in volum. commu. opinion. lib. 17. verb. *Statutum*. Ego (vt dicam, quod ſentio) ita mecum reputo, quatenus leges Regiæ prohibent, ne contractibus iuramenta adijciantur, atque tranſgreſſores pœnis vlciſcuntur, iuſtiſsimè latas fuiſſe. Quid enim prohibet, vt non poſsit ſecularis Princeps aliqua de cauſa motus, iuriſque diuini (quo iura prohibemur) documenta ſecutus eiuſmodi prohibere iuramenta? Quid hic rogo eccleſiaſticæ iuriſdictioni iniuriæ facit ille? nihil quidem reputo, & ita quoque ſentiunt Ioan. de Imola, & Dominic. in capit. quamuis pactum, de pactis in 6. & Iaſon. in hac eadem Authent. col. fin. & in l. fin. ff. qui ſatiſda. cog. & Fortun. de vltim. fin. illatione 20. & idem ſentire videtur Panorm. in cap. cum contingat, num. 12. de iureiur. & Angel. de Aretio. in §. æquè. Inſtit. de exceptio. ſentiat quamuis contrarium Anton. in dict. cap. cum contingat, & Alexan. conſ. 18. vol. 6. num. 3. Porrò quatenus leges Regiæ iuramenti iam facti vires labefactant prohibentes, ne contractus executioni mandentur, hic ſubſiſto: procliuior tamen ſum eas iuri non ſat conſonas eſſe, quoniam in alienam meſſem falcem immittere videantur, atque ita eas infirmas eſſe ſcribit Bart. in l. omnes populi, quæſt. 2. n. 25. ff. de iuſtit. & iure, cui magno cõſenſu aſſentiuntur reliqui: atq; in primis Abb. in cap. cum contingat, n. 10. de iureiur. & Paulus in dict. authent. ſacramenta puberum. Roman. conſ. 12. Alexand. conſ. 59. vol. 1. & conſ. 185. vol. 2. & teſtatur communem eſſe eam opinionem idem Alexan. conſ. 18. vol. 6. & Iaſon in hac eadem Authent. num. 85. Nam quod alibi Bartol. idẽ ſcribit in l. ſi quis pro eo, num. 9. ff. de fideiuſſ. irritum eſſe iuramentum, quod factum fuerit aduerſus legem prohibitionẽ in perſonam dirigentem *truffa* eſt (vt illum ipſius verbis notem) cum non tam verba, quam rei effectum ſpectare debeamus, l. non dubium, C. de legibus, l. 2. C. communia, de

Limit. 20.

legat. Atque ita ab hac Bartlio opinione diſcrepant plerique omnes, præſertim iuris Pontificij Doctores, vt eſt videre cum alias apud alios, tum apud Couar. in dict. capit. quamuis pactum, §. 2. & Iaſon. in dict. Authent. num. 51. vbi ait communem iuris ciuilis & Pontificij interpretum opinionẽ Bartolo refragari. Et hanc quidem noſtram diſtinctionem ſentit quoque Guillelmus Benedictus in capit. Raynunt. verbo, duas habens filias, numer. 247. de teſtam. Sed hæc hactenus de illius Authent. interpretatione. Longè enim longius, quàm principio cogitabamus nos materiæ perduxit vtilitas. Quamquam antea, quàm ab ea diſcedamus è re erit, vt tractemus, an ſuperioribus limitationibus, quibus illius Authent. definitionem ceſſare diximus, audiendus ſit is, qui iurauit prius, quam obtineat iurisiuran. di abſolutionem ad effectum agendi, ſeu excipiendi; & quoniam breues eſſe ſtudemus * arridet mihi maiorẽ in modum Abbatis ſententia in dict. cap. cum contingat, de iureiur. num. 3. & 21. ita diſtinguentis. Aut iuramentum, inquit, fuit præſtitum ſuper contractibus iure non prohibitis, & omnino eſt neceſſaria iurisiurandi abſolutio, etiam ſi metus, vel dolus acceſſerit cõtractui: aut verò iuramentum fuit præſtitum ſuper contractibus iure prohibitis, vt puta in alienatione rei dotalis, & eo caſu ſi dolus, aut metus acceſſerit contractui, ſecurè poterit actor ſtare in iudicio abſque iuramenti abſolutione: atque hoc pacto reducit Panormitan. in concordiam textuum in cap. verum, & cap. ſi verò de iureiur. cum cap. cum contingat, eodem titulo, qui alioqui non mediocriter diſſidere videbantur. Hanc verò Abbatis diſtinctionem amplectitur Alciat. ibidem, num. 3. & Francus in cap. quamuis pactum de pactis in 6. col. 6. Felin. in cap. 2. de iureiur. Selua de iureiu. 3. part. num. 37. & 65. & quamquam non deſint plures, qui reclament, quos refert Couar. in 4. decretalium 2. part. cap. 3. §. quinto, num. 2. verum hęc Abbatis opinio quotidiano iudiciorum vſu (quem praxim appellamus) recepta eſt, vt idem Couar. auctor eſt loco modo citato, & rurſum lib. variarum, cap. 4. num. 7. & Molin. de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 13. Quod autem de contractu metu, aut dolo facto diximus, idem in contractu, in quo enormiſſima interuenerit læſio recipiendum eſſe ſcriptum reliquit Caſſaneus conſ. vltim. & Iaſon. conſilio 133. libro 4. Decius conſ. 379. qui teſtantur eam communem

54

eſſe

esse opinionem: refert quoque eiusdem sententiæ non paucos assertores Pinellus in repet. l. 2. C. de rescind. vend. 3. part. capit. 1. num. 8. & Gutier. in præsentiarum, num. 96. licet ipsi in contraria resideant sententia, & citent alios qui illam communem affirment. Verum hanc opinionum simultatem ipse componendam arbitror ex illa Panormitani distinctione, itaque si enormissima læsio interueniat in contractu iure prohibito, necessaria non erit absolutio iuramẽti: sin minus erit necessaria, quãdoquidem, vt paulò ante diximus inter dolum ex proposito, atque dolum reipsa idem iuris sit.

Meminisse quoque debemus ad hãc absolutionem, quæ ad effectum * agendi, vel excipiendi petitur necesse non esse, vt aduersarius citetur: quæ auctorum crebrior est sententia teste Afflict. decis. 220. num. 10. & Couar. lib. 1. variar. cap. 4 Roland. à Valle cons. 13. & 34. libro 1. & cons. 2. & 50. lib. 2. & Gutier. in præsenti, num. 109. & ita vtimur, sicuti fidem facit Ioseph. Ludou. decis. 18. num. 9. Ex hac enim absolutione minimè læditur aduersarius cum tãtum ad cautelam indulgeatur, vt possit, scilicet pars absque periurij metu iure suo experiri, cæterum suo marte causa debet decurrere, aduersario iure suo integro remanente. Proinde si apud iudicem Ecclesiasticum principaliter de iuramenti viribus, hoc est, de contractus rescisione ageretur, ibi citandus esset aduersarius, sicuti rectissimè animaduertit Alciat. in cap. cum contingat, num. 124. de iureiur. & Couar. lib. 1. variar cap. 4. num. 5. & hoc quidem casu intelligenda sunt, quæ affert Minchac. contr. lib. 1. cap. 2. numer. 17. & Orosc. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, num. 60. ff. de officio Proconsulis, & item Didac. Perez in l. 1. titul. 2. lib. 3. ordin. Sed neque illud erit obliuiscendum si in contractu (vt hodie fieri assolet) iurauerit contrahens non petiturum se absolutionem iuramenti, oportere, huius quoque alterius iuramenti petatur * absolutio, sicuti admonet Afflict. decis. 30. num. 5. sed & illud quoque cauendum est, vt absolutio petatur, priusquam in periurium debitor incurrat, alioqui nulla erit absolutio, sicuti placuit Ioan. Andr. in cap. debitores de iureiur. & Abb. in cap. 1. eodem tit. num. 13. vbi bene declarat, & Alexan. cons. 17. vol. 7. & Albert. Brun. cons. 46. & Felin. dict. cap. 1. num. 28. Atque his quàm breuissimè explanata videtur materia illius Authent. *Sacramenta puberum*, quæ secundum Paulum de Castro, ibidem est profunda multum, atque prolixa. Nos verò, vt videmur non minus planissimam, quàm breuissimam effecimus.

55

56

SVMMARIVM.

Possessio non transfertur in hæredem, nisi apprehensa possessione bonorum hæreditariorum, num. 1.

Cum bona sunt vacantia suapte auctoritate potest hæres bonorum hæreditariorum apprehendere possessionem, num. 2.

Quis legitimus sit contradictor ad impediendam hæreditatis immissionem, num. 3.

Quicunque legitimam allegauerit causã ad impediendam immissionem, illamque in continenti paratus sit probare, audiendus est, numer. 4.

Legitimus dicetur contradictor, is, qui testatoris mortis tempore legitimè possidebat, numero 5.

In specie legis Sorianæ non est admittenda dominij exceptio, num. 6.

In remedio adipiscendæ possessionis locum habet exceptio dominij si in continenti probetur, numer. 7.

Remedium competens successori in maioratu ex Taurina lege datur contra titulum possidentem, num. 8.

Exceptio dominij, quæ constet, aut re iudicata, aut confessione partis, seu guarentigio instrumento admittenda est aduersus immissionem petentem, num. 9.

Legitimus est contradictor, qui habet titulum potiorem, quàm hæredis, quique immissionem itidem mereatur, num. 10.

Filius exhæredatus legitimus est contradictor hærede instituto veras exhæredationis causas esse non probante, num. 11.

L. 2. C. de edict. Diui Adria. explanatur, numer. 12.

Mulier pro dote, an legitimus sit contradictor, num. 13.

Mulier quæstibus, quæ constante acquisita sunt matrimonio, an legitimus sit contradictor, num. 13.

Dominum necnon possessio lucrorum constante matrimonio acquisitorum mortuo marito statim pro patre transeunt in vxorem, numero 14.

Verbum, sum, es, fui, dominium significat, numer 15.

Successor in maioratu legitimus est contradictor, num. 16.

Possessio, quæ ex lege Taurina 45. transfertur

in maioratus successorem vera non ficta est possessio, num. 17.

Lex Taurina habet locum etiam in bonis fideicommisso vinculatis, num. 18.

Quando vltimus possessor habebat bona, tamquã bona maioratus vocatus ad primogenium est legitimus contradictor, & si non constet de titulo maioratus, num. 19.

Intellectus, §. inter filiam, si de feudo fuerit controuers. num. 20.

Si qua oppida fuerint possessa ab vltimo maioratus decessore titulo Ducatus, aut Comitatus, etsi non appareat esse bona maioratus primogenitus debet hæredi præferri in adipiscenda possessione, num. 21.

Titulus Ducatus, Comitatus, similiumque dominationum à solo concedi Rege potest, nu. 22

Eo ipso quod bona possidentur titulo Ducatus, & similium dominationum censentur esse bona maioratus, num. 23.

Exceptio collationis hanc non impedit immissionem, num. 24.

In iudicijs summarijs non admittuntur exceptiones longiorem requirentes indaginem, numer. 25.

Allegans impensas factas in rehæreditaria, an legitimus sit contradictor, num. 26.

L. 3. tit. 15. lib. 4. Recopil. explanatur, numer. 27.

Remedium possessorium legis finalis, C. de edict. Diui Adrian. tol. & legis Sorianæ, anno non excluditur, numer. 28.

Condictio ex lege personalis est actio, nu. 29

Cum hæredes super apprehendenda possessione tumultuantur, quid ius dicens agere debeat, num. 30.

In his remedijs possessorijs appellatio non habet effectum suspensiuum, num. 31.

Hæredibus in possessionem missis dissentientibus, quid iudex agere debeat, num. 32.

De adipiscenda hæreditatis possessione ad intelligentiam, l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. atque legis Regiæ Sorianæ, quæ est hodie, l. 3. tit. 13. lib. 4. Recopil. & potissimum tractatur, quis sit legitimus contradictor, qui illarum legum possit impedire remedium.

CAP. V.

VM hæredes facti fuerunt (Iurisconsultus inquit) *adita hæreditate, omnia quidem ista ad nos transeunt: possessio autem nisi naturaliter comprehensa sit ad nos non pertinet*, l. cum hæredes, de acqui. poss. ad apprehendendum autem * 1
hanc possessionem, cum bona vacantia sunt & à nemine possidentur, non iudicis auctoritate opus habet hæres, sed suo potest iure vti, secundum Bald. in l. fin. C. de edict. Diui Adria. tol. col. 1. & Iason. in l. non dubium, C. de legatis. Cæterùm, quãdo ab alio occupata sunt bona, & iudex est adeundus, non pauca ad eam rem sunt iure interdicta, seu remedia introducta, duo tamen in primis sunt, quibus præcipuè hæredibus prospicitur: alterum est iuris communis, alterum est iuris communis, alterum nostratis iuris, illud est, l. fin. C. de edict. Diui Andr. hoc l. 3. tit. 13. li. 4. Recopil. quæ ex opido Soria, vbi rogata est cognomen accepit, Sorianaque vulgò appellatur. Harum verò legum vsus cum foro frequentissimus sit ad nostrum rerum quotidianarum institutum pertinere putaui. Differt autem remedium hoc Sorianæ legis ab illo legis finalis, quoniam * remedium hoc datur omnibus suc- 2
cessoribus, siue ij cõsanguinei fuerint, necne: cæterum Sorianum remedium solum datur liberis, aut consanguineis. Rursum illud datur tantum ex testamento: hoc Sorianum datur tam ex testamento, quam ab intestato. Illud quoque noue, atque nunc primum Soriana lex illa introduxit, quod inuasores hæreditariarum rerũ, quarum liberi, aut consanguinei hæredes fuerint dãt easdem pœnas, quæ anterioribus legibus in violentos alienarum rerum inuasores statutæ sunt, scilicet, in l. si quis in tantam, & similib. cum interim lex illa finalis, nihil de ea re sanciat. Præter has igitur differentias cæteris in casibus, hæc duo remedia mutuò inter se conueniunt, sibique inuicem respõdent: proinde, quæ ad interpretationem illius legis finalis ibidem effusse à Doctoribus traduntur, ad hanc quoque Regiam pertinere dicendum est, siquidem lex noua loquens in casu, de quo lex vetus ampliatur, & limitatur secundum regulas, & exceptiones legis antiquæ, gloss. Bart. & Iason. in l. sciendum, ff. qui satisd. cog. idem Bart. in Authent. sacramenta puberum, num. 8 C. si aduers. vendit. Bald. in rubr. de caus.

possess.

posſeſ.& prop.ad finem.Alexan.conſ 171 vol.7. Ergo ſuperuacuum fuerit ſi velim ip se ex pro eſſo legum iſtarum interpretationem aggredi: quandoquidem ſit ea lex finalis à tot doctiſsimis viris tam priſcis, quã neotericis, tam plenè elucidata, atque expoſita. Nam præter veteres ſcriptores no-
3 uiſsimè in illius interpretationes ſtrenuè incubuere Sebabia, Sapia Zuchardus in peculiaribus illarum legum repititionibus, & aliàs alij multi multa in illius intelligentiã attulere, præſertim Angel. in §. quadrupli. Inſtit. de actio.& noſtras Anton.Gom. in l.45. Tauri, num. 134. & inter omnes copioſius illis proſecutus eſt nuper interpretationem Menoch.de adipiſcenda poſſ. remed. 4.vbi ergo tot viri doctiſsimi nauarunt operam noſtra fruſtra erit. Iamque extimeſcendum eſt, ne iuxta vetus prouerbiũ crãbebis cocta mors ſit. Illud tamen in quo ex omnium ſententia totus illius legis intellectus pendet, tangere non omittã. Quiſnam ſit legitimus contradictor ad im-
4 pediendam * immiſsionem lege illa finali hæredi conceſſam. In quo quidem interpretes ipſos tam veteres, quam recentiores adeò diſcordes palanteſque video, atque in eum locum illorum diſſenſiones, res adducta eſt, vt vix, aut certè ægrè elicere poſsis ex illis, quid potiſsimum ſequaris. Fuere autem huius diſſenſionis Principes, atque auctores Alder. & Azo. Aldericus enim legitimum contradictorem putabat, eũ qui haberet titulum ſimilem titulo petẽtis, aut qui haberet poſſeſsionem tempore quo defunctus moreretur. Contra verò putabat Azo, legitimum contradictorem eſſe quiſquis haberet titulum in vita defuncti, etſi non haberet poſſeſsionem tempore quo decederet. Hoc inter Aldericum & Azonẽ diſsidium memorant, gloſ. in dict. lege fin. verbo legitimo, & reliqui omnes deinceps ab ea interpretes: quamquam & ipſi vario modo illorum ſententiarum referant, atq; alij aliter. Alderici verò opinionem veriorem affirmet Accurſius inibi, & eam quoq; ex veteribus complectitur Iacobus Butrig. vt refert Bart. reliqui verò auctores neutras potiſsimum partes ſequuntur, ſed illos potius conciliandos curant propoſitis ad id diuerſarum rerum multis ſpeciebus. Et ſanè tam vaſti, atque perplexi ſunt adeoque diſcordes, vt funiculum ex arena (quod Græci aiunt) facilium nectas, quam illos in cõcordiam redigas. Proinde, ſi mihi credas, hic ſi quando alicubi omittendos riuulos hoce ſtinterpretes cœno turbulentos) & fontem ipſum, ideſt, Iuſtinianum petendum puto, vnde limpidiſsimam quam exhaurire aquam. Sanè pol. in diuerticula prolapſis nihil æque conuenit, quam vt viæ caput repetant, vnde certum capere poſsint iter. Principio autem animaduertendum erit duplicẽ hic * de legitimo contradictore quæſtionem verti. Vnam quis ſit legitimus cõtradictor, quia audiendus ſit, & admittendus ad docendum de iure ſuo: alteram quis legitimus ſit contradictor qui admiſſus impediat immiſsionem, ſeu remedium introductum per illam legem finalem. Et quod pertinet ad priorem quæſtionem Doctores vario modo rem explicant: aliter enim Bartol. n.21. & aliter Bald. q.5. & alij deniq; aliter ſentiũt, verum, vt paucis dicam, hoc iure vtimur: vt quicunq; iuſta contradictionis allegauerit cauſam illamque incontinẽti paratus ſit probare audiendus ſit, vt docere de iure ſuo poſsit, id quod ſentiũt Bartol. & Sald. & plerique alij in dict.l. fin. & probatur apertè apud nos in l.2.titul.14. part.6. quæ de hac eadem quæſtione agẽs, ita ſubiunxit: *Fueras ende ſi luego quiſiere prouar lo que dize ſin alongamiento ninguno, ca entonces deueſe detener la entregà, è oyrle, è recebirle las probanças ſobre eſta razon.* Incontinẽti verò, quemadmodum accipiemus? Et ſcribit Alexan. in l.2. C. de edict. Diui Adria. toll. incontinenti dici, quando ante litis deciſionem contradictor. docuit de iure ſuo, plures certioreſque tradunt id totum iudicis ſtatuendum eſſe arbitrio, gloſ. in l. his à quo verbo, hodie, ff. vt in poſſeſs. legum, quam teſtatur communem Anton. Gomez in l.45. Tauri, num.145. & alij relati à Menochio de adipiſcenda poſſeſs. remed. 4. quæſt.21. num. 259. Quod verò ad alterã quæſtionem multo difficiliorem attinet intermiſsis interim interpretum commentarijs, quæ vt diximus miro modo perpleua ſunt, atque Iuſtinianum ipſum potius ſequentes tria nobis axiomata, ſeu concluſiones, ex ipſiuſmet legis contextu proponenda ſunt. Prima erit de contradictore, qui teſtatoris mortis tempore poſsidebat. Altera de contradictore qui teſtatoris mortis tempore non poſsidebat. Tertia de contradictore, qui temporali nititur præſcriptione, quibus expoſitis ſpero futurum, vt totus hic de legitimo contradictore tractatus, qui alioqui tam miſere ſcriptorum eſt diſſenſione confuſſus, iam deinceps noſtra opera quam planiſsimè iuxta quæ breuiſsime percipiatur: quæ omnia, etſi ad interpretationem legis final. C. de edict. Diui Adr.

tol.

tol. protendant, eadem tamen, & de lege Soriana dicta esse intelligere debes, cum hæ in hoc argumento de tertio possessore eodem iure censeantur, siquidem in omnibus congruunt præter pauca illa, quæ principio diximos.

Prima conclusio.

SIT igitur prima conclusio: Contradictor legitimus, vt qui huius legis finalis C. de edict. Diui Adr. atque legis Regiæ Sorianæ remedium * impediat, dicetur is, 5
qui testatoris mortis tempore legitimo modo possidebat, quæ sanè conclusio probatur apertè in illa lege finali, ita enim ait: *Mittatur quidem institutus in possessionem earũ rerũ, quæ testatoris mortis tẽpore fuerunt, nõ autem legitimo modo ab alio detinentur*. Probatur etiam in l. 2. tit. 14. part. 6. sic enim ait: *Deuelo meter en possession, è en tenencia de los bienes de la heredad, è de todas las otras cosas que el testador auia, è tenia a la sazon que finò*. Idem quoque Soriana illa lege probatur. In causæ igitur cognitione hoc solum versabitur, quisnam testatoris mortis tempore possideret, defunctusne an ipse contradictor, nam si contradictor legitimè possideret tuendus erit in possessione, sin defunctus, mittendus erit hæres in possessionem, nec obstiterit quicquam huius contradictoris allegatio, nisi ostendat titulum potiorẽ, quam hæredis quique etiam immissionem mereatur, vt sequenti conclusione dicemus. Extat autem huius rei ratio, quia quãquam hoc remedium respectu ipsius hæredis adipiscendæ possessionis sit: cæterùm inspecta ipsius defuncti persona, cuius vices hæres sustinet, restitutorium est, l. 1. ff. quorum bonor. gloss. in §. summa, verbo, *Bonorum possessio*, Inst. de interdictis, & illic Faber. & Angel. Petr. de Bella Pertic. in l. 2. C. quorum bonor. Bald. in d. l. fin. C. de edict. Diui Adr. q. 5. Anton. Gom. in l. 45. Tauri, numer. 128. Afflict. decis. 119. in fin. id quod non obscurè lex illa Soriana ostendit, atque ita ex ea notat Palac. Rub. in l. 45. Tauri, num. 26. & Suar. tit. *de las herencias*, num. 15. & 19. bellissimè ex eo
6 * inferens in specie illius legis Sorianæ admittendam non esse exceptionem proprietatis, etsi possessor paratus sit incontinenti de iure suo docere, & idem placuit Didac. Perez in l. 1. tit. 14. lib. 3. ordin. verb. *luego*. Quorum sententia verissima mihi videtur cum vt diximus respectu defuncti, cuius iure hæres fungitur restitutoriũ sit, certumque sit spoliatũ ante omnia restituendũ esse, nec audiendum esse, nec audiendũ spoliatorem, qui velit dominium incontinenti probare, l. si quis ad se fundũ, C. ad l. Iuliã, de vi publi. l. 1. §. 1. ff. de vi & vi armata, l. si maritus, C. de donat. inter. l. 1. C. super vim vel alio modo, l. si quis emptionis, §. sed hęc super illis. C. de præscr. 30. vel 40. ann. c. 1. & cap. litteras, & c. in literis, de restit. spol. cap. fin. de ord. cog. cap. licet epis. de præb. l. fin. tit. 10. part. 7. Bart. Paul. & reliqui in l. si de vi, ff. de iudic. idem & reliqui classici in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. Boer. decis. 238. Menoch. de recupe. possess. rem. 1. q. 21. Anton. Gomez in l. 45. Tauri, quæst. 128. Ex quo deducitur licet interdictio adipiscendæ possessionis dominij admittatur exceptio, quando probationes * offeruntur incontinenti, secundum glossam, & omnes in l. si 7
de vi, ff. de iudic. l. 3. §. causæ. de carbonia edicto, l. 27. titu. 2. part. 3. habetque eo casu locum regula illa, dolo facit qui petit quod restituere debet, item licet inter scriptores magna fuerit controuersia, an fictus spoliator, qui scilicet bona vacantia, sine violentia apprehendit audiendus sit, tuendusque in possessione, si statim dominium ad se pertinere probet. Siquidem glossa in l. cum quærebatur, C. vnde vi, verb. *per ignorantiam*, audiendum eum esse scribit, & idem placuit illic Bart. num. 11. & in l. si de vi, ff. de iudic. atque item in l. fin. num. 21. C. de edict. Diui Adr. tol. & hanc testatur communem opin. Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune. ff de acquir. possess. num. 24. & eodem loci Zazius num. 65. & Menoch. de recup. poss. quæst. 21. numer. 245. Contrariam tamen opinionem amplectitur, idem Bart. parum sibi constans, quod alibi raro sibi accidit in l. si Coloni, num. 2. C. de agri. & censit. lib. 2. & Socin. in l. rem quæ nobis, ff. de acquir. possess. & alias alij sæpius. Verum hodie in casu illius legis Sorianæ, cum inuasor rerum hæreditarium verus sit non fictus spoliator. * Ex * ipsius Regiæ legis expressa diffinitione, * dicendum est eum audiendum non esse etsi velit in continenti suum probare dominiũ. Ex quo etiã sequitur tantumdẽ probandũ esse in specie illius legis finalis, C. de edic. Diui Adr. Nam cum Soriana illa lex edita fuerit causa ampliandæ illius legis finalis, quod in ampliante definitum est, idẽ quoque, & in ampliato definiendum erit secundum Baldi egregiam sententiam, in rubri-

ca,

ca de causa possess. & proprie. sub finem. Apparet itaque ex duabus illis opinionibus contrarijs ijdemque communibus posterio rem, hanc iuxta ius nostrum Regium veriorem esse, audiēdumque minime esse inuasorem rerum hæreditarium vacantium, etsi velit in continenti de dominio suo probare, id quod & quantum ad ius commune attinet verius esse affirmauit Beroi. in cap. 1. de restit. spoliator. numer. 31. Ex quibus omnibus illud quoque deducere licebit
8 * verum non esse, quod Doctor Molin. vir alioqui doctissimus auctorque diligentissimus scribit de primog. lib. 3. capit. 13. numer. 54. Remedium possessorium, quod successori in maioratu datur per legem 45. Tauri, locum non habere aduersus titulo possidentem, illi enim cum superiora omnia, quæ diximus ex professo repugnant, tum lex ipsa Taurina, quæ apertissimis verbis contrariū definit, & refragatur illi quoque, quod scriptum est à Gregor. in l. 2. tit. 14. part. 6. verb. *luego*, & à Couar. lib. 3. variar. cap. 5. numer. 6. & Menoch. de recept. possess. remed. 1. quæst. 37. & à Decio cō sil. 84. numer. 1. volum. 1. & quæ copiosius affert Minchac. controuers. cap. 57. numer. 19. & 20. Sunt tamen superiora limitanda, nisi dominij exceptio constaret, aut
9 ipsiusmet spoliati confessione * aut instrumento guarentigio, aut re iudicata cum ipso defuncto ipsiusvè hærede transactis, nam his casibus cum notoriè de spoliatoris iure constet non est restituendus spoliatus, Alexand. in §. nihil commune, num. 12. & ibidem Ias. num. 43. & Ripa 35. & Zazius 46. Decius cons. 303. n. 24. Crauet. cons. 302. & 322. Lapus allegatio. 24. Corset. ad regulam spoliat. Fallentia 28. & 135. Greg. in l. 27. tit. 2. part. 3. verb. *que se lo entregue*, & rursus in l. fin. titul. 10. part. 7. Minchac. controu. lib. 2. cap. 88. vbi rem explicat accuratè. Etenim notorius defectus proprietaris obstat spoliato. cap. ad decimas, de restit. spoli. in 6.

Secunda conclusio.

SEquitur altera conclusio. Contradictor legitimus quamuis testatoris mortis tēpore non possideret dicitur is, qui ostendat titulum legitimum, atque immissione
10 itidem dignum. Nam si contradictor * habeat titulum potiorem quam hæredes, isq; immissionem itidem mereatur, præferendus erit in possessione danda. Hanc conclusionem probant apertè illius legis finalis verba quæ eiusmodi sunt: *Si autem aliquis contradictor extiterit, tunc in iudicio competenti causa in possessionem missionis, & subsecutæ contradictionis ventiletur, & ei possessio acquiratur qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit.* Probat etiam apertissimè, l. 3. tit. 14. part. 6. ita enim, inquit, *Si otro alguno viniesse ante el mismo juez, è dixesse que el auia mejor derecho en la heredad, porque fuera despues establecido por heredero del fazedor del testamēto, o por otra razon alguna que mostrasse, è que dixesse que lo queria luego prouar, entonces deue el juez ver ambos los testamentos, è oir las razones de ambas las partes, è el que mostrasse que ha mejor derecho en la heredad, aquel deue ser entregado en ella.* Ex quibus vtique verbis facile arguitur, verum nos esse, quod scribit Bart. in dicta l. fin. num. 21. contradictore (qui allegat titulum similem titulo petentis hæreditatem) possidente non habere locum remedium illius legis finalis, sed remittendos esse litigatores ad iudicium ordinarium. Etenim, vt cætera omittam expressim, lex illa Regia contrarium definit. Sed neque satis quidem in lege illa finali Bartoli probatur opinio: nam quod illic continetur, vt si legitimus contradictor extiterit in iudicio competenti vtriusque causa ventiletur, non eo pertinet, vt ad iudicium ordinarium remittantur litigatores, sed potius, vt in eodem iudicio de vtriusque iuribus legitimè disceptetur, & ei possessio acquiratur qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit. Itaque licet Bartolo assentiantur plurimi, verior est tamen Decij opinio, qui contrarium ibidem sentiebat, numero 42.

Secundum hæc igitur filius exhæredatus legitimus erit contradictor * si hæres 11
institutus non probet veras esse exhæredationis causas, ad eū etenim huiusmodi probatio spectat, iuxta text. in Authentic. vt cum de appellatione cognoscitur, §. aliud quoque capitulum, l. 8. titul. 7. part. 6. Quid ais? An non memineris textum in l. 2. C. de edict. Diui Adria. tollen. qui expressim definire videtur contrarium? * audi rogo si vis illius verba: *Quamuis*, inquit, 12
quis se filium defuncti prætéritum esse alleget, aut falsum, vel in officiosum testamentum, seu alio vitio subiectum, vel seruus defunctus esse dicatur, tamen scriptus hæres in possessionem mitti solet. Quidni memínerim? sed tibi placet textus ille accipiendus est, nisi modo velit filius incontinenti de iure suo docere, secundum glossam illic verbo, quamuis, quam illic omnes ad

vnum interpretes sequuntur. Atque item Anton. Gom. in l. 45. Tauri, num. 147. & Menochius de adipiscenda possessione, remed. 4. num. 752. vbi ait, legem illam iniuria non vacare, si aliter illam acciperemus. Atque vt ego sentio illius legis decisio procedit secundum vetera, iura quibus licentia data erat parentibus, vt etiam sine causa exhæredes filios facere possent, l. in suis, ff. de liberis, & posthu. & l. liberos, C. de inoffic. testamen. fuit enim illius legis auctor Alexander Seuerus, cuius seculo floruere Vlpianus, Pomponius, Sabinus aliique luriscõsulti quorum scriptis magna ex parte digestorum composita sunt volumina, vt apparet cum ex alijs annalibus, tum ex Petro Mexia in vita Alexand. Seueri, & Vdalrico Zazio in l. 2. ff. de origine iuris ad finem. Quando igitur veteris illius iuris acerbitas nouo iure emendata est, neque liceat hodie parentibus, nisi iustis de causis filium exhæredare: non statim in dicta causa ocludendus erit exhæredatus filius, sed audiendus potius, & cognita causa decernendum verè, ne an falsæ exhæredationis causæ fuerint, vt si veræ quidem scriptus hæres mittatur in possessionem bonorum, sin minus filius quamuis exhæredatus, ex beneficio, scilicet, illius legis Sorianæ: quod filio iniustè exhæredato dandum esse arbitror, quando & interdictum quorum bonorum competere constet illi cui bonorum possessio cõtra tabulas data est, secundum Salicetum in l. 2. C. quorum bonorum, & Angel. in §. quadrupli. Instit. de actio. num. 34. Videamus igitur, an mulier pro dote, quã defuncto marito dedit legitimus sit * contradictor, & videtur sic sanè, ex eo quod vulgo dicitur, & à plerisque traditur habere eam retentionem in bonis mariti defuncti, donec dos sibi soluatur Bart. in l. si filio. 1. ff. soluto matrim. Bald. in l. 1. C. de pign. actio. & in l. 1. C. de seruo. pignor. dato manu, & in l. penul. C. de non numer. pecun. atque rursus in l. cum tibi, C. qui potiorem, in pign. habea. Iaf. in l. si non sortem, §. centum, ff. de condit. indebiti ad finem, Angelus in tract. malefic. §. eius bona publicamus. Decius cons. 671. vol. 5. numer. 6. Palac. Rub. in repet. cap. per vestras ampliatione 14. Gregor. Lop. in l. 9. titul. 2. part. 5. verbo, *despues*, Quesada diuersa, quæst. cap. 14. Ioseph. Ludouic. decis. 12. numer. 18. & decis. 61. num. 2. vbi plures allegat, & decis. 108. vbi communem testatur. Porrò è cõtrario non posse mulierem, hanc impedire missionem suadet, quòd ipsa testatoris mortis tempore non possidebat, l. in rebus, C. de iure dotium, l. vnica, §. exactio, C. de rei vxor. act. l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. possess. Non erit igitur legitimus contradictor, iuxta priorem conclusionem à nobis propositam, & hãc sanè partem reuincere videtur textus in l. dotis actione, C. solut. matrimon. illius enim hæc verba sunt: *Dotis actione successores mariti super eo quod ei dotis nomine fuerat datum cõuenire debes: ingrediendi enim possessionem rerum dotalium, hæredibus mariti non consentientibus, sine auctoritate competenti iudicis nullam habes facultatem*, quam vtique legem singularem dixit ibidem Bald. & in l. 1. C. de seruo pignori dato, & Iason. in l. 2. C. de iure emph. num. 102. & 107. & ex ea notat Angel. licet mortuo marito dominium rerum dotalium transeat ad mulierẽ non tamen possessio, & hanc opinionem hoc est mulierem pro dote non posse impedire hæredis immissionem, amplectitur Paulus de Castr. in l. si cui, C. de non numerata pecunia, & sequi videtur Socin. cons. 131. col. 2. & Dec. cons. 231. vol. 2. Bald. de Bartolinis in l. 1. ff. solut. matrim. num. 301. Verum quia dotis causa semper, & vbique præcipua est, vt Iurisconsultus inquit in l. 1. ff. solut. matrimon. Ego sic distinguendum arbitror, vt planè quod attinet ad ipsa bona dotalia quæ extent, mulier anteferenda sit, cum cõstet illius potiora iura esse, suffragatur ergo illi lex finalis, C. de edict. diui Adria. toll. & l. 3. tit. 14. part. 6. & secunda hæc conclusio, quam ex illis proposuimus suffragatur quoque textus in Authent. de exhibendis reis. §. fin. col. 4 & apertius probari videtur in l. si quis posthac, C. de bonis præscript. lex autem illa dotis actione, vt ego suspicor quãtum ad hæc bona dotalia, quæ extant, loquitur sanè secundum antiqua iura, iuxta quæ etiam soluto matrimonio dominium rerum dotalium non transibat in mulierem, sed potius in hæredes mariti, vt apparet ex l. quidam, ff. de acquiren. rerum domin. hodie secus, vt in l. in rebus, C. de iure dotium, Bart. in l. si mora. ff. solut. matrim. Ergo circa rebus dotalibus, quæ extant præferendam mulierem esse putò. Cæterũ si pro dote æstimata, aut rebus dotis à marito abalienatis desideret mulier in bonis mariti filio, aut hæredi scripto anteferri, audiendã nõ esse puto hoc iudicio summario, sed ordinario potius experiri deberet. Nam quod de retentione tradũt interpretes quãquã aduersus hæreditarios creditores verũ sit, vt in l. vbi adhuc, C. de iure dotiũ aduersus

sus tamẽ hæredem mariti locũ non habere facilè conuincitur ex illa l. in rebus, C. de iure dotium, atque ex l. vnica, C. de rei vxor. actione, atque præcipuè ex illa lege dotis actione, C. de soluto matrimon. cuius nudus ceu alter Gordius difficilis ita est, vt profligari vix queat. Hanc tamen adhuc locum non habere existimauit Bald. in l. penult. C. de pign. actio. & in l. 1. C. de seruit. pign. dat. manumisso quantum attinet ad domum in qua vxor cũ viro habitauit, nec quantum ad ea, quæ intus sunt, siquidem in his cum sine vitio aliquo remanserit in possessione mulier erit inquit, Bald. in retentione illorum tuenda donec dos sibi soluatur, & ad hanc Baldi opinionem plerunque humanitate suggerẽte decursum fuisse scio. Multi rum enim (vt Iustinianus inquit, quis non misereatur) propter obsequia, quæ maritis præstant propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem p o qua multa nostris legibus inuenta sunt priuile gia, l. assiduis, C. qui potiores in pignor. habea. Atque ita Baldum sequitur Baldus nouel. de dote, 8. part. limitat. 13. num. 20. & Iaſ. in l. si non sortem, §. si centum, in fin. ff. de c ondit. indebiti, & Capicius decis. 119. numer. 3. & illius opinionem probat apud nos, l. 3. titul. 14. part. 3. in fine. * Æquè etiam erit mulier tuenda in retentione rei, quæ sibi pro dote specialiter fuerit obligata, iuxta l. 1. C. ob chirographariam pecuniam, & l. creditoris, §. dominij, ff. de furtis. *

Quid ergo de quæstibus, seu rebus, quæ constante matrimonio acquisita sunt, an e-
14 rit mulier, quæ communes * coniugij fortunas agnouit legitimus contradictor? & mouet eam quidem quæstionem Suar. tit. *de las ganancias*, §. quæritur vlterius, in fin. non eam tamen absoluit. Mihi magis placet eam legitimum esse contradictorem, ita vt pro indiuiso tuẽda sit in possessione partis, quæ sibi ex societate contingit, cum iuxta nostratium communem opinionẽ istiusmodi lucrorum dominium, nec non possessio pro parte continuo transferatur in vxorem, sicuti placuit eidem Suarez loco modo citato, & Seguræ de bonis lucratis, num. 44. Palac. Rub. in repet. rubric. de donat. inter §. 65. num. 11. & §. 66. num. 24. Couar. lib. 3. variar. cap. 19. Gregor. in l. 55. tit. 5. part. 5. verb. *comunalmente*, Anton. Gom. in l. 50. Tauri, numer. 76. Boecio de dote, cap. 11. nu. 106. Didac. Burgens. q. 9. Auendañ. respons. 20. à quorum sententia me haud quaquam dimouerint, quæ Tellus Fernandez affert in l. 16. Tauri num. 9. Nã si cæteris in societatibus lege Regia definitum extat dominium quæsituum continuo in socios transferri. (* Ea est l. 47. tit. 38. part. 3.) * cur id in coniugum communione non magis admittemus? cum eorum societas cæteras omnes facilè vincat, vt qui vna & eadem persona iure reputentur sintq; consortes diuinæ & humanæ sortis, vt in Authent. de iureiurando à morientẽ præstito, §. 1. collat. 5. Sed ne hæc quidem tacita societas à lege inducta vis minus habet quam societas expressa, secundum Baldi sententiam ab omnibus receptam in l. rei iudicatæ, §. socero, ff. soluto matrimon. Denique si veteri iure id aliquando ambiguum fuit, tamen hodie per recentiores leges Recopilationis, ea dubitatio sublata videtur, præsertim ex verbis, l. 1. titu. 6. lib. 5. Recopil. quæ huiusmodi sunt, *la costum bre guardada es en contrario, que los bienes que han marido è muger, son de ambos, saluo los que prouare cada vno, que son suyos apartadamente.* Illud enim verbum * substantiuum *son*, 15
& ille genitiuus *de ambos*, dominium præ se ferunt, l. his verbis, ff. de hæredi. institut. Bald. in tract. schismatis, col. 4. Bart. & Iaſ. in rubr. ff. de noui operis nunc. Quando igitur mulier viuo marito, atque eo decedente dominiũ, & possessionẽ bonorũ lucratorũ cõmuniter cũ marito habuit, dicendum est legitimũ eã esse contradictorẽ secundũ conclusiones superius à nobis propositas: id quod etiã placuit Auend. dict. respõs. 20 n. 3. * Et Azeu. hac eadem legẽ nu. 19. qui 2
expressim tradit, huius legis Sorianæ beneficium, mulieri competere placuit etiã Matiẽço in l. 2. tit. 9. lib. 5. recop. glos. 3. n. 20.
* ¶ Videamus deinde, an legitimus sit cõtradictor, is qui allegat bona maioratus esse 16
eaq; ad se pertinere * quoniam dicat proximam successionis causam ad se spectare? Atque ex hac secunda conclusione, quam ex lege illa finali constituimus, constat eum legitimum esse contradictorẽ, scilicet, si de iure suo in continenti doceat, ostenditque id luce clarius lex 45. Taur. ea est hodie, l. 8. tit. 7. lib. 5. Reco. qua cautũ est possessionẽ bonorũ maioratus continuo, ac vltimus decesserit possessor transferri ipso iure in proximum successorem, etsi ab alio, aut adhuc viuo, aut iam mortuo vltimo maioratus possessore apprehensa fuerit. Etenim verò possessio illa, quæ ita transfertur à lege vera quidem * non ficta est pos- 17
sessio omnesque veræ possessionis habet effectus secundum Bald. in c. contingit, de

dolo & contu. Tiraq. qui ex more plures eiusdem sententiæ refert assertores in tract. *le mort sayſir.* quæst. 5. declarat. 1. & in tract. de constit. 2. part. ampl. 1. & Molin. de primog. lib. 3. capit. 12. numer. 18. Anton. Gomez in l. 45. Taur. num. 18. Couar. lib. 3. variar. cap. 5. num. 6. vbi testatur communem esse opinionem Menoch. de recuperanda possessione, remed. 1. quæst. 37. numer. 397. Domin. Francisc. Sarm. de red. Eccl. 1. par. cap. 4. num. 3. & licet aliqui in contraria sententia sint, in quibus Ripa in rubric de causa possess. & propriet. numer. 24. & alij relati à Tiraq. loco superiori. verum priorem opinionem veram esse lex ipsa Taurina satis demonstrat, quando ait ciuilem, & naturalem possessionem in proximum successorem transferri. Quando ergo proximus successor, iam inde à morte vltimi decessoris possessionem veram habet, potiorem ipsius esse causam in hoc possessorio iudicio dicendum est, secundum legem illam finalem de edicto Diui Adri. tol. atque legem Parti. id quod etiam non obscurè sentit. Gregor. Lopez in d. l. 2. tit. 14. part. 6. verb. *de todas.* Quod autem de bonis maioratus diximus, & ad bona fidei com-
18 missо vinculata * pertinere scribit Couar. lib. 3. variar. cap. 5. num. 6. & quamlibet sentiat contrarium Anton. Gom. in dict. l. 45. Tauri, num. 116. Cæterum Couar. opinio recepta expressim est in l. 10. titul. 7. libr. 5. Recop. ita enim exorditur: *Mandamos, que en los pleitos, è negocios sobre bienes de mayorazgo, è bienes vinculados, en que conforme a la ley passada se conoce en nuestro Consejo, &c.* Quin hoc amplius dico si super maioratu esset aliquid dubij vltimus tamen possessor ea bona tanquam bona maioratus habebat & possidebat, & ita habebātur & re-
19 putabantur * potiorem debere esse causam primogeniti, seu proximi in maioratum successuri, quàm hęredes immissionem petentis, sicuti bellissimè scribit Suar. in tit. *de las herencias*, num. 24. cui suffragatur opido textus in cap. cum venissent, de instit. atque id quod vulgo dicitur vltimum reiſtatum inſpiciendum esse, l. eadem, & l. illud, C. de colla. l. si mater, C. ne de statu defunct. l. fin. C. de ordine cognitionem, & ne longius abeam probat lex ipsa finalis, C. de edict. Diui Adr. tollen. Adde quòd nostrates leges magis faueant maioratus successori, quam hæredi instituto, cum in illo ipso iure possessionem transferant in hunc non transferant, cui ergo lex fauet, & nos propē siores etiam esse debemus. Non me prætexit non defuturos, qui statim nobis obijciāt textum, in §. inter filiam fide feudo fuerit * 20
controuersia inter dominum, & agna. quo definitū extat mota quæstione inter filiā, & agnatos defuncti, agnatis feudum filia verò allodium esse contendentibus interim esse filiam in bonorum possessionem mittendā. Sed alia res est. Nam illic controuersia erat inter filiam, & agnatos: cum autem filia nō omnino excludatur à successione feudi: sed multis in casibus succedat, *in re dubia, vel modico* (vt Iurisconsultus inquit) *pro filia faciente adiuuanda est*, l. 3. §. causæ, ff. de carbo. edict. Atqui nos loquimur quando lis est inter fratres, quo casu cum par vtriusque versetur fauor ratio facit, vt sequamur potissimum statum illum in quo erant bona tempore quo vltimus possessor facti munus impleuit. Et deniq; ille, §. inter filiam multas patitur exceptiones, vt est videre apud Paul. de Castro cons. 59. & Decium cons. 417. Brunum cons. 63. num. 3. Beroi. consil. 67. lib. 1. & Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. quæst. 47. & apud nostratem Molin. de primogen. lib. prim. capit. quinto, & libro secundo, capit. 6. Ex quibus omnibus illud quoque notabiliter deducitur * quod pridē in causa satis ardua quæ- 21
que adhuc pendet me respondisse memini. Si qua opida castrave fuerint possessa ab vltimo maioratus decessore titulo ducatus, aut commitatus, ac similium dominationum, quæ apud nos status dicuntur, etsi alio titulo non appareat ea bona esse maioratus, satis tamen esse vt primogenitus, seu proximus successor sit præferendus in hoc possessorio iudicio ipsi hæredi immissionē petenti, etenim simul, ac bona aliqua fortita sunt eiusmodi * status diguationem (quę 22
quidem à solo Principe impetrari, & concedi solet, secundum Bartol. cons. 72. numer. 3. & 4.) hoc ipso censentur esse bona maioratus, & ad filium primogenitum * attinere, vt probat text. in §. præterea du- 23
catus de prohibita feudi alienatione per Federicum, & cap. licet de voto, & illic annotat glos. Hostiens. Ioan. Andr. & Abb. ibidemque Panorm. cons. 3. numer. 3. & 4. part. 2. & Decius cons. 389. & denique alij quam plures quos refert Tiraquel. de primogen. quæst. 4. num. 37. & D. Molin. de primog. lib. primo, cap. 11. Dueñas regula 316. Burg. de Pace cons. 9. numer. 3. Anton. Gom. in l. 40. Tauri num. 12.

Sed ecce fratrū alter petit hæreditatis possessionē pro indiuiso, alter verò frater penes quem bonorum est possessio contradicēdo

allegat

allegat multa * illum à patre accepisse bona, itque fortè tanta, vt illius legitimæ soluendæ paria faciant: ait itaque eum audiendum non esse. Quæro an legitimus sit contradictor? Et putò non absurdè dici eam exceptionem non impedire immissionem, siquidem bonorum collatio non spectat ad hoc iudicium possessorium, sed potius ad iudicia ordinaria familiæ herciscundæ, & bonorum possessionis contra tabulas, l. 1. & finalis, ff. de collat. bonorum, l. 1. ff. de collat. dotis. l. vt liberis, C. eodem titut. ostendit etiam apud nos non obscurè totus titulus de collationibus, qui septem partito iure extat: is est titulus decimusquintus, par. 6. vt omittam in his * iudicijs summarijs, atque extraordinarijs admitti non debere exceptiones, quæ longiorem exigunt indaginem, l. 3. §. ibidem ff. ad exhib. & tradunt omnes in dicta l. fin. C. de ed ict. Diui Adr. tollen. Hæc tamen ita dummodo frater qui possessionem petit caueat in diuidēda hæreditate collaturum se bona, quæ iure conferre teneatur; iuxta text. in l. 1. §. iubet. ff. de collat. bonorum, & paratus sit è vestigio nominare arbitrium ad familiæ herciscundæ iudicium, id quod in pronuntiando cauere debet iudex, vt malitijs hominum obuiam eatur. An verò is qui allegat impensas in re bona fide factas, pro eisque retentionem facit legitimus sit contradictor, tractat eruditè Ioan. Garc. de expensis, cap. 6. num. 19. De filio verò cui factum est prælegatum, seu melioratio, an legitimus sit cōtradictor tractabimus opportunius postremo, cap. §. 9. primæ partis.

25.

Tertia conclusio.

NVnc ad tertiam venio conclusionem, ea sic se habet: hoc remedium possessorium * non excluditur, nisi præscriptione temporis per quam etiam causa principalis (id est, proprietatis) excluderetur. Hanc conclusionem apertè probant illius legis finalis verba, quæ istiusmodi sunt: *Nullum ei temporis obstaculum obijciatur, nisi tantum temporis effluxerit, quod possit, vel possessori plenissimè securitatem super dominio præstare, vel ipsi qui missus est omnem intentionem excludere, si enim, vel ex vna parte, vel ex vtroq; latere temporis prolixitas occurrerit manifestum est non solum immissionem, sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam*, quæ quoniam sunt à nobis latius exposita lib. 1. cap. 1. §. 1. & 2. & §. 11. & in cap. 5. illinc si iuuat petere poteris, quæ ad hunc locum attinēt. Sed succurrit statim ex nostrati iure egregia dubitatio * an huius legis definitio abrogata sit per l. 3. tit. 15. lib. 4. Recopilat. qua constitutum est tuendum esse in possessione eum qui per annum, & diem cum titulo, & bona fide possideat. Itaque secundum illius legis definitionem possessorijs remedijs præscribitur hodie per possessionem anni, & diei cum titulo, & bona fide. Licet autem aliquibus ex nostratibus ea constitutio dura nimis videatur, in quibus Couar. in regul. malæ fidei possessor 2. p. §. 11 numer. 7. Verum ego aut video cur constitutio illa tantopere exasperare nos debeat cum alias animaduertam iure communi pleraque possessoria intra dicta spatio anni excludi, vt in §. 1. instit. de perpetuis, & tempor. actio. l. 1. ff. de vi. & vi armata, l. 1. ff de itinere actuque priuato, §. fin. si inter dominum & vassallum lis oriatur in vsibus feud. Denique vtcunque sit cum lex illa nouissimo recopilationis iure recepta sit, in dubium venire non debet quin vsu recipienda sit. Quid ergo? excludetur ne hodie harum * legum remedium per spatium anni, & diei si quis cum titulo, & bona fide hæreditatem, aut rem hæreditatis possideat? & non putò: siquidem cum lex illa finalis explodat omnem præscriptionem temporis, præter illam per quam principali causæ præscribitur, non debet lex illa Regia pertinere ad illam decisionem antiquā, quæ specialem præscriptionis * proponit speciem, ex sententia Baldi in l. omnes, C. de præscr. 30. vel 40 ann. ad finē, quem sequitur Felinus in capitę accedentes de præscription. & Bald. de præscript. 5. par. quæstion. 9 His igitur tribus conclusionibus exposita satis est (vt opinor) contradictoris materia, quæ quidem est illius legis finalis potissima. Atque vt rem in pauca contraham legitimus contradictor erit is, qui aut testatoris mortis tempore possidebat, aut qui ostendat titulum immissionem magis merentem, aut qui denique legitima sit præscriptione tutus, quæ quidem ad Alderici opinionem & sententiam proprius accedunt: neque alium illud illiusque fautores sensisse putò. Hæc autem omnia, & de lege Soriana dicta esse intelligendum est, vt principio diximus. De contradictione verò, quæ extra iudicium fit: cum, scilicet, ij ad quos successionis spes spectat super apprehendenda * possessione tumultuantur, quid

26.

27

28

29

Totius capitis epilogus.

30

iudex agere debeat consulito Innoc. in capit. in præsentia. de probatio. in principio, vbi bellissimè distinguit. Baldum in dicta l. fin. col. 1. eundem & Ias. & reliquos in l. si super possessione, C. de transact. Suarez titulo *de las herencias*, numero quarto. Palacios Rubios in l. 45. Tauri, num. 13. & ibidem, Anton. Gom. num. 125. Guidonem decis. 578. Curtium Seniorem, consil. 60. & nouissimè Iosephum Ludouicum decis. 19. Postremo illud præterit neminem,
31 ab hac possessionis datione * quæ ex remedio legis illius finalis, & legis Sorianæ fit appellationi locum non fore, textus in l. quisquis, C. quorum appellat. non recipi. l. final. ff. de appel. recip. glos. in dict. l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. verbo, missus, & illic Bartol. quibus reliqui omnes auctores adstipulantur, & communem esse opinionem auctor est Tiraquellus in tract. *de morte saysir.* 6. part. declarat. 6. Et Menochius de adipiscenda possessione, quæstio. 100. vbi nonnullas non cõtemnendas subnectit exceptiones. Quamuis autem nostrati iure Regio in cæteris possessoris iudicijs appellatio admittatur, nisi quando duæ sententiæ fuerint concordes, vt habetur in l. 8. titulo 20. libro quarto Recopil. tradit Couarruuias practic. quæst. capit. 23. concl. 1 & Anton. Gomez in l. 45. Tauri in fine. Villalobos in antinomia iuris, littera A. numer. 61. Olanus eodem loci numer. 122. Veruntamen vltimarum voluntatum fauore obtinuit, vt in istarum legum de quibus agimus remedio appellatio non admittatur, quod attinet ad effectum suspensiuum, sicuti docet Couarru. dict. capit. 23. conclusione 3. & probat multifariam lex illa Soriana, de qua quia satis dictum est alio transgrediamur, si tamen illud prius dixerimus, si hæredes in possessionem pro indiuiso missi in possidendo non conueniant, sed
32 tumultuentur * vndique debere prætorem sua illos iurisdictione compescere, & curare vt inter se caueant qualiter vtantur fruãtur. Quòd si id per illorum proteruiam minus licebit, mandabit hæreditatem secresto interea dum bonorum diuisio fiat, l. si vsusfructus, §. sed si inter duos, ff. de vsufruct. l. si quæ cautiones, ff. famil. hercis. Innoc. & reliqui quos modo citauimus: cur enim ad arma, & rixam procedere patiatur præter, quos potest iurisdictione sua componere? vt inquit Iurisconsul. in dicto §. sed si inter duos, sic etiam & iure comparatum est, si duo domini habent commune opidum, & in administratione eius non conueniant, posse iudicem eos compellere, vt alternis annis vtantur. Abb. in cap. fin. de sententia & re iudic. Prælegatario verò, seu meliorato, an istarum legum remedium comperat, dicendum nobis est postremo huius libri capite, §. 9.

SVMMARIVM.

POssessio data à iudice non citato ipsius rei possessore nulla est, num. 1.

Cum facilè constare potest, qui reis sit possessor generalis non sufficit citatio per edictum, seu proclama, num. 2.

Finita conductione potest conductor à domino propria auctoritate expelli, num. 3.

Actus alioqui non necessarius si interueniat minus tamen rectè non vitiat, num. 4.

Spoliatus à iudice causa non cognita ante omnia restituendus est, num. 5.

Possessor qui non fuit citatus etiam armis possessionem suam impunè defendere potest, numer. 6.

Cauere magnopere debent iudices, ne quemquã in possessionem mittant, nisi citato prius ipsius rei possessore, num. 7.

Possessio non citato possessore data, an confirmari debeat, si appareat eum quãuis à principio citatus fuisset, nihil ad eam impediendam iuris habere.

CAP. VI.

PAR est inter omnes scriptores sententia, nullam esse dationem possessionis decretam à iudice, * non citato ipsius rei possessore. Bart. in l. fin. C. de edicto Diui Adr. tol. nu. 16. & illic Bald. n. 41. & Dec. 32, Corn. 26. Curt. 63. & Sebastianus Sapia 66. Zuchardus 311. Nec sufficit quidem generalis citatio per proclama, siue edictum, si non * magno negotio deprehendi poterat quis rei possessor esset: sicuti tradit Bartolus in l. si eo

eo tempore, C. de distract. pign. & cons. 91. num. quinto, 1. part. Anchar. & Dominic. in capit. fin. de electio. in 6. Bald. in dict. l. final. C. de edicto Diui Adria. tollend. quæstione quarta. Alexand. consil. 5. volumine secundo. Iason. in l. scimus, in principio, numero tertio, C. de iure deliberan. Menochius de recuperan. possess. remedio 8. quæstione 13. Non desunt tamen qui existiment confirmandam esse talem possessionis dationem, si constet eum qui modo contradicit, tametsi à principio citatus fuisset nihil ad eam impediendam iuris habere, Iason. in dict. l. fin. C. de edict. Diui Adria. tollend. Angel. Aretin. in §. quadupli. num. 46. Instit. de actio. Decius consil 449. volum. 4. numer. 18. Quibus tamen contradicunt alij affirmantes nullo modo possessionem eiusmodi confirmandam esse, in quibus Bald. in l. 1. C. de Carbo. edict. & Ioan. de Imol. in l. si finita, ff. de damno infecto, & Ludou. Rom. in l. iustè possidet, ff. de acquir. possess. & idem Socinus col. 4. Horum verò discordia cõponi mihi posse videtur, ex eleganti Bartoli distinctione in l. tertia, C. de pignor. quæstione quinta, numer. 26. vbi hanc eandem quæstionẽ agitã ita distinguit. Aut primus iste possessor poterat à possessione extraiudicialiter expelli, & erit cõfirmanda possessio, etiam non citato possessore data, aut non poterat possessor extraiudicialiter expelli, & nullo pacto erit confirmanda possessio, Bartol. autem opinionem sequitur Ias. in l. 2. C. de iure emphit. num. 112. & in l. iubere cauere, num. 4. ff. de iurisd. omn. iudic. Ruin. cons. 152. num. 10. Bartolus verò, vt ego sentio rem acu (vt dici solet) tetigisse videtur veritatemque illius videtur esse distinctio. Nam quando possessor pote
3 rat * extraiudicialiter expelli, veluti, verbi gratia, si conductor esset, finitaque esset cõductio, quo casu etiam, sine iudice potest à domino expelli, secundum glossam, in lege emptorem, verbo, Colono, C. de locato, & in l. cum fundum, ff. de vi, & vi arma. & Guido decisione 480. num. 1. Nihil eo casu refert ab aduersario ne, an ab ipso iudice causa non cognita deiectus sit, sic enim se res habet, vt actus alioqui non necessarius si in-
4 terueniat, minus * tamen rite vitium non afferat, l. cum tabulæ, ff. de bonorum possess. secundum tabulas, glos. in §. in multis. Instit. de libertinis. Ias. in l. secunda, numer. 15. ff. de iurisdict. omnium iudicum, nihil ergo prohibet quin confirmanda sit possessio, quam & pars ipsa sine iudice apprehendere poterat. Atqui quando possessor extraiudicialiter expelli non poterat, nihil est in causa, cur possessio, quæ iniustè data fuit, confirmari debeat, vetat hoc, l. si qua loca, & illic glossa, C. de fundis & saltibus reipublicæ, & l. auctoritate, C. vnde vi, vetat, & illa vulgaris iuris regula spoliatus ante omnia est restituendus, l. si quis ad secundum, C. vnde vi, cap. fin. de ordinam. cogn. cap. licet Episcopus de præbend. in sexto, quæ procedit vtique etiamsi à iudice * causa nõ cognita spoliatus sit, l. me- 5
minerint, C. de vnde vi. & illic glossographi omnes, text. in cap. conquerente, de restitutione spoliat. & illic Abbas & reliqui. Baldus in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito. Menoch. de recuperan. possessio remed. 8. num 23. & probat apud nos textus apertius in l. secunda, titul. 13. lib. 4. Recopil. Quid quod ex omnium scriptorum consilio, perinde, ac iudex in dicta causa facilis fuit in danda possessione, æquè facilis esse debet in ea reponenda, & vt nostri loquuntur, perinde, ac uit facilis in intromittendo, ita debet esse facilis in extramittendo, itaque si parte non citata dedit possessionem, consulto fecerit, si aduersario quoque non citato eam reposuerit, vt scribunt Bart. & Bald. Alex. & Iason. in l. pacto quo pœnam, C. de pactis, Alexand. cons. 5. vol. 2. & Cacialup. de debitore fugitiuo, quæst. fin. & sentit non obscurè Bart. in dict. l. fin. num. 21. C. de edict. Diui Adria. tollen. & probat. l. 1. §. 1. ff. si mulier ventris nomine. Absurdum fuerit igitur si cõfirmet possessionem iudex, quam è contrario reuocacare debeat, suffragatur & his generalis iudiciorum consuetudo, quæ perpetua est apud omnia per æquè tribunalia, vt non aliter à iudice possessio decernatur, quam adiecta illa clausula saluo iure melioris possessoris, quæ quidem conditionem præ se fert, ideſt, vt si alius iure possideat pro non data possessio habeatur, vti scribit Bald. in d. l. fin. C. de edict. Diui Adr. tol. q. 4. His verò omnibus illud cõsequẽs est, dicere impune posse possessorem, qui citatus nõ fuit nõ dico pugillaribus, & stilo, sed etiam cuspide suã defendere * possessionẽ, atque ad- 6
uersarium vim inferentem, vi quoq; propellere, iuxta text. in l. prohibitum, C. de iure Fisci, li. 10. & quæ traduntur à Doctoribus in l. vt vim, ff. de iust. & iure, & in l. 1. C. vnde vi. & à Panorm. & Felin. in cap. de cætero. de re iud. Menoch. quoque, de recupe. possess. remed. 8. nu. 32. & tradit speciatim, Paris de syndica. §. resistentia, num. 3. Quo

quidem remedio scio solitos esse nõnunquã possessores vti, atque inde non leues simultates exortas. Id propterea omnes quot-
7 quot vbiq, terrarum sunt iudices etiã, atq; etiam admonitos * esse velim, ne nisi citato prius possessore vsquam gentium alicui possessionem decernant: alioqui sciant se litium, atque rixarum certissimam velut Illiadem intexere. Atqui extremum iniquitatis est, illinc exurgere iniurias vnde iura nascuntur, l. meminerint, C. vnde vi.

Contractus & obligationes causa ludi facta irriti sunt, num. 18.

An certi cõdictio detur ei, qui ludenti mutuam pecuniam dedit.

CAP. VII.

VT SI quid forsan tædij ex superioribus quæstionibus contraximus excuti valeat, hanc modo ludicram interserere quęstionem conueniens putaui. Etenim perinde, ac ij qui ab scorpijs icti sunt solent ab ijsdem remedium petere, ita verè studiosi illud propriũ est, vt animi latissitudinem è grauioribus studijs contractum ab ijsdem studijs amęnioribus tamen recreet atque relaxet, sicuti etenim in vita æquè, & in studijs pulcherrimum, & humanissimum est seueritatem cõmunitatẽque miscere, ne illa in tristitiã, hæc in petulantiam procedat: vt auctor est Plin. Iunior epist. lib. 8. Lusus igitur consuetudo quæ modum non excedat, non vitio quidem, sed laudi potius adscribẽda est, iuxta Aristot. sententiam. Et hic lib. 4. & Sanctum Thom. 2.2. quæst. 168. art. 3. ludrica autem quæstio hæc est. An ei qui aleatori pecuniam credidit certi condictio detur: hæc (vt nemo non scit) actio est quæ ex mutuo nascitur, vti satis constat ex principio. Inst. quibus mod. re contrah. oblig. Atque ex titulis codicis, atque ff. si certum petat. vbi Doctores & aliàs passim rem latius explicant. Principio autem illud prænotasse oportebit ludorum, in quibus pecunia periclitatur * (de his enim tractare intendimus) licitos alios esse alios illicitos. 1
Liciti in primis sunt ludi omnes qui virtutis causa fiũt, quales sunt ij qui pilo, vel disco iaciendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando fiunt, sicuti explicat Iurisconsl. in l. solent, ff. de aleato. & in l. qua actione, §. in colluctatione, ff. ad l. Aquil. Recensetur, & alia eiusmodi ludorum genera in lege Græca, quæ est lex final. C. de relig. & sumpt. funer. & in l. athleta, ff. de his qui notant. infam. refert & alia nostras loã. Garcia de expensis, cap. 21. num. 29. & in vniuersum quotquot apud antiquos erant lud-

SVMMARIVM.

Liciti sunt ludi omnes qui virtutis causa fiunt, num. 1.

Taurorum lusus quem in multorum exitium inueterata maiorum inuexit consuetudo, exiuilitar, num. 2.

Mulierem quæ prægnans mortua sit lex Regia Quiritum humari vetat anteaquam partus excidatur, num. 3.

Liciti item sunt ludi omnes qui arte magis, & ingenio quam fortunæ calculo reguntur, nuuer. 4.

Ludi liciti clericis etiam permissi sunt modò honestatem non transiliant, num. 5.

Iure Regio ad tricenos, vsque aureos, neque amplius singulis diebus ludere, licet ad ludos permissos, num. 6.

Illiciti sunt ludi omnes, qui aut in totum à fortuna, aut partim à fortuna, partim ab arte reguntur, num. 7.

Ludus tesserarum, seu talorum, quis sit, numero 8.

Aleatorum susceptori impune iniuriam inferre, & furtum illi licet, num. 9.

Laici aut peccant ludos ludendo prohibitos, modo fraus cesset, num. 10.

Cleri peccant ludos ludendo prohibitos, numero 11.

Ex conscientiæ præscripto, seu in conscientiæ foro restituere, quis non tenetur, quod lucratus fuerit, ludis prohibitis modo fraus cesset, numero 12.

Iasonis reprobatur opinio, num. 13.

L. si quis cum sciret, ff. de vsucap. pro emptore noue, & acutè explanatur, num. 14.

Qui ludenti pecuniam credidit actionem habet ad repetendum, num. 15.

Aleatorum susceptori non datur actio ad repetendam pecuniam, quam lusori credidit, numer. 16.

Mutuans minori ludenti ad repetendum non habet actionem, num. 17.

ludorum genera, memorat frater Hieronymus Roman. in comm. de republ. 2. part. libr. 10. Et sanè in his virtutis, & gloriæ ludis summo studio exercebantur antiqui, vel Olimpica apud Græcos & Circensia apud Romanos certamina testimonia dant, ad quæ (vt omnes feraque auctores referunt, præsertim Pausanias, & Strabo) ita industrij, & exercitari congrediebantur homines, vt quæ de illis narratur penè fidem superent, & quanto melius illi, quam huius tempestatis plerique homines, qui rem tempus, existimationem, ac tantum non vitam (vtinam non animam) per noctì diurnaq; alea miserè perdunt, sat scio si cana illa, & veneranda antiquitas modo repuerasceret, christiana præsertim imputa pietate nostrorum morum vehementer puderet illã. Et tamen hoc lusus & iocus?

L. fin. C. de feriis.

At illam immanem & sanguinolentam taurorum exagitationem, & vt imperator vocat lacrymosa ferarum spectacula, quis christianorum ferat? quis in illud truculentum, & belluinum non * commoueatur 2 certamen? quod etiam multis legum canonumque exemplis refragantibus in certissimam multorum hominum stragem, & in totius Reipublicæ pernicioſissimum exemplum peruersa maiorum introduxit consuetudo. Adeò nihil est tam scelerosum, nihil tam atrox, quod non probetur, si id cõsuetudine probari contingat. Planè quamuis diuturnis moribus hoc ludi genus probatum sit, & sint auctores nonnulli qui cõsuetudinis autoramento ducti illi blandiantur: vt Medina de restit. quæst. 21. & Ioã. Garsi. loco superiori. Non desunt tamen viri grauissimi qui illud, vt rem noxiam & antiquam gentilium redolentem barbariẽ magnopere abominentur, in quibus Gregor. Lop. in l. 57. tit. 5. part. 1. & Bernar. Diaz in praxi canonica, cap. 66. & Frater Alcocer in peculiari, tract. de ludo. & Hieron. Roman. in comment. de republic. 2. part. lib. 10. cap. 6. Senserunt hoc idem huius Regni procuratores, plebisque tribuni, qui in Vallisoletano conuentu habito anno 1555. enixè petierunt à Rege, vt hoc ludi genus à nostra exterminaret republica: sensit & hoc sanctè pieq; sanctissimus Pius Quintus Põtifex Maximus, qui illud è Christiana republica propria sanctione relegati præcepit, ò tempora, o mores! Quid dicã? vitam hominis olim legislatoribus tanto in pretio fuit, vt vetaret lex Regia Quiritũ mulierem, quæ prægnans mortua * sit humari anteaquam partus excidatur, & qui

3 *Quirites dicuntur à Quirino is est Romulus secundum Cicero. li. 1. de legibus.*

contra fecerit spem animantis cum grauida peremisse videtur, l. vetat lex Regia, ff. de mortuo inferendo. Nos hodie, quia scilicet, prudentiores sumus vitam hominis tanti facimus, vt ceu rem ludicram, & nihili æquum putemus illam ad nostros lusus, & inanes voluptates heu! bestijs trucidandam obijcere. Nunquid desunt alij ludi, quibus nos innocuè, quibus nos licenter oblectari valeamus? Sed agit hoc antiquus ille hostis: hoc ille communis humani generis patrat inimicus Satan. Quid? Solebat inueterator ille cum olim in filios Adæ ipsius parentis peccato tyrannidem exerceret, ita in ipsos tyrannicè sæuire, vt etiam charissimorũm natorum proprium sanguinem nedum alienum in victimam litare, illi pium & religiosum putarent homines. Sustulit hoc summa ipsius omnipotentis Dei pietas, & misericordia singularis, proprio etiam vnigenito filio Iesu Domino nostro in nostri redemptionem oblato. Quid ergo ille tenebrarum Princeps? Quid ille præstigiarum auctor? quamquam se eiectum videt, quia tamen, vt Petrus, inquit, Apostolus: *Tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret,* tentat etiam num, an quauis arte efficere valeat, vt humano rursus cruore adoleatur, & quoniam id ex aperto, non potest per insidias adoritur: itaque sub specie oblectamenti, & lusus hanc hominum carnificinam carnifex impius impiè ingerit. Hoc ego non hominum, sed cacodæmonũ inuentum fuisse, cur non affirmem? Cum id & Pontifex summus fateatur in cap. præterea, 51. distinct. & Chrysostomus in Matthæũ homil. 67. & Pius ipse Pontifex in suo illo decreto, quem proprium motum appellamus. Et quem rogo alium meliorem huiusce modi lusus auctorem existimare possumus: vbi homo ies alioqui admirabilis, & pretiosissima (vt quod dictu grauissimum est dicam) cum bellua certamen aggreditur? vbi homo, quem Deus velut quoddam sui simulacrum in hoc mundo constituit suam efferans naturam belluæ parem se facit. Ludite ergo, ò mortales taurorum ludite lusum, agite, date operam, ne hoc tam honestum oblectamentum vllo intermittatis modo. Eia hoc agite, vt cacodæmone ipso auctore, & choreas exibilante cum fera lætabundi tripudietis, & hoc denique agite, vt corpora (parum hoc) quin hominum animas non auro, aut argento, non cuiusuis hominis opera, sed ipsius vnigeniti Dei filij proprio sanguine, & cruenta morte redemptas dæmoni ipsi (exhorresco referens) cer-

tissimo humani generis inimico sacrilegè sacrificetis. Sed quid ego stomachor? quid hæc necquicquam plerisque ingrata reuoluo? Scio me surdo (quod aiunt) narrare fabulam: sed narrem si libet, quia tamen huius loci opportunitas me admonuit, non potui non mihi morem gerere, & rem prorsus detestabilem, & Christiano nomine indignam pro virili execrari? alio ergo transgrediamur.

Non solum autem superiores illi ludi
4 qui virtutis causa fiunt liciti sunt * vt diximus, sed & alij quoque qui tametsi ad voluptatem, & oblectamentum spectent arte tamen magis, & ingenio quam fortunæ calculo regũtur, talis est ludus quem Itali scha eorum nos *axedrez*, appellamus, cuius autorem Græcum fuisse Palamedem referunt Cacialupus, & Paris de Puteo in tractat. de ludo. cum quibus nõ consentit nostras Hieronym. Roman. in comment. de repub. 2. par. lib. 10. cap. fin. sed alios illius auctores fuisse memorat. Palamedi verò tribuit ludum tesserarum, seu talorum, de huius autem ludi quæstionibus peculiarem tractatum edidit Anton. de Prato iurisperitus, & alterum eleganti carmine Hieronym. Vida Cremonensis. Ad permissos etiam ludos pertinet ludus globuli folliculi, atque pilæ,
5 & vt generaliter dicam ludus omnis qui nõ * à forte, siue fortuna pendeatisque non tãtum laicis, sed etiam clericis permissus est, sicuti tradit Cacialup. in dict. tract. de ludo. q. 4. & testatur communem opin. Bertach. de Episc. lib. 4 q. 1. num. 10. dummodo ij (de clericis loquor) modum & honestatẽ in ludendo non transiliant, sicuti intelligere licet ex cap. Episcop. 35. distinct. & in cap. penult. de vita & honest. cler. & in capit. inter dilectos, de excess. prælato. & in l. 57. titul. 1. & l. 34. tit. 6. part. 1. explicatque sedulo Sylvest. verbo, ludus, §. 4. & Bernard. Diaz in praxi canonic. capit. 64. Nauar. quoque in manual. cap. 19. numer. 4. Troil. de sortibus, 2. par. num. 25. & Frater Alcocer in peculiari illo libello de ludo. Etenim ij (clericos inquam) cum à rebus seculi in altiorem locum sublati sint, ita debent mores suos, & vitam componere, vt actiones eorum cunctis afferant venerationem & exemplum, vt habetur in Concil. Trident. sess. 22. cap. 1. de reform. Quamuis autem veteri iure permissum esset his ludis permissis sponsionem facere, vt in l. solent. & in l. sequenti, ff. de aleato. vltra tamen vnum solidum, seu aureum nummum quantumuis diues quis esset ludere non permittebatur, vt Græca illa lege sancitur, & declarat Cacialupus in illo tract. de ludo. quæst. 6. Hoc tamen apud nos aliquo modo immutatum est, lege namque * Regia 6
sancitum extat, vt hisce ludis permissis ad tricenos vsque aureos, nec ampliusingulis diebus impunè ludere liceat: dummodo nõ increditum, nec alia re, quam in numerata pecunia sponsio fiat ea est, l. 9. tit. 7. lib. 8. Recop. quæ quidem ita plana est, & se se ipsam aperit, vt interpretatione aliqua non egeat. Nisi modo illud annotemus in committenda pœna illa lege comprehensa non primos successus, sed postremam ludi aleam spectandam esse. Itaque si varia vice, atque vt ferè semper in ludo accidere solet aliàs secunda, aliàs aduersa fortuna successerit, non aliter cõmissam esse pœnam dicemus, quam si demum omni iam ludo expleto constiterit tota illa die triginta aureorum, aut lucrum, aut iacturam factam fuisse. Nec nos quidem ex nostro marte id scribimus, sed ex Bartoli eleganti sententia in l. inficiando, §. infans, ff. de furtis, num. 5. vbi similes leges, ita accipiendas esse tradit Bartolo verò subscripsere Paris de Puteo, & Cacialup. in illo tract. de ludo. & Hippol. in l. si in rixa. num. 19. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & denique omnium scriptorum calculis Bartoli probata est sententia. Quam quidem, & ipsius Regiæ legis verba non modo non aspernantur, vt imò apertè illam probare videantur, dum ait: *So pena que por la primera vez, anssi el que lo perdiere, como el que la ganare, &c.* Itaque ad lucrum, aut iacturam solummodo lex respexisse videtur. Atque hæc hactenus de ludis licitis, mõdo de illicitis dicamus.

Ludi illiciti sunt, qui aut prorsus à sorte, seu fortuna, aut partim à fortuna, partim & ab arte reguntur, qui quidem * omnes 7
vna aleæ appellatione comprehenduntur. Alea siquidem fortunæ ludus est magis, quam artis, aut consilij, sicuti plurimorum auctoritate ostendit Erasmus Chiliade 1. Centuria 3. Adagio. 32. & Iuuenalis significant carmina Satyræ primæ, quæ in ethnicos olim iactata, vtinam non in nostros hodiernos mores adamussim quadrarent: ea eiusmodi sunt.

Et quando vberior vitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos animos. Neque enim loculis comitantibus itur.
Ad casum tabulæ, posita, sed luditur arca.

Hos itaque aleæ ludos iure moribusq; prohibitos esse par est inter omnes scriptores

sen-

sententia glossa, & reliqui in cap. clerici, de vita & honesta. clericorum, Decius consil. 115. vol. 1. testatur communem opinionẽ Bertachin. de Episcop. lib. 4. part. 1. num. 10. & Costa de ludo, artic. 2. nu. 34. & probatur in l. 1. ff. de aleat. & in Authen. alearum lusus, C. de religio. & sumpt. funer. & in Authent. interdicimus, C. de Episcop. & cler. & in proœmio Digestorum, §. illud, & apud nos apertius in l. 5. titul. 7. lib. 8. Recopil. Meritò autem iureque hi ludi damnantur, non tam quidem, quod sortis iudicium sui natura improbum sit, modo ad augurium illud non protendat, vt in cap. sors 26. quæst. 2. quàm quòd ex multa ex huiusce modi ludis scaturire soleant mala, quæ nos hic recensere supersedebimus simul, quia vulgò etiam plusquam oporteat nota sunt, simul, quia plenè illa recensentur ab Hostiensi in titulo de excess. præla. & reliquis deinceps ab eo auctoribus: quando igitur alea, idest ludus omnis, qui à sorte pendet iure prohibitum esse censendum est lu-
8 dum quem Latinorum * aliqui taxillorum vocant, & significantius tesserarum, seu talorum appellare possent, vulgo, *dados*, appellamus, is enim à sorte magis, quàm ab arte pendet, id quod Terentianus Mitio in Adelphis ostendit, dicens:

Ita est vita hominum quasi cum ludas tesseris,
Si illud quod maximè opus est iactu non cadit,
Id quod cecidit sorte, vt arte corrigas.

Tessera autem tabula erat in quam tali iaciebantur, vt significant Martialis carmina lib. 1. Epigram. 146.

Supposita est blando nunquam tibi tessera talo?
Alea sed parcæ sola fuere nuces.

Tali verò fritillo, idest, vasculo quodam iaciebantur in tesseram, vt significant Iuuenalis carmina Satyr. 14. in principio.

Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus: paruoque eadem mouet arma fritillo.

Is autem talorum, seu tesserarũ ludus qualis olim fuerit intelligere, licet ex Suetonio in vita Octauiani Augusti. cap. 71. ita enim inquit, *Inter cœnã lusimus γεροντικῶς, & heri & hodie: talis enim iactis, vt quisque canem, aut senionem miserat in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat vniuersos qui venerem iecerat.* Tabularũ quoque ludus inter prohibitos censendus est, item & foliorum, seu chartarum, quem vulgo, *naypes*, appellamus. Nec non ludas quẽ veteres, atque recentiores par impar appellant, de quo extat apud Horat. versiculus ille.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Et ne longiores simus, prohibitus censendus est ludus omnis, qui non tam arte quã sorte regatur, sicuti recentiores leges, vt veteres omittamus satis superque ostendunt, præsertim, l. 5. titul. 7. lib. 8. Recopil. & planè vsque adeò hi lusus apud omnes perædè leges malè audiunt, vt aleatorum susceptori impunè iniuriam inferre, atque adeò illi furtum * facere permittant, vt est 9
videre in l. 1. ff. de alea. & in l. 6. tit. 14. par. 7. Amplius in tantum hi ludi prohibiti nõnullis auctoribus prohibitos esse censentur, vt affirment quisquis vltra permissam lege summam luserit mortale (quo nihil grauius dici potest) peccare peccatum. In qua sententia fuit Alphons. de Castro, vir sanè inter paucos eruditissimus lib. 1. de lege pœnalia, cap. 12. Quinimo non desunt qui hisce ludis ludentes ad restitutionem damnent eorum: quæ vltra præscriptam lege summã lucrati fuerint quando ij non voluptatis animique gratia, sed lucri magis luserint, in quibus est Panorm. in cap. clerici, num. 12. de vita & honest. cleric. & Cacialup. de ludo. quæst. 10. & sentit communem esse auctorum opinionem Ias. in l. iurisgentium, §. ait prætor, nu. 5. ff. de pactis, & Sylvest. verb. ludus, num. 13. eiusdem quoque fuit sententiæ Auenda. in cap. correct. 2. part. capit. 9. num. 4. Ego verò veriorem censeo opinionem illorum, qui ita ludentes à mortali excusant peccato, dummodo aliàs fraus cesset: aut alia causa non * accedat quæ no- 10
xa sit. Atque dummodo ij non sint clerici quoniam hos sacri Canones, & nuper Cõcilium Tridentinum à talibus Iusibus deterrent. Huius sententiæ fuit Caietanus in summa, verbo, ludus, & Sotus de iustit. & iure, lib. 4. quæst. 5. artic. 2. concl. 3. & Nauar. in manuali cap. 19. num. 7. & 12. Sed & probabiliorem censeo opinionem illorum qui existimant, quod qui his ludis * lu- 11
cratus fuerit, ex conscientiæ præscripto restituere non teneri: dummodo is quocum ludit rerum suarum administrationem habeat, & vis frausque cesset, sicuti placuit Ioan. Andr. & Calder. in cap. cleric. de vita & honest. cleric. & Alphons. de Castro de lege pœnali, lib. 2. cap. 2. corol. 3. & Soto de iustit. & iure, lib. 4. quæst. 5. art. 2. cõclus. 4. & Nauar. in manuali, cap. 19. num. 9. & Couar. in regul. non dimittitur 2. par. §. 4. & tradit pluribus verbis frater Franciscus Alcocer in peculiari, tract. de ludo, & denique communem testatur opinionem D. Padil. in l. de fideicommisso, num. 7. C.

de

* de transactionibus * Et Gutier. de confirmat. iur. 1. par. cap. 53. num. 2. * Ex quo ridiculum mihi esse videtur, quod quidã tradunt Theologi apud Iasonem, in l. iurisgentium, §. prætor ait, num. 5. ff. de pactis, (si tamen litera verax est) si quis inter ludendum omnem prorsus * pecuniam vno 12
duntaxat excepto nummo perdiderit, posteaque reflante alea perditam pecuniam recuperauerit non posse cum secura conscientia pecuniam illam retinere. Hoc sanè qua ratione consistere valeat non sat intelligo. Si quatuor quamuis Neuizanis in Sylua nuptiali lib. 5. numer. 6. Nam rogo cur peioris debet esse conditionis is qui prius perdidit, quàm qui posterius? cum iuxta iuris regulam contrahentium par debeat esse conditio. l. fin. C. de fruct. & litium exp. cap. 2 de mutuis petitio. Deinde refragatur Bartoli reliquorumque sententia de qua paulò ante mentionem fecimus in ludo postremam aleam nos primos successus spectandos esse, & denique refragatur illud, quod iure ciuilissimo constitutum est, ea quæ in faciendo consistunt, quoniam diuisionem non recipiunt à postremo actu perfectionem recipere, l. seruitutes, & l. in executionem, ff. de verbor. oblig. l. 1. §. si vsusfruct. ff. ad legem Falcid. capit. nihil 7. quæst. 1. In maiore sanè cum minore ludenti, quia diuersa istorum est conditio, quæstio hæc forsan controuerti poterat, ex glos. in l. si minor 25. annis filio familias ff. de minoribus aliisque multis, quæ quoniã longiora sunt, & ad vsum forensem (qui nobis potissimum curæ est) minus attinent hic missa facimus. ¶ Hæc ergo præfatis iam ad propositæ quæstionis decisionem accingamur: dispiciamus itaque si quis ludenti pecuniam mutuauerit certi conditione agere valeat. Et est sanè de ea re inter scriptores dissidij non parum. Alij namque non dandam mutanti conditionem putant, in qua sententia fuit Guido de Suza in l. quod si minor, §. restituto, ff. de minor. Panorm. in cap. cleric. numer. 15. de vita & honest. clericor. Sylues. verb. ludus, vers. quinto. Thom. Gramma. decis. 40. qui omnes potissimum in hanc sententiam ducuntur, auctoritate, textus in l. si quis cum sciret ff. de vsucapione pro emptore, vbi Iurisconsultus in hæc verba scribit: *Si quis cum sciret vendit orem statim pecuniam consumpturam seruos ab eo emisset, plerique responderunt eum nihilominus bonæ fidei emptorem esse, idque verius est: quomodo enim mala fide emisse videtur qui à domino emit nisi forte, & is qui à luxurioso & protinus scorto daturo pecuniam seruos emerit non vsucapiet.* Hactenus Iurisconsultus: cæterum contrariæ sententiæ permulti non languidæ fidei auctores subscripsere constanter affirmantes mutuanti condictionem competere, glos. in l. quod si minor, §. restituto, ff. de minor. glos. in dict. l. si quis cum sciret, & ibi Alber. & Imol. & denique hanc testantur communem esse opinionem Stephanus Costa, & Cacialupus in illis tractatibus de ludo. hic quæst. 8. alle artic. 6. principali. Et hoc quidem verius videtur, ex l. fin. ff. de aleato. atque ex l. 3. §. nec non, ff. de in rem, vers. Quid ergo ad legem illam, *si quis cum sciret*, respondent interpretes? Planè non mediocriter in illius intelligentia discordant. Namque glosa, & Albe. tradunt illic luxurioso illis bonis interdictum fuisse. His verò repugnat Bart. quia inquit, si ita esset nihil posterior species differre à priori, & tamen ait verba illa, *nisi forte*, exceptionem præferunt, ac discriminis differentiam important. Quid ergo Bartolus ipse? Inter priorem, & posteriorē casum hoc interesse ait quòd in priori casu emptor, etsi sciebat venditorem male pretium consumpturum esse, nesciebat tamen in quem vsum consumpturus esset in posteriori verò casu non latebat emptorem in quem specialiter vsum venditor pecuniam consumpturus esset, scilicet in scortum, cum Bartolo verò reliqui ab eo deinceps classici consentiunt omnes. Verum enim verò, neque hi, neque illi (tantorum auctorum pace dixerim) illius textus intellectum * assecuti sunt: neque vllo modo 13
illorum verborum, *nisi forte*, vsum, atque significationem calluere. Planè si verum amamus indubitanter tenendum erit, tam priori, quàm posteriori illius legis casu emptorem illum qui à luxurioso emit, bonæ fidei emptorem esse: eamque proculdubio esse Iurisconsulti sententiam. Id autem vt intelligatis sic habetote verba illa, *nisi forte*, quibus illic Iurisconsultus vtitur non inducere exceptionem, sed confirmationem potius eorum quæ præcesserunt. Etenim sicuti ex doctissimis veterum monumentis longa electione didicimus, solent auctores dum prius dictum alio, aut simili, aut probabiliori argumento confirmare volunt, vti verbis illis, *nisi forte*. Ostendit autem hoc primum Cato Maior apud Marcum Ciceronem de Senectute: *Non enim*, inquit, *viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporis magnæ geruntur: sed consilio, auctoritate sententia quibus non modò non ornari, sed etiam augeri*

senectus

senectus solet. Nisi forte ego vobis, qui & miles, & tribunus, & legatus, & consul versatus sum in vario genere bellorum cessare nunc videor? Idem pro Caio Rabirio, & lib. 1. de legib. & aliàs sæpè Quintil. lib. 1. Instit. cap. 15. *Similiter oratorem qui debet esse sapiens nō geometres faciet, aut musices, quæque his alia subiungam, sed hæ quoque artes, vt sit consummatus iuuabunt, nisi forte antidotum quidem, atq; alia quæ morbis, aut vulneribus medentur ex multis, atque interim contrarijs quoque inter se effectibus componi videmus.* Idem quoque apparet ex capite sequenti eiusdem libri. Ostē dit quoque Diuus Hieron. in Prolog. Bibliorum, seu in epist. ad Paulinum, ita inquiens: *Quidquid enim alijs exercitatio, & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus suggerebat, nisi forte rusticum Petrum rusticum Ioannem dicimus.* Sed ne foris exempla petamus, hoc idem ostendit apertissimè Iurisconsultus in l. Labeo. in fin. ff. de supellect. lega. in fin. in hæc verba: *Nam etsi*, inquit, *prior atque potior est, quā vox mens dicentis, tamē nemo, sine voce dixisse existimatur, nisi & eos forte qui loqui nō possunt conatu ipso & sono quodam τοι ἀνάστροφόν dicere existimemus.* Possem & alios non paucos in eandem sententiam allegare locos, sed ad rem ostendendam superioris satis superque sufficere existimo. Igitur verba illa, *nisi forte*, apud legem illam si *quis sum sciret*, non aduersantur priori Iurisconsulti respōso, sed illud potius confirmant. Itaque vtroque in casu vult Iurisconsultus emptorem qui luxurioso illi, & statim in malos vsus cō sumpturo pecuniam dedit bonæ fidei possessorem esse: & ita proculdubio tenendū erit, repugnet quamuis nobis communis interpretum sententia, tam in dicta lege, si quis cum sciret, quam glossa Abb. & reliqui in cap. si diligenti, de præscrip. Nisi forte opinio potior est quàm veritas, aut interpretum auctoritas potior debet esse, quàm Iurisconsulti. Secundum hanc igitur nostram interpretationem, quæ verissima est, tantum abest, vt illa lege si quis cum sciret, huic posteriori opinioni (quæ mutuanti aleatori actionem dat) refragetur, vt per cōtrarium illam potius vehementer adiuuet.

Conclusio. ¶ Concludamus igitur eum qui ludenti pecuniam credidit certi condictionem habere, quam communem esse * opinionem superius diximus. Hæc tamē cōclusio tēperāda, seu limitanda est. Primū vt locū nō habeat quādo collusor mutuari collusori, nā nullam prorsus actionē haberet, iuxta glos. in d. l. si quis cum sciret, & in l. quod si minor. §. restitutio, ff. de minor. & l. fin. ff. quarum rerum actio non detur, estque cōmunis omnium scriptorum sententia teste Cacialupo in illo tractatu de ludo. quæst. 8. quod intelligere te velim, etiam si (vt ex facto respondi) collusor per interpositam personam id faceret: puta mutuando Titio: vt is mutuaret collusori: nam quod quis per se facere non poterit, neque per alium licebit, l. non dubium, C. de legibus, l. si filius familias, ff. ad Maced. l. 1. C. de natura. liberis. * Quia si quis inter ludendum collusori, rem aliquam vendiderit de euictione non tenetur secundum Panorm. in cap. si diligenti, num. 27. de præscript. * Deinde conclusio, hæc locum non habere dicendum est in aleatorum susceptore: namis si si alicui * aleatorum pecuniam mutuaret repetitionem non haberet, sicuti placuit glossæ in l. fin. ff. de aleat. verbo, accepit. & Ioan. Andr. Abb. & Imol. in cap. clerici de vita & honestate clericorum, & Stephano de Costæ de ludo. art. 6. & Cacialupo, quæst. 8. qui communem esse opinionem fidem facit. Tertio superior illa conclusio non procedit in minore * qui pecuniam mutuo acceptam ludo perdidit ex sententia Iurisconsulti in l. si verò non remunerandi, §. si adolescens, ff. mandati, & in l. quod si minor, §. restitutio. ff. de minor. Iā illud palàm est conclusionem illam locum non habere aduersus prodigum, cui bonis interdictum est: qui enim huic ad ludum mutuauerit repetitionem non habebit iuxta gloss. in dict. l. si quis cum sciret, cum qua reliqui omnes consentiunt auctores: postremo ex nostratibus legibus Regij, hæc conclusio temperanda est, & intelligenda quādo * mutuū in pecunia numerata factum fuerit, aliter atque si non in pecunia numerata, sed in creditum ludatur, puta, aut habita fide sponsionis, aut etiam datis pro ea pignoribus ex promissorisvè, quoniam huiusmodi obligationes, ac ex promissiones quæ in ludo, siue ludi causa fiunt leges Regiæ omnino labefactant ac irritāt, vt est videre in l. 8. & 9. titul. 7. lib. 8. Recopil. id quod (& quod ad vetera iura attinet) statuē dum esse placuerat Cacialup. in illo tract. de ludo. q. 8. num. 34. Proinde cum leges illæ Regiæ cum iure communi conueniant, si quid fortasis dubij circa illas acciderit sunt non strictim, sed benignius interpretandæ, iuxta ea quæ notantur in Authent. si quas actiones, C. de sacrosanctis Eccles. & aliàs sæpè.

24

15

16

17

SVM-

SVMMARIVM.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, hoc est, pactum de succedendo vtroque iure prohibitum est, num. 1.

Regio iure donatio bonorum præsentium tantum non valet, num. 2.

Donatio causa mortis tam bonorum præsentium, quàm futurorum valet, num. 3.

Donatio causa mortis quantum ad solemnia cõtractus cõtractibus exequatur, porrò quantum ad iuris effectus testamenti sortitur naturam, num. 4.

An donatio omnium bonorum mortis causa facta valeat ad interpretationem legis 69. Taur.

CAP. VIII.

VEteri iure donatio omniũ bonorum præsentium & futurorum infirma erat, quoniam pactum de futura successione prohibitũ
1 est legibus, * ne scilicet testandi facultas auferatur hominibus, l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbo. oblig. & illic annotant Bart. Alexan. & Iason. reliquique classici, Decius, Purpuratus, & reliqui in l. fin. C. de pactis. Donatio tamen præsentium dũtaxat bonorum veteri iure rata erat. l. omnes, §. Lucius, ff. de ijs, quæ in fraud. cred. & illic glossa, Bart. Albert. & reliqui. testatur communem Alexand. in dict. l. fin. numer. 3. C. de pactis, & Ruinus cons. 178. lib. 1. num. 3. Hodie tamen nostrati Regio iure, ne præsentium quidem bonorum ne-
2 dum futurorum * quoque donatio fieri potest, vt cautum est in l. 69. Tauri, quæ est hodie, l. 8. titul. 10. lib. 5. Recopilat. quam cum interpretes illic studiosè explicent, atque etiam Couar. lib. 3. variar. capit. 12. & Dueñ. regul. 219. vnà duntaxat quæstio digna visa est mihi, quam hoc loco tangerem, hæc est. An ea lex Regia pertineat etiã ad donationem causa mortis: quam quidem quæstionem mouet illic Anton. Gom. numer. 5. & putat legis Regiæ prohibitionẽ ad id quoq; donationis genus spectare. Sed allucinatur sanè Antonius (tanti viri pace dixerim) par est enim inter scriptores omnes * sententia, donationem causa mortis 3
omnium bonorum nõ modo præsentium, sed etiam futurorum validam esse, glossa verbo accõmodauerit, & illic Bartol. Bald. & reliqui in l. fin. C. de pactis. Castel. in eadem lege Regia, verbo, *Donacion*, Durãs regul. 217. limitat. 1. D. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 14. Boerius qui plures refert decisio. 353. num. 4. testatur cõmunem alios plures referens, qui testantur communem, Iulius Clar. lib. 4. receptarum sententiarum, §. donatio. num. 7. communem item testatur Imol. in rubr. de testam. num. 5. & Decius cons. 578. numer. 7. & Ioan. Cephal. cons. 43. num. 9. Verisimaque mihi communis videtur sententia, etenim quamuis donatio causa mortis, quod * 4
attinet ad solemnia contractus contractibus exequetur, gloss. & Bart. in l. 2. ff. de dote præleg. Guillel. Bened. in capit. Rainunt. verb. testamentum, 4. num. 34. Cæterùm quantum ad effectus iuris ad testamenti naturam magis accedit, l. 1. §. fin. C. de caducis tollen. l. fin. C. de donatio. caus. mortis, l. illud, & l. final. C. de codicil. l. in mortis causa. & l. illud, ff. de donat. causa mortis. Bald. qui ita distinguit in l. secunda, ff. de legatis primo, cuius distinctionem totum amplecti mundum affirmat illic Iason. testatur etiam communem Suar. allega. 20. & Couar. in rubr. de testament. 3. part. numer. 1. & Decius cons. 662. volum. 5. numer. 2. & magis communem affirmat Hippolit. singul. 136. In hac verò quæstione, an donatio causa mortis omnium bonorũ valeat, non agitur quidem de solemnibus contractus, sed potius de ipsius donationis effectu. Atque ita ex testamẽti natura quæstio hæc magis definiri debet: sed neque hoc vtique casu testandi facultas donatori tollitur, quippè cum donationem quandocunque reuocare valeat, vt in §. primo. Instit. de donat. & l. fin. tit. 4. part. 5. Cessat igitur ratio ob quam prohibuere leges, ne omnium bonorum donatio fieret: legis ergo ratione cessante, & illius cessare debet dispositio iuxta notissimas iuris regulas. Quod hic idem (ne doctissimi aliqui Gome. auctoritas quemquam in errorem induceret) notandum duxi.

***

SVM-

SVMMARIVM.

ACtorum accumulatio fieri debet, aut ratione rei iudicatæ aut litis pendẽtis, aut ne causa continentia diuidatur: & numer. sequent. num. 1.

Causæ continentia multis dicitur modis, numero 2.

Quibus casibus exceptiones rei iudicatæ litis pendentis, & ne causæ continentia diuidatur locum habent, ibi actorum fieri debet accumulatio, num. 3.

Cum accumulatio locum habet debent acta originalia transferri ad tabellionem, cui accumulatio pertinet, num. 4.

Cum accumulatio locum non habet non tenetur notarius acta originalia accumulare, numero 5.

Vtri ex tabellionibus actorum accumulatio attinet, num. 6.

Iudice ex officio procedente apud vnum notariũ, accusatore verò alium eligente priori notario pertinet accumulatio, num. 7.

Executio rei iudicatæ, aut euictionis pertinet ad notarium, apud quem primalis agitata fuit, num. 8.

Accumulatio actorum diuersa res est ab actionum accumulatione, num. 9.

Hodie facta actorum accumulatione necessariũ non est, vt acta reproducantur, num. 10.

Actorum fieri quãdo debeat accumulatio.

CAP. IX.

DE actorũ, seu processuum (vt vulgò vocant) accumulatione frequens est in foro quæstio, tantoq; difficilior, quod ab interpretibus (quod sciam) tacta non est. Paucis ergo in pragmaticorum gratiam attingamus. Duplex autem hic quæstio versatur: altera quando actorum fieri debeat accumulatio: altera ad quem ex nostris accumulata monumẽta attineant. Sciẽdum est igitur actorum accumulationem * tribus ex causis fieri debere. Primum ratione exceptionis rei iudicatæ, vt in l. & an eã- 1

dem, ff. de except. rei iudic. & in cap. 1. de litis contest. in 6. Secundo ratione litis pẽdentis, l. vbi cœptum, ff. de iudic. Tertiò, ratione exceptionis, ne continentia causæ diuidatur, l. nulli, C. de iudic. Causæ autẽ * continentia multis dicitur modis, secun- 2
dum Baldum, & Alber. in dict. l. nulli, & Afflictum decis. 354. numer. 13. Primò. Vbi eadem est actio, eadem res, & personæ eædem. Secundò. Vbi eædem sunt personæ, eadem res, actio verò non eadem: veluti in petitorio, & possessorio. Tertiò. Vbi eædem sunt personæ, & eadem actio, sed res non eadem vt in actione turelæ, & negotiorum gestorum. Quartò. Vbi est diuersitas personarum, & rei, sed actio est eadem: quia ex vno, & eodem fonte procedit contra plures. Quintò. Vbi eadem est actio, & eadem est res, sed personæ sunt diuersæ, vt in duplicibus iudicijs. Sextò. Quando iudicia se habent, vt genus & species. Hæc à Baldo Alberic. & Afflicto locis superioribus. Igitur quibus in casibus hæ tres * exceptiones rei 3
iudicatæ litis pendentis, & ne causæ continentia diuidatur, locum habent ibi, & actorum fieri debet accumulatio, l. prima cum seq. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, cap. fin. de rescript. c. dispendia. eodẽ tit. in 6. l. si idem cum eodem, §. quod si mutuæ, ff. de iurisdict. omnium iudicum, l. 1. C. de assertione tol. l. si de proprietate, C. si non à competen. iudice, l. cognitio, §. si plures, ff. de liberali causa, l. iam collatores, §. penult. C. de re militari, lib. 12. & dicta l. nulli, C. de iudicijs. l. 12. tit. 1 lib. 8. Recopil. Bald. in dict. l. si idem cũ eodem, §. quod si mutuæ. Innocen. in capit. cum M. Ferra. de constit. Afflict. dicta decis. 354. His autem omnibus in casibus in quibus fieri debet accumulatio, debet notarius acta authẽtica, seu originalia transferre ad tabellionẽ 4
* ad quem pertinet accumulatio, neque vllas quidem eo nomine sportulas desiderare potest, vt est cautum in l. prima, tit. 27. lib. 4 Recopil. Cæterum, quando accumulatio fieri iure non debet, non est notarius inuitus cogendus acta originalia accumulare, etiam si apud * ipsummet vtraque causa pendeat, secundum Bart. in l. eos, §. super his, C. de appel. Bald. Iaſ. Alexand. & reliqui in l. is apud quem, C. de edendo. * Et * Boer. decis. 15. num. 4. * Atque hæc de priori quæstione. Videamus nunc cui nam ex tabellionibus facta accumulatio attineat. Et res sic se habet. Aut accumulatio fit iner notarios diuersi fori, & palàm est accumulationem attinere ad notarium ipsi-

sius iudicis, qui de causa debet cognoscere, cap. translato. de const. & quæ illic traduntur. Porrò cum accumulatio fit inter notarios * eiusdem fori, dicendum est pertinere accumulationem ad notarium apud quē cœpta primū lis est iuxta regulā: qui prior est tempore, ff. de regul. iur. & quæ scribit Bald. in l. si idem cum eodem, §. quod si mutuæ, ff. de iurisd. omn. iudic. & Boer. de autor. magni cons. num. 80. & quæ latè cūmulant Doctores in cap. capitulum sanctæ Crucis, de rescript. & eo iure vtimur. Ergo vt rem exemplis demonstremus: si iudex ex officio apud alium notarium cœpit de delicto cognoscere iniuriam autem passus aliū ad querelā asciuerit * dicendum est pertinere accumulationem ad eum notarium, apud quem primum causa ex officio cœpta est, testesque iam ad summariam sunt informationem recepti. * Id quod probat l. 1. C. de sportulis, & tradit expressim Auend. in cap. correctorum, 2. part. cap. 15. num. 6. * idem statuendum quoque erit in executione rei iudicatæ, aut euictionis causa, hoc est tractandam causam esse apud eum notarium, apud quem prima * lis auspicata est, quādo scilicet rei iudicatæ, aut euictionis causa in eodem agitatur foro. Ex superioribus autem satis apparet actorum accumulationem rem longè diuersam esse ab actionum accumulatione, de qua copiosè tractant scriptores in l. edita, C. de edendo, & in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. proinde ne putaueris, idem iuris in vtraque esse ad extremum illud admonendum duxi, id quod * tanquam singulare commendat Ias. in l. is apud quem, C. de edendo, num. 14. cum hæc actorum accumulatio fit debere eum, quia inter est illorum reproductiones post accumulationem facere aliàs fidem ea non facere: apud nos hodie minus procedere, cum debeat iudex exactis veritate tantum inspecta ius dicere, vt est consultissimè definitum in l. 10. titul. 17. lib. 4. Recop. de cuius intellectu statim latius verba facturi sumus.

6

7

8

9

SVMMARIVM.

PAtrio iure veritate inspecta iudicandum est, neque solemnium defectus vitium iudicio affert, num. 1.

Hodie etsi litis defuerit contestatio, iudicium valet, num. 2.

Actore ex una causa agente, & aliam probante, an iudicium valeat, num. 3.

Si quis rem emphyteuticam iure commissi petat, commissam autem non probet, sed probet rem emphyteuticam esse, damnandus est reus, vt quotannis canonem soluat, num. 4.

Actore probante aliam rem quem quæ fuit petita absoluendus est reus ab obseruatio, ne iudicij, num. 5.

Potest actor qui aliam rem pro alia petijt errorem suum inter litigandum corrigere, numero 6.

Si iudex interpellatus iudicij solemnia neglexerit nullum est iudicium, num. 7.

Exceptio à reo non opposita, an illi proposit. numer. 8.

Quæ in iure aduocatis defuere iudex supplere potest non ea, quæ in facto, num. 9.

Exceptio non est in specie exprimenda, sed satis est factum narrare ex quo resultet exceptio, numer. 10.

Solemnium defectus quando vitiet hodie iudicium ad interpretationem, l. 10 tit. 17. lib. 4. Recop.

CAP. X.

QVanquam iure communi irritum sit iudiciū, in quo legitimus ordo, seu iudiciorum defuerit solemnitas, vt in l. prolatā, C. de sentent. & interlo. omn. iudi. & aliàs sæpè. Patrio tamen, seu Regio iure diuersum est: nostrati enim iure satis est, vt actor à principio petat, quod intendit, cætera verò solemnia * si defuerint non sunt impedimento, quo minus possit iudex secundum veritatē, quæ ex actis sibi constiterit ius dicere: hæc est lex singularis, tit. 17. lib. 4. Recopil. numer. 10. Ex qua multa quidem inferre nobis liceret, sed ex more pauca, quæ ad vsum quotidianum magis attinent referemus. Et primo infertur verum non esse, quod doctissimus alioqui scripsit Gregor. Lop. in l. 8. tit. 10. part. 3. verb. *lo que no*, hodie perinde, ac olim adhuc litis contestationis omissionem vitiare iudicium. Etenim nostræ legis verba, vt quæ latissimè petent ex professo * repugnant, sunt enim istiusmodi,

o que

*ò que desfallecen las otras solennidades y sustancias de la orden de los juyzios, que los derechos mandan, ò alguna della*s, huius autem nostrę opinionis fuit etiam Auend. respons. 1. nu. 31. Infertur deinde, licèt veteri iure actor agens ex vna causa, siue actione, & probans ex alia succũberet, cap. Abbate, de re iud. in 6. l. 1. ff. si mensor falsum modium dixerit Bart. in l. 1. ff. de edendo. Porrò nostrati
3 iure contrarium est * recipiẽdum, sicuti in simili statuto respondit Paris de Puteo, de synd. §. sententia, & Marant. in Speculo, 4. par. distinct. 9. Alex. consil. 114. vol. 6. & Auend. alios referens, respons. 1. concl. 10. refert plures Tiraq. de retract. cõuentio. ad fin. tit. nu. 101. ex causæ enim diuersitate veritas non immutatur, quam sequendã nostra hæc lex Regia iubet: proinde idem erit dicendum, si causa lite pendente superuenerit: tametsi quod ad ius cõmune attinet, aliud erat receptũ, quãdo causa fuerat specialiter expressa, vt habetur in illo c. Abbate de re iud. in 6. tradũt Fab Ang. & Ias. in §. omniũ, inst. de actio. Si quis igitur rẽ em
4 phyteuticã iure cõmissi petat * nõ probet autẽ cõmissum, probet tamen rem emphyteuticam esse, damnandus est reus, vt canonem quotãnis soluat, etsi causa diuersa est, id quod & secundum ius commune probat Affi ict. decis. 83. num. 9.

Limitanda est tamen hæc nostra lex Regia, quando actor probaret aliam rẽ, quam quæ fuit petita, nam tum absoluendus erit
5 reus * ab instantia, seu obseruatione iudicij. De eo enim quod petitur vult lex Regia, vt iudex sententiã dicat, nõ de re diuersa, sicuti & veteri iure statutũ erat in c. licet Hely, de simonia, & in l. 15. tit. 22. part. 2. & id quoque placuit Auẽd. d. resp. 1. n. 23. Meminisse tamẽ debemus, cũ quis ita aliud pro alio agendo cõplexus est posse in eodẽ
6 iudicio suũ errorem * corrigere, validumq; iudiciũ erit, vt ipsemet definit Iustinianus, in §. si quid aliud pro alio Instit. de actio. Quibus conueniens est dicere verã non esse opin. Anto. Gomez in cõm. tom. 3. cap. 11. nu. 6. scribentis damnãdum esse reum, etsi accusator probauerit delictum fuisse commissum alio die, quàm qui libello comprehensus fuit, veriorque mihi videtur Angeli distinctio. in l. denuntiasse, §. quid tamen, ff. ad l. Iul. de adult. distinguentis inter delictum, quod semel tantum committi potest, vt homicidium, & illud, quod pluries committi potest, vt furtum, cum in eo pluries committi potest diuersitas temporis, criminis diuersitatem inducat, l. habebat, ff. de inst. & illic Bald. ac proinde, de re diuersa quam, quæ libello est comprehẽsa pronunciarit iudex, quod neque vetera iura admisere, neque hanc nostram legem Regiam admittere dicendum est. Limitãda est deinde hæc lex, quando iudex interpellatus ordinem iudicij prætermiserit, id quod ipsa lex Regia declarat. Sunt autem
7 qui putent * eo casu generalem illam clausulam sufficere, *peto mihi iustitiã ministrari*, in quibus fuere Didac. Perez in l. 2. titu. 4. lib. 3. ord. & Mexia ad leg. Tolet. 9. part. fundam. 1. Sed non est ita: specialem enim interpellationem necessariam esse lex ipsa non obscurè significat, ait enim, *y la parte pidiere declarandolo*, non ergo generalis illa clausula sufficiet, l. 2. & illic tradita, ff. de liberis & posthum. Quod si aliud admitteremus, fieret, vt lex illa alioqui vtilissima de nihilo deseruiret. Hæc de actore, quid vero de reo, pone eum non allegasse exceptionẽ, quæ tamen constat ex actis, an absolui debeat? Et quod ad ius commune attinet, ita distingui solet. Aut exceptio remouet actionem ipso iure, & debet illam iu-
8 dex ex suo * officio supplere, etsi à parte omissa fuerit: aut non remouet ipso iure, sed ope exceptionis, & suppleri à iudice non debet, ita distinguit glossa, Bartol. & reliqui in l. vbi pactum. C. de transactio. & in l. vnus, §. punctus ne peteret, ff. de pact. nam quod iure statutum est, vt quæ aduocatis iudex suppleat ad ea pertinet, quæ non ex facto, sed in iure consistunt, vt tradit gloss. & interpretes in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. iudex suppleat. Hanc vero di-
9 stinctionem, * & secundum nostrum ius Regium amplectendam esse puto. Nam cum ista hæc lex Regia in actore postulet, vt saltem actionem suam simpliciter proponat, consequenter, & in reo idem statuendum erit, vt & ipse exceptionem suam saltem simpliciter obijcere teneatur. Quod enim in actore statuitur, & in reo statuendum esse intelligendum est, cap. 2. de mutuis petitio. & illic tradita. Quod autem dixímus, exceptionem opponendam esse, nõ eò pertinet, vt in specie exprimenda sit, sed satis erit, vt factum ita narretur, vt ex eo resultet exceptio, sicuti tradit Cart. in l. 1. ff. de exceptioni. & Afflict. decis. 354. num. 10. Bald. in l. per hanc. C. de tempor. appellat.

SVMMARIVM.

Clementina, 1. de in integrum restitut. apprimè declaratur, num. 1.
L. fin. tit. fin, partit. 6. commendatur, num. 2.
L. 3. tit. 8. lib. 4. Recopil. commodissimè explanatur, num. 3.
Cum tota legitima dilatio impartita non est, in integrum restitutione concedenda competens terminus dandus est, num. 4.
Tertio oppositori, an dandasit in integrum restitutio ad probandum elapsis quindecim diebus à lege præscriptis, num. 5.

Intra quantum temporis spatium in integrum postulanda sit restitutio.

CAP. XI.

NOn mediocris est intr-scriptores controueersia, intra quantum temporis spatium in integrum postulanda sit restitutio aduersum lapsum temporis, siquidem glossa, 1. in l. interdum, ff. de minor. Bart. & reliqui in l. fin. C. de temp. in integ. restit. idē Bart. in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, ff. ex quibus causa maior. Angel. & Ias. in §. rursus. Instit. de actio. aiunt quando tempus læsionis est minus, quàm quadriennium, petendam in integrum restitutionem esse intra tantum temporis, quantum læsio abstulit, vt, verbi gratia, si intra quinque dies debuit minor appellare, & non appellauit, intra alios quinque debeat in integrum restitutionem postulare, & hanc communem esse opinionem. testatur Baldus de præscript. 1. part. quæst. principalis, §. 22. num. 27. Respondent autem cæter. autores ad Clementinam, 1. de in integr restit. quæ contrarium * definit, accipiendam esse in causa Ecclesiæ de qua loquitur. Contra vero Ioann. Andr. & reliqui Pontificij aiunt, illam clementis constitutionem latè patere, ac non tantum ad Ecclesiam, sed & ad exteros omnes, quibus in integrum restitutio cōpetit, pertinere, & hanc quidem opinionem approbat, l. fin. tit. fin. Parti. 6 quæ digna quidem est cuius * semper memineris, quippe qui scriptorum dissidium tollat, & cōmunem refellat opinionē. Igitur apud nos intra quadriennium in integrum potest restitutio postulari, siue tempus læsionis fuerit breuius, siue longius, quàm quadriēnium, id quod etiam placere video Gregor. Lopidi in l. 6. tit. fin. Partit. 6. & Anto. Gomez tom. 2. cap. 14. nu. 7. quamquam rem raptim, & perfunctorè tractent. Hoc autem non pertinere palam ad restitutionem in integrum, quę aduersus omissam probationem datur: nam hæc apud nos intra quindecim dies post factam publicationem petenda est, vti est comprehensum in l. 3. tit. 8. lib. 4. Recopil. in cuius mentionem quoniā incidimus, & quia * res est, quæ vsu sępè venire solet, nō ingratum me facturum existimauit si illi aliquid, quod ex vsu esse possit subnectamus: & primū illud meminisse oportebit, quod lex ait concedēdam in integrum restitutionē esse nō amplius, quam cū dimidio tēpore prioris dilationis accipiendam esse, quando in priori dilatione totum legitimum tempus datū est, alioqui non dimidium tempus dilationis, sed id, quod pro rei qualitate iudici competēs visum fuerit, impertiendum erit, * sicuti bellissimè scriptum reliquit Matth. de Afflict. decisio. 124. Sed & illud nō erit obliuiscendum, hanc Regiam definitioenem, & ad tertios pertinere oppositores, quibus iure in integrum cōpetit restitutio: id est, vt elapsis * illis quindecim diebus non audiantur, sicuti placuit Couar. pract. quæst. c. 14. nu. 3. quāquam dubius, & nutans nec immerito: nam vsu contrarium obseruari significat Otalora de nobilitat. 2. p. 3. principal. c. 9. num. 1. Proinde verius videtur, quod idem tradidit Afflictus decis. 15. iudicis id relinquendum arbitrio, id est, iudicē causa cognita existimare debere, vrum tertius terminis elapsis, seu concluſa causa in integrū restituendus sit. Postremo illud no tandū duximus, quod est apud Anto. Gomez, tom. 3. c. 1. n. 7. Hanc in integrū restitutionem, aduersus omissam probationem concedendā non esse minori accusanti, cui tempus ad probaudum elapsum est, quæ & Alxand. fuit opinio ad Bartolum in l. 1. §. nūciatio, ff. de noui operis nuncia. Ex argumento textus in l. auxilium, ff. de minorib. qua definitum est nō esse in integrum restituendum minorem, cui tempus ad accusandum elapsum est. Hanc etenim opinionem * iuris regulis ego longè abhorrētem esse opinor. Iure enim comparatū est nunquā in integrum restitutionem minoribus competentem excluſam videri, nisi quādo

specia-

specialiter lege exclusa fuerit, glossa & interpretes in l. postquam liti. C. de pactis. Cum igitur nulla vsquam sit lex, quæ hoc casu minoribus accusantibus in integrum restitutionem aduersus omissam probationem abnegaret, non est cur nos eam minoribus denegemus. Parumque me lex illa *auxilium* mouet, si quidem loquitur quando minor nunquam ius suum in iudicium deduxit. Porrò vt Iustinianus elegater inquit in l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor. 7 *non similis est qui* *penitus ab inito tacuit ei, qui postulationem deposuit, & in iudicium venit, & subijt certamina: litem autem implere per quosdam casus præpeditus est*, & sanè, vel ille vnus textus ad expugnandam contrariam opinionem satis est. Suffragatur etiam nobis Afflicti decisio. 390. vbi in Ecclesia hoc idem definitum esse scribit & deniqué aduersus illos multa succurrunt, quæ nos iniquuis spatijs excluſi missa facimus,

SVMMARIVM.

Fideiussor tutoris rem pupilli malè gerentis prospicere sibi poterit, tutorem suspecti arguendo. num. 1.

Tutor suspecti accusatus debet lite pendente bonorum pupillarium administratione interdici. num. 2.

Fideiussor tutoris rem pupilli malè gerentis, sibi quemadmodum prospicere possit.

CAP. XII.

TVtor in re pupilli malè versabatur, fideiussor qui pro eo interceſsit valde sibi timebat, consulebat igitur quemadmodum iure cabere sibi posset. Respondi in hac specie nominatim, à Iurisconsultis cautionem nobis tradi in l. si plures. ff. de admin. tuto. & in l. fin. ff. rem rat. hab. Nempe, vt suspecti arguatur tutor: huiusmodi enim 1 accusatio * omnibus patet, l. 1. §. consequēs, ff. de suspect. tuto. Quę vtique cautio lōge vtilior, accōmodatiorque erit, quam siqua fortè sumi potest, ex l. si pro ea. C. mādati. nam hoc casu lite pendente, mox ac lis 2 contestata fuerit, tutor * administratione interdicetur, §. si quis autem. Instit. de suspec. tuto. & apertius in l. 3. tit. 18. part. 6. in illa longior forsan dilatio erit. Sed neq; nos hic contingunt verba Barto. in l. sed si fortè, ff. de solutio. dicentis hoc facere malitiosos aduocatos, qui quando vulunt impedire tutoris administrationem faciunt eum suspecti accusare. Quis etenim hoc casu malitiosos nos meritò dixerit, cum ex iure ipso fideiussoris periclitantis indemnitati, & solicitudini consulamus? l. Proculus, ff. de damn. infect. l. seruus dotalis, ff. de solut. mat. Neq; enim vt Iurisconsultus, inquit, videtur voluisse fraudare edictum qui heredit. si pupillus, ff. de acquir. sibi prospexit. l.

SVMMARIVM.

Ducis dignitas præstantior est, quàm Comitis aut Marchionis. num. 1.

Comitis, dignitas, quod ad ius Regium attinet præstantior est, quàm Marchionis. num. 2.

Sacra Biblia omnia reliqua monumenta, & secularia Chronica, tum antiquitate, tum auctoritate vincunt. num. 3.

Titulorum istorum prærogatiua ad successores non transit, sed à Rege debet impetrari. nu. 4

Quis maioris sit dignationis titulus, Ducis, Comitis, an Marchionis?

CAP. XIII.

QVoniam de rebus magnis audire per gratū pleriſque est, etenim. *Nō omnes arbusta iuuant humilesq; myrica*, vt Virgilius ait. Dispicere hic fuit cordi quis sit præstantior titulus, Ducis ne, Comitis, an Marchionis? Et sanè, quod ad Ducem attinet, siue ius commune, siue Regium spectes, cæteris præstare magnatibus incomperto est *: vt apparet ex Rubrica, quis dicatur Dux, Marchio, Comes atq; ex. c. fundamēta, §. proinde, de elect. in 6. & l. 11. tit. 1. par. 2. Ostendit etiā proœmiū Regiarū Recopilatio. & ita Doctores sentiūt omnes: porrò inter Comitē, & Marchionē, nonnulla est cōcertatio: etenim quod ad ius cōmune attinet sc. doctoribus magis placere video Marchionē

comiti anteferendum esse, vt effusius explicat Boerius in tractatu de autoritate magni consilij 2. part. §. 1. numero. 6. Nisi modo idem fuerit Comes simul, & Marchio, quia tunc præferendus est illi, qui altero tantum titulo fuerit insignitus, sicuti tradit Iaso. in l. re coniuncti num. 18. ff. de legat. 1. & hæc quidem, quantum ad ius cõmune attinet: cæterum, quod ad nos pertinet magis mihi persuassum habeo, Comitis titulum præstantiorem esse quam Marchionis, ferè enim vbique locorum Regiæ leges, loquendo Comites, Marchionibus anteponunt, vt cum aliàs sæpè reperire licèt, tum in dicta l. 11. titulo. 1. partit. 2. raroque hic ordo peruertitur, ideoque sequendus, l. quoties, ff. de vsufructu. Quod si Hispaniæ annales consulas, facile comperies Comitis titulum antiquissimum esse, Marchionis contra quàm, recentesimum id, quod animaduertit etiam frater Hieron. Roman in comm. *de las Republicas.* 2. part. libro 4. in capit. 10. Quinimo quondam non nunquam Comites Ducibus præstabant, vt significant acta antiquorum Conciliorum, quibus ita inscribi solitum erat Ella Comes, & Dux: Fandilla Comes, & Dux. Vti animaduertit Vaseus Magister olim noster multis nominibus suspiciendus in Chronico Hispaniæ tom. 1. cap. 22. Æquè etiam si Iurisconsultorum, & Priscorum Imperatorum monumenta reuoluas, Comitis frequens est mẽtio, Marchionis nulla: quatuor enim, atque plures etiam extant tituli de Comitibus libr. 10. Codicis: meminit etiam Comitis Rom. Põtifex in cap. significauit, de rescript. & sunt vtique exempla hęc sanè quam antiqua. Verum illud longè antiquius, quod in sacris quoque Biblijs (quæ reliqua omnia * monumenta, & vetustate, & autoritate vincũt) Comitis mẽtio reperitur, vt videre est Regum, 2. cap. 20. Marchionis vero titulũ apparet recentiorum Imperatorum inuentum esse, & cuius in feudis mentio dũtaxat habeatur. Apparet igitur post Gothorum, & Vandalorum eruptionem originem illum habuisse. Id quod animaduertit, etiam Vldaricus Zazius in tract. de feudis. 5. part. sub tit. de ijs qui feudum dare poss. Et hæc, quantum ad iuris rationem attinet: nam si mores spectemus in vsu, non tam titulorum, quam generis; fortunarum, opumque ratio habetur, itaque tanto quique maiores habentur, quanto cæteros genere, & dominatione præstant, quibusque apud Regem & sedendi, & capitis cooperiendi copia datur, quosque vulgò, *los grandes*, appellamus. Et quoniam in hanc titulorum mentionem incidimus, anteaquam hinc discedam, illud admonendum duxi, hanc titulorum prærogatiuam ad successores non transire: patre itaque vita functo filius non aliter parentis titulum vsurpat, quàm si prius sibi concedatur à Rege, Suarez in l. quoniam in prioribus, limitatione, 11. num. 4. & ita vtimur. Solet enim primogenitus mortuo patre curare, vt à Rege siue * coram, siue per epistolam parentis appelletur titulo. Quod igitur à plerisque traditum est filium Comitis maiorem natu, posse Comitem in vita patris appellari, glos. in capit. fin. 24. quæst. 1. Abb. in capit. tanta, qui filij sint legit. locum apud nos habere non potest, nimodo eam prærogatiuam principali impetrauerit beneficio. Dixi, vt vides erat hæc ad tractandum materia: sed nobis breuitati in omnibus consulere cordi magis est.

SVMMARIVM.

Confessio de recepto facta à patre, etiam in contractu oneroso liberis non nocet. numer. 1.

Quando confessio de recepto à patre facta non excedit trientem, vel quincunxem caret suspicione, & vale. nnm. 2.

Pretium patri numeratum fuisse, argumẽtis, & coniecturis probari potest. nnm. 3.

Cõfessio de recepto facta à patre in contractu vẽditionis, an illius noceat liberis.

CAP. XIIII.

RErum quotidianarum institutum (quod tractandum suscepimus) efficit, vt rem sanè quàm quotidianã attingamus. Pater cuidã ex liberis fundum vẽdiderat, pecunia vero in prẽsentiarũ numerata non fuit: sed pater accepto tulit, patre deinde vita functo cæteri liberi inutilem esse venditionem contendebant, quod dicant in sui fraudem fuisse factam,

factam. Quæro quid ſtatuendum putes? Et 1
nemorer, inter ſcriptores cõmuniter * cõ
uenit cõfeſsionem decepto factam à patre
in contractu etiam oneroſo (liceat mihi il-
lorum verbis vti) tanquam ſuſpectã liberis
eius non prejudicare, etiam ſi iureiurando
fuerit confirmata: atq; ſiue ea in extranei, ſi
ue in alicuius ex liberis fauorem facta fue-
rit, Specul. tit. de confeſsionibus, §. nunc vi
dendum, nu. 11. Paulus de Caſtro in l. 1. ad
finem. C. de inoffic. dona. Cępola cautela,
21. Iaſon. in l. ſi arrogator, num. 24. ff. de
adoptio. Guillel. Benedict. in cap. Raynun
tius, verb. ſi abſque liberis, nu. 28. Auend.
in cap. correct. 2. part. cap. 29. nu. 12. An-
ton. Gomez in comment. tit. de legat. nu.
81. refert. ex more plures Tiraquel. de re-
tract. linag. §. 1. gloſſa, 18. nu. 80. & com-
munem teſtatur Decius in l. ſi donatione,
C. de Collatio. Hanc tamen communem
ſententiam (quod ad noſtrates leges * Re- 2
gias attinet) accipiendam ipſe puto: quãdo
iſthæc confeſsio excederet modũ meliora-
tionis præfinitum à lege, puta tertium &
quintum reſpectu liberorum, vel quintum
reſpectu extranei. Nam ſi modum melio-
rationis à lege præfinitum non excederet,
poſſet itaque pater, filio cui vendidit me-
liorationẽ facere, ceſſaret vtique fraudis ſu
ſpicio, ac proinde valeret confeſsio de re-
cepto in contractu venditionis à patre fa-
cta; ſicuti non obſcurè, probat textus ele-
gans in l. qui teſtamentum, ff. de probatio.
habebit itaque eo caſu naturam donatio-
nis, non venditionis. * Ita, vt in melioratio
nem trientis, & quincuncis imputanda ſit.
Vnde euenit, vt ſi ipſi filio emptori, vel al-
teri, ſit per patrem anteà alia facta melio-
ratio, irrita ſit venditio, quatenus trientis,
3 & quincuncis ſummam exceſſerit. * Sed
& ilud meminerimus pretium numeratum
fuiſſe argumentis, & coniecturis * proba-
ri poſſe, Alexand. conſil. 18. volum. 3. An-
gel. conſil. 34. Salycet. in l. ſi mater. C. de
contrahend. emptio. Caſtellus in l. 9. Tau-
ri, verbo, *la quinta*. Gregor. Lopides in l. 3.
titul. 14. partit. 3. gloſſa, finali. Tiraquel.
loco modo citato, num. 89. refert plures
Aymon Craueta, de antiquitat.
temp. 1. part. §. propo-
ſitum, nu. 69.

***

SVMMARIVM.

Poſt fratres, fratrumq; filios non datur repræ
ſentationi locus. num. 1.
Patruus præfertur fratribus patruelibus in ſuc
ceſsione conſobrini. num. 2.
In retractu rei familiaris idem eſt iuris ſeruan-
dum, quod in ſucceſsione hæreditatis, nu. 3.

Frater patruelis an ſuccedat cum patruo conſobrino ab inteſtato defuncto.

CAP. XV.

Titius inteſtatus vita fun- 1
ctus eſt, relicto patruo:
atque item duobus fra-
tribus patruelibus, id
eſt, filijs aliorũ patruo-
rum, iam defunctorum
(quos vulgò *primos*, ap
pellamus) quæſitum non ſemel fuit, an fra
tres patrueles cum patruo Titio ſuccede-
rẽt? Reſpõdi patrui iura potiora eſſe nihilq;
iuris fratres patrueles in ſucceſsione habe-
re. Etenim poſt * fratres fratrũq́ue filios nõ
datur repræſentationi locus, vt in Authẽt.
poſt fratres. C. de legitimis hæredibus, l. 6.
tit. 13. part. 6. At patruus hac in ſpecie pro
pinquiori gradu defuncto attingit, quã fra-
tres patrueles, quippè quũ ille in tertio gra
du, hi in quarto (ſecundum ciuilia iura lo-
quor) defuncto contingant. vt in §. 3. & §.
4. Inſtit. de gradibus. Verum (ne in re ma-
nifeſta tempus teramus) hanc noſtram ſen-
tentiam apertiſsimè definit Imperator, in
l. auunculo, C. communia, de ſucceſſ. cuius
hæc ſunt verba: *Auunculo priori, qui eſt ter-*
tio gradu, quam conſobrino, qui ſequentem
** occupat deferri ſucceſsionem inteſtati ortι in* 2
ris eſt. Et illic tradunt Bart. Baldus, & reli-
qui claſsici, & Boerius quoque deciſ. 302.
* Necnon Decius conſil. 444. volum. 4.
Quod accipias velim, etſi patruus ex vno
tantum latere ſit coniunctus, fratres autem
patrueles ex vtroque latere defuncto attin
gant: nam poſt fratres, fratruumq́ue filios,
hæc qualitas coniunctionis, non ſpectatur
ſecundum Paul. de Caſtro, & reliquos in
dicta authẽt. poſt fratres, & Anto. Gom. in
l. 8. Tauri, num. 8. perhibet communem

esse opinionem Matienç. in l. 5. tit. 8. lib. 5 recop. gloss. 1. n. 8. Sed neque est spectandũ vtra ex familia bona proueniant, vt tradit Bologninus ad Matæ. ilanum de succes. ab intest. artic. 3. num. 19. & Guillelm. Bened. verbo & vxorem num. 665. & Greg. Lop. in l. 6. tit. 13. part. 6. estque communis inter omnes sententia, teste Matienço loco modo citato, num. 12. * Hoc autem quod in successione hæreditatis definitum extat, pertinere etiam constat ad retractum rei familiaris * cum par vtriusque causa sit, sicuti nostrates tradunt ad l. 70. Tauri. Pertinebit itidem, & ad decernendum onus tutelæ, cum, vt regula est cõstitutum, ad quos hæreditas pertinet, ad eosdem tutela respicit, l. quo tutela, ff. de regul. iur. non pertinebit tamen ad causam maioratus cum isthic etiam vltra filios fratrum detur repræsentationi locus, iuxta l. 40. Tauri, cuius argumentum explicant luculenter, tum Doctores illic, tum Couar. practic. quæst. capit. 38. & Molin. de primog. lib. 3. cap. 7.

SVMMARIVM.

EMphyteusis tribus extingui modis solet, numer. 1.

Feudum per delictum vasalli amissum domino delictum condonante, nouum non censetur, sed antiquum, num. 2.

Quando dominus apprehendit possessionem emphyteusis per commissum extinctæ, posteaque illam emphyteutæ remittens communis efficitur vtriusque coniugis, secus si possessionem non apprehendisset, num. 3.

Non potest dominus emphyteusis ea, quæ iure stata sunt, in alterius coniugis præiudicium immutare, num. 4.

Quando emphyteusis extincta fuit, quia personarum extinctus est numerus, domino postea emphyteusin renouante, non efficitur communis vtriusque coniugis, num. 5.

Bona quæ alterutrius coniugis gratia proficiscuntur communia non fiunt, num. 5.

Generationum finito numero tenetur dominus renouare emphyteusin hæredibus emphyteutæ, numer. 6.

Emphyteusis finita, & ex integro renouata habet naturam paternæ emphyteusis, num. 7.

Nõ est spectandum tempus, quo quid acquiritur, sed in quo acquisitionis causa extitit, num 8.

Emphyteuta renuntiante emphyteusin dominoq. ex integro renouãte, non fit communis vtriusque coniugis, num. 9.

De emphyteusi finita, atque ex integro â domino instaurata; an fiat communis viri & vxoris.

CAP. XVI.

SEquens quæstio in foro quotidiana satis est. Emphyteusis, quam coniugũ alter habebat extinctã, deinde vtrique coniugi à domino renouata fuit. Quæritur, an coniux, cuius antea emphyteusis non erat, possit partẽ in ea desiderare ex decisione nostratum legum, quæ bona constante matrimonio acquisita inter coniuges communicari decernunt. Vel an potius tota pertineat emphyteusis ad illum ipsum cõiugem, cuius antea fuerat. In qua re illud admonuisse oportebit, emphyteusin cum breuissimè tribus modis extingui. Vel commisso, puta propter * canonem nõ solutum, alienationemve iniustè factam, iuxta l. 2. & l. fin. C. de iure emphyteu. vel quia generationes, ad quas data fuit desierunt: vel quia emphyteuta in dominum renuntiauit emphyteusin. Primo casu cum commisso extincta est emphyteusis, & dominus culpam condonans emphyteusin denuò renouabit, extat gloss. quę infeudo hanc definit quæstionem in l. si peculium, §. si ære. ff. de peculio. & in l. quod dicitur, §. fin. verb. creuisse, ff. de impensis in rebus dotalibus factis, quæ aiunt, feudo per vasalli delictum amisso dominoque delictum condonante non censeri feudum nouũ, * sed potius antiquũ: illas verò glossas præter classicos ibidem sequitur Anch. conf. 171. & Alex. conf. 34. vol. 6. Zaz. in tract. feud. 3. p. & Carol. Molin. in consuetud. Paris. §. 30. q. 28. atque, vt vno veluti face plures complectar, sequuntur eas permulti quos refert Tiraq. de retract. lign. §. 32. gloss. 1. n. 29. verum glossarum illarum opinio accipienda sanè est quando anteaquam possessio feudi ad dominũ peruenisset, culpam condonauit: aliter atque si iam feudi possessio ad dominũ peruenisset: quia tum, etsi dominus noxiam condonans feudũ renouasset, non antiquum diceretur feudum, sed nouum potius. Sic enim illarum glossarum opinionem accipiendam esse scribit

bit Bald. in l. 1. quæst. 15. ff. de rerum diuis. Paul. de Castr. in dict. l. si peculium, §. si ære. ff. de peculio. Andr. de Isernia, & reliqui in cap. 1. de vassallo decrepitæ ætatis Alexand. cons. 34. num. 4. vol. 5.* Testatur communem auctorum esse opinionẽ Iulius Clarus de feudis. quæst. 8.* Conuenienter ergo, & in proposita specie de emphyteusi dicendum putò * vt siquidem dominus accepit possessionem emphyteusis per commissum amissæ, atque denuo vtriqueconiugi renouabit (cessante scilicet omni fraude & collusione) fiat vtriusque coniugis communis, tanquam res noua & constante matrimonio acquisita. Cæterum si anteaquam dominus possessionem emphyteuseos apprehendisset commissum condonauit, atque ex integro renouauit, tum tãquàm res quæ eadem in causa durauit non fiat communis, sed remaneat in illius coniugis potestate, & dominio, cuius antea fuerat. Quæ verissima mihi sanè distinctio videtur minusque mihi ea in re placeat opinio Castelli in l. 16. Tauri, num. 47. qui in ea quæstione referri putat, an dominus alteri coniugum emphyteusim renouauerit, an vtrique: cum non possit dominus eaque iure * statuta sunt in alterutrius immutare præiudicium, sicuti (vt cætera omittam) manifestum præstat argumentum textus elegans in cap. requisisti, de testam. Atque hæc de primo nostræ quæstionis articulo. Aliquãdo emphyteusis finem accepit, propterea quod numerus personarum, seu generationum finitus est, & hoc quidem casu, an emphyteusis renouata vtriusque coniugis communis fiat, difficilior est dubitatio. Procliuior tamen suum * in hac specie emphyteusin communem non fieri, sed ad illum duntaxat coniugem spectare, cuius antea fuerat: ea quidem ratione, quod leges Regiæ, quæ bona constante matrimonio acquisita communicari inter coniuges præcipiunt, non pertinent ad ea bona, quæ alterutrius tantum coniugis gratia, seu contemplatione acquisita sunt, l. 2. & 3. titul. 9. lib. 5. Recopil. tradit Suar. tit. *de las ganancias*, limit. 3. & 7. At qui hoc casu tantum abest, vt illius duntaxat coniungis gratia, cuius antea fuerat emphyteusis reformetur, vt etiam iure ipso compellente cogatur dominus eam emphyteutæ, seu eius hæredibus reformare, ex eleganti Bartoli sententia. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiua. vbi bellissimè scribit finito numero generationum, ad quas emphyteusis data fuit, posse hæredes emphyteutæ iustè contendere vt ex integro illis emphyteusis * renouetur. Bartoli autem sententiam communem esse testis est Iason, in l. 2 num. 23. C. de iure emphyteu. & magis cõmunem affirmat Anton. Gabriel lib. 2. tit. de iure emphiteutic. conclus. 1. & constat ex Tiraquel. de retract. lignag. in præfat. numer. 41. atque ex Boerio decis. 107. & Parisio consil 117. lib. 1. num. 55. Accedit ad hæc altera eiusdem Bartoli egregia sententia, in l. si mihi, & Titio, ff. de verbor. oblig. ad finem dicentis emphyteusin finitam, atque denuò reformatam habere naturam paternæ * emphyteuseos: opitulatur etiam & vulgaris illa regula, non spectandum esse tempus in quo quid acquiritur, sed tempus in quo acquisitionis causa extitit, l. in ratione, §. Imperator, & §. sequens, ff. ad legem Falcid l. profecticia, ff. de iure dotium, tradit latè Albertus Brunus de augm. & diminu. conclus. 5. Possemus etiam, & ad hanc * sententiam allegare alia, quæ in eadem ferè specie affert Palac. Rub. in repetitione Rubricæ de donat. §. 62. num. 13. & Anton. Gomez in l. 70. Tauri, nu. 28. ea tamen (nè prolixi simus) prudentes omittimus. Postremo finitur emphyteuta illi renuntiauit cedẽs domino ius quod in illa habebat, & tum domino ex integro eam renouante, dicendum est * non fieri communem vtriusque coniugis, sed illius tantum cuius antea fuerat: sicuti non difficulter colligitur ex c. 1. de vassallo decrepitæ ætatis, in vsibus feud. etenim de feudo ad emphyteusin legitimũ est argumẽtũ, vt multis comprobat Iason. in l. 1. num. 55 de iure emphyt. & Decius cons. 624. vol. 5 Verum est igitur, quod tradit Palac. Rub. in repetitione Rubricæ de donatio. §. 30. num. 6. si coniux, cuius era emphyteusis vt de suo bene mereretur coniugem, seu (vt ipse loquitur) gratum vt illi faceret emphyteusi renuntiauit in hoc, vt dominus eam illius coniugi reformaret, nullius esse momenti talem renuntiationem, atque neque ipsi coniugi renuntianti, neque ipsius quidem hæredibus, quicquam generare præiudicij. * Consequens etiam est dicere, defuncto emphyteuta, qui emphyteusin possidebat non posse dominum vlli ex ipsius emphyteutæ hæredibus emphyteusin renouare, in præiudiciũ cæterorum hæredũ. Sicuti scriptũ reliquit Ioã. Garc. de expẽs. c. 12. n. 44. Sed & illud tãquã huius capitis coronidẽ, quoniã frequẽs

est & vulgus contrarium sentit, dicere non omittam : emphyteutam inuito domino emphyteusi renuntiare non posse ex sentẽtia Bart. in l. is, cum quo, ff. de aqua pluu. arcen. & Bald. in l. 2. C. de iure emph. Iasonisque ibidem, num. 24. *

SVMMARIVM.

IVre communi instrumenta post causæ conclusionem produci non possunt, nisi modo instrumenta postea reperta sint, num. 1.

Si instrumentum post causæ conclusionem productum falsi arguatur, sunt partes ad probandũ admittendæ, num. 2.

Cum instrumentũ post causæ conclusionem producitur, aduersarius autem falsi ciuiliter arguit, an partes sint ad probandum admittendæ.

CAP. XVII.

QVamuis iure communi post causæ conclusionem instrumenta in ius produci non valeant, vti * ostendit textus in cap. cum dilectus, de fide instrument. adhuc tamen Bart. in l. admonẽdi, ff. de iureiur. num. 3. existimauit admittenda esse instrumenta, quæ posteà reperta sunt. Bartoli autem opinionem (vt cæteros omittam) pluribus confirmat Suarez allegatio. 5. & communem testatur Ripa in dict. l. admonendi, num. 48. & communem moribusque receptam testatur Boer. cons. 27. num. 6. & 18. idem facit ex nostratibus Couar. practic. quæst. cap. 20. numer. 8. nec huic sententiæ refragantur, l. 1. tit. 2. & l. prima, tit. 5. lib. 4. Recopil. nam quamlibet decernant instrumenta, quæ partibus nota sunt producenda esse ab actore simul cum libello, & à reo continuò cum exceptionibus, verum scripturas quas partes incognitas habeant tempus certum intra quod producantur, leges illæ minimè præscribunt. Sed ecce * aduersarius instrumentum, ita post conclusionem editum falsi ciuiliter arguit. Quæritur ergo, an partes de ea re ad probandum admittẽdæ sint? Et ne longius abeam absoluerunt hoc Rota decis. 6. & Afflictus decis. 271. vbi aiũt Senatorum communi suffragio definitum fuisse partes ad probandum admissum iri, & ita quidem vtimur. * Quin illud generaliter tenendum est, etiam publicatis attestationibus admittendam esse rursus partem ad probandum quando res ita callidè ab aduersario acta est, vt quo tenderet cognosci non potuerit, vt extat de ea re aperta, iuxtaque singularis Romani Pontificis constitutio in cap. ex tenore, quæ est num. 35. de testibus, quam illic Panorm. & reliqui miris modis commendant, id autem tanquam quotidianum ad nostrum quotidianarum rerum opus spectare arbitratus sum. *

SVMMARIVM.

QVoties constat de debito, quanta verò illius summa fuerit non constat, iureiurando actoris dijudicanda res est, num. 1.

Iuramentum de veritate dicenda in omnibus generaliter causis, tam prophan. quam spiritualibus locum habet, num. 2.

Iuramentum de veritate dicenda, cur eo nomine vtatur, num. 3.

Errant hodierni pragmatica appellantes iuramẽtum de calumnia, quando respondetur positionibus, cum potius de veritate dicenda appellandum sit, num. 4.

Capite exliteris, de iureiurand. loqnitur de iuramento in supplementum probationis, numer. 5.

Iuramentum in supplementum probationis locũ non habet in causis magni momenti, nisi vehementes præsumptiones patrocinentur actori, numer. 6.

Quando probatum est pecuniã mutuo acceptã fuisse, testes verò non se recordari aiunt quanta illius summa fuerit, quid ius dicens sequi debeat ad intelligentiam, cap. ex literis, de iureiurando.

CAP.

CAP. XVIII.

VSV ple rũque venir e solet, vt testes in testificando dicant vidisse Titium Seio pecuniã mutuo dedisse, quanta verò illius summa fuerit non recordari se aiunt: quamobrẽ quid ius dicens sequi debeat ambigi subinde solet. Extat autem de ea re Pontificia definitio, in cap. ex literis, de iureiurand. in qua idem Romanus, idem summus Pontifex Honorius III. præcepit iudicibus, vt per iusiurandum de veritate dicenda à partibus exactum rem definiant, effetque tertius ille ad hanc rem apertissimus si non nobis Panormitani interpretatio illius sensum perturbasset, qui ibidẽ scribit textum illum specialem casum continere, accipiendumq; tantummodo esse quando agitur de causa vsurarum, aut vbicumque animæ periculum vertitur, cum Abbate verò reliqui deinceps ab eo interpretes illic consentiunt. Atque ego (quod illorum pace dictum velim) non rectè illos sentire existimo, magisque placet textum illũ latius patere, perque omnia iuris regulis conuenire. Enim verò iure communi generaliter receptum est quoties * constat de debito quanta verò illius fuerit quantitas in dubitationem venit, actoris iureiurando diiudicandam rem esse. Huius sententiæ fuerint Rainerius de Florlibis in l. 1. ff. de in litem iur. Bart. in l. 1. §. si cista. ff. depositi. Cæpola cautelã. 210. Afflict. decis. 337. num. 1. Hippolyt. singul. 322. Boer. decis. 339. sub finem, & rursus consil. 25. num. 22. testatur communem esse opinionem Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum verbo creditor. Habent autem ij non leue suæ opinionis fundamentum in l. si quando, C. vnde vi. & in l. 1. §. si quis argentum, ff. depositi. simulque in l. finali, C. de iure domi. impetrando, & apud nos in l. 2. titul. 11. part. 3. Cum igitur ita iuris regulis id generaliter probatum sit, quo iure quæso illius capituli definitionem (in quo nihil aliud deciditur) ita strictim, & acerbè interpretantur glossographi? & in angustum adducunt, vt tantummodo ad causas vsurarum, aut pias pertinere dicant, præsertim cum illius textus ratio tam latè pateat: illam enim reddit summus Pontifex: *Ne iustitia occultata veritate succumbat.* Non intelligo sanè, vnde hæc Panormitani rectè sustineri valeat interpretatio? Proinde memini ego cum in quodam priuato examine textus ille prælegendus mihi contigisset, quamuis extemporali studio è Panormitani opinione discessissem, non sine magna doctæ frequentisque coronæ circunstantis approbatione, & consensu, postea verò cum inter Bartoli doctissima commentaria versaremur, reperi Bartolum ipsum id expressim sensisse in l. admonendi, num. 40. ff. de iureiurand. vbi vir ille (vt erat & ciuilis, & Pontificij iuris scientissimus) nominatim in suam sententiam citat Pontificiam illam decisionem apertè significans eam generaliter accipiendam esse. Bartolum verò præter classicos omnes ibidem (quorum nomenclaturam superuacuum foret recensere) sequitur Anton. de Butrio. in cap. fin. de iureiur. & Alexand. consil. 69 volum. 2 num. 7. & Decius cons. 536. vol. 4 num. 12 Boer. cons. 25. num. 22. qui ex aperto in illius textus intelligentia nobiscum sentit, itaque illius capituli *ex literis*, decisionem generaliter accipiendam esse non est dubitandum. Illud autem parùm mouet, quod Abbas ipse, & reliqui Pontificij scriptores inibi scribunt: iuramentum de veritate dicenda non habere locum, nisi in causis spiritualibus, hoc enim nullus est omnino textus qui probet: quin imo omnia iura, & canonica & ciuilia, ac tam antiqua, quã recentiora contrarium manifestè ostendũt, præsertim text. in cap. 1. & 2. de iuram. calum. in 6. & cap. præsentium, de testibus, eodem lib. Itemque cap. 2. de probation. & clemen. sæpè, de verbor. signific. l. in bonæ fidei, & l. generaliter, C. de rebus cred. & l. admonendi, eodem tit. ff. ex quibus apparet iuramentum de veritate dicenda, æquè in causis prophanis, perinde ac * in spi 2
ritualibus locum habere. Neque sanè intelligere possum, vnde interpretes hanc sibi tã iuri aduersam potuerint persuadere sententiam. Nam apud me ficulneum est sanè argumentum, quod sibi asstruunt, ex cap. dudum 2. de elect. & ex cap. literas de iuramento calum. Nam quod antiqua illa iura dicant in spiritualibus causis non iuramentum de calumnia, sed de veritate dicenda præstandum esse, an id propterea probant iuramentum de veritate dicenda præstandum nõ esse nisi in causis spiritualibus? Hanc sanè consequentiam, ne subtilissimus quidem Chrysippus vllo vnquam modo mihi persuaserit. * Ex his autem (ne quæstionem satis commodam, attingamus) facilè *
subuerti potest opinio illa Alexand. cons.

18. vol. 1. cui se etiam subscripsit Pinel. in rubric. C. de rescind. vend. 2. part. capit. 1. num. 7. dicentis, non satis probari venditionem per testes, qui asserant vidisse partes de re & pretio conuenisse, sed non satis se de pretij certa quantitate recordari. Placet itaque illis tanquam actore nõ probante reum absoluendum esse. Sed mehercle ex superioribus, ac ex aperta huius textus definitione, magis probandum mihi videtur eo casu partium iureiurando rem diiudicandam fore. * Sed & illud dispiciamus quod ab interpretibus prætermissum * esse
3 piget, cur iuramentum hoc de veritate dicenda ita appelletur, est ne forsan iusiurandum aliquod non de veritate dicenda dicatur? cum iuramentum nihil aliud sit quàm veritatis confirmatio? Planè iuramentum hoc de veritate dicenda dicitur ad differentiam iuramenti de calumnia, ac iuramenti in litem: quoniam hoc affectionis illud credulitatis dicitur. l. 2. §. quod obseruari, C. de iuram. calum. l. videamus, §. deferre, ff. de in litem iurando glossa in Rubric. ff. de iureiur. Hoc igitur iuramentum de veritate dicenda latius patet, diciturque quoties ob eruendam veritatem defertur, l. cum de indebito, §. in omnibus, ff. de probation. comprehenditurque sub eo iuramentum litis decisorium, vt in cap. fin. de iureiuran. Atque item iusiurãdum per quod positionibus respondetur, vt in cap. præsentium, de testibus in 6. Ex quo apparet errare ho-
4 diernos pragmaticos * appellantes hoc iuramentum de calumnia, cum potius de veritate dicenda appellandum sit. Comprehenditur etiam sub illo iuramentum, quod à iudice in supplementum probationis defertur, vt in dicto capit. fin. de iureiur. & l. admonendi, ff. eodem titul. & ostendit glossa in rubric. ff. de iureiuran. Et sanè (vt ad destinatum reuertamur) de hoc iuramento in supplementum probationis loquitur textus in dict. cap. ex literis de iureiurand. verusque est tertius intellectus ab ipso Panormit. illic positus à quo si non recessisset cõsultius vtique feciset. Fallitur etiam Bald. (dicendum est enim, quod sentio) qui illic
5 existimauit * textum illum non loqui de iuramento in supplementum probationis veritatis (sic enim ille loquitur). Nam quod ait in causa criminali non deferri iuramentum in supplementum probationis ad rem nihil attinet quoniam illic non agebatur de vsura criminaliter, sed ciuiliter, seu pecuniariè (*Vt vsurpem verbum Iurisconsulti in l. si ambo, §. quoties, ff. de compensa.*) quo casu locum esse in causa vsuraria iuramento de veritate dicenda, auctor est Socinus regul. 204. ab ipso Baldo expressim dissentiens. Quãquam siue illud appelles iuramentum, veritatis siue trutinationis veritatis, siue in supplementum probationis in idem res recidit, & quanquam diuersis vtaris nominibus tantundem significaueris rebusque nõ commutatis mutaueris tantum vocabula. De hoc autem iuramento in supplementũ probationis, si ego hic longiùs agere vellẽ nihil aliud esset, quàm rem actam agere, quod veteri vtamur prouerbio, est namque res exposita & effusè, & accuratè ab omnibus scriptoribus cum alibi, tum in l. admonendi, ff. de iureiurand. Atque octoginta limitationes plus minusque in quibus iuramentum hoc non defertur congerit Socinus dicta regul. 204. Inter quas illa apud omnes feræque frequens est, nõ habere hoc iuramentum locum in causis * magni mo- 6
menti. Hæ verò, quæ dicantur iudicis relinquitur arbitrio, vt testatur communem opinionem Ias. in reper. dictæ l. admonendi, num 272. Apud nos verò id definitum extat Regio iure in l. secunda, tit. 11. part. 3. quæ bellissimè definit causas leues hoc casu dici, quæ non excesserint decem morabetinos, scilicet, aureos, vt rectè illic interpretatur Gregor. Lop. cui placet etiam in causa magna si vehemẽter præsumptiones vrgeant, deferendum esse hoc iuramentum in supplementum probationis, cuius non inuitus probauerim sententiam, cum animaduertam quam plures auctores idem sequi, quos refert Iosephus Ludouic. decis. 100. num. 7. Et magnopere illis adstipulatur text. in dict. cap. ex literis, de iureiur. illic si quidem certum est maiorem agitari causam, quàm decem aureorum. Et cauet tamen Romanus Pontifex, vt iureiurando definiatur controuersia. Sed de illius textus intellectu satis superque. Hæc enim quoniam identidem, & (vt Cæpola loco superiori memorat) millies incidere solẽt, à nostro rerum quotidianarum opere non aliena putaui.

SVMMARIVM.

Stadium constat 125. passibus: itaque stadio octo milliarium implent, num. 1.

Parasanga continet stadia triginta chenus stadia habet sexaginta, ibidem. num. 2.

Apud Romanos in ratione itinerum lapis pro millia-

milliario accipitur, num. 3.
Iure communi prohibitum est, ne quis veredis, aut parauedis (vernaculo sermone postas, appellamus) iter faciat, num. 4.
Aperitur intellectus, l. 2. ff. de in ius vocando, reiecta Budæi opinione, num. 5.
Leucæ nomen Gallicum est, num. 6.
Leuca nostrati Regio iure tribus millibus passuũ constat, num. 6.
Passus quinque pedum mensura est, num. 7.
Leuca habet nostratium virgularum Castellarum milliaquinque. 8.
Virgula, seu Castellana pertica tribus constat pedibus, ibidem. num. 7.
Pes est tertia pars nostræ Castellanæ virgulæ, ibidem.
Pes digitos quindecim transuersos habet, numero 8.
Digitus transuersus quatuor continet hordacea grana, num. 8.
Leges Regiæ facientes mentionem de leucis intelligendæ sunt de vulgaribus leucis, numero 9.
Dimensio quæ per funiculum fit vetustissima est, numer. 10.
In mari leucarum dimensio astronomica deprehenditur ratione, num. 11.
Vniuersi huius orbis ambitus leucarum millibus sex, & terceni clauditur, num. 11.
Itinerum diurnorum ratio (quas iornadas *gentiliter appellamus) quemadmodum accipienda sit, num. 12.*
Peregrè proficiscenti indulgetur in hebdomadas singulas dies vnus quietis, num. 13.
Vlna vtriusque brachij intercapedo est, reiecta Alciati opinione, num. 14.
Iugeri mensura quanta sit, num. 15.

Regiæ leges de leucis mẽtionem facientes, an sint intelligendæ de leucis ciuilibus, an de vulgaribus.

CAP. XIX.

Modus est certa mensura, Seneca Epistol. 67. ad Lucillum.

ANtea quam ad propositam quæstionem respondeam, pauca præponam. Itinerum mensura non eadem vbiq; est, sed pro regionũ varietate, varius quoque modus habetur, alij stadijs itinera metiuntur, vt Græci, cõstat autem stadium centum viginti quinque passibus, itaque * stadia octo milliarium implent: sicuti apertè demonstrat Plinius lib. 2. naturalis historiæ, cap. 23. in hæc verba, *Stadium habet passus nostros centũ viginti quinque, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque.* Cõstat etiam ex Gellio lib. 1. cap. 1. Alij parasangis vtuntur, vt Persæ, idem Plinius lib. 6. cap. 26. & Solinus Polistor cap. 58. cuius huiusmodi sunt verba: *Hic inconstantissimus est terrarum modus, nec inmeritò: cum alia circa Persidas nationes schenis, alia parasangis, alia incomperta disciplina terras metiantur, & incertam fidem faciat mensuræ ratio discors.* Continet autem parasanga stadia triginta, hoc est tria millia septingentos quinquaginta * passus, vt auctor est Herodotus libro 5. Ægyptijs schenus est in vsu, vti Diuus enarrat Hieronymus ad Iosuelem cap. 3. Habet autem schenus sexaginta stadia, hoc est, septẽ millia quingentos passus, idem Herodotus lib. 2. *Qui plurimum*, inquit, *terræ habent, metiuntur illam parasangis, constat autem parasanga tricenis stadijs, schenus autem sexagenis.* Romani verò milliarijs itinerum spatia distinguebant * mille quibusque passibus lapide erecto. * Itaque lapis pro milliario * subinde vsurpatur, cum apud alios, tum apud Iurisconsultos, * cujus rei cum alibi passim suppetunt exempla, tum apertissimè ostendit Vlpianus in l. 1. ff. de officio præfecti vrbi. ita inquiens: *Quidquid igitur intra vrbem admittitur, ad præfectum vrbi pertinere videtur. Sed & si quid intra centesimum milliarium admissum, ad præfectum vrbi pertinet, sed si vltra ipsum lapidem egressum est, præfecti vrbi notio non est.* Idem ostendit textus in §. qui autem Instit. de excusatio. tutor. & l. propter litem. ff. eodem titulo, ostendit etiam Sueronius in vita Claudij Cæsaris: *Ipse*, inquit, *quosdam nouo exemplo relegauit, vt vltra lapidem tertium vetaret egredi ab vrbe.* Ostendunt etiam Martialis carmina illa lib. 1. Epigram. 13.

Rura nemusque sacrum, dilectaque iugera musis,
Signat vicina quartus ab vrbe lapis.

Et lib. 9. Epigram. 65. ad statuam Domitiani.

Herculis in magni vultus descendere Cæsar
Dignatus, latiæ dat nouæ templa viæ.
Quà triuiæ nemorosa petit dum regna viator,
Octauum domina marmor ab vrbe legit.

Sed & illud amplius Romanis (vt erant omnibus in rebus prouidentissimi) curæ fuit: vt vnicuique lapidi per ordinem numerus milliariorum inscriberetur, ita vt iter facienti facilè esset perlecto marmoris numero

cog-

cognoscere quantum itineris peragrasset, haud leui profecto itinerantium leuamen. Hoc autem ita esse demonstrant liquido Quintiliani verba lib. 4. Institu. vbi de partitione agens, ita inquit. *Neque enim id solũ effieit partitio, vt clariora fiant, quæ dicuntur rebus velut ex turba tractis, & in conspectu iudicium positis, sed reficit quoque audientem certo singularium partium fine, non aliter quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata in scriptis lapidibus spatia.* Durant, & huius antiquitatis hodie vsque vestigia nõ languidæ fiei in via argentaria (vulgò vocatur, *camino de la plata*) qua Salmantica Hispalim pergimus, in qua plurimæ extant veterrimæ columnæ hunc milliariorum inscriptæ numerum, quę tamen si pluribus in locis temporis iniuria interuulsæ sint, plurimæ tamen adhuc visuntur eo pacto inscriptæ, vt si omnes restitutæ essent milliariorum seriem exactissimè implerent. Hoc autem Romanorum fuisse opus testatur Vasæus in suo chronico, tomo primo. cap. 22.

4 Sed, & hoc Romanorum cautum * erat legibus, extatque necui cursu publico veredis, aut parauedis (vulgò *postas* appellamus) iter facere liceret sine euictionis diplomate, hoc est, sine Prinicipis permissu ac copia, sicuti effusius apparet, ex titulo qui speciatim, de ea re extat, lib. 12. Codicis, cuius Rubrica de cursu publico inscribitur, & illic annotat Alciatus, & apparet etiam ex Plinio Iuniori, lib. 10. epistola vltima. Atque proculdubio de hoc itinere cum diplomate peragendo loquitur textus in l. continuus. §. secundo. ff. de verborum obligationib. & annotat Budæus in l. eos. ff. de falsis. Erantque ad eam rem equi publici destinati, vti apparet, ex l. animalia eodem titul. de cursu publico, ac ex Hieronymo in epistol. ad Iulianum. Quod igitur Iurisconsultus scribit in l. secunda. ff. de in ius vocand. non esse in ius vocandum, eum qui equo publico in causa publica transuehatur, ad hanc euictionis speciem respicere puto: licèt aliter illic eruditissimus ipse interpretetur Budæus. Verum vt ad propositum reuertamur, quanquam ab eo tamen non multum diuertimus. Alij in quibus

5 Galli, & nos Hispani * itinerum dimensione leucis vtuntur. Quod nomen Gallicum esse autor est Ammianus Marcellinus lib. 19. & probat Couar. lib. 2. variar. cap. fin. num. 5. Leucæ vero mentio (si satis memini) in iure, vel ciuili, vel canonico non extat, nisi solummodo in cap. ex parte B. de foro compet. vbi Doctores non satis conueniunt indefiniendo quot illa milliaribus constet, atque vti illic refert Abbas: leucæ 6
magnæ sunt in * Francia, longiores in Burgundia longissimæ in Anglia. Et sit sanè in medio, quod apud alias nationes de ea re constitutum est. Quod ad nos vero attinet leuca nostrati iure tribus millibus passuum constat, velut Regia extat decisione definitum in l. 3. titul. 16. Part. secunda: passusve ro (vt huius modi, seu mensuræ rationem omnem explicemus) quinque pedum mensura constat, vnius anterioris, & alterius posterioris, & tribus intermedijs, vt ostendit Columella lib. 5. cap. 1. & tradit glossa in l. 3. ff. de verborum significatione, & in capit. ficut, 17. quæstione quarta. & probat l. quarta. titul. 13. Partita, prima. Habet itaque leuca pedum quindecim millia, atque perinde nostrarum virgularum Castellanarum quinque millia: constat enim pertica illa Castellana tribus pedibus, vt intelligere licèt, ex l. quinta, tit. 13. lib. sexto Recopilationis. §. 37. in septimo. In hoc tamen animaduertendum erit, gressus, & passus non idem esse, nam gressus est partium illud, quod grediendo, seu ambulando pedes efficiunt: & quia ambulando non prorsus pedes extendimus, non habet nisi duntaxat pedes duos, & semissem. Passus verò id circo * longior est quoniam complectitur spatium illud omne, quod extensis 7
quoad eius fieri possit, pedibus panditur: & ideò ab illo verbo originem trahit, à pando enim passus dicitur. Pedi vero (vt ad reliqua pergamus) nonnulli decem * sex tri- 8
buunt digitos transuersos, scilicet, in quibus est Isidorus lib. 15. etymolog. cap. 15. Antonius Nebriss. in Lexicon iuris ciuilis dictione, digitus. Alciat. in l. mille passus. ff. de verb. significatione. Alij vero quinde cim duntaxat digitis pedem metiuntur, vt glossa in dicto capit. sicut antiquitus, 17. quęst. 4. Baldus, Angelus, Romanus, & Iaf. in l prim. ff. si quis cautio. & hæc nobis sequenda magis est opinio, quando ea Regia est definitione recepta in l. quarta, tit. 15. part. 1. Digitus vero transuersus (vt id quoque dicamus) quatuor continet hordeacea grana, vt superiores autores tradũt omnes, & quoniam carmine res comprehensæ memoriæ facilius infiguntur, hæc tribus tibi volui, vt carminibus constarent.

Quinque pedes passum faciunt: passus quoque centum
Quinque & vinceni stadium dant: sed miliare
Octo dabunt stadia: tria sic miliaria leucam.

His ergo quasi fundamentis iactis * ad pro 9
positam

positam quæstionem definiendam pergamus. Videamus itaq; an Regiæ leges de leucis mentionem facientes intelligendæ sint de leucis ciuilibus, an de vulgaribus. Quanuis enim leucarũ ciuilium certus apud nos sit modus, sicuti paulò antè diximus, vulgarium verò leucarum incertissimam esse mensuram, seu modum palam est. Namque in vsu nihil est tam ordinarium, quàm, vt alibi longiusculas alibi longiores offendamus leucas: sicuti experimentis nemo compertum non habeat. Sunt autem qui ferè est (modo claudus non sit) qui computent istiusmodi leges non de ciuilibus leucis, sed de vulgaribus intelligendas esse: glossa in cap. nonnulli, de rescriptis, & in cap. cupiẽtes. verbo, Commodè, de electione, & in cap. præsenti, §. loca, de præbend. in sexto. Specul. titul de citatione §. primo, num. 1. Paulus de Castro, & Iaso. in l. prima. ff. si quis cautio. Gregor. Lopides in l. 4. tit 16. Partit. secunda. verbo, *jornadas*. Aulesius in cap. correctorum, cap. 4. gloss. 1. Paris de syndicatu, §. nuncius, cap. 2. & hanc inter autores parem, seu communem esse opinionem, scribit Abb. in dicto capit. nonnulli, num. 6. Porrò Bartol. pro suo clarissimo accerrimoque ingenio bellissimè mihi visus est distinguere in dict. l. 1. ff. si quis cautio, interesse enim ait an agamus de mensura loci propter solam proficiscendi causam, an alijs de causis: nam priori in specie per vulgares vias dimensionem faciẽdam esse tradit: altera vero specie non per vulgares vias, sed directo facienda erit dimensio, quòd si propter locorum iniquitatem directo fieri nequeat, facienda erit per aerem, quæ mensura à Græcis orthometria dicitur. Vtrunque autem proprijs rationibus, si quidem cum de profectione agitur, absurdum foret aliorsum mensuram facere quam quorsum iter agendum est: cæterum alijs in causis cum solum de percipienda locorum distantia agatur, res ipsa postulat, vt directo mensura fiat, alioqui non iusta foret mensura, sed potius cacometria, vt Græci vocant. Bartoli vero distinctionem sequuntur illic Bald. Angel. & Salicet. nec non Romanus & communiter reliqui, sicuti ibidem memorat Iason, & item Oroscius noster, & probat pluribus verbis Alexand. consil. 22. volum. 4. & videtur adamussim illi congruere decisio textus in dict. capit. præsenti. §. loca, de præbendis in sexto: Sed dixerit aliquis: At videto, ne si hanc tam prolixam, & scrupulosam leucarum dimensionem sequaris futurum sit, vt ægre & difficulter lites expediri valeant. Porrò huic difficultati commodissimè succurrit prudentissimus ipse Bartol. non superiori loco, sed alio longe remotiori, nempè in tract. testimoniorum, §. Vicena, num. 55. vbi de hac eadem re agens ait, in re dubia standum esse vulgari itinerum mensuræ: quia credendum est illam à certa antiquorum mensura exordium sumpsisse. Si quis ergo vulgari huic mensuræ contradicendum putauerit, quia dicat eam legali mensuræ non satis respondere, ibi iudicis continebitur officio, vt impensis illius qui contradixerit directo mensura fiat. Eo igitur pacto non erit timendum, vt quis temerè hanc ciuilem dimensionem postulet. Hæc autem Bartoli distinctio, quantum ego experimentis consequor moribus apud nos recepta est, Sed neque est noua quidem huiusmodi * dimensionis ratio quæ per funiculum ducitur, sed vetusta nimis, priscisque iam olim prodita moribus, legimus enim *Psalm. 77. Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis*, & in Psalm. 15. *Funes ceciderunt mihi in præclaris*. Id est, mensura terræ meæ in agro fœcundo euenit mihi: sicut apud Sophoniam Prophetam interpretando scribit nostras eruditissimus Arias Montanus, cap 2. Meminit etiam de huius funiculi mensura textus in capit. cum terra, de elect. & illic declarant interpretes. Illud vero nemo erit, qui nesciat, istiusmodi leucarum mensuram in mari neutiquam locum habere, nam in mari quemadmodum, rogo, mensura duci poterit? quid, quod itineris ac nauigationis diuersa causa est, vt & palam est, & animaduertit quoque Bartol. in tract. de insula, §. nullius, num. 1. & Felin. in cap. olim. num. 7. de exceptionibus. In mari igitur leucarum numerus astronomica * apprehenditur ratione, ex cardine Septentrionis seu Poli, vtriusque ad æquinoctialem lineam dimensione ducta: secundum quam vniuersus hic mundus in gradus tercentos sexaginta diuiditur. Singulis autem gradibus denæ septenæ leucæ & semissis, seu dimidia attribuitur: sic subducta ratione fit, vt vniuersi huius orbis ambitus leucarum millibus sex & tercentis clau datur, ita vt si perme abilis vbique terra esset, & nõ plerumque invia & inaccessa peragrari posset annis plus minusue duobus. Et videbitur tibi forsan hunc terræ ambitum pro regionum varietate, & plagarum interiacentium multitudine longum nimis, & quam amplissimum esse latifundium. Sed, huic si ad cœli spacium illud conferas,

Post hac scripta cõmunis hæc opinio recepta est pragmatica quadã sanctione lata Madritijs, anno 1589. vide tamen an & eam Bartoli recipiat distinctionẽ quæ etiam communis est.

10

11

puta

punctí tibi tantùm constabit habere rationem, deest (vt Boecius est autor) si ad cœlestis globi magnitudinem illud compares nihil prorsus habere spatij videbitur: verum hæc ad cosmographos, nos ad nostros redeamus. Et quia de leucis satis dictũ est, nunc breuiter de diurnis itineribus (*quas Itali diætas nos jornadas vulgo vocamus.*) Videamus itaque quantum itineris in singu-
12 los dies * peragendum statuatur legibus. Et discrepant sanè in ea re nostrates leges à iure communi, sed neque leges ipsæ Regiæ quidem inter se satis consentiunt. Nam l. 18. tit. 7 libr. 1. Recopilationis, §. secundo in singulas diætas denas leucas præscribit. Non idem l. 6. tit. 22. lib. & l. 2. & 3. tit. 10 libro 6. & l. 6. titul: 11. lib. 9. Recopil. Sed octonas tãtum leucas in singulos dies peragendas definiunt. Verum hanc nostratium leguum antinomiã ego ex illa elegãti Bartoli distinctione profligandam puto. Hoc pacto, vt si quidem de itinere peragendo agatur, octonas leucas in singulos dies proficiscenti dinumeremus, sicuti superiores illæ Regiæ leges demonstrant manifestò. Sin autem non de itinere peragendo principaliter agatur, sed potius de percipienda spatij distantia, ibi denas leucas in singulos dies dinumeremus. nam de hac quidem specie loquitur textus in dicta l. 18. tit. 7. lib. 1. Recopil. At ius commune, siue Romanũ cum neutrarum Regiarum legum definitione congruit: nam more Romano vicena millia passuum in singulos dies dinumerare iubetę prtor, vt in l. 1. ff. si quis cautio. & in l. 3. ff. de verborum significat. Atqui denæ, atque adeò octonæ leucæ amplius exterminat spatium: sed nos nostratium legum definitiones sequi debere manifestum est. Sepositò eo tamen quod pleriſque placet, prętер octonas illas * leucas, quas in sin-
13 gulos dies impartiuntur Regiæ leges indulgendas in super esse peregrè proficiscenti, ad laborem leuandum, recreandique corporis gratia, in singulas hebdomadas singulos dies feriæ, atque quietis, sicuti non tam lege, quam humanitatis ratione permoti tradũt autores, atque in primis glossa in cap it. cupiẽtes, verbo, commodè, de elect. in sexto. Angel. in §. rursus, num. 4. de action. in sexto Iason. in dicta l. prima. ff. si quis cautio. num. 15. Felinus in cap. olim. numero sexto, de except. & rectè illi quidem: nam, vt Philosophus Politicorũ 8. inquit, quisquis laborat requie opus habet. Verum hic quia longius ire cœpi (quam principio cogitabamus) gradum reprimam, illudque tãtum notauero, quod scriptum reliquit Alciat. parergon libro prim. cap. 18. vlnam, idem esse quod cubitus: id enim verũ * nõ 48
est (pace dicere hominis eruditissimi liceat) siquidè vlna est intercapedo illa, quæ inter ambo brachia, quo ad fieri possit extensa vtrinque panditur, vulgo *braçadæ*, appellamus, idque non obscurè significãt Ouidij carmina illa Metamorphoseos libr. 8.

Sepe sub hac Dryades festas duxere choreas,
Sape etiam manibus nexis ex ordine trunci,
Circumiere modum: mensuraque roboris vlnas,
Quinque ter implebat.

Et huius nostræ quoque sententiæ fuit Seruius super Virgilium Ecloga 3. Hæc autem vlnæ mensura apud Græcos, orgyia dicitur, sexque pedum continet longitudinẽ, vt scribit Budæus in l. fin. ff. si mensor falsum modium dixerit. Sed neque illud omiserim, quod ad rem geometricam, de qua agimus, & simul ad iuris vsum aptè cõuenit: iugeri mensuram ducentos, & quadraginta longitudinis pedes esse dimidio * 51
quæ in latitudinem patere, vt docet nostras Fabius Quint. inst. lib. 1. cap. 17. forsan id circo ita dictum, quia tantundem spatij arare vno die par boum consueuerit, sicuti intelligere licet. ex Regum, libr. 1. cap. 14. Et Plinio lib. 18. cap. 3.

SVMMARIVM.

Dies mensis, & annus instrumento in scribi debent. 1.

Olim Romani per Consules, Græci per Olympiades, annorum ducebant rationem. 2.

Olim maiores nostri annorum rationem ab Era Cæsaris inibant. 3.

Rex Ioannes eius nominis primus, primum introduxit, vt Hispani a natali Domini nostri Ie Su Christi annos computarent. 4.

Era computatio initiũ habuit triginta octo annos, ante fœliciſsimum illum Saluatoris nostri natalem diem. 5.

Regium illud septem pariti iuris opus promulgatum fuit anno Domini, 1251. 6.

Autor dabat operam huic operi, anno 1580. 7.

Ad subducendam veram rationem Erę, quæ cum hodierna congruat computatione, addendi sunt annis Domini triginta octo anni. 8.

Erę etymologia, vn de processerit. 9.

Notariorum error notatur. 10.

Hora confecti instrumenti necessario exprimenda non est. 11.

Tabellio-

Tabelliones scribẽtes per notas, ac non bono atramento aut, papyro animaduertendi sunt. 10.
Instrumentum nocte conficere non est prohibitum, ibidem.
Locus vbi instrumentum rogatur inscribi debet, non tamen locus loci. 11.
Tabelliones debent ad verbum omnia partium pacta, & conditiones exprimere,
Si notarius per errorem, vel obliuionem omiserit inscribere aliquid instrumento de ijs quæ inter partes conuenere damno id partibus esse non debet. 13.
Notarius omittens aliquid scribere instrumẽto præsumendum est errore potius quam dolo fecisse. 13.
Conuentiones ac pacta in presentia partium ac testium ex scripto recitari à tabellione debent. 14.
Instrumentum à partibus subscribi debet. 15.
Quot testes instrumẽto adesse necessariũ sint. 16.
In contractibus excedentibus libram auri tres sunt testes necessarij, in cæteris duo tantũ sufficiunt. 17.
Quæ maioris cautelæ gratia fiunt minus valent ad consuetudinem introducendam, 18.
Instrumentis quæ concilio senatu aut iudicio fiũt testes necessarij non sunt. 19.
Si quid additum ademptumvè instrumento fuerit ante subscriptiones subnotari debet. 20.
In exemplo instrumenti transferendo nihil omnino notarius immutare debet. 21.
Notarius extendere non potest instrumẽto protocolli decessoris etiam quod attinet ad solemnes clausulas. 22.
Notarius an possit instrumentum pro se vel aduersus se conficere, & an profilio, vel proxore. 23.
Instrumentum factum à notario publicè excommunicato nullius est momenti 24.

Quæ solemnia nostrati Regio iure interuenire debeant, vt instrumentum publicum fidem faciat.

CAP. XX.

MAnifestissimis iuris est instrumentum: in quo desideratum fuerit aliquid ex ijs solemnijs, quæ instrumentis conficiendis adhiberi debent, fidem nõ facere exequendumque non esse textus, glossa, & reliqui in l. generali. C. de tabularijs lib. 10. Specul. tit. de instrumentorum editione in principio. Quæ vero ea solemnia sint, quod ad ius commune attinet scribit plenè Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de edendo. & plenius Panormit. in cap. 1. numer. 3. de fide instrumentorum. Verum quia apud nos lege quadam Regia Compluti a Regibus catholicis lata plenè est definitum, quænam sint ea solẽnia quæ hodie in instrumentorum confectione obseruari debeant, destinati operis propositũ me admonet vt parum per circa illius legis argumentum moram faciã, res est enim hæc quæ in vsu non raro venire solet. Extat autem hodie constitutio illa Regia tit. 25. libro 4. Recopilat. estque numero decimatertia. Non me quidem latet in illius interpretatione operam dedisse. Couarruu. pract quæstio cap. 20. & Auend. tit. *de las excepciones*, numer. 24. Verum non ita exãctè vt nos illis aliqua nõ addere valeamus. Igitur vt breuitati consulentes ea tantum quæ præcipue interpretatione egent prosequamur. Principio exigit lex illa Regia, vt dies mensis, & * annus instrumentis inscribãtur, id quod & antea vsitatissimum erat, sicuti apparet ex Authent. vt præpon. nomen Imperatoris, Atque ex l. 1. §. editiones ff. de edendo l. 54. titul. 18. part. 3. Quamquam in ea re, nec olim apud veteres, nec recenter apud nos Christianos eadem obseruatio fuit; olim enim Romani per consules, Græci per Olympiades annorum ducebant rationem * & alij aliter. Sic quoque, & hodie Christiani alij a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, alij ab illius incarnatione rationem ineunt, glossa final. in extrauag. vnica decensibus, inter cõmunes glossa in dicta Rubrica, vt præponam nomen Imperat. Quid vero cæteræ obseruent nationes non moror: Verum quod ad nos Hispanos attinet: olim apud maiores nostros moris erat, vt annorum computatio fieret ab era Cæsaris. Porrò Rex Ioannes * eius nominis primus anno Domini, millesimo, trecentesimo, octogesimo tertio, ea computatione antiquata nouissimè sanxit, vt à Domini nostri Iesu Christi natali die annorũ iniretur computatio, sicuti ex illius apparet chronico, & notant cum aliàs allij, tum Couarr. libr. 1. Variar. cap. 12. & frater Alphonsus Venerus in Enchiridione temporum sub principium, & Gregor. Lop. in dicta l. 54. titulo 18. part. 3. verbo, *la era*, & frater Hieronym. Roman. in commentar.

de las

de las republicas, 2. part. lib. 9. c. 6. Id quod Christianissimus Rex, & religiosissimè, & sapientissimè fecit, par erat enim vt vnde nobis Christianis omnis salutis, omnisque boni principium, & origo extitit, inde nobis annorum ratio, & initium constaret.

4 Habuit autem initiũ istius Cæsareæ * eræ computatio, duo de quadraginta annos ante felicissimum illum Saluatoris nostri natalem diem: sicuti superiores auctores animaduertunt, & apparet non obscure ex procœmio illo Regij voluminis, quod septẽ partitum vocamus, ad finem ipsius procœmij. Proinde diligentissimè nobis obseruandum erit, cum forsan in vetusta aliqua monumenta inciderimus in quibus sub huius eræ annotatione annumeretur annus quo gesta res est, vt animaduertamus ad subducendam veram rationem, quæ cum hodierna computatione congruat, dispungendos nobis esse ab ipsius eræ numero triginta illos octo annos, qui inter eram & natalem Domini diem interfluxère: nam eo pacto facilè percipiemus, & quoto anno Dominico gesta res est, & quot inde ad nos vsque emanarint anni fingere, cuius rei exemplum possumus in Regio illo, præclaroque opere septem partiti iuris, quod inceptum fuisse constat ex illius procœmio, era Cæsaris, millesima, ducentesima, octogesima nona: ex eo igitur æuo subductis illis triginta octo annis qui inter eram Cæsaris, & Domini natalem diem interfluxere relinquitur inceptum fuisse opus illud anno Domini, millesimo, ducẽtesimo, quinquagesimo primo. Exinde vero ad præsentem annum

5 * sesqui millesimum octogesimũ, quo Dei misericordia agimus subducta ratione apparet, effluxisse annos trecentos vnde triginta. Hoc autem in huiusmodi specie positum ad cęteras omnes vbicumque erę mẽtio facta fuerit transferri poterit. Quòd si ægrè tuleris retro rationem ducere, & ma-

6 lis ab ipso eræ anno in præsentem * diem rationem trahere fiet non difficulter, addẽdo annis Domini illos triginta octo annos, & ita vtroque modo in parilem annorum numerum ambæ exibunt computationes: fit autem hoc (vt tanquàm digito rem demonstremus) ad exemplum duarum virgularum inæqualium, quas si velis æquales facere necesse est, vt aut longiori detrahas, aut addas breuiori. Cum ergo era Cæsaris sit maior quã era Domini, vt æquales fiant, aut detrahendi sunt eræ Cæsaris illi triginta octo anni, qui supersunt, aut addendi sunt annis Domini: atque ita vtriusquæ eræ numerus erit æqualis, atque iusta annorum exhibit computatio. Est autem hoc nostrũ consilium non parui ducendum quidem: memini enim non paucos, eosdemque per eruditos viros eius rei ignorantia nõnumquam allucinatos fuisse. Eræ autem verbũ vnde originem traxerit disceptat eruditissimus, atque iuxta nobilissimus * Petrus 7
Mexia in sylua 3. part. capit. 2. & Vasæus in chronico rerum Hispan. 1. part. & Couarr. libr. 1. Variar. cap. 22. num. 3. & Hieron. Roman. in illo opere *de las republicas*, 2. p. lib. 9. cap. 6. vbi dissidentium autorum diuersas opiniones referunt: quę quamquam propter ipsorum autorum summam autoritatem, non leue pondus habeant, verum quia in rebus ita vetustis, & priscis commiscendi cuilibet, quod sibi videatur licentia datur, non dissonum fore putaui si eius nominis nouam etymologiam exponerẽ. Puto igitur hoc nomen Eræ trahere principium à verbo illo erat, quod in rerum gestarũ relatione, ac memoria passim in scriptorum monumentis ocurrere solet, vt cum aliàs sæpè obseruare licebit, tum in illud Euangelij Ioannis, vbi Apostolos ipse ceu aquila solis radios superans sublimi ingenio, diuinoque afflatus spiritu exordiens in altissima illa verba prorupit. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Geneseos quoque ad eundem inchoatur: *In principio creauit Deus cœlum, & terram, terra autem erat inanis, & vacua*, Iob quoque, sic incipit. *Vir erat in terra Hus nomine Iob. & erat uir ille simplex, & rectus.* Sic quoque Ouidius.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cœlum.

Vnus erat totus naturæ vultus in orbe.

Et libro secundo.

Regia solis erat sublimibus alta columnis.

Linus quoque Thebanus Philosophorum antiquissimus, vt Diogenes Laertius est autor, operis sui hoc fecit initium.

ἦν ποτὲ τοι χρόνος οὗτος ἑνῶ ἅ μα πάντα ἔπεφυιει.

Hoc est. *Tempus erat quo cuncta simul sunt cõdita quondam.*

Iustinus quoque historicus commentaria sua ita auspicatus est.

Principio rerum, gẽtium, nationumque imperiũ penes Reges erat. Possem eiusdem exempli quam plurima afferre testimonia, sed ad fidem faciendam superiora, vt sunt idonea: 8
& congruentia satis sufficere puto. * Ex hoc autem apparet eræ vocabulum non tantũ ad seculum Cæsaris referri, sed ad aliorum

quo-

quoque Regum Principatus: quod & ostendit proœmium illud Regij voluminis septem partiti iuris, & alia subinde autorum monumenta, & in eis Regius Historiographus Morales rerum Hispaniarum, libr. 13. in præfactione *. Verum, vt ad propositum reuertamur, cũ annorum supputatio apud nos à Domini nostri Iesu Christi natali die incipiat, palam est errare nonnullos tabelliones * qui ad anni solaris initium spectantes, non nisi à Kalendis Ianuarijs annorum numerum incipiunt: quos notat glossa in dicta extrauagant. de censibus. Melius illi qui tollendæ ambiguitatis gratia intermedio illo tempore, quod inter sacrum natale, & Kalendas Ianuarias incedit vtriusque anni, & exeuntis, & incipientis mẽtionem faciunt, verbi gratia, dicentes vigesimosexto die mensis Decembris, exeunte anno Domini. 1579. & incipiente anno. 1580. Quamuis autem dies confecti instrumenti necessario * exprimendus sit, horæ vero expresio non item, cum nulla omnino lex sit, quæ id exigat, tametsi id vtile quandoque fuerit. puta, si eodem die de eodem negotio instrumenta plura rogari, contingat, dubiteturque vtrum prius factum sit: nam in ambiguo potius erit illud in quo hora contineatur, secundum Bald. & Salycet. in l. de rebus, C. de iure dot. Est autem hæc annorum annotatio non notis, seu numeralibus literis inscribenda, sed potius per dictiones, & syllabas, vt falsi omnis euitetur occasio, vt in Authentic. vt præpona. nomen Imperatoris, & habetur item apud Pontificios in Regula 14. Chancellariæ Apostolicæ. Quinimò lege generaliter prohibentur tabelliones, ne quicquam per compendium scribant, vt in l. 7. titul. 19. part. 3. & in Authentic. modo citata. Id autem non eò pertinet * vt eo nomine instrumentum nullum dicatur, sed vt in tabellionem animaduerti debeat, sicuti etiã pœnas dare debet, quando aluo attramento, aut minus bona papyro vsus fuerit, secundum Bartol in l. 1. C. de muner. legis, libr. 11. Sed neque illud prætermittendum erit cum noctu instrumentum confici contingat, quod & fieri rectè potest, vt in l. non minorum C. de transactio. nihil peccare tabellionem, qui noctis non facta mentione præsentem diem scripserit. Innocent. in cap. consuluit, de officio deleg. Tiraquel. alios referens, de retract. linag. §. 1. glossa 11. numer. 8. Ignoscendum quoque erit illi si forsan per errorem, non dolo alium pro alio diem scripserit, posteaque errorem suum corrigens verum diem suppposuerit, secundum Bartol. in l. librarius, ff. de regulis iuris, Bald. in l. 2. C. de falsa causa adiecta legato. Et copiosius apud Alexandrum consil. 70. & 74. volumin. 1. & consil. 190. volumin. 6. vbi multa ad excusandos notariorum errores videre poteris, sicuti enim perdolum peccantes seuerè cõercendi sunt, ita per errorem, seu ignorantiam lapsi in fraudem vocandi non sunt, l. admonitus, C. de ijs, qui sibi adscribunt in testamento.

¶ Exigit deinde lex illa Regia, vt is locus, vbi contractum est inscribatur, id quod nouum non est, * sed iam olim iure, & communi, & Regio stabilitum, gloss. in l. generali, C. de tabularijs, libr. 10. & in cap. Abbate sanè, de re iudicat. in 6. Atque item l. 54. titul. 18. part. 3. Num vero locus loci, id est, domus, vel platea, vbi actum est inscribi debeat, in quæstionem vocari solet, & Bartol. in Authentic. vt præpo. nomen Imperat. fuit eius sententiæ, vt existimaret non solum locum generalem, sed etiam specialem nominandum esse, eiusque opinionem cum quadam tamen distinctione amplectitur, Baldus in l. contractus, colum. 3. C. de fide instrumen. & in l. optimam, C. de contrahend. emptione, & affirmat communem Emanuel Suarez in thesaur. receptarum sententiarum, verbo, instrumentum. Verum illorum opinio, neque moribus apud nos est recepta, neque item iure Regio, sicuti apparet ex l. 57. titul. 18. part. 3. Atque apertius ex hac lege Complutensi, cuius interpretationem tractamus, alternatiuè enim loquitur, ita inquiens. *Declarando las personas que la otorgã, y el dia y el mes, y el año, è el lugar, ò casa donse otorga.* In alternatiuis vero perspicui iuris est satis esse alteram partem esse veram capit. inter cæteras, de rescriptis. Proinde cauendus erit Auend. qui contrarium scriptum reliquit in tit. *de las exceptiones*, nume. 20. sed & hanc nostram opinionem moribus comprobari satis compertum est, & tradit Gregor. in dict l. 54. Iubet præterea, vt lex conditiones * omnes, pacta, renunciationes, submissiones, de quibus inter contrahentes conuenit notarius speciatim, & ad verbum exprimat. Merito autem, nam alioqui casus omissus habetur pro omisso, remanetque in dispositione iuris communis, l. commodissimè, ff. de liber. & posthu. l. si extraneus, ff. de conditio. causa data, l. quæcunque. §. fina. ff. de publiciana in rem actione

actione, capit. susceptum, de rescript. in 6. Dummodo sciamus placere multis ea, quæ sunt de natura contractus, quæ instrumentis apponi sunt solita, etsi omittantur pro expressis haberi, ex l. quod si nobis, §. qui assidua, ff. de edilitio edicto, l. final C. de fideiuss. capit. cum M. Ferr. de constit. & illic Abbas reliquique interpretes, & Couarru. quamquam subdubius libr. 1. variarum, capit. 15. num. 9. merito vero nutat: nam contrariam sententiam veriorem, & magis receptam testatur Emanuel Suarez in thesauro recept. sententiarum, verbo, clausula. Sed & si quid ex ijs, quæ inter partes conuenit notarius per errorem, aut obliuionem omiserit, hoc illis damno esse non debet, si testibus id actum esse probatum fuerit, Balnus, & Ludouicus Romanus in l. error. C. de testamentis, & probatur in l. si librarius, ff. de regulis iuris, vbi Bartol. accuratius explicat, quando possit notarius errorem suum corrigere. Quinimò si notarius aliter scripserit, quàm inter partes conuenerit bellissimè scribit Alexand. consil. 74. volumin. 1. num. 6. præ-
13 sumendum esse errore * potius fecisse, quam dolo, quæ Bartoli quoque fuit sententia in consilio. 89. volum. 3. & Baldi in Rubric. C. de fide instrumen. sequitur Lanfrancus in capit. quoniam contra. de fide instrum. num. 23. & Socin. consilio 94. vol. 1. apud quos si iuuat vacatque videre permulta poteris, & eadem singularia ad excusandos notariorum errores.

Præcipit præterea lex Regia, vt conuentiones, ac pacta, prout in mundum ex com
14 pacto * redacta sunt, ita in præsentia partium, atque testium à tabellione recitentur, ac relegantur, id verò, & antea lege illa, 64. titul. 18. part. 3. & iure communi cautum erat, tàm in contractibus, quàm etiam in testamentis, neque antea contractus, aut testamentum perfecta esse dicuntur, l. contractus, C. de fide instrument. l. fideicommissa. §. quoties, ff. de legat. 3. Authentic. de tabellionibus, §. filia. Ioann. Andr. apud Specul. titul. de fide instrumentorum, §. ostenso, in additione magna, Bartol. in dicta Authentic. de tabellio. §. fin. & in l. ex ea. ff. de testamen. Suarez allegatione 1. in fine, Castellus in l. 3. Tauri, & in l. 50. verbo, *del oficio*, Ruynus consil. 12. volum. 2. Couarru. in cap. relatum. 1. de testament. Tellus in l. 3. Tauri, 1. part. num. 17. Cum autem lex illa partit. atque etiam recentior hæc quam interpretamur indistinctè loquantur, admittere nequaquam videntur Panormitani opinionem in cap. cum P. tabellio. de fide instrumen. num. 4. dicentis, in ijs tantum instrumentis, quæ scriptis fiunt recitatione opus esse, illud vero magis probo, quod quidam tradunt nõ satis esse si contractus memoriter à tabellione recitentur, nisi etiam ex scripto relegantur, saltem in ijs, quæ ad rei substantiam spectant. Castellus in l. 3. Tauri, verbo, nuncupatiõo: nam vt cætera omittam, id vel hius legis verba satis demonstrant. Præcipit enim tabellionibus vti scriptos contractus, perinde ac scripti fuerint præsentibus partibus, ac testibus legant. Legere autem, vt Iurisconsultus autor est, sic accipiendum est, nõ intelligi, sed oculis perspici, quæ scripta sunt, l. 1. ff. de ijs, quæ in testament. delentur, & illic annotant Raphael Cumanus, & Ioan. de Imol. Quin legere ita notarius debet, vt testes, quod agatur intelligant, alioqui falsi crimine se alligaret, si credimus Cardinali in capit fin. de maior. & obedien. quem se quitur Zacharias apud Abbatem in proœmio Gregoriano. * Illud tamen verum est, quam- 4
quam scriptura, quæ istiusmodi recitatione deficit non valeat, tanquam instrumentum: testibus tamen contractus, aut testamentum probari rectè poterit, iuxta ea, quæ refert Bertachi. de Gabellis. 8. parte, membro 3. num. 32. & Aiora de partit. 3. part. cap. 25. *

Ait insuper lex, vt scripturæ protocolum partium subscriptione firmetur, * vel si pars literas nesciat, aliquis ex testibus, 15
aliusvè pro eo subscribat. In quo annotandum erit subscriptionem regulariter necessariam non esse, nisi duntaxat in casibus à iure expressis, secundum Innocent. in cap. 1. de ijs, quæ fiunt à prælato, & in cap. cum dilectus, de fide instrument. & vtrobique Panorm. Quãquam vero placuerit Accursio in l. generali. C. de tabula. libr. 10. instrumenta omnium testium firmari debere subscriptione, & id quoque recipere videatur dicta l. 54. titul. 18. part. 3. Atqui id hodie cessasse dicendum est, cum isthæc nouissima lex Regia cui standum est, nihil tale postulet: id quod etiam animaduertit Anto. Gom. in l. 3. Tauri, num. 30. & Couarru. practicar. quæstio. cap. 20. numer. 4. * Quid verò si scriptura reperiatur inter 3
protocola ipsius notarij defuncti, sine ipsius tamen subscriptione, an fidem faciat? Versant hanc quæstionem ex alienigenis, Alexand. consil. 14. volumin. 6. & Boerius decisio. 37. Ex nostratibus vero idem Couarru-

uarruu. practica. quæstio. cap. 20. & Gutierrez sub eodem titulo lib. 1. quæst. 133. *

Cæterùm cum isthæc lex Regia ad in-
16 strumentorum * vim testes necessarios esse significet, neque tamen quot interuenire debeant ipsa declaret, non absre me facturum esse putaui si illud hic summatim exponerem. Et sanè quod ad ius commune attinet, communiter receptum est regulariter duos testes sufficere, vt instrumento intersint glossa in l. vbi numerus, ff. de testibus, glossa in regula, pluralis locutio, de regul iuris in 6. Abbas, & cæteri in cap. 1. de fide instrumen. paucique sunt casus, qui ab hac regula excipiantur. In quibus est ille, cum contractus libram auri excedit, & alij quos refert glossa in authent. sed nouo iure, C. si certum petat. & in dicta regul. plural s locutio, & Boer. decisio. 118. Porrò, quod ad nostrum ius Regium attinet, & leges ipsas inter se, & auctores quoque dis diapasson dissentire comperies: si quidem Couar. practic. quęstio. cap. 20. num. 4. tres necessarios esse testes affirmat, & eiusdem sententiæ fuisse antea videtur Castellus in l. 41. Tauri, & Olanus in concordia iuris, litera. I. num. 29. Ducuntur autem ij argumento textus in l. 1. titul. 9 lib 2 fori, & l. 55 titul. 18. part. 3. E contrario vero Burgos de Pace in l. 3. Tauri, numer. 124. Satis esse affirmat si duo tantum testes instrumẽto inscribantur, & scripsit id etiam antea Gregorius Lop. in dicta l. 54. verbo, *tres omnes*, & Villalobos in antinomia iuris, litera, T. nume. 19. Quibus oppidò suffragatur, l. 111 tit. 18. part. 3. Atque ita fit, vt tum leges ipsæ Regiæ, tum, interprętes ex diametro inter se pugnent. Ego vero hanc legum, autorumque discordiam ex ipsius iuris communis regulis dogmatisque componendam esse arbitror: nam sicuti commissura, vt est in Euangelio non bene, nisi ex eodem panno fit: ita neque aliunde melius iuris dissolui difficultates possunt, quàm ex eodem iure. Placeat itaque duo tantum testes instrumento regulariter inscriptos sufficere, quæ & iuris communis, communis est sententia, & postremæ leges Regiæ,
17 quas modo allegauimus * apertè probant. Reliquas vero Regias leges quæ tres testes inscribendos esse significant, accipiendas esse arbitror in casibus libram auri excedẽtibus, iuxta sententiam glossæ in dicta Authent. sed nouo iure. C. si certum petat. & in illa altera de instrumentorum fide, verbo, non minus, quas ibidem clasici omnes sequuntur. Atque hinc fit, vt hodie in conficiendis instrumentis soleant tabelliones tres testes adhibere: nempè, vt cautius consultiusque negotium procedat. Quamobrem ea de causa, quæ iure communi, & Regio statuta sunt labefactari non debent: quasi consuetudo ius introduxisse videatur: cum ea quæ * cautionis fiunt consilio 18
ad consuetudinis legem trahi non debeãt, l. testamentum, C. de testam. cap. per tuas, de sententia excommun. sciendum est tamen interdum, etiam nullis adhibitis testibus validum esse instrumẽtum veluti cum publice (id est, autore populo Senatu Consiliouè) contrahitur, Bald. in margarita, verbo, instrumentum, Hippoly. singul. 56. Idem iuris est in actis * iudicialibus, vt in 19
l. in donationibus, C. de donat. Innocen. & reliqui in cap. quoniam contra, de probatio. vbi Lanfrancus testatur communem, num. 18. & alij plures relati ab Emanuele Suarez in thesauro recept. sentent. verbo, *alta*. Cauetur etiam Regia illa lege, vt si quid additum ademptumvè instrumento fuerit, id totum ante * subscriptiones sub- 20
notetur, & corrigatur, erat id autem antea, iure communi receptum, vt apparet ex capit. inter dilectos, de fide instrumen. textus & illic Bald. in l. 1. ff. de ijs, quæ in testamento delentur. Paul. in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. toll. num. 6. ex quibus apparet hanc obseruationem necessariam tantummodo esse quando aliquid fuerit additum, aut cancellatum circa ea, quæ ad negotij principalis substantiam attinent: in cæteris verò talis obseruationis omissio vitium non affert, sicuti nostrati Regio iure bellissimè definitum est in l. 111. titul. 18. partita, 3. & apparet ex ijs, quæ paulò ante diximus, & tradit etiam in hac eadem specie Anton. Massa ad formulam camare. 3. part. quæstio. 1. Est prætereà Regia illa lege comprehensum, vt in exemplo transferendo nihil omnino * immutet notarius 21
ex ijs, quæ in exemplari, seu architypo continentur quin potius ipsissima protocoli verba in exemplum transferat, cui conuenit l. 24. istius tituli, & l. 55. titul. 18. partita, 3. tradit Bald. in Rubrica, C. de fide instrument. & Alexand. consilio 14. volum 6 quo fit, vt falsi vrgente suspicione rectè desideret pars protocolum in ius exhiberi, vt cognosci possit, an cum exemplo congruat exemplar, secundum Iasonem in l. fina. C. de edict. Diui Adrian. tollend. nume. 4. Ex ijs, ergo Regalibus legibus satis apparet explodendam esse illam Iasonis aliorumque opinionem, quos ipse citat in l. Gallus, §.

idem credendum, num. 18. & 20. ff. de liberis, & posthumis, quibus placuerat posse notarium (cui defuncti tabellionis protocola commissa fuere extendere solitas clausulas, quæ omissæ fuere, etiam sine iudicis
22 autoritate: etenim, vt iuris communis * rationes missas faciam, hæ nostrates Regiæ leges expresim contrarium definiunt, ita vt nullum omnino dubitandi vlli locum relinquant. Quam quidem opinionem, & aliqui ex veteribus autoribus probarant in quibus Baldus in Rubrica, C. de fide instrument. & Paul. in Authentic. si quis in aliquo documento, C. de edendo. Sed hæc ad illius legis interpretationem satis. Illud tamen non omiserim quanquàm notarius * non possit pro se instrumentum conficere aduersus se tamen rectè posse. Angel. in §. idem iuris, numer. 32. Instit. de exceptio. Ias. in l. sciendum, num. 6. ff. de verb. obligat. an vero pro se, & alio conficere valeat, tractat Bart. in l. filius. §. sequens, ff. ad legem Cornel. de falsis, & in l. 2. ff. de stipul. seru. & an pater conficere possit instrumentum pro filio, vel è contrario filius pro patre: tradit idem Bart. in l. si pater, ff. ad legẽ Corneliam, de falsis, & an maritus pro vxore, idem in l. vxori, in princip. eodem titul. & an famulus in rem domini, gloss. in l. 3. titul. 19. part. 3. Illud ad extremum dixe-
24 rim instrumentum * factum à notario publicè excommunicato irritum esse, glos. in cap. decernimus, de sent. excommun. in 6. Bald. in l. in exercendis, C. de fide instrum. an vero cum instrumentum irritum est contractus quoque irritus sit dicemus, cap. fin. 1. part. §. 12. limitat. 1. ad calcem.

SVMMARIVM.

CVm socors res est, ac ignauus dandus est illi curator, qui illius suppleat desidiam, & negligentiam, num. 1.

Imperator totius mundi, an dominus sit, numero, 2.

Hispaniæ non subiciuntr Imperatori, num. 3.

Portugalliæ Regnum intra Hispaniæ, limites continetur, atque proinde Imperatori non subest, num. 4.

Regum Portugalliæ fœndum erat Legionensis Regis, num. 5.

Portugalliæ Regnum hodie iusto marte, iustissimisque titulis Castellæ Regno cessit, numero, 6.

An Portugalliæ, seu Lusitaniæ Regnum subsit Imperatori ad intelligentiam, cap. grandi. de suppl. neglig. prælatorum, lib. 6.

CAP. XXI.

CVm Portugalliæ, seu Lusitaniæ Rex, ita socors esset, atque ignauus in rebus gerendis, vt illius inertia mala multa rem publicam lacesserent, Innocentius IIII. ad Regni proceribus postulantibus, dedit Regni curatorem * fratrem quendam ipsius 1
Regis Boloniæ Comitem, sicuti latius expositum extat in cap. grandi, de suppl. neglig. prælat. lib. 6. Quanquam vero in textu illo quis nam Rex ille fuerit non exprimatur, ex Hispanis tamen annalibus, præsertim ex Archiepiscopo Toletano, lib. 7. cap. 6. & Episcopo Burgensi, cap. 75. deprehendimus illum fuisse Sanctium eius nominis secundum, qui cognomento Capellus appellatus est, eiusque corpus Toleti tumulatum fertur in Chronico Regis Alphonsi. X. cap. 7. Fratri autem ipsius Regis Alphonso nomen erat, qui Comitatum Boloniæ apud Gallos, ex dote vxoris suæ Matildæ Franciæ oriundæ adeptus fuerat. Quærunt autem interpretes, in dict. cap. grandi, præsertim Imol. Anchar. & Franc. qui factum fuerit, vt in ea re non Imperator, sed potius Romanus Pontifex partes suas interposuerit, cum iure comparatum sit Prouincias omnes Romano subiectas * esse Impe 2
ratori, l. deprecatio, ff. ad legem Rhodiam, de iactu. Specul. tit. de fœudis, §. 2. Bart. in proœmio, ff. §. omnem, Cardin. in Clemẽ. 1. de Summa Trinit. aliique aliàs passim: teſtatur communem esse opinionem Ias. in l. 1. C. de Summa Trin. & fide Cath. nu. 6. & Minchac. cõtrouersiarum, lib. 1. cap. 20. Paucique sunt, qui ab hac opinione dissentiant, vt est videre apud Cassaneum, in catalogo gloriæ mundi, 5. par. concl. 28. adeoque hæc placuit Bart. sententia, vt in l. hostes, ff. de captiuis, & postlim. reuersis, nu. 7. scribat fortè hæreticum esse, eum qui inficias iret Imperatorem dominum esse, & Monarcham totius mundi; quod an verum

sit me-

sit melius Catholicæ fidei censores iudicauerint, cum hæresis de ijs tantum rebus dicatur, quæ ad fidem Catholicam spectant, secundum Isidorum, de Summo bono, lib. 2. & alios quos refert D. Simancas, cathol. instit. titu. 30. num. 5. nihil porrò ad Catholicam fidem attinere videtur, an Imperator dominus mundi sit nec ne: proinde à Bart. sententia dissentiunt Vltramontani, & in his Faber. in l. 1. C. de Sum. Trinit. & Cassa. loco superiori, & nostras quoque eruditissimus dominus Sotus, lib. 4. de iust. & iure, quæst. 4. art. 2. Quin & ipse Barto. à seipso descriuit in extrauagã. ad reprimendum, verbo, totius. Porrò vt ad institutum reuertamur, cum secundum communem opinionem Imperator dominus mundi dicatur, torquet magnopere glossographos in dicto cap. grandi, quid fuerit in causa, vt Portugalliæ Regno, ita laboranti non ab Imperatore, sed à Romano Pontifice consultum fuerit, & nesciunt sanè dissoluere interpretes, quin augurum vsurpantes officium diuinando aiunt, vacasse tum temporis Imperium. Sentiunt itaque Portugalliæ Regnum Imperatori esse subiectum. Sed laborantur sanè doctissimi iusti viri (quod bona eorum pace dixerim.) Enim verò tamet
3 si Hispania Imperio * fuerit olim subiecta, vt in l. 2. §. post aliquot. ff. de orig. iuris l. re legatorum, §. interdicere, ff. de interd. & releg. & de Lusitania ostendit text. in l. in Lusitania, ff. de censib. verum postea cum maiores nostri ferocissimi Gothi (à quibus nos Hispani oriundi sumus) Hispanias debellassent expulsis hinc Romanis se se in libertatem asseuerunt: atque ita Hispanias Imperio non parere concors est scriptorum omnium sententia, glos. in cap. Adrianus 63. distinctione. Abbas in cap. per venerabilem, numer. 7. qui filij sint legitimi, Balbus de præscript. 2. part. quintę principal. quæstione 2. Couarruuias practicar. quæstio. cap. 1. Villalobos in antinomia iuris, in princip. & alij plures, quos nos retulimus priori libr. cap. 3. numer. 7. Ergo cum Hispania Imperatoris potestati * subiecta 4
non sit, consequenter apparet, nec Portugalliam illi subesse. Portugallia enim Regnum (quod partim ex Lusitania, partim ex Gallecia conflat) intra Hispaniæ fines cedere in cõfesso est. Omnes enim ad vnum, & geographi, & historici consentiunt autores Hispanias à Pyreneys montibus ad Oceanum, vsque protendi: quamobrem cum Lusitania Imperatori non pareat, non Imperator, sed summus in eo negotio adeundus fuit Pontifex: iuxta capit. nouit. de iudicijs, & quæ illic traduntur. Quanquam, vt ex Roderici Toletani Episcopi Chronico colligere licet: lib. 7 capit. 5. & 6. atque ex Valerij historici, lib. 4. titul. 3. & lib. 7. titul. 9. & Regis Alphonsi Decimi, cap. 18. Legionensis Regis socordia factum fuit, vt alius in illo Regno, de his rebus ius diceret: cum iure * feudi Regnum illud ad Le- 5
gionensem Regem pertineret, atque proin de istiusmodi controuersiarum cognitio ad eum spectaret, iuxta capit. Cæterum, & cap. nouit. de iudicijs. Hãc autem nostram opinionem, nempè Regem Portugalliæ superiorem non recognoscere, & idcircò in illo cap. grandi. Papam partes suas interposuisse sensit, & ante nos Speculator, titul. de feudis, §. 1. longè melius, quam superiores autores sentiens. Sensit & Barbat. consi. 11. lib. 1. & Craffalius de regalibus Franciæ, libr. 1. vbi an subsit Summi Pontifici tractant. Hoc Portugalliæ Regnum hodie Rex noster Philippus magnus, non corporis quidem proceritate, sed animi potius magnitudine, & rerum gestarum gloria suis titulis adiecit iustissimo marte, *
sed neque minus illi quidem leges iuraque 6
quam arma suffragantur, sicuti apparet ex multorum, eorumque doctissimorum virorum allegationibus pro ipso editis, quæ etiam typis excussæ circunferuntur. Ex quibus non difficulter aduersariorum satisfieri potest argumentis, & nos aliquando si facta concesserint illis plenius acriusque satisfecerimus.

DE EXECVTIONE INSTRVMENTI PVblici, seu guarentigij: & omnium ferè, quæ paratam executionem habent.

CAP. XXII.

RERVM HOC IN CAPITE tractandarum diuisio.

QVoniam in foro nihil est magis assiduũ & frequens, quàm executionum tractatus, ex vsu fore putaui si ad illius interpretationèm nõnulla hic in medium afferem. Non quidem, quòd velim hic repetere ea, quæ cũ alijs, tum à viro doctissimo Roderico Suarez, accuratè de ea re tradita sunt: id enim à nostro instituto alienũ semper fuit. Sed vt potius ea quæ ab illis, aut omnino omissa, aut non satis luculenter scripta fuere: nec minus ea quæ vsu postea, & recentiorum legum definitione introducta sunt (quæ, pauca quidem non sunt) quanta maxima possim breuitate perstringã. Rem autem omnem vti delucidior sit, sex in partes distribuam.

PRIMA PARS.

¶ Atque primum, quę instrumenta paratam executionẽ habeant, demonstrabimus.

SECVNDA PARS.

¶ Deinde apud quem iudicem executio petenda sit aperiemus.

TERTIA PARS.

¶ Ostendit tertia, per quas personas executio peti debeat.

QVARTA PARS.

¶ Quarta, aduersus quas personas locum habeat executio.

QVINTA PARS.

¶ Monstrabit quinta, quis sit in executione seruandus ordo, qualesque exceptiones impediant illam.

SEXTA PARS.

¶ Aget postrema de sportula, seu executionis decima.

SVMMARIVM.

Res iudicata de non ente facit ens, de albo nigrum, & de nigro album, nu. 1.

Res iudicata, quid sit. Ibidem.

Res iudicata, quid à sententia distet, numero, 2.

Ex re iudicata noua oritur actio, ibid.

Cum executio rei iudicatæ apud eundem iudicem,

cem,qui ſententiam tulit,facienda eſt ex eiſdem actis fieri poteſt,num.3.

Res iudicata propriè dicitur à qua appellari nõ poteſt,num.4.

Caſus in quibus appellandi locus non eſt,numero,5.

Appellatione deſerta, ſententia executioni mandatur,num.6.

Vter iudex pronuntiare debeat appellationem eſſe deſertam,num.7.

Non ſatis eſt appellanti ad ſuperiorem iudicem acta tranſtuliſſe, niſi etiam intra legitima tempora ſit ad cauſam citatus aduerſarius,num.8.

Appellatio deſerta pronuntiari non debet, niſi prius citato aduerſario,num.9.

Tametſi deſerta fuerit appellatio, adhuc tamen ſuperiores iudices de ſententiæ diſceptant meritis,ita vt ſi iniquam conſtet eſſe ſententiam nullam deſertionis habeant rationem,numero,10.

An ab interlocutione,qua pronuntiatur appellationem eſſe deſertam locum habeat appellatio,num.11.

Sententia nulla non tranſit in rem iudicatam, etſi fuerit appellatio deſerta,num.12.

Iure Regio nullitas ſententiæ intra ſexaginta dies allegari debet,num.13.

Sententia mandari executioni non debet, quando aduerſus eam in integrum poſtulata fuerit reſtitutio,num.14.

Sententia ex falſis inſtrumentis, vel teſtibus lata,mandari executioni non debet,num.15.

Sententia,quæ à iudice per ſordes lata fuit,mandari executioni non debet,num.16.

*Vulgare verbum,*cohecho,*vnde traxerit originem,num.17.*

Sententia, quæ per aduocati prævaricationem lata fuit,mandari executioni non debet,numer.18.

Quando victor ſe iniuſtè obtinuiſſe fatetur mandari executioni ſententia non debet,numero,19.

Mandari executioni ſententia non debet,quando fuerit nouata,num.20.

Caſus in quibus ſententias nunquam in rem trã ſit iudicatam,num.21.

Præceptum comminationis, mandari quando executioni debeat,num.22.

Cum executio ſententiæ facienda eſt apud alium iudicem,quam qui ſententiam tulit fieri non debet, niſi per requiſitorias literas, numero,23.

PARS PRIMA, IN QVA oſtenditur, quę inſtrumenta paratam executionem habeant.

§.Primus. De re iudicata.

DIcturo mihi quæ inſtrumẽta paratam executionẽ habeant: in primis ſe ſe nobis res iudicata offert. Rem enim iudicatã paratã habere executionẽ, liquis eſt (quod dicitur) res, & tonſoribus nota, l. poſt rem, ff. de re iudicat. l. 1. C. de executione rei iudicatę, cap. quoad conſulationem, eodem tit. l. 19. tit. 22. part. 3. Rei enim iudicatę, tam magnum eſt momentum, vt ceu alter Gygis fatidicus annullus apud Platonem, de non ente faciat ens, de albo nigrum, de falſo verum, l. res iudicata, ff. de regulis iuris, l. ingenuum, ff. de ſtatu hominum, Iaſon, in l. Iulianus verum debitorem, ff. de condictione indebiti, num. 2. Res autem iudicata (vt ſcimus omnes) dicitur, quæ fines controuerſiarum pronunciatione iudicis accepit, quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit, l. 1. ff. de re iudicata. Sententia igitur à re iudicata hoc differt, quod decidens à deciſo, ſeu quod cauſa à cauſato, vt docent Bartolus, & Iaſon, in dicta l. 1. ff. de re iudicata, num. 1. Inde fit, vt è re iudicata noua oriatur actio, quæ iudicati, ſeu ſecundum aliquos in factum dicitur, l. in iudicati, ff. de re iudic. l. actori, C. de iureiur. & illic Bald. gloſſa in l. 1. C. de iudi. & in l. aliam, ff. de noua. Specular. titul. de execu. rei iudi. §. breuiter. Bartol. & reliqui in l. intra dies, ff. de re iudicat. Hinc quoque moribus vſitatum eſt, vt ſententia in rem iudicatam tranſacta, veluti noua ſuccedat lis, acta ad ſummam redacta victori ad exequendum dentur (vulgò, *carta executoria appellatur*,) in quam tranſcribi, de more ſolitum eſt libellos actionũ, exceptionumque, item procurationis mandata, & in primis ſententias, & alia denique monumenta, quæ ad executionem expediendam magis attinere videntur, iuxta ea quæ notat Innocent. in capit. cum in iure peritus, de offic. deleg. num. 4. & alij in cap. quoniam contra. de probat. quãquam

1 *Entis nomẽ probat. Quintil. li. 2. cap. 16. quanquam dicat. Plautinũ eſſe, & nimis durũ.*

2

enim verò (vt mea fert opinio) si executio
3 apud eundem iudicem, * qui sententiam tulit facienda sit parui interfuerit vtrum ex eisdem actis sine istiusmodi summaria actorum transcriptione executio facta fuerit: quamuis enim lis finita sit, acta tamen adhuc vim suam habere non est dubitandum, cap. quoniam contra, de probatio, l. is apud quem, C. de edendo, id quod voluisse videtur, Baldus in l. fin. C. de edict. Diui Adria. tol. quæst. 7. & comprobatur ex ijs, quæ notat Innoc. in dicto capit. eum in iure peritus, & probat. l. hæc sententia, C. de sententijs, quæ sine certa quantitate proferuntur. Rem igitur iudicatam propriè accipere debemus sententiam à qua
4 appellari * vel supplicari non potest, tametsi abusiuè, & larga significatione dicatur, etiam ea à qua appellari potest, glos. in capit. non solum, verbo, nouata, de appell. in 6. Ioan. And. & Abb. in rubric. de re iudicat. Dominicus in cap. 1. §. fin. de excep. in 6. Ias. in l. 1. ff. de re iud. Proinde ad hanc effugiendam ambiguitatem solent iuris conditores apertius loquendo pro re iudicata dicere sententiam transisse in rem iudicatam, cap. quoad consulationem, de re iudicat. In omnibus igitur casibus in quibus appellatio iure summouetur, sententia res iudicata dicetur istéque executioni demandabitur, cap. non solum, de appella. in in 6. & illic glos. verbo, casibus, quæ ab omnibus recipitur, cap. pastoralis, de appel. in princip. & cap. pastoralis, §. præterea, de offic. deleg. qui verò ij sint casus, in quibus
5 appellatio * summouetur, refert Specul. tit. de appellat. §. in quibus. Socinus, regul. 24. Hippol. in l. vnica, C. de raptu virginũ, num. 138. Marantha in Specul. 6. part. tit. de appel. nu. 269. & Auend. in cap. correct. 1. par. ca. 6. num. 4. & omnium effusissime Nicellus in concordia glossarum, concordia, 6. vbi congerit plus minus centum viginti casus. Sed & in casibus in quibus locum habet appellatio, si tamẽ ea fuerit deserta, vel quia appellator fuerit negligens
6 in adeundo superiorem * iudicem intra diem à lege prefinitum, vel quia postea prosecutus non fuerit appellationem intra fatalia tempora, sententia executioni demandatur nõ secus, ac si ab initio prouocatum nõ fuisset, l. fatalia, §. fin. & in. l. fin. §. illud, & Auth. ei qui appellat. C. de temp. appel. capit. personas, & cap. cum sit Romana. de appell. & Clement. si appellatione, eodem
7 tit. Vter verò iudex * pronuntiare debeat appellationem esse desertam, iudex ne à quo, an iudex ad quem (vt intelligat non piget interdum vulgaribus verbis vti) sic distingui ab scriptoribus solet. Aut appellator iussus à iudice, qui sententiam tulit fidem non facit, quemadmodum superiorem adierit iudicem exhibendo, scilicet, superioris solemnes literas (quas vulgò, *mejoram appellamus*) & tum iudex à quo pronũtiat appellationem fuisse desertam: aut verò constat appellantem superiorem adijsse iudicem, & tum superior iudex non inferior de desertionis causa cognoscit. Hanc distinctionem scribit Philippus Francus in cap. ex ratione, de appell. colum. 19. & Felinus in cap. ex parte, 2. de rescript. colum. penult. Iason in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis, num. 1. Maranth. in Specul. tit. de appel. nu. 180. & hoc iure vtimur. Tempora verò intra quæ debeat appellator superiorem adire iudicem, atq; ad eum acta transferre præfigit, l. 2. tit. 18. libr. 4. Recopilatio. cuius intellectum, & sedulò quidem explicat Auenda. Responso, 2. Illud tamen memineris non satis esse appellatorem acta ad superiorem iudicem transtulisse, * nisi intra legitima tem-
8 pora, id est, illa Regia lege præstituta citari fecerit aduersarium, secundum Baldum in l. fin. §. illud, nu. 1. C. de tempo. appel. Felinus in cap. illud, de præscript. nu. 11. Adeò verò appellatione deserta sententia executioni demandatur, vt placuerit Innocent. in cap. ex ratione, de appellat. posse iudicẽ deserta appellatione exequi sententiam absque alia citatione, illiusque amplectuntur opinionem Hostiens. & Ioann. Andr. illic, & Boerius decis. 206. nu. 11. Verùm in contraria opinione fuit Bar. in l. prima, quæst. fin. ff. nihil nouari appel. pendente, & Bald. in l. si contra, C. de appellatio. & in l. secunda, in fin. C. de tempor. appel. & in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. quæst. fin. & Abb. in capit. ex ratione, in fine, de appellat. & ibibem Felinus, num. 9. Marantha, qui alios plures citat in Specul. 6. parte, titul. de appel. nume. 223. Didac. Perez in l. 3. tit. 16. lib. 3. ordin. verbo *fasta*: qui omnes tradunt non aliter quam parte citata *, & causa cognita, an deserta fuerit ap-
9 pellatio sententiam exequendam esse, & denique hanc communem esse opinionem testatur D. Padilla in l. prima, C. de iuris, & facti ignor. nume. 16. & cum ea quidem (quantum experimentis conseqnor) hodiernus forensis vsus consentit, illud quoque meminisse oportebit desertionis causã inuisam odiosamq; esse: proinde in obscu-

ro pro-

ro proniores esse debemus ad pronũtiãdũ appellationem non esse desertam. Iason cõ sil. 16.lib. 3. Qua propter moribus tam a-
10 pud nos, quam apud exteros increbuit *, vt appellatione per lapsum temporis non longissimi tamen deserta adhuc à supremis iudicibus examinẽtur acta causæ, & de sententiæ meritis disceptetur, neque tantum momenti apud eos habeat desertio, vt confirmandam putent sententiam, quam iniquam esse deprehenderint: hoc ita, apud Neapolitanos obseruari testis est Afflict. de cis. 78. & 79. & 243. Atque idem apud nos obseruari testatur Auend. Respons. 2. concluſ. 11. & Quesada diuersar. quæstio. cap. 27. num. 13. Illud præterea hoc loco annotandum erit, plerisque placere a sententia,
11 seu interlocutione * per quam pronuntiatur appellationẽ (à definitiua, scilicet, sententia) esse desertam appellationi locum fore. Philippus Francus in cap. ex ratione de appellationib. Maranth. in Speculo, tit. de appellat. num. 190. Lanfrancus in cap. quoniam contra eodem titul. de appellat. nu. 114. quorum illa est ratio, quòd quamuis hæc interlocutoria sit sententia, vim tamẽ definitiuam habeat. Cæterum (vt dicam quod sentio) refragatur illis l. fin. §. illud. C. de appellation. qua cauetur appellatione deserta sententiam ad effectum perduci debere: perinde ac si a principio appellatum non esset, & refragatur itidem textus in cap. personas, & cap. Romana. de appellationibus. Quorum prior ait appellatione deserta compellendum esse apellantem sine contradictione aliqua iudicatis stare: alter verò à causa cecidisse ait qui intra fatalia tempora appellationem nõ fuerit prosecutus, nec amplius, inquit, super eodem negotio audiatur appellans: itaque manifesto eo casu appellationem summouere videntur, & sanè in vsu hoc magis frequentari scio. Moris est enim, vt iudices in eadem sententia qua desertam esse appellationem interloquuntur, executorias etiam literas victori dari decernant, atque id quidem, & leges ipsæ Regiæ demonstrare videntur, vt intelligere licet, ex l. fin. titul. 8. & l. vnica, titul. 27. lib. 4. Recopil. & idem sentit Didacus Perez, in l. 3. tit. 16. lib. 3. ordin. verbo, *sin que firme*. Porrò quod diximus rẽ iudicatam paratam habere executionem accipiendum putant aliqui cum officio iudicis petitur executio, secus si actione iudicati petatur. Bart in l. si intra, ff. de re iud. Sed verior, & rerum vtilitati magis consentanea est sententia vtroque casu executionem locum habere, secundum Iaſ. in dict. l. si intra & Suarez ad legem post rem iudicatam. §. secundo, num. 9. & Gregor. Lopid. in l. prima titul. 27. part. 3. verbo, *del que dio*. Quãquàm disceptatio hæc non multum hodie necessaria fuerit, quippe cum necessarium hodie non sit in ius actionem edere, vt in cap. cum delect. de iudicijs, & l. 10. titul. 17 lib. 4. Recopil. Ita tamen intelligendum est sententiam, quę in rem transiuit iudicatam paratam executionem habere, nisi modo sententia fuerit nulla, nam sententia nulla non modo iudicati persecutionem, sed nomen quidem sententiæ meretur, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. l. statutis. C. de sententijs ex breuiloquio recitandis. Clementina Pastoralis de re iudic. Proinde sententia nulla numquam transit in rem iudicatã * etsi appellatio ab ea interposita fue- 12
rit deserta l. si expressim, & illic Bart. ff. de appell. t. Bald. in l. contra maiores, C. de in officioso testamento. Et demum illud constanter apud omens constat interpretes leges, siue plebiscita, quibus cauetur, sententias, aut instrumenta executioni demandari non obstante quacumque appellatione, intelligendas esse de instrumentis validis, non de nullis aut irritis. Bartol. in l. secunda. §. prętor. ff. qui satisdat. cogant. Bald. in l. secunda. C. de excusat. rei iudicat. Hoc tamen ex sententia eiusdem Bartoli in dicto. § condemnatum, intelligendum est, quando nullitas (vt nouo, & vulgari verbo vtar) apparet ex ipsis actis, aut in continenti probari poterit, nõ si altiorem requirat indaginem. Bartolo autem subscripsere reliqui omnes deinceps ab eo interpretes, teste Iasone ibidem num. 5. & Ripa, nu. 20. Dicetur autem in continenti apud nos constare, quando intra diem seu terminum oppositionis constiterit: secundum eũdem Bartolũ eodem loco, cui reliqui etiã assentiũtur. Est rursus ex nostrati iure. Regio superior * temperanda conclusio, vt locum tantummodo habeat, quando intra sexagin
ta dies à lata sententia nullitas obiecta fue- 13
rit: nàm licet veteri iure nullitatis remediũ triginta duntaxat annorum præscriptione summoueretur, vt scribit Marantha in Speculo titulo de sententia, num. 154. Bald. in l. data opera. C. qui accusare non possunt. Balbus de præscript. 4. part. quartæ principalis, quęstione, 32. Verum Regio iure multo minor præscriptio, atque adeò prædicta sexaginta dierum sufficeit, sicut est comprehensum in l. secunda, titul. 17. libr. 4. Recopilat. Quam tamen Otalora de nobilitate,

3. part. tertiæ principal. cap. 5. num. 3. putant locum non habere, quando nullitas esset manifesta, enormeque ex ea exurgeret detrimentum. Quinimo Didacus Perez in l. 2. titul. 15. lib. 3. ordin. glos. 1. existimat legem illam locum non habere, quando nullitas esset manifesta, & notoria, etsi enorme non exurgeret detrimentum, sed refragatur illi Alexandri responsum consi. 225 volum. 6. & consil. 105. volum. 5. & Socin. consil. 121. volum. 3. & Gozadinus consi. 103. num. 9. qui in simili statuto contrariũ expressim respondent, lateque argumentis contrarijs satisfaciunt: idque probabilius videtur dummodo meminerimus sexaginta dierum spatium non cedere, nisi demum posteaquam notum fuerit litigatori latam fuisse sententiam, cum explorati iuris sit ignoranti nunquam currere tempus, capit. quia diuersitatem, de conces. præb. Alexand. consil. 4. volum. 2. numer. 39. Deinde neque res iudicata mandari debet exe-
14 cutioni, si aduersus * illam in integrũ fuerit restitutio postulata, l. vnica, C. in integrum restitut. postul ne quid noui fiat, l. si ex causa, ff. de minor. l. si causa cognita, C. de transact. quod seruandum etiam erit, tametsi in integrum restitutio altiorem postulauerit indaginem, sicuti aduersus Bartolum asserit communem esse opinionem, Iaso. in l. 4. §. condemnatum, num. 26. ff. de re iudic. & Couarru. practicar. quæstio. cap. 25. nu. 7. diuersum tamen erit, si ex aliquibus præsumptionibus, siue coniecturis appareat in integrum restitutionem malignè postulari, vt est textus elegans in cap. suscitata, de in integr. restit. vbi Panormit. & reliqui clasici effuse rem agitant, & nos, an hoc iure Regio omnino recipiẽdum sit tractabimus opportunius infra, 6. part. §. 11. num. 53. Tertio iudicati executio suspen-
15 di solet, & debet, si ex * falsis instrumẽtis, aut testibus latam fuisse sententiam manifestis ostensum fuerit probationibus, l. fin. C. si ex falsis instr. aga. l. Diuus, ff. de re iud. l. satis. C. ad legem Cornel. de falsis, tradit Vãcius, de nullit. §. ex defectu solemni sententiæ, num. 132. & Villalobos in ærario commun. opinio. verb. *sententia*, nume. 49. Quibus in locis glossæ, & autores tradunt hoc per in integrum restitutionem impetrandum esse, etiam quando lata fuit sentẽtia contra maiorem: atque proinde intra quadriennium postulari debere. Porrò hoc intra viginti annos nostrati iure Regio peti posse definitum extat, in l. 13. titu. 22. & in l. 2. tit. 26. part. 3. quas cum iure communi conuenire scribit Olanus in concordia iuris, verbo, sententia, num. 10. At hæc sententia, quam iudex pecunia corruptus tulerit, mandari executioni * non debet, l. ve- 16
nales, C. quando prouocare non est necesse, l. 1. C. de pœna iudicis, qui malè iudicauit, l. 13. tit. 21. part. 3. Hoc autem corrupti iudicis vitium (vt obiter dicam) sordiũ nomine Latinè notari solet, l. eadem, ff. ad legem Iuliam repetũd. l. 3. de rece. arbitris, hoc ideò, quia perinde ac iustus, & continens iudex mũdas, ac puras habere manus dicitur, ita è contrario sordidas, & absurdas, qui pecunijs coinquinatur: extatque eius rei exemplum elegans apud Ciceronem epistol. lib. 8. epist. 14. in qua Cecilius illius autor facetè notans iudicem qui sordibus abluere studebat sordes quarum postulabatur, inquit. *Nam dum sordes eluere vult, venas sibi omnes, & viscera aperit.* Quamquàm huiusmodi sordium appellatio latiùs patet complectiturque auaros omnes, & illiberales, quique minutissimarum rerum cupiditate mouentur, vti apparet ex Aristot. Ethicorum, lib. 4. Notari quoque solent iudices, qui hoc morbo laborant vetusto illo dicterio, *bouem habet in lingua*, aut illo altero quo Græcæ eloquentiæ Princeps, id est, Demosthenes notatus est, *argentinam patitur*. Quorum rationem eruditè ediserit Erasmus Chilliade. 1. centuria, 7. Adagio, 18. & 19. Vulgò autem hoc crimen apud Italos appellatur, *barataria*: apud nos verò. *cohecho*, nomen, vt ego suspicor tractum à verbo, coemptio, siue coemo, quod apud Latinos in malam ferè partem
* accipitur, vt apparet ex l. annonam, ff. de 17.
extraord. crimi. atque ex Cicerone pro Lucio Muræna. *Horum ingenio*, inquit, *senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt*, apparet etiam ex Suetonio in vita Vespasiani, cap. 16. & in Nèrone, cap. 5. atque ex Boethio de consolatione Philosophica, lib. 1. prosa, 4. *cohecho*, igitur perinde, ac *barataria*, idcircò eo nomine appellantur, quia nempè his significemus iustitiam pretio emi, atque distrahi, sicuti de *barataria* scribit Amadæus de syndicatu, num. 156. Cæterùm, vt eo, vnde digressi sumus reuertamur, quod de sententia à corrupto iudice lata diximus, idem de sententia, quæ per aduocati prætiuaricationem obtenta fuerit dicendum * est, vtriusque enim hoc casu eadem est ratio, l. 1. C. de aduoc. diuers. iud. & illic glossa, & reliqui interpretes, clasici quoque omnes in l. venales, C. quando prouocare non est.

Præ-

Præterea neque executioni mandabitur res
19 iudicata, quando victor se iniuste * obtinuisse fateretur, iuxta bellissimam Innoc. sententiam in cap. quia plerique, de immunit. Eccles. num. 3. quam miris modis extollit Panormit. tum illic num. 22. tum in cap. is qui fidem de sponsalibus, num. 5. Baldus quoque in Authent. ad hoc, de vsuris, & Marantha in speculo. titul. de sententia, numer. 138. Ludou. Romanus in l. admonendi, column. 11. ff. de iureiurand. & illic effusius Ias. num. 45. in relectione, complures eiusdem sententiæ assertores referens. Horum autem illud præcipuum est fundamentum, quod præsumptio iuris, & de iure, quę ex re oritur iudicata per partis confessionẽ tollitur, iuxta ea quę notantur in cap. is qui fidem, de spõsal. & in Authent. etsi necesse. de C. donatio. ante nup. & hanc cõmunem testatur opinionem Alciat. in capit. nouit. num. 46. de iudic. & Curtius Iunior, consil. 104. Adde neque rem iudicatam executio
20 ni demandari * si forsan partium fuerit conuentione nouata. l. 4. §. si ex conuentione, ff. de re iudicat. l. secunda. C. de execut. rei iudicat. tradit Suarez hic notabili primo, & nos alibi latius trademus. Item si aduersus sententiam, quæ in rẽ transiuit iudicatam altera feratur quamuis ab ea non sit prouocatum non mandabitur executioni. Hæc posterior sententia, cum nullius sit momenti, sicuti expressim extat definitum in l. prima. C. sententiam rescindi nõ posse, cuius sensum præter classicos, ibidẽ effusius explicat Alexand. cons. 53. volum. 1. num. 11. quibus tamen adde. l. 13. tit. 22. par. 3. Neque aliud quidem iuris erit si sententia lata fuerit aduersus iuramentum, aut confessionem, cui nihil omnino obijci poterat, vti scribit Suarez in l. post rem. §. secundo, num. 3. Denique quam plures sunt casus in quibus sententia numquam transit
21 in rem iudicatam *, vt quamuis ab ea prouocatum non fuerit, possit denuò victus ex iusta, & verisimili causa per querellam audiri, ac cognito errore sententiæ retractari debeat: talis est sententia in causa matrimonij lata cap. lator. de sententia, & re iudic. vbi Abb. eleganter rem explicat: & viginti quatuor casus, in quibus sententia nũquam transit in rem iudicatam, congerit Marantha in specul. 6. part. titul. de sententia, numer. 130. quos cum illic legere in promptu sit importunum fuerit nos eos hic repetere. Et quanquam hoc loco longiores forsan esse videbimur, antea tamen quam hinc habeam, continere me non potui quin quotidianam illam quæstionem adijcerem. An præceptum illud quo iudex iubet parti, vt soluat, aut si senserit se grauatum cõpareat parte non comparente *, sit exequendum? 22
In qua re non satis inter se Doctores consentiunt, nam tametsi clausula iustificatiua (vt vocant) non adiecta, conueniat inter eos nullius momenti esse tale præceptum, teste Iasone in l. nec quinquam, §. vbi decretum. ff. de offic. procons. & leg num. 6. & probat. l. 22. tit. 22. part. 3. At qui cum clausula illa adiecta fuerit, diuersos autores in diuersa fuisse opinione video. Siquidem Bart. in l. prima C. de execut. rei iudicat. ait, istiusmodi præceptum nullius esse momenti tanquam in audita parte datum, & idem placuit Ioann. Andr. apud Specul. titul. de aduocato, §. sequitur, & Angelo de Arethio, in §. curare. institu. de action. numer. 10. Contra Baldus, & Salycetus in Rubrica. C. comminationes, vel epistol. aiunt reo comparente intra diem præstitutum præceptum deuolui in simplicem citationem, sin non compareat firmum esse præceptum, idem scribit Panormit. in capit. 1. de causa possess. & prop. & Maranth. in speculo, titulo de sententia, numer. 27. estque ad id glossa elegans in capit. ex parte de verbor. significat. & hanc magis communem esse opinionem testatur Iason. in dict. §. vbi decretum, num. 6. secundum quam videtur reo non comparente intra præfinitam diẽ præceptum exequendum esse: quod quidem verum ego esse putauerim, quando causa non magni fuerit momenti. At in causis magni momenti Bartoli mihi sequenda magis videtur opinio: nam vt Imperator, inquit in l. fin. C. comminatio, vel epistol. *quod magno conflictu sententia discerni solet, id paucis literis temere descriptis definiri fas non est.* Iurisconsultus quoque: *Omnia quæcunque causæ cognitionem desiderant per libellum expediri non possunt*, l. nec quicquam. §. vbi decretum ff. de officio pro cons. cuius intellectum nos infra tractabimus, 5. part. §. 2.
* Sententiam verò, quæ in causa appellationis lata est, vter debeat Iudex exequi, * superior nequi postremo iudicauit, an inferior à quo appellatum est, de initum extat in capit. vt debitus, de appellat. & l. 7. titul. 7. lib. 4. Recopilatio. & docet Panormitan. in capit. pastoralis, §. præterea, de officio delegat. * Sed neque illud, quo- 23
niam non minus quotidianum est, omittendum duxi executionem sententiæ, cum petitur apud alium iudicẽ, quã qui * sentẽ 24
tiã tulit fieri nõ aliter debere, quã ad requi
sitio-

sitionem illius iudicis, qui sententiã tulit l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudicijs, cap. 1. §. contra gentes de foro competent. Speculat. titul. de execut. sententijs, §. nunc dicendum. Cyn. in l. 1. quæst. 10. C. de confes. Quamuis enim Bartol. in l. à Diuo Pio. §. sententiam, ff. de re iud. id locum habere voluerit, quando executio petitur officio iudicis, non quando actione iudicati, seu in factum, & plerique Bartol. assentiantur: verum Bartolo refragantur. Imol. & Iason. ibidem, & denique refragatur expressim illi, l. 1. tit. 27. part. 3. quæ indistinctè loquitur. Proinde ferendus non est Villalobos in Antinomia iuris, verbo sententia numer. 8. qui contrarium scriptum reliquit: sequatur quamuis eum illius æmulus Olanus eodem loci, nu. 11. Nam lex Toletana, siue l. 3 tit. 22. lib. 4. Recop. cuius vnius argumento in suam sententiam vtuntur, id minime probat, loquiturque generaliter, proinde accipienda vtique erit, iuxta decisionem illius legis partitæ cum legum correctionem effugere nos debere notissimi iuris sit, & hanc nostram quoque sententiam probare videtur, l. 6. tit. 17. lib. 4. Recopil.

SVMMARIVM.

ARbitrorum seu arbitratorum sententia regio iure paratam executionem habent. 1.

Arbiter iuris nihil aliud est, quam delegatus quidam iudex. 2.

Arbiter iuris recusari potest, ibidem.

Arbitratoris nomen nouum est, & a iureconsultis non cognitum. 3.

Docendi gratia noua aliqua vocabula confingere improbatum non est, ibidem.

Inter arbitrum, & arbitratorem, quid interfit. 4.

Compromissum quamobrem ita dicatur, 5.

Vt arbitri sententia executioni demandetur, necesse est vt compromissum in ius edatur. 6.

Actus alioqui nullus partium consensu conualescit. 7.

Arbitratoris sententia non secus, ac arbitri per lapsum decem dierum omologatur. 8.

Reductio ad arbitrium boni viri personalis est actio. 9.

Vt sententia arbitri paratam habeat executionem nihil interest pœna adiecta sit necne. 10.

Leges de pluribus loquentes locum habent, & in vno si diuersæ non versetur ratio. 11.

Compromissum factum in iudicem, apud quem lis pendet nullius est momenti. 12.

Iure regio arbiter esse potest qui maior sit quatuordecim annorum. 13.

Hodie valet compromissum post rem iudicatam factum. 14.

Compromissum factum à prælato, à curatore à minore, ab vniuersitate, aut de re minoratus, an valeat. 15.

Compromissum in duos tantum arbitros factum an valeat. 16.

Sententia arbitrorum intra diem a partibus præfinitum ferri debet, alias nulla est. 17.

Cum arbitris, qui malitiosè traxere diem, vt compromissum euanesceret, de dolo agi potest. 18.

Dies compromissi exinde computatur ex quo arbitri acceptarunt compromissum. 20.

Fatalis appellationis non currunt, nisi postea quã iudex qui de appellatione debuit cognoscere electus fuerit. 21.

Lex 7. titul. 18. libr. 4. Recopilationis elucidatur. 22.

Hodie à sententia arbitri locum habet appellatio quantum ad effectum deuolutiuum. 23.

A sententia arbitrorum intra decem dies appellare licebit. 24.

Incausa compromissi probationes non apud arbitrum, sed apud ordinarium iudicem fieri debent. 25.

Arbitrorum sententiæ mandari executioni possunt per quemcumque iudicem cui condemnatus subsit. 26.

Primæ Partis.

§. II. De arbitri sententia.

HAbent deinde paratam executionem arbitrorũ seu arbitrarorum sententiæ *, non veteri quidem iure, sed recentiori per legem latam Madriti, ea est hodie. l. 24. titul. 21. libr. 4. Recopilat. de cuius intelligentia (vt non nihil dicamus) sciendum est veteri iure arbitrorum, seu arbitratorum sententias, neque actionem iudicati parere, neque executioni demandari, sed tantum eis metu pœ-

tu pœnæ parebatur, cum scilicet, compromisso pœna fuerat adiecta, alioqui si non fuerat adiecta. ad id quòd interest dabatur actio, quia scilicet priuatorum consensus iurisdictionem arbitris arrogare non poterat l. 1. C. de arbitris l. diem proferri. §. stari. ff. de receptis arbitris, & cap. per tuas. eodem tit. l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iudic. nisi modo sententiæ huiusmodi arbitrorum essent à partibus omologatæ, idest, approbatæ, vel expressim, vel tacitè, quia eo casu, & veteri iure executioni dabantur, l. cum antea. C. de arbitris, l. 23. & l. fin. titul. 4. part. 3. loquimur autem de sententia arbitri à partibus delecti: nam sententia arbitri a iudice dati, qui arbiter iuris vulgò dicitur, parum a cœterorum iudicum sententia differt, fereque nihil is aliud est * quam delegatus quidam iudex, l. arbitro, ff. qui satisdar. cogant. l. fatalia. C. de temporal. appellationib l. fin. ff. a quibus appellar. non licet, l. a Diuo Pio, in principio. ff. de re iudicat. & ideo * ab eo appellari, l. ab arbitro. ff qui satisdare cogantur, & recusatur. * recusari quemadmodum. & reliqui iudices poterit, textus, & Doctores, in l. si ex consensu. C. de Episcopis, & clericis, Ioan. Garsia de expensis, cap. 24. num. 27. *Is* vero, & olim bonus vir appellabatur, sicut & hodie vulgò appellamus l. continuus §. 11. ff. de verborum obligat. l. fin. ff. rem pupilli saluam fore, ea quidem de causa quoniam ex bono, & æquo non summo iure causam definiat, vt docet Philosophus Ethicorum, lib. 5 numer. 10. & Cicero in oratione pro Roscio Comœdio, illiusque iudicium arbitrium dicebatur, vt in Rubric. C. arbitrium tutelæ, & dicta l. fin. ff. rem pupilli saluam fore. More autem maiorum is arbiter, seu vir bonus dari a iudice solebat in omnibus ferè negotijs, & causis, quæ facto magis, quam iure constabant: veluti in iudicio familiæ herciscundæ, vel communi diuidundo. l. Mæuius, §. arbiter, & l. arbitro, & l. arbitrium. ff. familiæ herciscund. l. si soror C. de collationib. itenque in actione tutelæ, vt in illa Rubrica. C. arbitrium tutelæ, similiterque in actione pro socio, vt in l. pro socio arbiter. ff. pro socio, nec non in dote restituenda, vel fideicommisso, l. Titi. ff. de solutio. l. penultim. ff de confessis, nec minus in iudicio aquæ pluuiæ arcendæ l, supra. §. officium, & l. vicinus. ff. de aqua pluuia arcenda in ijs sanè casibus cæteritque similibus per arbitrum, seu virum bonum a iudice acceptum expediebantur controuersiæ: is autem, aut consensu partium dabatur, vt in l. si ex consensu ff. de appellat. vel sorte, vt significat Plinius Iun. in panægyrico. Sors, inquit, & vrna fisco iudicem assignat: & hunc vtique morem si hodie obseruaremus melius quidem opinor cum litigatoribus actum esset: hodie namque solent iudices iubere, vt duo arbitri ab vtraque parte singuli delecti controuersiam dijudicent: in ijs sanè causis quæ facto non iure constat vt habetur in l. 50. & 51. tit. 5. lib. 2. Recopilat. Ij vero arbitri dum conueniunt, dum discernunt annus est, & demum, suæ parti quoque suffraganti, ferè nunquam idem sentiunt, datur igitur tertius, qui rem non declarat magis, atque ita lis indecisa labascit. Arbitratoris verò nomen, quanquam apud Iurisconsultos non extet, sed arbitri tantum, atque arbitratus, non inuiti tamen illud recipimus: siquidem * docendi gratia istiusmodi nomina interdum confingere, dummodo a rei substantia non discedatur, non est improbatum autore Horatio, atque item Fabio Quintiliano. Sic enim verbi gratia, suitatem pro iure sui hæredis, & interesse pro eo quod interest, iam & a disertissimis receptum videmus. Viglius, in §. sui, institut. de hæred. qualitat. & diff. Tiraquell. de retract. linag. in prætatione, numer. 34. Inter arbitrum verò, & arbitratorem hoc interesse plerisque placuit, quod arbiter dicatur * quando ad eum eo pacto itum est: vt secundum iuris pitfinitiones audiat, sententiamque dicat, arbitratori vero laxiorem tribuunt potestatem: quippè qui tam facto quàm iure diiudicet, atque ceu quidam amicus interuentor litem non tam iure quam suo arbitratu componat: ita placuit Bartol. in l. societatem. §. arbitrorum, ff. pro socio. Abbas in cap. quintauallis, de iureiurand. idem in capit. nisi essent de præbend. numer. 6. vbi ait, non solum arbitratorem in re dubia posse tollere de iure vnius, & dare alteri, sed etiam in casu certo posse id facere pro bono pacis ad lites obuiandas, quę & Ciceronis fuisse sententia videtur in dicta oratione pro Roscio Comœdo: eandem differentiam amplectitur Ioann. Baptista Bartoli gener. in tractat. de arbitris lib. 1. cap. 3. & lib. 11. per totum, Lanfrancus de Oriano, in tractatu, quem etiã eadem de re edidit statim in l. mine. Marantha quoque in Speculo 4. part. distinct. 14. quanquam hanc vulgarem differentiam refellat, & acutè quidem Corasius Miscella. lib. 4. capit. 18. Cuius opinio etsi vi ipsa iuris verior videatur, quoniam, vt dixi, apud iurisconsultos hoc arbitratoris

ris nomen non reperiatur vsquàm, nihilominus tamen facilioris doctrinæ gratia hãc vocum differentiam non improbo, simulque quia leges Regiæ communem opinionem referunt, seu approbant, vt videre licet, in l. 23. titul 4. part. 3. atque in l. 4. tit. 21. lib. 4. Recopilat. Compromissi autem
5 verbum (hoc est * conuentio qua in arbitrum itur) à compromittendo dictum esse nemo est qui nesciat: quam tamen ob causam inde deriuetur à nemine (ni fallor) traditum inuenies, nè ab ijs quidem qui iustis voluminibus hanc arbitrorum materiam, atque ex professo tractarunt, in quibus Ioannes Baptista, atque Lanfrancus Compromissum porrò (vt mea fert opinio) idcirco à compromittendo, dictum est, quòd in arbitro suscipiendo vltro citroque pœna cõpromittebatur, itaque si pœna compromissa non esset, nullius momenti erat compromissum, sicut non obscurè ostendit Iurisco sultus in l. litigatores, & l. non distinguemus, ff. pe receptis arbitris, & Imperator in l. 1. C. eodem tit. à pœna ergo compromissa compromissi verbum originem traxit.
6 In hoc autem, vt arbitrorum sententiæ executioni demandentur, exigit Madritia illa lex, vt ipsum compromissi instrumentum in ius prius cum ipsa arbitri sententia edatur, id quod, & iure quidem communi necessarium erat, arbitri vt sententia valeret, glossa in capit. cum in iure peritus, de officio de legat. & apertius, apud Baldum in Margarita, verbo, *lis mota*, atque Paulus cõsil. 165. Quanuis autem aliàs, si qua antiqua sententia arbitrorum edatur præcessisse compromissum præsumatur, ex sententia Innocent. in dict. cap. cum in iure peritus, & Bartol. in l. admonendi num. 44. ff. de iureiurand. hoc tamen in casu, vt executio locum habeat, huiusmodi non sufficit præsumptio, vt autor est Auend. in cap. correct. 1. part. cap. 1. num. 27. quoniam dicat ea conditione a lege executionem datam. Sed hoc alia probabiliorique constat ratione, quia apud nos longi temporis mora executionem impedit, iuxta l. 63. Taur. Atque proinde non potest hic longi temporis locum habere allegatio, id quod animaduertit quoque Castellus in l. 64. Tauri, num. 7. Adhuc tamen putauerim compromissum necessarium non esse, quando sententia arbitri fuerit omologata, vel expressim, quia partes illi subscripsere, vel tacite, quia intra decem dies illi non reclamarunt ne alioqui corrrigere videamur, l. cum antea. C. de receptis arbitris, quę hoc casu instrumentum compromissi necessarium non esse haud obscurè ostendit, ait enim: *Sãcimus in eos arbitros quos prædiximus, & quos talis consensus elegerit sub eo pacto, vel scriptis, vel non scriptis habita, vt eorum definitione stetur*, &c. Et ita placet quoque Alexandr. consil. 84. volum. 5. & Afflict. decis. 117. & videtur hæc sententia apertissimè probari in capit. per tuas de arbitris, vbi sententia arbitri aliàs nulla partium consensu confirmatur, ipsque consequens est, quod generaliter traditur, actum alioqui nullum par 7
tium consensu conualescere iuxta textum, quem illic Baldus dicit meliorem de mundo, in l. 2, C. communia vtriusque iudicis, & extollit, etiam Bartol. in l. si expressim, num. 2. ff. de appellat. recip & in l. 1. in fine ff. de ferijs, & Abb. in dicto capit per tuas, & in capit. de causis. numer. 8. ff. de officio de legat. quanquam non minus singularis est textus in l. si ab eo. C. quomodo, & quãdo iudex. Sed neque ad executionem necessarium erit compromissum, quando is, quocum agitur compromissum factum esse non inficiaretur, sicuti expressim, probatur in l. ne in arbitris. C. de arbitris, & illic notat Baldus, & placuit etiam Auend. in capit. 1. part. 1. n numero. 27. quanquam illins legis immemor asciritia ad id argumenta quædam asserat. Sed etsi interpretibus magis placuerit tacitam illam omologationem introductam ab illa lege *cum antea*, 8
per lapsum decem dierum ad arbitratores non pertinere sententiam: quinimo adhuc eo casu ad triginta vsque annos reductionem ad arbitrium boni viri competere affirment, sicuti scribit Bart. in l. societatẽ. §. arbitrorum. ff. pro socio, & testatur cõmunem opinionem Lanfranc. supra dicto tractatu. de arbitris, quæst. 20. 7. p. & Afflict. decis. 132. & Maranth. in specul. titul. de appellat. num. 112. & id quoque nostrati patrio iure procedere affi met Auend. in dictionario, verb. *arbüradores*. Atqui contrariam sententiam, quod attinet ad nostrũ ius Regium veriorem esse manifestat, l. 23. & l. fi. tit. 4. p. 3. quę hoc casu tam arbitros, quam arbitratores, sine distinctione aliqua exæquat, atque eas indistinctè de vtrisque loqui probat Suarez in l. post rem notab. 4 & Greg. Lop. in d. l. fin. verbo. *El juez ordinario*. & rursum in l. 26. verbo, *è si pena*, itaque hodie arbitratoris sententiã nõ secus, ac arbitri per lapsum decem dierũ emologari, magis probãdũ puto, id quod etiã antea placuerat Speculat. tit. de arbit. §. sequitur, n. 24. & Abb. in c. quintauallis, n. 36. de

iureiurand. & Corasio loco modò citato.

9 Sed etsi communis opinio Regio iure probanda fuisset non triginta annis, sed viginti tantum danda esset reductio, si quidem ea datur ex actione ab ipso contractu procedente, l. vnde. ff. pro socio. proinde personalis est actio. §. omnium, institut. de action. apud nos verò personalis actio viginti tantum annis præscribitur l. 63. Tauri. ea est hodiel. 6. titul 15. lib. 4. Recopilat. quam nos latiùs explicauimus lib. 1. cap. 1. §. 12. Sed etsi iure veteri arbitri sententia non omologaretur, quando pœna erat adiecta, nisi adijceretur, etiam clausula, *rato manente pacto*, secundum magis communẽ opinionem, quam refert. Alexandr. in l. ait prætor. ff. de re iudic. & illic Iason, n. 12

10 verum nostrati Regio iure indistinctè mandabitur executioni, siue pœna fuerit adiecta, siue non, vt intelligere licet ex Madritia illa lege, & tradit Gregor in l. 35. tit. 4.

* partit. 3. verbo, *las penas*. * Iuramentum autem ab arbitris compromissarijs nõ exigi, & ex hac Regia lege apparet, ac item ex authent. decernit C. de recep, arb. & tradit fusius Couarruu. lib. 2. var. c. 13. Quamuis autem lex illa Regias sententias arbitrorũ exequendas esse decernat, idem tamẽ iuris erit si in vnum dumtaxat arbitrum com-

11 promittatur, nam leges de pluribus loquentes procedunt etiam in vno: si non diuersa ratio versetur, glossa in cap. 1. verb. capellas, ne clerici, vel monachi, lib. 6. ab omnibus recepta, vt testatur. Tiraqu. de retract. linag. §. 1. glos. 41. numer. 8. Sed & legem illam Regiam intelligendam esse de sentẽtijs, & compromissis validis, non de nullis. & irritis explorati iuris est, ex l. 4 §. condẽnatum ff. de re iud. lib. 1. ad fin ff. ad Senatusconsl. Trebel. Bartol. in l. 2. §. prætor. ff. qui iatisdat. cog. Quamquam in ea re non multum interpretum autoritas est necessaria, cum id expressim definiat textus, cuius ipsi non meminere in authent. in medio litis sacras iussiones non fieri coll. 8. versic. *sed quis* Vt ecce exempli gratia, si in iudicẽ

12 apud quem lis pendeat compromissum fiat (quod attinet ad ciuilia iura) nullius estmomenti. l. sed etsi in seruum. §. si quis iudex, ff. de recep. arbitris, cuius prohibitionem ad arbitratorem non pertinere existimauit illic Accursius: cuius opinionem cõcorditer amplectuntur omnes: vti testatur Lanfrancus de arbitris. 2. part. num. 14. atque id etiam recipit. l. 24. tit 4. part. 3. Nouissimo tamen Regio iure tam ab arbitrio, quã ab arbitramento summouentur iudices, si-

cuti apparet ex l. 17. tit. 5. lib 2. atq, ex l. 9 tit. 6. lib. 3. Recop. id quod etiam placuerat Iacobo de Rauennis, & vltramontanis, vt refert Ioann. Baptist. in illo tract. de arbitris, lib. 4. cap. 11. neque inmeritò, cũ omnes ferme actiones huiusmodi prohibitionis, tam in arbitro quàm in arbitratore ex æquo pugnent, & id placere etiam video Auend. in dictionario verb. *aluidriadores*, & Villalob. in erario, verb. *compromissum*, n. 172. Erit etiam pro exemplo, si in minorem viginti quinque annis compromittatur: nullius enim momenti est tale compromissum, vt in l. cum lege. ff. de recept. arbitris. quamquam nostrati Regio iure satis est, vt 13 arbiter maior sit quatuordecim annis, vt in l. 3. titul. 9 lib. 3. Recop. Præterea erit pro exemplo, si post rem iam iudicatam cõpromissum fiat, nullius enim illud esse momenti compluribus declaratur legibus, ea quidẽ ratione, quia non differendarum, sed tollẽdarum potius litium causa arbitri suscipiãtur. l. si post rem ff. de transact. cap. exposita de arbitris. l. si causa. C. de transact. l. elegãter, ff. de condict. indebit. quarum ratione adducti Bart. & reliqui bellissimè illic tradunt si compromissum fiat de eò, quod iã instrumento publico, seu guarentigio transactum fuerat nullius esse momenti, quoniam rei iudicatæ, ac instrumenti guarenti gij par sit ratio visque eadem, ò huic sentẽtiæ subscripsit se etiam Anton. de Canario de executione instrumenti, q. 12. & Costa in tract. de ludo, art. 5. Hanc tamen conclusionem intelligendam aiunt interpretes, ni si modo incompromittendo expressim actum fuerit, vt re iudicata non obstante, vel contractu guarentigio compromissum valeat: cum iuxta notissimas regulas iuri suo renuntiare prohibeatur nemo: placuit hoc Paulo de Castro in dict. l. si causa C. de transact. & Alexandr. consil. 22. volum. 1. num. 3. ex quo tentat dicere Iason. in dict. l. si causa. C. de transaction. si partes rei iudicatæ, * aut instrumenti guarentigij non igna 14 ræ ad arbitrium ierint, valid um esse compromissum, quasi iuri suo scientẽs, prudentesque renuntiasse videantur: & quãquam Iason animi pendens, & nutans id scribat, habeatque sibi cæteros autores aduersos, illius tamen opinionem incunctanter, iuxta nostrum ius Regium sequi debemus: apertissimè enim lex illa Madritia hanc probat opinionem: ita enim ad principium prefatur. *Y algunas vezes teniendo la parte sentencia, ò sentencias en su fauor, passadas en cosa juzgada, sabiendolo acuerdan compro-*

meter

prometer los dichos pleytos, &c. Apertissimè igitur vult lex compromissum post rem iudicatam factum si litigatores illius ignari non fuerint omnino valere. In quo quidem lex illa alioquin notabilis notanda maximè est. Sunt præterea, & aliæ mul[illegible]ę, propter quas compromissa irrita fia[illegible]s omnes persequi huius nō est instit[illegible]s si placet videre poterit apud Lanfran[illegible], & Ioann. Baptistam in peculiaribus illis voluminibus de arbitris, vbi adamussim tractant de cōpromisso facto a prælato, aut à curatore, minorevè: de compromisso verò facto de
15 rebus maioratus * legito Castellanum in l. 64. Taur. num. 41. & Anton. Gom. in l. 41. Taur. num. 89. & Pinellum de bonis mater. l. 1. tertia part. num. 44. & nouissimè apud D. Molinam de primogen. lib. 4. cap. 9. sed & de compromisso ab vniuersitate facto consule Corneum, consil. 148. volum. 1. & Gregor. Lopidem in l. 24. tit. 4. part. 3 & Capicium decis. 93. Illud tamen, quoniam ad præsentem rem egregiè pertinet, vt quærerem oportere iudicaui, an compro
16 missum in duos tantum * tertio non adiecto factum valeat? in qua re iura ipsa secum non mediocriter pugnare videmus, nā textus in l. item. §. si in duos. ff. de recept. arbitris, & text. in cap. innotuit. de arbitris, significant tale compromissum inutile esse. Id vero cur ita? an quia numerus impar sacer habebatur, antiquis præsertim ternionis, par contra abominosus erat, vt scribit Solinus Polyhist. c. 3. & significant illa Virgilij carmina in pharmaceutria.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore.
Licia circundo, terque hæc altaria circum.
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.

An verò, quia res ferè sine exitu futura est, propter naturalem hominum, ad dissen
6 tiendum facilitatem, & hoc magis est, vt declarat Vlpianus in dicta, l. item. §. princi paliter. Contrariam porrò sententiam, id est, eiusmodi cōpromissum in duos factū, tertio non adiecto validum esse, probare videtur text. in dict. l. item. §. fin. & cap. cum speciali de appellat. Ex hac igitur ipsa legis latorum antinomia factum est, vt interpretes ipsi varias quoque in sententias ierint: inter omnes tamen crebrior est illa distinctio, vt inane sit compromissum in duos sic factum, vt si dissentiant tertium assumant, nisi modo tertius nominatim sit comprehē sus, & ita procedat textus, in d. §. si in duos & in cap. innotuit, aut vero cōpromissum factum sit in duos, nulla omnino de tertio assumendo mentione facta, & valeat compromissum eisque dissentientibus debeat prætor cogere arbitros, vt tertiam eligant personam, cuius auctoritati pareatur, atque ita precedat dictus. §. fin. & cap. cum speciali, de appellat. Hanc quidem distinctionem, scribit gloss. in dict. cap. cum speciali, & sequuntur Innocent. Abbas in dict. cap. innotuit. de arbitris, ibique discriminis, quasdā reddunt rationes, atque eiusdem etiam opinionis est Lanfrancus in illo tract. de arbitris, membro 5. Hæc quantum ad ius commune attinet. Cæterùm, quod ad nostrum ius regium, compromissum in duos factum omnino valet, nec interest an mētio de tertio assumendo facta fuerit nec ne: atque vt res exitum habeat cogendi erunt arbitri tertium assumere, vt ostendit l. 26. tit. 4. part. 3. in fin. & illic sic eam intellexit Gregor. Lopid. & Villalobos, in ærario, verbo, arbitri. num. 238. & hæc rerum vtilitati magis congruit, & quantum experimentis consequor, vsu prævaluit. Illud præterea lex illa Madritia postulat, vt intra diem compro
missō comprehensam * arbitri sententia di 17
catur, in qno nihil noui introductum esse certum est: cum id, & anterioribus legibus statutum fuerit l. 1. C. de receptis arbitris, l. 27. tit. 4. Part. 3. vt demirer Iasonem oculatissimum alioqui virum contrarium scribere in l. fin. nu 22. ff. de ferijs, falsoque id ascribat Bart. nihil tale dicenti. Sed illud tamen memineris cum arbitris, qui malitiosè
diem * traxerint, vt finito die compromis- 18
sum euanescat de dolo agi posse, ex argumento text. in l. si mensor falsum modium dixerit, & l. si quis arbitratu. & illic interpretes. ff. de verborū obligationibus. Quēadmodum verò compromissi dies proferri valeat latior res est, quam, quæ ad hunc locum pertineat, & est ea satis expositа apud Lanfrācum in illo tract. de arbitris sub principium, num. 46. atque etiam apud Boerium, decis. 283. & seqq. Illud tamen, quia quotidianum, ac perinde vtilissimum est * tem- 19
perare me non potuit, quin dicerem diem, compromissi exinde computari (nisi aliud expressim * dictum sit) ex quo arbitri cō- 20
promissum acceptarunt Bald. in l. si cū dies, ff. de arbitris. Maranth. in specul. 4. part. distinct. 14. num. 6. Boerius, decis. 283. nu. 5. Hippolyt. singul. 423. Anton. Gabr. qui egregiè limitat in volumine commun. opinionum lib. 2. tit. de arbitris. concluſ. 2. Lā franc. in illo tract. de arbitris, in princip. n. 17. Ex quo ipse, eodem loco eleganter scri-

scribit, licèt tempus prosequendæ appel-
21 lationis * curata die appellationis: attamen si quo plebiscito, siue statuto cautum fuerit, vt certus iudex, putà, quispiam ex ordine Decurionum deligatur, qui de appellationis causa cognoscat, nunquam appellationis fatalia currere, nisi demum postquàm iudex ille delectus fuerit, etiam si magis partium negligentia factum sit, ne intra decem putà annos, iudex appellationis deligatur: propterea, quòd antea nunquam extet iudex, apud quem potestas sit litigatoribus appellationem prosequendi, hoc idem repetit ipse Lanfranc.in capit.quoniam contra,titul.de appellat. ad fin. & placet Ioann.Baptist.in tractat.illo de arbitris,libr.3.cap.2.num.8.& probatur non difficulter in l.3.C.quando prouocare non est necesse, atque in l.si in diem,ff.de condition. & demonstration.& apertius in cap.super eo de appellat.& tradunt illic classici omnes. Hoc autem tam latè prosecuti sumus,quia oppido congruit ad intelligentiam legis Regiæ, qua statutum est, vt appellationum causæ minores, quàm decem millia nummum ad ordinem Decurionum deferantur,apud quos is qui
22 prouocauit * intra triginta dies causam perorare,seu concludere iubetur,vt est videre in l. 7.titul.18. libr.4. Recopilatio. Etenim iuxta illa superiorum autorum documenta dicendum est triginta illos dies non currere,nisi demum ex eo die quo Decuriones ad causam cognoscendam ab ordine fuerint nominati. Quin & secundum hanc communem opinionem dicendum est, si is, secundum quem pronuntiatum est, allegauerit appellationi locum non fore, neque Decuriones posse cognoscere, quia dicat summam litis excedere decem millia nummum,donec super eo interlocutum fuerit non currere tempus illud triginta dierum, quæ quàm quotidiana sint minimè te latet:proinde hic obiter adiecisse importunum tibi videri non debet.Ad legem verò illam Madritiam re-
23 deuntes cum illa arbitrorum * sententijs, quasi rei iudicatæ persecutionem tribuat, consequens est dicere quamuis antea à sententia arbitri appellandi ius non esset, vt in l.1.C.de arbitris,& l.35.titul.4.part.3. At hodie appellationi locum fore,quod attinet ad effectum deuolutiuum,vt nostri loquuntur:etenim idcircò in dicta l.1.negat Imperator à sententia arbitri appellari non posse,quia ex ea actio iudicati non dabatur. Atqui hodie ex decisione huius Regiæ legis actio ex sententia arbitri datur: ergo consequitur manifesto appellationi locum esse, idque in similibus statutis recipiendum esse, tradunt Bart. Bald. & Paul de Castro in dicta l.1. C. de arbitris,& Socinus,regul.17.testatur communem Lofred.decisio.467. Atque ex nostratibus nominatim,id scribit Gregor. Lopez in l.fin.titul.4.partit. 3.verbo, *del juyzio*. Appellandus est autem eo casu iudex superior ipsius arbitri, non iudex actoris, vel rei:nam licèt alioqui inter scriptores maximopere cõtrouersum fuerit, apud quem nam iudicem reductio sententiæ arbitrorum peti debeat: attamen quotiescumque ab ea appellare liceat,inter omnes conuenit iudicem ipsius arbitri ad eundum esse. Bart.& cæteri in l.1.C.vbi & apud quem. Marantha in Speculo,titul.de appellat. numer. 114. Couarruuias libr. 2. variarum, capit.12.num.2.Auend.in cap.correct.1. part.capit. 1.fol.12. Villalobos in ærario, verbo, reductio.num. 24. Et quoniam res quotidianas persequimur * hanc maximè 24
quotidianam non omittamus: intra quot nam dies eiusmodi appellatio interponenda sit? an intra decem dies olim appellationi,atque etiam reductioni præscriptos in l.cum antea, C.de arbitris,& in l.23.& l. fin.titul.4.part.3. an intra quinque dies, qui hodie Regio iure appellationi præfiniuntur in l.1.titul.18.lib.4. Recopilationis,& antiquo iuris magis nobis standum esse videtur, cum explorati iuris sit legum correctionem effugiendam esse illius autem Regiæ legis verba,etsi latè pateant, hunc tamen casum minime comprehendere videntur. Sed & illud meminisse debemus * si in causa compromissi proba- 25
tiones fieri debeant, non id per se arbitrum facere posse,sed à iudice ordinario id impetrari debere, cum arbitri iurisdictionem non habeant, sed notionem tantum, l.priuatorum,C.de iurisdictio.omn.iudic. glossa,Bart.& reliqui in l.ait Prætor,ff. de re iudicat. * Et ita tradit Ioan.Bapt.de arbitris,lib.9.cap.12. * Postremo illud te fallere nolo,sententiam arbitri, sine ipsius arbitri,vel alterius iudicis requisitione executioni posse mandari, per quemcunque * iudicem,cui subsit condemnatus,Bartol. 26
in l.à Diuo Pio.§.sententiam, in fine.ff.de re iudicat.& illic Alex. Imola,& Iason,numer.21.quod de compromissario arbitro vellim intelligas:nam arbitri iuris sententiam iudex ipse,qui dedit exequi debet, vt in dicta l.à Diuo Pio,in principio:vbi tum

veteres, tum receptiores latissimè rem expendunt.

SVMMARIVM.

IVramentum litis decisorium paratam executionem habet, etiam post litem contestatã præstitum aduersus communem, num. 1.
Etiam si actor nihil omnino probauerit deferri iuramentum potest, num. 2.

Primæ Partis.

§. III. De iuramento litis decisorio.

EXecutionem * quoquẽ paratam habere constat iuramentum litis decisorium, idest, quod à parte parti defertur, l. 2. & l. sed & possessori, §. penult. & l. iusiurandum à debitore, ff. de iureiuarand. l. actori, C. de rebus creditis, & apertius in l. post rem, ff. de re iudicat. quod intelligendum est sanè, non solum de iuramento iudiciali, id est, quod in iudicio defertur, sed etiam de voluntario, hoc est, ex partium conuentione extra iudicium delato, secundum Alexand. in l. 1. ff. de iureiurand. & Suarez in l. post rem, §. 2. num. 5. Hanc tamen sententiam non procedere aiunt interpretes, quando iuramentum delatum fuerit iam libello oblato, atque lite contestata, sicuti placuit, Alexand. in l. 2. ff. de iureiurand. & ibidem Iasoni, num. 18. & Suarez in dicta l. post rem, §. 2. num. 5. Sed verum mihi dicere liceat, vereor ne opinio hæc minus vera sit: nam illa l. post rem. generaliter loquitur: hæc enim illius sunt verba. *Post rem iudicatam, vel iureiurando decisam, vel confessionem in iure factam, nihil quæritur post orationem Diui Marci, qua in iure confessi pro iudicatis habentur.* Deinde textus in l. 1. & 2. & 3. & cæteræ fermè illius tituli, ff. de iureiurand. expressim loquuntur quando iusiurandum præstitum fuit lite iam mota, neque (si quid iudico) diuersitatis efficax ratio aliqua reddi potest: quamobrem magis ante litem cõtestatam, quàm postea iuramentum executionem paratam habeat. Neque me quidem modo aliquo conturbat textus in l. iusiurandum, & ad pecunias, §. fin. ff. de iureiurand. cuius vnius argumento autores vtuntur: nam quod ait post iusiurandum præstitum debere iudicem absoluere, vel condemnare nihil nostræ refragatur opinioni, cum condemnandi, & absoluendi verbum ad causam iudicati rectissimè pertineat, l. 1. & l. 4. §. ait Prætor, & §. condemnatum, ff. de re iudicat. & aliàs sæpè, sed & quod de confessione in eam rem ascisc unt sibi argumentum interpretes, ex l. Iulianus, ff. de confessis, falsum est, vt ostendendum nobis est in §. sequenti. Denique si iure communi obscurum id foret, atqui Regio iure, hæc nostra opinio apertè conuincitur, ex l. 15. titul. 11. part. 3. cum præcedentibus, quibus manifestò ostenditur iusiurandum, hoc etiam lite iam mota rei iudicatæ autoritatem habere. Et hæc de iureiurando satis, cætera namque verbosius prosequitur Suarez dicto §. 2. vbi in promptu est videre. Illud tamen, quia ad totam hanc * rem elucidandam maximè conuenit quęrere libet, an possit actor, qui nihil omnino ne semiplene quidem probauit hoc iusiurandum reo deferre? Est enim ea de re maxima inter scriptores controuersia, vt colligere licet, ex Abbate in capit. fin. de iureiurand. Socino regula 205. Hippolyto sin gul. 83. Selua de iureiurand. 3. part. quæstio. 2. Quibus quidem placuit iuri iurando locum non esse, quæ & Speculatoris fuit opinio in titulo de iureiurando, §. 1. Verum crebrior est opinio etiam nihil omnino actore probante, ne vlla quidem pro eo præsumptione faciente iuramẽtum deferri posse, sicuti intelligere licet, ex Iasone in repetitione l. admonendi, num. 71. ff. de iureiurand. Decio in capit. de probatio. Suarez in titulo *de los juramentos*. §. 1. Hoc autem satis quidem, vt mea fert opinio, & leges ipsæ tam veteres, quàm recentiores significare videntur, quæ nihil aliud omnino à deferente iusiurandum exigunt, quàm vt prius iuret de calumnia, se id non malitiosè deferre l. iusiurandum, & ad pecunias. §. qui iusiurandum, ff. de iureiurand. l. delata, & l. generaliter. C. eodem titulo. Neque si quid iudico, quod piam adducitur ex diuersa parte argumentum, ad quod non facillime respondere queas.

SVM-

SVMMARIVM.

CONfessio in iure facta paratam executionem habet, num. 1.

Lex 5. titul. 21. libr. 4. Recopilatio. explanatur, num. 2.

Noua leges sine causa ferri non debent, numero. 3.

Confessio, etiam post litem contestatam in iure facta, paratam habet executionem, numer. 4.

Lex Iulianus, ff. de confessis explanatur, numer. 5.

Etiam si confessio non fiat apud subsellia dummodo apud iudicem fiat, executionem paratam habet, num 6.

Nostrati iure confessio apud iudicem facta paratam habet executionem, etsi aduersarius non sit præsens, num. 7.

Confessio iudicialis paratam habet execu-- nem, etsi causa adiecta non fuerit, numero, 8.

Confessio non clara, non meretur executionem, num. 9.

Confessio credulitatis paratam, etiam executionem habet, num. 10.

Confessio non simplex, quando paratam habeat executionem, num. 11.

Quando reus confitetur mutuum, sed se soluisse adijcit, quid definiendum sit, numero, 12.

Cum quis secreto pecunias mutuo accepit atque secreto reddidit quemadmodum conuentus respondere debeat, num. 13.

Quando quis verbis ambiguis possit iuramentum reddere, num. 14.

Nauarri refellitur opinio, num. 15.

Quando quis bona fide iurat non verba, sed iuranti spectanda mens est, secus si dolo iuret, num. 15.

An à principio litis possit reus ad confessionem statim adigi, num. 16.

Confessio in iudicio facta parauam, non habet executionem, quando ex ea actio iure non datur, num. 17.

Confessio defuncti, etiam aduersus illius hæredem paratam habet executionem, numero, 18.

Confessis in iure decem dies ad soluendum dantur, num. 19.

A præcepto de soluendo in via executiua appellatio effectum suspensiuum non habet, numer. 20.

Primæ partis.

§. IIII. De Confessione.

CONfessionem item in iure factam paratam * executionem habere, explorati iuris est, l. 1. ff. de confessis, l. 1. C. eodem tit. l. post rem. ff. de re iud. l. 7. tit. 3. par. 3. & aliàs passim, vt mirum sit quid nostratem mouerit Regem, vt rem alioqui notissimã, & multo ante vtroque iure sancitam nunc denuo noua voluerit cõstitutione referre, atque instaurare: ea est Madritia lex, quæ habetur hodie, lib. 4. Recop. tit. 21. l. 5. cuius hæc sunt verba: *Ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante, los conocimientos reconocidos por las partes, ante el juez que manda executar, ò las confesiones claras hechas ante juez competente, traygan * aparejada execucion, &c.* Quid quod ne expedit quidem leges sine magna causa ferri, aut promulgari, * iuxta Isidori sententiam in cap. erit autẽ lex, 4. distin. atque Aristot. Ethicorum, lib. 2. atque etiam Iurisconsulti, in l. in rebus, ff. de constit. Principum. * Ne mobile alioqui vulgus vicissitudinibus assuefactas nouas res moliri discat. * Vt igitur hanc Regiam decisionem superuacaneam non esse doceamus operæpretium erit, vt nonnulla de ea re verba faciamus, ex quibus, ni fallor, appertissimè apparebit isthanc legem, & quod ad confessionem attinet, quam vtilissimam esse. Sciendum est igitur antiquo iure confessionem in iure factam, tum executioni demandari, quando reus confessus fuerat, anteaquam libellus in ius oblatus *, aut lis contestata fuisset aliter, atque si iam libello oblato, aut lite contestata confessio fieret, iuxta communem scriptorum sententiam, atque in primis, glos. in l. prima. C. de confessis, Bartol. in l. prima. ff. eodem tit. Suarez in l. post rem. notabili, 3. & eandem recepit sententiam, l. secunda. titul. 13. part. 3. Atqui cum isthæc Madritia lex indistincte definiat, confessionem exequendam esse, consequens est, vt dicamus antiquam illam distinctionem antiquatam esse. Etenim recentiores leges ita inter pretandæ sunt, vt noui aliquid antiquo iuri addant, & ita accipiendæ ne frustra temereque editæ esse vi-

deantur, ex sententia Bartol. in l. vsucapio. ff. de vsucap. Iason in l. 1. num. 50. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Vt omittam communem illam interpretum distinctionem nequaquam iure communi probari. Nam l. Iulianus, & l. qui Stichum, ff. de confessis, in quibus interpretes * totum suæ distinctionis locarunt fundamentum, loquuntur sanè quando quis confessus fuerat debere se rem, quæ in rerum natura non erat: quo casu necessario ferenda sententia erat, non quidem rei iudicandæ causa: nam confessus pro iudicato habetur, sed ferenda erat rei tantum æstimandæ causa, quæ verierat, sicuti alibi apertissimè idem ipse Iurisconsultus explicat in l. proinde, §. notandum, ff. ad legem Aquiliam. *Notandum est*, inquit, *quòd in hac actione, quæ aduersus confitentem datur, iudex non rei iudicandæ, sed æstimandæ datur: nam nullæ sunt partes iudicantis in confitentes*. Quæ Iurisconsulti verba ita sunt apertissima, vt non iniuria mirer, ita in re clarissima interpretes cæcutisse: adde quòd verbum condemnandi, quo leges illæ. *Iullianus, & qui Stichum*. vtuntur ad causam quoque iudicati pertinet, vti superiori diximus paragrapho, & probatur in l. 1. & l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. Vnde ergo illinc colligunt interpretes confessionem non habere ea in specie iudicati persecutionem? ergò siue ius commune spectes, siue ius regium nouissimum, confessio paratam habet executionem: nec interest, an ante litem contestatam posteavè confessio facta fuerit. Hoc quoque præterea noui isthac Regia lege in confessione introductum videtur, quod antea interpretibus placuerat in hoc, vt confessio paratam haberet executionem oportere iudicem pro tribunali sedente fieret, in ijs sanè causis quæ plenam cognitionem desiderabant, glossa in l. voluit, §. fi. ff. de interrog. actio. Bart. in l. cum scimus, C. de agrico. & cens. libr. 12. At hæc Regia lex duntaxat decernit, vt apud competentem iudicem confessio fiat. Illud de hinc nostrati hac Regia lege innouatum * videtur, quòn antea non aliter confessus pro iudicato habebatur, quam si præsente aduersario cõfessio fieret, vt testatur communem esse opinionem Alexand. cons. 112. vol. 6. num. 34. & Iaso. in l. tale pactum, ff. de pact. Quinimò nonnullis placuerat, etiam quando aduersario præsente, confessio fieret necesse esse, vt ab aduersario acceptaretur, eamque communem esse opinionem scribit Iason. in l. error. num. 3. C. de iuris, & fact. ign. Cæterùm contraria opinio, & verior, & communior est: quoniam satis confessionem approbasse videatur in sui fauorem factam qui præsens sit, & taceat. Hoc enim receptius esse apparet, ex Marantha in Speculo, tit de confessis, num. 2. atque ex Duena regul. 119. nec non ex Manuele Suarez in vol. comm. opin. verbo, confessio, itemque ex Olano in concordia iuris: littera. C. num. 8. & Ioseph. Ludouic. decis. 9. nume. 22. Porrò hodie apud nos cessabit hęc controuersia: nam cum isthæc Madritia lex nihil tale postulet, vt noui aliquid afferat, & ne frustra edita videatur, dicendum est, etiam absente aduersario confessionem apud competentem iudicem factam exequendam esse. Quod alia ratione, * secundum nostrates, Regias leges probare possumus. Ratio enim, ob quam antiquo iure confessio non præsente aduersario facta vires non habebat, ea quidem est, quoniam absenti obligabatur nemo, quæ Iurisconsulti ratio fuit in dicta l. certum. si quis absente, ff. de confessis: at nostrati iure nouissime comparatum est absentibus nos obligari, vt in l. 2. titul. 16. lib. 5. Recopilat. de qua nos alibi longiorem sermonem fecimus: legis ergo ratione cessante, cessare quoque debet, & illius dispositio, cap. cum cessante, de appellat. estque insuper isti nostræ opinioni ad iumento ila apud Pontificios scriptores communis sententia eo iure confessionem aduersario absente factam validam esse, vt videre est apud Lanfrancum in cap. quoniam contra, titulo de confessis, num. 36. & Marantha in Speculo eodem titulo, numero 9. & Iason. in l. tale pactum, num. 2. ff. de pactis, à qua licet aliqui dissentiant: hanc tamen magis communem esse opinionem, affirmat Emanuel Suarez in volumi. commu. opinio. verbo, confessio, & Ioseph Ludouicus, decisio. 9. num. 6: Iam igitur, & ex hac nouissima definitione * cessauerit controuersia illa, quę non mediocris erat apud interpretes, an confessio in iure non adiecta causa facta valeret. Nam glos. finalis, in l. 1. ff. de interro. actio. scribit causam necessariam non esse. Idem placet Baldo in l. si maior. C. de repud. hæreditate, & probat quoque Abb. in capit. si cautio. num. 2. de fide instrument. & Roder. Suarez in dicta. l. post rem. §. 3. num. 8. Contrarium verò existimabat ipse idem Baldus parum sibi constans in l. 1. C. de confessis, & sequitur eum ibidem Salycetus, appos. 15. Verũ hodie cũ Madritia

isthæc

isthæc lex generaliter loquatur, indubitato prior nobis sequenda erit opinio: id quod, & alia ratione probat Dueñas regul. 118. in fine, quod autem hac Regia lege cautum est, vt confessio exequenda clara sit antiquo iuri eam respondere * palàm 9
est. l. certum est ff. de confes. dummodo scia mus adiectionem illam plus minusvè dubiam non efficere confessionem, vt puta, si Titius confiteatur deb re mihi centum au reos plus, minusvè, l. Publia, §. fin. ff. depositi, & illic Bart. Baldus quoque in Rubric. C. depositi, quæstio. 6. Corsetus de nummis. 3. part. quæstio. 29. sed nec minus erit 10
clara confessio, si reus respondeat * se credere, quàm si respondisset se scire, secundum glossam, in capit ex literis, de iureiurand. in glossa finali, quæ inquit, æquè præiudicare confessionem de credulitate (ita enim loquitur) ac veritate, & eam communem esse testatur, Curtius in tract. de positionibus, num. 52. Et quoniam rerum quotidianarum * nostrum est institutū de illo 11
quæritur, si reus non confiteatur simpliciter, seu purè, sed adiecta aliqua exceptione, seu qualitate, an confessio partim approbari ab aduersario valeat, ac partim reprobari? & quemadmodum eo casu executio locum habeat? Mouet autem hanc quæstionem glossa extraordinaria, in l. siquidem, C. de exceptio. quæ longam post disputationem, ita distinguit, aut reus confitendo dicit in continenti, id est, contractus tempore cōditionem aliquam pactionemvè intercessisse: veluti si dicat, mutuasti mihi decem ad Kalendas Maias, vel promisi tibi mille si Romæ habitares, & tum, quia vnum tantum dictum confessio continet in totum debet, aut acceptari, aut reprobari: neque aliquo modo ferendus est, qui acquiescat confessioni quatenus pro se facit, repugnetque quatenus sibi aduersa est. Aut verò reus confitetur mutuum, sed addit soluisse se, vel factum fuisse sibi pactum de non petendo, & tum quia diuersa dicta confessio, seu separata capitula continet in actoris arbitrio positum est, vtrum malit eam partim approbare, atque partim reprobare, illius verò glossæ distinctionem præter scriptores, ibidem sequitur Bartol. in l. Aurelius, §. idem quæsijt, ff. de libe. leg. Abb. in capit. bonæ. 2. de postul. prælat. Iason in l. manifeste, ff. de iureiurand. & hanc communem esse opinionem habemus testimonium, Lanfranc. de Oriano in repetitione, capit. quoniam contra, de exceptio. num. 5. & Maranthæ in Specul. tit. de confessis, num. 27. & Guidonis in tracta. de litteris compulsorijs, quæst. 21. & Boerij, qui copiosè rem agitat decisio. 243. & 339. & idem affirmat Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum, verbo, confessio. Ex his ergo, vt ad legis Regiæ interpretationem sermo noster accommodetur, non difficile erit dijudicare quid iudex sequi in iure dicundo debeat: nam primo casu, id est, quando confessio non diuiditur si in totum actor confessionem acceptet, executio facienda non est, nisi cum qualitate, seu exceptione confessioni adiecta, sin autem actor nolit confessionem in totum acceptare suo marte lis debet decurrere: posteriori verò casu, scilicet, quando reus confitetur mutuum, sed adijcit se soluisse, vel factum fuisse sibi pactum de non petendo: quoniam confessio non est certa, executio locum non habet. Quid ergo eo casu iudex decernere debet? & non con- 12
sentiunt * quidem ea in re scriptores: quibusdam siquidem placet statim debere iudicem reum damnare hoc pacto: condemno te, vt soluas illi mutuum, quod accepisse confiteris intra decem dies, aut intra eum terminum doce solutionem, seu acceptilationem, quam allegas: huius sententiæ fuit Bald. consil. 201. volumin. 5. & in l. 2. C. sententiam rescindi non posse. Alij verò existimant suspendere debere iudicem condemnationem, & reo ad probandum dilationem concedere, Ioann. Andr. apud Speculatorem, tit. de sententia. §. species: nu. 6. Ant. de Butrio in cap. suborta, de sententia, & re iudic. Alij vero nutant ancipitesque sunt, vt Speculator loco superiori, & Gregor. Lopides, in l. 2. titu. 22. partit. 3. verbo, *la primera*. Quid tu ergo? Existimo sanè apud nos quæstionem hanc haud magnam habere difficultatem cum animaduertam eam expressim decisam esse lege quadam septem Partiti iuris, cuius immemorem fuisse Gregorium Lopidum illarum legum Paraphrastem miror: ea est l. 8. titul. 3. partit. 3. quæ hac eadem quæstione proposita definit dilationem reo ad probandum dandam esse, intra quam si nō probauerit solutionem, aut acceptilationem quam allegat, damnetur: probat itaque lex illa Ioannis Andr. opinionem, igitur secundum istius legis definitionem si reus intra diem à iudice præscriptum solutionem non probauerit, aut acceptilationem, quam allegat, exequenda confessio erit, cum certa, & liquida iam remaneat: neque obstabit quidem appellatio, secun-

Acceptandi, verbo, nequis Barbarum putet, vtitur Iurisconsul. in leg. tale pactum, § 1. ff de pact & l. Scio, §. 3. de annuis leg.

cundum hanc noſtram Madritiam legem, cuius ſenſum explicamus. Sed ſuccedit ſtatim quæſtio illa vulgaris. Titius dedit mihi mutuo cẽtum, eaque ego illi poſteà, ſolui, res autem ſine arbitris tranſacta eſt, id eſt, tàm mutuum, quàm ſolutio ſecreto, atque ſine teſtibus peracta eſt: agit verò num ille mecum, vt mutuum reddam, conſulebatur quemadmodum in reſpondendo mihi cauere poſsim, & ita putant aliqui, vt di-
13 cam, * nego mutuum accepiſſe: quod ſi appareat me accepiſſe iam exolutum eſſe dico, hoc ita placuit, gloſſæ in dicta l. ſiquidem. C. de exceptio. idque ſalua fide, ſiue conſcientia fieri poſſe placet, Baldo in Rubrica, C. de fide inſtrumentorum, & Hippolyto, ſingulari, 177. Verum cautio hæc duplici morbo laborat: primum, quia periurio eam non vacare placuit Iaſoni in l. manifeſtè, ff. de iureiurando, & in l. Iulianus, verum debitorem, num. 14. ff. de condictione indebiti, & Couarruu. lib. 1. variarum, cap. 2. num. 3. & Didac. Per. in l. 1. tit. 4. libr. 3. ordinam. verbo, *poſicion.* Deinde cum hæc confeſsio non ſit ſimplex, periculum eſt ne habeat pro confeſſo, iuxta leges Regias quibus cautum eſt, non ſimpliciter confitentem pro confeſſo haberi ea eſt, l. iſta, 2. titul. 7. libr. 4. Recopilat. ſicuti in ſimilibus ſtatutis habendum eſſe pro confeſſo, reſpondet Bartol. & reliqui Claſici in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verborum obligatio. & teſtantur illic communem eſſe Alciat. & Zazius, necnon Boerius deciſio. 243. numer. 12. Alijs ergò placet cautius me ita reſponſurum, vt negem prorſus actorem quicquam mihi dediſſe mutuo propter quod illi obligatus ſim. Hoc placuit Cæpolæ, cautela, 60. placuit, & Marantæ in Specul. 6. parte, titul. de confeſſis, num. 28. & Iaſoni in dicta l. manifeſtæ, numer. 8. Boerio, deciſione 243. ad finem. Verùm enim verò, & hic quoque periculum vertitur, ne cautio hæc captioſa mihi ſit. Quid ita? quia non tàm ſimpliciter, quàm argute, & vaffre reſpondiſſe videbor, atque proinde habendus ero pro confeſſo iuxta leges illas Regias, quas modo allegaui, id quod, & animaduertit Didacus Perez loco ſuperiori. Rogo ergò quemadmodum hoc in diſcrimine tutè tibi cauendum putes? hoc ſanè modo. Nego me mutuum tale accepiſſe, prout & modo quo à me petitur: quam cautionem vtroque eſſe foro tutam ſentit Couarru. lib. 1. variar. capit. 2. numer. 4. cuius ſententiæ me non inuitus ſubſcribo. Hoc enm magnopere confirmat, quod doctiſsimus ſcribit Nauarr. in Manuali, capit. 12. num. 8. ſi quis à non ſuo iudice * non ritè, aut rectè 14
iurare compellatur, poſſe eum citra peccatum talibus ambiguis verbis vti, quæ veritatem declarent non ſecundum mentem illius cui iuratur, ſed ipſius qui iurat, quàmquàm quoniam aliud ex alio incidit illud minus minuſque probo, quod alibi ipſemet ſcribit Nauar. in additionib. ad ipſum Manuale, fol. 2. vulgari editum ſermone, poſſe eum à quo pecunia mutuo poſcitur, & ſi eam habeat liquido, ſiue ſalua fide iurare ſe eam non habere: quia, ſcilicet, animo ſuo intelligat non habere ſe illam ad mutuãdum illi. Nimirum iſthæc opinio ex
* profeſſo refragare videtur definitioni, 15
textus in cap. quacunque arte. 22. quæſtio. 5. *Quacunque*, inquit, *arte verborum quis iurat, Deus tamen qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit ſicut ille cui iuratur intelligit: dupliciter autem reus ſit, quia & nomen Dei in vanum aſſumit, & proximum dolo capit.* Quæ Iſidori ſunt verba, lib. 2. de ſnmmo bono, cap. 31. Neque obſtabit textus in cap. humanæ aures, eadem diſtinctione, vbi Diuus ait Gregor. in iurando conſiderari non debere verba, ſed voluntatem, & intentionem iurantis: nam textus Gregorij accipiendus eſt, quando qui iurat, ſimpliciter, & bona fide iurat: nam tùm iuramentum interpretandum eſt, ſecundum mentem ipſius qui iurat: Iſidori verò textus intelligitur, quando quis dolo, & vafre * iurat, nam 16
tum iuramentum accipiendum eſt, ſecundum ſanum intellectum illius cui iuratur. Illos enim patres, illaque iura ita concilianda eſſe ſcribit, non quiuis, ſed ipſe ſapientiæ fons. Sanctus Thomas, 2. 2. quæſt. 89. artic. 7. ad 4. & ſequitur illic Caietanus, & Syluester, verbo, iuramentum, 3. numer. 2. & Selua de iure iur. quæſtio. 2. num. 2. & Couarru. in cap. quamuis pactum, 1. parte. §. 5. & Dominicus à Soto libr. 8. de iuſtitia & iure, quęſtione, 1. artic. 7. Porrò in Nauarri ſpecie certum eſt, eum qui iurat doloſe, & vafre iurare: periurij ergo damnandus erit, ſecundum Diui Iſidori ſententiam, verumque eſt profecto verbum illud, quod vulgò apud nos dici ſolet, *vafre periurat, qui vafre iurat*, Chriſtus enim (vt Diuus ſcriuit Hieronymus) arte non illuditur, quin iſte maioris culpæ reus iudicandus eſt, quoniam ſponte ſua periurium ſubiuit: nam rogo quis illum adegit, vt iureiurando falſum affirmaret, quod leui tantum poterat tranſigere mendacio? Sed illud

16 lud quoque non in * vsum uenire solet. Solent pragmatici (id est procuratores, seu aduocati) agendo petere, vt reus ante omnia iureiurando respondeat ijs, quæ libello continentur. Quæro ergo, an rectè id petant? Et id quidem negat Speculat. titl. de positione, §. 4. negant etiam Paulus, & Iaſ. in l. iudices, C. de iudicij. Marantha in Speculi. titul. de interrogatorijs, num. 6. Quibus placet solummodo, cogendum esse reum iurare de ijs, quæ ad iudicij præparationem pertinent, non de ijs quæ ad causæ decisionem principaliter spectant. Quæ vtique sententia probari videtur, in l. 1. ff de interroga. actio. Cæterum his magnopere aduersantur, l. 2. titu. 13. part. 3. & nouissimo iure, l. 14. tit. 8. lib. 2. Recopila. quibus manifestò ostenditur posse reum statim ad iusiurandū cogi. Verùm has leges accipiendas duntaxat putarem in causis breuibus, & summarijs (vt ita dicam) contrariam verò sententiam in causis grauioribus maiorisque momenti: quæ glossæ quidem videtur opinio fuisse in l. proinde, §. notādum. ff. ad legem Aquiliam. Hic tamen annotandum erit reum confitentem interdum dam
17 nandum non esse, scilicet, quando * ex eo, quod confitetur iure nō producitur actio, vt verbi gratia, Titius in minus solemni testamento centum mihi legauit, hæres conuentus non inficiatur quidem legatum, sed ait in minus solemni relictum esse testamento: in ea causa quidem res est, vt absolnendus reus sit: quoniam ex minùs solemni testamento iure ciuili non oritur actio, & hoc sanè placuit Bartolo in l. admonendi, num. 39. ff. de iure iurand. & Baldo in l. alia, num. 4. C. de ijs quibus vt indig. & Socino Seniori. consil. 92. volumin. 3. nam in testamento, non solùm est necessaria veritas, sed etiam solemnitas, quæ à confitentis voluntate minimè pendet: iuxta ea quæ latiùs affert Menochius de adipiscenda possessione, remedio 4. quæst. 15. videbitur sanè alicui contrarium probari in l. fin. C. de fideicom. Sed alia in specie loquitur, vt est videre apud glossam, & interpretes illic. Illud quoque manifesti iuris est, confessionem defuncti, etiam aduersus illius hæ-
18 redem * paratam executionem habere, Philipp. Franc. in capit. cum speciali, versicul. Tertio quæro, de appellatio. Hippolyt. in Rubrica, de probatio. nume. 97. * Dummodò meminerimus confessionem in testamento factam, si à viuo testatore postea reuocetur, nullius fore momenti, secundum Panor. in cap. fin. de succeſſ. ab inteſt. & Gutierrium de confirm. iur. 2. part. cap. 1. numer. 10. * Postremò illud meminisse oportebit cum quis in ius confessus fuerit antequam executio fiat solere iudicem iubere reo, vt intra decem dies soluat: quanquam enim veteri iure qnatuor ad soluendum menses condemnatis darentur, vt in l. 2. C. de vsuris rei iudicat. glos. in capit. cum apud 11. quæst. 3. & confessis quoque, vt in l. certum, §. fin. ff. de cōfessis. At qui hodie, tàm consuetudine * quàm nostrati iure ob 19
tinuit, vt decem tantummodo dies darentur, glo. in l. si debitori, ff. de iudicijs, quam testatur communem Portius in §. omnis. Instit. de verborum obligationibus, & expressim nostrati iure recipitur in l. 2. titul. 13. & in l. 1. tit. 27. & l. 7. titu. 3. part. 3. & in l. 6. tit. 17. lib. 4. Recopil. tradit Olanus in concordia iuris, litera. C. num. 68. & 69 quanquam hoc temporis spatium causa alīqua vrgente poterit iudex ex suo arbitrio, aut proferre, aut coarctare, ex l. 2. & 4. §. si quis condemnatus, ff. de re iudic. Bald. in l. fin. C. de execu. rei iud. Hoc verò præceptum de soluendo non est sententia, sed potius executionis præparatio, secundum Bart. in l. 1. C. de confessis, colum. 3. & Bertachi. de gabellis, 8. part. memb. 4. num. 4. appellare proinde ab eo non poterit, secundum Specul. tit. de appellat. §. in quibus colum. 1. & ibidem Ioan. And. Bald. quoque Angel. & Paul. in dicta l. si debitori, ff. de iu
dicijs, quod attinet *, scilicet, ad effectum 20
suspensiuum: nam quantum ad deuolutiuum appellationi locus erit perinde, ac in cæteris causis executiuis, vt tradunt cum aliàs alij, tum Anto. de Canario, de executio. instrumenti, quæstio. 46. & 47. & Couarruu. practicar. quæstio. capit. 23. num. 9. & quoniam de confessione satis dictum est, alio transeamus.

SVMMARIVM.

Chirographum in iure recognitum paratā habet executionem, num. 1.

Etiam veteri iure chirographum recognitum paratam habeat executionem, num. 2.

Rebus vsui futuris studendum est, num. 3.

Chirographi verba enuntiatiua, an dispositiua sint, nihil interest, num. 4.

Impersonalia verba non obligant, num. 5.

Chirographum non subscriptum, si tamen fuerit recognitum paratam habet executionem, num. 6.

Dies consul, aut mensis, necesse non est chirographo inscribantur, num. 7.

Non est ferendus, qui iussus chirrographum recognoscere appellet, num. 8.

Heres inuitus non est cogendus chirographum recognoscere, num. 9.

Chirographi recognitio à minore, non autore curatore facta, an valeat, num. 10.

Debitore nollente de recognitione iurare chirographum habetur pro recognito, num. 11.

An exceptio nonnumeratæ pecuniæ locum habeat aduersus chirographum recognitum, numer. 12.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur contra confessionem in iure factam, num. 13

Debitore chirographum negante, etsi testibus comprobetur non est exequendum, num. 14.

Nulla probatio quantumcumque liquidissima paratam habet executionem, num. 15.

Litterarum comparatio, quam vim habeat, numero, 16.

Epistol. recognita paratam habet executionem, num. 17.

Tessera, seu taliola recognita executionem parata habet, num. 18.

Schedula delegationis (vulgò librança *dicitur) paratam quando habeat executionem, num 19.*

Kalendarium, seu rationem codex recognitus paratam habet executionum, num. 20.

Instrumentum nocet in omnibus illo vtenti, etsi magis testetur eder se illud tãtummodo quatenus pro se facit, num 21.

Primæ Partis.

§. V. De Chirographo.

QVoniam in iure confessi pro iudicatis habentur (vti superiori diximus paragrapho) fit vt chirographum in iure recognitum paratam quoque * executionem 1
habeat: sicuti nouissimo iure nominatim est comprehensum in dict. l. 5. tit. 21. lib. 4 Recopilat. Id verò, an & veteri iure quoque procedere non satis constat: nam Gregorius Lopez in l. 119. tit. 3. part. 3. verb. *fuisse*, illius legis argumento ductus scribit, 2
id etiam * veteri iure receptum esse Contrarium verò opinatur Couarruu. libr. 2. variar. capit. 11. numer. 4. inter hos verum meum interponere iudicium, haud quaquam decreui, cum videam eam disputationem, aut parum, aut nihil vtilitatis allaturam esse: *Quis verò tam patiens est* (vt Plinius Iunior scribit) *qui velit discere, quod in vsu nõ sit habiturus.* Sed neque oportet quidem tempus rem alioqui per quam pretiosam inanibus extrahere * disputationi- 3
bus: nam: vt est in prouerbio, littus arare quid prodest? Vt ergo res vtui nobis futuras attingamus cuius nobis rei præcipuum studium est; illud nihil interfuerit, * an 4
chirographi verba enuntiatiua, dispositiuavè sint, glossa in princip. Instit. de literarum oblig. Ang. in §. idem iuris, num. 24. Instit. de except. dum tamen impersonalia non sint, ex Authent. si quando, C. de constituta pecunia *, vbi Baldus eleganter di- 5
stinguit. Parui item refert, an chirographum sit subscriptum manu propria ipsius debitoris, an alius ipsius subscripserit mandato, ex sententia Iasonis, in l. qui Romæ, §. Chrysogonus, num. 9. ff. de verbor. obligat. quæ expressim probatur in l. 119. tit. 18. part. 3. & tradit Suarez in l. post rem: extensione 2. ad legem Toletanam. Proinde cauendus erit idem Iason, qui contrarium scripsit in Authentic. si quis in aliquo documento, C. de edendo. Hoc autem intelligendum est cum recognitum ab ipso debitori fuerit chirographum: tertij autem illius, qui subscripsit recognitio ad viam executiuam nihil proderit, secundum Hippolytum singulari, 471. Quin illud quoque non malè dici poterit si chirographum subscriptionem non habeat, fuerit tamen à debitore recognitum exequendum esse ex sententia Pauli de Castro in l. cum antiquitas, numer. 7. C. de testamentis. Nihil etiam interfuerit, an quis dicat se credere suam * esse subscriptionem, an dicat scire 6
esse suam ex sententia Decij consil. 445. volumin. 4. numer. 18. & glossæ finalis, in capit. ex literis de iure iurand. quam communem esse superiori diximus paragrapho. Minimè quoque erit necesse, vt dies, & consul (id est mensis, & annus) chirographo inscribantur, id enim scripturis publicis necessarium est * in priuatis non item. 7
l. cum tabernam, §. idem quæsijt, ff. de pignoribus. Panormitan. in capit. 2. de fide instrument. numer. 7. Tiraquel. de retractat. conuent. §. 1. gloss. 7. num. 43. Couarruu. practicar. quæst. 10. cap. 11. Sed neque erit audiendus, qui subscriptionem quidem recognoscat, dicat verò se chirographum antea non legisse, secundum eundem Iason. in dict.

Lib. 8. epist. ad Arist.

dict.l qui Romę.§.Chrysogonus,uum.14. ff.de verbor.obligat. & Suarez loco modo citato, vbi mouent quæstionem de illis qui se cathis vacuis subscribunt. Sed neque itē
8 erit ferendus qui iussus, vt recognoscat * appellet secundum Baldum. consil. 335. volum. 4. & tradit Auend. in capit. correctorum.secunda parte, capit.30.numer 2. Sed quid si debitore diem functo petatur ab hęrede,vt recognoscat videndum est,an iurare cogendus sit? & placet id Rebuffo de
* chirographo,artic.1. * Cui se subscripsit
9 Azeuedo in hac eadem lege *. Sed non puto inuitum hæredem * ad id cogendum, quoniam,vt Iurisconsultus, inquit, iniquū est quenquam de alieno facto iurare.l.Marcellus.§.primo ff.rerum amotarum,& eodem pertinent quæ tradit Paulus de Castro in l.si per alium.§. fin.ff.ne quis eum qui in ius vocatus est, vi eximat: si tamen hæres sua sponte chirographum recognouerit locum esse executioni constat. Sed pone mi-
10 norem sine * curatore recognouisse chirographum a se factum,an locum habeat executio?& scribit Auend.in cap.correctorum 2.part.cap.30.versic.7.executionem locū habere. Quod ita quidem erit si minor curatorem non habeat,alioqui nulla esset recognitio, quæ curatore autore non fieret. Paulus de Castro in l.centum §. in pupillo, ff.de confess.nullusque iam de ea re hodie dubitandi locus relictus est vllus,ex decisione textus in l.12.tit.11.lib 5.Recopilationis.Cum vero debitor monitus à iudice, vt
11 recognoscat * contumax est hoc iure vtimur,vt cautio pro recognita habeatur, atque executioni demandetur,secundum Boerium decis.295.numer.19.& Couarruuias lib.2.Variarum capit vndecimo Auilesius quoque in cap.correctorum cap. 10. num. 34.quibus placuit in personam ad id reum esse citandum,quod an verum sit aliàs tractabimus opportunius. Sed illud merito est tractandum si quis cautionem quidem re-
12 cognoscat, obijciat tamen * nonnumeratam esse tuile pecuniam, an sit audiendus intra biennium,scilicet,iuxta ea quæ de exceptione non numeratæ pecuniæ traduntur,& tractat quidem hanc quæstionem in instrumento guarentigio Suarez, in l. post rem.§.sed pro euidentia,num. 1. & disputat in chirographo Afflictus, in conitit. Neapolit.Rubric.4.§.cautas, num. 10. & Rebuffus de chirographo.artic. 2. nu. 36. Auendañus quoque in cap.correct. 1.part. cap.16.apud quos si lubet,quid ipsi velint per te tutè perspicere poteris.Portò si quid ego in ea re sentiam expectas,ipse rem quidem paucis explicandam puto, hoc pacto. Aut statim à principio,scilicet,in recognoscendo reus negat numeratam sibi fuisse pecuniam,& magis est, vt executio locum nō habeat, tum quia recognitio talis non est simplex,& certa,qualis est necessaria,vt executio locum habeat,l.certum.ff.de confessis.& tradit Auend.in cap.correcta,2.part. cap.30.num.3. tum quia ea confessio, ita coniuncta diuidi non debet, iuxta glossæ distinctionem in l.siquidem. C. de except. quam communem esse superiori diximus paragrapho, & tradit nominatim Boerius decis.243.num 5.Aut vero a principio nō obiecit hanc exceptionem, sed simpliciter recognoscit,postea vero inter opponendū eam obijcit, & eo casu puto eum, audien- 13
dum non esse simul,quia aduersus * confessionem in iure factam non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, glossa Cynus.& Salicet.in l.1.C.de confess.l. generaliter.C.de nō numerat. pecun. Simul,quia non est ea exceptio de ijs,quas leges Regiæ aduersus executionem admissum iri decernunt,sicuti suo loco latius ostendemus.Sed quid si reus inficiatur,chirographum à se factum,quæro quemadmodum res expediri debeat? Et illud tanquam extripode dictū
tibi verissimum puta * quantumcunque 14
chirographum testibus fuerit comprobatū exequēdum non esse.Primum, quia nostrates leges solummodo chirographo recognito hoc iure executionis tribuunt: deinde, quia nulla omnino probatio quantumcun-
que liquidissima * fuerit, paratam execu- 15
tionem habet,gloss. in l.sed etsi possessori, §.primo,ff de iureiurand. Bald. in l.1. C. de execut.rei iud.Suarez ad legem Toletanā limitat.3.Aued. in cap. correct. 2. part. cap.30.num.5.via ergo ordinaria pergendum erit.Sed an satis erit tum per comparationem literarum chirographum comprobari * tractant hanc quęstionem Bartolus 16
& reliqui in l.admonendi,ff.de iureiurand. Abb.& cęteri in cap.2.de fide instrum. Afflict.decis.181 Lanfranc. in cap. quoniam contra,de fide instrum.num.61. Castellus in l.22.Taur.numer. 11.Couarruu.pract. quæst.capit.22.Auend. in cap. correct. 2. part.cap.30.Menochius de arbitrarijs, lib. 2.centuria,2.casu.114. Rolandus a Valle consil.26.Craueta de antiquitat. tempor. 1.part.num. 64. Viuius lib. 3.com. opin. verbo comparatio literarum.Iose.Ludouicus decis.7.& apud nos habemus de ea re textum in l.114.& 119. tit. 18. part. 3. &

explicat affatim Imperator in Authent. de instrument. cautela, & fide per totum titulum. Ex quibus quid sequendum sit, per te perspicere poteris: lõgior enim res est, quã quæ ad hoc nostrum institutum qui breues esse volumus pertineat. Ad exemplum verò chirographi idem * & de epistola dicemus. vt scilicet recognita paratam executionem habeat: argumento textus in l. Publia, §. fin. ff. depositi, & quę affert Bartolus in l. nuda. ff. de donation. Abb. in cap. 2. de fide instrumentorum, Iason & reliqui in dicta l. admonendi. Quamuis enim legis deficiant verba, tamen, quia eadem est ratio legis debemus sentẽtiam sequi. l. 2. §. si mater. ff. ad Tertullianum. Quid quòd vel confessionis vis per se paratam habet executionem, vt superiori diximus paragrapho. Qua ratione, & idem probandum est de tessera lignea * seu taliola (vt vulgo vocamus), nam si recognita fuerit exequenda erit: eã enim non nihil habere ponderis apparet ex Bartol. in l. non solum, §. sed vt probari. ff. de noui operis nuntiatione. Quid ergo de pictatiolo siue delegationis schedula (*quæ vulgo libranca dicitur.*) Et sanè si ea a Rege * in suos quæstores, aut thesaurarios data fuerit paratam habebit executionem iure Regio, iuxta l. 14. titul. 7. lib. 9. Recopilationis, in reliquis non idem putauerim, nisi modo fuerit ab eo in quem data est acceptata, aut coram notario, aut priuatim, & demum acceptatione recognita, vt ostendit, l. nona, titul. 16. lib. 9. Recopilationis. Rationum igitur codex, siue Kalendarium, si recognitus fuerit executionem quoque * debet habere. Is enim non minorem, quàm chirographum, ac epistola fidem habet l. quædam §. nummularios, ff. de edendo, tradit Bartolus in l. nuda ff. de donationib. idem & reliqui in l. admonendi, ff. de iureiurando. Est etiam argumento ex nostrati iure, l. 29. tit. 19. lib. 9 Recopilationis. Dummodo sciamus eum, à quo executio petitur omnibus omnino, quæ in libro rationum, seu Kalendario cõtinentur stare debere, id est, tam ijs quę pro se, quam illis quę contra se faciunt: nullo q; modo ferendus erit si velit, vt acceptorum tantum fides habeatur, datorũ non habeatur, cũ, vt Iurisconsultus inquit, communis omnis rationis libri propositio sit l. si quis ex argentarijs, §. si initiũ ff. de edẽdo, itaq; omnia in eo cõprehensa magis coniãcta, quam separata censenda sunt, vt non satis commodè confessio illic facta diuidi queat huius autem sententiæ fuit gloss. finalis in l. Publia §. fin. ff. depositi, & illic Alexandr. Ioann. Andr. apud Specul. tit. de instrumentorum editione. §. nunc dicendum restat in additione magna, Angelus in l. sumptus. ff. de administrat. tutor. Raphael Cuma, cons. 136. Cardin. in cap. cum olim. de censibus, Bellon. in volumine commun. opinion. lib. 17. verbo, scripturam minus solemnem. Viuius lib. 1. opinio. 249. Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententia. verbo, scriptura, & ad hos quoque accederevidetur Gregor. Iopides, quanquam nutans in l. fin. tit. 18. part. 3. & his quidem magis accedo, quã Alberico, & Abbati contrarium sentientibus, ille in l. rationes. C. de fide instrum. hic in c. 2. de fide instr. n. 10. Quibus etiam aduersatur, quod generaliter est traditũ, etsi is qui aliquo instrumento * vtitur, etiam, atque etiam testetur velle se illo tantum vti eatenus quatenus sibi profuerit, nihilominus illi nocere si quid sibi aduersum in eo sit, glos. singularis in l. 1. §. 1. verbo die, ff. de edendo, Iason in l. non solum. §. morte num. 16 ff. de noui operis nunc. Aymõ Crauetã, de antiq. temp. 1. p. §. viso, n. 73. idem Ias. in l. edita, n. fi. C. de edendo Minchaca il lustrium, q. lib. 1. c. 2. n. 9. * Illud postremò hoc loco admonendi sumus, quamquam chirographum a debitore recognitum, aduersus ipsum debitorem paratam habeat executionem: verum quoad cœteros creditores attinet virium minus habet, nisi ttibus fuerit testibus constabilitum, iuxta l. scripturas. C. qui potiores in pign habe. cuius argumentum copiosè persequuntur, Tiraqu. de retractu conuent. §. 1. gloss. 7. nu. 43. & Couar. pract. qræst. cap. 22. n. 5. *.

SVMMARIVM.

Rationes an paratam executionem habeant, num. 1.

Peritis in arte non creditur, nisi prius iuramento rogati sint, num. 2.

Rationes propter calculi errorem retractari solent. num. 3.

Intra annum initæ societatis rationes peti non possunt. num. 4.

Ad rationes reddendas citari debitor debet. numer. 5.

L. 2. §. de frumentaria. ff. de admtnistr. rerum ad ciuit. pertinent. elucidatur, num. 5.

Potestate data arbitris vt absentibus partibus ius dicere possint, adhuc partes citanda sunt, num. 6.

Pri-

Primæ Partis.

§. VI. De rationibus.

SED de rationibus videa
mus, an paratam executio
nem habeant? Sciendum
est igitur dupliciter ratio
nes confici solere. Aut e-
nim a partibus * seu cal- 1
culatoribus ab illis omni
natis nullo iudice autore fiunt, & paratam
executionem non habent, l. secunda, & illic
Bart. C. de iure fisci. lib. 10. Castellus in l.
27, Tauri, num. 19. & Auilesius in cap. cor-
rect. cap. 30. verbo, *fagapagar*. Quod tamen
(mea quide m sententia) intelligendum e-
rit, nisi modo confectis iam rationibus par
tes acquiescant, illasque probent, nam si ea
approbatio facta fuerit, siue testato apud
tabellionem, siue propria subscriptione, ea
quæ postea fuerit in iure recognita, exequê-
quendas esse rationes putauerim, ad exem-
plum instrumenti publici, atque chirogra-
phi recogniti, quæ nostrati iure paratam
executionem habent, idque sensisse videtur
Boerius decis. 295, eodem pertinet, l. tale
pactum §. qui prouocauit ff. de pactis, & l.
cum antea. C. de recept. arbitris, & quod tra
dit glossa in l. 2. C. communia vtriusque iu
dic. actum alioqui nullum confirmari, si po
stea partis illi accedat assensus. Et denique
hanc nostram opinionem non obscurè pro
bari, videtur apud Iurisconsultum in l. 1.
§. præterea ff. de contraria, & vtili actione
tutelæ, ita enim. *Quid ergo si iudex compensa-
tionis eius rationem non habuit? an contrario iu
dicio experiri poterit? & vtique potest, sed si re-
probata est hæc reputatio, & acquieuit, non de-
bet iudex contrario iudicio id resarcire.* Aut ve
ro tabularij (vt ad reliqua pergamus) seu
rationales iudice autore a partibus nomi-
nari sunt, & tum rationes paratam execu-
tionem habent, textus in Authent. de san-
tissimis Episcopis. §. œconomos, & ibidē,
glossa. & Ang. lus: Castellus quoque, & A-
uilesius locis modo citatis, & probari id no
strati iure videtur in l. 22. titul. 6. lib. 3. Re-
pilat. Oportet tamen eo casu calculatores
adiurati rationes confirment. secūdum Bar
tolum in l. Theopompus, num. 7. ff. de do-
te præleg. Bald. in l. hac edictali. §. his illud
C. de secundis nuptijs. Id enim generaliter
receptum est in omnibus ijs disceptatori-
bus. (vulgo periti in arte dicuntur) qui se-
cundum suum * arbitrium sententiam di- 2
cunt, vt non nisi adiuratis, seu sacramento
rogatis fides habeatur. textus & illic inter-
pretes in cap. fraternitatis, de frig. & malefi
cia, Iaf. in repetione, l, admonendi, numer.
237. ff. de iureiurand. * Et tradit fuse Co- *
uarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 13. Hoc au-
tem iuramentum quibus conceptis verbis
fieri debeat exprimit l. 51. tit. 5. lib, 2. Re-
copil. * Verum quia propter calculi erro-
rem solent rationes retractari l. prima C. de
errore calculi l. 30. tit. 11. Part. quinta, etiā
ad longum * vsque tempus l. calculi. ff. de ad 3
minist. rerum ad ciuitat. pertinentiū, glos.
& Bartolus in dict. l. secūda, C. de iure fisc.
Alexandr. cons. 135. volum. 6. Socinus cō-
sil. 92. libr. 4. & Parisius consilio finali lib.
1. ne res in infinitum habeat, ita expediri
solet. Cōfectas rationes calculatores seu ta
bularij in ius exhibent, iudex vt partibus
copia detur interloquitur: vt si quid, scilicet
habeāt aduersus illas, allegēt, igitur si quid
erroris in illis obrepsisse non cauillose alle-
getur, isque non sit leuissimus, ad calculos
redditur, iudexque dat aliuṁ rationalem,
seu calculatorem. qui rationes denuo exa-
minat, & recognoscit, sicuti edocent Pau-
lus, & Iason in dict. l. prima C. de errore cal
culi, secundum igitur istius tertij calculato
ris relationem, iudex aut rationes retractat,
aut confirmat, præcipiendo partibus, vt il-
lis pareant, quod si nolint pro reliquis (vul
gò, *akcance appellamus*) id creditore petente
executionem facit, neque si aduersa pars ap
pellauerit, illius appellationi defert, iuxta
decisionem textus in dicta Authent. de san
ctissimis episcop. §. œconomos, & illic glos
sa, verbo, *repetitionem*: loquitur sane textus
ille de œconomis Ecclesiæ. Verum tantun
dem, & in cœteris generaliter recipiendum
esse par ratio facit, argumento textus in l.
non possunt, ff. de legibus. Denique de ra-
tionibus reddendis multas quæstiones vi-
dere licet, apud Castellum in dict. l. 27. Tau
ri, & apud Auend. in cap. corrector. 1. par.
cap. 9. illis tamen si placet addere poteris
textum singularem in l. neminem. C. de sus
ceptoribus, & arcarijs, lib. 10. ex quo notāt
illic bellissimè Bartolus, Costa inter aliquos
societate non * posse alterum ex socijs an- 4
te annum elapsum desiderare, vt sibi de lu-
cris rationes reddantur, sed neque illud omi
serim, placere nonnullis rationes absente
reo ne eo quidem citato * factas validas es- 5
se. Bartolus in l. secunda. §. de frumentaria,
ff. de administr. rerum ad ciuit. perti. Iason
in l.

in l. nec quicquam. §. vbi decretum, num. 42. ff. de officio Proconſ. Auēd. in cap. correct. 1. part. cap. 9. num. 3. ducuntur autem ij vnius tantum textus argumento in dict. l. 2. §. de frumentaria, ff. de adminiſt. rerum ad ciuit. pertinentium. cuius verba (ne archetypum petere graueris in hunc modum ſe habent. *Quod de frumentaria ratione in alium vſum conuerſum eſt, ſuæ cauſæ cum incremento debito reſtituntur, idque etſi contra abſentem pronũciatum eſt inanis querela eſt: ratio tamen adminiſtrationis ſecundum fidem acceptorum, & datorum ponatur.* Ego verò (tantorũ autorum pace dictum velim) opinor ſententiam iſtam neque veram eſſe, neque in illo, §. *de frumentaria.* probari, nam quòd textus dicat contra abſentem pronuntiari poſſe, non id propterea voluiſſe, videtur etiam eo non citato pronunciandum eſſe: cum & ijs in caſibus, quibus aduerſus abſentes procedi iura decernunt, eadem illos citando eſſe demonſttent, abſentem pro contumace accipientes l. 1. §. final. ff. quando appellandum ſit l. 2. C. de periculo rei venditę, l. & poſt edictum. ff. de iudicijs. l. properandum §, ſin autem reus. C de iudicijs. * Sic etiam abſentes pro contumacibus accipit Suetonius in Caligula, cap. 39. adeò, inquit, vt panis Romę ſæpe deficeret, & litigatorum plerique, quod accurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſa caderent. * Confirmat hoc quod in ſimili ſpecie tradunt Doctores, quæritur enim apud illos, ſi in cõ promiſſo data ſit arbitris * poteſtas, vt abſentibus etiam partibus ius dicere poſsint, an adhuc neceſſe ſit, vt partes citentur, & placet illis adhuc partes eſſe citandas, alioqui nullius momenti arbitrium eſſe: hanc enim vt breuiter dicamus communem eſſe opinionem affirmat * Boerius deciſ. 283. numer. 37. & Hippolytus ſing. 75. * licet, igitur in illo, §. *de frumentaria*, ſcriptum ſit vt abſente reo iudicetur: non id propterea credendum eſt voluiſſe Iuriſconſultum, vt etiam eo non citato iudicetur, & ratio ponatur. At dixerit aliquis (vt Accurſius & Bartol.) nihil ergo ſpeciale in lege illa introducitur? ita quidem puto. Sed cedo? cum Iuriſconſultus non dicat id eſſe ſpeciale, qua ratione nos id ſpeciale eſſe dicemus? cum potiùs iura iuribus concordanda eſſe. & effugiendam eſſe legum correctionem iura omnia proclament. * Quamquam ſi rem exactius ſcrutari velis, & in hoc aliquid ineſſe ſingulare cõperies, ſiquidem iuxta receptas iuris regulas contra abſentem, ſeu contumacem, definitiua proferri ſententia non poteſt, niſi iam lis conteſtata ſit, vt apparet ex dict l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudicijs, & ex cap. conſultatio de officio delegati. Nec multis ad eam rem allegationibus opus eſt: cum expreſsim ſit diffinitum in titulo illo decretalium, qui inſcribitur, vt lite non cõteſtata. Rationibus igitur rei frumentarię hoc tribuere fauoris voluit lex vt etiam lite non conteſtata abſens, qui citatus contumax eſt, damnari diffinitiue valeat. Hicque veriſsimus, ac iuxta planiſsimus illius legis ſenſus eſt. * Proinde ego rationes non citato reo factas, neque ratas eſſe, neque executioni mandandas vllo eſſe modo putauerim.

SVMMARIVM.

Regium præceptum paratam habet executionem modo iuſtum fuerit. num. 1.

Regium præceptum, quod iniuſtum ſit exequendum non eſt. num. 2.

Principis præceptum quo occidi quiſpiam iubetur, exequendum non eſt, niſi elapſis triginta diebus. num. 3.

Gratias quas fecerit Papa antea quam exeat de conclaui vbi electus eſt, irritæ ſunt. num. 4.

Irritæ ſunt item donationes à Rege factæ, ſui principatus initio ſi in damnum reipublicæ, aut Regij diadematis cedant. num. 5.

Lex 2. & 3. tit. 14. lib. 4. Recop. explanantur, num. 6.

Regia mandata, quæ aliquid, aut iuri diuino, aut naturali contrarium contineant, exequenda non ſunt, num. 7.

Cæſari contra conſcientiam aliquid præcipienti non eſt obtemperandum, neque in bello, neque in pace, num. 8.

In ijs quæ ſunt contra ius aut diuinum, aut naturale, iuſta cauſa in Principe non præſumitur. num. 9.

Abſolutæ poteſtatis licentia in Principe tyrannidi magis affinis eſt quàm Regio imperio. num. 10.

Panormitani refellitur opinio, num. 11.

Reſcriptum principis iniuſtum eſto exequendum non ſit, vituperandum tamen non eſt. num. 12.

Primæ Partis.

§. VII. De Regio præcepto.

REgiæ quoque litteræ, siue sacri apices, quibus Rex idem de Papa vel Imperatore alijsve superiorem
1 * non recognoscentibus lictum puta) aliquid præcise fieri iubet, paratam executionem habere palã est, l. 1. ff. de cõst. Princip. l. 30. & 52 titul. 18. part. 3. ipsi enim vni concessum est præcipere, sic facias. & vt est apud Iuuenalem satyra sexta de imperiosis mulieribus loquentem.

Hoc volo, sic iubeo. sit pro ratione voluntas.

Quod intelligendum est sanè, modo non iniusti aliquid legibusvè contrarium principali mandato comprehensum sit, & quod posteaquam factum fit in Reipublicæ detrimentum, aut alterius iniuriam vertat: nam
2 tum verbo tenus * obtemperandum est illis non re: secundaque expectanda erit iussio l. rescripta. C. de precibus Imperatori offer. l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. §. final. in Authent. de iudicibus. & Authent. vt nulli iudicum. §. & hoc verò iubemus, & rursus de mãdatis principum. §. deinde, collat. 3. l. 1. C. de petition. subl. cap si quando de rescriptis l. 29. tit. 18. part. 3. glossa in l. puniri. C. si contra ius, vel vtili. publi. Felinus, & Decius in dicto cap. si quando, de rescript. Gomezius in cap. 1. de constit. in 6. Neuizanis in silua nuptiali, lib. 6. num. 49. Suarez allegatione 12. solẽt enim principes nonnunquam ira perciti iubere aliquid quod postea factum fuisse dolent, sicuti Theodosio contigit Imperatori. Is enim exorta apud Thessaloniam seditione, cum miles quidam extinctus esset repentini facti atrocitate succensus populum ad Circenses ludos euocatum, prout quisque occurreret obtruncari iussit: posteaque facti pœnitens, & in posterum sibi posterisque suis consulens statuit, vt sententiæ Principum
3 super animaduersione * prolatę in diem trigesimum executio differatur, sicuti latius videre licet in capit. cum apud 11. qnæst. 3 & in l. si vindicari. C. de pœnis. Ruisus solent principes nonnumquam importunis petentium precibus allecti præsertim curalium, & magnatum contra ius, & æquum non concedenda concedere, capit. cum in iuuentute de purg. cano. cap. suggestum de decimis, ea igitur veluti dolo, & fraude extorta, rata esse non decet l. 1. C. de petit. sublat. cap. non sanè 14. quęst. 5. cap. final de rescrip. lib. 6. & illic gloss. verbo, importunitatẽ, l. 1. C. de fundis limitrophis, lib. 11. Interdum solent ijdem: principipes lætitia nimia capti plus nimio familiaribus indulgere: proinde quod non consulto, sed amentia potius constitutum est consilium erit vt consulto rescindatur, glossa in c. vnusquisque, 22. quæstione 4. Ioann. de Selua de beneficio 1. p. quæst. 2. vbi ait signaturas (sic enim ille loquitur) quas dederit Papa anteaquam exeat * de conclaui vbi electus est 4
nullius esse momenti: cui consonat, quod scriptum est apud Palatium Rubium in Rubrica de donatio. irritas fore donationes, quas in primis sui principatus auspicijs Rex fecerit si in suæ dignitatis, reipublicęvè dispendium cedant. quem refert sequiturque Neuizanis in silua nuptiali. lib. 6 num. 55.
Cum igitur his de causis * soleant Princi- 5
pes interdum iniqui aliquid decernere, meritò debent iudices subsistere, ac nõ statim exèqui, sed ad Regem potius ipsum referre secundamque expectare iussionem, sicuti superioribus iuribus satis compertum est. Porrò hoc accipiendum putant quidam, nisi in Regijs litteris adiecta fuerit vna ex illis clausulis. *Ex certa scientia, aut proprio motu, aut potestate absoluta legibusvè non obstantibus*: nam tum statim parendum esse Regijs mandatis putant. glossa, & reliqui, in l. fin. C. si contra ius vel vtili. publi. Ioan. Andr. in cap. 1. de excessibus prælat. in sexto. Alexandr. consil. 92. & 112. volum. 6. Horũ tamen minuenda * erit opinio: nam vt ve- 6
tera iura omittam ea explosa est per l. 2. & tertia cum sequent. titul. 14. libr. 4. Recopilat. quibus consultissimè iuxtaque sanctissimè constitutum est Regias iussiones, quæ iuri fuerint aduersę exequendas non esse, etsi magis clausulas derogatorias illæ habeant amplius, etiam si in eis harum ipsarũ legum abrogatio facta sit: quas quidem singulares, & consultissimas esse prædicat D. Padilla in l. causas, num. 4. C. de transactio. Has tamen Regias leges, quoniam Regiæ potestati infestæ nimis esse videntur, ita acceptum iri putauerim. Vt si quidem Regia
mandata contineant aliquid quod * iuri, 7
aut diuino, aut naturali repugnet veluti si in dicta causa iubeat Rex quempiam occidere, illiusvè bona præscribere minus illis parẽdũ sit, etsi magis derogatorias habeãt clausulas: atq; adeò, etsi postea secundã accesserit

ceſſerit iuſsio indiſtinctèque leges illas Regias obſeruandas eſſe arbitror, debereque potius exiſtimo iudicem officio, & magiſtratu decedere faſceſque proſternere quam in iuſtus obedire mandatis, ſicuti monet Abb. in cap. cum teneamus de appell. & Felin. in capit. conſanguinei. de re iudicat. Fortunius in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 230. ff. de liber. & poſthum. Bald. in Authent. habita. C. ne filius pro patre: vbi ait quando Cæſar mandat aliquid contra conſcientiam non eſſe obtemperandum illi, neque in bello, neque in pace. Et rectiſsimè illi quidem, nam vt in faſtis Apoſtolicis, ſeu Cap. 1. Apoſtolorum Actibus diuinitus eſt ſcriptum. *Deo oportet nos obedire magis, quam hominibus*, atque vt ſacri docent Canones, debemus potiùs omnia mala pati quam * malo 2 conſentire, cap. 2. de noui operis nuntiatione, capit. ita ne 32. quæſt. 5. ſapienter quoque Dauid. *Melius eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in Principibus.* Et alibi. *Elegi abiectum eſſe in domo Domini mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Pſalm. 23. & 117 Porrò ſi Regię litteræ non aduerſus ius diuinum, aut naturale, ſed aduerſus humanas pugnent leges, eo caſu ſi derogatorias habeant clauſulas exequendas putò, & ſequendam eſſe illorum ſuperiorum autorum opinionem: præſertim ſi ſecunda acceſſerit iuſſio. Nam quamuis leges illæ Recopilationis aliter ſanciant, verum nõ potuit rex qui eas tulit ſucceſſoribus ſuis legem imponere, * * Nec ita firmiter leges figere, vt non poſſit ſucceſſor, cum viſum fuerit, eas refigere. * vt in cap. 1. de conſtit. in 6. & aliàs ſæpè traditur. Proinde erunt Regiæ litteræ quæ derogatorias habeant clauſulas, legibus illis anteferendę, iuxta ea quæ notat Bart. in extrauag. ad reprimendum, verbo, non obſtantibus, ipſe & reliqui claſsici in l. fin. C. ſi contra ius vel vtili. publ. Felinus in cap. nõ nulli de reſcript. hanc vero noſtram diſtinctionem confirmat oppido frequens illa interpretum ſententia: tametſi in ijs quæ iuris 9 ſunt humani: ſeu poſitiui (vt vocant) iuſta * præſumatur cauſa in Principe aliquid præcipiente, non vero in ijs quæ iuris ſunt, aut diuini, aut naturalis, aut gentium Iaſon. in l. quo minus, num. 7. ff. de fluminibus. Felinus. & Decius in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. & teſtatur magis communem opinionem Aymon de antiquit. tempor. 1. part. cap. 1. num. 32. & Alciat. de præſumption. præſumptione 8. numer. 5. nec non Menochius de recuper. poſſeſs. remedio 8. num. 62. Diuina enim iura, atque naturalia ab humanis legibus, longè lateque diſtant, illa enim diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper immutabilia ſunt, hę vero quoniam populi Principiſvè voluntate rogantur, contraria item voluntate tolluntur. §. fin. Inſtit. de iure naturali gentium, & ciuili l. prima. ff. de conſtitut. Princip. Proinde abſolutæ poteſtatis ius (licentiam * proprius dixeris) quam nonnulli ex vete- 10
ribus Principi arrogarunt, merito à pleriſque ex recentioribus exploritur tradentibus iſtius poteſtatis nomen tyrannidi magis, quam regiæ congruere poteſtati. Fortunius in dicta l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 290. & 311. & Alciat. in l. cenſere, ff. de verbor. ſign. Coraſius in l. frater à fratre, num. 71. ff. de cond. indebit. Couarr. lib. 3. Variarum, cap. 6. num. 8. & præſul Dominus Franciſcus Sarmientus multis vir nominibus ſuſcipiendus. Selectarum interpretatio libr. 1. cap. 8. Pinellus in Rubrica C. de reſcindenda venditione. 1. part. num. 25. Minchaca controuerſ. illuſtrium. cap. 26. Quorum quidem opinio in ijs certè, quæ aut ius diuinum, aut naturale ſiue gentium offendant, veriſsima mihi videtur: quod ſi qui ſunt, qui contrarium ſentiant, ij magis mihi Placentiam tendere videntur quam Veronam, ideſt, magis mihi poteſtati Principum blandiri velle videntur, quam legitimas iuris regulas ſequi: niſi fortè putandũ eſt Reges Principeſvè mortales nõ eſſe: ſed humanæ expertes naturæ illeges eſſe ac nullo neque diuino, neque naturali iure cenſeri. Ex his verò intelligere facile eſt, verum non eſſe quod ſcribit doctiſsimus alioqui Abbas Panormit. in conſil. 84. volumin. 1. num. 7. & in cap. cum olim, num. 23. de re iud. obtemperandum eſſe Principi, qui iubeat aliquem in dicta cauſa interfici illiuſvè fortunas ſeu bona proſcribi, quia dicat præſumendam * eſſe iuſtã cauſam in Prin- 11
cipe cum id iuri diuino, naturali, atque gentium ex profeſſo repugnet, illius quanuis ſententiam ſequatur Cagnolus in l. velle, n. 15. ff. de regul. iuris, & Villalobos in ærario, verbo, officialis, num. 33. minus rectè illam communem eſſe opinionem affirmãtes. * Nam imò contraria eſt magis com- 4
munis opinio, vt apparet ex Felino in cap. 6
quæ in Eccleſiarum de conſt. & alijs, quos refert Molin. de primogeni. lib. 3. cap. 3. num. 19. * Sed neque ex diuerſo illud probo, quod ſcriptum reliquit Ioann. Andr. in capit. 1. de priuileg. lib. 6. reſcriptum Principis quod * aduerſus communem vtilitatẽ 12
datum ſit obediendum non eſſe, ſed arrep-

tum

tum de manibus exhibentis vnguibus lacerandum esse, vel dentibus. Etenim vt exequendum non sit certè vituperandum non est, sed suspiciendum potius, atque honorificis verbis deprecandus est, princeps, vt de ea re deliberet maturius: sicuti apparet ex capit. siquando, de rescript. & quæ illic tradunt veteres, & recentiores,

SVMMARIVM.

Tributorum seu publicarum functionũ exactio quæ iure, scilicet, debeantur paratam executionem habet. num. 1.

An executio locum habeat pro tributo illo quod maiores nostri Rege Ramiro vouerunt Diuo Iacobo apud Clauigium. num. 2.

Primæ Partis.

§. VIII. De exactionibus tributorum.

HIS verò quæ paratã exe cutionem habent adiungenda est etiam tributorum, seu publicarum functionum exactio, eorum, scilicet, quę iure debeantur * & certa liquidaque sint l. missi opinatores. C. de exact. trib. lib. 10. l. publicas. C. de ferijs l. abstinendum. C. quorum appellat. nõ recipiantur, gloss. Bart. & reliqui in l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, Bald. cons. 111. vol. 1. & 434. vol. 3. Maranth. in Speculo 4. part. distinct. 9. n 65. Suar in l. post rem §. 7. Verũ his de rebus peculiares sunt apud nos tituli in libro Recop. in quibus quid seruandum sit in promptu est videre. Nam de exactione tributorum, quæ ab ærarijs seu capite cẽsis fieri solet, extat tit. 14. lib. 6. de vectigal. habetur in tit. 7. lib. 9. de Portorijs, tit. 22. cum sequenti eodem libro de vniuersitatũ contributionibus tit. 6. lib. 7. * Illisque tantum occurrit, quod addam si exactores tributorum in exigendo negligentes fuerint, cogendos esse ex suo pecuniam repræsentare, ac postea â debitoribus exigere, vt tradit Iason in l. 4. n. 22. ff. de re iud. ex d. l. missi opinatores, quanquam illa in re militari loquitur, proinde an ad alias causas porrigẽ da sit è renata bonus arbitrabitur iudex. * Secũdum hęc igitur (ne rem quotidianam omittamus) & locum quoque habebit executio pro tributo illo, quod Ramiro Rege communi Hispanorum * voto (vnde nomen quoque assumpsit) promissum est Diuo Iacobo ob paratam de Mauris diuinitus victoria apud Clauigium, vbi Apostolus ipse (sicuti pridie Regi ipsi noctu dormienti per visum prædixerat) belligerans hostesque cedens conspicuus visus est eques in acie. Hoc enim votum à maioribus nostris factũ successores quoque obligare, tradit Greg. Lopid. in l. 5. tit. 15. p. 2. verb. *son bienes*, ascititia ad id quędam afferens argumenta, cum habeamus de ea textũ apertũ in c. ex parte, de cẽsib. vbi expressim Romanus Pontifex hoc tributi genus cõfirmat, dũmodo in exigendo antiqua obseruetur consuetudo, id quod sanxit etiam apud nos idem Rex idẽque Imperator egregius Carol. V. in l. 5. tit. 9. lib. 1. Recop. Tametsi Cælestinus Papa speciali beneficio Diuĩ Iacobi indulsit Ecclesiæ, vt præscriptio tẽporis hoc in tributo locum non haberet. Verum hac de re magnæ ad præsens pendẽt lites apud supremos magistratus, qui pro sua rara prudentia, & eruditione statuent, quod magis iuri, & rerum vtilitati consentaneum fuerit.

SVMMARIVM.

Testamentum solemne paratam habet executionem. num. 1.

Legatum an paratam habeat executionem. num. 2.

Diuersis inter se opinionibus certantibus præfertur illa, pro qua consuetudo calculum tulerit num. 3.

Multa iure ciuili contra rationem disputãdi pro vtilitate communi recepta sunt, num. 4.

Sufficit ad executionem legati exhibere in ius clausulam testamenti, in qua legatum continetur. num. 5.

Executio an habeat locum pro prælegato, seu melioratione, quam vocant. num. 6.

Defuncto cauente ne hæres bonorum possessionẽ ante impletum testamentum apprehendat, an parendum sit. num. 7.

Licet inter quotam, seu partem bonorum, & quotam hæreditatis nonnullæ in iure sint differentiæ: cæterum re, aut effectu nihil differunt. numer. 8.

Iure Regio filius, cui factum est prælegatum, trien-

trientis, & quincuncis hæredis loco habetur, num.9.

Appellatione bonorum, & hæreditas interdum continetur.num.10.

Filio in legitima instituto competit remedium legis fin.C.de edict. Diui Adr.tol.num.11.

Legitima est quota bonorum, non quota hæreditatis.num.11.

An filius melioratus sit legitimus contradictor ad impediendum possessionem ab hærede petitam.num.12.

Fideicommissario an competat remedium legis fin.C.de edict. Diui Adr.toll.num.13.

§

Primę partis.

§. IX. De testamento legato, & prælegato, seu melioratione, an paratam executionem habeant.

1 TEstamentum item solemne non cancellatum, neque abolitum, sed quod prima sui figura sine vituperatione appareat * paratam habere executionem notissimi iuris est: quod attinet, scilicet, vt immittatur hæres in possessionem earum rerum jquæ defunctus vltima valetudine, ideſt, mortis suę tempore possidebat. Extat enim de ea re textus, & elegans, & satis vulgatus. in l. fin. C. de edicto Diui Adrian. toll. & illic notat Bald. notabil. 4. Iason 2. Decius. 6. Sapia. 16. Zuchardus. 146. conuenit autem cum ea lege ex nostrati iure, l. 2. & 3. titul. 14. partita 6. & l. 3. tit. 13. lib. 4. Recopilat. de quibus longiorem sermonem fecimus supe rius cap. 5. vnde petere poteris, quę ad hũc locum pertineant. Dispiciamus ergo de legato, an paratam executionem habeat? & in
2 primis constat legatario non competere * remedium legis finalis. C. de edict. Diui Adrian. toll. secundum glossam ibidem, verbo, *ex parte*, cui reliqui omnes ad vnum sub scripsere interpretes. Proinde plerisque placet legatarium non habere ius executiuum, sed ordinario iure experiri debere, inter quos est Alexand. in l. si cum dotem. §. eo tempore. ff. soluto matrim. & in l. ait prætor. §. si iudex ff. de re iudicat. Decius in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. toll. num. 16. Menochius de adipisce. possess. remedio. 4 num. 693. Atque ex nostratibus eiusdem sententiæ fuere. Segura in l. si ex legati causa, num. 64. ff. de verbor. obligat. Suarez in l. post rem. §. sextu. s Anton. Gomez in l. 45 Tauri num. 137. Peralta in l. 1. ff. de legat. 2. num. 85. & eam sententiam probare videtur l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudicat. & apud nos, l. 38. titul. 9. part. 6. Neque Toletana lex, quæ instrumentis publicis ius executiuum tribuit legatario suffragatur, nam de contractuum, & obligationũ instrumentis loquitur, non de vltimis volũtatibus. Cæterum non desunt qui ex cõtrario putent legatario ius exequendi competere, ex decisione Authent. de hęredibus, & Falcidia. §. illud. collat. 1. sicuti illic sentit Accursius, verbo, decreto, & apertius Angel. numer. 57. & Alexand. à se ipso desciscens. in l. fin. num. 13. C. de edict. Diui Adrian. toll. & ibidem Iaſ. nu. 16. & Decius in l. in testamentis, nu. 6. ff. de regul. iuris. Socinus Senior, consil. 103. lib. 3. Alciat. in l. pecuniæ verbum. §. actionis, num. 10. ff. de verbor. obligat. Atque ex nostratibus hanc partem secuti sunt Dueñas regul. 15. ad finem, & Didacus Perez in l. 2. tit. 14. libr. 5. ordin. Quæris in tanta scriptorum discordia vtras ego partes potissimum sequendas arbitrer? Planè ita sentio, vt stricto quidem iure prior opinio verior sit: faciunt namque pro ea vehementer iura illa, quæ principio citauimus: neque Authentica illa de hæredibus, & Falcidia satis contrariam probat sententiam. Porrò altera opinio. quæ legatario executionem tribuit vsu, & fori assuetudine validius increbuit: si cuti fidem certam facit. Didac. Perez loco paulò ante citato. Proinde huic, cui consuetudo annuit moligerandum magis esse iudico. Siquidem diuersis inter se opinionibus certantibus potior debet * esse illa pro qua consuetudo calculum tulerit, l. si de in terpretatione ff. de legibus, l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniuri. s. cap. cum dilectus, & Illic Abb. de cõsuet. diximus lib. 1. cap. 1. §. 11. num. 40. opitulatur, & huic consuetudini pręter superiorum autorum autoritatem (quæ leuis quidem non est) id quod hodie in condendis testamentis vsurpatur, vt testatores plenam faciant testamentarijs executoribus potestatem apprehendendi quælibet hæreditaria bona ad voluntatem suam exequendam. Quod ergo executores exequi detrectant, iudex exequi non male poterit, iuxta ea quæ not. Bart. in l. 2. num. 7. ff. de leg. 2. & denique suppetias fert illud,

quod

quod est apud Iurisconsultum. *Multa iure ciuili contra rationem disputandi, pro vtilitate communi recepta sunt: sicuti in nnmerabilibus rerum docemur exemplis.* l. si ita vulneratus, ad fin. ff. ad legem Aquiliam. Est tamen * 4 hæc opinio intelligenda sanè, ex egregia sententia Guillelmi Bened. in cap. Raynutius, de testam. verb. si absque liberis, num. 191. qui hanc eandem rem agens sic expediendam putat, vt edito in ius testamento præcipiat iudex hæredi, vt intra certam diem rem legatam soluat, quòd si is iustas recusandi causas habuerit, audiatur quidem ordinario iure, sin minus executiua via ad præstandum legatum compellatur: Benedicti autem opinionem sequitur Boerius decisione 295. num. 12. & sentit Alexand. in dict. §. si iudex, & Roderic. Suarez in dicto, §. 6. & mihi miris modis arridet illique fori consuetudinem consentire scio. Sed & illud, haud obliuiscendum erit, sufficere ad hanc rem exhiberi in ius clausulam tantummodo testamenti, in qua legatum continetur: neque esse necesse, vt totum, seu integrum edatur testamentum, vti autor est Bartolus in l. argentarius, §. edi. ff. de edendo, cum quo, tum reliqui scriptores, tum fori communis vsus consentit. Quid verò de prælegato, seu melioratione, an paratam executionem habeat? & sanè si certa res prælegata est * se 5
Quadrantē, & quincuncem, rectè quoque dicere possumus: nā si totam hæreditatē respicimus, triēs rectè respondet, sin assequadrans rectius quadrat.
quendum erit id, quod de legato modo diximus: par enim vnusquisque est. Porrò si trientis, & quincuncis (vulgò tertium, & quintum vocamus) prælegatum factum sit: hic in primis inspiciendum erit, quid defunctus testamento cauerit: nam si dixerit, vt sua autoritate melioratus (vt ita dixerim) possessionem apprehendere valeat, eius voluntas quæ modo iuri aduersa non sit, sequeuda erit, iuxta glossam Bartolum, & reliquos in l. Titia cum testamento, §. primo, ff. delegat. secundo. Boerius decisio. 156. num. 15. sicuti ex diuerso si cauerit ne hæredes hæreditatis possessionem possint * apprehendere donec per suos testamentarios omnibus legatis plenè satisfactum sit aduersus illius voluntatem, quæ sci licet, iuri non fuerit aduersa eundū nō est, 7
sicuti bellissimè scribit Ioan. And. ad Speculat. titul. de instrumentorum editione, §. nunc vero aliqua, additione finali, & Boerius, decisione, 41. numer. 4. Cæterùm si de ea re nihil à testatore cautum sit, hic meritò dubitari poterit, an melioratus in bonorum possessionem mitti debeat. Et sanè Suarez in l. quoniam in prioribus, quæstione 7. numer. 19. in ea est sententia, vt existimet meliorato non competere beneficium legis finalis, C. de edict. Diui Adrian. tollend. Sed via ordinaria experiendum illi esse, quia dicat illius legis beneficium non dari, nisi is qui fuerint instituti in quota hæreditatis, non ijs qui in quota bonorum: (sic enim is, & cæteri loquuntur) ego verò, etsi Suarez opiniones, vt par est vehementer suspiciam, fuit enim iuris vsusque peritissimus: veruntamen quoniam ad fauendum defunctorum voluntatibus, litesque obuiandas propensiores esse debemus, non multum auersum me in ferendis calculis habebunt, qui meliorato remedium legis finalis. C. de edict. Diui Adrian. tollend. & legis nostratis Sorianæ competere putauerint. Quid ita? Primum, quia licèt inter partem, seu quotam bonorum, & quotam hæreditatis * nonnullæ in iure constituantur differen- 8
tię, sicuti apparet, ex l. si quis seruum. §. fin. cum lege sequenti, ff. delegat. secundo, & tradunt illic clasici omnes, & Decius consil. 578. volumin. quarto, numer. 10. Cæterùm re ipsa nihil inter hæc discriminis esse præclarè tradit Paulus de Castro in dicto. §. fin. nu. 2. distant ergo magis verbo quam re, aut effectu, sicuti exemplis ostendit Palac. Ruuios in l. 25. Tauri num. vigesimo sexto. Ergò quod non re, sed verbo tenus distat, quo iure separabimus? Cum leges non verbis, sed rebus magis inseruire debeant, l. 2. C. de legatis, & alibi sæpè. Deinde etsi quod ad ius commune attinet superior tibi non placet argumentatio, at quod ad ius Regium attinet illam tibi non displicere putauerim ex decisione textus, in l. 21. Taur. ea est hodie l. 5, tit. 6. lib. 5. Recopil. qua expressim definitum est prælegatariū tertiæ, & quintæ partis bonorum loco hæredis * haberi, atque pro rata portione æri alieno soluendo obligatum fore: vnde illic Palacios Ruuios, ac cæteri tradunt interpretes sublatam esse per illam legem in prælegato trientis, & quincuncis differentiam illam quotæ bonorum, & quotæ hæreditatis, & idem scribit Couarruuias, libro secundo, variarum, capit. 2. num. 2. Neque legis Regiæ decisioni desuerint iuris communis argumenta, apud quod videmus interdum appellatione * bono- 9
rum hæreditatem quoque contineri, leg. nam quod, §. fin. & duæ leges sequentes, ff. ad Trebellianum, & illic Bartol. & Alexand. Ergo si melioratus hæredis loco habetur in eoque sublata est differentia illa

quotæ bonorum, & quotæ hæreditatis, iam cònstat cessare Suarez argumenta, & consequenter dicendum est, non esse illi denegandum remedium illius, l. finalis, C. de edict. Diui Adrian. tollend. Sed esse cum pro indiuiso proque sua parte in bonorum possessionem mittendum. Hanc verò nostram sententiam confirmat illa Baldi opinio, in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. quæstion. 1. dicentis, etiam filio in sua legitima instituto competere * illius legis remedium, quanuis legitima quota sit bonorum, non quota hæreditatis, vt plerisque placuit, Baldi autem opinioni, etsi à quibusdam reclamatum sit, ea tamen à plerisque recipitur, & nouissime à Menochio de adipiscenda possessio. remedio. 4. quæstion. 22. suffragatur. & nobis eiusdem Bald. sententia eodem loci dicentis, remedium illius legis competere omni hæredi testamentario totæ, vel quotæ, vel partis alicuius reducibilis ad totam, vel quotam (vt illius verbis vtatur) Baldum verò de quota bonorum sentire apparet, eo quod de legitima loquitur: cum ergo hoc prælegatum trientis, & quincuncis ad quotam reducatur, negari illi hoc remedium non debet: proinde licèt Rodericus Suarez, Baldum in suas partes aciscat, ille è contrario pro nobis maximè facit. Ex his igitur absolui non difficulter potest quæstio illa, quam hoc loco tempestiuius * tractandam superius reseruauimus: an melioratus filius legitimus sit contradictor ad impediendum remedium legis finalis, C. de edict. Diui Adrian. tollendo. Nam quando meliorato illius legis remedium damus, dicendum est, si prælegatum valeat legitimum ipsum esse contradictorem in hoc, vt promiscuè cum hærede pro rata in possessionem mittatur, iuxta ea quæ dicta sunt à nobis. capit. 5. conclusione secunda. Quinimo, si filius melioratus iam viuo patre possideret res in melioratione comprehensas, tuendus esset in possessione, si non constaret inofficiosam esse meliorationem, sicuti ex facto respondit Burgos de Paz, consilio 39. numer. 8. Atque eodem spectant, quæ affert Matth. de Affict. decisio. 119. An verò fideicommissario * competat remedium illius legis finalis. C. de edict. Diui Adrian. tollend. tractant post glossam illic clasici omnes, & Anton. Gabr. in volumine commun. opinionum, libro 4. titul. de fideicommisso, conclusione, 4. & Ioseph. Ludouicus, decisio. 47. atque ex nostratibus Burgos de Paz in l. 3. Tauri, 1. part. conclusione 7. num. 958. vbi nostrates leges Regias à iure communi in ea re dissidere scribit. Quod an verum sit pro huius loci angustia dispicere non vacat.

SVMMARIVM.

INstrumentum in iudicio factum in vim contentiosæ iurisdictionis, paratam habet executionem, num. 1.

§

Primæ partis.

§. Decimus. De scriptura, quæ in iudicio fit.

IVre quoque communi paratam habet executionem instrumentum quodlibet, quod in iure, siue apud officium celebratū fuerit id fori calore * & autoritate efficiente. Bartol. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis, & illic Paulus, & Iason, num. 8. idem Bartol. Bald. & Paulus, in l. eum pro quo. ff. de in ius vocando. Alexand. in l. à Diuo Pio, in principio, ff. de re iudicat. Afflictus, decis. 387 num. 1. quod accipiendum est, tamen quando in vim contentiosæ iurisdictionis fit, non si per voluntariam, secundum eundem Baldum, in l. 2. C. de fide iussorum, & Suarez, titul. *de los emplazamientos.* §. sed pone, num. 15.

SVMMARIVM.

IVre Regio instrumentum publicum, seu guarentigium, paratam habet executionem, num. 1.

Quantum ad ius commune, nullum instrumentum paratam habet executionem, ibid.

Instrumentum guarentigium, quid sit, num. 2.

Instrumentum guarentigium Latinè syngrapha dicitur, num. 3.

Lex Toletana, quæ de instrumentorum executione tractat latè copiosè, & luculenter explanatur, num. 4.

Primæ

Primæ Partis.

§. XI. De instrumento publico, seu guarentigio.

POstremò paratam habet executionem instrumẽtum publicum, seu mauis guarentigium, non quidem iure communi, sed Regio potius: nam
1 * quod ad ius commune attinet nullum instrumentum quantumuis publicum, quantumuis authenticum paratam executionem habet, exceptis ijs duntaxat, quæ superioribus retulimus paragraphis, l. minor, 25. annis, num. 41. ff. de minorib. & ibidem Bartol. & Baldus. Cynus, & idem Bart. in l. 1. C. de confessis. Angel. in l. ait Prætor. §. si iudex, ff. de re iudicat. Baldus in l. adoptio. C. de adoption. nisi modo instrumentum clausulam guarentigiam habeat. Alexand. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. soluto matrimon. Boerius, decisio. 295. Suarez ad legem
2 Toletanam, §. 2. Est autem clausula * guarentigia apud Italos nihil aliud, quàm præceptum, quod notarius autoritate à municipali lege, seu statuto, sibi arrogata facit in sponte confessum, quod instrumenti genus apud ipsos dicitur guarentigium, aut confessionatum, secundum Bald. in l. etiam. C. de executione rei iudicat. Cynus, & Baldus, in l. 1. C. de confessis, Bartol. in l. secunda. ff. de recept. arbitris. Quare notarij quibus hæc data est potestas, iudices cartularij vocantur, vt significat Accursius in l. 1. ff. de iudicijs, verbo, qui tribunali. Guarentare verò, apud Thuscos, nihil aliud est quàm firmare, vti apparet ex §. fin autem inter partes, titul. de lege Conradi in vsibus feudorum, vbi Baldus inquit. *Guarentare est verbum Thuscorum, qui appellant instrumentum guarentigiæ firmitatis, & præcisum, cui omnino standum est.* Item probat Iason in l. 1. §. si quis ita, numer. 28. ff. de verborum obligationibus. Itaque instrumentum guarentigium idem sonat, quod firmum, atque ratum, quod
3 * apud Latinos syngrapha dicitur, vt declarant Ciceronis verba, ad Trebatium Iurisconsultum, libro septimo, epistol. *Tanquam*, Inquit, *syngraphan ad Imperatorem non epistolam attuleris, sic pecunia ablata domum redire properabas.* Idem Cicero pro Lucio Muræna. *Pergitis ne vos tanquam ex syngrapha agere cum populo, vt quem locum semel honoris cuipiam dederit eundem reliquis honoribus debeat?* Sueuius in Cæsare. *Cuius pacti non dubitabit à quibusdam iusiurandum, atque etiam syngraphan exigere.* Ex potestate igitur per statuta tabellionibus facta guarentigia instrumenta paratam exe cutionem apud exteros habet. Faciunt hoc idem apud ecclesiasticos obligationes in forma cameræ conceptæ, sicuti edisserit latiùs Antonius Massa Gallesius in peculiari de ea re edito commentario. Apud nos verò extat lex Regia à Catholicis Regibus lata, vulgò Toletana * dicitur, (quia
4 Toleti lata fuit) qua consultissimè cautum est, vt instrumentum omne publicum contractuum, & obligationum executioni demandetur, ea est hodei, l. 2. titul. vigesimo primo, libr. 4. Recopilationis, de cuius intelligentia aliquantisper nobis faciendus est sermo: illius enim causa huius captis materiam aggressi sumus. Rem autem, vt planiùs percipi valeat per ampliationes, & limitationes explicabo, quibusdam interdum corolarijs, seu illationibus (quæ expedire videbuntur) interiectis.

SVMMARIVM.

Clausula guarentigia, quid sit, num. 5.

Scriptorum controuersia melius rationum pondere, quàm partium numero censentur, num. 6.

Leges in difficiliore casu loqui semper videntur, num. 7.

Guarentigium instrumentum apud Italos idem significat, quod publicum, num. 8.

Apud nos instrumenta guarentigia, odiosa non sunt. num. 9.

PRIMA AMPLIATIO. Toletanæ legis.

AMplia igitur primum hanc Toletanam legem, vt instrumentum publicum * habeat paratam executionem, etsi illo adiecta non fuerit clausula guarentigia, ea est clau-

sula illa, qua contrahentes dant potestatem omnibus iudicibus, vt aduersus se faciant executionem perinde, ac si id, quod pactũ conuentum est, re iudicata transactum finitumque foret. Enim verò tametsi Roderic. Suarez in dicta leg. post rem. §. primo, ad legem Toletanam, in contraria fuerit sententia, & illius subscripserit opinioni Couarruu. libr. 2. variarum, capit. 11. qui id vsu receptum esse scribit, & dominus Padilla in leg. prima, §. quanuis, numero secundo, C. de iuris, & facti ignor. & Ignatius Lopez apud Bernard. Diaz. regul. 344. Verùm priori sententiæ plerique astipulantur affirmantes clausulam guarentigiam necessariam hodie non esse, in quibus est Segura in leg. si ex legati causa. Palac. Rub. & Castellus in l. 63. Tauri. Auen. in dictionario, verbo, scriptura, & rursus in titul. *de las exceptiones*. numer. primo. Villalobos in antinomia iuris, littera. L. numer. 21. & illius æmulus Olanus eodem loci, numer. 40. Albornoz de contractibus, lib. primo, titul. 2. capit. 8. Anton. Gomez in leg. 64. Tauri, numer. 4. Didacus Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 3. ordin. gloss. 1. qui posteriores eo nos iure vti testantur. Itaque hanc magis esse receptam, & communem opinionem affirmare possumus. Sed Doctorum autoritatem missam faciamus, * & vtra opinio potior sit rationibus pensemus: scriptorum enim controuersiæ melius quidem rationum pondere, quàm partium numero censentur, & mihi sanè verior probabiliorque hæc, quam sequimur videtur opinio: nam vt omittam eam magis, & rationem habere, & æquitatem, atque conuenire magis verbis illius legis Toletanæ, quæ hanc clausulam guarentigiam non exigit, sed simpliciter contractus publicos exequendos decernit: num demum opinio hæc probari non obscurè videtur nouissimo iure Recopilationis in leg. 19. titul. 21. libr. 4. à Philipo nostro nuper edita, in qua cum ad amussim ordo in executionibus seruandus tradatur, nullo tamen modo huius guarentigiæ clausulæ meminit, sed neque contractus guarentigios exequendos dixit, sed publicos. Publicos autem accipere debemus eos qui à notarijs publicis confecti sunt, neque refert clausulam guarentigiam habeant necne. Innocent. Abb. & reliqui in cap. primo, de fide instrumentorum. Bartol. in leg. si quis ex argentarijs, §. si initium, numero quinto, ff. de edendo. & probat apud nos lex prima, ad finem tit. 18. part. 3. Cùm igitur legum tam aperta sint verba, quid quæso prohibet legum inducere correctionem, vbi manifesto apparet legislatorem ipsum ita statuere voluisse? l. non est nouum. ff. de legibus, cap. primo, de constitut. in sexto, alioqui verbo magis, quàm re leges rogatæ esse viderentur, quod iuri aduersum esse palam est, l. secunda. C. communia de legatis. Quid quod? leges semper * in difficiliori casu loqui videntur, l. quod Labeo, ff. de Carboniano edicto, & ita sunt accipiendæ, vt noui aliquid introducant, ne superuacaneæ alioqui videantur, leg. si ita stipulatus, ff. de iure dotium, Bald. Paul. & Ias. in leg. final. §. etsi præfatam. C. de iure deliberand. Neque me quidem modo aliquo conturbat, quod opinatur Couarruu. suam illam opinionem probari in leg. quinta, tit. 21. libr. quarto, Recopilationis, quo iam in ea scriptum sit confessionem in iure factam exequendam esse iuxta tenorem legis Toletanæ, quæ guarentigijs instrumentis loquitur. Nam cum lex illa Toletana de instrumentis publicis mentionem faciat, apparet hanc alteram legem posteriorem, quæ ad illam se retulit contractus publicos, ac guarentigios pro eodem accepisse, cum iuris sit aperti legem aliam referentem accipiendam esse iuxta legem ad quam refertur, l. vbi autem, §. illud. ff. de verborum obligationibus. Decius consil. 11. & 47. volumin. primo. Adde quòd hoc verbum guarentigij, & apud ipsos Italos idem * significat, quod publicum, vt apparet ex ipsis iuris armarijs, Bartolo, & Baldo in l. 1. ff. de ijs, quæ in testament. delentur, atque ex Salyceto in l. super ea. C. mandati. & Eguina, in titul. quibus modis re contrahitur obligatio. *particula finali*. Denique ego ita sentio, & ita mihi semper persuasum habui, cum leges Regiæ hanc clausulam guarentigiam in instrumentis publicis exequendis non exigant superuacuum (ne dicam superstitiosum & vanum) fore huiusmodi obseruationem (quæ verbis magis quàm re consistat) in ius introducere, videnturque mihi hoc loco interpretes, qui contrarium sentiunt nihil aliud facere, quàm quod est apud Terentium in Andria, *Faciunt*, inquit, *ne intelligendo, vt nihil intelligant*. ¶ Ex hoc autem illud nobis deducere licèt, tametsi iuris communis interpretes agitantes quæstionem illam, an statuta quibus ius exequendi instrumentis publicis impertitur fauorabilia sint, an potiùs odiosa; ita distinguunt, Aut statuto cautum est, ve

Id est valde intelligendo. Corollarium.

est, vt instrumenta paratam habeant execu tionem, etsi clausulam non habeant gua-rentigiam, & odiosa sunt, quia iuri commu ni repugnare videantur: aut clausulam gua rentigiam ad eam rem exigunt, & odiosa non sunt, sed fauorabilia potius: sic placuit Angelo in le. si marito, §. si voluntate, ff. soluto matrimon. Imolæ in leg. si cum dotem, §. eodem autem tempore, eodem tititul. Campecio, qui luculenter rem explicat in tractat. de dote, quinta part. quæstio. 111. Antonio de Canario, de executione instrumenti, quæstio. 1. numer. 9. Verum, quòd ad nostrates leges Regias attinet cum illæ (vt diximus) clausulam gua-
9 rentigiam non exigant, dicendum * erit (esto fauorabiles non sint) odiosas tamen eas non esse, siquidem ius nostrum Regium non statutorum, sed potius iuris communis naturam habet, secundùm Palac. Ruu. in repet. rubric. de dona. inter. in principio, num. 8. quo cum nostrates ad vnum consentiunt interpretes omnes. Quinimo huiusmodi leges fauorabiles esse, & lex ipsa Toletana significare videtur, dum ait: *En fauor de los mercaderes, è otras personas.* Non sunt ergò audiendi Suarex in dicta leg. post rem. §. primo, ad legem Tolet. & Mõtaluus in repertorio, verbo, obligatio. necnon Auilesius in capit. correct. cap. 10. num. 1. qui sequentes ea, quæ de statutis ea in re tradunt interpretes, scribunt nostrates leges, quibus instrumentis publicis ius executiuum tribuitur, odiosas esse, non animaduertentes nostratum legum naturam ab statutorum diuersam esse, nec odio itẽ, vt illa laborare. Et hęc hactenus de prima Ampliatione.

Secunda Ampliatio.

AMplia secundo, hanc Toletanam legem, vt non solùm instrumentum publicum, habeat paratam executionem, sed etiam si sit authenticum *, & non 10
publicum, eandem habeat prærogatiuam. Hoc vt intelligamus admonendi sumus instrumentum publicum ab authentico eò differre, quod species à genere, publici enim appellatione continetur, duntaxat instrumentum illud, quodà notario publico confectum fuerit. Authentici verò appellatio latius patet, atque non solum complectitur instrumenta publica, sed & cætera omnia quæ per se fidem faciunt, qualia sunt ea quæ ab Episcopis, Ducibus, & cæteris magnatibus conficiuntur
* eorum impresso sigillo, ea enim etsi pu- 11
blica non sint, quia tamen authentica sunt per se fidem faciunt, vt in capit. post cessionem. de probatio. & illic omnes leg. 114. tit. 18. part. 3. & hanc publici, & autentici differentiam scribit Abb. in cap. 1. de fide instrumentorum. num. 2. & illic reliqui omnes. Hoc igitur authenticum instrumentum, etsi publicum non fuerit exequendum tamen esse dico: siquidem Toletana hæc lex non solum contractibus publicis hoc ius executionis tribuit, sed etiam cæteris omnibus instrumentis obligationum quæ certa fuerint. Illius enim verba (quatenus ad hunc locum attinet) sic se habent. *Mandamos, que cada è quando los mercaderes, ò otra qualquier persona, mostraren ante los Alcaldes, è justicias de nuestros Reynos, è Señorios, cartas, è cõtratos publicos, è recaudos ciertos de obligationes, que ellos tengan contra qualesquier personas, de qualesquier deudas que les fueren deuidas, que las dichas justicias las cumplan, è lleuen a deuida execucion.* Illis ergo verbis: *recaudos ciertos de obligaciones*, quid aliud significare voluit lex quàm Authenticum instrumentum? Neque enim Authentici verbum aliud quidem significat, quàm quod certam * & indu- 12
bitatam habet fidem, secundum Alciatum lib. 2. Parergon. capit. 46. & Couarru. practicar. quæst. cap. 19 num 1. Me quoque in hanc impellit sententiam Baldi autoritas, in leg. contractus. C. de fide instrumentor. dicentes contractibus qui à Regibus, & cæteris magnatibus in schedulis fiunt inscriptis ce-

SVMMARIVM.

NOn solum instrumentum publicum cum paratam habet executionem, sed etiam si tantummodo sit Authenticum, & non publicum, num. 10. & seq.

Authenticum instrumentum, quid sit, numero, 11.

Instrumenta confecta ab Episcopis, cæterisque magnatibus illorum impresso sigillo authentica sunt, num. 12.

Contractus qui à Regibus cæterisque magnatibus celebrantur in schedulis, in scriptis celebrati censentur, num. 12.

tis celebratos esse intelligi debere. Secundùm hæc igitur dicendum est, instrumentum factum à notario curiæ de rebus ad rem publicam pertinentibus exequendum esse: authenticum enim esse negari non potest, & probat. l. 1. titul. 26. lib. 4. Recopilationis. * Quanuis aliud tradat Azeuedo in l. 1. titul. 21. lib. 4. Recopilat. num. 31. *

SVMMARIVM.

Instrumenta publica, etiam in alio Regno confecta isthic paratam executionem habent, num 13.

In his quæ pertinent od ordinem iudicis spectandus est locus fori, vbi lis agitatur, numer. 13.

Instrumentum longè allatum, quando exequendum sit, num. 14.

Si instrumentum longè allatum falsi arguatur comprobari debet, num. 15.

Notarium quem esse quemadmodum probetur. num. 16.

Cautela, vt instrumentum peregrè allatum fidem faciat, num. 27.

Tertia Ampliatio.

AMplia tertio, vt non solum instrumenta publica in hoc Regno confecta paratam executionem habeãt, sed etiam si extraneo in Regno confecta sint: pari quo- 13
que modo exequẽda esse, si isthic * illorum petatur executio. Nam licèt quod pertinet ad litis decisionem spectandus sit locus cõtractus non iudicij, verum quod attinet ad iudicij ordinem non locus contractus, sed iudicij est potius spectandus, l. 2. C. quemadmodum testamenta aperiantur. Bartol. & illic Iason, numer. 58. in l. cunctos populos. C. de Sacrosanct. Eccles. idem Iason in leg. à Diuo Pio, §. sententiam, numer. 7. ff. de re iudicat. & in leg. si non speciali. numer. 2. C. de testament. Huius nostræ sententiæ, seu ampliationis actor est Baldus rerum forensium vir maximè callidus in leg. prima, quæstione quarta, C. ne filius pro patre. quem in argumento nostræ legis, trahentes sequuntur Palat. Ruu. in Rubrica, de donat. inter. in princip. numer. 23. & Gregor. Lopides in l. 8. titul. 18. partita 3. gloss. final. sentit quoque id Suarez in l. post rem, quæstio. 5. numer 14. & Anton. Gomez in l. 64. Tauri, numer. 8. ac Didac. Perez in l. 4. titul. 8. libr. 3. ordinament. Sed ecce aduersarius tale instrumentum, * ita longè allatum falsi arguit, quæro an exequendum putes? vel an potius illo vtens necesse habeat tabellionis fidem comprobari? Et planè in ijs instrumentis, quæ non ita longè afferuntur si falsi arguantur expeditissimum est fidem non facere, nisi modo tabellionis fides nota, testataque sit: vel nisi eo vtens tabellionis * fidem comprobauerit. Non enim 15
quis notarius esse præsumitur, nisi probetur. Bald. in Auth. ent. sed nouo iure. C. si certum petat. Suarez in l. post rem. §. sed pro euidentia, & hanc communem esse opinionem plurimorum habemus testimonium. Aleiat. in tractat. præsumption. regula tertia, præsumptio. 13. Craueta de antiquitat. temporum. 3. part. Boerius decisio. 36. numer. 8. Viuius libr. secundo, opinio. 195. & probat hoc apud nos leg. 15. titul. 18. part. 3. & illic tradit Gregorius, verbo, *abrigue*. Notarius autem quomodo * probetur, tradit Iason & reliqui in leg. 16
Barbarius, ff. de officio præsidis. Afflictus decisio. 245. & 251. & Olan. in concordia iuris, verbo, instrumentum, numer. 222. & nos fortasis quoque dicemus in prima limitatione. Porrò in proposita specie, quando instrumenta ita à longinquo afferuntur dubitationis est, an fidem sine comprobatione faciant: & Azo autor est, si eiusmodi instrumentum non sit cancellatum, neque alio quopiam vitio laboret, sitque eo vtens vir bonus, atque integræ fidei, fidem omnino instrumento esse dandam. Est autem Azonis locus in Summa, de fide instrumentorum, in principio: & idem placuit eodem loci Gofredo, & Speculat. titul. de instrumentorum editione, §. restat, numer. 6. placuit idem quoque Angelo in Authentic. de hæredibus, & Falcid. §. hinc nobis, & Abbati in capit. 1. de fide instrum. column. 6. neque displicere videtur Alex. consil. 150. volum. 6. numer. 8. Pleriq; tamen scriptores in contrariam sententiam feruntur, in quibus Bald. in l. comparationes, colu. 4. C. de fide instrum, & illic quoque Cynus, & Salycet. Alberic. in leg. Barbarius, ff. de offic. Prætoris. Cardin. in Clemen. 1. de Procur. quæst. 3. Ioan. Andr & Ant. de Butrio, in c. 1. de fide instr. Lanfrancus de Oriano in ca. quoniam contra, §. de fide instru. nu. 5. Aflict. decis. 251. qui omnes tradunt talia instrumenta, ita longè

allata

allata fidem non facere, nisi tabellionis fides comprobetur, & hanc communem esse opinionem affirmat Viuius libro secundo, opinione 148. & Emanuel Suarez in thesauro recept. sententiarum, verbo, instrumentum, quamobrem, vt hæc instrumenta, quæ ita peregre afferuntur fidem fa
17 ciant, illa solet adhiberi * cautela, vt præter tabellionis principalis signaculum aliorum itidem duorum, aut trium tabellionum testimonia adiungantur, qui fidem faciant tabellionem illum, à quo confectum est instrumẽtum, verum, legitimumq́, esse tabellionem: nam tum plena ei fides adhiberi debet. Hanc sanè cautionem scribũt Cæpola, cautela. 54. & Felin. in cap. post cessionem, de proba. fallentia. 6. Boerius quoque decis. 154, nu. 5. Lanfranc. in cap. quoniam contra, loco modo citato, & hoc iure vtimur. Tantundem quoque iuris erit si iudicis illius autoritas, vbi acta res est, instrumento accesserit: sicuti tradit Cępola dicta cautela 54. & Boerius decis. 154. Illud tamen obliuiscendum non erit, (quod Lanfrancus de Oriano loco superiori recta admonet (vt congruentia sint huiusmodi tabellionum affirmatorum testimonia nõ satis esse, si dicant tabellionem (cuius nomine subscriptum sonat esse instrumentum) eum publicum tabellionem esse, sed vt amplius testificentur signaculum quo subscriptum est esse huius ipsius: cum fieri possit, vt tabellio sit legitimus, & tamen scriptura non eius manu, sed alterius conficta sit. Sed neque minùs meminisse debemus hãc, quam diximus, comprobationem necessariam non esse, si de paruo agatur præiudicio, & ipsius iudicis motus cum ipso instrumento concurrat, secundum Innocent. & Ioann. Andr. in cap. 1. de clericis peregrinis. Bald. in Authent. sed nouo iure. C. si certum petatur. Antonius de Butrio, in capit. 1. de fide instrumentor. Quando verò instrumentum ita longè allatum alienigeno sermone scriptum est, quemadmodum in nostrum vernaculum sermonem interpretandum sit, vt fidem interpretatio faciat, consulito Bart & reliquos in l. 1. §. fin. ff. de verbor. obligatio.

SVMMARIVM.

INstrumentum guarentigium habet paratam executionem, etiam quantum ad ea, quæ ex eo tacite comprehenduntur, num. 18.

Quod ex instrumento tacite colligitur pro expresso haberi debet, num. 19.

Instrumentum de dote recepta exequendum est, etsi de ea restituenda tantum non sit, nu. 20.

Additiones in publica subhastatione autore tabellione factæ paratam executionem habent, num. 21.

Res quæ in publica subhastatione veneunt, non nisi præsente pecunia adduci debent, numero, 22.

Quarta Ampliatio.

AMplia quarto, vt non solum instrumenta publica paratam habeant executionem quantum attinet ad ea, quæ in illis expressim, aut principaliter cõtinentur, * sed etiam 18
quantum ad ea, quæ in illis, aut tacitè, aut in directè comprehenduntur. Anton. & Abbas, in capit. cum olim, de censibus. Bart. & Bald. Angelus, & Imola in l. 1. ff. de his, quæ in testamento delentur: idem Bald. in l. vbi adhuc, column. 4. C. de iure dotium. Alex. in l. iurisgentium. § quod ferè, ff. de pactis. Iason in l. cum filius, nu. 10. ff. de verborum obli. Specul. de instrumẽtorum editione, §. restat. num. 42. Decius cons. 507. volum. 4. num. 6. idque de ea re consultus multis confirmat: idem Alexand. cons. 126 volu. 6. & tradit sedulo Suarez in dicta l. post rem, extensione secunda: testatur communem esse opinionem, Anton. Negusan. de pigno. 2. part. 4. membro, ad finem: etenim id quod tacitè ex instrumento colligitur * ipsius instrumenti tenor censetur, pro 19
expresso̅que haberi debet, l. cum quid. ff. si certum petatur, l. asse toto. ff. de hæredi. instituẽ. l. iuris gentium, §. quod ferè, & illic Angel. & reliqui. ff. de pact. Felinus in cap. translato. de constitu. Anton. Gallesius ad formulam cameræ, tertia parte, considratione secunda, vbi luculenter declarat, & Boerius quoque, decisione, 313. numero decimoquinto.

Ex quo illud infertur, cum pro restituen *Corolariũ.*
da dote stipulatio, etsi adiecta non fuerit ipso iure supposita intelligatur: vt in l. 1. in princip. C. de rei vxor. actione, exequendum esse instrumentum * publicum, in 20
quo dotem à se receptam maritus confitea
tur, etsi de dote restituenda nihil cautum fuerit. Baldus in l. ad probationem prima, C. de probatio. vbi ait fuisse primum consi

lium, quod vnquam dederit ipse idem, rursus scribit idem in l. 1. §. 1. C. de rei vxor. acti. Bartol. & idem Bald. in l. 1. ff. de ijs. quæ in testamento delentur. Bald. nouellus de dote. 6. part. priuilegio 2. num. 12. Anto. de Canario, de executione instrumẽti, quæst. 29. Suarez ad legem Toleti, extẽsione secunda: Anto. Gomez in l. 64. Tauri, num. 6. & hanc communem esse opinionem, affirmat Iason in l. cum filiusfamilias, num. 10. ff. de verbor. obligat. qui omnes ad hanc sententiam allegant textum benefacientem, in l. si duo patroni, §. Marcellus, ff. de iureiurando.

Alterũ eo rollarium

His quoque consequens est dicere, additiones, quæ publica in subhastatione autore tabellione fiunt (*vulgò remates appellamus*) paratam executionem habere: quan-
21 uis interdum * in ijs promissio emptoris, seu obligatio inscr ibinon soleat: attamen cum tacite intelligatur pro expressa haberi debet, num maximè ex Regia decisione, quæ non aliud quicquam ad contrahẽdam obligationem postulat, quam vt appareat quoquo modo quem se obligare voluisse: ea est lex secunda, tit. 16. lib. 5. Recopil. de qua alibi longiorem sermonem fecimus. Accedit his harum subhastationum eam esse naturam, vt res quæ illic veneunt non in
22 creditum *, sed præsenti pecunia addicantur. l. à Diuo Pio. §. si emptor, ff. de re iudicata: suffragatur, & Bald. sententia in l. contractus, C. de fide instrumentorum, dicentis contractus, qui in schedulis per subhastationes fiunt in scriptis celebratos intelligi. Quod igitur in militari subhastatione singulari iure receptum comperimus, vt parata executionem habeant, sicuti ostendit, l. 32. tit. 26. part. 2. id hodie, & ad cæteras omnes subhastationes pertinere dicendum est.

SVMMARIVM.

INstrumento publico causa necessaria non est num. 23.

L. 4. tit. 11. lib. 5. Recopil. explanatur. nu. 24.

Quinta Ampliatio.

AMmplia quinto, instrumẽtum publicum exequendum esse, tametsi in eo
23 obligationis * causa adiecta non fuerit. Bald. in l. sicut. C. de repud. hæredi. Decius in consi. 682. volum. 5 Segura in l. si ex legati causa, versicul. ad tertium, ff. de verborum obligatione. Suarez in l post rem. notabili, 3. num. 8 & in. §. pro euidentia, num. 5. Gregor. Lopides in l. fin. tit. 13. partit. 3. verbo, *señalada*. Auendaño titulo *de las excepciones*, nu. 21. & licèt non desint qui reclamẽt, in quibus Iaſ. in l. tale pactum, num. 5. ff. de pactis, & Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. glossa. 1. & Olanus in concordia iuris, littera. D. num. 8. Porrò hanc veriorem esse opinionem apparet, ex ijs quæ fusius tradidimus superius, cap. 3. in fin. quæ hic minimè repetere licet: nam eandem cantare cãtilenam veteri prohibemur dicterio. Neque quemquam deterreat, lex. 4. tit. 11. lib. 5. Recopilationis: qua cautum est in mercibus distrahendis sigillatim exprimenda * 24
esse genera mercium, ac pretium illarum: nam loquitur in speciali casu emptionis, & venditionis mercium: & ad cætera obligationum genera, quæ plurima sunt trahenda est minimè. Iamq; expressio mercium, quam lex postulat cum causa obligationis de qua agimus, nihil commune habet.

SVMMARIVM.

ETiam si instrumenta verba in futurum cõcepta fuerint, executionem merentur, num. 25.

Circuitus semper est vitandus, num. 26.

Qui promisit obligaturum se per instrumentum iam tum obligatus est, num. 27.

Ampliatio Sexta.

AMplia sexto, vt instrumnetũ executioni mãdandum fit, nõ solum si ipsius verba * præ 25
se præsentem ferant effectum, sed etiam si in futurũ concepta fuerint: veluti, exempli gratia, promisit publico instrumento facturum me tibi intra certam diem obligationem pro centum. Sanè si lapsa sit dies, potero statim sine alia oblitione ex instrumento illo conueniri. Huius sententiæ fuit Ioann. Andr. apud. Specul. tit. de obligat. & solut. in Rubric. colum. 1. & sequuntur Alexand. Socin. & Ioson, in l. cum fundus, §. seruum, ff. si certum petat. Roman. singular. 183. Matthæus de Afflict. decisi-

decis.61.in princip.Boerius decis.183.nu. 13.& denique amplectuntur eam alij quã plurimi, quorum nomenclaturam refert Tiraquel.de retract.cõuentio.§.fin.quæst. 26 5.numer.26.Horum illa est ratio, * quia circuitus semper est vitandus,l.cum fundus §.seruum tuum imprudens,ff.si cert.petat. l.dominus testamento.ff. de condictio. indeb. Clementina auditor de rescript. Huc pertinet quod Paul.de Castro respondit cõ sil.52.lib.2. eum qui promisit obligaturũ se per instrumentum si per eum steterit quo minus se obligaret,habendum pro obligato,posseque tanquam instrumento obligatum conueneri. Itaque clara voce Paulus nostram hanc ampliationem confirmat.Cõ firmat eam itidem quod à plerisque proba- 27 tum est * promissionem deliberando pare re exceptionem aduersus agentem, non secus,ac si iam liberatio facta fuisset. Bal.Salicetus,& Corneus in l.si creditoris.C. de fideicom.Bart.Angel.& Iaf.in l. si intra. ff. de pactis.eodem pertinet etiam quod cautum est apud nos,in l.6.tit.6.libr.5.Recopil.Meliorationem quam pater per titulũ oneroſum filio facturum promisit quamuis viuus non fecerit, eo tamen decedente pro facta habendam esse.

SVMMARIVM.

INstrumentum publicum etiam in foro Ecclesiastico paratam executionem habet.n.28 Clausula in forma Cameræ Apostolicæ paratam executionem habet,num.29.

Ampliatio Septima.

AMpliãda est prẽterea lex illa Toletana, vt locum quoque habeat in foro 28 Ecclesiastico,* atque inter Ecclesiasticas personas,secundum Bart. sententiam, qui id in similibus recepit statutis in l. cunctos populos. num.29.C.de summa Trinit. illiusque opinionem sequuntur Lapus allegatione. 81. & Calca.consil.7.atque ex nostratibus Suarez in leg.post rem, amplatio. 8. & Dominus Couar.in.pract.quæst.cap.8conclu..5. num.5.Auilesius in cap.correct. capit. 10. uum.56.& benedictus quoque de Barces in tract.guarentigio 1.part.quæst.4. & quanquam cæteri non temere repugnent, vt est videre apud Felinum,& Decium in cap.Ecclesiæ sanctæ Mariæ,de constitut.& Villalobos in antinomia iuris, in princip. num. 14.Verumtamen cũ opinio hæc fori assuetudine probata sit,quod publico assensu testatum est,in discrimen adduci non oportet.Fori enim consuetudo seu stylus(quem vocant)vice legis habetur l. cum de interpretatione.ff.de legibus.l.Labeo.ff.de statu liberis.cap.quam graui,de crimine falsi. Petrus de Bellapertica.Cynus & reliqui in l.2.C.quæ sit longa consuetudo.Cassanæus in consuetudinibus Burgundiæ Rubrica 1. numer.8.Boerius consil.8.Additio ad Abbatem in proœmio Gregoriano,additione 1.Hippolytus singul.118.Quodsi quid dubij adhuc esse illi occursum est hodie tabellionum cautione,qui ne,qui obligationum instrumentis * adijcere solent clausulam 29 in forma cameræ Apostolicæ, quæ executionem paratam præsefert, vt ex|professo edisserit Anton. Massa Gallesius speciali de ea re edito commentario.

SVMMARIVM.

INstrumentum confectum à notario regio,qui non sit de numero tabellionum, executionẽ non meretur,num.1.

Lex prima,titul.25.libr.4.Recopilat. explanatur. num.2.

Rescripta principum non intelliguntur leges abrogare,nisi id expressim dicatur.num.3.

Tabelliones de numero qui dicantur,num.4.

Tabellionibus numerarijs deficientibus regij tabelliones eorum possunt vices supplere,nu.5.

Absentia à suo domicilio non præsumitur.num. 6.

Quando vnus tantum est notarius in populo, an de numero dicatur.num.7.

Vnitas non est numerus,sed principium numeri. num.7.

Leges in plurali loquentes, & in vno locum sortiuntur.num.8.

Imperiales aut Apostolici notarij inter seculares personas conficere instrumenta non possunt.num.9.

Creãdorum tabellionum potestas ad supremam regis maiestatem spectat.num.10.

Quem esse notarium quemadmodum probetur. num.11.

Sufficit probare tabellionem publice eo munere fungi.num.12.

Lex 115.titul.18.part.3.explanatur.numero,13.

Primæ partis.

§. Duodecimus. De limitationibus, seu exceptionibus, in quibus instrumentum publicum paratam non habet executionem.

PRIMA LIMITATIO.

HActenus de ampliationibus, nunc de limitationibus pauca dicamus. Ac primo limita hanc Toletanam legem *, vt locum [1] non habeat in instrumento confecto à notario, Regio qui non sit de numero tabellionum illius loci, vbi confectum est instrumentum. Etenim tabellionibus numerarijs tantum, non alijs extra curiam Regiam, & aliquos speciales casus concessum est nostrati iure [2] * contractus, & testamenta conficere, vt est sancitum in l. 1. tit. 25. lib. 4. recopilationis & in l. 10. tit. 17. lib. 9. eiusdem volumin. Quod propter reprimendam regiorum tabellionum multitudinem lex Regia sanxit. Ergò instrumenta, quæ ab alijs notarijs quam numerarijs, confecta fuerint exequenda non erunt, iuxta Baldi sententiam in l. ex eo tempore. ff. de testam. militis Marcus Antp. in prin. Institut. de milit. testam. num. 3. & 9. Rebuffus ad constitut. Gallicas, tit de literis obligat. art. 2. glossa prima, num. 51. Atque ex nostratibus anno tat Suarez in l. post rem, §. pro euidentia, n. 24. & Greg. Lopides in l. 2. tit. 16. part. 3. verbo, *vezinos*. Solet sanè in diplomatis titulorum, qui regalibus istis notarijs dantur, comprehendi, vt possint ij quoscunque cõtractus, quæcunque instrumenta conficere: at qui ea verba non ita accipienda sunt, vt [3] leges regias vllo pacto abrogare * videantur, cum Principum rescripta nunquam leges abrogent, nisi id in illis expressim caueatur iuxta textum, & illic tradita in l. fin. C. de precibus Imperat. offer. De numero autem putat Auendañus in cap. correct. 1. part. capit. 10. non dici nisi eos qui ab vni- [4] uersitatis ordine * fuerint nominati: placet itaque illi de numero non dici, nisi modo ab vniuersitatis ordine internumerarios relati fuerint: nullum tamen ad eam rẽ efficax aliquod affert argumentum, nisi quod dicat ita Regiã illam legem sentire. Sed rogo te, si placet, vt breuiter dispiciamus an hæc Auendani vera sit opinio. Ego verò in primis animaduerto illius regiæ legis verba nihil Auendaño opitulari, & si qua in vetustis erant exemplaribus, quæ illi suffragerẽtur: certe hodie in hac noua recopilatione desiderantur, proinde totum suæ opinionis corruit fundamentum. Deinde existimo de numero non minus dici eos, qui à Rege vel magnatibus inter numerarios delecti fuerint, quam ij qui à populo, neque in ea re diuersitatis causam probabilem aliquã offendo. Satis est ergo, vt quis in albo, seu miracula numerariorum relatus sit ab eo qui eligendi potestatem habeat: vt de numero dicatur, l. matriculam. C. de agentibus in rebus, lib. 12. & l. petitione. C. de aduocatis diuers. iudi. l. nulli. C. de nume. & actuarijs lib. 12. l. scribarios. C. de testamento militis, & quę illic à doctoribus traduntur: proinde non inuitus ab Auendani opinione discedo Admonendi tamen sumus regiam illam legem locum haudquaquam habere * [5] quando contingeret tabelliones illos numerarios ab opido abesse, vel interpellati suũ noluerint officium impertiri: nam tum cæteri supernumerarij seu regij tabelliones instrumenta conficere non prohibentur. Pala. Ruu. in l. 3. Tauri, num. 40. Auendanus in dicto cap. 10. Gregor. Lopez in l. 11. tit. 13. part. 6. verbo, *de Concejo* quæ Ioannis de Platea fuit opinio in l. fin. §. hoc autem obseruandum. C. de re militari, lib. 12. & Angeli in l. si vacantia. C. de bonis vacantibus, lib. 10. & probatur non obscure in Authẽt. de tabellionibus. §. 1. in fin. Absentiam verò non præsumemus, quia semper quis præsumitur præsens esse in suo * municipio, ni [6] si probetur absens, secundum Bart. in l. is potest. ff. de adquirend. hæredit. nu. 16. & Balbum de præscr. 4. p. principali. §. 3. Alexand. consil. 220. volum. 6. num. 4 Quidvè si in municipio vnus tantum sit vniuersitatis notarius, an is de numero dicatur? Mouet quæstionem, quod vnitas non sit numerus sed potius * principium numeri, secun- [7] dum glossam in l. si quis ante. ff. de acquirend. possess. Auget dubitationem, quod lex regia de numero multitudinis loquitur: at lex de pluribus loquens in vno locum non habere videtur. Sed commodius est vt dicamus hic legem regiam locum habere, siquidem leges in plurali numero loquentes

& in

&in vnoquoque sortiuntur locum si vtrobi
8 que par ratio * versetur, glos. in l. ait prætor §. negotia. ff. de negotijs gestis, Bald. in l. 1. C. de cõditio. insertis. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 21. num. 8. Verùm hic eandem vtroque casu rationem versari cõstat, cum vt diximus propter coercendam extraordinariorum tabellionũ turbam lex lata fuerit ipsius, vt exordium ostendit. Quando igitur regales notarij conficere instrumenta non possunt, nisi ijdem numerarij fuerint, palam est multominus id Imperiali
9 bus, aut Apolicis * licere, vt expressim cautum est in l. 19. tit. 25. lib. 4. Recopilationis, quam iuri communi conuenire appareret, ex ijs quæ notat Palatius Ruuius in repet. rub. de dona inter. in principio, & Boerius decis. 242. Afflictus decis. 245. & in cõstitut. Neapolitana, lib. 1. Rubrica, 73. numer. 35. & Cregor. Lopez in l. 45. titul. 6. part. 1. Sed & numerarios tabelliones, ita demum conficere instrumenta posse intelligendum est, si prius a Regia suprema curia probati fuerint, iuxta l. 2. tit. 25. lib. 4. Recopilatio. id quod simul iustissimè, simul consultissime statutum fuit: partim vt illorum stultitiæ obuiam iretur, quæ frequens solet esse, vt inquit. l. 4. titul. 19. part. 3. partim, vt Regiæ potestatis ratio haberetur quoniam ea creandorum tabellionum potestas ad supremam Regis maiestatem po-
10 tissimum * spectat, secundum Innocenc. & reliquos in cap. cum. P. tabellio. de fide instrument. & Ias. in l. Barbarius. ff. de offic. prætoris, num. 48. l. actuarios. C. de numerarijs, libr. 12, l. 3. titul. 13. part. 3. Et sunt hæc foro quotidiana satis: sed illam non minus assiduam quæstionẽ attingamus. Reus, in quem facta est executio inter opponendum, seu in oppositione allegat instrumentum esse falsum, aut obijcit à verò tabellione confectum non esse. Quæro an debeat actor tabellionis comprobare autoritatẽ?
11 Et par est inter scriptores omnes * sententia, debere actorem probare eum à quo instrumentum editum fuit, verum esse tabellionem. Innocent. Abb. & reliqui in capit. 1. de fide instrumentorum. Bartolus, Baldus, Ias. & reliqui in l. Barbarius. ff. de officio, prætoris. Gregor. Lopez in l. 116. tit. 18. part. 3. glossa 1. Cæterùm, vt in hoc scriptores conueniunt omnes: ita in illo dissentiunt maximè: ijsdemque modum fieri probatio debeat. Alijs namque placet necesse esse docere tabellionem legitimum habere officij sui titulum, neque satis esse probare eum tanquam publicum tabellionem illo munere fungi: huius sententiæ fuere Speculator, titul. de instrumentorum editione. §. restat. num. 32. & ibidem Ioan. Andr. versic. *Illud autem*. Azo in Authent. de fide instrumentorum: & hanc opinionem alios quàm plures referens testatur cõmunem Alexandr. cons. 138. volum. 1. & Iason. in dict. l. Barbarius. numer. 48. Horum illud est fundamentum, quoniam alioqui fieret, vt communis error populi faceret tabellionem eum, qui tabellio non sit, quod iuri aduersum esse videtur, l. priuatorum. C. de iurisdictione omnium iudicum. Alij verò ex diuerso satis esse aiunt, si pro-
12 betur tabellionẽ publicè eo * munere fungi, quoniam ex eo præsumendum sit, eum legitimum habere titulum. In hac sententia fuit Innoc. in cap. 1. de fide instrument. num. 2. & ibidem Abb. numero 3. Bartolus quoque in dicta, l. Barbarius, numer. 6. in lectura, & ibidem Fulgosius column. penult. Angelus etiã in l. 2. ff. ad Macedonia. Ioan. Faber in §. sed cum aliquis. Institut. de testament. Et hæc vtique opinio sequẽda nobis est, quoniam ea nostrati iure recepta est expressim in l. 115. titul. 18. part. 3. Quæ
13 in tanta quanta modo * audistis autorum contentione: & dissensione plurimi est facienda sanè. Est tamen, & ipsa accipienda, nisi modò parui momenti causa fuerit, aut nisi notarij fides, & autoritas foro nota testataque sit, nam his duobus in casibus, sine vlla prorsus muneris comprobatione fides habenda est in instrumento, secundùm Baldum in Authent. sed nouo iure. C. si certum petatur. & Albericũ in l. cũ precibus. C. de probationibus. Suarez in dict. l. postrem. §. sed pro euidentia, nu. 34. Greg. Lopez in dict. l. 115. verb. *Auerigũare*. Postremo illud dicere non grauabor quanuis instrumentum à Regio notario factum irritum sit, contractum tamen irritum non esse, aut testamentum, si legitimis testibus factum esse probetur, quando, scilicet scriptura non est de substantia contractus, Bertach. de gabellis. 8. part. membro. 3. n. 32. Burgos in l. 3. Taur. 2 part. n. 1041, Sed neque ad eam rem testibus egemus, cum id expressim lex ipsa Regia declaret.

SVMMARIVM.

EXemplum *instrumẽti publici executionem non meretur. num.* 14.

Instrumentorum tria sunt genera. num. 15.

Origi-

Originalis scriptura, quæ dicatur, ibid.
Protocolum ab scheda quid distet, num. 16.
Protocolum paratam executionem non habet. num. 17.
Etiam si plures tabelliones exemplo subscribant adhuc fidem non facit, nisi iudicis accesserit autoritas, num. 18.
Ad describendum exemplum instrumenti, citandi sunt ij cuia interest. num. 19.
Exemplum descriptum ab successore notarij, fidem quando faciat. num. 20.
Exemplar descriptum ab ipsomet notario, qui protocolum confecit executionem meretur. num. 21.
Instrumentum ex signo notarij ceu nummus ex publica forma, vim capit. num. 22.
Scriptura quam notarius in forma priuata confecit, paratam executionem non habet. num. 23.

Limitatio secunda.

LImitanda est deinde Toletana hęc lex, vt locum non habeat in exemplo instrumenti publici. Instrumentorum * enim exempla fidem non faciunt, ac proinde execu- 14
tionem non merentur, l. 2. ff. de fide instrumentor. l. fin. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. Authent. de triente & semisse. §. & quod sæpè collat. prima, text. in capit. 1. & illic Panormitan. & reliqui de fide instrumentorum: tradũt glossa Bartol. Baldus, Paulus, Iason, & Purpuratus, & reliqui in Authent. si quis in aliquo documento. C. de edendo. Decius consil. 36. volum. 1. & consil. 539. volum. 4. Porrò, vt hoc axioma vndiquaque percipi valeat, tria nobis instrumẽtorum genera consideranda sunt. Primum genus * est scriptura originalis, siue matrix, quam notarius partium rogatu primitus confecit: hæc protocolum autographum archetypum, siue mundum in iure appellatur, vt in Authent. de tabellio. §. final. & l. contractus. C. de fide instrumento rum, glossa in l. 2. ff. de fide instrumentorum, vulgo apnd Italos dicitur rogatio, aut imbreuiatura, apud nos nota, aut registrũ, vt in l. 54. & 55. titul. 18. partit. 3, & l. 1. titul. 19. part. tertia: & l. 13 titul 25. libr. 4. Recopilationis. Differt autem protocolum ab scheda, quoniam cum in illo omnia ad 5 6
verbum * scribantur, in hoc compendium tantum rei gestæ comprehẽditur: textus in dicta l. contractus. C. de fide instrumentorum. Alterum instrumenti genus est exemplar, quod notarius ex protocolo à se confecto describit suoque signo subscriptum partibus edit, id Authenticum syngrapha Græcè: documentum, aut monumentum Latinè appellamus. l. 2. ff. de fide instrumentorum, l. fin. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, l. census. ff. de probationibus, l. monumentum, ff. de relig. & sumpt. funer. vulgò apud nos appellatur instrumentum publicum, apud Thuscos instrumentũ guarentigium. Tertium instrumenti genus est scriptura sumpta ex alio instrumento, non ab ipso notario, qui primitus protocolum confecit, Latinè exemplum dicitur, apud nos *traslado*, & huic exempli magis, quam exemplaris appellatio congruit: exempli enim appellatio latius patet: exemplaris vero potissimum pertinet ad scripturas confectas ab ipsomet notario, qui protocolum, seu originale confecit, secundum Specul. titul, de iustrumẽt. editione. §. tertio, in principio, Bartol. & Paulus in l. Sempronius Proculo. ff. de legatis. 2. leg. plures. ff. de fide instrumentorum, quanquamid perpetuũ non est: sed quandoque promiscuè his vtimur, vt in capit. 1. de fide instrumentorum. atque apparet ex Valla eleganti, libr. 6. capit. 33. Videamus ergò in exequendo quã vim, autoritatemque superiora habeant instrumenta, & in summam instrumentum tantum authenticum, seu publicum, quod vt diximus descriptum, & subsignatum est ab eodem notario, qui protocolum confecit regulariter paratam executionem habet. Etenim protocolum paratam executionem non habere autor est Antonius de Canario intractat. de executione * instrumenti. quæst. 38. motus ex sententia Ioannis Andreę apud Speculatorem, titul. de instrument. editione. §. videndum restat addit. 3. vbi scribit protocolum fidem non facere. At hęc Canarij rario non satis conuincere videtur, siquidem protocolum fidem facere plerisque placere video, in quibus Bald. in Rubrica. C. de fide instrumẽt. col. 6. Bartol, & Paul. in l. Sempronius Proculo. 1. de legat. 1. Abb. in cap. cum P. de fide instrument. Decius consil. 447. volum. 4. num. 8. Nihilominus tamen Canarij opinionem amplectendam puto protocolumque exequendum non esse probo. Quid ita? Quia licet protocoli fidem, & authoritatem maximam esse inficiari non possumus: quippè cum cætera exemplaria ex eo fidem capiãt cap. vt veterum, dist. 9. & illic gloss. textus

in cap.cum inter.de re iudic. Verum enim verò protocoli isthæc authoritas in foro, & in iudicijs vim suam nõ habet,cum illius vsus ad id destinatus non fuerit, sed in hoc potiùs, vt tanquam formula quædam, & solemne quoddam charagma apud notarium asseruetur, vt inde authentica exemplaria perpetuam habitura fidem transcribi valeant,sicuti ostendit cap. quoniam contra, de probationib.& l.8.& 9. titul. 19. part. 3.& l.12.& 13.& 16.tit 25.lib.4.Recopilationis. Cum ergò protocolum vsum suũ in iudicijs non habeat abutitur proculdubio illo,qui eo in iudicio vtitur:proindeparatam executionem non habere magis dicendum est, id quod etiam probat Gallesius ad formulam camer. 3. part. quæst. 1. Exemplum verò,quod descriptum est ab alio notario,quam qui protocolũ fecit, executionem * non mereri,liquido constat cũ vt diximus fidem non faciat,adeò quidem, vt etiam si tres, aut quatuor tabelliones: quid tres,aut quatuor? etiam si centum exẽplum describant suaque auctoritate confirmẽt nihilo magis fidem faciat,vt nostri concorditer tradunt,in quibus Specul.tit.de instrumentorum editione.§.ostenso.num.9. Bartolus,Baldus, Paulus de Castro, Alexandr.Ias.& reliqui in authent.si quis in aliquo documento.C.de edendo,Boerius decis.36.& 37.citat plures Turzanus in vol. commun.opinio.149. Hoc tamen ita nisi exemplum descriptum sit iudicis auctoritate:nam tum plenam fidẽ faceret,exequendumque esset.capit.cum P.tabellio.& cap. fin.de fide instrumentorum,cap.cum dilecta.de confirma.vtili,vel inutili,l. gesta. C. de re iud. Bartolus, Baldus, & Alexand. Paulus,Ias.& reliqui in Authent, si quis in aliquo documento. C.de edendo. Gregor. Lopez in l.114.titul.18.part.3.gloss.finali.Qui tamen omnes tradunt ad huiusmodi exemplum transcribendum citandos esse
19 illos * cuia interest: tradit id etiam Abb. & reliqui in cap. 1. de fide instrumentorũ, & in capit. Abbate sanè num. 14. de verborum significat. Estque ea communis scriptorum sententia. Sed neque hoc pertinebit ad exemplum,quod descriptum fuerit ab illo notario,qui in alterius officium successerit,
20 * potest namque iste successor si à competenti iudice fuerint illi decessoris protocolla commissa,etiam in iussu iudicis exemplaria decessoris describere perpetuam habitura firmitatem,textus in cap. cum. P. tabellio.de fide instrument. neque alia specialis iudicis authoritas est necessaria, ne citatio quidem partis, sicut illic tradunt Decius,& reliqui Baldus,Paulus,& Iason in dicta Authent.si quis in aliquo documento,& Villa Iobos in ærario communiũ opinion. verb. *ingrossatio instrumenti*,probaturque id apud nos in l.24.tit.25.lib.4.Recopil.secus vero si absque iudicis autoritate protocola habuerit,nam tum validum non esset exemplum desumptum ab hærede notarij, etiã si heres esset publicus tabellio. Alexand.& Ias.in l.si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff.de edendo, & testatur illic communem opinionem Oroscius,idem facit Domin. Padilla in l.tertia. C. de diuersis rescript. nu. 10. Præterea neque quod de exemplo dictum est pertinebit ad exemplar,quod descriptum * fuerit ab ipsomet notario, qui 21
protocolum cõfecit:hoc enim, vt diximus, authenticum est instrumentũ,quippè quod originalis protocoli vice fungatur,plenamque faciat fidem,sicuti consentientibus reliquis tradunt Bartol. & Baldus in dicta Authent.si quis in aliquo documento. Panormit.& reliqui in cap. 1.de fide instrument. Couarruu.practic.quæst.cap.20.& 21. Paratam ergò istiusmodi exemplaria executionem habere nemini dubium est. Oportet tamen exemplaria ipsa solemni ipsius tabellionis signo * subscripta sint, alioqui fi- 22
dem non facerent,neque simplex subscriptio sufficeret. Instrumentum ex signo notarij,seu nummus ex publica forma, seu Regio charagmate vim autoritatemque capit. l.fin.C.de assess. §. item lex Cornelia. Institut.de publicis iudicijs.cap.ejiciens. 88. distinct.gloss. in authent. de instrumentorum cautela,& fide,verbo, *adijciatur*. Bart. in l.si quis.§.si initium.num.32. in repetitione.ff.de edendo,vbi testatur omnes scriptores nemine dempto, ita sentire,idẽ placet Abbati in c.1.de fide instrument &Boerio decis.37.n.7.Couarr.pract.q.c.20.nu. 2.Et quanquam non desint qui reclament, quos qui sint refert Burgus de Pace in l.3. Tauri.n.1242.& Dom.Padilla in l.ii qua, n.14.C.de diuersis rescriptis, & Emanuel Suar.in vol.comm.opin.verb.instrumentorum.Porrò apud nos indubitatum est,cum Regio iure id ita sit definitum in l.54.tit. 18.p.3.qua expressim cauetur instrumentum,sine tabellionis signaculo fidem non facere,&moribus id prẽualuisse nemini dubium est,secundũ hæc igitur palã est scripturam seu apocham,quam non in forma * 23
publica,sed priuata notarius scripserat alicuius rogatu, paratam executionem non habere:nam,& aliàs lõge interest,an quod

quis

quis tanquam publica persona, an tanquam priuata faciat. l. nam quod. ff. ad Trebell.

SVMMARIVM.

INstrumentum faciens mentionem de alio non potest executioni mandari, nisi illud alterum exhibeatur. num. 24.

Instrumentum fideiussionis mandatur executioni, etsi instrumentum principale, de quo mentionem facit non exhibeatur. num. 25.

Obligationis instrumentum ex causa venditionis mandatur executioni, etsi venditionis instrumentum non exhibeatur. num. 26.

Limitatio Tertia.

ADhæc Toletanæ illi legi locus non erit, quãdo instrumentum, quod exequendum petitur mentionem faciat alterius instrumenti, nam non aliter * locum habebit exe 24
cutio, quàm si prius instrumentum illud, cuius in hoc altero mentio fit, in ius proferatur, aut alia secundum leges quantitatis debitę probatio exhibeatur. Definitur hoc ad verbum in Authent. si quis in aliquo documento. C. de edendo. cui conuenit, l. 3. & l. fin. C. de sententijs, quæ sine certa quantitate proferuntur. l. ait prętor. §. si iudex. ff. de re iudicat. & illic Iason num. 19. & Decius consil. 503. volum. 4. num. 4. & alij quos refert Sebastianus Vancius in tract. nullitat. tit. de defectu processus, num. 105. Hoc tamen accipias vellim, nisi in hoc instrumento quod exequendum postulatur, plenè rei gestæ memoria comprehensa sit, nam tum cum mentio alterius instrumenti non tam conditionaliter, quam causatiuè fiat, præsentis instrumenti fidem nullo pacto labefactat, aut irritat, textus elegans in cap. Abbate, de verborum significatione: textus etiam in l. si donatio. C. de donation. l. eum qui. §. Iulianus. ff. de constitut. pecun. & illic tradunt interpretes: huius etiam sententiæ fuit Alexander in dicta Authentica. si quis in aliquo documento, numero 12. & Iason in l. admonendi, numero 29. in prælectione, ff. de iureiurand. & Boerius decis. 24. sentitque Suarez in l. post rem, quæst. 1. numero 5. & testatur communem Antonius Gallesius ad formulam came. par. 6. q. 5.

Quæ res facit vt dicamus verũ esse quod scriptum reliquere Angel. Paul. de Castro, & Imol. in l. sciendum. ff. de verbor. obligation. exequendum esse instrumentum fideiusionis *, in quo fideiussor pro certa quã 25
titate obligatur, quamuis in eo fiat mentio principalis instrumenti, neque tamen illud exhibeatur. Et idem placet Iasoni eodem loci, & in dicta Authent. si quis in aliquo documento, vtrobique numer. 9. idem scripsere quoque Palac. Ruu. numer. 4. & Castellus glossa 1. in l. 3. Tauri. nemine tamen authorum ad eam rem citato. *Corolariũ*

In eadem quoque causa erit si executio petatur alicuius instrumenti, in quo obligatus sit quis soluere centum, quæ emptionis nomine * debere se dicat, sicuti apparet ex 26
ipso instrumento venditionis, nam etsi ipsum vẽditionis nõ exhibeatur instrumentũ, nihilominus dicendum est exequendum esse hoc obligationis instrumẽtum, quod pro pretio venditionis factum est, sicuti placuit Afflict. decis. 273. & Angelo de Aretio, in §. 1 Institut. de legitima parentum tutela, num. 5. *Alterum corollariũ*

SVMMARIVM.

INstrumentum guarentigium non mandatur executioni, nisi liquidum fuerit. num. 27.

Instrumentum non liquidum oportet, vt ante omnia liquidetur, vt executioni demandari valeat, num. 28.

Iudice exequente instrumentum non liquidum non tam nullitatis, quam grauaminis laborat exceptio. num. 29.

Ad faciendam instrumenti liquidationem necesse est prius citetur debitor. num. 30.

Non dicitur instrumentum incertum in quo quis obligatur soluere redditus: prout sui maiores soluerunt, num. 31.

Ab interlocutione quam iudex pronuntiat super liquidatione, appellatio effectum suspensiuum non habet. num. 32.

Si liquidatio instrumenti, seu sententia facta fuerit per arbitros autore iudice, locum non habet appellatio quantum ad effectum suspensiuum. num. 33.

Instrumentum tutelæ, aut curæ paratam habet executionem aduersus tutorem. quãtum attinet ad liquidationem faciendam. num. 34.

Instrumentum societatis, an mandari executioni valeat ante rationes redditas. num. 35.

Cautio vt instrumentum non liquidum mandari possit executioni. num. 36.

Valet

Valet pactum, vt super eo quòd interest stetur iuramento partis.num.37.

Instrumentum in quo factum promissum est, executioni demandari potest pro facti vera æstimatione, num.28.

Limitatio Quarta.

LImitãda est præterea Toletana hæc lex, vt instrumentum publicũ paratam non habeat executionem quando non fuerit liquidum, id est,
27 * quando incertã contineat quantitatem, puta interesse, damna, aut impensas: nam tum exequendum non aliter, quàm si prius summatim inliquidum deducatur illiusque liquidatio fiat. Huius sententię fuit Bart. in l. 1. ff. iudic. solui, & in leg. proinde notandum. ff. ad leg. Aquil. Bald. in leg. 2. C. de executione rei iudic. & in leg. cum testamento. C. de manumissis testamento, & consil. 393. volu. 2. Alexand. consil. 188. volum 2. n. 2. Iason in l. 1. C. de edendo, n. 32. Socin. consil. 89. lib. 3. & consil. 51. lib. primo. Cumanus, & idem Alexand in l. 1. ff. de legat. 2. Rebuffus in cõstit. Gallicas, titul. de liter. obli. art. 1. glos. 9. Boerius decis. 52. nu. 8. Suarez in l. post rem, limit. quarta. Capicius decis. 17. Craueta consil. 231. Domin. Couarr. qui sedulo rem explicat lib. secũdo Variarum. cap. 11, & testatur communem Zazius, & Oroscins in l. prima ff. de edendo. Hanc ità multis citatis testibus volui confirmare sententiam, quia non desunt qui repugnent existimantes instrumentum non liquidum mãdari executioni nõdum facta liquidatione posse: statimque ad illius executionem bona capi debitoris debere, illiusque in carcerem personam detrudi, quoniam satis esse aiunt si postea in progressu executionis illius liquidatio fiat. In hac opinione fuit Paulus de Castro in leg. prima ff. de edendo, num. 9. & ad hanc etiam sententiam autumant plurimi pertineri Bartoli scripta in l. prima. ff. de edendo, & in l. prima. ff. de legat. 2. vbi Dominus Padilla earum opinionum factiones memorat, estque adeò à plurimis ea sententia probata, vt scribat Ias. in dicta l. prima. ff. de edendo, eam magis communem esse, idem facit Viuius in vol. commun opinion. lib. 1. opinione. 305. & Emanuel Suarez eodem volum. verbo, *instrumentum*. Verum enim verò priorem opinionem magis sequendam arbitror, tum quia verò magis
* accedit, cum prorsus à iure abhorreat, vt 28
fiat executio pro ea summa, quæ quanta sit iudici non constat. l. certum. ff. de confessis l. proinde. §. notandum ff. ad legem Aquiliam. Authent. si quis in aliquo documento C. de edendo. Tum quia hodie apud autores crebrior est hæc sentẽtia, atque ita eam hodie magis communem esse autor est Menochius diligentissimus sanè autor de adipiscenda possessione, remedio 5. quæst. 9. num. 59. & eam vsu præualuisse testatur Rupellanus forensium institit. lib. 1. c. 4. atque ita ex nostratibus amplectitur eam Suarez, & Couarr. locis modo citatis. Apparet igitur instrumentum non liquidum habere executionem in habitu, seu potentia, non verò in actu, vt Philosophorum more loquar, atque item Iurisprudentum in cap. pastoralis. §. quoniam, de rescriptis, qui textus ad nostram quæstionem egregie facit. Quo circa si iudex non facta liquidatione illud exequatur non tam * nullitatis, quàm 29
grauaminis vitio laborabit executio, quo fit, vt si reus à decreto, seu mandato executionis appellauerit, reuocanda sit à superiore executio, sin verò non appellauerit, & actor inter peragẽdam executionem liquidationem fecerit rectè sententia additionis, seu, *de remate*, proferatur, sicuti scribit Couarruuias in dicto lib. secundo. variar. cap. 11. numer. 1. In hac vero liquidatione facienda citandus erit aduersarius illiusque probationes * & exceptiones ad liquida- 30
tionem attinentes admittendæ erunt. sicuti sentit Bald. in l. 2. C. de execut. rei iudic. & in l. decem. ff. de verborum oblig. & Suarez limitatione. 4. ad legem Tolleti. & Couarruu. dicto cap. 11. nec non Menochius de adipiscenda possess. remedio 5. quæst. 10. illud tamen interim meminisse oportebit incertam non dici sententiã, aut instrumentum, in quo obligatus est quis præstare annua centum, prout * hactenus fui maio- 31
res soluerunt, etti nõ probetur quemadmodum à maioribus suis solutum fuerit. Bartol. in l. eum qui. §. Iulianus. ff. de constituta pecunia. Anton. Gomez in l. prima Tauri, ad finem, testatur communem opinionem. Curtius Iunior, consil. 79. numer. 3. Sed illud videamus oportet, an ab interlocutione quam iudex facit super huiusmodi liquidatione locum habeat appellatio, quãtum * ad effectum, scilicet, suspensiuum. Et 32
locum illam habere putat Gallesius de obligatione in forma cameræ, titulo de liquidatione, numer. 18. & sequitur Menochius lo

co modo citato. Mihi tamen cõtrarium magis sedet cum explorati iuris sit ab executore appellandi ius non esse, nisi modo modus excedatur leg. ab executore. ff. de appellat. l. ab executione. C. quorum appellat. non recip. & dicemus latius. 5. part. §. 2. huc quoque pertinet quod scriptum est à Baldo in l. secunda. C. de execut. rei iud. tametsi instrumenta conditionalia, & incerta dum liquidantur statuti beneficio non gaudeant. Atqui postea quàm interlocutũ fuerit ea liquidata esse, tum inquit statutũ vires suas incipit habere. Denique si appellationi locus daretur, iam instrumentum paratam non haberet executionem: quod scriptorum omnium sententijs, quos principio retulimus aduersum esse liquet. Omnes enim concedunt instrumenti non liquidi facta liquidatione executionem locum habere. Verumtamen ne appellandi color aliquis quæratur consulto fecerit iudex, si non sententiam super liquidatione protulerit, sed statim executorium mandatum, pro quãtitate liquidata decreuerit, id quod etiam admonet Lanfrancus in capit. quoniam contra de probat. titul. de interlocutoria, nume. 97. & Angel. in l. ab executione. C. quorum appellat. non recip. & Socin. Regul. 24. fallentia 2. & Suarez dicta limitatio. 4. ad legem Tolet. & Couarr. dict. cap. 11. versic. 1. Quid verò si liquidatio facta
33 fuerit * per arbitros autore iudice à partibus delectos: an & tum locum habeat appellatio, & locum appellationi fore scribit Afflictus, decis. 188. num. 4. Ego verò, & hoc casu locum non habere appellationem putauerim ex causis, quas modo allegauimus, neque me quicquam mouet, l. arbitro, ff. qui satisdat. cogan. & quod illius argumẽto illic tradunt Doctores: præsertim Iason, num. 9. appellandi ius esse à sententia arbitri iudicis authoritate delecti, quod Afflicti fundamentum fuit, nam lex *arbitro*, & Doctores loquuntur in via ordinaria: nos autẽ agimus de via executiua, in qua locum non esse dandum appellationi manifesta sunt iura: superioribus autem, & illud consequens est dicere, instrumentum tutelę, vel curæ, in quibus ex more caueri solet, vt finita tu-
34 tela, aut cura rationes reddantur * paratam habere executionem finito, scilicet officio: vti enim ex superioribus liquet instrumentum non liquidum mandari potest executioni illius liquidatione facta. Igitur, & in hoc casu dicendum est istiusmodi instrumẽtum tutelæ, aut curationis paratam executionem habere in hoc, vt cogatur tutor, aut curator rationes reddere, ad eamque rem continuo arbitrum, seu rationalem nominare. Quod si detrectet, vel carcere, vel pignoribus captis facere cogatur habemusque pro hac sententia. ff. egregium Alexandri responsum consil. 192. volumin. 7. qui in simili statuto tantundem respondit: id autem ne vnquam obliuiscaris velim, nã memini nonnulos aduocatos ea inre deceptos esse, intendentes ordinaria via id quod executiua, & summaria consequi facilè poterant, non sine minorum mediocri dispendio, ac iactura. Quare in integrum restitutionem aduersus hoc incommodum, atque dispendium postulare posse minores certissimum est l. minor. 25. annis, num. 41. ff. de minor. & illic Bald. & reliqui. Paulus in l. 4 §. si ex conuentione. ff. de re iudic. & ibidẽ Iaso. num. 1. Atque ita non semel ex facto consultus author fui minoribus, vt in integrum restitutionem postularent, nec sine fructu quidem, nam secundum nos pronuntiatum fuit. Hæc verò mihi scribenti venit in mentem * Socini opinio consil. 265. vo 35
lumin. 2. dicentis posse instrumentum societatis societate finita mandari executioni pro sorte principali, quam vnus ex socijs in societatem contulerit ante aquam damnorum, & lucrorum ratio posita sit. Ex superioribus enim sane, quàm dubia mihi illius videtur opinio, atque illum dum causę inseruit deceptum esse puto. Agendum cum istiusmodi instrumẽtum liquidum nõ sit, & societatis ea sit natura, vt damna, & lucra, secundum legem in coeunda societate dictam communicentur, vt in leg. prima C. pro socio, & l. Mutius cum alijs multis illius tituli. ff. quamobrem exequendum erit instrumentum, ita incertum, nisi prius positis rationibus sit reliquorum legitima facta liquidatio? Proinde à Socini opinione non inuitus discedo, sequantur quamuis illum, Greg. Lopez in l. 10, tit. 10. par. 5. in glossa magna in fine. & Boecius de dote, cap. 36. nu. 20. quibus præter superiora expressim refrangantur, quę affert Alexand. consil. 192. vol. 7. & Anton. Negusantius de pignor. 5. part. mem. 1. num. 36. Socin. itaquẽ opinionem tantumodo locum habere putauerim cum à principio in contrahenda societate expressim id cautũ fuerit, vt finita societate pro data pecunia executio peti valeat: sicuti etiam sentire videtur Palac. Ruuius in repetit. cap. per vestras, §. 11. numer. 12 & Auenda in cap. correctorum, 2. parte, capit. 29. num. 4. & 5. * Ex his autem definiri quoque poterit quæstio illa *

quoti-

quò tidiana, cùm à genero petitur executio pro dote, socer autem allegat dotem inofficiosam esse, quia dicat legitimam excedere, an locum habeat executio. Puto enim sic distinguendum esse, vt si socer intra terminum oppositionis non docuerit inofficiosam esse dotem, locum addictioni fore, illi enim nõ genero ea prouatio incumbit. Sin autem inofficiosam esse docuerit, non fore locum addictioni, nisi quatenus dos legitimam non excesserit. Idemque placere video Baeçæ de non melio. filia. cap. 34. & Gutierrez in pract. quæst lib. 2. quæst. 15. mirorque Ayoram per doctum alioqui virũ contrarium litteris prodidisse in tractat. de partit. 2. par. quæst. 20. Quod si verum est, quod ipse refert aliquando in Granatensi prætorio, ita definitum fuisse, dicere vtiq; possumus, quod est apud glossam Chancellariæ. *Rota aliquando rotat.* * Sed illud operetium est videamus, an sit cautio aliqua
36 per quam * fieri valeat, vt instrumentum nõ liquidum mandetur executioni, liquidationẽ, scilicet, non facta & vnam, aut summum alteram apud scribentes comperio cautelam. Est autem prior si instrumento ipso comprehensa fuerit nominatim summa certa, quæ pro interesse, aut impensis pendatur: nam conuentio talis rata erit, executioniq́ue mãdabitur. Hanc cautionem expresim tradit Bart. in l. creditores, num. 16. C. de pignor. cui reliqui omnes illic assentiuntur: quinimo cautio hęc, & ab ipso Iurisconsl. apertis verbis expositа fuit in l. fin. ff. de præt. stipul. ita enim inquit. *In eiusmodi stipulationibus, quæ quanti ea res est promissionem habeat, commodius est certam summam comprehendere: quia plerumque difficilis probatio est quanti cuiusque interfit, & ad exiguam summam deducitur.* Eam tamen conuentionem ita ratam esse intelligẽdum est modo eius, quòd interest modum non prætergrediẽs pœnam magis sapiat, quam interesse, iuxta ea quæ notantur in l. 1. C. de sent. pro eo, quòd interest proferuntur, & in cap. tuam, de pœnis. Erit altera cautio si conueniat, vt de eo, quod interest estetur dicto, aut iura-
37 mento ipsius * creditoris: nam itidem valida erit conuentio talis, exequendaq́ue erit: quamquam si reus inter opponendum ostẽderit iniquè creditorem declarasse, arbitrio boni viri, id est, iudicis res moderanda erit. Huius sententiæ fuit Bart. in l. fin. nu. 3. de præt. stipul. & illic Bal. Ang. & Imol. idem placet Ang. de Aretio, in §. actionum, num. 21. Instit. de acti. & Alex. consil. 130. vol. 1. & Abbati in cap. finem libitus, num. 37. de dolo, & contu. Auend. in cap. corre. 2. part. cap. 29. num 4. necnon Decio, qui plures refert, cons. 39. vol. 1. num. & testatur communem opinionem Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum, verbo, interesse. Quare conuentio illa, vt reus moram faciens teneatur soluere impensarum nomine singulis diebus procuratori, qui exactioni vacauerit certam pecuniæ summam, puta senos argenteos, valida est exequendaq́ue erit, nisi modo constet eam eius, quod interest modum exuberare. Postremo illud notandum erit * quod Rode- 38
ricus Suarez in dict. l. post rem, limi. 4. scribit cum factum est in obligatione commissa mora, pro eo quod interest executionem locum non habere: id enim (Pace doctissimi viri dicere liceat) à vero alienum est, sicuti apparet ex ijs, quæ affert Benedict. de Barcez in tract. Guarentigiæ, quæst. 10. & nos copiosius tradidimus priori lib. cap. 6. num. 12. Proinde hic non recepto. * Illud tantum addentes nostram opinionem probari ab Azeuedo per erudito sanè viro in l. 1. tit. 21. lib. 4. Recop. nu. 48. Quoniam igitur instrumentum non liquidum liquidatione facta executionem paratam habet, vt patet ex superioribus, & quæ tradit Bart. in l. 1. ff. iudicatum solui, conuenienter dicendum est instrumentum venditionis, in quo euictio repromissa est, facta liquidatione per quam constet euictionis clausulam cõmissam, esse, iuxta l. Herennius, ff. de euict. & l. 32. tit. 5. p. 5. executionẽ paratã habere pro eo quòd emptoris interfit rem sibi non habere licere. Enim verò vt Panormit. est autor in cap. cum olim, de censibus instrumenta Guarẽtigia mandari executioni debent, non solum quantum ad ea, de quibus principaliter rogata fuerunt, sed etiam quãtum ad ea, quæ per accessionem ijs comprehensa sunt. Abbatis autem opinionem à cæteris deinceps scriptoribus approbari appareret ex his, quæ superius attulimus limitatio. 4. *

SVMMARIVM.

INstrumentum conditionale non mandatur executioni nisi prius appareat conditionem extitisse, num. 39.

Maritus petens executionem pro dote, probare prius debet matrimonium esse secutum, numero, 40.

Limitatio Quinta.

AD hæc perinde ac inſtrumentum non liquidum non mandatur executioni, niſi facta prius incerti liquidatione, æquè etiam conditionale inſtrumentum * executioni non 39
mandabitur, niſi prius appareat conditionem extitiſſe. Ang. in l. ſeruum communẽ, §. Titius, ff. de vulgari, & pupill. Iaſon in l. in illa ſtipulatione, numer. 6. ff. de verborum obligatione. Suarez in dicta l. poſt rem, limitatione quinta. Couarruu. lib. 2. variar. capit. 11. Antonius Gomez in leg. 64. Tauri, numer. 7. Hoc autem accipiendum eſt, non modò de conditione expreſsim in contractu adiecta, ſed etiam de ea quæ iure tacitè intelligatur, vt putà in dote promiſſa, quæ non aliter quidem debetur quàm ſi matrimonium fuerit ſecutum, l. ſtipulationem, ff. de iure dotium: oportet igitur maritus executionem pro
40 dote poſtulans probet * ante omnia nuptias ſecutas fuiſſe, ſicuti ſcribit Baldus in l. ſecunda, de executione rei iudic. & verboſius confirmat Rodericus Suarez, limitatio quarta, numer. ſecundo, & quarto. Id quod tamen interdum locum non habebit veluti quando matrimonium eſſet notorium, cum notiſsimi iuris ſit cum notarium, quid eſt ſi inre allegetur, probatione aliqua non indigere, vt in cap. fin. & illic tradita, de cohabit. cleric. & mulier. ſed neque habebit locum, quando reus ab executione non appellauerit, & creditor inter cauſam peragendam docuerit nuptias ſecutas fuiſſe, ſicuti de inſtrumento non liquida proximo diximus paragrapho, ex Couarruu. lib. ſecundo variarum, capit. 11. & ſentit Suarez, extenſione prima, ad legem Tolet. num. 3. & limit. 4. & apertius Anton. Gomez in l. 64. Tauri, numer. 5.

SVMMARIVM.

INſtrumentum non meretur executionem, ſi fuerit nouatum, nu. 41.

Nouatione facta hypothecæ liberantur, & pignora, & vſuræ non currunt, num. 42.

Nouationem quando fieri intelligendũ ſit, n. 43.

Nouatio nunquam hodie fit, niſi expreſsim ſit à contrahentibus dictum, num. 44.

Aecurſij reprobatur opinio dicentis hodie fieri nouationem ope exceptionis in caſibus in quibus veteri iuri iure fiebat, num. 45.

Nullis argumentis quantumuis manifeſtis hodie nouatio fit, niſi expreſsim à partibus ſit dictum, num. 46.

Quando poſterior obligatio contraria eſt priori non fit nouatio, ſed vna obligatio accedit alteri, itaque in poteſtate creditoris poſitũ eſt, vtra malit obligatione vti, num. 47.

Vtrum per delegationem nouatio fiat, nu. 48.

Delegatio, quid ſit, num. 48.

Expromiſſor, quis dicatur, num. 49.

L. 15. tit. 14. part. 5. explanatur, num. 50.

Datis in alijs fideiuſſoribus priores non liberantur, niſi expreſsim dictum ſit, num. 51.

Prærogatiua diei, an videatur ſublata per poſteriorem obligationem, num. 52.

Die obligationis prorrogata nouatio nõ fit, neque fideiuſſores liberantur, ſi aliud dictum non ſit, num. 53.

Limitatio Sexta.

SEd neque Toletanam illam legem admiſſum iri arbitror in inſtrumẽto, quod fuerit * nouatũ, 41
namq; nouatione facta prior perimitur, atque noua conſtituitur obligatio priori in poſteriorem translata. Eſt enim nouatio prioris debiti in aliam obligationem transfuſio, l. 1. ff. de noua. §. præterea, Inſtit. quibus modis tollitur obligatio. Priores itaque contractus vires per nouationem ipſo iure euaneſcunt, l. 2. C. de noua. l. ſi cauſa, C. de tranſact. l. nouatione. ff. de nouatio. vbi Iuriſconſultus in hæc verba, inquit, *nouatione * legitimè facta, & hypothecæ* 42
liberantur & pignus: & vſuræ non currunt. Conſequens eſt igitur, vt exequẽdi ius euanuiſſe dicamus, id quod probat apertè, l. 4. §. ex conuentione, ff. de re iudicat. & l. minor. 25. num. 41. ff. de minor. l. 2. C. de execut. rei iudicat. vbi Bart. id annotat. tradit etiam gloſſ. finalis, in fine, in l. 1. C. de iudicijs, & illic claſsici omnes, neque huius rei magna eſt dubitatio: illudque magis verti in dubitationem ſolet quando nouationem fieri intelligendum ſit. In quo ſciendum eſt veteri iure * nouationem fieri interuentu 43
nouæ perſonæ, aut demũ cũ noui aliquid in poſteriori adijciebatur obligatione: vti latius expoſitum eſt in §. præterea. Inſtit. quibus modis tollitur obliga. & illic Teophylus ac reliqui ſcribentes. Nouiſsimo verò iure conſtitutione in eam rem à Iuſtiniano lata,

lata,cautum est, vt nunquam nouatio fieri intelligatur, nisi idipsum expressim à con-
44 trahentibus dictum sit:alioqui * pristina manet obligatio, secundaque illi accedit textus in in l.fin.C.de nouationibus. Cuius verba etsi apertissima sunt, adhuc tamen Accursius illic, & aliàs sæpè in ea est opinione,vt existimet quibus casibus veteri iure tacite fiebat nouatio,in eisdem quoque ope exceptionis hodie fieri: neque desunt qui illi opitulentur,in quibus Bart.& Angel.in l.secunda,ff.de noua.& in l. Valerianus,ff.de prætorijs stipul.quin eam communem esse opinionem scribit Socinus cons.21.& eam moribus probari autor est Mathesilanus in opusculo, cui titulus, de electione verioris opinionis. Porrò huiusmodi Accursij interpretamentum neque il
45 lius legis * verba,neque item sensus patiuntur:cum alioqui magis esset verbis legē imponere quàm rebus iuris regula repugnante:proinde ab Accursio dissentiunt plerique:atque in primis Imol. Paulus de Castro & Raphael Cumanus in dicta l.Valerianus,ff.de præt.stipulat. Alexand. in l. qui vsumfructum.ff.de verb.oblig.& cons.10. lib.secundo,alijque plures apud Albertum Brunum in tractat. quem scripsit de augmento,& diminutione,conclusione,3.nu. 42.& aduersus Accursium communem esse opinionem scribit Iason in l. prima. C. de iudicijs,sub finem,& magis communem testatur Alexand consil 72.volum. 2. numer.primo.idem facit Anton.Grabr.in volumin.commun.opinionum, tit.de nouatione,conclusione 1.num. 56. Quanquam illud tamen conuenit inter omnes adhuc nouationem fieri,quando manifestis argu-
46 mentis appareat * contrahentes nouare voluisse,quod genus fuerit, quando prior, & secunda conuentio tam male conueniunt, vt stare simul non valeant. In hanc sententiā fuit Accursius in l. penultim. ff. de prætorijs stipul.Faber.in §.præterea. Instit. quibus modis tollitur oblig.& ibidem Angel. numero quarto,Bald.Salycet.& Fulgosius in dicta l.final.C.de noua.Paulus, & idem Fulgosius in dicta, l. penultim. ff. de prætor.stipul.Decius consil.544.volum.4.nu. 15.Alexand.consil. 10.& 13. volumin.2. & ibidem Molinæus autor est, eam communem esse opinionem.Hacn etiam ex nostratibus sequuntur Gregor.Lopez in l.15. tit.14.Part.3.& Olanus in cōcordia iuris, verbo,nouatio:hanc quoque communem esse affirmat Albertus Brunus, de augmento & dimin.conclu.3.nu.29.& 38. Porrò hæc autorū opinio (liceat mihi liberè proferre, quod sentio) non minus à Iustiniani decisione abhorrēs est,quam illa Accursij, quam modo autorum omnium iudicio refellimus.Quinimo isthæc autorum opinio reincidit in eadem Accursij opnionem,quā ipsemet antea explosérat in eodemque luto hæret,vt est in prouerbio: proinde non secus,ac illa explodenda nobis erit. Et ambo vetere iure statutum non erat,vt fieri nouatio non intelligeretur,nisi demum quando aut tacitè,aut expressim actum erat, vt nouatio fieret?extāt, si animaduertis,innumeræ Iurisconsultorum id docentium sententiæ,& l.2.l.stichum.§.1. & 2. ff. de noua. l.si is cui. & l.fundum, & l.aliam eodem titulo,& libro,l.qui vsumfructum,& l.scire debemus,ff.de verborum obligatio. animaduertitque id ipsemet Accursius in dicta l.fin.C.de nouationibus, verbo, *nihil*, si ergo coniecturis adhuc causam nouationis ducimus, nihil Iustinianus nouauit, nihil iura noua à veteribus discrepant? cum interim Iustinianus ipse apertè significet vetera se iura corrigere, ita enim lex illa finalis exorditur, *nouationum nocentia corrigentes volumina*. Deinde nouationem nunquam fieri, nisi nominatim dictum sit contrahentes nouare voluisse luce clarius in eadem lege Iustinianus ipse declarat,ita inquiens:*Sanciamus si quis,vel aliā personam adhibuerit,vel mutauerit, &c. nihil penitus prioris cautellæ innouari, sed anteriora stare,& posteriora incrementum illius accedere,nisi ipsi specialiter remiserint, quidem priorem obligationem,& hoc expresserint. &c.* An non satis apertè hanc nostram sententiam Iustinianus ostendit?an non satis apertissimis verbis definit nūquam nouationē fieri, nisi quādo expressim cōtrahentes dixerint se nouare voluisse.Sed mentior, nisi etiam apertiùs(si quid tamē apertiùs dici potuit) hoc idē Iustinianus ipse sui ipsius interpres declarauit in suis illis clementarijs,eruditissimisq; institutionibus in §.præterea,Insti. quibus modis tollitur obligatio, vbi postquā veteris iuris placita retulit, ita inquit: *Sed quoniam hoc idem inter veteres constabat, tùm fieri nouationem cum nouandi animo in secundam obligationem itum fuerat: per hoc autem dubium erat,quando nouandi animo videretur hoc fieri,& quosdam de hoc præsumptiones alij in alijs casibus introducebant:ideò nostra processit constitutio,quæ apertissimè definiuit,tum solum nouationem prioris obligationis fieri,quoties hoc ipsum inter cōtrahentes expressum fuerit,quod propter nouationem prioris obli-*

gationis conuenerunt. Hæc Imperatoris ſeipſum declaratis ſunt verba, & adhuc eſt qui tet nouationem præſumptionibus fieri? Credo? an non clariſsima voce Iuſtinian. definit non argumentis, non præſumptionibus hodie nouationem fieri, ſed duntaxat quando expreſsim, dictum fuerit à contrahentibus nouare ſe veluiſſe? Qua fronte igitur interpretes contrarium docent? qua fronte ab apertiſsima Imperatoris definitione deſciſcunt? Quid hoc rei eſt? legum ne definitionibus obtemperandum nobis eſt: an contra illis neglectis pro noſtra libidine nouas licèt in ius introducere opiniones? At dixerit aliquis quo pacto ergo cùm ſecunda obligatio priori obligationi con-
47 traria eſt, * ſtare ſimul obligationes ambæ poterunt? Planè eo caſu poſterior obligatio priori accedit, vti Iuſtinianus in dicta ſua conſtitutione definit. Itaque in poteſtate ipſius creditoris poſitum eſt vtra malit obligatione vti: ſtant igitur alternatiuè ambæ, ita vt alterius ſolutione, quam, ſcilicet, creditor elegerit, liberetur debitor, ſicuti manifeſto apparet, ex illa lege finali, C. de nouatio. atque ex §. præterea, ſupra citato: atque non minus, ex leg. ſcire debemus, & leg. qui bis, & leg. qui vſumfructum, ff. de verborum obligationibus, atque apertius, ex l. fundum Cornelianum, ff. de nouationibus. Ita nihil eſt, quod noſtræ opinioni (verius imperialem dixeris) refragetur: nihilque omnino eſt, vnde interpretes ſuam tueri valeant opinionem, alio ergò tranſgrediamur. Atque vt totum de nouatione patefiat argumentum è re erit hic ſubiungere, an hodie per delegationem
48 nouatio fieri intelligatur, * ſcilicet, cum expreſsim dictum non fuerit, vt nouatio fieret? Eſt autem delegatio vice ſua alium reum creditori dare leg. delegare. ff. de noua. l. prima. C. eodem titulo, paruiſque refert, an is qui delegatur debitor ſit delegantis, an non ſit, ſed ſponte ſua in ſe alienum
49 * debitum tranſtulerit, qui Latinè expromiſſor dicitur, leg. ſi quis accepto tulerit, & illic Alexand. ff. de condict. ob cauſam, l. aliquando, & illic Franciſcus de Aretio, ff. ad Velleianum, l. eleganter, §. ſeruus, ff. de dolo. gloſſa ſingularis in Authentic. de fideiuſſo. & manda. in principio, Iaſon in l. quarta, §. prætor ait, numero tertio, ff. de re iudicat. apud nos verò noſtro vernaculo ſermone is expromiſſor, *manero*, appellatur, l. ſecunda, & l. 15. titul. 14. partit. 5. Quamuis enim pleriſque placuerit delegationem non dici, niſi quando qui delegatur debitor eſt delegantis, & hanc communem teſtetur opinionem Iaſon in leg. ſingularia, num. 37. ff. ſi certum petatur. Verius eſt tamen ex promiſſore dato, id eſt, eo qui debitor non eſt delegantis delegationem fieri, ſicuti placuit Franciſco de Aretio, conſilio quinto, cuius opinionem reiecta communi ſequenda nobis eſt: cum eam expreſsim probet Regia lex 15. tit. 14 part. 5. Circa propoſitam ergo quæſt. leue non eſt inter ſcriptores certamen, an per delegationem fiat nouatio necne? alijs nãque placet nouationem fieri, gloſ. 1. in l. 3. C. de noua. eſtque communis autorum ſententia, teſte Iaſ. in leg. ſingularia, num. 37. ff. ſi certum pet. & Affliict. deciſ. 353. & Lofredo conſ. 18. Alij contra negant nouationem per delegationem fieri, niſi expreſsim dicatur gloſſ. in l. 2. verbo, euanuit. C. de noua. Ludouic. Rom. in dicta l. ſingularia, ff. ſi certum petatur, quorum ſententia amplectenda nobis neceſſario eſt, quandoquidem noſtrati Regio iure recepta ſit in dict. l. 15. tit. 14. part. 5. ex qua Gregorius Lopez notat * priorem illam communem au 50
torum opinionem antiquatam eſſe: idem quoque facit Auendañ. in dictionario, verbo, *delegacion.* Et Villalobos, verbo, nouatio. * Gutierrez, de confirm. iura. 1. part. cap. 61. nu. 5. * Confirmat itaque lex illa *
Regia non mediocriter opinionem illorum quam modo, aduerſus communẽ probauimus, nullis præſumptionibus, ſed conuentione tantum expreſſa hodie nouationem fieri, quippè cum ſi qua nouationis capienda coniectura foret certè delegationis ea deberet eſſe. * Ergò vt hunc locum de *
nouatione concludamus, ſolutione vel acceptilatione tãtum obligatio extinguitur, ne dum nouatur etſi nihil dicatur. Porrò delegatione, vel alijs nobis adiectis pactionibus obligatio non extinguitur, nec nouatur, ſi non expreſſe caueatur, vt luce clariùs docet Iuſtinianus in toto illo tit. inſt. quibus modis toll. oblig. *

Ex his verò licebit nobis in gratiam fo- *Corolariũ.*
renſis vſus aliqua inferre. Atque in primis illud, ſi in ſecunda obligatione alij dati fuerint fideiuſſores prioris obligationis fideiuſſores non liberari, niſi id expreſsim * dictũ 51
fuerit: quæ Bartoli fuit opinio in l. Valer. ff. de præt. ſtipul. quem quadam tamen cum diſtinctione ſequitur illic Paul. de Caſtro, & in l. 4. §. ſi ex conuentione, ff. de re iudic. Et (vt more noſtro plures in vno referamus) refert eiuſdem opinionis nõ paucos. Albertus Brunus de augmento, concluſ. 4.

nu. 8

nu.8.Eadem quoque ratione dicendum est prærogatiuã diei in priori obligatione cõtentæ, per hanc secundam obligationem,
52 quæ priorem expressim non nouauit * ob seruandam esse l.si constante, C. de donat. ante nupt.l.aliam,ff.de nouat.Bald.consil. 211.vol.1.Boerius decis.13.nu.34.*Id enim quod non transfertur in causam nouationis,pristino iure.* (Papinianus est autor) *peti potest.* l.4.in fin.ff.de vsuris.Iam ergo illud in confesso erit die,aut termino obligationis prorogato obligationẽ non nouari, atq; proin
53 de fideiussores * ab obligatione minimè liberari,sicuti placuit Ioan.And.apud Speculat.tit.de fide instr.§.1.Hostiensi, & Abb. in cap.cõstitutus, de fideiussoribus, & ibidem Antonio Anchar.& Imol.Bald.etiam in l.tũ mandatori.C. de non nume.pecu.& Decio consil.93.vol.1.nu.5.& cons.107. eodem volumin.Iasoni, qui sedulo disceptat in l.1.C.de iudicijs,nu.18. refert eiusdem sententiæ assertores,quam plures Tiraquel.de retract. conuentio. §.1.glos.7. nu.32. testatur communem esse opinionẽ Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum,verbo,fideiussores, & magis communem Anton.Gabriel libr.3.titulo de noua.conclus.3. Neque his præiudiciũ fecerit lex Fori,quæ contrarium definiuit, ea est lex.10.titul.18.lib 3.Fori.Palàm est enim illius voluminis leges eatenus vim habere,quatenus vsus pro illis calculum tulerit:vt est definitum in l.1.Tauri,quę est hodie l.3.tit.1.lib.2.Recopilationis.

SVMMARIVM.

Contractus finitus etiam si renouatus sit executionem non meretur,num.54.

Pignora,aut fideiussores,non tenentur pro contractu postea renouato.num.55.

Clausula,quæ est more adijci solet,vt prioris instrumenti prærogatiua dici,& hypothecarum salua maneat vtilis admodum est,nu.56.

Iudice ad certum tempus assumpto periculum prorogati temporis ad fideiussores non respicit,num.57.

Executio an locum habeat aduersus fideiussorem tutoris pro ijs quæ tutor post minoris pubertatem gessit,num.58.

L.Lucius.§.Paulus.ff.de administr.tuto.conciliatur cum leg.si postea.ff.rem pupilli saluam fore,num.59.

Limitatio Septima.

QVoniã verò nouatione facta ius exequendi eua nescere diximus,superest *, vt hoc idem dica 54
mus de contractu finito,etsi tacitè aut expressim renouatus sit: nam tum agi veteri contractu iam finito pro sequenti tempore non poterit: sed agendum est potius postremo contractu renouato inter quæ plurimi quidem interesse constat simul propter pignora, & fideiussores, simul propter diei prærogatiuam non enim pignora, aut fideiussores prioris contractus iam finiti * tenentur pro 55
contractu num denuo renouato, si illi ex integro consensum non accõmodauerunt,atque quod ad diei prorogatiuam attinet in creditorum prælatione renouati contractus dies spectandus erit: probantur hæc & non obscure in l.cum Hermes. C. de locato. & in l. item quæritur. §. qui impleto, ff. locati.& in l.3.§.cum quinquennium. ff.de iure fisci,atque item in l.si constante,C.de donation.ante nupt.& in l.nouatione,C.de nouationibus, & tradit speciatim hanc sententiã Baldus in l.legem,C. de locato,& in l.tam mandatori, C.de pon numerat.pecun.idem Bald.Angel. & Alexand. in l.si vnus ex argentarijs.§.1.ff.de pactis.Ias.in l.certi conditio, num.21.ff.si certum petat.& in l.1.num.18.C. de iudicijs,& probat textus singularis in l. 3. ff. qui potiores in pignore habeantur: & illic Bartol. & Anton.de Fano. de pignoribus, 5.part.numer.2.membro 13. Ex quibus apparet clausulam illam, quæ hodie pactis conuentis adijci solet, *vt prioris instrumenti prærogatiua diei,& hypothecarum salua maneat,neque innouata videatur*,vtilem vtiq; esse, & rerum vsui magnopere proficuam cùm per eam efficiatur, vt etsi contractus innouatus sit,diei tamen & hypochecarum prærogatiua salua maneat, vt probat textus ille qui,vt dixi, & iterum est dicendum singularis est,in l.3.ff.qui potiores in pignore habeantur. * Eius enim hæc sunt verba.*Creditor acceptis pignoribus, quæ in secunda conuentione secundus creditor accepit nouatione postea facta pignora pignoribus addidit superioris temporis ordinem manere primo creditori placuit,tanquam in suum locum succedẽti.* Illa enim verba,pignora pignoribus addidit, apertè significat actum fuisse,vt prio

ris debiti pignora rata saluaq; manerent, alioqui nouatione facta secundi creditoris potior causa fuisset. * Quæ cum ita sit dicendum est iudice ad certũ tempus assumpto posteaq; illi tempore * prorrogato, pe- 56
riculum prorrogati temporis ad fidesiusso res non spectare, nisi aliud in fideiusione cautum sit. Bald. in dict. l. cum Hermes, C. de locato. Paul. de Cast. in l. dies, ff. de damno infecto, & in l. fi. ff. de pactis, Ias. in l. lecta. nu. 7. ff. si certum petatur. Decius cons. 93. & 400. vol. 1. num. 1. & cons. 107. vol. 1. Auend. in cap. correct. 2. part. cap. 30. n. 10. Paris de syndic. in Rubrica de fideiussore officialium, cap. 3. num. 15. refert eiusdẽ sententiæ alios non paucos Tiraquel. de retract. conue. §. 1. glo. 7. num. 32. & Boerius decisione 284. Sed & illud probãdum est, locum non habere executionem aduersus
fideiussorem tutoris * pro ijs, quæ tutor 57
post pubertatem sponte sua administrauit, textus in l. Lucius, num. 47. §. Paulus, ff. de administr. tutur. cuius verba ad hunc modum se habent. *Paulus respondit propter ea quæ post pubertatem nulla necessitate cogente, sed ex voluntate sua tutor administrauit fideiussorẽm, qui saluam rem fore cauit non teneri.*
Porrò Paulo * ex diametro aduersari vide 58
tur difficilis Africanus in l. si postea, ff. rem pupilli saluam fore, cuius talia sunt verba. *Si postea quam pupillus ad pubertatem peruenerit, tutor in restituenda tutela aliquandiu moram fecerit, certum est, & fructuum nomine, & usurarum medij temporis, tam fideiussores eius, quam ipsum teneri.* Vides Iurisconsultorum discrepantiam? ea verò tãto maior tibi
videbitur, quod nullus * interpretũ (quòd 59
sciam) illam attingat. Quare pro mei ingenioli exiguitate, vt tuis inseruiam commodis eam dissoluere curabo. Paulus ergò (vt ego sentio) loquitur quando autor finita tutela negotium nouum sua sponte suscepit, vt apertè significant verba illa, *nulla ne cessitate cogente, sed voluntate sua.* Proinde si de iussori id nocere non debet: cum, vt diximus vltra tempus obligationis non teneatur, l. fin. C. de pericul. tutor. Cæterùm Africanus loquitur de rebus ante finitam tutelam à tutore susceptis: in quibus restituendis si finita tutela moram fecerit, par est, vt ex præterita causa ad fructum & vsurarum restitutionem ipse, & fideiussores illius teneantur, l. si ij qui, C. quando ex facto tutores.

(.?.)

SVMMARIVM.

INstrumentum, quod in loco substantiali, rasum, cancellatumvè, aut alio vitio consumptum fuerit, executionem non meretur, numer. 60.

Locus substantialis in instrumento quis dicatur, num. 61.

Instrumentum quod ita obscurum fuerit, vt intelligi minus valeat, executionem non meretur, num. 62.

Minimum vitium in instrumento, etiam si in loco substantiali sit, non nocet, num. 63.

Quod iure cauetur, menda instrumentorum ante subscriptionem subnotentur, non pertinet ad mendas, quæ in loco non suspecto inciderunt, num. 64.

Limitatio Octaua.

RVrsus, neque executioni mandandum erit instrumentum, quod in loco suspecto, aut (vt ita dixerim) substantiali, & ad summam rei * principaliter attinente 60
rasum, cancellatum, aut supra scritum fuerit, aut forsan, ita à soricibus, siue muribus rosum, aut schasmate cõsumptum, vt exolescentibus litteris minus legi valeat, textus in cap. ex litteris, & cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, & illic classici omnes glossa & reliqui in l. prima. §. si rosæ, ff. de bonorum possess. secundum tabul. testatur communem opinionem Anto. Gomez in l. 45. Taur. num. 145. locum autem suspectum, seu substantialem dicemus eum, in quo * continetur, aut nomen contrahen- 61
tium, aut res summavè, de qua agitur, aut dies solutionis, aut testium, tabellionumvè nomina, atq; item dies locusque, in quibus contractus celebratus fuit: hæc enim omnia contractus substantialia dicuntur: sicuti apparet, ex gloss. finali, & illic interpretes in dicto capit. ex litteris, & dicto capit. inter dilectos, verbo, *consumptum, de fide instrumentorum*, & declarant dilucidius, l. 12. titul. 19. & l. 111. tit. 18. Partit. tertia, & pari ratione tantundem dicendum erit, si ità lituris, aut spurcitijs fuerit infectum instrumentum, aut per notas, seu compẽdia (vulgò, *cifras appellamus*) exaratum, vt legi in loco substantiali minime valeat. Bar. & reliqui in Authent. quod fine. C. de testament.

Alex.

Alexand. consil. 153. volumin. 2. nume. 7. textus singularis in l. 7. titul. 19. Partita 3. tradit quoque Baldus in l. contractus, C. de fide instrumentorum. Similis quoque ratio erit si verba ita obscura, aut perplexa fuerint, vt intelligi minimè * queant: se-
62 cundum Bartolum in l. quicquid astringendæ, column. prima, ff. de verborum obligationibus, Castellum in l. tertia, Tauri, verbo, *ciertas*. Videmus tamen, an aliquo modo concluſio hæc temperanda sit, & primò, concluſio hæc locum non habet, quando rasura, aut deletio fuerit tam minima, vt scripturæ sensum non offendat, secundum Abbatem in dicto capit, ex litteris, numer. 4. Neque aliud erit statuendum
63 si ex alio loco eiusdem instrumenti * verus scripturæ sensus percipi valeat, gloss. finalis, in capit. cum venerabilis, de religios. domibus. Socinus regul. 1. Suarez extensione 6. ad leg. Tolet. De hinc si diuersa instrumentum capitula contineat, solummodo nocebit vitium capitulo illi in quo inest cæteris capitulis non nocebit, l. si ex falsis. C. de transactionib. Abb. in dicto capit. ex litteris, de fide instrumentorum. Socin. dicta regul. prima, æquè si id, quod rasum, exoletum, additum, cancellatum, aut supra scriptum fuerit ad vltimam chartam à notario subnotatum emendatumque fuerit, scribit Bartol in l. si vnus, C. de testamentis, ex communi rerum vsu comparatum esse, vt nihil vitij eiusmodi menda instrumento afferat. Bartolo verò assentiuntur illic Alexand. Paul. & Ias. reliquique classici, & Baldus in l. 1. ff. de ijs, quæ in testamento delentur, & demum nostrati Regio iure recepta est illius sententia in l. 13. titul. 25. lib. 4. Recopilationis, qua cautum est mendorum, & suprascriptionum correctionem ante subscriptiones adscribendam esse.
64 Vnde apparet * verum esse, quod Iaso. & reliqui tradunt in dicta l. si vnus, C. de testament. huiusmodi correctiones ad margines reiectas nullius fore momenti. Ex superioribus igitur, & illud liquet, si rasura, abolitio, suprascriptio, cancellatiovè ad locum suspectum non attineant, etsi ad finem scripturæ correctæ non fuerint executionem non præpedire, sicut superiores sentiunt authores omnes, & apparet ex illa l. 111. titul. 18. part. 3. secundum quam illam alteram Recopilationis interpretandam puto.

***

SVMMARIVM.

CReditor sua authoritate ius sibi dicere non potest, aliàs creditum perdit, num. 1.
In causis executiuis actor forum rei, sicut, & in reliquis segui debet, num. 2.
In contractibus locum non habet remissio. nu. 3.
Clausula qua debitor renuntiat foro seque omnium iudicum potestati submittit, efficit, vt reus vbiuis inuentus remittat ad iudicem contractus, num. 4.
Lex 1. tit. 16. libr. 8. Recopil exponitur, nu. 5.
Renuntiatio legis, si conuenerit, cum renuntiatione fori efficit, vt reus vbiuis inuentus conueniri valeat, num. 6.
Recens pragmatica de submissionibus agens explanatur, num. 7.
Clericus hæres laici, an conueniri valeat apud secularem iudicem. num. 8.
L. 57. tit. 6. part. 1. interpretatur, nu. 9.
Clericus hæres laici, apud ecclesiasticum iudicẽ conueniendus est, nisi cum defuncto mota lis fuerit, num. 10.
Clericus succedens prædoni, non potest vti præscriptione fori, num 11.
Executio fieri potest per secularem iudicem in prædio specialiter obligato à laico, etsi clericus illud possideat. num. 12.

SECVNDA PARS, APVD QVEM Iudicem executio petenda sit.

§. Primus. De iudice ordinario.

VIdeamus, num quisnam ad exequendum sit iudex competens, nam cum creditor non * pos- 1
sit propria authoritate ius sibi dicere, alioqui ius crediti perderet, l. fi. §. finali, ff. quod metus causa, l. creditores, ff. ad legem Iuliam, de vi priuata, l. 3. C. de pignor. l. prima, titul. 17. lib. quinto, & l. 2. tit. 13. lib. 8. Recopilationis, necesse est per iudicem id persequatur. Est autem locus

hic aliàs plenè tractatus, & denique pridem Regia quadam pragmatica definitus, quæ lata est Madritijs Comitijs, Anno 1573. & extat hodie in volumine Recopilation. titul. 21. lib. 4. lege penultima, proinde rem hic indicasse satis erit: persequitur etiam, & hoc argumentum accuratè, & eruditè, vt cætera, & Rodericus Suarez in l. post rem, quæstione, 5. ibique postea, quàm de re iudicata exequenda dixit de instrumetis gua rentigijs agens, ait forum rei regulariter
2 esse sequendum, id quod & in * cæteris causis passim probatur, & in re iudicata non obscurè ostendit, l. cum antea. C. de arbitris. Quoniam extra forum rei peti executio non potest, solent notarij hodie instrumentis adijcere illam clausulam, qua reus debendi proprio foro, & domicilio renuntiat, se seque omnium iudicum potestati, & iurisdictioni submittit, quo fit, vt licèt aliàs in contractibus de vno iudice ad alium locum non habeat remissio. Itaque contrahentes, ita demum * apud iudicem
3 contractus conueniri poterunt si ibidem reperiantur, l. si absens, §. si quis, ff. de iudicijs, cap. Romana. §. contrahentes, de foro competent. in 6. Abb. in cap. fin. eodem, titul. num. 15. Bald. in l. executorem. C. de executione rei iudi. Afflictus in constitut. Neapol. in proœmio, num. 54. & lib. 1. Regul. 41. Mart. Laud. de officialibus domin. conclus. 31. Attamen per hanc clausulam efficitur, vt reus vbi vis inuentus ad iudi-
4 cem contractus * remittatur, glossa est celebris in l. 1 ff. si quis in ius vocatus non ierit, quam & cum laudis prædicatione magnificiunt vbique omnes: quorum nomenclaturam, quæ multa est (ne rem actam agamus) refert D. Couar. pract. quæst. cap. 10. nu. 34. & Alciatus de præsumptio. cap. 36. & hoc casu cæterisque istiusmodi, in quibus secundum vetera iura locum habet remissio, accipienda erit lex Regia prima, tit, 16. lib. 8 Recopil. quæ significat in contra-
5 tractibus locum habere remissionem * & ita accipiendam esse scripsit Montaluus in repertorio, verbo, delinquens, & Auilef. in cap. correct. cap. 17. verbo, *entreguen*, num. 16. & Auend. qui rectè illius sensum expendit, in tit. *de las excepciones*, num. 10. & Did. Perez super eadem lege in ordinationibus antiquis. Verum, vt & apud cæteros omnes
6 iudices, vbi reus inuentus fuerit executio * peti valeat, etsi ibidem contractum non fuerit: ex more notarium vsurpatum est, vt adiungatur huic clausulæ, etiam renunciatio legis, *si conuenerit*, ff. de iurisd. omn. iud. quæ hanc fori renunciationem irritam esse decernit, atque ita fit, vt vbicunque reus præsens sit executio peti valeat, etsi alibi contractus factus sit, & ita vtimur: quamquam cuius placuerit Bald. in cap. cum P. G. de officio deleg. illius legis, *si conuenerit*, rei nullam esse eam non valere, at quando conuentionem ita comparatum est, consuetudini Baldi cedere debet auctoritas, l. cum de interpretatione, ff. de legibus, vt taceam à Baldo discrepare Iasonem in l. si quis in conscribendo, nu. 11. C. de pactis, & Guido quæst. 77. Verum quoniam hæc aliaque multa ad hæc rem pertinentia pragmatica sanctione definita sunt, illusque apertissima sunt verba sensusque: non amplius hac in re immorabimur illudque tantùm admonebimus. Quibus in casibus lex illa permittit * executio- 7
nem extra territorium fieri per relationem ad alium iudicem (quas requisitorias litteras vulgò appellamus) necesse esse, vt iudex qui requisitorias litteras mittit, simul mittat exemplum noluntis, seu obligationis, quam exequitur: alioqui iudex requisitus, parere illis non tenetur ex ijs, quæ annotat Bartolus, Paulus, & Iason, in l. magistratibus, ff. de iurisd. omniũ iudicum, & id quoque admonet Couarruuias practicarũ quæstionum, capit. decimo, in fine, & hoc iure vtimur. Sed, & illud, quia foro frequens est dispiciamus * possit ne aduersus clericum 8
succedentem laico apud secularem iudicem executio peti: an potius ecclesiasticus adeundus sit iudex. Neque est sanè quæstio hæc sine controuersia: fuerunt enim veteres nonnulli, qui putarunt clericum hæredem laici, perinde ac ipsum defunctum apud secularem iudicem conueniendum esse: licet is cum defuncto cœpta non esset, sicuti meminit glos. in cap. clericum nullus. 11. quæstio. 1. & Alberic. in l. hæres absens, ff. de iudicijs. Imol. in l. si tum hominem. ff. de fideiussor. & denique habemus apud nos pro hac sententia apertam definitionem, in l. 57. titul. 6. part. 1. quam à iure abhorrentem non esse significat Palac. Rubios, in repetitione rubric. §. 39. numer. 8 & Suarez in l. post rem, extensione prima, & Auilesius in capit. Correctorum, cap. 10. num. 66. quibus etiam suffragatur, l. 15. titul. 4. lib. 5. Recopilatio. Verius est tamen apud iudicem ecclesiasticum conueniendum esse clericum hæredem laici, quãdo lis cœpta non est cum defuncto, ex sententia glossæ in dicto capit. clericum nullus. 11. quæst. 1. quam præter classicos, ibidem sequuntur Bart. & Paul. in l. hæres absens,

sens. ff. de iudicijs, & gloss. in cap. is qui in ius de regulis iuris, in 6. & Dec. in cap. quia V. de iudicijs, & Iason. in Authent. quas actiones, num. 39. C. de Sacros. Eccles. & in l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omniũ iud. Bertachin. de Episcop. quæstione. 49. & eam esse communem opinionem apparet ex scriptura Couarr. practicar. quæstionum cap. 8. numero quarto, atque ex Gregor. in dict. l. 57. Part. Quid ergo ad Regiam illam legem interpretes? & placet
9 Gregor. Lopidi * ibidem. & Auend. in capitul. correct. 1. part. capit. primo. num. 33. accipiendam illam esse quando lis cœpta iam cũ defuncto fuerat: sed legis verba hũc sensum, haud quaquam patiuntur, legitimè enim patent, ac sonant, sicuti animaduertit Villalobos in ærario commun. opinion. litera C, num. 101. & illius æmulus Olanus in concordia iuris *eadem litera*, num. 28. Magis est ergo (dicendum est enim, quod sentio) illius legis autores ad Regiæ potestatis fulgorem coniiuentes veterum illam alteram opinionem secutos fuisse: quæ quoniã explosa magno consensu à posteris fuit, videndum est ne illam nullo iusto titul. recipientes Sacrosanctam Ecclesiæ libertatem aduersus diuina Pontificiaque eulogia temeremus, sicuti religiose pieque exhortatur Couarruu. loco superiori. Maneat itaque clericum hæredem laici conueniendũ
10 esse apud * Ecclesiasticum iudicem. Hæc tamen regula intelligenda est locum non habere, quando lis iam cœpta cum defuncto fuisset, secundum Bartol. Angel. & Paulum, in l. hæres absens. ff. de iudicijs, idem Paulus Roman. & Alexand. in l. si constante. §. final. ff. solut. matrimon. sequunturque nostrates, qui ita accipiendam putant legem illam septem Partiti iuris, & demũ hanc testatur veriorem, & magis communem opinionem Franciscus Vitius, libr. secundo commun. opinionum, numer. 48. & Emanuel Suarez in thesauro recep. sentent. verbo, clericus, numer. 104. ideircò audiendi non sunt Maranth. in Specul. 5. parte, num. 13. & Boerius decisione, 69. qui sibi persuasum habent contrariam opinionem magis communem esse, licet eos sequatur Auend. dicto capit. 1. numer. 33. Deinde superior conclusio admittenda non est, quãdo clericus in fraudem * iurisdictionis secu-
11 laris succesit prædoni, tum enim bellissimè scribit Baldus in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. toll. quæst. 6. ne vile quidem obolo pensi faciendum esse clericatum, quia Ecclesia, inquit, vt vult ne sibi sua fraudetur iurisdictio, ita debet velle, & aduersus alios hoc idem scribit ipse in l. testamenta. C. de testament. & in l. acceptam. C. de vsuris, cõsentit quæ cum eo Autterius de potestate sæculari reg. 2. numer. 16. & Guillel. Benedict. in cap. Raynutius, verbo, vxorem, & Bertachinus de Episcop. 5. part. quæst. 49. Ex quibus aliquando consultus respondi, & adhuc in eadem sententia persisto, executione apud secularem iudicem facta in prædio specialiter pro censu à laico obligato cum clausula, de non alienando, audiendũ non esse clericum prædij possessionem allegantem fori præscriptionem, quando non consentiente creditore emit, cum, vt alibi diximus, contractus talis sic ipso iure nullus, atque proindè clericus prædonis iure possideat.

SVMMARIVM.

IVdex Ecclesiasticus non potest contra laicos executionem facere, nisi per requisitorias literas. num. 1.

L. 14 tit. 1. lib. quarto Recopilation. exponitur. num 2.

Iudex secularis tenetur auxilium impertiri Ecclesiastico iudici. num. 3.

In requisitorijs literis inseri debet exemplum actorum summatim saltem. num. 4.

Iudex requisitus obedire non tenetur requirenti, nisi sibi actorum saltem summarium copia detur. num. 5.

In causa fidei receptum, vt est seculari iudici actorum copia non detur num. 6.

Secularis iudex non tenetur obedire Ecclesiastico non vtile, & rite procedenti. numer. 7.

Appellatione ab Ecclesiastico iudice iuste interposita non tenetur secularis iudex brachium seculare impertiri. num. 8.

Non est obediendum Ecclesiastico iudici, qui prætermisit anathematis solemnis brachium postulare secutare. num. 9.

Pro debito pecuniario interdictum Ecclesiasticũ in prouinciam, seu ciuitatem infligi non debet. num. 10.

Secundæ Partis.

§. II. De Ecclesiastico iudice brachium seculare decernente.

QVamuis) vt superioribus dictum est) in rebus à clericis possessis interdū apud sæculares iudices executio locum habeat; cæterum aduersus laicos Ecclesiastici iudices exe cutionem faciendi potestatem habent nullam, sed hoc per literas ad sæculares iudices
1 missas facere debent (has * vulgo brachiū sæculare appellamus) hoc autem id est, quanuis Ecclesiasticus iudex interdum ius dicere in laicos possit: veluti super decimis & primitijs alijsque causis eiusdem generis, quarum, vel purè, vel mistim cognitio ad Ecclesiam spectat, quas referunt glossa, & Doctores in capit. cum sit generale, de foro competent. Verumtamen nullo pacto licet illis, quæ decreuerunt, statueruntve in laicorum personas illorumve bona exequi. Oldraldus consil. 86. Angelus in l. fin. C. de iudicijs. Barbatia, de præstantia Cardinalium. 1. part. quæst. 9. Boerius decis. 264 numer. 3. & 227. numer. 11. Palac. Ruuius in capit. per vestras. §. sed pulchrum, num.
2 18. Vnde apparet legem Regiam, * qua id expressim sancitur (ea est hodie l. 14. tit. primo, libr. quarto Recopil.) à iure communi non dissentire: laicos itaque Ecclesiastici iudices anathemate Ecclesiasticisque censuris coercendi potestatem solùmmodo habent: quòd si ij minus obtemperātes fuerint, eum tum Ecclesia iam nō habeat quid amplius facere possit suppetiàs a seculari iudice efflagitat, datis ad eum literis, quibus petit rogatque, vt à se statuta exequatur: sicuti ex quotidianis rerum experimentis abunde docemur: tenetur autem secula
3 ris iudex * auxilium suum impertiri, sicuti habetur in cap. primo, de offic. ordin. & in cap. 2. de except. in 6. & in l. à Diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iud. & in Authent. vt nulli iudicum. §. si verò comprehensoaum coll. 9. & in dicta l. 14. tit. 1. lib. 4. Recopil. Dūmodo sciamus, vt hoc brachij secularis
4 auxilium * rectè decernatur, oportere acto rum exemplum saltem summatim seculari iudici edantur, vt intelligere possit iusto ne ne Ecclesiasticus iudex ius dixerit, sicut placuit Abbati in dicto, cap. primo, de offic. ordin. & Stephano Aufrerio de potestate seculari, Regul. 4. num. 31. id enim generaliter receptum est, non aliter iudicem requisitum parere debere, quam si illi iudex re-
5 quirēs actorum * fidem fecerit, Bart. Paul. necnon Iason. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iudic. Aulesius in cap. corrector, cap. 20. verbo, *vsurpan*, numer. 20. Neque quamquam in errorem inducat textus in cap. inquisitioni. §. prohibemus, de hæret. in 6. nam illic singulari iure in detestando * 6
hæreseos crimine statutum est, vt non editis actis iudex secularis parere teneatur, sicuti superiores tradunt authores. Si igitur exactis secularj iudici constiterit Ecclesiasticum iudicem iniuste * executionem decernere, subsistere, & ad malum auxilium 7
præstare non debet, sicuti superiores autho res sentiunt, & Cardina. in Clementina Pastoralis, de re iudicat. & Aulesius in dicto capit. 20. num. 19. & Iulius Clarus in practica. §. vltim. quęstione. 36. Quibus tamē 8
magnopere refragatur textus in capit. Pastoralis. §. quia verò, de offic. delegat. quo expressim cautum est delegati sententiam etiam iniustam ordinarium iudicē necessario exequi debere. Proinde placet mihi magis distinctio glossæ ibidem, vt si quidem sententia sit nulla iudex requisitus exequi non debeat: sin verò sit contra ius litigatoris exequi teneatur, si in rem transierit iudicatam cum eius nō sit cognoscere, iusta sit, necne, vt definitur in dicto cap. Pastoralis, & in capit. secundo, de excep. in 6. id quod sentire quoque videtur Innocenc. in dicto capit. 1. de offic. ordin. & Guido Papæ, decis. 574. qui alios in eandem sententiam citat Nauarro quoque in capitulo cum contingat. de rescriptis, & Marantha disputatione quinta.

Secundum hęc igitur si reus à iudice Ecclesiastico * damnatus appellauerit in ijs 8
causis, in quibus locus appellationi datur, ita vt sententia in rem non transierit iudicatam, non debet secularis iudex Ecclesiastico iniustè exequenti morem gerere, sicuti respondet Oldraldus, consil. 89. cuius opinionem amplectitur Panormit. in dict. cap. primo, de officio ordin. numer. 12. & Stephanus Aufrerius dicto tract. de potestate seculari, Regula. 4. numer. 31. & probatur in cap. dilectis, de appellationibus. Neque aliud erit quoque dicendum * si Ecclesiasti 9
cus iudex prætermissis anathematum solēnijs auxilium postulet brachij secularis, sicuti scribit Palac. Ruui. in cap. per vestras, §. sed pulcrum, num. 17. Sed illud obliuiscendum non erit pro debito pecuniario interdictum Ecclesiasticum in prouinciam, 11
aut ciuitatem infligi non posse, sicuti cautum * est in extrauag. proinde de sententia 10
excom. inter communes, de cuius intelligē tia legito Felinum in cap. Apostolicæ, de excep. Calderinum de Ecclesiastico interdi

cto,

&to.numer.21.Stephan.Aufrerium de potestate Ecclesiastica.§.primo,num.9.Leonem Hispalensem consil.14.Quinimo hodie iuxta decreta sacri Concilij Tridentini non semper pro debito ciuili excommunicari priuata persona potest,vt habetur sess. 25.c.3.de reformatione, & habetur apud nos in l.4.& 5.tit.octauo,libro primo Recopilationis.

SVMMARIVM.

EXecutores,aut meri sunt,aut misti. num.1
Executor delegatus iudex est.num.2.
Merus executor à misto quemadmodum discernatur,ibidem.
A mero executere, vel misto appellare quando liceat.num.3.
Facta ab executore post appellationem tanquam attentata non reuocãtur si executor modum non excesserit.num.4.
Executor an recusari valeat.num.5.
Cum ab executore appellatur,quis adeundus sit iudex.num6.
Principe iubente ordinario iudici,vt aliquid exequatur,an iurisdictionem delegare,an officiũ excitare videatur.num.7.
Cum vni ex prætoribus rerum capitalium crimis animaduersio committitur iurisdictione delegata vtitur.num.8.
Inter ordinariam iurisdictionem. & delegatam per multum interest.num.9.
Forus latinum nomen non est,sed forum eum locum iudicij significat.num.10.

Secundæ partis.

§. Tertius. De iudice delegato, cui executio commissa fuit.

SED hæc de ordinarijs iudicibus, verum quoniã ad res iudicatas exequẽdas subinde executores delegari solent,qui iudicata ad effectũ * perducant:de his quóque pauca dicamus. Executorum summa diuisio in duo genera deducitur, aut enim meri sunt aut misti gloss. in capit. Pastoralis. §. quia 1

verò de offic.de leg. cui reliqui illic consentiunt interpretes,& in cap.de cætero,de re iudic.& Card.consil.64.& 94.Vterque autem executor delegatus iudex dicitur, secũdum Speculatorem, tit. de iudice delegat. §.2.Quemadmodum verò merus à misto discernatur è re erit, * vt dispiciamus. Et 2
alij quidem aliter sentiunt,siquidem glossa in dict.cap.Pastoralis,merum esse executorem ait,quando presentibus partibus cognitum est de causa,iudexque mandat alicui vt sententiam exequatur, mistum verò esse eum qui cognitionem hactet annexam: vt putà cum Papa mandat alicui rem restitui, vel beneficium dari per talem executorem & eãdem distinctionẽ amplectitur Abbas in cap.fin.de præsumption.& Ias.in l.à Diuo Pio.in princip.num.14.& Gregor.in l.52 tit.18 part.3.verbo,*señalado*.Portò è contrario Bart.in dict.l.à Diuo Pio,numer.7. ait merum executorem esse eum, cui nudi facti executio committitur:mistum verò cũ ad rem iudicatam exequendam necesse est aliquam causæ cognitionem adhibere, & idem quoque sentit Felin in capit.de cætero,in principio, de re iudicat. glossę verò opinio verior videtur.Per multum verò interest vtrunque executorem * siqui- 3
dem à mero executore non appellatur, nisi is modum excedat:à misto bene appellatur vt scribit glos.in dict. cap. Pastoralis, cum qua, & reliqui transeunt,& profecto si mistum executorem accipiamus,vt gloss.accepit,quando nondum re iudicata datur, verissima est opinio glossæ cum is propriè nõ dicatur executor,vt in l.executores. C. de execut. rei iudic. Cæterum quando iam re iudicata datur mihi videtur, siue is merus, * siuè mistus dicatur,& siue is nudi facti executor sit,vel non sit, sed cognitione etiam opus habeat, ab eo appellare non licere si modo modum in exequendo non excedat, ex l.ab executione.C.quorum appellat.nõ recipit.& l.ab executore.ff.eod.tit. & cap. nouit de appellat.& cap.quo ad cõsultationem,de re iudicat.l.52.tit.18.partita tertia, quæ ab executore appellari non posse definiunt,atque generaliter,sine distinctione loquuntur:proinde non est cur eas restringamus:alioqui futurum esset,vt ex re iudicata via fieret ordinaria:sicuti diximus superius limitatio.4.Ergo si executor in exequendo modum non excesserit, quę post * 4
appellationem fecerit, tanquam attentata reuocari non debent:iuxta ea, quæ notantur in capit.non solum,de appellat.in 6. & quæ nos diximus principio huius capitis §.

1.Quæ

1. Quæ verò de apellatione diximus, eadē, & de recusatione dicenda sunt, vt recusatio executoris, ita demum valeat * si modum in exequendo excesserit, sin vero modum non excesserit, quæ fecerit valida erunt, ne que obstiterit recusatio, sicuti probare videtur textus in cap. nouit. de appellat. & illic tradunt interpretes, tradit etiam Auendan. in cap. correct. secunda parte, cap. 23. num. 10. & Didacus Perez in l. 4. tit. 8. lib. 2. ordinam. ab executore verò interposita appellatione quis iudex ad eundus sit: an is, qui dedit executorem, an * alius consulito Bart. & reliquos in l. ab executore. ff. de appellat. & in l. à Diuo Pio, in principio. ff. de re iudic. & Abb. in cap. quod ad consultationem, eodem titul. sed, & quas exceptinoes executor admittere debeat tractant scribentes in cap. Pastoralis. §. quia verò. de officio delegat. & in cap. de cætero. de re iudic. Bartol. & reliqui in dicta l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. Boerius quoque decis. 43. quibus addito ex nostrati Regio iure, l. 3. tit. 33. part. 7. Sed, & illam vulgarem quæstionem non omittamus, an cum princeps * iubet ordinario iudici, vt aliquid exequatur, vtrum iurisdictionem mandare, an potius officium illius exhortari videatur, siue (vt apertius loquar) vtrum ex ordinario videatur eum delegatum facere. Extra verò de ea re elegans Pontificia constitutio in capit. licet an corrigendis, de officio ordina. ex qua euidē ter colligitur ordinariam iurisdictionem excitari non delegatam demandari? * Principis enim literæ exhortatiuæ, seu incitatiuæ ius communem non lædunt, auctore Baldo in l. sæpe audiui. ff. de officio præsidis. * quod cum verissimum sit accipiendū tamen, ita erit, nisi modo aliud superioris literæ significent, velut si illis verbis vsus fuerit authoritate nostra cognoscas, aut illis causam tibi committimus, aut delegamus. Idē erit si in literis adijciatur aliquid, quod alioqui ordinarius ipse, secundum ius suæ potestatis facere nequiret, exempli causa, si committatur causa appellatione remota, vbi aliàs appellatio permittebatur, his enim in casibus cæterisque similibus nō ordinaria excitari iurisdictio, sed delegata potius demandari videtur, sicuti illic interpretando tradunt Innocent. Ioann. Andr. Bald. Panormit. Felin. & reliqui classici, ex quo intelligere licet cum vni ex tribunis Celerum, qui in regalibus auditorijs ius dicunt crimen aliquod à Rege animaduertendum committitur, non ordinariam, sed delegatam iurisdictionem demandari, tantundem erit si ordinario animaduersio criminis extra suum committatur territorium, * secundum Boerium decis. 151. numero quinto, & Patidem de syndica. §. salarium. cap. secundo, & Iason. in l. ius ciuile. ff. de iustitia, & iure, vbi fusius rem tractat. Secundū hæc igitur intelligi tote constitutionem Regiam in leg. 11. tit. 21. lib. quarto Recopilationis, quæ de hac eadem re agens nō obscure significat cum ordinario iudici executio committitur, non, vt delegatum, sed vt ordinarium eū procedere debere. Inter hęc verò per multum interest, siquidem cum iurisdictio delegatur * potest ius dicens ordinariæ iurisdictionis terminos excedere, porrò cum ordinaria excitatur iurisdictio non potest, vt non obscurè ostendit textus in capit. graue. de officio ordina. & leg. 4. titul. sexto. libr. secundo Recopilationis. Et quoniam in fori mentionem incidimus anteaquam hinc habeam illud notandum duxi, forus in masculino genere in hac significatione, idest, cum locum iudicij significat apud Latinos autores nō reperiri *, sed forum in neutro, sentiat quāuis aliud Diuus Isidorus, sicuti illius litera refertur in c. forus, de verborum significat. à quo dissentit Alciatus lib. secundo dispunct. capit. 24. & Zazius in leg. secunda. §. his. ff. de legibus, & Alexand. ab Alexand. de diebus genialibus, c. 12. Idque etiam secuti sunt sapientissimi Regij operis authores, quod septem partium vocamus in leg. 7. titul. tertio, Partit. prima, & ostendunt illa Iuuenalis carmina, Satyra secunda.

Nunquid nos agimus causas, ciuilia iura,
Nouimus? aut vllo strepitu fora vestra mouent.

Necnon illa Lucani.

Cæsar habet vacuasque domos legesque silentes.

Causaque Iustitia tristi fora.

Item, & illa Martialis lib. secundo.

Si schola dānatur, fora litibus omnia feruēt.

Quod hic obiter non inuitus feci, vt admonerem ne viri sanctissimi, & alioqui doctissimi authoritas maximè à Canone comprobata quemquam in errorē induceret. Quāquam forsitan non Isidori is error fuit, sed chalcographorum potiùs, quorum socordia factum fuit, vt pro forum forus mendose reponeretur. Quod quidem de viro doctissimo eodemque Græcè, Hebraicè, & Latinè scientissimo proprius est, vt credamus.

SVM-

SVMMARIVM.

Tertio, qui instrumento nominatus non est executio non competit.num.1.
Cum ex instrumento tertio actio datur, & executio quoque dari debet.num.2.
Vxori ex instrumento dotali executio pro dote non soluta competit.num.3.
Vxor quæ communis coniugij fortunas agnouit potest executionem petere pro virili sua parte aduersus hæreditarios debitores.num.4.
Vnus ex socijs potest executionem petere contra debitores societatis, etsi nomen seu obligatio cum illo contracta non sit.num.5.
Quando lex diuidit bona inter aliquos, ibi nulla hominis necessaria est cessio.num.6.
Maritus sine vxoris mandato dotem exigere potest, ibidem.
Mulier constante matrimonio, de dote actionem non habet.num.6.
Dubita vxoris an maritus, sine mandato exigere possit.num.7.
In omni iudicio quantumuis summario, necesse est personarum legitimatio fiat.num.8.
L. non co minus. C. de procuratoribus, declaratur & num.9. & 10.
Neque mulier, sine mariti consensu, neque monachus, sine sui superioris authoritate executionem petere possunt num.11.
Tutor agere non potest anteaquam satisfederit inuentariumque fecerit.num.12.
Filius familias in iussu patris, an possit executionem intendere.num.12.
Cautela ad subuertendum iudicum motum ab illo qui patrem habeat.num.13.
Emancipatus quis non præsumitur nisi probetur, etsi sexagenarius sit.num.14.
Notorium, quod est si allegetur, releuat ab onere probandi.num.15.
Iudices, qui faciles sunt ad irritandos processus taxantur.num.16.

TERTIA PARS, IN QVA DEMONSTRATUR per quas personas executio petenda sit.

§.Primus. De creditore.

SEQVITVR dispiciamus, quæ sint personæ à quibus executio peti valeat, & primum illud palàm est à nemine melius executionem inteди, quàm ab ipsomet creditore, cui actio, & obligatio iure competit, vt in principio. Instit. de action. & tit. de ijs, per quos agere poss. Creditorem autem hoc loco accipere debemus eum qui instrumento nominatim * cõprehensus est: 1
nam tertio qui nominatus non est in instrumento persecutio non datur, etsi sua interfit, quæ Baldi vbique constàs sententia fuit, & in primis in leg. si pater. C. de dotis promiss. & in leg. ad probationem prima. C. de probationibus, & in capit. per venerabilem de electio. vbi non inuenuste, ait, *de quo non cantat instrumentum, neque ego quoque cantabo.* Et hoc sanè est secundum eundem Baldum in leg. prima. C. quorum lega. quod pragmaticorum semper habetur. *nihil tibi prodest instrumentum, quia non loquitur de te.* Baldi verò sentia magno nostrorum omniũ consensu probatur, sicuti apparet ex Iasone in leg. cum filius familias. numer. nono. ff. de verbor. obligat. & in leg. iurisgentium paragrapho, prætor ait. ff. de pactis. & Berio decisio 221. numer. quarto, necnon Decio consil. 410. Marantha quoque in Speculo tit. de executione, numero octauo. Et tamen hæc Baldi sententia intelligenda quando tertio illi actio * ex instrumento non cõ 2
petebat: alia porro causa est si illi actio ex instrumento competeret, daretur enim tũ tertio executionis persecuti ex eiusdem Baldi sententia in leg. prima. paragrapho videamus. C. de rei vxor. actione, & placuit Alexand. apud ipsum Baldum in dict. leg. si pater. C. de dotis promiss. eosque sequitur Suarez, in leg. post rem limitatione secunda, numer. primo. Ex quo notandum est, tametsi id noster nõ notet Suarez cum hodie apud nos absenti, etsi cum eo res acta non sit, actio ex instrumento quæratur, iuxta leg. secundam, titulo. 16. libr. 5. Recopil. de quanos hoc libro longiorem sermonem fecimus fore, vt hodie fere semper tertio illi, quia interest, si nominatus instrumento sit executio perinde, ac actio detur. ¶ Ex quo *Corollar.*
inferre possumus ad quæstionem * illam, 3
quam mouet Bald. in dicta l. si pater. C. de dotis promiss. an soluto matrimonio ius sit mulieri petendi executionem pro dote, quæ marito soluta non est, & placet illi executionem mulieri non competere, cum dos

viro

viro promissa est, sufragaturque illi magno pere. l. si socer. §. Lucius. ff. solut. matrim. ab ipso verò Bald. desciscit Alexand. eodē loci, quin, & ipse Baldus abs se ipso deficit in dict. l. vnic. §. videamus. C. de rei vxor. action. Sed sanè quid iure communi sequē dum sit, in mediò sit: verum quod ad nostrum ius Regium attinet indubitato dicē dum est, mulieri executionem dādam, cum illi soluto matrimonio actio ex instrumento quęratur, iuxta decisionem textus in leg. prima. §. videamus. C. de rei vxor. actio. & quæ affert Guido, decisione. 375.

Corolariū. Ex his quoque inferri potest ad quæstionem illam, quam nostrates mouent, an 4 ius sit mulieri, quæ communes coniugij * fortunas agnouit petendi executionem soluto matrimouio pro medijs creditis, quæ constante matrimonio pacta sunt: tametsi nomina ipsa (quas obligationes appellamus) solo cum marito loquantur. Et Auēd. Responso. 20. scribit mulieri executionem non competere, nisi demum quando facta diuisione illi nomina adiudicata fuerint, idem placet Didaco Perez in leg. quarta, titul. octauo. libr. tertio Ordinamen. excepto eo si v triq̃ cōiugi obligatio facta sit. Multa tamen ad præsens in mentem veniunt, quæ illis vehementer repugnare videantur. Primum, quia vt superiores tradunt authores quando actio ex instrumento tertio cōpetit, danda est quoque illi executio: nostra ti verò iure, secundum communem opinionem lucrorum dominium nec nō possessio pro virili parte continuo in vxorem transfertur, sicuti exactius dictum est à nobis hoc eodem lib. cap. quinto, quod, & de iuribus, & actionibus intelligendum videtur, nam lex Regia, quam illic citauimus generaliter loquitur, ait enim, *los bienes, que han marido y muger son de ambos*, bonorum autem appellatio iura, & actiones comprehēdit, leg. bonorum. ff. de verbor. signific. Pinellus in Rubrica. C. de bonis matern. in principio. Deinde cum mulier communes coniugij fortunas agnouit aduersus illam creditores pro medijs debitis agere rectè possunt, vt placuit Palac. Ruuios in repetitione rubricæ. §. 66. num. septimo. Verum contrariorum (vt vulgo aiunt) eadem est disciplina, l. prima. C. de cupręssis, lib. 11. Tertiò, quia 5 non paucis * placuit vnum ex socijs agere posse sine mandato aduersus debitores societatis. Angel. & Alberic. in l. si vnus ex argentarijs. ff. de pactis. Cynus in l. si te in Gal liam. C. si certum petatur. Bertachin. de Gabellis. 4. parte, num. 19. & consentire videtur Iason in dicta. l. si vnus, num. secundo * * Probat lex. 47. tit. 28. parte tertia, * accedit & Baldi egregia sententia in cap. primo, an agnatus, vel filius in vsibus Feud num. 24. vbi ait, quando lex diuidit bona inter aliquos, non esse necessariam hominis cessionem, * illud prætereo (placet enim prætirire omnia) quod inter Doctores communiter conuenit competere mulieri executionem pro dote ex tacita stipulatione, quæ iure sibi datur, sicuti latiùs tradidimus superius, ampliatione quarta. Hæc enim quoniam longiora sunt, quam quæ ad nostrum institutum (qui breues esse cupimus) conueniant: tuo acriori examinanda iudicio remittimus. Illud tamen * 6 citra dubitationem tenēdum est, posse maritum executionem pro dote, quæ sibi promissa est petere suo proprio nomine, id est, sine vxoris mandato, leg. si pater. C. de dotis promiss. leg. doce ancillam. C. de rei vendicatione, & illic interpretes omnes: etiam soluto matrimonio, leg. si socer. §. Lucius. ff. soluto matrimonio, quem mirabilem dicit Baldus Nouellus de dote, octaua parte, priuilegio 24. Quin mulier viuo marito actionem petendi dotem non habet, cum viri non sua sit actio. Ripa in leg. prima. ff. soluto matrimonio, numer. 53. Mansuerius in praxi, titulo de dote. Antonius Gabriel. in volumine commun. opinio. libr. tertio, titulo de iure dotium, conclusione tertia. In cæteris verò creditis, quæ ad mulierem pertinent, aut vxoris mandato, aut tanquam cō iuncta persona * maritus agere debet, vt in 7 leg. maritus. C. de procuratoribus, & illic clasici omnes. Quamuis autem, vt diximus à nemine meliori iure executio petatur, quam ab ipso creditore, vel ab eo, cui actio ex instrumento datur: meminisse tamen debemus necesse esse, is legitimam personam standi in iudicio habeat, nam in quouis iudicio quantumuis summario extra ordinariove necesse est ante omnia * litigatorum 8 personæ (vt ita dixerim) legitimentur. Baldus in l. finali. C. de edicto Diui Adriani tollend. quæstione quinta principal. versicul. octauo. Et hoc sanè est, quod scriptum est apud Bartolum in l. prima. §. & parui refert. ff. quod vi aut clam, num. 6. exceptiones, quæ ex persona descendunt, exclusas non videri ab statuto, quo exceptiones omnes aduersus instrumentum guarentigium excluduntur. Bartoli verò apud omnes peræquè

ræquè est probata sententia.

Corollar. ¶ Quæ res facit, vt si creditor minor sit annis, nam nisi tutore, aut curatore authore
9 * executionem rectè intendat cum certi iuris sit minorem in iure non, nisi tutore, aut curatore authore stare posse. §. 1. Instituta de curatoribus. l. prima, & secunda. C. qui legitimam personam standi in iudicijs habeant. Quod est quidem si in ipsius minoris damnum aliquid actum fuerit. Porrò si id quod gestum est in ipsius minoris vtilitatẽ vertat non illud tutoris, aut curatoris vitia uerit defectus: minoribus enim ætas in damnis subuenire, non in rebus prospere gestis obesse consueuit, sicuti bellissimè definit Imperator in l. non eo minus. C. de procuratoribus, & probatur apud nos in l. duodecima, tit. 22. & in extrema lege vndecima, tit. 2. Part. 3. tradunt Bart. & Bald. in l. si tutor C. in quibus causis, in integr. restit. non est necessaria, & Marantha in speculo. 4. parte, distinct. 16. numer. 25. Est tamen lex il-
10 la, *non eo minus*. accipienda * sanè de ijs, quę acta fuerunt à minore, antequam aduersarius illi curatoris obiecerit defectum, nam si aduersario contradicente iudex, curatore ad litem non dato in causa processerit, nullius omnino momenti erunt quæquæ post modum gesta fuerint, etsi magis in minoris vtilitatem cedant, sicuti eleganter scribit Bald. in capit. prin. o. de rescript. column. tertia, quem sequitur magni faciens Iason in dicta. l. non eo minus, numer. primo. His quoque conueniens est dicere, neque mulierem, sine mariti consensu, nec monachum
11 * sine sui superioris copia rectè executionẽ intendere: hunc enim sacri Canones prohibent, capit. placuit. 16. quæst. prima, illam Regiæ leges, l. secunda, & 3. tit. 3. lib. quinto. Recopilat. Prælatus verò sine consensu capituli, & capitulum sine authoritate prælati agere quando valeant, res est latior, quã quæ adhũc locum pertineat, atque si iubet videre poteris apud glossam, & interpretes in capit. edoceri. de rescriptis, in l. secunda, tit. quinto, partita tertia. Sed neque tutor quidem, aut curator, qui satis non dedit, aut
12 inuentarium non fecerit * rectè executionem intendit, quoniã his omissis agere prohibetur. l. tutor qui repertorium. ff. de administrat. tuto. l. fin. §. fin. C. arbitrium tutelæ, tradit. Specul. titul. de tutore. §. primo, numer. tertio. Boerius decis. 53. nume. quinto. Marantha in speculo, quarta parte, distinct. 16. numer. 33. Proinde sententia adue rsum ipsum tutorem qui satis non dedit lata minori non nocet, secundum Bartolum in l. si tutor. C. in quibus causis, in integrum restitutio non est necessaria. * Tametsi eo casu necesse non habeat tutor totum edere inuentarium, sed satis erit si caput edatur cum calce, secundum Ias. in l. argentarius, numer. 13. de edendo. * Filius quoque familias in iussu patris, non rectè executionem postulat. l. fin. §. 1. C. de bonis, quæ liberis, & ibi glossa, & Bald. in l. denique. §. vtrum. ff. de minoribus. Ergo si iudicium motum ab eo, qui patrem habeat labefactare velis facito, vt aduersario tuo statim in iudicij limine obijcias stare eum in iudicio non posse, quia dicas *filium familias eum esse: nam vinces illum emancipatum se esse non docentem, sicuti tradit Cœpola cautela. 118. & probant Alexand. Ias. & Decius in l. si emancipati. C. de collat. & ibidem testatur communem esse opinionem Curtius Iunior, num. 10. & Mincha ca controuersiarum illustrium, libr. 2. cap. 85. num. 13. Emancipatus enim quis non præsumitur, etsi ille maior * natu, atque a- 14
deò sexagenarius sit, secundum Baldum in l. 2. §. quod obseruari. C. de iure iurand. propter calumn. dando. Hoc tamen perpetuũ non est: sunt etenim plures species, in quibus filius familias sine patris consensu, stare in iure potest, vt videre licet apud Socin. regula, 151. & Angel. in §. actiones autem de peculio, num. 4. Instit. de action. & Ias. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. 2. tit. 1. & l. 2. tit. 2. part. 3. & in capit. 2. de iudicijs, in 6. Illud quoque neminem præterit locũ in non habere, si notorium sit eum emancipatum esse putà, quia coniux sit aut fuerit, manifesti enim iuris est notorium, quod erit si allegetur releuare * ab onere probandi 15
vicemque probationis habere. glos. in summa. 2. quæst. 1. & in l. prolatam. C. de sentẽtijs, & interloc. omn iudic. quod quàquàm alioqui notissimum sit interim tamen hic admonendum duxi, quoniam sunt nonnulli (nescio quomodo) proterui (ne iniusti, & iniqui dixerim) iudices, quos ego nullitatũ patronos appellitare soleo, qui qualibet * 16
vel leui captata occasione iudicia temere labefactant non sine mediocri litigantium incommodo cum per contrarium illud nobis magis curandum sit, vt res potiùs valeat quam pereat. l. exigendi. C. de procur. l. quoties. ff. de verborum obligat. Decius cons. 448. volum. 4. num. 17. eoque magis illorũ damnanda est proteruia, quod lege Regia cautum apud nos sit, vt sola facti veritate inspecta promissis iuris (vt ita dixerim) superstitionibus dirimantur lites, vt habetur in

l. fin.

l.fin.tit.17.lib.4.Recopilat.de cuius intelligentia alibi longior faciendus est nobis sermo.

SVMMARIVM.

PRocurator generalis rectè executionem intendit.num.1.

Generalis procurator debiti non potest solutionẽ recipere.num.2.

Ad recipiendam solutionem mandatum in scriptis dari debet.num.3.

Totus mandati tenor in iudicijs edendus est. num.4.

In exiguis causis non nimis scrupulosa facienda obseruatio est.num.5.

Coniuncta persona agere potest de ijs, quæ specialenon exigunt mandatum.num.6.

Coniuncta persona tenetur satisdare de rato. num.6.

Coniuncta persona sine mandato solutionem recipere non potest.num.7.

Coniuncta persona, & procurator generalis rectè desiderant, vt secreto debita pecunia deponatur, num.8.

Dominus ratum habere potest, quod à falso procuratore suo est nomine gestum. nnmer.9.

L. licet. ff. de iudicijs, luculenter illustratur num.9.

In principio litis obiecta falsi procuratoris exceptione, postea ratum habere non potest, quod ab illo sine mandato gestum est. num.10.

Falsi procuratoris ratihabitio, an post causæ conclusionem fieri valeat.num.12.

Ratihabitio fieri debet intra diem à lege præfinitam.num.12.

Appellatio à falso procuratore facta ratificari debet intra tempus datum a lege ad appellandum. num.13.

Retractus rei familiaris à falso procuratore factus intra diem à lege præfinitam ratificari debet.num.14.

Maritus retrahens rem venditam nomine vxoris intra præfinitam à lege diem mandatum habere debet.num.15.

Cauere debent iudices, vt à principio litis non admittant procuratorem, sine mandato ne lites in casum recidant.num.16.

In falsum procuratorem qui rei partes suscipit executio de re principali fiere potest, num.17.

Tertiæ partis.

§. Secundus. De procuratore executionem petenti.

PRocuratorem quoque, qui ad executionem petendam, debitumve exigendum mandatum habeat speciale, iure executionem intendere nulla est dubitatio. leg. verò procuratori, & l. hoc iure, ff. de solut. l.7. titul.14. part.5. Num verò generalis procurator * ad lites datus rectè executionem intendat, non satis inter Doctores conuenit: nam alij sdeciale ad eam rem mandatum exigunt: vt illi (quisquis is fuit, qui edidit libellum de instrumento guarentigio, qui inter Bartoli tractatus versari solet, & Angel. in §. fin. numer. secundo. Institut. de action. Socinus consil. 231. 2. parte. Alij verò è cõtrario simplex sufficere ad eam rem mandatum responderunt: vt Alexand. consil. 133. volum. 6. & Rodericus Suarez, qui exactius rem tractat dicta quæst. 3. ad lege Toletan. quamquam Alexand. immemor fuerit. Verum hęc fuerint ad dijudicã dum facillima, si omnes quotquot sunt procurationis species contempleris. Nam siquidem procurator datus est specialiter ad executionem petendam, dubitauerit nemo rectè ab eo executionem intendi: sic etiam indubitatum erit si ad aliam tantum causam datus sit eam tantum illum prosequi posse. Porrò si ad omnes generaliter causas tam præsentes, quam futuras (vt hodie est in vsu) constitutus sit procurator, ibi consentiunt plerique omnes rectè eum executionem petere posse Bartol. in l. hoc iure. ff. de solut. & in l. si procurator. ff. de procur. & eodem loci Angel. Suarez quoque dicta quæst. 3. num. 6. Meminisse tamen debemus quamuis is generalis procurator executionem rectè postulet, non tamen iure eum solutionem * recipere 2
posse. l. verò procuratori, & l. hoc iure. ff. de solut. l. inductum, C. eodem titul. l. non abstulit. C. de noua, l.7. tit. 14. partit. 5. tradit effusius Suarez dicta quæst. 3. num. 11. Excepto eo si procurator sit in rem suam. l. si procurator. ff. de procurat. vel nisi omniũ bonorum sit ei administratio commissa, vt in d. l. verò procuratori, ff. de solut. & dict. l.7. titul. 14. part. 5. Debet autem procurator, qui solui * sibi desiderat mandatum in 3
scriptis ostendere, secundum Bald. in l. falsas. co-

sas,colu.pen.C.de furtis,& Alex.in l.1. C. de procurat.& ibidem Ias.num. 9. & Boerius decisio.154.num.8.& Greg.Lopides in l.21.titul.5.part. 3. gloss. 1. & testatur communem D.Padilla in l. transactionis placitum,num.28.C.de transact.licèt aliàs in procuratore ad lites satis sit per testes probare mandatum, vt testatur communem opinionem,Iason in l.1.C.de procur. num.7.& Boerius decisio.181. nume.1.& Villalobos in ærario commun.opinio.verbo,procurator.num.493.& Iaffredus decisio.109.& Boerius decis.381.sed & illud animaduertendum erit non sufficere testimonium notarij,quo fidem * facit habere 4
Titium mandatum à Seio ad pecuniam recipiendam, sed oportet totus procurationis tenor ad verbum edatur,vt in Authent. si quis in aliquo documento,C.de edendo, & illic tradunt Alber.& Paul.tradit etiam glossa,& Panormita. in cap.Abbate sancti Syluan.de verbor.signific.Mathæus de Afflictis,decis.273.Alexand.consil.191. volumin. 6. Iason in l.iurisgentium, §. quod ferè,numer.4. ff. de pactis. Lanfrancus de Oriano in cap.quoniam contra, titul.de instrumentorum productione,num. 27.Boerius decisio.281.numer. 4. Decius consil. 30.volum.2.num.15.Castellus in l.1.Tauri,glossa 2.estque ea communis omnium scriptorum sententia : proinde cauendus erit Iason, qui sui immemor contrarium scriptum reliquit in l.1.C.de procurator. numer.4.Ad cuius tamen sententiam accedendum erit, quando causa fuerit breuis, atque non magni * momenti : in exiguis 5
enim non tam scrupulosa exigitur obseruatio,vt in Authentic.nisi breuiores,C. de sententijs, & interlocut. omn. iud. Bald. in l. non ignorat. C. qui accus. non possunt, column. 3. Neque enim expedit (vt Iustinianus Imperator inquit) magnas de rebus exiguis sustineant homines attritiones,Authentic.de fide instrumentorum,§. opportet,atque ita in causis,quæ inter rusticos vertuntur in pagis,non magnopere de iudiciorum obseruationibus curandum esse scribit Alexand.consil. 114. volum.6. numer. 6. & 9. & quoniam placet habentem generale mandatum rectè executionem petere conueniens est dicere coniunctam personam executionem pro coniuncta persona rectè postulare posse : potest enim coniuncta persona agere omnia quæcunque speciale non exigunt mandatum, l.sed & hæ,ff.de procurat.leg.patri pro filio,ff.de minorib.leg.exigendi.C. de procuratoribus,vbi Iason commodissimè rem explicat:præstare tamen debet cautionem de rato, si ante litis contestationem ab aduersario petatur, nam si non petatur,vel post litis contestationem petatur, illius omissio nihil omnino vitij iudicio attulerit, l.Pomponius,§.ratihabitionis, ff. de procurat.textus elegans in l.10.titul. 5. partita 3. Et quoniam coniunctæ personæ agere ea permissum * non est,quæ absque spe- 7
ciali non expediuntur mandato, fit vt non rectè desideret ipsa, vt pecunia sibi soluatur, l.verò procuratori, & illic glossa, & Bartol.ff.de solut.l.3. §.sed si forte. ff. iudicat.solui,l.3.ff.solut. matrimo. l. neque maritum,C.de solut. testatur communem Alexand. consil. quarto, numer. 9. volumin.secundo,& Ias.in l.maritus,C. de procurator.numer. 8. Illud tamen coniuncta persona rectè desiderat, * atque item gene- 8
ralis procurator:vt æs alienum, seu debita pecunia apud sequestrum deponatur,vt veniens dominus æs suum recipere valeat, sicuti bellissimè tradit Bald.in l. fin autem, ff.de negot.gest.& Ias.in non solum,ff.soluto matrimo.numer. 5.Abb.in capit.querellam.numer.11.de elect.Sed ecce Titius cùm mandatum non haberet,procuratorio * nomine executionem petijt, & quãquàm 9
nullo iure, admissus tamen fuit : dominus verò postea rem ratam habuit,quærebatur, an iudicium conualesceret: & extat de ea re bellissima Iurisconsulti decisio in l.licet, ff. de iudicijs,cuius verba in hunc modum se habent. *Licet verum procuratorem in iudicium rem deducere, verissimum est tamen, & si quia cum procurator non esset litem contestatus sit, deinde dominus ratum habuerit, videtur retro res in iudicium rectè deducta.* Quam ampliando intelligas locum quoque habere in adiutorio Principis, sicuti aduersus Bald.testatur communem esse opinionem Anton. Gabriel in volum.commun. opinio.libr. 2. titul.de procuratore, conclusio.4. Tredecim porrò limitationes ad eam legem subnectit Iaso. in l.licet. C. de procurat.num.10.Inter omnes verò notabilior illa est,legem illam locum non habere,quando aduersarius statim initio * li- 10
tis opposuit exceptionem falsi procuratoris, eumque minimè audiri postulauerit, donec legitimum ostendat mandatum : nam irritum erit quicquid postea non edito mandato gestum fuerit, nec profecerit ratihabitio postea facta,quæ Baldi singularis fuit sententia in cap.1.de rescript.& sequuntur,quàm plures quos recitat Pine.C.

de bonis maternis, l. 1. 3. part. num. 32. & probatur apud nos in l. 20. tit. 5. part. 3. & ibidem annotat Gregor. Lop. verbo, *no le diziendo*. Sed neque limitatio illa minus erit notabilis, licèt eam non referat Iason, quòd ratihabitio hæc fieri omnino debet ante causæ conclusionem, post verò nullius omnino momenti fuerit, sicuti placuit Bald. nouello de dote, 6. part. priuileg. 71. ex Bartoli sententia in l. si mater, §. eádem, in fine, ff. de except. rei iudic. quam à reliquis probatam esse apparet ex scriptura Pinelli loco modo citato: cæterum quoniam
11 hodie in foro vsitatum est, vt etiam * post causę conclusionem admittantur instrumẽta, sicuti latiùs scribit Couar. pract. quæst. cap. 20. num. 8. & Boerius decis. 27. num. 6 & nos quoque tradidimus hoc eodem libr. cap. 14. fortasis in vsu limitatio hæc minus recipietur, & id quidem rerum vtilitati magis congruit, ne iudicia irrita fiant, id quod etiam placere video Guidoni Papæ decis. 320. tradens moribus ita esse receptum, & ibi tractat etiam, an post sententiam huiusmodi ratihabitio valeat. Aliam igitur limitationem, quæ moribus magis congruat, subiungamus: hæc illa est, vt si actui qui à
12 falso procuratore gestus est præscripta * à lege sit dies, intra quam fieri debeat, necesse esse ratihabitionem intra diem illam à domino fieri: alioqui postea facta nihil omnino proficere, textus in l. bonorum, ff. rem ratam haberi, quæ ita exorditur. *Possessionem ab alio agnitam ratam haberi oportet eo tẽpore: quo adhuc in ea causa est, vt peti posset.* Conuenit autem ea l. fin. C. qui admittit, & l. in illa stipulatione, ff. de verborum obligationibus, & l. fin. ff. quis ordo in bono-
13 rum poss. seruetur. Cuius rei fingere * possumus exemplum in appellatione, quę quidem si à falso facta sit procuratore, nullius fuerit momenti, nisi intra tempora ad appelandum à lege præfinita rata à domino habeatur: sicuti tradit Speculator, tit. de appellationibus, §. 1. & Corneus consil. 262. lib. 3 & Anton. Gomez in comment. tom. 1. cap. 1. num. 3. Fingere item exemplum possumus in retractu rei familiaris: nam si
14 actor intra * nouem dies à lege Regia præfinitos petitione suo nomine à falso procuratore datam ratam non habuerit, sno iure decidit: sicuti multis ostendit Tiraquel. de retract. linag. §. 1. glossa 10. num. 85. Idem
15 * quoque, & in marito vxoris nomine retrahente, respondit Palac. Ruui. in l. 70. Taur. num. 6. & licèt ab eo desciscat Castell. inibi, num. 4. verum Palacios Ruuios opinionem iuri magis consentaneam esse ex superioribus apparet, & secundum eam aliquãdo me obtinuisse memini. Apud Gallos sanè patrijs legibus definitum extat retractum, ita à marito factum etiam sine vxoris ratihabitione validum esse, vt ipse memorat Tiraquel. §. 10. glos. 1. idque, & vt apud nos lege Regia rogaretur, è re publica magis fore putauerim. Quando igitur ratihabitio illas falsi procuratoris, * quæ ab 16
illa lege, *licet*, recipitur, tot limitationum modis imperitur, consultissimè facerit iudex si alieno nomine agentem non aliter admiserit, quàm si is à principio litis legitimum procurationis exhibuerit mãdatum, id quod, & nostrati Regio iure cauetur in l. 3. titul. 2. lib. 4. Recopilationis, ne alioqui consummata iudicia iam tandem in casum recidant. Sed & illud animaduertere debet iudex non solùm posse talem procuratorem non exhibẽtem mandatum in expensis damnare, sed amplius falsi pœna posse eum multare, vt in l. si quis obrepserit, ff. ad legem Corneliam, de falsis. Bartol. in l. autem. §. 1. ff. de negot. gestis, quin si is rei partes susceperit, poterit etiam de re principali damnari, iureque in eum rei iudicatæ persecutio dabitur, vt bellissimè definit Iurisconsultus in l. Plautius, ff. de procurat.

SVMMARIVM.

Hæredi nõ secus, ac defuncto executio competit, num. 1.

Actiones in hæredes pro rata diuiduntur, numer. 2.

Iudicium executionis ab vno ex hæredibus motum quemadmodum sustineri valeat, numero, 3.

Ius superueniens sufficit, vt iudicium conualescat, num. 4.

Hæres executionem petens debet probare se hæredem esse, num. 5.

Satis probat se hæredem esse, qui probat se defuncti consanguineum esse, num. 6.

Per procuratorem hæreditas, an adiri possit, numer. 7.

Emptor hæreditatis, ac testamentarius executor rectè executionem intendunt, num. 8.

Legatarius pro debito sibi legato rectè executionem intendit, num. 9.

Fideicommissarius, an executionem pro debitis hæreditatis petere valeat, num. 10.

Tertię

Tertiæ partis.

§. Tertius. De hærede executionem petenti.

SED & hæredi non aliter, quam ipsi creditori executionem competere dubitauerit nemo, cum hæres, & defunctus * vna & eadem persona intelligantur, sitque notissima iuris regula actiones, & obligationes ab hæredibus, & contra hæres incipere, l. 1. C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes, l. qui testamentum. ff. de probatio. Authentic. de iure iurand. à moriente præstito, column. 4. Et hoc sanè, & in statutis recipiunt communiter interpretes, quæ odio laborare manifestum est, Bartol. Paulus, & Alexand. in l. postulante, ff ad Trebellian. multo magis ergo, & in nostratibus legibus id recipiemus, quas tali odio non laborare manifestum sit. Petere tamen suo nomine, nisi pro virili parte vnus ex hæredibus non potest, cum pro rata in hæredes diuidantur * actiones, vt in l. pro hæreditarijs. C. de hæreditat. actionibus. Quamobrem si proprio nomine insolidum executionem postulauerit, & aduersarius plures esse hæredes docuerit, non nisi pro virili parte locum habebit aditio: atque nequicquam cæteri hæredes ratum habebunt, quod ab alio proprio nomine gestum est, cum non possit quis ratum habere, quod suo non est nomine gestum, vt iuris regula declarat. Quemadmodum ergo iudicium sustinebimus? donando cedant * illi actiones cæteri hæredes: atq; eo pacto in totum aditioni locus erit: quoniam ius superueniens sufficit, vt iudicium conualescat, l. si rem alienam, §. final. ff. de pignor. actione, Bald. in l. ordo, quæstione fin. C. de executio. rei iudicat. * Et Bald. Nouellus de dote, 6. part. priuilegio, 71. * Anton. Gabriel, in volum. commun. opinio. lib. 2. conclusione 2. & 3. potest autem, & vnus ex hæredibus tanquam * litis consors, & pro cæterorum partibus executionem petere, vt in l. 1. C. de consort. eiusdem litis, & l. 10. titul. 5. part. 3. quanquam solutionem sibi fieri eo casu, nisi pro sua parte desiderare non potest, sed tantùm, vt secresto debita pecunia demandetur, sicuti de coniuncta persona diximus superius, nisi forsan consors ratum habeat, vt scribit Baldus in dicta l. ordo. C. de excep. rei iudicat. quæstione finali. Debet autem à principio litis, aut certè intra positionis * tempus docere se hæredem esse, vt animaduertit Roderic. Suarez extensione 1. ad legem styl. nume. 3. & 11. Meminisse autem debemus satis probare se hæredem esse, qui probat se esse creditoris * defuncti consanguineum, etsi non probet nullum alium esse agnatum propinquiorem: nam qui contrarium allegauerit illud probare tenetur, vt est author Raphael Cumanus in l. sed si desua, & illic Ludouic. Rom. ff. de acquirend. hæred. & Alexand. in l. is potest, eodem tit. & libro: & ibidem Iason, qui plures citat, numer. 83. Illud verò tanquam notissimum omiserim hæreditatem per procuratorem adiri nõ posse, l. Paulus per procuratorem, num. 89. ff. de acquirend. hæredit. quod quemadmodum * intelligendum sit præter classicos ibidem explicat acutè Bald. in l. 1. C. qui admitti. quæstio. 29. & 30. Non solum autem hæredi, sed & emptori hæreditatis (quia hæredis vicis sustinet) executionem aduersus hæreditarios * debitores dandam esse, apparet ex l. emptor. C. de hæred. vel actione vend. Idem iuris erit, & de testamentario executore, cui bonorum distributio commissa est, iuxta ea quæ notat Bald. in Authentic. si quis ad declinandam, C. de Episcopis, & cleric. & Castill. in l. 32. Tauri, verbo, *causas*, & Bartol. in l. firmio, §. 1. ff. quando dies legati cedat, quibus addito, l. 2. titul. 10. part. 6. Quin & legatario, cui debitum legatum est, & executionem competere, etiam non cessis ab hæredibus actionibus apparet, ex l. legato. C. de legat. & illic annotat Bald. Suar. quoque in extensione prima, ad legem Toleta. sub finem. Quid verò si hæreditas aliquid hæredi debeat, quemadmodum * res expediri debet? Tractat hoc Bald. in l fin. §. in computatione. C. de iure deliberand. & ait, si hæres habeat instrumentum de debito necesse non habere executionem pro eo petere, cum ipse sibi soluere possit, sin verò debiti instrumentum non habeat petat curatorem bonis dari, quo cum agat. Bald. porrò sequuntur Paul. Alexand. Iason, & Alciat in l. debitori, C. de pactis. Fideicommissarius autem, an executionem * pro debitis hæreditarijs petere valeat, consulito textum, & Bart. in leg. vxori meæ, ff. de vsufruct. legat. Guillelm. Benedict. in capit. Raynuntius, verbo, cætera bona, num. 24.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

SVMMARIVM.

PRocurator in rem suam rectè executionem intendit, num. 1.

Fideiussor, qui debitum soluit executionem quèadmodum intendere valeat, num. 2.

Cum fideiussori, nec indemnitas repromissa est, neque illi cessa fuit actio via ordinaria agere debet, num. 3.

Fideiussor, cui cessæ sunt actiones aduersus cæteros fideiussores, executionem rectè intendit, num. 4.

Quoties creditori executio competit, competit etiam, & cui iure cessæ sunt actiones, nu. 5.

L. per diuersas, & l. ab Anastasio. C. mandati, apprimè elucidantur, num. 6.

Cum cessio titul. donationis fit, legitimè fit, numer. 7.

Cum cessio titulo venditionis fit, non potest cessionarius amplius petere, quàm numerauit, num. 8.

L. per diuersas habet locum, etsi iusto pretio cessio actionum facta fuerit, num. 9.

Priores leges ad posteriores trahi debent, numero, 10.

Cum cessio facta fuit partim emptionis, partim donationis titulo, nec emptor potest petere amplius, quàm præstitit, neque reliquum venditor, num. 11.

Actione semel cessa nihil iuris penès venditorem remanet ad superfluum pretij petendum, numer. 12.

Pretij solutio non solum probationibus, sed etiam argumentis, & coniecturis, probari potest, numer. 13.

Actiones directæ adhærent ossibus creditoris, numer. 15.

Etiam cessio actionibus potest cedens executionem intendere, nisi in tribus casibus, numero, 16.

Cessio fieri debet tempore, quo pecunia soluitur, vel ante, non post, num. 17.

Tertiæ partis.

§. Quartus. De cessionario executionem petenti.

NOn solum autem hæredi ex instrumen publico (vt superiori dictum est paragrapho) executio datur, sed etiã ei, cui creditor cessit * actionibus, qui iure procurator in rem suam (vulgò autem cessionarius appellatur) huius sententiæ fuit Bart. in l. 1 ff. de actio. & obligat. Bald. in l. per diuersas, quæst. 10. C. manda. Paul. & Alexand. in l. postulante, ff. ad Trebell. Rom. consil. 142. loquuntur i; sanè in municipalibus statutis, sed tanto magis in nostratibus legibus hoc recipiendum erit, quanto minus hæ illis odio prægrauantur: rectè ergo hanc amplexus est sententiam Roderic. Suarez extensione 7. ad legem Tolet. & Montaluus in Repertorio, verbo, *obligacion.* Ex quo illud erit tractandum, quod est apud Auilesium in cap. correct. cap. 10. verb. *executiõ*, nu. 38. an * cessio à creditore fideiussori facta (vulgò, *carta de lasto*, appellatur) paratã executionem habeat, id est, an fideiussor qui debitum soluit, cessa sibi à creditore actione, possit aduersus ipsum reum principalem, pro quo soluit executionem petere: edito, scilicet, cum ipsa cessione instrumento principali nominis, seu obligationis: & planè cum ipse principalis reus fideiussorem saluum præstare re stipulatus est, aperta res est executionem fideiussori competere ex ipso, scilicet instrumento indemnitatis, ne vlla quidem sibi à creditore actione cessa. Cæterum si fideiussori, nec indemnitas * repromissa sit, neque illi cessa sit actio, solummodo actione mandat cum debitore agere poterit via ordinaria, non via executiua, l. 2. & per totum, ff. mandati. Atque si indemnitate non repromissa ex actione per creditorem principalem sibi cessa fideiussor agere velit, hic dubitationis est, an executio locum habeat? & hic Auilesius literatus alioqui vir dum legum Regiarum nostrique Regij iuris oblitus, hanc quæstionem ex iuris communis regulis definiendam putat, in re aperta (& vt aiunt) in sole caligat, * ait enim fideiussori executionem non competere ductus Bartoli sententia eaque communi in l. 1. ff. iudi. solui, vbi tradit differentiam inter fideiussorem contractus, & fideiussorem iudicij, quod huic executio competat, illi non competat. Sed non animaduertit Auilesius hac in parte ius commune à Regio iure longè distare, cum iure Regio contractus publici paratam executionem habeãt, iure communi non habeant. Si ergo fideiussoris instrumentum cum creditoris cessione in ius exhibeatur, quid rogo est in causa, quamobrem fideiussori executionem denegemus? cum iuxta nostratium legum definitiones ex omnibus instrumentis publi-

publicis executio detur? An non concors est inter scriptores omnes sententia, quotiescunque * creditori executio competit, etiam ei competere, cui iura sunt cessa, vt tradunt Paul. Alexan. & reliqui in l. postulante, ff. ad Trebellia. & alij quos paulò antè citauimus, nullo ergo pacto est dubitandum executionem fideiussori competere aduersus debitorem principalem ex actione sibi à creditore cessa, eoque iure vti nos, prout est frequentissimum, & omnes quotquot fori expertes non fuerint, satis nouerint: & ipsemet Auilesius non inficiatur. 6 Quanquam verò certissimum * sit eum in quem creditor cessit actionibus perinde, ac ipsum creditorem executionem habere, meminisse tamen debemus cessionem hanc non aliter legitimam esse, quam si ea fiat iuxta decisionem Imperatorum in l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. manda. de quartum tractatu, vt qui foro frequens est, non alienum fuerit nos hìc aliqua summatim exponere: præsertim cum interpretum commentaria minus mihi hoc loco satisfaciant, proinde illis paulisper intermissis ipsarum legum mentem sensumque secutos has conclusiones ex illis subnectendas putaui. Aut actiones nominisque cessio fit 7 per donationem * puram nullo omnino, neque palam, neque occultè pretio accepto, & legitima est huiusmodi cessio, liberumque cessionario erit, totum persequi debitum. Aut verò cessio fit titulo venditionis, & non potest cessionarius amplius petere, quàm præstitit cessionis authori: 8 porrò si cessio facta fuerit partim * donationis, partim venditionis titulo, æquè non poterit cessionarius amplius postulare, quã reuera numerauit: tantumdemque erit, si propalàm donando fiat cessio, clam verò pretium accipiatur, quibusdam exceptis casibus qui specialiter illis excipiuntur legibus in quibus cessio omni modo valet. Harum verò constitutionum illa est ratio, quod istiusmodi litium redemptores alienis fortunis inhiantes solent plerumque litigantes magnis vexationibus efficere suscipientes ambiguas minusque legitimas actiones: cum certum sit, cum indubitata est actio, & certa, magis velle creditores per se sua iura consequi, quàm cum iactura ad alios transferre. Hæc ad summam illarum legum mens, sensus, atque ratio, quæ quidem ex eis, quàm facillimè colligitur. Nostri verò interpretes alioqui Iurisconsultissimi dum valde nimis leges illas explicare student rem pene totam confundere, faciunt, itaque hoc loco (vt ego iudico) quod est apud Terentium, *Ne intelligendo, vt nihil intelligant.* Nam primum dum dissoluere curant argumentum, quod obstare * videbatur, ex titulo de hæreditate, vel actione vendita: aiunt constitutiones has locum tantummodo habere, quando cessio minimo pretio facta fuerit, itaque negant eas pertinere ad cessiones, quæ iusto pretio fiant: id placet Accursio in dicta leg. per diuersas, verbo, *venditionis*, & *glossa finali*, cum quo reliqui deinceps ab eo interpretes consentiunt, & Innocent. quoque in capit. final. de alien. iud. mutandi causa facti, & ibidem Abbas, num. 5. & Specula. titul. de cessione actionis, §. primo, cum tamen si perspicis, Imperatores in illis legibus ne vllum quidem de modico maiorivè pretio fecerit verbum. Quin horum consilium solummodo fuit subueniendi debitoribus, quos vexari magis certum est cum pluris actio venditur, quàm cum minoris. Vnde ergo hoc commentum interpretes? cur ita ex professo Imperatorũ decisionibus refragantur, nullo præsertim iusto fundamento commoti? cauetur sanè ve 10 teri iure in illis titulis de * hæreditate, vel actione vendita nomina, & actiones emi, & venire posse? cæterum illa iura, secundum hæc posteriora acceptum iri, quis dubitat? nunquid est nouum, vt priores leges ad posteriores trahantur? l. non est nouum. ff. de legibus, præsertim cum ipsę illæ leges *per diuersas, & ab Anastasio*, de quibus mentionem fecimus, apertè significent, velle se veteris iuris correctionem inducere. Quid igitur temerè correctionem expauescimus, vbi legislator ipsam voluit inducere expressim? an non licet Imperatori vereres leges corrigere, aut immutare? * * Quanquam, & secundum distinctionem Bart. isthic, num. 23. nequaquam ille titulus de hæreditate, vel actione vendita contrarius est harum legum diffinitioni, locum siquidem habet titulus ille, vt Bartol. rectissimè interpretatur, quando venditor hæreditatem possidet: at quando tertius possidet, locum habet harum legum definitio, quippe cum eo casu venditor cedere videatur actionem aduersus tertium hæreditatem possidentẽ. Proinde talis emptor hæreditatis tanquam litium redemptor haberi debet. Cum igitur tam facile extet ad illum titulum responsum, cur relictis Imperatoris apertissimis diffinitionibus nouas nostro marte sententias (ne tricas dixerim) confingimus? * Sed & illud, quod 11

Cætera de fideiussore, vide infra.

lege illa *ab Anastasio*, definitum extat, cessionem * partim venditionis, partim donationis titu. facta, neque emptorem amplius quam præstit, neque donatorem, quod reliquum est posse petere: intelligendum pari quoque ratione existimo, quando per venditionem tantummodo cessio facta fuerit, scilicet, vt sicutiti emptor non potest amplius petere, quam præstitit, ita neque venditor, quod reliquum est possit petere: tametsi interpretes in contrariam sententiam pedibus ierint, scribentes hoc posteriori casu non prohiberi venditorem, quod reliquum est petere, vt est videre apud clasicos omnes ibidem, & apud Anton. Gabriel in vol. cõmu. opinio. libr. 2. tit. de actionibus, conclusio. 5. Plenè cum lex illa ab Anastasio edita solummodo fuerit ad interpretationem legis illius, per diuersas, non video, quamobrem, quod altero casu illa definitũ est, ad hanc alteram trahendum non sit:
12 quid quod? actione * semel cessa, nihil omnino iuris remanet penès venditorem, quo valeat, quod superfluum est petere, sicut apparet, ex l. venditor actionis, ff. de hæred. vel actione vend. Verùm & hoc, quod nos modo sentimus, sensere & ante nos antiquorum nonnulli, vti memorat Speculat. tit. de cessione actionis. §. 1. in quibus Iacobus de Arenis, Petrus, & Cynus in eadem lege ab Anastasio: quorum sentẽtiam, & legum ipsarum rationi, & rerum simul vtilitati consonantem magis fore pro aris (quod aiunt) & focis contenderim: & rogo si emptor actionis petere potest: quod præstitit, venditorique, quod supereſt, petere quoque conceditur, quodnam beneficium lex illa, *per diuersas*, attulerit debitoribus? cum tamen Anastasius illius conditor debitoribus se prospicere dicat, & illius cõstitutionem, tàm humanitatis, quàm benevolentiæ plenam scribat Iustinianus lege sequenti. Fateamur igitur necesse est autorum interpretamentum ab Imperatorum verbis sensuque longè dissentire, id quod probat non obscure Authent. minoris. C. qui dare tutores, vel cur possunt. *Nec verò, inquit, is qui cessit agere debet, cum in legem commiserit licet cessio pro iustis causis facta sit*: quæ verba adeò aperta sunt, vt nemo merito nostram sententiam veram esse inficiari valeat. Illud tamen ab interpretibus
13 rectissimè traditur, pretium quod * processione datur, oportere reuera numeretur, neque satis esse à venditore accepto latum sit: itaque licet confessio de recepto ipsi cedenti noceat, debitori verò aduersus quem fit minime nocebit, sicuti ex ipsarum legum verbis non semel colligitur, tum ibi: *Si quis datis pecuniis huiusmodi subierit cessionem*, tum illic, *nihil amplius accipiat, quàm ipse verò contractu re ipsa persoluit*, fuitque in hac sententia Accursius in dict. l. per diuersas, verbo, *solutarum*, adstipulanturque illi, illic Bart. Paul. & Salic. à quibus licet Bald. decisat, & alij apud Anto. Gabr. in vol. com. opin. lib. 2. tit. de actione, conclu. 5. nu. 24. Tamen eorum opinio à reliquis omnibus recipitur, sicuti videre licet apud Corn. cõsil. 230. lib. 1. apud Tiraquel. de retract. linag. §. 1. gloss. 18. nu. 79. & hanc testatur communem opinionem Suar. allegatione, 19. in principio. Indubitataque hæc sunt, dummodo meminerimus * hanc pretij so- 14
lutionem non solum probationibus, sed etiam argumentis & coniecturis posse probari, secundum Angel. cons. 34. & Salicet. in l. si mater. C. de contrahen. empt. Alex. consi. 18. volu. 3. Tiraq. loco modo citato, nu. 89. Castell. in l. 6. Tauri, verb. *la quinta*, & alij quos allegauimus hoc eodẽ libr. cap. 11. Illud quoque silentio prætereundum non erit, posse cedentem ratione, actionum directarum, * quæ illius ossibus adhærent, 15
sicut tradit glo. in l. 3. ff. pro socio, & in l. 1. C. de act. & oblig. etiam post cessionem petere executionem in debitorem exceptis tribus casibus expressis in l. 3. de nou. quæ hanc sententiam non obscurè probat, eamque singularem illic testantur Bartolus & reliqui. Atque idcirco, nisi in illis tribus casibus procurator in rem suam reuocari à cõstituente poterit, iuxta gloss. in l. sicut, §. pro curator, ff. quibus modis pign. vel hypothec. soluitur, verbo, *exceptionem*, & in l. quæ omnia, §. planè, ff. de procurator. vbi Bald. & Paulus accuratius rem explicant. idem Bald. in leg. tertia, quæstio. prima, C. mand. & in dicta l. 1. C. de actio. & obligat. & Decius consil. 521. num. 9 volumin. quarto, & Bartol. (quanquàm ofcitanter) in leg. si procurator. numer. secundo, ff. de conditione ob causam. Illud quoque neminem fugit cessionem fieri debere tempore quo pecunia soluitur, alioqui post aliquod interuallum facta nullius erit momenti: cum nulla superfuerit actio, quæ cedi possit, l. Modestinus. ff. de solut. quam bellissimè explanat glossa in leg. Papinianus, ff. mandati, & apud nos quoque leg. 11. tit. duodecimo, partita quinta. Proinde, quando cessio præsenti pecunia non fit, cauendum est, ne in cessione de solutione facta mentio fiat, sed potiùs de solutione faciencia.

cienda. Cætera verò, quæ ad cessionis tractatum pertinent, videre licèt apud interpretes in leg. prima. C. ne liceat poten. & Abb. in capit. secundo, de alien. iudicij mutandi causa faAa. Specul. titul. de cessione actionis. Afflictum decisione, 74. & peculiarem tractatum Ioannis de Grassis de cessione iuris, & actionis, volumin. primo, tractatuum.

SVMMARIVM.

ADuersus hæredem perinde, ac contra debitorem executio locum habet, num. 1.

Non satis est creditori probare Titium in quem fit executio filium esse debitoris, nisi probet eũ esse hæredem, num. 2.

Filius agendo tanquàm hæres hæreditatem, adijsse videtur, num 3.

Hæredem quem esse quemadmodum probetur, num. 4.

Hæreditate incerte quemadmodum actor sibi cauere debeat, num. 5.

Desiderantibus creditoribus potest iudex restringere tempus datum hæredibus ad deliberandum, num. 6.

Hæres, an in carcerem pro ære alieno defuncti detrudi possit, num 7.

Consuetudo in conficiendo inuentario seruanda est, num. 8.

Inuentarium re confici debet, nec protestatio de conficiendo sufficiet, num. 9.

Confecto inuentario tenentur hæreditarij creditores accipere hæreditaria bona in solutum pecunia non suppetente, num. 10.

Executio aduersus hæredes locum non habet, nisi pro hæreditarijs portionibus, num. 11.

Siue defunctus contractu, aut testamento cauerit, siue hæredes inter se conuenerint, vt vnus ex hæredibus æris alieni onus sustineat adhuc executio non nisi pro hæreditarijs portionibus petenda est, num. 12.

Si vnus ex hæredibus efficiatur non soluendo cæteros non onerat, num. 13.

Trãsactione facta inter hæredem legitimum, & testamẽtarium vterque pro rata parte conuenire debet, num. 14.

Aduersus hypothecam insolidum agi potest, nu mer. 15.

Etiam si res hypotheca apud plures extent posse res aduersum vnam rem insolidum agi potest, num. 16.

Per multum interest, an creditor executionem pro debito petat, an hypothecaria experiatur, num. 17.

Pro censu, seu emphyteutico canone aduersum possessorem prædij pro censu obligati facienda est executio, num. 18.

Si plures fuerint fundi emphyteutici possessores ab vno insolidum vectigal exigi poterit, numer. 19.

Pro hodiernis censibus vnusquisque qui possideat rem aliquam censui obligatam insolidum conuenìri poterit, num. 20.

QVARTA PARS, ADVERSVS quas personas executio locum habeat.

§. Primus. Quando executio aduersus hæredem locum habeat.

NVNC dispiciamus aduersus quas personas executio locum habeat: & in primis sciendum est * nõ so 1
lùm aduersus debitorem, sed etiã aduersus ipsius debitoris hæredem executionem locum habere, sicuti cum aliàs passim videre est, & probat eleganter leg. ex contract. ff. de re iudic. Atque si in manifesta testibus opus sit, tradunt optimè Bartolus, Paulus, & Alexand. in l. postulante, ff. ad Trebel. Surez extensione 1. ad legem Tolet. Anto. Gomez in l. 64. Taur. constare tamen debet ipsum esse hæredem, vel à principio executionis, vel certè intra oppositionis tempora, sicuti nostrates loco proximo tradunt, & Auend. titul. *de las excepciones*, numer. 24. Sed neque satis quidem erit creditori probare, eum aduersus quem executionem intendit esse debitoris * filium nisi 2
quoque probet eum esse hæredem, secundum Paulum de Castro in l. 2. ff. de condit. furtiua, & Guillelmum Bened. in cap. Raynuntius, verbo, mortuo, 2. num. 87. Nam licèt glos. in Authent. vt ij qui obligatas perhibent habere se res minoris, col. 3. verbo, *parentes*, collatione, 6. voluerit in suis hæredibus hoc necessarium non esse, sed præsumi eos esse hæredes, & sequatur eam Baldus in l. apud hostes, ff. de iuris, & legitimis hæredibus, & alij apud Tiraquel. de vtroque retract. glo. 9. num. 51. & testatur communem vltramontanorum Ange-

lus de Suitate, quæst. 9. num. 6. Verum plerique incontrariam sententiam pedibus ierunt, quin & ipse Accursius (parum sibi constans) contrarium scripsit in l. necessarijs, verbo, teneantur, ff. de acquir. hæredit. & illic sequuntur Bar. & reliqui, præsertim Alexand. qui testatur communem, idem facit Iason in l. ei qui, num. 1. ff. de acquir. hæred. & Viglius in §. sui, num. 8. Inst. de hæredum qualit. & differt. Imol. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim. & magis communem testattur Socinus cons. 61. volu. 1. & communem quoque affirmat Ant. Gomez de vltimis volunt. cap. 9. nu. 25. Qui tamen id singulariter intelligit locum habere quando * filius conuentus à creditoribus non comparet in iudicio, vel negat se hæredem, aliter atque si iudicium subeat, & offerat se liti: nam tum videtur se hæreditate immiscere, atque gerere se pro hęrede, quæ Baldi fuit sententia in l. prima. C. de legat. columna fin. Hæredem autem quem esse quemadmodum * probabimus? & palàm est hæredem eum esse, qui hæreditatem adiuit, illivè se immiscuit (*iam scis verbum adeundi ad extraneos, immiscendi vero ad suos pertinere, textus, & glossa in §. extraneis, & §. fin. Instit. de hæred qualitat. & differ. l. at si quis. § plerique. ff. de relig. & sumpt. funerum.*) Adijsse verò, vel immiscuisse se videtur is, qui gerit se pro hærede (hoc est qui aliquid facit quasi hæres). l. pro hærede, nu. 20. & l. gerit, num. 87. ff. de acquir. hæreditat. vbi Bartolus ex more commodissime tractat, per quos actus hæres adijsse videatur, proinde ingratum fecerim illius, si dicta repeterem, tantum, quod ad nostrum ius Regium attinet, addere poteris, l. vndecima, titul. sexto, part. 6. vbi Gregorius quoque luculenter rem explicat. Hæc verò cum est hęres qui hęreditatem adiuit, sin verò * hæreditas iaceat, desiderantibus creditoribus datur vocatis ad hæreditatem tempus, intra, quod adeant, vel repudient, l. prima, §. sanè. ff. de succe. edict. l. si curatoris, C. de iure deliberandi, ij ergo si hæreditatem adeant, expedita res est: sin verò taceant habentur pro adeuntibus, vel repudiantibus, prout creditores maluerint, l. fin. §. sin autem, & illic omnes classici, C. de iure deliberand. Cæterum si repudient datur curator bonis, vt in l. 2. ff. de curat. bonis dando, & in l. si diu. ff. ex quibus causis in posse.atur. Gregor. Lopez in l. 12. titulo secundo, part. 3. verbo, *non valdria*, Capicius decisio. 87. Posse autem hoc casu (scilicet cum creditores agunt) iudicem re

Executio, an possit peti aduersus hæredē intra tempus conficiendi inuentariū vide infr. 5. part. tit. §. 5. ad fi.

stringere * tempus ad deliberandum hæredi à lege datum, placuit Baldo in Rubrica, C. de successorio edicto, cuius sententiam testatur illic magis communem Iason, nu. 4. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 6. partit. 6. verbo, *alomenos*, tradit & Palac. Rub. in repetitio. Rubric. 6 66 numer. 3. Quæ quidem locum habent etiam quando is qui ad hæreditatem vocatur, est suus hæres: nam adhuc eo non se immiscente dicitur hæreditas iacere, & dandus est curator bonis, sicuti aduersus Baldum tenent Paul. & Alexã. in l. cum hæreditas, C. depositi, & Padilla in l. si emancipati, C. de iuris, & facti ignorantia, & alij quos paulò antè citauimus. Adeò verò executio aduersus hæredem non secus, ac aduersus ipsum defunctum locum * habet, vt perinde, ac ipse defunctus æquè, & ipsius hæres in carcerem pro debito hæreditario de trudi valeat, sicuti consentientibus reliquis scribit Bart. in l. postulante, ff. ad Trebel. & Iason in l. diuortio, §. interdum, num. 6. ff. solut. matrimo. Anton. de Canario, de instrumenti executi. quæstio. 30. Boerius, decisio. 10. Suarez extensione prima, ad leg. Toleti, num. primo, Anton. Gomez in l. 64. Tauri, nu. 5. Meminerimus tamen id locum non habere, quando hæres confecit inuentarium: nam tum in carcerem pro debito hæreditario detrudi non debet, vt voluere Barto. Bal. Paul. Raphael Cuma. & Iason, & reliqua autorum turba in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliberand. & Angel. de Gambelio, in tract. de testament. glossa, 112. num. 11. & Auend. tit. *de las excepciones*, nu. 25. Quod bellissimè declarando Baldus in dicta l. fin. §. etsi præfatam, ait, si hæres monitus à iudice, vt soluat, nihil respondeat, neque beneficium inuentarij alleget, posse iure in carcerem detrudi: relaxãdum tamen esse, si postea inuentarium fecisse doceat. In conficiẽdo verò * inuentario multa esse necessaria apparet ex illa lege finali, C. de iure deliber. atque ex l. 7. tit. 6. parti. 6. quanquàm si consuetudo aliam formam introduxerit (putà sicuti hodie apud nos obseruatur, vt apud iudicem, & tabellionem omissis cæteris solemnibus inuentarium fiat) satis erit eam formam à consuetudine introductam obseruari, sicuti scripsere Bal. Paul. & Ias. in dict. l. fin. C. de iure delib. & Guid. Papæ in peculiari, tractatu de forma inuentarij, numer. 9. & Capicius decisio. 107. & Gregor. Lopez in l. 15. titul. 16. partit. 6. & in l. 99. titul. 18. part. 3. Montaluus in l. 2. verb. *Alcalde*, tit. 7. lib. 3. fori.

fori. Dueñas Regul. 187. nnmer. 15. Blandiuntur autem sibi nō mediocriter, qui nullo confecto inuentario satis esse putant pro
9 testari se adire hæreditatem * cum beneficio inuentarij: cum re, non dicto inuentarium confici debeat, vt in Authent. de hæredibus, & falcid. § sancimus. Istiusmodi ergo protestatio proderit tantum, si postea intra legitima tempora inuentarium fiat: sin autem non fiat, nullius omnino momenti erit, tam magnum autem inuentarij com-
10 modum est, vt confecto inuentario * teneā tur creditores hæreditarij accipere in solutum hæreditaria bona, pecunia non suppeten, tèvti probat bellissime textus in d.l. final. §. etsi præfatam. C. de iure deliberan. & illic annotant Paulus. & Iason, Porcellinus quoque in libello de inuentario, quæstion. 7. numer. tertio. Quinimo scribit singulariter Iason in dicto. §. etsi præfatam, cogendum esse creditorem hæreditatis accipere in solutum hereditaria debita, neque teneri hæredem illa exigere, sed exigat creditor ipse, si velit, quod an verum sit, definire mihi modo non vacat. Cæterùm, vt ad viam ex hoc diuerticulo reuertamur, ita intelligendum est executionem aduersus hæredem locum habere, vt tamen si plures hæ-
11 redes extiterint * non insolidum aduersus quemlibet executio petatur, sed aduersus singulos pro hereditarijs portionibus, cum iam olim antiquissimo illo duodecim tabularum iure comparatum sit, vt in hæredes ipso iure scindantur actiones, sicuti cum aliàs passim videre est, tum in l. prima. C. si certum pet. & in l. pro hæreditarijs. C de hæred. action. Adeò quidem, vt siue defunctus, aut testamento contractuve cauerit, si-
12 ue hæredes inter se * conuenerint, vt onus æris alieni alter ex hæredibus subsineat, nihilominus creditor aduersus hæredes omnes experiri debeat. l. seruo legato, num. 72 §, si testator. ff. de legat. primo l. si filia, paragrapho, si pater. ff famil. hercis. l. si cogitatio. C. eodem titul. l. pacto successorem, C. de pactis. Bart. in l. cōtinuus. §. fin. ff. de verbor. obligat. numer. nono. Parum dixi, quinimo etsi quispiam ex hæredibus efficiatur
13 non soluendo, * cæteros non onerat, neque aduersus alios dabitur creditori regressus, sicut bellissimè scriptum reliquit Franciscus Aretinus in l. secunda. §. & harum. ff. de verbor. obligat. column. secunda, & assentiuntur illi reliqui, & probatur bene in l. fin. C. depositi, & in leg. tertia. ff. de alim. & cibarijs, l. sequitur etiam ex nostratibus Anton. Gomez alios referens in comment. tit. de indiuiduis, num. 3. Proinde si controuersia inter legitimum, & scriptum hæredē orta transactione sopita fuerit, vterque de
14 ære alieno pro parte hæreditatis, quæ * sibi transactione obtigit conuenietur l. controuersia. ff. de transact. quam singularem prædicat Iason in l. secunda. C. de pactis, num. 3. Hæc verò regula (vt hæredes proportionibus hæreditarijs cōuenīri debeāt) nonnullas patitur exceptiones, quas refert glossa in dict. l. pro hæreditarijs. C. de hæred. action. & illic prosequuntur reliqui classici, alias etiam septem adijcit Ripa in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. & aliam Afflict. decis. 332. num. 2. Ex quibus omnibus vnam tantum, quæ foro magis assidua est, attingere hoc loco placuit. Hæc est quando pro debito pignus, * aut hypotheca data est, nam
15 tum in creditoris potestate positum est, an pro rata aduersus singulos hęredes personali actione experiatur, an aduersus pignus, vel hypothecam habentem in solidum agat textus apertus in dict. l. pro hæreditarijs. C. de hæred. actio. l. si necessario, paragrapho, si vnus. ff. de pignor. actione. l. creditoris. ff. de distractione pignorum, adeò vt si pignus aut hypothecam plures teneant hæredes, non aduersus omnes viritim, seu pro rata, sed aduersus vnum ex eis insolidum agere possit creditor, cum pignoris ius non personam obliget, sed rem sequatur, textus elegans in leg. fin. C. si vnus ex pluribus hęred. tradit Bart. in dicta lege creditoris. ff. de distract. pign. & Suarez ad legem Toleti, limitat. 1. n. 14. Tantundem iuris erit, * si non
16 apud hæredes, sed apud plures singulares possessores pignus extet, iuxta glossam in l. moschis, ver. possessorem de iure fisci, quā illic sequitur Bart. sequitur etiam, & Iason in §. item si quis in fraudem, n. 128. Inst. de actio. Ant. Negu. de pign. 8. par. membr. 1. n. 50. Matth. de Afflict. in cōst. Neapol. lib. 1. Rubric. 17. n. 26. Hippolyt. singul. 390. Et vera hæc sunt quando creditor hypothecaria experitur, quid verò si pro debito executionem petat? inter hæc enim permultū
17 * interest, siquidem qui hypothecariam intendit illud petit, rem pignori nexam sibi restitui, vt eam teneat donec debitum sibi exoluatur. Bart. in l. fin. C. si vnus ex pluribus hæred. & in. l. rem alienam, n. 12. ff. de pign. actione. Angel. Iason, & reliqui in. §. Item seruiana. Inst. de action. At cum pro debito executio petitur, non hypothecaria sed personalis magis actio intēditur, textus & ibi glossa, verbo, *persecutione*. in l. sicut rē C. de præscrip. 30. vel 40. anno. Angel. in l.

à Diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudic. Suarez ad legem Tolet. quæst. quinta, num. 11. & alij alias crebro. Cum ergo pro debito executio postulatur, consequens est dicere aduersus omnes hæredes pro hæreditarijs portionibus, non aduersus res hypothecæ tenentem in solidum faciendam executionem esse, iuxta textum in dicta l. fin. C. si vnus ex pluribus hęredibus, atque l. prima. C. si certum petat. & leg. secunda. C. de
18 hæred. actio. Dummodo meminerimus * pro censu, aut vectigali, seu emphyteutico canone aduersus possessorem rei cēsui obligatæ faciendam executionem esse, vt in l. fin. C. sine censu vel reliquis, l. Imperatores ff. de public. & vectigal. l. hactenus, ff. de vsu fruct. Specula. tit. de emphyteusi. §. primo, num. 109. Paul. de Castro in l. quidam exi-
* stimauerunt. ff. si certum petat. * num. 18. & Iason in l. 2. num. 45. C. de iure emphiteut. Neque necesse est hoc casu excussio fiat aduersus reum principalem, vt multis ostendit Couarruu. libr. 3. Variar. resolut. cap 18. versi. 6. * quinimo si plures fuerint
19 fundi * vectigalis possessores, qui illum sine domini consensu diuisere, ab vno in solidū vectigal, seu emphyteuticus canon exigi poterit, secundum Afflictum decis. 153. & probatur non obscurè in l. communi diuidundo, ff commun. diuid. & in leg. cum possessor. ff. de censibus. Et quoniam nummarij isti census, *(qui olim apud maiores nostros vix cogniti erant, hodie vero) vt omnia in peius ruere (plusquam noctua Athenis frequētiores sunt)* contractus istius censualis instar habeant:
20 æquè probandum est vnumquemque * possidentem rem censui specialiter obligatam in solidum ad cēsus solutionē teneri. Quāuis enim placuerit nonnullis in istiusmodi contractus genere pro rata possessores teneri, in quibus Guid. Pap. quęst. 432. & Casaneus in consuet. Burg. Rubr. quinta. paragrapho secundo, num. 37. Rupellanus Forensium Institut. libr. primo, cap. 10. & Couarruu. libr. tertio. Variarum cap. septimo, numer. 7. Verum contraria sententia, & verior, & crebrior est, sicuti fidē faciunt Vallascus Lusitanus de iure emphyteut. quęst. 32. num. 15. & Didac. Perez in l. prima tit. secūdo, lib. octauo. ordin. glossa prima, qui ijdem eodem nos vti iure testantur: neque nobis negotium facessit textus in capit. cōstitutus de relig. dom. nam illic (si attentius animaduertimns) pēsionis solutio in diuersos non diuiditur possessores, sed ab vno potius duntaxat exigitur monasterio, atque tā tum pro rata fit condemnatio ad taxandos redditus, qui Ecclesiæ de qualis erat, contingebant, perinde ac in l. fin. C. de debitor. ciuitat. lib. 11. Non ergo ex illo textu sat congruum ad hanc (quam agitamus) quęstionē sumitur argumentum. Videtur autem his casibus * non absurdè dici posse, eum qui 21
solidum soluit rectè desiderare, vt creditor sibi cedat actionibus aduersus cæteros rerū hypothecarum possessores, vt pro rata aduersus eos experiri valeat, perinde ac in fideiussoribus obseruari manifestum est, de fideiussione enim ad hypothecam validum 01
est argumentum. l. si legat. ff. de pignor. Iason in l. prima ad fin. ff. de leg. 1. Sylua nuptia, lib. 1. n. 222. & hanc probare sententiā obscurè videtur lex. Imperatores. ff. de public. & vectig. Sed longè magis singularis est magisque apertus in dict. l. cum possessor. ff de censibus, is autem cui iure cessæ sunt actiones, aduersus possessores agendo suam debet ratam partem, quę sibi ex toto debito contingit deducere, vt tradit Speculator tit. de cessione actionis. §. 1. nu. 27. & Capicius decis. 51. n. 8. Atque hoc pacto fit vt alio possessore alium per vices conueniēdo domnm vnusquisque pro sua tantum rata parte oneretur, sicuti de fideiussoribus agente exactius non explicauimus superius quarta parte §. tertio, eoque spectare viden 11
tur verba illius legis cum possessor. ff. de censibus.

SVMMARIVM.

Aduersum eum, qui pro possessore hæreditatē possidet executio competit, num. 1.

Aduersus fideicommissarium vniuersalem, atque omnium bonorum, legatarium, executio datur, num. 2.

Aduersus fiscum, qui defuncti bona occupauit, executio datur. num. 2.

Aduersus monasterium, qui religiosi bona possidet, executio datur, ibidem.

Aduersus testamentarios executores, cum anima hæres relicta est, executio datur. num. 3.

Aduersus mulierem, quæ communes coniugij fortunas agnouit, executio datur, numer. 4.

Aduersus emptorem hæreditatis executio non datur, nisi quando venditor soluendo non est. num. 5.

An aduersus donatarium omnium bonorum executio competat. num. 6.

An aduersus filium, cui melioratio relicta est, executio detur, ibidem.

Ad-

Aduersus vsufructuarium, an executo detur. num.7.

Vsufructuarius retinere potest hæreditaria bona, donec restituatur sibi æs alienũ, quod pro hæreditate soluit. num.8.

Quartæ Partis.

§. Secundus. Quando executio locum habeat aduersus illos, qui hęredis vices sustinent.

FT quoniam de hærede dictum est, nũ videamus oportet de ijs, qui hæredis vices sustinent. Cum ergo aduersus hæredem
1 executionem * demus, consequenter, & aduersus eum qui pro possessore hæreditatem possideat, executionem dari dicendum est, l. regulariter. ff. de petitione hæredit. l. fin. C. eod. tit. l. controuersiã. ff de transact. Paul. de Cast. in l. cum debitoris. C. de iudicijs, * vbi ait posse hæreditarios creditores dirigere actiones suas contra possessorẽ
* hęreditatis, licèt verus non sit hæres, * & (vt paucis dicam generaliter dari dicendũ est aduersus omnes, qui hæredis loco habẽtur: vtputà aduersus fideicommissarium vniuersalem. vt in l. 1. §. 1. ff. ad Trebellianum. Ac contra legatarium * omnium bonorũ. l. nã quod. §. vlt. cum l. sequẽt. ff. eod. tit. Item & aduersus fiscum, qui delinquentis bona occupauit. l. si marito. ff. soluto matrim. Dueñas reg. 277. Ampliat. 41. æque, & aduersus monasterium, qui vniuersa religiosæ bona possidet, executionem dari est, argumento glos. in l. si peculium, ff. de peculio, & tradunt illic reliqui, & Deci. consil. 330. volum. 3. & Bald. in l. 2. C. de hæred. vel actione vend. Bartol. & reliqui in Authent. ingressi. de Sacrosanct. Eccles. Sic etiam. & aduersus executores testamentarios, quibus bonorum omnium * distribu
3 tio commissa est (putà, quia hæres anima relicta est) executio locum habet, Bart. in l. hæreditas. 2. ff. de hæred. instit. Bald. in l. liberis. C. de nostratibus liberis. Castel. in l. 32. Taur. verb. *causas pias*. Alexand. consil. 98. volum. secundo, distinguit latius Bartol. ipse, in l. firmio, paragrapho primo. ff. quãdo dies legat. vel fideicomm. cedat. Non aliter etiam, & aduersus mulierem, quę * com
4 munes matrimonij fortunas agnouit, pro virili parte executionem dari, scribit Pala. Rub. in repetitio. rubricæ, de donat. §. 66. num. 71. & sequitur Auendanus responso. 20. eodem pertinent, quæ affert Bart. in l. eandẽ, ff. de duobus reis, & Dec. cons. 324. volum. 2. Porrò contra * emptorem hæreditatis executio non datur: nisi quando venditor soluendo non fuerit. l. 2. C. de hæred. vel actione vend. l. planè, numer. 97. §. si quis rogatus. ff. de iegatis primo. l. 2. C. de pactis, v. l. Lal. & reliqui effusius rem agitur. Idem in donatario probare videtur. l. hæreditatem. ff de donationibus, & tradit Decius consilio, 237. numer. sexto, volumine secundo: & communem testatur Benedict. in cap. Raynuntius, verbo, cætera bona, nu. 46. & sequent. & Couarruu. lib. 2. Variar. cap. secundo, numer. 4. & Guid. decis. 105. Aduersus eum quoque executionem locũ non habere, placuit Aupliredio in capella Tolosada, quæst. 386. & Abb. consil. 102. lib. secundo. Potest sanè donatarius hypothecę conueniri cum bona hypothecæ nexa sunt, vt tradit Guid. Pap. d. decis. 105. & 460. Verum eo casu non executiua, sed ordinaria via agendum esse constat pignoratitia, scilicet actione, ac prius principali excusso debitore, iuxta Authent. hoc si debitor. C. de pign. & tradunt Abb. & Decius locis modo citatis, & Pinellus in l. 2. C. de rescind. vend. 2. parte, cap. primo, num. 3. & Cellus consil. 13. numer. 22. & cæteris omnibus eam rem luculentius tractat Boerius decis. 204. num. 41. cum sequent. qui videndus omnino est, nam ad hoc argumentum quod tractamus, multa, & illa scito quidem digna congerit, quæ nos ne rem actam agamus prudentes omittimus, accipienda sunt, & hæc nisi donator nullum alium hæredẽ reliquerit, quia tum aduersus donatarium, & personali, & executiua via agi poterit, secundum Guido. & Benedict. locis modo citatis. Item aduersus filium cui à patre tribentis, aut quincuncis factum est prælegatum, siue melioratio executio pro virili parte debitur, iuxta l. 21. Tauri, quæ est hodie. l. titul. 6. libr. 5. Recopilationis, quam prescribentes, ididem adamussim expendemus. Variar. resolut. lib. 2. capit. 2. & 3. Ioannina de primogen. lib. 1. capit. 8. num. 1. & cap. 10. num. 13. & Ioann. Garcia Mo pensis. cap. 16. nu. 7. * & D. Fra ner. lectarum, libr. 8. ad l. si quis ser ñas de certam, num. 61. ff. de legat. nc. Sar l. cum autem, eiusdem titul num. § gem illam locum tantum 2. & Per lius fraudulenter pater.

reditatem: sed ab eo merito dissentit Quesada controuers. quæstion. capit. vigesimo quarto. * Sed de vsufructuario videamus,
6 an aduersus * eum executio locum habeat? & tractat id Bart. in leg. fina. ff. de vsufruct. legat. & Decius consil. 90. 356. 485. 590. & 620. & Aymon consil. 187. & Ioannes Durandus de arte testandi. titul. 6. cautela. 42. & Couarruu. libr. 2. Variarum cap. 2. qui verbosius rem persequuntur, tradit etiã Guillelm. Benedict. verbo cætera bona, numer. 41. & Ioann. Garsias de expensis, cap. 11. num. 6. In summa verò sic se res habet, aut relinquitur vsusfructus certæ rei, seu rei singularis, puta fundi, & vsufructuarius ad æris alieni solutionem non tenetur, ex omnium scriptorum sententia, quæ manifestò probatur in l. fin. ff. de vsufruct. leg. Aut verò relictus est vsufructus omnium bonorũ, seu quotæ hæreditatis, & tum (*vt omnes quot quot hic insurgere possunt difficultates citra negotium tanquam Lydio lapide superare valeas*) sic velim tecum reputes, hoc æs alienum ex ipsius hæreditatis bonis omnimodo deducendum esse, sicuti apertissimè definit Iurisconsultus in dicta leg. fin. ff. de vsufructu legat. & in l. vsufruct. num. 69. ff. ad legem Falcid. & Imperator non minus aperte in. l. final. paragrapho, si autem æs alienum. C. de bonis, quæ liberis. Hoc igitur cognito apparet aduersus hæredem, seu hæreditaria bona non aduersus vsufructuarium
7 * executionem esse petendam: potest itaque hæres conuentus hæreditaria bona ad executionem nominare, ac petere, vt ea ad æs alienum dissoluendum distrahantur, atque ita, & hæres, & vsufructuarius iuxta dedamno certabunt. Hæc fuit bellissima Pauli de Castro sententia, Bartolum reprobantis in l. fin. §. sin autem æs alienum. C. de bonis, quæ liberis, & consil. 387. Paulum autem amplectitur. Alexand. in dicta l. vsufructu. ff. ad legem Falcid. & Iason in l. prima. §. primo, num. 12. ff. ad Trebell. secunda prælectione, & denique Pauli opinionem aduersus Bartolum communem esse testatur Alexand. in l. si filio. §. si vir. ff. solut. matrimon. & Decius consil. 485. & alij apud Couarruu. lib. secundo, Variar. capit. 2. num. quarto, & Viuium in volum. commun. opinio. lib. 19. verbo, *vsufructuarius, cui vsufructus*. Porrò si vsufructuarius (ne bona distra-
8 hantur) æs * alienum soluat, scribit Bart. in dict. l. fin. ff. de vsufruct. legat. posse postea extincto vsufructu retinere hæreditaria bona, donec quod soluit, sibi restituatur. Bartoli autem sententiam sequitur Guillielm. Benedict. in capit. Raynuntius, verbo, cætera bona, numer. 43. in eam procliuior sum, minusque mihi placet, quod Couarruu. scribit eam non satis iure probari, nam cum æs alienum (vt diximus) ex rebus hæreditarijs deducendum sit, cur non iustè vsufructuarius petet, quod vtiliter in hæreditatis commodum gessit? l. quæ vtiliter. §. Titius, & l. cum pecuniam. ff. de neg. gestis. tradũt Bartol. Iaso. & reliqui in l. idem Iulianus. §. hæres. ff. de legat. 1.

SVMMARIVM.

Aduersus tutorem, seu curatorem pro debito minoris executio locum non habet. num. 1.

Cum tutor tutorio nomine se obligauit, an aduersus illum executio locum habeat, numer. 2.

Institor nomine domini obligatus finito officio nõ conuenitur. num. 3.

Procurator qui in rem domini obligatus est, an finito officio teneatur. num. 2.

Aduersus alterum ex socijs, ac in bona societatis, quando agi valeat. num. 5.

Decuriones pro vniuersitate obligat quemadmodum teneantur. num. 6.

Quartæ partis.

§. Tertius. Quando executio habeat locum aduersus eos, qui rem debitoris gerunt.

SVpereſt, videamus quando executio habeat locum aduersus eos, * qui rem debitoris gerunt. Et primum videamus, an aduersus tutorem (idem de curatore dictũ puta) pro debito pupilli executio locum habeat, & executionem aduersus eum locũ non habere ostendit. l. 1. C. quando fiscus, vel priua. & l. si se non obtulit. § si tutor. ff. de re iud. l. 1. C. quando ex facti tut. l. 2. ff. de administ tuto. & illic tradunt classici omnes, & Speculator, tit. de reo. §. primo, num. 18. quanquàm si bona pupilli habeat tutor, atque ea non exhibeat: vt pignori capiantur, iure in carcerem detrudi poterit, donec ea exhibeat; vt scribit Bald. in dict. l. prima.

prima C. quando fiscus, vel priua. & vterque Angelus, scilicet, Perusius, & Aretin. ille in l. si vacantia. C. de bonis vacantibus, lib. 10. hic in §. fin. num. 2. Instit. de actionibus. Quid verò si tutor in rē pupilli se obligauit * an finito officio teneatur: & interest, an tutori nomine, an proprio cauerit, nam priori casu non aduersus illum executio locum habebit, in posteriori diuersum erit, iuxta textum, & illic glossam in. l. post mortem. §. tutor. ff. quando ex facti tutor. vbi Bart. exactius distinguit, tradit etiam ex nostratibus Auend. tit. *de las excepciones*, num. 25. Sic etiam, & institor (vulgo factor appellatur) nomine * domini caueus finito officio non tenetur, vt ostendit Iurisconsult. in l. fin. ff. de instit. actione, secundum Bartoli interpretationem in l. procurator, qui pro euictione, ff. de procurat. * l. Prior. §. in eum. ff. de administ. rerum ad ciuil. * & in l. & an eandem. ff. de duobus reis, à quo licet dissentiat Paul. de Castro, verum Bartoli opinionem amplectitur Laudensis de officialibus dominorum, cōclusion. 85. & affirmat communem Alexand. consil. 28 volum. 6. num. quinto. Quin scribit Angel. in l. eandem. ff. de duobus reis, licèt institores in mille literis seu nominibus (quas obligationes appellamus) scribant se debitores esse, non id eò magis tenebuntur, quia videntur institorio nomine non proprio se obligare, Angelum vero, sequitur Decius consil. 510. numer. 5. volum. quarto. De procuratore verò, qui in * rem domini obligatus est, an finito officio teneatur, vide textū in l. procurator, qui pro euictione. ff. de procuratorib. & Bartolum illic sedulo distinguentem, & glossam in capit. aduersus, verbo, intra. de immun. Eccles. & prosequuntur effuse Socinus consil. secundo, volum. secundo, & Boerius decisio. 273 Sed & quando ex contractu socij agi possit aduersus alterum * socium, vel in bona societatis executio peti possit, tractat Bartol. in. l. eandem. ff. de duobus reis, & Decius consil. 98. volum. primo, numer. secundo. & classici omnes in. l. si vnus ex argentarijs. ff. de pactis. Quid ergo de senatoribus, seu decurionum ordine se pro ciuitate * obligantibus? tractat hoc Auendañus consil. 34. sed vt certius, ita & breuius quæstionē hanc absoluit Iurisconsultus in. l. ciuitas. ff. si certum petat. in hæc verba. *Ciuitas mutui datione obligari potest. si ad vtilitatē eius pecuniæ versa sunt: alioqui ipsi soli, qui contraxerunt, nō ciuitas tenebuntur.* Si igitur in vtilitatem Reipublicæ contracta est obligatio, in bona Reipublicę facienda executio est, sin minus in ipsos decuriones, id quod probat etiam lex si is qui bona. ff. de pignor. & illic tradit Ripa, & Dominus Padilla in l. prędes. C. de transactionibus.

2

3

4

5

6

SVMMARIVM.

CVm in minorem facienda est executio ante omnia dandus est ei curator. num. 1.

Curatorem ad litem minor ipse nominare debet. num. 2.

Cum infante agi non potest, nisi tutorem habeat. num. 3.

Cum infans tutorem non habet quemadmodum creditor sibi consulere valeat. num. 4.

Minor, an pro debito detrudi in carcerem valeat, num. 5.

§

Quartæ partis.

§. Quartus. Quando aduersus minorem executio petitur, quid obseruandum sit.

ILlud neminem fuit, si in minorem facienda fuerit * executio dandum ei ante omnia curatorem esse. l. non ideo minus. C. de procura. l. clarum. C. de auto. prælat. l. fin. §. fin autem, in secundo, & illic gloss. C. de bonis, quę liberis, cap. fin. de iudicijs in. 6. & illic Archidia. & Ioann. Andr. & Specul. tit. de curatore. §. vt autem, in principio, quem quidem * curatorem minor inuitus accipere debet, vt in §. 1. Instit. de curat. l. 1. C. de curatore in litem dando. Alex. consil. 122. volum. 1. Erit autem curatoris, quem minor ipse elegerit, vt in l. 3. ff. qui petant. tutores. l. 1. C. eodē tit. l. mutus. §. is qui. ff. de procurat. l. qui habebat. §. si pupillus. ff. de tutel. Quod si minor in eligendo cesset, vel is quem elegerit suscipere curationem recuset, iudex suo fungetur officio, vt Imperator inquit in. d. l. 1. C. qui petant. tuto. & tradit Accursius in l. si minor. verb. inueniat. ff. exquibus causis in possessione eatur, quod notatu dignum, dicit Baldus in dict. l. 1. C. qui petant. tutores. Hæc verò de minore qui maior est septennio, * de infante verò diuersa causa erit, huic enim

1

2

3

cura-

curator ad litem dari iure non potest, sed dandus ei necessario tutor est alioqui irritū fuerit iudicium, sicuti non obscurè ostendit Iurisconsultus in l. qui habēt. §. si pupillus, ff. de tutelis, & licet textus ille loquatur, quando minor agit cum suo tutore: verum & idem esse quando agit cum alio, sentit illic Accursius, & placet Alexandro dicto cō sil. 122. numer. tertio, vol. primo, & Ioann. Andr. apud Speculatorem, titul. de reo, paragrapho primo, verb. authoritate, necnon Afflicto decision. 262. Maranth. in speculo 418. distinctione. 16. numero. 36. Quid ergo si infans tutorem * non habeat, quemadmodum sibi consulet creditor? Quæritur id apud Ioannem Fabrum in paragrapho primo, Inst. de curatoribus, & ait duobus modis posse sibi consulere, altero adenudo iudicem, vt tutorem det infanti, vt in dicta leg. prima, C. qui petant. tutor. altero citādo in ius propinquos infantis, vt illum defendant, illisque detrectantibus id facere petendo, vt in possessionē bonorum infantis immittatur, ex leg. hæc autem, paragrapho primo. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. Facilius tamen huic difficultati prouidet Bald. in titul. de milite vassallo, qui contumax est in vsibus feudo. num. decimonono, ait enim ex Bartoli sententia, si bona infantis peritura essent, vel graue immineret æs alienum, nec reperiretur, qui infantis velit tutelam suscipere, posse iudicem ex consilio propinquorum dare curatorem liti: Baldum verò sequitur Marantha in speculo, loco citato, & quanquam (vt & Baldus ipse fatetur) nulla lege id clarepro betur, sed è cōtra paragraphus ille, *si pupillus*, refragetur, * tamē id rerum vtilitati cō sentaneum magis videtur, & pontificio iure receptum esse, ostendit textus in capit. secundo, de iudicijs, in sexto. Minor autem, an pro debito conijci possit in carcerem dicemus, quinta parte. §. sexto.

SVMMARIVM.

Aduersus tertium possessorem, executio regulariter locum non habet. num. 1.

Tertius possessor dicitur qui non est hæres, vel successor debitoris ex asse, vel ex parte. numer. 2.

Satis est tertio possessori suam probare possessionem, neque necesse est titulum ostendere, numer. 3.

Executio locum habet contra tertium possidentem rem titulo nullo. num. 4.

Aduersus tertium possidentem rem emphiteuticam executio locum habet pro canone. num. 5.

Aduersus tertium rem litigiosam possidentem executio locum habet. num. 6.

Litigiosa res quando dicatur. num. 7.

Authentica de litigiosis explanatur, num. 8.

Siue actione in rem, siue in personā, siue de re ipsa, siue de quo alio iure agatur, executio locū cum habet cōtra rem litigiosam possidentem. num. 9.

Executio locum habet aduersus tertium qui contractu simulato possidet. num. 10.

Simulatus cōtractus quemadmodum differat à contractu in fraudem facto. num. 11.

Aduersus tertium qui rem depositō, vel commodato possidet, executio locum habet. numer. 12.

Creditor cui res locata pro debito addicta est, stare non tenetur conductioni. num. 13.

Executio, an locum habeat aduersus tertiū qui dolorem adeptus est. num. 14.

Titulus de ijs, quæ in fraudem creditorū est accipiendus quando nulla lite mota in fraudem facta est alienatio. num. 15.

Clausula, de non alienando, adiecta hypothecæ efficit, vt ius exequendi aduersus tertium possessorem transeat. num. 16.

Hypothecæ generali adiecta clausula, de non alienando, dominij alienationem impedit, numer. 17.

Cum executio fit in re data hypotheca cum clausula, de non alienando, necessaria non est executio. num. 18.

Cū executio fit in hypotheca cui adiecta fuit clausula, de non alienando, satis est ipsius rei possessorem citare. num. 19.

Aduersus tertium qui non habuit titulum à debitore executio locum non habet. num. 20.

Creditore probante hypothecam fuisse apud debitorem tempore obligationis, præsumitur tertium possessorem ab ipso debitore causam trahere. num. 21.

Quartæ Partis.

§. Quintus. Aduersus tertium executio quando locum habeat.

ILlud meminisse oportebit aduersus tertium possessorem, seu singularem * successorem executionem locum non habere: siue

siue ea ex re iudicata, siue ex contractu gua
rentigio petatur.l.1.& 2.C.quibusres iud.
non noceat.l.sæpè.ff.de re iud.l.nã postea.
§.fi.ff.de iureiur.l.si superatus.§.1.ff. de
pign.l.1.§.1.ff.de pign.actione, l.1.§.1.ff.
de litig.l.& an eandem.ff.de except.rei iu-
dic.Bald.in l.fi.C.si vnus ex pluribus hære
dibus,& in l.2.C. si aduersus credit. long.
temp.præscriptio opponatur. Bart. in l. 3.
C.de pignor.n.10. Alexand. & Ias. in. l.1.
§.si hæres percepto fundo. ff. ad Trebell.
Bald.Nouellus de dote.6.part. priuileg. 7.
n.3.Decius consil. 198. volum.1.n.5.Sed
quid multis in re tam aperta? est enim ea cõ
munis interpretum omnium sententia mo
ribusque esse receptam quotidianus foren
sis vsus satis vbique demonstrat. Tertium
2 autem possessorem accipere * hoc loco de
bemus eum,qui non est hæres,vel successor
ex asse,vel ex parte(quam quotam neoteri
ci vocant)illius in quem ius exequẽdi prin
cipaliter competit,sicuti ex superiorũ auto
rum documentis apertè datur intelligi, &
probatur in l.quædam.§ fi.ff.de edendo,&
in l.hæreditatem.ff mandati,atque in §.le-
gatarijs.Instit.de legatis,& in l.fi.ff. de con
trahen.emptione,& traditBald.de prescrip
tionibus,3.part.quæst.1..n.1. Habet autẽ
regula supradicta locum, non tantum si ex
actione personali agatur, sed etiam si ex
actione reali,vt constat exBartolo in dict.l.
3.C.de pignor. Ex quo apparet huius regu
læ non eam esse rationem,quã putauit Sua
rez loco superiori,quoniã personalis obli-
gatio nõ sequatur singularem fundi posses-
sorem:sed ea quidem qua generaliter tradi
tur,rem inter alios actam alijs præiudiciũ
non afferre,vt in Rubric. C. res inter alios
acta.& l sæpè.ff.de re iudic.& l.si vnus.§. si
ante omnia,ff.de pact.& aliàs sæpè. Est etiã
hæc amplianda conclusio,vt sufficiat quidẽ
3 tertio possessori * suam probare possessio-
nem,neque habeat necesse titulum docere
quo possideat ,cum ex possessione titulus
præsumatur,tãtumque illum allegasse suffi
ciat,sicuti in hac specie tradunt Bart. Paul.
Alexand.& Iason in dicta l.à Diuo Pio.§.si
super rebus,& Couarr.pract.q.c.16.n.4. è
re tamen erit,vt nõnullas exceptiones, seu
limitationes subiungamus, magnum enim
nobis ex ea re manebit operæpretiũ: quip-
pe,quæ res sit permultum quotidiana,& fo
ro assidua.In primis igitur regula hęc locũ
4 non habet quãdo tertius* is possessor pos-
sideret rem titulo nullo, ac lege reprobato,
nam eo casu aduersus tertium executio re-
ctè datur,secundumBart.in l.3.C.de pign.
n.23.cui reliqui omnes illic assentiuntur.
Quare emphyteuta sine domini voluntate
emphyteuticum prædium alienante,dicen
dum est posse dominum(si malit quidem * 5
canonem petere,quam commissi agere pe-
tere executionem ex instrumento emphy-
teutico aduersus istum tertium possessorẽ,
* in re,scilicet,emphyteutica faciendam, * *
quippe cum eo casu alienatio nulla sit ipso
iure,iuxta.l.fin.C.de iure emphyteutico,&
l.fin.tit.8.part.5. Bart. in l. si quis ita.§. ea
leg.ff.de verb.oblig.& videtur nõ obscurè
probari in l.commissa.ff.de public. & vect.
quod quidem,vt quotidianum,& foro fre-
quens memoriæ fideli mandandũ est. Dein
de hæc regula locum non habet * quando 6
res erat litigiosa, nam si post litem inceptã
tertius rem de qua lis erat,natus est, aduer-
sus eum executio rectè procedit,l.2. & l.fi.
C.de litig.l.si mater.§.fin.ff.de except. rei
iud.l.si superatus.§.1.ff.de pig.Bart. &Sal.
in l.fi.C.de litigiosis,& in l.3.C.de pignor.
Bald.in l.1.C.comm.diuid.Abb. in c. Ec-
clesiæ,vt lite pendente,n.10.& in c. fin. in
fine,de alien.iud. mut.caus.facta.Philippus
Franc.in disput.de petito. & possessorio,n.
25.Suarez limit.1.ad legẽ Toleti,n.5. Sed
& huius exceptionis rario ex superiori quo
que limitatione pendet, quia scilicet rei li-
tigiosæ alienatio nulla sit.l.fin.C.de litigat.
Parui autem refert hoc casu, an tertius ille
possessor rẽ litigiosam esse sciuerit necne:
ex omnium scriptorum sententia vno ex-
cepto Angelo,à quo merito dissentit Co-
uarr.& item Gregor.Lopides hic in l. 15.
tit.7.part.3. ille pract.q.c.15.n.7.Litigio-
sam verò rẽ quemadmodum accipiamus, * 7
videndum est? Et siquidem actione in rem
de dominio,vel quasi agatur,nulla est dubi
tatio rem litigiosam dici:ex Authent. de li
tigiosis,collatio.8. sin verò actione perso-
nali rei dominiũ persequamur, putà actio-
ne ex empto stipulatu,vel alia, an & tũ res
litigiosa dicenda sit res est inter scriptores
ipsos litigiosa maximè, sicuti (ne rem actã
agamus)videre est apud Bart.in l.fi. C. de li
tigat.& in l.quãquã.§.1.ff. de aqua pluuia
arcend.Abb.in cap. fi.de aliena. iudi. mut.
caus.fact.Tiraquel.de retractu conuent. ad
fin.tit.n.171.Couarr.pract.quæst.c.15.n.
7.qui vtriusque partis authoribus,& argu-
mentis relatis,decernit eo casu rem litigio-
sam effici. Quid ergo istius partis authores
ad Authenticam * illam *de litigiosis*, qua cõ 8
trarium videtur definiri?aiunt ex illa hanc
constitui differentiam inter actiones in rẽ,
& in personam,quod actionibus in rem sa-

tis

tis sit adefficiendam rem litigiosam, citationem aduersario factam fuisse: at in actionibus personalibus litis contestatione opus esse aiunt. Verum enim verò hæc interpretatio (doctissimorum istorum virorum bona pace dixerim) neq; vsquã ex illius Authẽticæ contextu colligitur, neque in se connexionem diuersitatis rationem habet vllam. Quid tu ergo? Existimo illam Authenticam illud solummodo definire pœnas litigiosi veteribus legibus impositas (nempe in l. fi. ff. de litigiosis, & in l. fin. C. eodem titulo) duntaxat locum habere quãdo de dominio inter litigatores actũ fuerit, non si alia actio ne: certissimam autem eius rei videor assumere coniecturam, nã lex illa Codicis, quæ eiusdem est Iustiniani, solummodo agit de pœnis litigiosi aduersus eos impositis, qui res litigiosas vendunt, vel qui illas scienter, aut ignoranter emunt, illa verò Authenticã de illius legis agere intellectu manifestè significat, dum ait. *In his enim casibus etiam præteritam constitutionem mansuetudinis nostræ per hãc volumus obtinere, in qua sciẽtes, & ignorantes emptores discernimus.* Quantum ergo ad alios effectus litigiosi attinet nihil illa Authentica immutatum esse dicẽdum est, nisi in sola hypothecaria, in qua quid sequẽ dum sit, expressim ipsa declarat, & hunc sane intellectum sentire quoque videtur Aymon Craueta consil. 279. Ergo (vt eo vnde digressi sumus reuertamur) ego (vt quid
9 sentiam * ingenue proferam) in hac sum sententia, vt existimem, siue actione in rem, siue in personam, siue de re ipsa, siue de quo
* alio iure agatur, alienationem rei * de qua, aut super quã controuersia fuit * lite pendẽte factam nihil impedire, quominus possit actor ius suum (hoc est rem iudicatam) aduersus tertium possessorem persequi nõ aliter, ac si alienatio nulla facta esset. Quid ni, an non id apertissimis legum apparet argumentis, præsertim ex l. secunda. C. de litigiosis, atque ex l. quanquàm. §. Iulianus. ff. de aqua pluuia arcenda, atque non minus aperte ex l. si mater. §. si egero. ff. de except. rei iudic. quę cum aperta sint iura, sacrilegij instar videtur, aduersus illa niti: in ciuileque prorsus est ex quibusdam leuibus facileque diluendis argumentis, apertas legum subuertere definitiones. Sed & hoc titulus ille, *ne quid lite pendente innouetur*, satis significare videtur, cum generaliter loquatur, illiusque latissimè pateat ratio, ea est enim, ne iudicia eluforia sint, in cassumque recidant, in vanumque litigatores laborent, sicuti scribit Romanus Pontifex in cap. 3. illius tituli, *ne lite pendente*, eodem pertinent texts, & illic tradita in cap. quia G. de iudicijs. Et quæso? quæ iuris ratio patitur, vt actore tot iudiciorum dispendia emenso, tot fori sumptibus, & pragmaticorum tanta morositate fractus, ac tantum non enectus, cum iam tandem victoria frui sperat, spe omni frustratus cum nouo rei litigiosæ possessore ex integro experiri necesse habeat? Quis tam patiens, & plumbeus? qui ad huiusmodi iuris ambages ad actus non continuo erumpat in vocem exclamans, hæc non iuris (quæ boni æquique ars est) sed iniuriæ fraudisque esse præcepta? sed nec nos quidem hanc opinionem, sine vllà autoritate probamus, nã & ea antea aliquibus ex antiquis placuisse apparet ex Innoc. in cap. fin. de alienat. iudicij mutandi causa facta, & ad eam accedere videntur, Bald. & reliqui, qui à nobis quinta sunt limitatione referendi. Tertiò huic regulæ locus nõ erit, quando tertius iste possessor * per si- 10
mulatum aliquem contractum rem nactus fuerit. nam eo casu aduersus eum dabitur executio, quæ limitatio, & ex prima quoque limitatione deducitur, cùm certum sit contractum simulatum nullius esse momẽti. l. nuda. ff. de contrahen. emptio. l. 2. C. plus valere, quod agitur, & ita nominatim tradit rerum forensium cum primis peritissimus Baldus in l. executorem, col. 3. C. de execut. res iudic. Simulatus autem contractus quemadmodum differat à contractu in fraudẽ facto, tradit bellissimè Bart. in l. emptor. ff. de aqua pluuia arcend. Iason. & reliqui in §. item si quis in fraudem. Instit. de actionibus, in illo verò maximè differunt, quod simulatus cõtractus est ipso iure nullus * in fraudem autem factus non est nul- 11
lus, sed potiùs rescindendus, Bartolus idem in l. post contractum. ff. de donat. Sed neque regula hęc habebit locum quando tertius haberet rem deposito, vel commodato ab ipso debitore, nam * tum pro eo, ac si pe- 12
nes debitorem ipsum res esset, executio locum haberet gloss. in Authent. de fideiussoribus. §. sed neque debitorem, collat. 1. Idẽ de re locata dicendum est cum colonus, & inquilinus non possideant, sed penes dominum possessio sit. l. officium. ff. de rei vend. l. certè. ff. de precario. Neque creditor stare * tenebitur locationi, iuxta, l. emptorem. 13
C. de locato. Bart. & reliqui in l. si filio. ff. soluto matrim. testatur communem Iason in l. diuortio, n. 32. eodem tit. soluto matrim. & Dueñas reg. 240. limit. 6. quanquã aliud statutum sit in creditore, qui immissus est

ex se-

ex secundo decreto, vt in l.in venditione, §.si fructus, ff.de bonis auto.iud.possid. & illic tradit Bart.fructus tamen si pendentes fuerint eos debet percipere colonus, creditor verò pensionem eius anni nondum solutam habebit,l.fin.ff. de iure fisci: nam vt inquit Bald.in dict.l.emptorem, *quando colonus seminauit par est, vt debeat, & metere.* Quinto neque huic regulæ locus erit quan
14 do tertius iste possessor * dolo possessionem adeptus fuerit,nam eo casu, & aduersus eum excutio porrigetur:vt est autor Cynus in l.1.C.de aliena. iudic. mut. caus.facta,quæstio.9.à quo tamen dissentit Bart. in l.3.C.de pignorib.num. 23. quod dicat eius opinionem esse contra totũ titulum de ijs,quæ in fraudem creditorum, medius autem inter eos se Bald.interposuit distinctione quadam vtens. Ait enim, aut dolus committitur in fraudem executionis (scilicet, cum iam lis penderet) & executio aduersus eum locum habet, qui dolo cœpit possidere,esto eo casu res litigiosi vitio affecta non sit:aut verò (inquit) fraus committitur in fraudem creditores (hoc est antequam
15 lis moueretur) & tum ordinaria via agendum est, ita Baldus in l.ob maritorum, C. ne vxor pro marito,& in l.executorem, C. de execu.rei iud.colum. 7.cui multi bonique fauent testes,vt Paul.Iaso.& Zazius & Herculanus,in l.à Diuo Pio,§. si super rebus,ff.de re iudic.& Couarr. practic. quæstionum,capit.15.titul.7. & Villalobos in ærario comun.opinion.littera.A.nu. 132. Et quanquam Bartoli opinio crebrior sit, vt & ipse testatur Couarr.& Greg.Lopides in l.13.tit.7.partita.3.Attamen Baldi opi
15 nio iuri magis congruere videtur, * ex ijs quæ superius secũda limitatione attulimus, titulus igitur de ijs,quæ in fraudem creditorum,& l.1.§. necessario, ff.si vẽtris nomine,(quorum potissimũ argumẽto Bart. vtitur) sunt intelligenda, quando nulla lite mota alienatio in fraudem facta fuerit:nam si lite iam mota dolus interuenerit,etiam sine contractus rescissione aduersus dolo possidentem ius suum recta poterit persequi victor,secundùm Cyni. Baldique opinionẽ, quam ipse, & veriorem, & æquiorem iudico. Sextò,cessat etiam superior conclusio, quando hypothecauit debitor rem cum
16 clausula * de non alienando (id est,promittendo se pignus, aut hypothecam inuito creditore non alienaturum) nam si postea alienauerit,nulla est alienatio,l.si creditor. §.fin. ff. de dist.pign.& l.fin.5.part.tit. 5. Consequenter ergo,aduersus tertium possessorem executio locum habebit, sicuti præclare, tradit Bartol.in l.3. C.de pign. num.25.cui illic assentitur Salycet.& Anton.de Butrio in capit.quia G.de iudicijs, num.13.Ripa in l.1.§.si hæres,ff. ad Trebel.num.21.Menochius alios non paucos referens de adipiscenda possessione, remedio 6.num.133.atque ex nostratibus,sequitur Suarez,limitatio prima, ad legem Tolet.& Gutierrius in l.nemo potest, nu.38. & 39.& Villalobos in ærario cõmu. opin. littera.A.num.139.& testatur communem esse opinionem Franciscus Turzanus in volu.commu.opinio.lib.14.verbo,*pactum de ingrediẽdo*,estque ea quotidiano rerum vsu, quàm receptissima. Vtrum verò hoc casu hypotheca * specialis debeat esse, an verò 17
generalis sufficiat,in varias itum est sententias:vt videre est apud Imolam,& Iasonem in l.si quis ita, §. ea lege, ff.de verborum obligat.& Couarru.lib.2.variar.capit.15. & Dueñam Regul.240. limitation.1.& Villalobos in ærario,littera.A.nume.139. Et specialem hypothecam necessariam esse affirmat magis communem esse opinionem, Anton.Gabriel in volum.commu. opinio. libr.3.titul.de pignor.conclusione prima. Contrà verò generalem sufficere testatur magis communem esse opinionem, Gregor.Lopides in l.73.titul.18.partit.tertia, verbo, *ni las enagenaria*, & magis communem & veriorem esse affirmat quoq; Eman. Suar.in thesauro receptarum sentẽtiarum, verbo,*alienatio*,& verbo,*prohibitio*,cui magnopere suffragatur,gloss.verb. enumerentur,in l.omnes,C.de præscript. 30.vel 40. annor.quæ ait, tantũ valere aliquid generaliter dici,quãtum si specialiter singula enumerentur,quam singularem illic dicit Bald. Ita verò in superioribus limitationibus in- 18
telligendum * est executionem aduersus tertium locum habere, vt ne sit necessaria quidem excussio aduersus principalem,sed recta possit ad tertium iri,vt apparet ex authent.de litigiosis,col.8.atque ex l.13.tit. 7.part.3.Socin.conf.24.volu.1.Menoch. de adipiscend. possess.remed. 6.quæst.19. Villalo. in ærario commun.opin.littera.A. num.139.Quinimo,neque hoc casu necesse est:vt debitor principalis * ad hanc exe- 19
cutionem citetur, etiam si aliquid sit liquidandum,(vt vulgari verbo, vtar) sed satis erit,vt cum ipso tertio possessore liquidatio fiat,sicuti præclare respondit Alexand. consil.85.volum.6.num.4. Habes quibus in casibus executio aduersus tertium locum habeat,quæ tamen velim intelligas locum

habere, quando iste tertius possessor causam, seu titulum habuit ab illo aduersus,
20 quem principaliter ius exequendi * competit, non si ab alio titulum habuerit, l. sæpè, ad finem, ff. de re iudicata. Bartol. in l. 3. C. de pignoribus, nume. 23. Suarez limitatione 1. ad legem Tolet. Causam autem habere, non solum accipere debemus, quando iste tertius possessor ab ipsomet principali debitore rem actus est, sed etiam si alio qui per longam successionem (putà alijs personis interpositis) causam, seu titulum ab alio traxerit, l. hæredis, ff. de verbor. significatione, l. qui per successionem, ff. de regulis iuris, l. sicut, §. superuacuum, ff. quibus modis pignor. vel hypothec. soluitur. Illud tamē obliuiscēdum nullo modo erit, quod bellissimè scriptum est apud Ioannē Fabrum in §. item Seruiana, nu. 15. Instit. de actio. creditore docente hypothecæ tem
21 pore fundum * penès debitorem fuisse, exinde præsumi istum tertium possessorem ab ipsomet debitore causam trahere. Præter superiores igitur limitationes cæteris in casibus generaliter tenendum est aduersus tertium possessorem executioni locum non fore, sed iure ordinario experiendum esse. Quinimo, non aliter eo casu tertius possessor conueniri via ordinaria poterit, quam si prius excussio aduersus principalem debitorem, illiusque fideiussores fiat. vt Authent. de fideiussoribus, & mandato, & in l. 14. titul. 13. part. 5. Authent. hoc si debitor. C. de pign. de quarum intelligentia, aliàs latiùs agendum erit nobis.

SVMMARIVM.

Fideiussor, qui solidum soluit, an aduersus cæteros confideiussores in solidum agere valeat, num. 1.

Exceptio cedendarum actionum obstat creditori exequenti, num. 2.

L. 4. titul. 18. libro tercero, Fori, & leg. vndecima, titul. duodecimo, part. quinta, elucidantur, num. 3.

Cum fideiussor soluit, quod ad se attinebat aduersus cæteros agere non potest, num. 4.

Cum vnus ex reis debendi fit, non soluendo periculum inter omnes partiri debet, numero, 5.

Renunciatio cedendarum actionum fideiussoribus per multum nocet, nu. 6.

Cum acceptilatione creditoris fideiussor aduersus cæteros rectè agit, num. 7.

Verbum illud gentile, seu vulgare, carta de lasto, vnde dictum sit, num. 8.

Fideiussoris vnde effluxerit vocabulum, nu. 9.

Quartæ partis.

§. VI. Fideiussor, qui soluit, quemadmodum aduersus cæteros confideiussores executionem petere debeat.

DE fideiussore & reo debendi erat hic tractandum, quemadmodum aduersus illos executio locum haberet, prudentes tamen & scientes omittimus: quòniam non admodum difficilis, & patens omnibus materia est. Illud tamen, quoniam frequens est, & foro assiduum, continere me non potui, quin dicerem. An fideiussor reusvè, qui solidum soluit, possit etiam in solidum, cum * cæteris correis, vel confideiussoribus agere, ex cessione, scilicet, sibi à creditore facta: nam sine cessione fideiussore aduersus confideiussorem actio nou datur: vt apparet ex l. vt fidei. ff. de fideiussoribus. Reus autem debendi, tametsi aduersus correum actionem habeat, ex l. 1. C. de duobus reis, adhuc tamen cessio necessaria ei est, vt via executiua experiri valeat, sicuti superius animaduersum est à nobis. Atque idcirco reis, & fideiussoribus iure succursum est, vt si creditor illis soluentibus actiones præstare recusat, accedendarum actionum summoueatur * exceptione, vt in l. fideiuss. ff. de fideiussori. l. Stichum, aut Paphilum, §. penul. ff. de solutionibus. Cessâ igitur actione hæsitatum est non semel, an is reus fideiussorvè, qui solidum soluit, insolidum etiam vnumquemque ex correis, vel confideiussoribus conuenire valeat, an potius pro parte tantum executionem in omnes intendere debeat? Tractant autem hāc quæstionem, glos. in l. 1. C. de duobus reis, & illi classici omnes glo. etiam in l. Modestinus ff. de solutionibus, & illic Bart. Paul. & reliqui. Verum ne in principijs (qui maximus solet esse error) erremus, * animaduertere nos oportet, quemadmodum interpretes ipsi hæc verba insolidum, vel pro parte hoc loco accipiant: nam video eius rei ignorantia nonnullos deceptos fuisse. Sciendum est igitur insolidum hoc loco ins

co interpretes accipere, non detracta illa parte debiti, quæ ad ipsum fideiussorẽ qui soluit, pro sua virili parte attinebat: pro parte verò accipiunt deducta illa parte debiti, quę ad ipsum pro sua rata portione attinebat. Vt igitur summatim (vt solemus) propositã quæstionem absoluamus, ipsis interpretibus placere video fideiussorem reũ vè, qui solidum soluit, non posse insolidum aduersos cæteros correos, vel confideiussores executionẽ petere: sed pro parte agere debere (id est, deducta sua rata parte, quæ ad illum contingebat, ex toto debito (quandoquidem pro parte, quæ ad eum attinet dolo ageret, si peteret, quod iterum restitutus esset, resque in infinitum iret: cum interim secundum iuris regulas circuitus euitãdus sit. Porrò pro reliquis partibus, quæ ad cæteros correos, vel confideiussores attinebant is, qui solidum soluit insolidum, cum vnoquoque ex cæteris correis, vel confideiussoribus experiri potest, quippe, qui iure vtatur creditoris, cuius in locum per cessionem successit, verum exemplum id magis declarabitur. Apud Titium tres rei, seu fideiussores in triginta aureos fideiusserunt solemni legum renunciatione facta, ita vt vnusquisque insolidum teneatur: soluit itaque vnus ex eis tota triginta, Titiusq; creditor in eum actiones trãstulit, si velit is cum debitore principali experiri expeditum est insolidum cum eo agere posse: cæterum si cæteros reos, vel confideiussores conuenire velit, alia illi ineunda ratio est, non enim insolidum (id est, pro totis triginta experiri potest) sed tantum pro viginti deductis, scilicet, decem, quæ ad ipsum pro sua virili parte cõtingebant, pro reliquis verò viginti, quæ ad correos, seu confideiussores attinebant: aduersus vnumquemque ex eis in solidum (id est, pro totis vigenti) experiri executionemque intendere potest? iste autem secundus fideiussor reosvè, qui illa viginti soluit, rursus ex actione sibi à primo fideiussore cessa pro reliquis decem cum tertio fideiussor agit (id est, deducta sua rata parte, quæ ad illum ex toto debito spectabat) atque eo pacto fit, vnusquisque ex eis decem tantummodo, quæ pro sua rata parte singulos contingebat, exoluat. Hæc à iuris communis interpretibus, quos superius retulimus summatim excerpsimus. Ab eo nunc ad leges Regias. Videamus ergo Regio iure, an idem recipiendum sit? Et hic ego in triuio sum, hęreoquè maximè, quam viam ingrediar, * quidvè statuendum putem, cum animaduertam duas Regias leges, in quibus de hac quæstione agitur, ita sub obscurè eam definire, vt illas in vtramque partem nullo trahere negotio queas. Altera est l. 4. titul. 18. libr. 3. Fori, altera l. 11. titul. duodecimo, partita 5. in quibus glossographorum diligentiam maximè desidero, perfunctoriè enim rem tractarũt, & vt dicam quod sentio, magis quidem leges illæ velle videntur, vt tantummodo pro virili parte is qui solidum soluit, cæteros correos, vel confideiussores conuenire valeat. Porrò, quia adhuc leges illæ Regiæ communem interpretum sententiam commodè patiuntur, commodius erit, vt illas ita interpretemur, ne à iure cõmuni dissentire videantur: cum iuxta vulgares iuris regulas legum semper correctionem effugere debeamus. Illud tamen admonendi sumus, communem * istam opinionem locũ non habere, quãdo ad eum qui solidum soluit, negotium principaliter attinebat, aut in totum, aut pro parte: nam quatenus ad eum negotium tangit, cum rem suam non alienam gesserit, quo iure cæteros correos, aut confideiussores poterit conuenire? nullo quidem, vt scribit Bartolus in d. l. Modestinus, n. 8. cui assentitur illic Paulus, & reliqui. Æque etiam, nec illi communi sentẽtiæ * locus erit, quando contingeret alterum ex reis soluendo non esse: nam tum ita res expediri debet, vt periculum totum inter omnes reos communicetur, ex sententia eiusdem Bartoli in d. l. Modestinus, nu. 10. cum quo reliqui consentiunt interpretes, & noster quoque Greg. Lopez in l. 11. titul. 12. partit. 5. verbo, *deue tomar*, estque ad id, argumento textus in l. verum, §. si cũ tres, ff. pro socio, & l. si plures, ff. de fideiussor. tuto. Non aliter quoque admittenda * non erit conclusio illa, quando fideiussores cedendarum actionum exceptioni renuntiassent: nam eo casu in creditoris positum erit arbitrio vtrum velit, aut omnes reos cõuenire, aut ab vno tãtùm toto debito ex acto cæteros liberare, sicuti exactius ostendit Afflictus decione 182. numer. 10. * Æque etiam cum fideiussores in certis summis fideiusserunt, ponens vnus in decem aliter in viginti, si vnus ex eis fiat, non soluendo, cæteros haud onerat, secundum Bald. in l. fin. §. fin. C. de vsuris rei iudicatæ. * Impensas verò quas in lite cum creditore agitata fecit fideiussor vtrum à cęteris quoque confideiussoribus consequi valeat, cõsulito Bartol. consilio 81. & Cellum. 104. Sed & his illud adijciendum erit in hac cessione, quæ à creditore reo, aut fideiusso

4

5

6

7

§

7 re fit, non vt in emptione * nominis opus esse, vt pretium numeretur, sicuti cauetur in l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mandati, sed satis erit hoc casu si creditor accepto ferens sibi numeratam fuisse pecuniam fateatur, sicuti ex facto consultus respondit Bartolus consil. 160. & Alexand. conf. 123 volum. 6. Paulus & reliqui in l. duobus, §. 1. ff. de iureiurand. & testatur communem Iason, ibidem num. 7. & Hippolyt. in Rubrica de fide iussoribus, num. 27. & 265. & Afflictus decisio. 150. numer. 36. & Decius consilio 403. volumin. 4. & Tiraquel. alios multos de more referens in tractat. linag. §. 1. glos. 18. num. 84. & Anton. Gomez in comment. titul. de fideiussoribus, nom. 13. & Auilesius in capit. correct. cap. 10. num. 38. & denique eam magis communem, & sequendam in iudicando, & respondendo, scribit Franciscus Viuius in volum. commun. opinio. libr. 5. verbo, fideiussor. Sed de hac re iam forsan multus vide-
8 bor, proinde transgrediamur alio? * si illud tamen prius admonuerimus, verbum illud, *carta de lasto*, quod vulgò hodie apud nos vsurpatur deriuatum fuisse originemque trahere ab acceptilationis, verbo, ita enim, & nominis, & rei consentiens vocalitas, & effectus me credere cogit, cum vt alibi me dixisse memini omnia fere Hispaniæ vocabula à latino sermone originem traxerunt. Sed neque illud quoniam ab alijs prætermissum est, *
9 omittendum duxi fideiussoris nomen, de quo toties mentionem fecimus inde fuisse dictum, quoniam in fideiubendo, ita stipulationis concipi verba solebãt, *fide tua esse iubes*, & ita re stipulari, *fide mea esse iubeo*, sicuti apparet cum aliàs passim tũ in l. quæro, ff. locati, & l. vbi, §. illud. ff. de verbotum obligationibus, & l. si ità fideiussorem, ff. de fideiussoribus.

SVMMARIVM.

VErbum excussionis Latinum est, nu. 1.
Excussionis definitio, num. 2.
Casus, in quibus excussio necessaria sit, nu. 3.
Necessaria est excussio, quando fideiussor est conueniendus, num. 4.
Fideiussor magistratus renuntians legis auxilio conueniri sine excussione rectè poterit, numero, 5.
Fideiussor iudicatum solui renuntians excussioni conuentri rectè poterit, num. 6.
Fideiussor tutoris renuntians legum beneficio cõueniri sine excussione poterit, num. 7.
Fideiussores legales inuiti non tenentur renuntiare excussioni, num. 8.
Fideiussor indemnitatis, etsi magis legum beneficio renunciauerit, adhuc excussionis beneficio vti poterit, num. 9.
Quis dicatur, fideiussor indemnitatis, nu. 10.
Non dicitur fideiussor indemnitatis, qui promittit soluere si Titius ad Kalendas Ianuarias non soluerit, num. 11.
Pignoris possessor conueniri non potest, nisi prius aduersus principalem fiat excussio, num. 12.
Necessaria est excussio, quando debitor in fraudem creditorum rem ab alienauit, nu. 13.
Patre bona filiorum alienante non possunt filij agere aduersus emptores, nisi in patrem prius excussione facta, num. 14.
Explanatur authent. cum rogatus. C. ad Trebell. num. 15.
Excussio quemadmodum fieri debeat, nu. 16.
Excussionis multi sunt modi, nu. 18. 19.
Ad excussionis causam citandi sunt hi, cuia interest, num. 20.
Insignis cautio, vt excussionis euitetur circuitus, num. 21.
In excussionis causa, quando via executiua agitur, appellatio non habet effectum suspensiuum, num. 23.

Quartæ partis.

§. Septimus. De excussione.

QVoniam in executionis causa de excussione frequenter quæstio incidit operæ erit, vt de ea re nonnulla dicamus: breuiter tamen, vt solemus. Nam si omnia, quæ de quaque re dici possunt in medium vellem afferre, finis haut foret operis. In hoc autem excussionis tractatu triplex præcipuè oriri quæstio solet. Prima quid sit excussio. Altera quibus in causis necessaria sit. Tertia quemadmodum fieri debeat. Principio autem nequis hoc verbum, * ex- 1
cussionis, parum Latinum esse putet, sciat & ab ipsis Iurisconsultis omnis elegãtiæ magistris idẽtidem vsurpari, vt in l. decem, ff. de verbo. oblig. & l. si mandauero, ff. mandati, & l. 1. §. Diuus, ff. de magistrati. conuen. & aliàs non raro. Excussio autem omissa Bart. definitione intractatu de excussione, quia non satis idonea videtur, definiri * ita 2
potest, vt sit iudicium in quo facultates debitores principalis diligenter exquirun-

tur,

tur,an sint soluendo,vt pro reliquis ad fide iussores, & cæteros qui secundo sunt loco conueniendi deueniri valeat,sicuti colligitur ex illa l.decem, ff. de verbor. obligat. atque ex l.moschis,ff.de iure fisci, necnon, ex l.1.C.de his, quæ in fraudem cred. Cas
3 sus autem in quibus * excussio necessaria sit (vt de secunda quæstione dicamus) quam plures iuris studioso in latissimo isto iuris campo inter legendum occurrent, vt Bartol.idem refert in illo tractatu de excussione.Nobis verò tres, aut quatuor, aut vt plurimum quinque qui foro frequentiores sunt persequi cordi est. Et primum necessaria
4 * erit excussio, quando fideiussor conueniendus est: non enim conueniri aliter poterit, quam si ipse reus principalis, qui modo præsens sit, prius excussus fuerit.Ex vulgari illa authent. præsente,C. de fideiusso.cui conuenit ex iure Regio, l.9. titul.12.pract. 5. Excepto eo si illarum legum beneficio renuntiatum fuerit à fideiussore illius, namque legis renunciationem valere nullius est dubitationis, secundum glos.in Authent.de fideiussoribus, §. siquis igitur,cui se omnes subscripsisse interpretes apparet,ex relatione Petri Dueñas,regul.335.limit.6.Nocebit igitur eius
5 modi renunciatio * fideiussori,qui pro magistratu intercessit, sicuti placuit Amadeo de syndicatu,num.208. & Ioanni Gutierrez de confir.iur.cap.21.tametsi aliud velit Suarez,tit. *de los emplazamientos*, §.quæritur vlterius, nu.11.Nam l.3.ff.de adminis. rerum ad ciuit.pert.quã in suas partes allegat intelligenda est, nisi excusioni renuntiauerit fideiussor, nam eo renunciante valebit renũciatio, siquidem eum fideiussorem indemnitatis non esse, neque illa lex probat,& contrarium ostendit,l.13.tit. 5.lib. 3.Recopil.& l.6.tit.4.part.3. quibus fideiussor magistratus obligari tenetur in omne,id quod ipse magistratus in syndicatu, seu ratione reddenda damnatus fuerit: Nocebit etiam illius Authenticæ renunciatio
6 fideiussori * iudicatum solui.Nam licèt illi competat beneficium excusionis iuxta ea, quæ affert Suarez dict.§.vlterius,in fine.& Dueñas regula 335.ampliat.3.attamen eo renunciante amittet beneficium excusionis,ex glos.sic intelligenda in l.fina. §. fin. C.de vsuris rei iud.verbo,persoluere,cuius communem esse opinionem intelligere licèt, ex Boerio decisio.277.numer.3. Nocebit item illius Authenticæ renunciatio
7 *fideiussori tutoris. Nam tametsi alioqui competat ei beneficium excusionis,at qui renunciatione facta recta conueniri poterit,nisi in modũ indemnitatis fideiusserit, vt autor est Salicetus in l.non ambigui, C. de fideiuss.tuto.cui adstipulator Greg.Lopides in l.94.tit.18.part.3.verbo, *por fiador*.Illud tamen omnino meminisse debemus hosce* fideiussores,qui pro iudice,aut 8
tutore reliquisvè,qui lege satisdare cogantur intercedunt,inuitos non esse cogendos excusionis beneficio renunciare, cùm iuri suo inuitus renunciare teneatur nemo, l.in uitum.C.de contrahend.empt.l.nec emere,C.de iure deliberandi. Memoriaque teneo cum aliquando datus essem fideiussor à cognata pro tutela filiorum,me ita obtinuisse inuito etiam tabellione, atque adeò refragante.Memineris tu igitur in tuos vsus accommodare,ac in tempus tibi clientulisque tuis pro re nata consulere. Non nocebit tamen illius authenticæ renunciatio * 9
fideiussori indemnitatis,sed adhuc erit necessaria excussio aduersus principalem, vt ad eum regressus habeatur, sicuti magno nostrorum cõsensu probatum, & receptum est.Eius enim sententiæ fuit Bart.in l.1.C. de conueni.fisci debito.lib.10. & Bald. in d.authẽtica præsenti,ac itẽ Iason in l.fin.ff. si certum petat.Quid multis? Dies me deficeret,si omnes quotquot hãc amplexi sunt autores sententiam referre vellem, quorum magnam partem si placet,videre poteris apud Dueñam regul.335.amplia.2 & apud Gutierrez de confirm.iura. 1.part.cap.23.
Indemnitatis autem * fideiussor(quoniam 10
scribentes non aperiunt) est is,qui promittit se creditorem indemnem seruaturũ debitumque omne soluturum, quando debitor soluendo non fuit,quod elegantius, & vno verbo Iurisconsulti dicunt rem præstaturum.Nam cum is sub illa cõditione obligetur,si debitor soluendo non fuerit,eo ipso actum videtur,vt non anteà exigi valeat, quam cõstet debitoris facultates non sufficere,sicuti explicat Iason in dict. l. final. ff. si certum petatur,& in l.decem. ff. de verbor.obligat.taceo Felinum in capit.ex rescripto,de iureiurand.& Roderi.Suar. dict. paragrapho,vlterius quæritur,num. vndecimo, quapropter non erit fideiussor * in- 11
demnitatis is,qui ita promisit: *Si Titius ad kalendas Ianuarias non soluerit,ego pro eo soluam*:Itaque eo renuntiante excussionis beneficio rectè conuenire poterit debitore non soluente, vt est textus elegans in l. fideiussor obligari, paragrapho fin.ff. de fideiussor.& illic tradit glos. verbo, eius,& Paul.de Cast.atque item Iason in d.l.final.

numero quarto, ſi ſi certum petatur. Alter eſt caſus, in quo neceſſaria erit excuſsio,
12 quando res * pignori nexa, extat apud tertium poſſeſſorem: nam tunc non aliter conueniri tertius poterit, quàm ſi prius debitor principalis excutiatur, vt eſt definitum. Authent. hoc ſi debitor. C. de pign. & in l. 14. titulo 3. partita 5. quod accipias, etſi pro dote agatur, ſecundum gloſſ. in l. vbi adhuc, C. de iure dotium, verbo, potiora, quæ communiter eſt recepta teſte Palac. Ruu. in capit. per veſtras, §. 34. & Gregor. Lopid in l. 15. titulo decimotertio, partit. tertia, verbo, *eſtar*, Boerio quoque deciſio. 200. numer. octauo. Non tamen illius Authenticæ definitio perpetua ſemper eſt, ſed multoties deficit, vt eſt videre apud Socin. regul. 145. & Gregor. dicta l. decimaquarta. Adiecimus, & nos non paucas, nec leues
13 exceptiones ſuperius, §. quinto. Tertio * neceſſaria erit excuſsio, quando debitor in fraudem creditorum rem alienauit, vt latè eſt comprehenſum in peculiari illo titulo, C. & ff. de his, quæ in fraud. credit. nec non in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de actionibus, vbi interpretes, tam latè & ad nauſeam, vſque calamum effuderunt, vt ſuperuacanea noſtra fuerit opera, ſi plura adijcere conemur. Quartus caſus, in quo excuſsione opus eſt, habetur in l. 24. tit. 13. part. 5. qua beliſsimè conſtitutum eſt, cum pa-
14 ter ab alienauit * bona materna filiorum non poſſe filios aduerſus emptores agere, niſi excuſsis primò parentis facultatibus, id quod à iuris communis regulis abhorrent eſſe palam eſt, quippe cùm contrarium definitum extet, in l. 1. C. de bonis mater. & in l. non ſolum, §. ipſum autem, C. de bonis, quæ liberis. Quapropter Greg. Lop. illarum legum paraphraſtes tres, aut quatuor confingit ſpecies, ad quas tantummodo illius legis definitionem conatum detrudere, ſed id nihil aliud vtique eſt, quàm manifeſtò ariolari, id quod ipſe fatetur. Sunt etenim illius legis verba tam aperta, vt Gregorianos iſtos ſenſus, quam facillime reſpuant. Pro in legem illam iuris communis correctionem inducere, ac generaliter accipiendam eſſe noſtratibus magis placuit ſcribentibus, ſicuti apparet ex Couar. lib. 1. var. cap. 8. nu. 5. & Ioan. Garſia de Expenſis, cap. 13. nu. 20. & Ayora de partitio. 2. part. quæſt. 32. Etenim viri illi, qui ſeptem partita iuri dirigendo operam nauarunt, non ſolum iuris communis placitis in eam rem vſi ſunt, ſed etiam ex Sanctorum Patrum dictis Philoſophorum ſentẽtijs probatiſque populorum moribus egregium opus illud conflarunt: veluti ex proœmio ipſiuſmet voluminis conſtat. Aut igitur mirum eſt ſi illorum reſponſa non per omnia iuris communis dogmatibus reſpondeant. Quintus ſe offert caſus, in quo neceſſaria eſt excuſsio in Athen. * contra cum rogatus, C. ad Trebellianum, vbi hærede grauato reſtituere, quod ex hæreditate ſuperſit, tenetur ad minus quartam hæreditatis partem fideicommiſſario reſeruare: quarta autem non remanente non poterit fideicommiſſarius aduerſus emptores hereditatis agere, niſi prius ipſius hæredis bonis excuſſis, quẽ tex. miris modis extollit Iaſon prædicans eſſe mirabile in d. §. itẽ ſiquis in fraudem, nu. 67. Poſſem, & ijs ſextum adijcere caſum, ex Bart. in dict. tractatu de excuſsione, ad finem: quando mulier renuntiauit iuri hypothecario in contractu alienationis à marito factæ. Ait enim ſi agat aduerſus alios poſſeſſores rerum mariti deducendum eſſe, quod deducere potuiſſet ab alijs, qui res mariti emerunt, ſi ipſa venditioni non conſenſiſſet. Cæterum id, an verum ſit, nũc mihi per tempus minimè diſcutere vacat, atque iam de hac ſecunda quæſtione ſatis ſuperque. Ab eo nunc ad tertiam. Videamus, itaque * excuſsio quemadmodum fie- 16
ri debeat, quæ Bartolo ita quidem, ſiue vtilis, ſiue difficilis viſa eſt quæſtio, vt dicat hic leges pendere, ac Prophetas. Sed mihi ſanè ingenioque meo (quod ſentio, quam ſit exiguum) etſi vtilem eſſe fatear, non tamen difficilis admodum videtur eſſe quæſtio. Nam cum excuſsio res facti ſit, totaque ex probationibus pendeat, conſtat eam multis varijſque fieri poſſe modis leg. tertia, paragrapho, tu magis, de teſtibus. Veriſsimum enim eſt illud, quod doctiſsimus ſcriptum reliquit Bald. in l. vt vim, ff. de iuſtitia, & iure, de factis hominum nullam certam tradi regulam poſſe. Multos itaque varioſque excuſsionis modos tradidere Doctores, vt eſt videre apud Bartol. in illo tractatu * excuſionis, & Bald. in Au- 17
thent. ſed hodie, C. de actio. & obligat. & aliàs apud alios crebro. Sicuti igitur (vt Bartoli verba vſurpem) vna via ducimur Romam, ſed tamen non eſt eadem, ita excuſſionis cum multi diuerſiſque ſint modi, omnes tamen eo ſpectant, vt oſtendatur debitoris facultates ſoluendo quatenus ſint. Ex ijs verò tam multis duo tantùm in medium afferam, quoniam faciliores, & foro magis accõmodi eſſe videntur, quos refert Angelus Aretinus in dicto paragrapho,

item

item ſiquis in fraudem, numer.7. Inſtit. de actio cuius prioris talis ordo eſt: Decreto ſuo præcipiet iudex fideiuſſori, aut tertio aduerſus quem intenditur * excuſsio, vt
18 debitoris bona edoceant, quæque expedita ſint æri alieno ſoluendo citato ad eam rem creditore, vt ſi velit doceat contrarium: atque ita ſummaria hac cognitione excuſsionis definietur articulus. Alterius ordo eſt, vt duos in hoc mittat iudex miniſtros, putà tabellionem, & apparitorem,
19 qui bona debitoris * diligenter excutiant, eorumque æſtimationem, & pretium referant, & iuxta eorum relationem faciat excuſsionem. Hæc autem duo excuſsionis genera ab omnibus ſcriptoribus approbari conſtat ex eodem Angelo, & Iaſone, ibidem. Atque ex eidem item apparet ad eiuſmodi cognitionem
20 * eitandos eſſe ipſos fideiuſſores, ſiue tertios poſſeſſores, de quorum agitur præiudicio. Quin etiam neceſſe eſt, Iudex ſuper ea liquidatione interloquatur, ſecundum Bartol. in l. ſtipulatio. §. hoc autem, ff. de noui operis nunt. & tradit latè Iaſon in dicta l. decem, de verbor. obligat. Verum enim verò, vt has omnes excuſsionis effugere circunſtancias, ac moleſtias valeamus præcurrit nobis belliſsima: neque vnquam ſatis laudata Bald. ſententia in l. cum teſtamento. C. de teſtamen. manu. dicentis poſſe nos vno eodemque iudicio, ac vno eodemque libello ſimul ex
21 cuſsionis * ſimulque hypothecarię cauſam agitare. Baldo autem alios quam plures referens conſentire Alexand. conſil. 85. volum. 6. & Palac. Ruu. in l. 63. Tauri, nu. 47. & Gregor. Lopides in dict. l. 14. titul. 13. partit. 5. & denique hanc communem eſſe opin. affirmat Pariſius conſil. 50. lib. 1. nu. 46. & planè opinio hæc in cauſis ordinarijs, de quibus ſuperiores authores loquuntur manifeſtam habet æquitatem, videlicet, vt circuitus euitetur. Cæterum in cauſa exe cutionis, de qua re agimus, an locum habere poſsit, videndum eſt. Et ſanè Didacus Perez in l. 4. titul. 8. lib. 3. ordin. gloſſ. 1. atque item Gutierr. in tractatu de confirma. iuram. 1. part. cap. 23. ſentiũt id, & in cauſis executionis locum ſortiri. Ego verò contrà ſentio: nam ſicuti alio loco diximus pro ſumma incerta, & re non liquida fieri executio non poteſt. Cum igitur citra executionem conſtare nullatenus poſsit de debitoris reliquis, pro quibus aduerſus fideiuſſores, & tertios excuſsio intendi debeat, conſequitur nullo pacto, nulloque modo executionem locum habere poſſe ad aduerſus fideiuſſores, ſeu tertios poſſeſſores, niſi prius excuſsio rei principalis legitimè præceſſerit. Quanquam illud, vt malitijs hominum obuiam eatur, non erit obliuiſcendum ſi ab huiuſmodi interlocutione appellatum fuerit à fideiuſſoribus, ſeu tertijs poſſeſſoribus deferre appellationi non debere iudicem, quãdoquidem in * cauſis 22
executiuis appellatione non habere officium ſuſpenſiuum multorum teſtimonio probatum eſt paulò antea à nobis. His illud affine eſt, quod ſubinde in foro tractari ſolet, & proinde paret, vt hoc loco tractetur à nobis in ſpecie huiuſmodi. Pro reliquis ex rationibus tutelæ executio petita fuit aduerſus fideiuſſores, qui pro tutore interceſſerunt, ſolemni legum renuntiatione facta: fideiuſſores autem excipiendo obijciunt citatos ſe non fuiſſe ad arbitrium tutelæ, ac proinde rationes illis minime nocere. Quæſtionis eſt, an audiendi ſint? Et putauerit quiſpiam eos audiendos eſſe ex eo, quod antea ex communi autorum conſenſu probauimus ad excuſsionis articulum citandos fideiuſſoras eſſe. Sed non eſt ita: nam iuxta iuris regulas, vt actus valeat, ſatis eſt, vt ij, cuia principaliter intereſt citentur, neque neceſſe eſt, in ius vocentur ij ad quos res minus principaliter attinet: vt docent Innocentius, Bald. Felin. & reliqui in cap. fina. de maio. & obed. Ad in excuſsiones res principaliter ſpectat ad fideiuſſores, & tertios poſſeſſores, quippe ſoluentes regreſſum non habent ad reum principalem, qui ſoluendo non eſt: ſecus hic cum fideiuſſores exacti regreſſum habeant ad tutorem, qui ſoluendo eſt. Ad tutorem igitur res principaliter ſpectat, minus autem principaliter ad fideiuſſores: & ideò neceſſe non fuit, vt ad arbitrium tutelæ citarentur, quod modo non in hac eadem ſpecie tradit Iaſon in l. decem, ff. de verbor. obligat. & Capicius deciſio. 107. & Couarru. practica. quæſtio. cap. 39. nu. 5. Proinde tutore non exiſtente ſoluendo, rectè deſiderabunt fideiuſſores, ſi quid collu ſum, ſi quid erratum in ratiocinio fuerit, aut ad calculos redeatur. *

SVMMARIVM.

QVæ animaduertere debeat actor in principio litis ne erret, num. 1.

Rex Alphonſus, qui cognomento ſapiens appellatur Decimus eius nominis fuit non Nonus, num. 2.

Executio diuersis remedijs competit, num. 3.
Ex iudicata quando oriatur actio iudicati, & quando in factum, num. 4.
Actio in factum, ac præscriptis verbis, quid sint, num. 5.
Legis actio, quid sit, num. 5.
Olim agere poterat nemo, nisi prius actionem impetrasset, num. 6.
Interdictorum verba, quare in futurum sonent. num. 7.
Album prætoris, quid sit, num. 8.
L. 1. ff. de edendo, explanatur, num. 9.
Actio directa dicitur cum datur ex mente, vel verbis legis, num. 10.
Vtilis actio, quando dicatur. num. 10.
Actio vtilis dicitur in factum, aut præscriptis verbis, ibidem.
Actio in factum, aut præscriptis verbis, quare dicatur, num. 11.
Ex confessione in iure facta, vel iuramento decisorio, vtilis actio datur non directa, numero 12.
Ex sententia arbitri nõ datur actio iudicati, sed in factum, num. 13.
Conditio ex lege, quando dicatur, num. 14.
Executio ex instrumento guarentigio qua actione detur, num. 15.
Exordie actionis nomen necessario non est exprimendum, num. 16.
Quibus verbis vti debeat actor in executione petenda, num. 17.
Ex libelli conclusione colligitur qua quis actione vti velit, num. 17.
Quæ verba spectent ad viam ordinariam, quæ verò ad executiuam, num. 18.
Cum executio aduersus plures reos petitur insolidum, testari debet creditor se vna solutione velle esse contentum, num. 19
Cum executio pro reliquis petitur fateri videtur creditor reliquam sibi summam fuisse solutam, num. 20.
Petens executionem pro redditibus nouem annorum, ne quicquam, quod reliquum est via ordinaria petit, num. 21.
Ante tempus executione petita, quas pœnas patiatur creditor, num. 22.
Dies interpellat pro homine, num. 23.
Quando solutio facienda est extra locum creditoris per lapsum diei nõ cõstituitur debitor in mora, nisi eodem loci fuisse creditorem constet, num. 24.
Die obligationi non adiecta decem dies habet debitor ad soluendum, num. 25.
Qui debito plus petit in expensis damnari debet, num. 26.
Iurameti omissio in petenda executione non vitiat, num. 27.
Hæres creditoris defuncti ad præstandum hoc iusiurandum adigi minimè debet, numero 27.
De alieno facto iurare nemo tenetur, nu. 28.
Intra nouem dies, quam creditor obijt in hæredem fieri executio non potest, num. 28.
Conuentiones pactaque facta ab hæredibus cum creditoribus hæreditarijs intra nouem dies, quam debitor vita functus est nullius sunt momenti, num. 29.
Executio prius debet in bonis specialiter obligatis, quàm in ijs quæ generaliter obligata sunt fieri, numer. 30.

QVINTA PARS, QVIS SIT ORDO in executione seruandus.

§. Primus. De petitione executionis.

CVm ex philosophi sentẽtia error omnis, vel leuis in principio, maximus soleat esse in fine, cauere omnino debetis, qui litẽ mouere statuit ne statim egrediẽdo erret, & in portu (vt dictat prouerbium) soluendo impingat. Id ne contingat hæc in primis illum animaduertere oportet. Primum ipsius personam, scilicet, an ad agendum habilis sit, deinde aduersarij personam, an * minor, an maior sit, an eiusdem fori, an diuersi, & cætera istiusmodi: tertio quid sit, quod petere intendit, tum apud quem iudicem, quo tempore, & qua experiri debeat actione: & postremo quemadmodum ab eo libellus concipiendus sit. Hæc ita præclarè iuxtaque commodissimè in exordiendis causis circumspicere nos debere monet Rex Alphonsus, quem ex serie nostratium Regum, Nonum appellat Septem partiti iuris Compilator: cæteri verò, quibus cum vulgus consentit Decimum appellant * quorum probatur sententia in l. 8. titul. vndecimo, libr. 1. Recopilat. omnes autem sapientem eum appellant, quod quidem cognomen ex summa sua prudentia, scientiaque sibi peperit. Extat autẽ Regis consilium, quod modo retulimus in Rubri tit. 2. part. 3. Illud autem præoculis nos

aduo-

aduocati omnes habere semper oportebat, si enim nos rogati causas aggressuri hæc, quæ Rex sapiens sapienter monet, sedulò rimaremur, sat scio non toties inauspicato nobis lites cederẽt: quę autẽ ille in actione ordinaria spectanda esse monet hæc eadem, & in executionis causa obseruãda esse perspicuum est. De persona autem actoris reique item iudicis, atque de instrumentis in superioribus actum est à nobis. Superest ergo, vt deinceps in hac. Quinta parte de reliquis, quæ Rex ipse mouit agamus: strictim tamen, nam si quantum dequaque redici potest per se, qui instituerimus finis haud foret operis. Executio ergo non vno, sed alijs, atque alijs remedijs, prout alia, atque alia incidunt * rerum genera competere solet. l. ne in arbitris. C. de arbitris. Velut actione iudicati quando è re iudicata executio petitur, l. 4. & leg. miles. §. fin. de re iudic. Itẽ actione in factum executio datur, veluti cũ ex iureiuraudo, vel ex cõfessione in iure facta petitur executio leg. actori. C. de rebus creditis, & iureiurand. leg. certum. §. fin. ff. de confessis, apud quas si interpretum commentaria consulas mirum est, vt eos digladiantes offendas de re (quæ si diuis placeret) controuersia vacare debuisset, alijs enim placet è re iudicata actionem * iudicati dari, in qua sententia fuit Cynus in dict. l. actori. C. de rebus creditis, & Bart. in l. miles. §. fin. ff. de re iud. & itẽ Albericus, Angel. Cuma. Paul. & Iason. Alij contrà aiunt è re iudicata nõ oriri actionẽ iudicati, sed in factũ, quia dicant istud verbũ iudicati nõ esse titulũ actionis, sed cauſę, dicatur itaque actio in factum iudicati, quia iudicatũ est: huius sententiæ fuit glossa in dict. leg. actori, & illic apertius Baldus, sentit quoq; glossa in Clement. finali, de appell. verb. repulsione, pro qua tulere calculum Salycet. in dict. leg. actori, & Imol. & Alex. in dict. l. mi les. §. fin. & Ludou. Rom. in dict. l. nã & postea. §. fi. ff. de iureiur. Quoniam verò autorum dissensione res ita misere turbata est, vides, atque alias de actione in factum subin de in iure mẽtio habetur, ne forsan passim impingas, * rem obiter, ac perinde breuiter explanabo. Initio vrbis Romæ, atque in illis primis iuris ciuilis incunabulis ex legibus duodecim tabularũ, atque ex iuris prudentum interpretatione compositæ sunt actiones, quibus inter se, homines disceptarent, quæ quidem iuris pars legis actiones appellabatur. Ac ne populus, vt vellet eas instituere inter sacra cæremoniasque deorũ abditæ solis Pontificibus notę erant, age re igitur poterat nemo nisi * qui prius actionem à Pontificibus, seu magistratibus quibus legis actio data erat impetrasset. Huius vetustatis memoriam facit Iurisconsultus in l. 2. §. postea ne diutius. ff. de origine iuris, atque apparet etiam ex l. fi. C. de formulis, & actionum petitionibus subito. vbi hęc veterrima obliterata est solemnitas, & refert etiam Cicero in oratione pro Lucio Muræna. & Valerius Maxim. lib. 2. tit. 1. ex quo intelligere facilè poteris, quid sibi velint leges illæ, quibus comprehensum est nullum magistratum habere potestatem adoptandi, vel emancipandi, nisi apud quẽ legis actio esset, lex magistratum. ff. de adoptio l. 3. ff. de officio Proconsul. l. 1. C. de adoptio. l. 1. ff. de officio iudi. Alexand. in quarũ intelligentia insudarunt. Alciat. prętermissorum. lib. 1. c. 3. & Forcatulus dialogo 8. prima parte, & 83. 2. parte. Prætores quoque ex iure honorario actiones dabant, vt idem Iurisconsultus ostendit in dict. l. 2. §. eodem tempore. ff de orig. iur. & l. 1. ff. de edendo, & in l. 3. ff. commod. & Imperator in §. fin. Instit. de interdictis. Proinde interdictorum verba in futurum * sonabant, *indicium dabo, interdictum dabo, ratum non habebo*, & alia id genus, l. 1. ff. de nego. gestis, leg. 1. ff. ne vis fiat ei, leg. 2. ff. ne quid in loco publico, leg. 1. ff. quod metus causa, & aliàs sæpe, eoque spectant Quintiliani verba, lib. 7. c. 5. *Insponsionibus*, inquit, *quæ ex interdictis fiunt etiam si non proprietatis est quæstio, sed tantum possessionis, tamẽ non solum possedisse nos, sed etiam nostrum possedisse docere oportebit.* In sponsionibus dixit, quia non actiones dant prætores, sed daturos se esse pollicentur, licet eum locum intellexerit aliter Budeus in l. 2. ff. de origine iuris. Postea verò quidam Cneius Flauius scriba actionum librum subreptum populo tradidit, vnde euenit, vt iam magistratus in albo edictorum actionumque formulas proponerent, vt scirent ciues, quod ius de quaque re quisque dicturus esset seque præmunirent, vt apparet ex illa, leg. 2. §. postea cum Flauius, & §. eodem tempore. ff. de origin. iuris, atque item ex leg. 1. ff. de edẽdo. Erat autem album tabula quædam * albata, in qua formulæ illæ inscribebantur, vt apparet ex Theophylo in §. pœnales. Instit. de actio. & declarat Erasm. Adagio. 34. Chiliad. primæ, centuria septima, & Marinus Bechichimus in Pliniana præfatione, & significant Iurisconsulti verba in illa, l. prima. ff. de edendo. *Eum quoque edere Labeo, ait, qui producat aduersarium suum ad album, &*

demonstret quid dicturus sit, vel id dicendo quo uti velit. Quanquam enim Alciat. lib. 2. disputatio in fine, putet illic legendum aduersaria, & Erasmus loco superiori aduersarium accipiat pro tabulis ex tempore notatis: cæterũ isthæc meræ sunt argutiæ (ne quid amplius dicam) aduersarium enim eo loci accipiendum * in vulgari, & nota significatione, id est, pro aduersario quo cum lis agitatur, & res ipsa demonstrant, & ostẽdit non obscurè Seneca ad Lucillium epist. 49 in hæc verba. *Per istud Philosophiæ sunt nigræ, & turpes infameſque etiam ad album sedẽtibus exceptiones: quid enim aliud agitis cum eũ quẽ interrogatis sciẽtes in fraudem inducitis, quàm vt formula cecidisse videatur, sed quemadmodum illos prætor, sic hos Philosophia in integrum restituit.* Refragatur etiam illis. Cicer. pro Rosc. ita inquiẽs, aduersaria in iudicio protulit nemo, Codicem protulit, tabulas recitauit. Cum igitur (vt ad propositũ reuertamur) ex ipsius legis verbis * menteque cõpetebat actio ea directa dicebatur, sin verò verba mensque legis actionem non darent, vi tamen rationis conueniret actionem aliquam dari ibi ad exemplum directæ vtilis dabatur actio, quæ eiusdem erat potestatis eũdemq; habebat effectum, atque proinde vtilis dicebatur, leg. actio. ff. de neg. gestis, leg. quoties, & leg. quia. ff. de præscrip. verbis, leg. 1. ff. de æstimato actione, leg. penult. ff. si quadrupes pauper. feciſſe dicatur leg. item, leg. si obstetrix. ff. ad legem Aquil. Hæc verò vtilis actio cum veniebat ex mẽte legis sortiebatur nomẽ principalis actionis, §. fin. Instit. de leg. Aquil. cum vero, neque ex verbis, neque ex mente legis veniebat, & ratio suadebat, vt daretur, aut dicebatur in factum, aut præscriptis verbis: nimirum, quia secundum facti, aut verborum conditionem illa, vel illa dabatur actio. l. 1. & 2. & l. qui seruandarum. §. fin. ff. de præscriptis verbis, leg. cum mota. C. de transact. leg. sancimus. C. de sacrosanct. Eccles. explicat Bart. in leg. 1. ff. de conditione ex lege, n. 12. & non inscite Iason in l. certi condictio, n. 13. ff. si certum petat. & Decius in dict. l. cum mota. C. de transact. & Alciat. disputatio, lib. 4. cap. vltimo, & Ludouicus Charonda verisimilium libro, 2. cap. 7. & Faber. in. §. actionum, num. 18. Instit. de actionibus, & ibidem Iaſ. num. 125. seu verius ideò dicebatur in factum, quia dabatur ex facto, præscriptis autem verbis dicebatur, quia iuxta verba à prætore, seu à magistratu, apud quem legis erat actio præscripta agendum erat, sicuti explicat Eguinarius Instit. de locato, paulòpost principium, & post eum Cuiac. & Balduinus. His ergo cognitis facilè intelligemus ea, quæ in iure de actione iudicati, * & in factum statuta sunt etenim cum iura ipsa, atque adeò duodecim tabularum leges è re iudicata actionẽ tribuant meritò ea iudicati appellatur, estque directa, quia mero iure apertaque legis definitione datur, quare qui inficiantur eã non dici iudicati, sed in factum nihil aliud agere mihi videntur, quàm, vt hæreſes in iurisprudentiam introducant, cum sint cõplura eademque apertissima iura, quæ luce clarius id demonstrent, nam præter illa paulò antè à nobis citata id aperte ostendit, l. si prętor. §. fin. ff. de iudic ijs. l. si procurator. ff. de procurat. l. hoc iure. ff. de solut. l. fi. C. de vsuris rei iud. & aliàs passim, ità vt nihil aliud leges cunctaque iura sonent, quam ex re iudicata actionem iudicati dari. Cæterũ cum leges illæ, quæ de re iudicata loquebãtur * iusiurandum, aut confessionem in iure factam non comprehenderent cum propriè res iudicata non sint: conueniret autẽ, vt actio non negaretur cum ratio dictet, vt in iure confessi pro iudicatis habeantur, factum est ex iurisprudentum interpretatione, vt ad similitudinem iudicati ex iureiurando, seu confessione vtilis actio in factũ daretur, id quod non obscurè (si modo cæcutire noluerimus) ostendit Imperator in. l. actori. C. de rebus credit. & iureiurand. *actori*, inquit, *delato, vel relato iureiurando si iurauerit, vel ei remissum sit sacramentum ad similitudinem iudicati in factum actio competit.* Eademque quoque ratione ex sententia * arbitri cum omologata erat non dabatur directa actio iudicati, sed vtilis actio in factum, vt in l. cum antea. C. de arbitr. Hactenus, quando ex actione iudicati, aut in factum executio detur, dictum est, nunc dicamus cætera. Competit etiam executio condictione ex lege, vtputà si qua lege, vel statuto num primum * executio introducatur, vt est exemplo. l. ne in arbitris. C. de arbitris, & ibidem annotat Paul. de Cast. quoties enim obligatio noua lege introducta est, nec cautum sit eadem lege quo genere actionis experiamur cõdictio ex lege datur, l. 1. ff. de condict. ex lege. Officio etiã iudicis nobili generaliter executio datur, vbicumque etenim executio locum habet illic, & iudicis officium locum habet. l. si pignora. ff. de euict. l. si prætor. ff. de iudicijs. Specul. tit. de executione, §. breuiter, Bart. & reliqui classici in l. intra. ff. de re iud. & in l. à Diuo Pio. §. sentẽtiam. ff. de re iud. Bald. in l.

in l. 2. C. de execut. re iud. Videamus igitur ex contractu publico, seu guarentigio, quæ
15 actio ad exequendum detur præter illam * videlicet, quæ ex ipso contractu insurgit: & versant circa statuta hanc quæstionem interpretes in dict. l. à Diuo Pio. §. sententia, de re iudic. non satis tamen inter se conueniunt: nam Angel. & Raphael aiunt competere condictionem ex leg. Bart. verò Imola, & Alex. officium iudicis nobile. Et verius est quidem condictionem ex lege competere, iuxta illam leg. 1. ff. de condictione ex lege. Sed ex eo quoque apparet officium iudicis competere, siquidem illud (vt diximus) competit vbicumque executio datur vt omittam quotiescumque officium iudicis proditum est causa ampliandi remedii ordinarium concurrere cum illo. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. Bald. in l. 2. col. 1. C. de executione rei iudic. Verum hæc ad iuris
16 subtilitatem spectant magis, * nam ad rerũ vsum non admodum, necessaria sunt cum nomen actionis hodie necessario experimẽdum non sit, vt in l. fi. C. de formulis sublat. c. dilect. de iudicijs, & cauetur apud nos luculentius in l. 10. tit. 17. lib. 4 Recopil. & in hac eandm specie tradit Greg. Lop. in l. 1. tit. 27. part. 3. verbo, *del que dio*. Illud tamẽ in executione petenda cauere debet creditor, ne aliquo modo verbis ad viam *
17 ordinariam spectantibus vtatur alioqui pro via executiua ordinariam ingrederetur, iuxta illud Iurisconsulti, *viam quam elegit hæc sibi pateat*. l. si mulier. §. fin. ff. quod metus causa. tradit Angel. Aretin. in §. omnium, n. 8. Inst. de actionibus, vbi ait ex libelli cõclusione intelligi, viam ne ordinariam, an executiuam intendere velit, id quod etiam tradit Decius consilio, 493. n. 28. Verba autẽ
18 ad viam ordinariam spectantia * sunt illa, *damnãdi, condemnandi*, ad executiuam verò illa, *cogendi, compellendi*. Vt docet Bart. in l. 1. C. de executio rei iud. & Panorm. in cap. olim. n. 23. de litis contestatione, illud tamen probandum est si creditore rectè executiuam viam intendẽte iudex ordinariam ingrediatur, potest debetque ex diuerticulo ad viam redire, id est, ex ordinaria via ad executiuam regredi, sicuti tradit Anton. Massa ad formulam camerę. quæst. 2. Illud quoque cauere debet creditor, vt cum exe-
19 cutio aduersus plures reos * insolidũ obligatos petitur testetur se vna fore solutione contentum, sicuti admonet Bartol. in l. 3. §. 1. num. 4. ff. de duobus reis. Sed illud admonuisse oportebit cum executio pro reliquis petitur (*vulgo dicimus de resta*) videri creditorem fateri se reliquam omnem summam accepisse, ita vt amplius ex illo in-
20 strumento petere ei non * liceat. Paulus de Castro in l. pater tuus. C. de testam. nu. 3. Guido Papæ decision. 177. Salyc. Iaso. & Alciat. in l. si quidem. C. de transact. & illic dominus Padilla. num. 4. Afflictus in consti tutio. Neapolyt. libr. 1. Rubrica. 59. num. 13. Probatur in l. si ex pluribus ff. de solutionibus, * & l. rationes. C. de probation. * * quare petens executionem pro redditibus nouem annorum præteritorũ, ne quicquã
21 anteriorum * annorum via ordinaria satisfieri sibi desiderat cum petendo eo pacto executionem de reliquis annis satisfactum fuisse sibi fateri videatur, neque est audiendus qui allegat contraria, l. 1. C. de furtis. * * Sed nec illud obliuiscendum est, quãdo petens executionem tenetur aliquid ex sua parte pręstare locum, non habere executio nẽ, donec ipse prius adimpleat id, ad quod obligatus est, actoris enim implementum semper pręcedere debet, l. Iulianus. §. offerri. ff. de actionibus empti. tradit Bald. in l. generaliter. C. de Episcopis, & Clericis, & Capicius decis. 17. * Iam illud notius est, quàm vt nostra indigeat admonittone cauere debeaere ditorem, ne anteaquã dies. quo peti pecunia potest executionem petat, alioqui in id dispẽdij recidet, quòd dies
22 duplicabitur debitori, & insuper nõ audietur postea, nisi prius impensas omnes * refundat, textus in §. plus autẽ. Instit. de actio. §. hodie, inst. de except. cap. 1. de plus petit. Quamquàm illud (vt nihil est in iure, sine controuersia) controuerti inter Doctores solet, vtrum duplicanda sit tota dies solutioni à principio præstituta, an verò id tãtum temporis quo prærnaturæ petitũ fuit. Aliquibus enim placuit totum ex integro tempus duplicandum esse, in quibus fuere Ioann. Andr. & Anton. in c. 1. de plus peti, & Angel. in. §. si quis agens, num. 6. Instit. de action. testatur communem Iason. in. §. huic autem, eodem tit. Verum è contrario id tãtum temporis, quod reliquum erat duplicandum esse placuit Bartol. in l. aut dãnum. §. quisquis. ff. de pœnis. & in l. iustus. C. de iure fisci, lib. 10. Et ad illius accedũt opinionem Abb. in cap. 1. de plus petit. n. 14. & Iason in. l. pecuniam, num. 10. ff. si certum petatur: estque opinio hæc magis cum humanitate, & æquitate coniũcta, ne actor amplius puniatur, quam peccauerit, & demum eam nos amplecti necessario debemus cum liquido eam ius nostrum Regiũ amplectatur in l. 45. titul. 2. part. 3. species

tamen

tamen aliquot in quibus actori ante tempus petenti succurrere debeamus memorat Iason in dict. l. pecuniam, ad finem: quas si vacat per te tute perspicere poteris. Elapsa verò die manifesti iuris est sine interpellatione aliqua executionem locum habere
23 cum dies interpellet pro * homine. l. magnam. C. de contrahend. empt. adeò, vt lapsa die mora purgari contrà instrumentũ guarentigium non possit, vt tradit Decius consil. 552. vol. 4. n. 16. quam plures tamẽ ampliationes, & limitationes ad illam legem, *magnam*, congerit Anton. Gabriel. in vol. commun. opin. lib. 3. tit. de solut. cõclus. 9. inter quas illa omnibus notabilior est, etsi ipse non meminerit, quòd quãdo solutio fa
24 cienda est * extra locum creditoris per lapsum diei non constituitur debitor in mora, nisi eodem loco tum temporis fuisse creditorem doceatur Alexand. consil. 210. volum. 6. Affict. decis. 316. n. 2. Quid verò si
25 nulla dies * solutioni præfinita fuerit, quo die pecuniam posse peti dicemus? Et sanè iure communi cum dies adiecta nõ est, præsenti die debetur, l. cedere diem. ff. de verbor. significic. l. continuus. §. illud. ff. de verborum oblig. nostrati verò Regio iure cum dies adiecta non fuit decem dies ad soluendum indulgentur à lege, vt apparet, ex l. 2. tit. 1. part. 5. & l. 6. tit. 17. lib. 4. Recopilat.
26 Sed & is qui plus debito petit, sicut is qui * tempore plus petijt in expensis damnatur, vt sancitũ est illo c. 1. de plus petitio, quod intelligendum putant quidam, etsi reus totum negauerit debitum, vt placuit Salyc. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudicijs, & testatur communem Alciat. in l. 1. §. si stipulati. ff. de verbor. oblig. quã quàm alij compensari inuicẽ expensas aiũt vt Bald. in Authent. generaliter. C. de Episc. & cleric. & alij quos refert Ant. Gabriel in volum. commun. opinio. lib. 2. tit. de expensis, conclusion. 2. sed & nostrati iure hoc amplius plus debito petens punitur, quod decima eius, quod plus petierit ad eum pertinebit, vt in. l. 8. &. 9. tit. 2. lib. 4. Recopil. de quarum intellectu in. 6. parte exactius tractandum nobis est. Cæterum, vt plus petentium malitia cesset, Regia quoque constitutione cauetur, vt in petenda executio-
27 ne * iuret creditor summam, quam petit sibi deberi. l. 9. tit. 21. lib. quarto. Recopilat. Id tamen si omissum fuerit non propterea dicendum est executionem irritam esse, vt autor est Suarez in. l. post rem. §. fin. Et verum idest quidem cum lex id pro forma nõ postulet. Hęres tamẽ creditoris ad hoc adigendus non est, quia nemo de alieno facto iurare tenetur. l Marcellus. ff. rerum amotarum, multum, quæ discrepat hæreditarium iuramentum à principali sacramento. l. generaliter, in princip. C. de rebus creditis, His illud * adijciendum est, intra tres men- 28
ses, qui ad conficiendum inuentarium legibus sunt præstituri executionem aduersus hæredem locum nõ habere. l. fin. §. donec. C. de iure deliber. & illic tradunt Bartol. Bald. Paul. Iaso. & reliqui, Boerius quoque decision. 53. & Porcellinus in tract. de inuentario, quæst. 7. sequuntur etiam ex nostratibus Suarez extensione. 1. ad legem Tolet. & Gregor. Lopez in l. 7. tit. 6. part. 6. & Dueñas regul. 267. Ab illis tamen discunt. Auend. tit. *de las exceptiones*. num. 25. Didacus Perez in l. 3. titul. 8. lib. 3. ordin. fol. 629. & quamquam leuibus argumentis suam fulciant opinionem, ego illam verioeem iudico, animaduerto enim illum. §. donec correctum esse per Authent. vt cum de appell. cognoscitur, §. meminimus, collatione. 8. atque per. l. fin. titul. 13. part. prima, & leg. 13. titul. nono, part. septima, quibus expressim cautum est, ne hæredes, aut cæteri cognati defuncti intra nouem dies post illius mortem cõueniri à creditoribus possint, neque pro debito defuncti, neque pro suo. Postea verò, vt conueniri valeant potestatem faciunt: ergo intra nouem dies tantum executio locum no habebit, iuxta leges illas superiores, quæ bellissimè etiam statuunt nullam omnino fore conuentionem * quamlibet intra illos nouem dies 29
per creditores cum hæredibus, & cæteris defuncti agnatis percussam. * Et hanc * opinionem post nos secutum comperio Suarez de Paz in sua praxi. 1. tomo. quarta parte. cap. 1. num. 43. * Illud postremo animaduertendum est executionem cum in rebus soli petitur petendam prius esse in bonis specialiter obligatis, neque aliter ad bona generaliter obligata posse perueniri, quam constet bona specialiter obligata soluendo nõ fore, text. singul. in l. 2. C. de pignor. cuius argumentum accurate prosequuntur Couarruu. lib. 3. Variar. capit. 18. & cap. 7. num. 6. & Gregor. Lopez in l. 7. titul. 18. partit. tertia, verbo, *tal cosa*, & Molina de primogen. lib. quarto. cap. septimo, numer. 21. ideò nos hic missum facimus.

(?)

SVM-

SVMMARIVM.

Libellus propriè, quid sit. num. 1.
L. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio proconſ. elucidatur. num. 1.
Carthæ quas vulgus foreras vocat, quid ſint. numer. 2.
Quæ de plano, & ſine cauſæ cognitione expediebantur per libellum expediebantur. numer. 3.
Cum res eſt in ſpecie præſtanda ſtatim actor executionem petens in illius mittitur poſſeſſionẽ. num. 4.
Cum executio fit in hypothecaria actione actor ſtatim in illis mittitur poſſeſſionem. num. 5.
Cum factum eſt præſtandum executio quemadmodum fiat. num. 6.
Cum executio competit pro iuribus in corporalibus non eſt opus executione reali n. 7.
Cum executio petitur pro quantitate, vel genere bona debitoris in pignus capiuntur, & ſolemnibus ſubhaſtationibus diſtrahuntur. num. 8.
Cum res in ſententia, aut inſtrumento contenta periit pro æſtimatione executio fit. numer. 9.
Apparitor executionem facere non poteſt, niſi mandatum habeat in ſcriptis. num. 10.
L. 17. titul. 21. lib. 4. Recopilat. explanatur. num. 11.
Ab interlocutione de exequendo appellatio locum non habet quantum ad effectum ſuſpenſiuum. num. 12.
In cauſis executuis non poteſt iudex qui de appellatione cognoſcit inhibere iudicem exequentem anteaquam de actis cognoſcat. numer. 13.
In pignoribus capiendis, & ſubhaſtationibus peragendis citatio neceſſaria non eſt. num. 14.
Cum aduerſus hæredem executio petitur, vel exceſſione creditoris, an citatio præcedere debeat. num. 15.
Cum reus citari debuit ante executionem, & non fuit citatus, an executio nulla ſit. numer. 16.
Exceptio quæ in ea cauſa nititur ex qua nihil damni, vel commodi parti obuenire poteſt iure admitti non debet. num 17.

Quintę partis. §. Secundus. De executorio mandato.

PEtita executione examinatoque à iudice inſtrumento illo paratam executionem habente decernitur executorium mandatum. Hunc proprius libellum * appellare licebit, iuxta textum in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio proconſulis, vbi ita Iuriſconſultus, inquit. *Vbi decretum neceſſarium eſt per libellum id proconſul expedire non poteſt, omnia enim quæcunque cauſæ cognitionem deſiderat per libellum non poſſunt expediri.* Libellus enim illic pro mandato executorio accipiendus erit, ſi credimus Iacobo de Arenis, illi verò credidit Bartolus eodem loci ad finem prioris ſcripturæ, & illius opinionem à cæteris probari ſcribit ibidem Iaſon, n. 4. Mihi verò verius videtur libellum illic non præceptum executoriũ ſignificare, ſed potiùs chartas illas legitimas, quæ in negotijs * cauſæ cognitionem non deſiderantibus de plano ſolemni quodam iure concedi ſolent, antiquitus apud nos appellantur, *cartas foreras*, vt in l. 5. tit. 19. part. 3. hodie appellantur, *prouiſiones ordinarias*: in hunc enim ſenſum libelli nomẽ accipiendum eſſe apparet, ex l. 2. C. quem admodum teſta. aperian. ita enim, inquit, *adire prius, vel pro tribunali, vel per libellum rectorem prouinciæ procur.* item ex l. miles. §. ſexaginta. ff. ad legem Iulian. de adult. ſic enim, ait. *De plano quoque libellus dari poteſt*, oſtendit etiam Iuriſconſultus in l. libertus, qui aduerſus patronum. ff. de in ius voca. *Neque enim, ait, qui libellum principi, vel præſidi dat in ius vocare patronum videtur*, illa ergo negotia, quæ de plano, ac ſine * cauſæ cognitione expediebantur per libellum expediri dicebantur, quia ſubtus libellũ quid obſeruandum eſſet ſubnotabat iudex, vt oſtendunt Plinij Iunioris verba epiſtola ad Arrium lib. 1. *Diſtinguor, inquit officio vt maximo ſic moleſtiſſimo ſe Deo pro tribunali ſubnote libellos, &c.* ſignificant etiam Imperatoris verba in l. 2. C. de aſſeſſoribus, quęſtiuſ modi ſunt: *præſides non per aſſeſſores, ſed per ſe ſubſcribant libellis*, vbi ergo decretum neceſſarium eſt per libellum, id eſt, de plano id proconſul expedire non poteſt, vt inquit Iuriſconſultus in. d. §. vbi decretum cuius interpretandi gratia hæc attulimus. Solet enim ſcholaſtibus negotium faceſſere, ſed neque ſatis illius ſenſum caluiſſe diſſertiſsimus videtur Budæus cæterique recentiores, licèt multis verbis rem illic agitent, largo verò modo, & abuſiue libelli nomen, & ad cauſas, tribunal, & cognitionem deſiderantes pertinere cœpit, vt in l. ampliorem §. in refutatorijs. C. de temporibus appell.

& in

& in cap. 1. de libelli oblatione, & aliàs sæpè. Hoc autem mandatum seu interlocutio de exequendo non eodem modo, sed aliter atque aliter prout negotij postulauerit conditio decerni solet. Nam si quidem res est in specie præstanda, pro qua executio petitur, eaque extet non longius * res abibit, sed fiet præceptum reo, vt intra certum tẽpus, putà triduum rem restituat: eoque nõ restituente, aut mittitur actor in illius rei possessionem, aut cogitur reus, etiã si opus fuerit manumilitari rem restituere. l. qui restituere. ff. de rei vend. §. secundo. Instit. de officio iudicis. l. 6. tit. 17. lib. quarto Recopilat. l. 3. tit. 27. par. tertia. Diximus autem vt antea præceptum de restituẽdo fiat, quia licèt plerisque placuerit eo casu citationem necessariam nõ esse, vt est videre apud Bart. & reliquos in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. Dueñam regul. 94. & Iosephum Ludo. decis. 6. Porro ciuilius factum iudicem putauerim si reus prius fuerit interpellatus, quæ Bartoli, Baldique fuit opinio in l. properandum, §. sin autem reus C. de iudicijs, & illic glossa verbo, audiatur. Idem quoque iuris erit si actione hypothecaria agatur, secundum * Marantham in Speculo titulo de executione, num. 13. Aut verò depositum factum pro quo executio petitur est in obligatione, illudque est præcise præstandum, * & tum, vel captis pignoribus, vel carceris coertione cogitur reus ad factum, vel depositum prẽstandum glossa in Instipulatio. §. siue. ff. de noui operis nuntia. Bald. in l. hi qui, C. locati. Mont. in l. secũda, tit. octauo, lib. tertio. fori, Auenda. tit. *de las exceptiones*, num. 14. probat textus in. §. sciendum. Instit. de satisdat. tutor. & l. si quis. C. depositi. Aut agitur de iuribus incorporalibus, veluti de iure eligendi, seu prẽsentandi * (vt nostri loquũtur) & tum reali executione opus non est, sed is, secundum quem pronuntiatum est, suapte potest authoritate suo iure vti, secundũ Innocenc. in cap. cum nostris, de conceſſ. præbend. & Bald. in l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iudicum. Cæterùm, quãdo nõ factum præcise, neque res est in specie præstanda, * sed executio petitur pro quantitate, vel genere, tum iubet prætor bona debitoris in pignus capi, ac solemnibus subhastationibus distrahi, iuxta legem à diuo Pio. ff. de re iudic. & l. ordo. C. de execut. re iudic. & l. præsentiam, tit. 21. lib. 4. Recopilationis, aliasque notissimas Regij iuris leges. Idemque erit si res in instrumento, vel sententia contenta, pro qua * facienda erat executio perempta sit, nam adhuc pro illius æstimatione locum habebit executio, secũdum Bartolum in l. Iulianus. ff. de confessis. Debet autem mandatum hoc executorium in scriptis * constare, alioqui nõ potest apparitor executionem facere, neque in perso nam, neque in bona, vt scribit Bartol. in l. Palatinos. C. de collat. fundi fiscalis, libro vndecimo, & Philippus Francus in capitulo, cum parati, collat. 7. de appellat. Marantha in specul. 6. parte, titul. de citacion, nu. 78. Cauetur autem nouissimè lege Regia a Philippo nostro lata, vt mandatũ hoc actori ipsi tradatur * non apparitori, alioqui nulla sit executio, l. 17. titul. 21. lib. 4. Recopilationis. Nimirum, vt apparitorũ improbitati obuiam eatur, ne inscio, aut inuito creditore ad executionem procedant: quo circa si consentiente creditore à notario datum apparitori fuerit mandatũ, haud quaquam irritam decreuerim executionem cum legis ratio cesset consensisse verò creditorem, semper crediderim quotiescumque illum non repugnasse constiterit, cum in illius commodum res cedat, iuxta l. secũdam. ff. soluto matrimonio. Vtrum verò ab huiusmodi interlocutione seu mandato * de exequendo appellare liceat quæri identidem solet, & verius est eiusmodi appellationi deferendum non esse: manifesti enim iuris est ab executore appellãdi ius nõ esse, nisi forsan modus excedatur. l. ab executore ff. de appellationibus. l. ab executione. C. quorum appell. non recip. Plane tametsi illic Accursio placuerit leges illas accipiendas non esse quando iudex sententiam de exequẽdo interlocutus fuerit, sed tum appellationi locum fore, & sequantur illum, quàm plures quos refert Anton. Gabriel in volum. comm. opin. lib. 2. tit. de appellat. conclus. 4. adeò, vt illius opinio. communẽ affirmat Socin. reg. 24. fallent. 2. Atqui illius opinio iuri, quam aduersa videtur, cũ alioqui leges illę verbo magis, quam re rogatæ viderentur, atque ita illi à plerisque scribentium reclamatum est, vt est videre apud Alexand. cons. 95. volum. 2. & Felinum in cap. quoad consultationem: de re iudi. Decium in cap. nouit. notabil. 4. de appellatione, & aduersus Accursium communem esse opinionem, testis est Alciat. in l. 1 §. si quis ità ff. de verbor. oblig. & Marãth. in specul. tit. de appellat. num. 248. & magis communem scribit Aym. cons. 273. & Anton. Gabriel in volu. commun. opinio. lib. 2. titul. de appellat. conclus. 4. & Emanuel Suarez in Thesauro recept. sententiarum

10

11

12

rum, verèo appellat. & Laurentius Kicchouius in vol. um. commun. opin. centuria. 1. conclusion. 16. Appellatio igitur hoc casu, secundum Anton. de Canario de executione instrument. quæst. 46. & 47. habet tantummodo effectum deuolutiuum, suspensiuum non habet (vt intelligar cogor interdum, & nouis, & vulgaribus verbis vti.) Proinde neque in hac specie, neque cæteris
13 similibus quibus appellare non licèt * non potest iudex qui de appellatione cognoscit inhibère priorem iudicem anteaquã cognita causa is conuenire iudicauerit, ex decisione c. nõ solũ, & cap. Romana. §. fin autẽ, de appellatio. in. 6. Lanfran. in c. quoniã contra, tit. de interlocutione, num. 125. Socin. conf. 265. vol. 2. Sciendum est etiam in hoc mandato executorio decernendo non esse necesse, vt debitor prius citetur, sicuti expressim definitum extat in l. 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. Etenim in pignoribus capiẽdis peragendisque subhastationibus citatio
14 vlla necessaria non est, sed ad vltimam tantum addictionis sententiam (quam de reme te * appellamus) Albericus in l. creditor. C. de distract. pign. Afflictus decision. 358. num. 3. Marantha in specul. 6. parte, tit. de executione. n. 19. scilicet, cũ aliquid liquidatũ non est, nã tunc alia res est, vt alibi latius tractandum nobis est. Sed illud videdũ est si aduersus hæredem debitoris executio petatur, vel etiam aduersum ipsummet debitorẽ ex actione forsan à creditore alteri cessa, an necessaria citatio sit? Et extat eius rei aperta Baldi sententia in l. per diuersas. C. mand. dicentis eo casu citationem necessariam esse: nimirum, vt anteaquam executio
15 decernatur discutiatur vtrũm ille * sit hæres, vel an hinc iure cessa fit actio. Baldi autem opinionem amplectitur Paulus in l. postulante. ff. ad Trebell. n. 4. & Alex. cõs. 95. n. 9. & cõs. 358. vol. 2. Boer. decis. 10. Duenas regula 277. Suarez extention. 1. ad legẽ Tolet. testatur communem Viuius lib. 2. opinione. 266. in vol. commun. opin. Quid ergo? nunquid his casibus ob omissam citationem executionem nullam esse dicemus? tractat hoc in genere Bartol. in leg. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & illic re-
16 liqui. Cæterum in hac specie * ego illud à iudicente inspiciendum putò, an executio fiat in dona, an in personam, nam si in personam fiat, aut reus sponte soluit, satisdationem vè offert, & sustinenda erit executio, iuxta textum in l. fi. §. fi. ff. quod metus causa, & Iasonem in. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. num. 12. & Paulum cõ sil. 39. & Decium consil. 449 volum. 4. nu. 19. & alios quos refert Ioseph. Ludouicus decision. 40. num. 2. Aut verò reus appellat ab executione, vel apud eundem iudicem è carcere de nullitate agit, quia dicat prius citari se debuisse, & dicendũ est executionem reuocandam esse, secundum opinionem Baldi, & cæterorum, quos principio retulimus, & hanc nostram quidem distinctionem apertè sentire videtur Abbas in cap. quoad consultationem, num. 27. de re iudicata hęc cum in personam executio fit. Porrò si in bonis executi fiat, interest, an reus ad sententiam additionis citatus actus tum se solutioni offerat: an non offerat, nã priori casu irritanda erit executio: iustam enim ignorantiæ causam habuit reus. l. qui in iis. ff. de regul. iuris. l. 2. ff. de iuris. & facti ignor. Iason in. l. vinum. n. 9. si certũ petatur. Posteriori verò casu non puto executionem irritandam esse, sed suapte potius, Marte causam terminandam esse, occurrit æquitas rei, quid enim rogò debitoris interfuit ante executionem citatum se fuisse, necne? qnando illius eam fuisse mentẽ exitus declarat, vt tametsi à principio citatus fuisset, nihilo magis solueret? At exceptio illa * quæ in illa causa nititur, ex qua nihil 17
damni, vel commodi parti obuenire potest iurè admitti non debet. l. ille à Iuo. §. si de testamento, & illic Alex. ff. ad Trebellianũ. Tiraquellus de retract. linag. §. 1. glossa 2. n. 51. & hanc nostram opinionem, & Suar. ipse quamquam subobscurus sentire videtur extensione 1. ad legem Tolet. n. 3. & cõ firmatur ex ijs quę in non dissimili specie scribit Roma. sing. 396.

SVMMARIVM.

PIgnorum quotuor sunt genera, num. 1.

In executione res mobiles capiẽdæ prius sunt quàm immobiles. num. 2.

Debitor habens res mobiles, non potest ad executionem res soli nominare. num. 3.

Cum ordo peruertitur in executione, an executio sit nulla. num. 4.

Quicquid peccatum fuerit in ijs quæ ad seruum pertinent actum nullum reddunt. num. 5.

Actus alioqui nullus conualescit si is cuius interest non repugnet. num. 6.

Mobilium immobiliumque appellatione quid contineatur. num. 7.

Mobile dicitur quod secundum suam moueri potest naturam, immobile verò quod sumpte

moue-

moueri natura non potest. num. 8.

Granaria quæ solo affixa non sunt inter mobilia referuntur. num. 9.

Horrea quæ in confinio regni Calleciæ, & Legionis, extant, an inter mobilia computanda. num. 10.

Diruitis vsque ad aream ædibus non eadem dicuntur ædes, etsi postea ex integro eodem loci reponantur. num. 11.

Apium aluei pisces in stagno, atque columbariũ an mobilia sint. num. 12.

Fructus pendentes inter immobilia quando reputentur. num. 13.

Molendinorum molæ rotæque immobiles sunt. num. 13.

Pecunia etiam ad prædiorum comparationem destinata mobilis est. num. 13.

Boues aratorij inter mouentia computantur. num. 14.

Iura, & actiones, an inter res mobiles referendæ. num. 15.

Quæ res ad executionis causam capi non valeãt. num. 16.

Arma boues aratorij cæteraque rei rusticæ instrumenta capi ad executionem non possunt. num. 16.

Omnium rerum, ex quibus aliquid acquirunt homines, nihil est agricultura melius. num. 17.

Libri scolarium ac literatorum capi ad executionem non debent. num. 18.

Vestes lectũ, & cætera supellectilia ad vsum quotidianum necessaria capi ad executionem nõ debent. num. 18.

Non sunt artifici quæ artis capienda instrumenta, neque item sacerdoti sui beneficij reditus. num. 19.

Aduenarum nauigia ad nostra litora appulsa capi ad executionem non debent. num. 20.

Arma bonesque, & cætera rei rusticæ instrumẽta etiam si alia bona desiderentur capi ad causam executionis non possunt. num. 21.

Libri aduocatorum etiam alijs bonis deficientibus capi in causam executionis non debent. num. 22.

Aduocatorum, atque militum paria sunt in iure priuilegia. num. 23.

Causidicorum statua perinde, ac militum equestres esse solebant. num. 24.

Tegulæ, marmora, columnæ, & cætera, quæ ædibus iuncta sunt, etiam alijs deficientibus bonis ad executionem capi non possunt. numer. 25.

Cadauer creditoris, etsi magis alia bona deficiãt capi in causam executionis non potest. num. 26.

Res sacræ, & ad diuinum cultum consecratæ capi ad executionem non debent, & si alia deficiant bona. num. 27.

Sacellum capi in causam executionis non debet etsi alia bona desiderentur. num. 28.

Ius patronatus ecclesiæ capi ad executionem non potest, etsi alia defuerint bona. 29.

Nobilibus, nec equus, nec mula, quibus vtuntur, nec arma domusve quas inhabitant capi ad executionem possunt. num. 30.

In bonis maioratus fieri executio an possit. num. 31.

Magnatibus æris alieni mole prægrauatis reditus maioratus creditoribus addicuntur, habita tamen ratione, ne egeant. num. 32.

Bona emphyteutica capi ad executionem possunt saluo iure canonis. num. 33.

In peculio profectitio, aut aduentitio pro debito patris executio, quando locum habeat. num. 34.

Pro debito vniuersitatis quibus in rebus executio fieri debeat. num. 35.

L. 1. tit. 6. & l. 11. tit. 7. lib. 7. Recopilat. illustrantur. num. 36.

Prohibita alienatione non videtur prohibita alienatio necessaria. num. 37.

In vijs publicis, theatris alijsque id genus, quæ ad vsum publicum necessaria sunt fieri executio pro debito vniuersitatis non potest. num. 38.

In frumento, quod in horreis publicis reconditũ est executio fieri pro debito vniuersitatis non potest. num. 39.

Frumentaria res in alios vsus, quam quibus destinata est, conuerti non potest. num. 39.

Ad contributionem rei frumentariæ excusatur nemo. num. 39.

Pro debito vniuersitatis priuata capi persona nõ potest. num. 40.

Munera publica, an in causam executionis capi valeant. num. 41.

Res vxoris pro debito mariti capi in executionem non possunt. num. 42.

Vestes mundusque muliebris, mulieris esse præsumuntur. num. 42.

In nominibus debitorum executio, quando fieri valeat. num. 43.

In annuis pensionibus executio quando locũ habeat. num. 44.

In pecunia debitoris, quæ apud argentarium, vel alium deposito sit, locum habet executio. num. 45.

Cum debitor soluit posteriori creditori, an prior aduersus illum agere valeat. num. 46.

In seruitutibus prædiorum executio, an locum habeat. num. 47.

L. si is. §. iura. ff. de pign. & lex sequens, quæ inter se pugnare videntur ad concordiam reducuntur,

cuntur.num.48.

In portorio,pedagio, seu iurisdictione executio quando locum habeat,num.49.

* *In iurisdictione executio fieri potest,nu.50.*

In iurisdictione quæ alicui principatui cohæret executio locum non habet, num.51.

Sicut radij solis separari à sole non possunt, ita nec iurisdictio magnatum à Regio, numero, 52.

Executio,quod locum habeat in ius patronatus Ecclesiæ. num. 53.

Quando ius Patronatus adhæret vniuersitati transit in executione, cum vniuersitate, numer.54.

C.cum Bartoldus,de re iudic. explanatur, 56. num. 55.

Cum executio fit in rebus singularibus ius Patronatus non transit in creditorem, * *numero, 57.*

Cum grane æs vrget dari debet curator bonis debitoris,num. 58.

Fideiussor potest ad executionem debitoris bona nominare,num.59.

Ad executionem nominatim bona pignori capi debent,& nominatim distrahi,num.60.

Secundum mensuram debiti pignora ad executionem capienda sunt,num.61.

Quintæ partis.

§.III.De pignoribus in causam executionis capiendis.

1 PIgnorum quatuor sunt genera conuentionale,prætoriũ,iudiciale,legale:glossa &Bart.in l.1.ff.de pignor actione,Ias.in §.item Seruiana,Instit. de actionibus.Pignus conuentionale est, quod partium conuentione constituitur, de quo in titulis de pignor.& de pignor.actione, & aliàs sæpè. Prætorium est cum ante sententiam propter rei contumaciam actor in bonorum mittitur possessionem,vt in l.si vnus,ff.de bonis autori. iudicis possid. & in l.1.& 2.C. de prætorio pignore,capit.quoniam,vt lite pendente.Iudiciale est, quod ad executionem rei iudicãtæ, vel quasi iudicatæ accipitur,vt in l.à Diuo Pio,ff.de re iudic. legale verò dicitur, quod legis virtute constat,vt in §.item Seruiana. Inst.de actionibus,& l.certi iuris,C.de locato.Nobis autem hoc loco de iudiciali tantùm agendum erit.In pignoribus igitur in causam
2 executionis capiendis ordo * ille seruari debet.Vt prius quidem res mobiles pignori capiantur, neque vsque à rebus soli initium fiat,nisi demum rebus mobilibus non suppetentibus,l.à Diuo Pio,§.in venditione,ff.de re iudic.l.3.tit.27.part.3. & cauetur nouissimè in illa lege Regia 19.tit. 21. lib.4.Recopilat.Ex quo difficile factus est, vt probem Gregorij Lopidis opinionem in dict.l.3.titul.27.part.3 vorbo.*Primeramente*, scribentis posse reum etsi bona habeat * mobilia eis omissis res soli ad exe- 3
cutionem nominare, id enim neque iure antiquo probatur, & illius legis Regiæ nouissimæ definitioni ex diametro aduersum est:forensem autem vsum (quam praxim vulgò vocamus) illi non minus refragari intelliget quisquis, vel mediocriter foro assuetus fuerit.Dispiciamus tamen,an si is ordo præuertatur nulla executio * an 4
potiùs rescindenda, de qua quæstione non mediocrem inter interpretes concertationem video esse.Nam Bartol.in dicto. §. in venditione, scribit executionem non esse nullam, sed potiùs irritandam, quod dicat illum, §.in venditione hunc ordinem pro forma non inducere : Bartoli verò opinionem per omnia amplectitur illius limia (Panormitanus,scilicet,Abbas) in cap. quoad consultationem, numer.27.de re iudicat. Alij verò non pauci nullam esse executionem contendunt,tanquam præposteto ordine factam ; inter quos fuit Matthæus de Afflict.decisio. 358. alijque relati à Marantha in specul.titul. de executione, num. 9.alij verò aliud in iudice, aliud in apparitore statuendum putant. Felinus in capit. quoad consultationem, de re iudicat. Atque si sententiæ numerandæ sunt potiùs, quàm ponderandæ, vicit sanè Bartolus:illius enim opinio communis magis est,vt testatur Ias.in dicto §. in venditione, num. 10.& Gregor.Lopez in dict.l.3.tit.27.part.tit.3.verbo, *Primeramente*, & Anton.Gabriel in volu.cõm.opinio.lib. 2.tit.de execut.sentent. conclus.2. Ego verò aduersus Bartolum veriorem esse opinionem arbitror,sicuti etiam arbitratur Auend. in cap. correctorum, prima parte,cap.17.num.4. & Molin.de primogen.lib.4.capit.7.num. 24.Quod si dubitandi antea locus aliquis fuit,hodie tamen nullus est relictus, quãdo illa lex Regia Recopilationis nouissimè à Rege nostro lata inter cætera hunc ordinem pro forma introducat, notissimumque sit quicquid peccatum * sit in ijs quæ 5
ad formam spectant actum reddere nullum l.cum hi,§.si prætor,ff.de transactionibus,

capit. cum dilecta, & illic Felinus de rescript. & in obscuris omnis forma censeri debet substantialis: atque de essentia actus, secundum Baldum in leg. comparationes, C. de fide instrumentor. Iason in l. 1. ff. de liberis præteritis, & exhæred. Decius consil. 532. numer. 3. Hoc tamen ita erit si à parte reclamatum fuerit: nam actus alioqui nullus conualescit, si is cuia * interest 6
non repugnauerit, vt tradunt Paulus, & cæteri in leg. filio præterito, ff. de iniusto rupto, irritoque facto testa. & Boerius decisione 96. & Tiraquel. in l. si vnquam, C. de reuocand. donationibus, verbo, *reuertatur*. Sed mobilium, immobiliumque appellatione, quid contineatur dicere non 7
grauabor, cum res sit * ad multas fori quæstiones in primis conueniens, & planè mobile dicitur, quod secundum suam naturam moueri potest, atque ex diuerso immobile, quod moueri suapte natura non potest, l. mouentium, ff. de verborum significatio. l. 20. titul. 33. part. 7. l. 4. titul. 29. partit. 3. Panormitan. in capit. nulli, num. 9 de rebus Eccles. non alienand. Decius consil. 472. volumin 4. num. 4. Mobilium autem appellatione, & mouentia contineri declarat illa lex mouentium Cuppas ergo, seu vasa vinaria, quibus hodie vti- 8
mur mobiles * esse constat, quoniam solo apud nos affixæ non sunt, sicuti non difficulter colligere licet ex Iurisconsulto in l. fundi, & l. dolia, ff. de actionibus empti. & in l. 3. §. vino, ff. de vino tritico, oleoque leg. & l. etsi proprietatis, ff. de vsufructu. 9
Eodem quoque numer. * habenda sunt granaria, quæ solo affixa non sint, sicuti non obscurè definit Iabolenus in l. granaria, ff. de actionibus empt. Quærentibus autem nobis de horreis, quæ in confinio Regnorum Galleciæ, & Legionis frequentia sunt vtrum inter res mobiles, an soli reponenda essent, magis placuit inter res soli reputanda esse: ita enim compacta, & fa- 10
bricata sunt, * vt integra alio dimoueri ne queant, inter res soli ergo referenda sunt, l. 1. §. hoc interdictum, ff. de vi, & vi armata, vulgò verò nonnulli mobilia ea esse ex eo autumant, quod aliquando deposita alio transferantur, quod siculneum vtique est fundamentum alioqui, & ædes mobiles esse dicendum esset, quia ijs dirutis materia aliorsum transferri potest, quod quàm sit à iuris ratione abhorrens nemo est, qui non videat, & probat l. eum qui ædes, ff. de vsucapionibus. Quid quod depositis, seu diru- 11
tis, vsque ad aream * ædibus, vel horreis, nec illæ eædem ædes, neque hæc eadē horrea dicentur, etsi ex integro in eadem area, seu solo nedum alibi reponantur leg. interstipulantem, §. sacram, ff. de verborum obligationibus, l. si vnus, §. item si pactus, ff. de pactis, l. si conuenerit, ff. de pignor. actione. Nec nos quicquam mouet, l. Titius, ff. de acquirend. rerum domin. quoniam de horreis mobilibus, id est, quæ solo affixa non sunt loquitur, nostratia verò hæc solo affixa sunt, idcirco meritò ea inter immobilia reponimus, id quod & non obscurè probat, l. vigesimanona, titul. 5. partit. 5. De apum alueis * quæsitum est apud Montaluum in l. 1. titul. vigesimo, lib. 3. Fori, & putat inter res soli annumerandos esse, ad cuius opinionem accedendum erit quoties illi parieti (vt alicubi solet) affixi fuerint alioqui si per se essent haud vidoo, cur non potiùs mobiles, quam immobiles dicantur, cum suapte natura moueri facilè queant, nisi forsan tanquam partem aluearij illos accipias, putà si in ipsum aluearium (quod ex solo, & alueis constat) executio fiat, tum enim aluearij vniuersitatem sequuntur, & immobiles iudicandi sunt, l. longæ possessionis, & l. rerum mixtura, ff. de vsucapio. l. 6. tit. 20. part. 2. Eandem distinctionem in stagno piscium, & in columbario * sequemur: sic etiam, & fructus pen- 13
dentes si separatim, & per se accipiantur mobiles sunt, sint tanquàm fundi partem immobiles, sicuti latiùs vicere licet apud Tiraquel. de retract. linag. §. 1. glos. 7. num 37. & 44. Molendinorum item molæ rotæque etsi quotidie mouentur, quia tamen affixæ ædificio sunt inter immobiles reputantur, secundum Baldum in capit. contingit, de dolo, & contumac. probat l. cum fundus, ff. de appellat. l. Pecuniam verò etiam ad prædiorum comparationem destinatam mobilium, numero reputādam esse, scribit Boerius decisio. 209. Ex quibus omnibus satis intelligi potest, verum * non esse, quod 14
scriptum reliquit Bertach. in suo illo locupletissimo Repertorio, verbo, *bones*, aratorios boues inter immobilia computari. Sed de iuribus, & actionibus videamus, & tractat hoc Tiraquel. de retract. linag. §. primo, glossa septima, num. 44. & tandem resoluit ea mero iure, nec inter mobiles, aut immobiles reputari * sed tertiam quan- 15
dam constituere speciem, id quod probatur in lege à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. & l. quàm Tuberonis, §. in peculio, ff. de peculio, & explicat verbosius Pynellus in rubric. C. de bonis matern. in

princip.

princip.num.24.cõcl.10. nisi modo ad alterutram speciem necessariò redigẽda sunt, vt in præsenti tractatu: nam si scire velis, an proclamari tanquàm immobiles debeant, an secus, tum iudicandæ sunt mobiles, aut immobiles pro cõditione earum rerum ad quas competũt: id est, si ad res mobiles competunt, mobiles dicentur, sin ad res soli immobiles iudicabuntur, sicuti ipse Tiraquel. luculenter loco superiori explicat, & probatur in Clem. exiui. §. cumque annui reditus, de verbor. significat. Sciẽdum est etiam
16 nonnullas esse res * quæ in causam iudicati capi non possunt veluti arma, l. 3. titul. 27. part. 3. Item boues mulivè aratorij, cęteraque rei rusticæ instrumenta, l. pignorum, cum Authẽ. seq. C. quæ res pign. oblig. possunt, l. 5. tit. 17. lib. 5. Recopilationis, l. 25. titul. 13. libr. 8. eiusdem voluminis: tanto enim fauore veteres rem rusticam prosecuti sunt, vt solonis lege capitale esset aratorios boues mactari, seu occidere, vt autor est Plinius, lib. 8. capit. 45. Hoc autem adeò quidem procedit, vt scribat Iason consil. 20. volum. 3. posse debitorem impune à manu executorum propria autoritate recuperare hæc bona sibi iniustè ablata, id autem, & quicquid aliud prærogatiuæ agriculturæ concessum fuerit iure meritoque loca
17 bitur: nam vt præclare * ait Cicero officiorum, lib. 1. *Omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homini libero dignius.* Illud addere quoque rectè poterat Cicero, nihil ad corporis valetudinem quicquam salutare magis: nihil ad animæ securitatem quicquam magis proficuum,
18 æque etiam libri scholarium * nedum literatorum in causam executionis capi non possunt, glos. in l. nepos Proculo, ff. de verbor. signif. Item neque vestes, neque lectum cæteraque supellectilia ad vsum quotidianum necessaria leg. obligatione generali cum lege sequenti, ff. de pignor. l. 5. titul. 13. & l. prima, titul. decimoquinto, part. quinta, Bart. Bald. ac reliqui in l. prima. C. quæ res obligari poterunt Sic & artifici in-
19 strumenta suæ artis * auferri non debere, tradit Maranth. in specul. titul. de executione, num. 29. Eiusdem sunt conditionis stipendia militum. lex stipendia, C. de execut. rei iudicat. l. commodis, ff. de re iudic. Pari quoque modo redditus sacerdotij, seu Ecclesiastici beneficij eodem sunt iure censendi. Bart. & Alexand. in dict. l. commodis. Baptista Villalobos in antinomia iuris, in princip. num. 14. Aduenarum item nauigia ad nostra litora appulsa, ac mercès quæ ijs vehuntur accipi ad executionem * nostra- 20
ti Regio iure prohibetur, vt est latiùs comprehensum in l. 12. titul. 17. libr. 5. Recopilatio. Hæc scilicet, nisi debitor ipse vltro huiusmodi res ad executionem assignauit cum iuri suo renuntiare prohibeatur nemo, l. si quis in scribendo, C. de pactis. His itaque expositis intellectum putò qualia sunt bona, quæ ad executionem capi non possunt, sed & simul intelligemus, quæ capi possunt: nam si cognouerimus, quæ capi non possunt consequenter intelligemus, quæ capi poterunt, ex sententia Iurisconsulti in l. 1. ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni iuris. Sed operæ erit, vt dispiciamus si alia bona non extent, an ad hæc, quæ capi non posse diximus manus porrigi possint: & conuenit inter omnes alijs bonis non extantibus supradicta ad causam executionis capi posse, glossa in l. executores. C. quæ res pignor. oblig. possunt, & illic omnes Hippolyt. in rubric. de fideiussor. numer. 112. Ripa de peste, in rubric. de præseruatorijs remedijs, num. 221. Dueñas Regula 275. & nostrati Regio iure apertè decidit in l. 3. titu. 27. part. 3. & l. 23. titul. 21. part. 2. Id tamen nouissimo * iure (id est, alijs le- 21
gibus postea latis) aliquantisper immutatum est. Namque arma boueſque, & cætera rei rusticæ instrumenta, etiam si alia desiderentur bona capi in causam executionis non possunt, sicuti non obscure definit, l. 5. titul. 17. lib. 5. Recopilatio. & l. 1. tit. 6. lib. 6. eiusdem volum. Non dissimili quoque ratione, & in libris aduocatorum idem sequendum * puto, cum armis per omnia 22
exequentur, glossa in dicta l. nepos Proculo, ff. de verborum significatione, l. aduocati, C. de aduocat. diuers. iudiciorum, cuius verba, quia egregiè in aduocatorum laudem faciunt non inuitus referam. *Aduocati*, inquit, *qui dirimunt ambigua facta causarum suaque defensionis viribus sæpè publicis in rebus, ac priuatis lapsa erigunt fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quàm si prælijs, atque vulneribus patriam parentesque seruarent. Nec enim solos nostros Imperio militare credimus illos, qui gladijs clypeis, & thoracibus nituntur: sed etiam aduocatos. Militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam, & posteros defendunt.* Hactenus Imperator, qui nihil apertius definire potuit, aduocatorum priuilegia * non minora esse 23
quàm militum, proinde olim causidicorum statuæ non secus, ac militum equestres es-

se solebant, vt Iuuenalis significat Satyra septima, & ostenduit illa Martialis carmina.

Tam graue percussis incudibus æra resultant.
Causidicum medio cum faber aptat equo.

Cum ergo, & militum, & aduocatorum, par sit lege conditio nihil mirum si, vt illis arma æque, & his libri pro ære alieno omnino, id est, etiam alijs bonis deficientibus nõ capiãtur: cum vt illi sine armis æque, & hi sine libris militare minus valeant: quam quidem opinionem, & secundum iuris communis præscripta veram esse contendit Rebuffus in libello, quem inscripsit de scholarium priuilegijs, numer. 123. * Et Suarez de Paz in praxi, primo tomo, quinta parte, capit. 2. numer. 37. * Humanitatis quoque intuitu, atque honestatis etiam causa idem probandum * erit in vestibus, quas quis ad quotidianum vitæ vsum habet: absurdum enim foret, si quis nudus relinqueretur, proinde etiam alijs bonis deficientibus humanitati congruit, ne hæ debitoribus auferantur, id quod video placere Dueñæ Regula 275. nihil tamen allegat cum tamen id teneat glossa in l. penultima, ff. de cessione bonorum. Faber, & Iason in §. fina. Institut. de actionibus, & probat l. 20. titulo duodecimo, libro primo, Recopilationis, & l. trigesimasecunda, titulo 26. partita secunda, regulas quoque, marmota, columnas, atque cætera, quæ ædibus * iuncta sunt capi in causam executionis non posse, tradit Bartol. in l. nutu. §. fina. ff. de legatis tertio, quod intelligat sanè etiam si alia bona non suppetant, quoniam hæc (ne ciuitas ruinis deformetur) venire, distrahi, legarivè vetuit Senatusconsultum, l. Satus, ff. de contrahend. empt. l. fin. ff. de damno infect. l. secunda, C. de ædificijs priua. l. cætera, ff. de legat. primo. Debitoris verò cadauer pro ære alieno detineri non posse, probat l. fin. C. de sepulchro * violato. Angeli enim qui contrarium voluit (tanquàm dura, & ab omni humanitate aliena) explosa est iam diu ab omnibus sententia, vt est videre apud Suarez extensione quinta, ad legem Tolet Felinum in capit. sicut Iudæi, de Iudæis, Guillelm. Benedict. in capit. Raynutius, verbo, mortuo, 1. num. 56. Couarruu. libr. secundo, variar. capit. primo, numer. decimo, Menochium de arbitrarijs, libro secundo, Centuria quarta, casu 387. Didacum Perez in leg. tertia, titulo octauo, libr. tertio, ordinam. Emanuel Suarez in thesauro recepta sententiarum, verbo, cadauer. Neque deferendum est appellationi creditoris contrarium intendentis, secundum Viuium, libr. secundo, opinione 78. de qua re referre fuit cordi calidissimi cuiusdam iudicis astum, seu stratagema, qui (vt accepi) interpellatus à creditore, ne debitoris cadauer sepeliri quoquo modo sinere, anteaquàm debitum sibi persolueretur, respondit se id iure facere non posse, bona persequeretur debitoris, corpus sineret: instare creditor, vociferari, testari, atq; protestari, & iudicem obtundere, ad quem ille. Quorsum hæc? en illud tibi quando ita vis, illud accipito domũ illud te cum effero, illudque tibi habeto nosque finito. Obmutuit homo: quid enim ad hæc respondere ret ille? Res etiam sacræ, & ad diuinum cultum consecratæ, etsi alia desiderentur * bona capi in causam executionis non debent, cap. 1. de pignoribus, l. 2. C. de sepulchro violato, leg. septima, titul. secundo, lib. primo, Recopilat. Couarruu. lib. secundo, variarum, capit. 16. num. octauo. Rectè ergo respondit Bart. in leg. Offidius, ff. de priuil. creditor. *. Sacellum (vulgò *capella* vocatur) à debitore cõstructum capi in causam executionis non posse, etsi alia bona desint. Bartolum autem sequitur Angelus de Gambelio in tract. de testament. glossa, 9. num. 4. Iam ergo nemo dubitauerit, ius patronatus Ecclesiæ * capi ad executionem non posse, cap. de iure patronat. Abb. in capit. querimoniam, eodem titul. Rochus in tractat. de iure patron, verbo, *ipse vel is*, quæstione 13. nisi modo cum cæterorum bonorum vniuersitate accedat, iuxta capit. ex litteris, de iure patron. & capti. cum Bertoldus, de re iudicat. de cuius intelligentia paulò post latiùs nobis agendum est. Nobilibus quoque nobilitatis prærogatiua concessum est, vt illis, nec equus, nec mula quibus vtuntur, nec arma domusvè, quam * inhabitant in causam executionis capiantur, l. 3. & l. 4. lib. 6. Recopilation. Dubitationis est tamen si alia bona non habeat capi hæc pignori possint, sunt sanè duæ leges septem partiti iuris sibi de ea re inuicem contrariæ, sibique inuicem repugnantes: nam lege vigesimatertia, titul. vigesimo primo, partita secunda, etiam alijs bonis non extantibus significat hoc priuilegium nobilibus competere: at l. 3. titul vigesimo septimo, partita, 3. cessare, ait, priuilegium si alia bona non exrept. Nostrates quoque scribentes non satis in ea re secum consentiunt: nam Auenda. verbo, *caualiero*, in sub dictionario, putat cessare hoc priuilegium quando

quando alia bona desunt: è contrario, Didacus Perez in lege duodecima, titul. 1. lib. 4. ordin. negat etiam alijs bonis non extantibus hæc capi posse. Otalora verò de nobilitate, capit. fin. numer. 3. quantum ad arma, & equum, ait etiam alijs quidem bonis desideratis capi hæc iure pignoris non posse: quantum verò ad domum, ait rarò id vsu obtineri, & hæc verior mihi videtur, distinctio, atque secundum eam leges Regias conueniendas puto. Quid ergo de rebus maioratus alijsvè restitutioni subiectis? &
31 fieri quidem * in his executio potest si alia bona non extent, non quidem, vt perpetuo creditori addicantur, sed vt eis vtatur, fruatur quoad æs suum illi è solutum fuerit, textus elegans in l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2. quem Paulus ibidem vnicum in iure esse prædicat. tradit quoque Iason in l. commodis, ff. de re iudicat. Palac. Ruu. in capit. per vestras, ampliatione. 17. num. 70. Molin. de primgen. lib. 4. cap. 7. Martinus Lauden. de principibus, quęstio. 290. Extat autem de ea re egregia Baldi sententia in Authent. ei qui iurat, C. de bonis autor. iudi. possid. in hac verba. *Sed nunquid, ait, propter debita Comitis fiet missio in Comitatu? respondeo, non, quia Cæsaris est, ff. de legat. 1. l. apud Iulianum, §. fin. sed in redditibus sic, quia iure proprio fructus lucratur, vt sint propriy non fœudales, ff. de vsufruct. l. defuncta.* Idem scribit ipse in l. 1. colum. 2. C. qui
* bon. ced. possunt. * Baldi autem opinionem amplectitur Martin. Laudens. de Principibus, quæstion. 290. & Iason in §. item seruiana, instituta de actio. numer. 100. *
32 Atque ita vsu fieri quotidie videmus, * vt magnatibus æris alieni mole prægrauatis redditus maioratus creditoribus addicantur cum sua tamen prærogatiua illorumque dignitate salua, id est, habita ratione, ne egeant, iuxta textum in l. milles, ff. de re iudicat. Hæc verò non pertinent ad eum casum, quando debitum descendit ex ipsomet, qui maioratum instituit: nam tum bona ab eo alienari prohibita capi in causam executionis poterunt, dummodo prius ea-

Vespertilio debitor dicitur, qui ære alieno oppress⁹ nõ nisi a noctu vt vespertilio obambulat metu creditorũ.

piantur bona libera redditusque primogenij, his verò non suppetentibus, etiam ad bona maioratus manus injcere liceat, sicuti tradit eruditissimus Molina de primen. lib. 1. cap. 10. & Ioann. Garsia de expensis, cap. 6. Idem & in clerico vespertilione obseruatur, vt relicto illi vnde viuere valeat cæteris redditus beneficij creditoribus addicantur, vt testatur Auphrerius in Capella Tolosana, decisio. 245. & Rebuffus in Authent. habita. Codice ne filius pro patre, priuilegio 112. Quid ergo de bonis emphyteuticis, & constat inter omnes, * capi 33
illa in causam executionis posse saluo, scilicet, emphyteutico Canone, siue pensione, glossa, Bartol. & reliqui in l. si finita, §. de vectigalibus, ff. de damno infect. testatur communem opinionem Iaso. in l. final. num. 113. C. de iure emphyteut. id quod tamen quemadmodum accipiendum sit, tractat commodissimè Auend. Responso. 13. Vtrum verò pro debito patris in peculio profectitio, aut aduentitio executio fieri valeat, * vide leg. 3. § vtrum, ff. de minor. Bartol. & reliquos in dict. l. si finita, §. de vectigalibus, ff. de damno infecto. Marantam in specul. titul. de executione, numer. 34. Suarez in l. post rem, casu 13. Anton. Gomez in comment. titul. de seruitutibus, num. 12. Iulius Clarus in practica criminali, quæstio. 78. numer. 11. Illud tamen interim admouerim in vsufructu ad patrem pertinente executionem pro debito patris, rectè fieri, ex l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2. cuius ante mentionem fecimus. Videamus, præterea pro debito vniuersitatis quibus in rebus executio fieri debeat, * 35
tractat autem hoc glos. in l. 1. §. fin. ff. quod cuiusque vniu. nomine, quæ ait, in bona vniuersitatis executionem faciendam esse, quòd si bona non habeat vniuersitas cogendos esse municipes contributionem inter se facere, & sequuntur illam sedulo explicantes Bart. in l. 4. §. actor. ff. de re iudic. & Bald. in l. etiam, C. de execut. rei iudicat. His tamen duæ Regiæ leges impedimento * esse videntur: hæ sunt l. 1. titul. 6. & l. 36
11. titul. 7. lib. 7. Recopilat. quarum altera sancit, ne vltra triamilia nummum in plebem contributio fiat sine principali beneficio: altera prohibet ne in iussu Regis bona publica distrahantur. Sed has Regias leges non respicere dicendum * est ad hanc alie- 37
nationem, seu contributionem, quæ necessario fit: nam & aliàs cũ prohibita est alienatio, non intelligitur de alienatione necessaria, sed de voluntaria tantũ, l. 1. ff. de fundo dotali l. cum fidei hæredis, ff. de fideicom. libe. & illic glossa, verbo, pendet. Iason in l. fin. C. de iure emphyteut. num. 113. atque eodem quoque pertinet l. à Diuo Pio, §. final. ff. de re iudi. Vtcunque tamen sit in vijs publicis * atque theatris, alijsque id genus 38
quæ necessaria sunt ad vsum publicum exe- * *Vide quæ dixim⁹ hoc codẽ. c. 4. p. §. 3. n. 6*
cutio fieri pro debito vniuersitatis non potest: Alexander in lege commodis, ff. de re iudicata, Maranta in Speculo, titulo

de executiõne, numer. 51. * Proinde neque in ſilua cædua, quæ in vſus publicos ſpeciatim deſtinata ſit (vulgò, *deheſa*, vocatur) executio locum habebit iuxta legẽ noua, titulo vigeſimooctauo, & lege ſeptima, titul. 29. partit. tertia. * Vetat item lex Regia ne in frumento, quod in horreis publicis (vulgò *alhondigas* vocamus) recõditum ſit, pro debito vniuerſitatis executio fiet, ea eſt l. 16. tit. 21. lib. 4 Recopil. quæ iuri quidem communi * conſentanea eſt: frumentaria enim res in alios vſus quàm quibus deſtinata eſt conuerti non debet, alioqui cum ſuo incremento cauſæ ſuæ reſtitui iubetur, l. 2. §. de frumentaria, ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuita. pertinen. l. fin. C. de conditis in publicis horreis, libr. 10. tantaque rei frumentariæ, ſeu horreorum publicorum prærogatiua eſt, vt ad illius contributionem nullus omnino excuſetur, l. 1. C. vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, lib. 12. Sed & illud vttoque iure prohibitum eſt, ne pro debito vniuerſitatis priuata perſona capi poſsit, l. nullam, C. de executoribus, * & exacto. lib. 12. lex prima, cum ſequenti, titulo decimoſeptimo, libro quinto, Recopilation. Martinus Laudenſis, de fiſco, quæſtio ſeptuageſimanona. Iacobus à Canibus in tractatu, cui titulus de repreſalijs, & Gregorius Lopez in lege decimaquarta, titulo decimo, partita ſeptima. Quando verò ſyndicus obligare valeat ſingulos de vniuerſitate conſulito Bartolum, & reliquos, in l. ciuitas, ff. ſi certum pet. & in l. 4 ff. de re iudicata. An verò munera publica, putà decurionatus, notarius, & alia * iſtiuſmodi in executionis cauſam capi valeãt, legito Tellum in l. 26. Taur. & Minchacam controuerſi. illuſtrium, capit. 42. & 43. ſuperuacuum enim foret quæ illi illic erudite tradũt, nos hic ne quicquam recenſere, & aquam iuxta prouerbium inaniter conſumere. Res autem vxoris pro debito mariti * in executionem capi non poſſe plusquam manifeſtum eſt. l. 1. C. ad legem Iuliam, de vi publica: veſtes autem mundusque muliebris mulieris eſſe præſumuntur, idcircò in his pro debito mariti executio non rectè fit, ſecundum Baldum in l. ob maritu, C. ne vxor pro marito. Hactenus de rebus mobilibus, ac immobilibus actum eſt * à nobis: quid ergò de nominibus debitorum? & definit id Iuriſconſ. in l. à Diuo Pio, §. ſic quoque, ff. de re iudicat. & ait nomen debitoris in cauſam executionis capi non poſſe, niſi quando alia bona defuerit, ſed & tum tantummodo capi poſſe, ait quando debitor confiteatur debitum non ſi neget. Quid ergò ſi debitor malitioſe neget? & intereſt an negatio euidenter malitioſa ſit, an ſecus: nam ſi manifeſto malitioſa ſit, vt putà, quia conſtet de debito, aut per rem iudicatam, aut per cõtractum guarentigium executioni locus erit, non ita ſi de debito manifeſto non conſtet: ita diſtinguuntur Imola, Alexand. Paul. & Iaſo. in dicta l. à Diuo Pio, §. ſic quoque. * Sed & nomine creditori addicto neceſſe habebit ille rurſus aduerſus hunc alterum debitorem non ſoluentem executionem intendere ex vtili actione, quæ ei ex nominis adiudicatione acquiritur, vt ſignificat Iuriſcõſ. in d. §. ſic quoque, & illic tradit Barto. & gloſſ. quoque in l. 1. C. de prætorio pig. iamq; manifeſti iuris eſt exigi neminem poſſe, niſi iuris ordine ſeruato, l. 1. C. de iure haſtæ fiſc. lib. 10. * & Suarez in l. poſt rem, quæſt. 2. In annuis verò penſionibus hæc regula ceſſat, ſiquidem cum immobilibus exequẽtur indiſtincte executio locum * habebit, ſecũdum Baldum in l. etiam, colum. 3. C. de exec. rei iudic. Alexand. & Iaſon in dicta l. à Diuo Pio, §. ſic quoque, Sed & in pecuniã debitoris, quæ apud argẽtarium, aut alium depoſita ſit * executionem competere odit l. à Diuo Pio, §. fin. ff. de re iud. Sed pone debitorem ſoluiſſe poſteriori creditori, an poſsit prior creditor cum illo agere, vt pecuniam reſtituat? & fiſco quidem hoc licere apparet, ex l. pecunia, C. de priuilegio fiſci, atque ex l. deferre, §. fin. ff. de iure fiſci: ſed & idem cuicumque licere creditori, qui modo * prior ſit, & priuilegium habeat, placuit Accurſio vtrobique, & Fabro Fabre diſtinguenti, in §. item ſi quis in fraudem, num. 25. Inſtit. de actio. & Gregor. in l. 11. titul. 14. & in l. 9. tit. 15. part. 5. & in l. 7. tit. 6 part. 6. verbo, *que las deudas*, & teſtatur communem eſſe opinionẽ Raphael Cumanus in l. Pupillus, ff. quæ in fraudem credit. & eo iure nos vti ſcribit Afflict. deciſio. 190. & Couarruuias practicarum quæſtionum, cap. 29. Quæ non eò quidem pertinent, vt velimus hoc caſu exècutionem aduerſus poſteriorem competere creditorem: cum conſtet ordinario iurè cum illo agendum eſſe, cum ſit tertius poſſeſſor; iuxta ea, quæ ſuperius latiùs tradidimus, 4. part. §. 4. ſed & in vſufructu executionem locum habere eſt argumento l. ſi is. §. ſi vſusfructus, ff. de pignor. Et quoniam omnia perſequimur videamus etiã de iuribus prædiorum, * ſeu de ſeruitutibus, an & hæc pignoris iure in cauſam executionis

capi

capi posſint? quod quidem non inuitus feci, vt hoc loco tractarem non tam quod res ipſa exigat, quàm quod duæ ſunt leges, quæ in pignore conuentionali magnopere ſibi inuicem repugnant. Altera eſt l. ſi ijs, §. iura, ff. de pignorib. Altera eſt lex, è veſtigio ſequens, quæ incipit, *ſed an viæ*, illius enim paragraphi, iura hæc ſunt verba. *Iura prædiorum * vrbanorum pignori dari non poſſunt, igitur neque conueniri poteſt, vt hypothecæ ſint.* Sequentis verò legis eiuſmodi ſunt verba. *Sed an viæ itineris actus aquæductus pignoris conuentio locum habeat, videndum eſſe Pomponius ait, vt ſi talis pactio fiat quã diu pecunia ſoluta non ſit his ſeruitutibus creditor vtatur, ſcilicet, ſi vicinum prædium habeat, etſi intra certum diem pecunia ſoluta non ſit vendere eas vicino liceat: quæ ſententia propter vtilitatem contrahentium admittenda eſt.* Doctores igitur has leges, ita conueniendas putant, vt dicant priorem in ſeruitutibus vrbanis alteram in ſeruitutibus ruſticis locum ſortiri, placet igitur illis in ſeruitutibus vrbanis pignus conſtitui non poſſe, in ruſticis rectè poſſe. Huius ſententiæ auctor fuit illic Accurſius, fuére etiam Bartol. & reliqui, & demum hanc teſtatur communem opinionem Iaſon in §. æque ſi agat, num. 117. Inſtitut. de actio. cui conſentit eodem loco Gomezius numer. 151. communem item affirmat Anton. Neguſ. de pignor. 3. membro, 2. part. num. 15. & vniuerſam ſcriptorum ſcholam illi ſubſcribere ſcripſit Ripa in l. obligat. generali, num. 6. de pignor. Horum tamen diſtinctio (liceat mihi, quod verum eſſe putè proferre) nullo modo mihi ſatisfacit, nec vllam ſatis idoneam diuerſitatis rationem ea in re reperiri poſſe putò, vt omittam verbum illud vrbanorum, quod in hodiernis habetur codicibus in vetuſtiſsimis exẽplaribus manuſcriptis, & alijs ante Holoandri editionem nuſquam haberi, vt autor eſt Charonda veroſimilium, lib. 1. Verus ergo ſenſus illarum legum (vt ego ſentio) ille eſt, quòd is cui debetur ſeruitus non poteſt illam pignori, aut hypothecæ dare, huius ratio extat in promptu, quia is cui ſeruitus debetur non poteſt illam alij concedere, vt apparet ex l. ex meo, ff. de ſeruit. ruſt. præd. & id eſt, quid vult ille, §. iura. At ſi ego velim vicino meo coſtituere ſeruitutem ſuper prædio meo, vt eam pignori habeat donec pecuniam ſoluam, atque ſi intra diem non redimam, poſſit illam vicino alteri vendere conuentio rectè valet, non tam quidem ipſo iure, quam vi pacti propter vtilitatem contrahentium, id eſt, ex æquitate l. 4. §. fin. ff. de verborum obligat. §. rectè, inſtit. mandati, quia iuris ſubtilitate ſeruitutes ad tempus conſtitui non poſſunt quanquam per pacti, vel doli exceptionem occurritur contra placitum vendicanti, vt in l. 4. ff. de ſeruitut. & in hac ſpecie loquitur lex illa, *ſed an viæ*, non ergo iura illa conſtituunt differentiam inter ſeruitutes vrbanas, ac ruſticas, ſed potiùs diuerſis in caſibus loquuntur. Quod ſi ipſarum legum rationem expẽdas tantumdem vtroque caſu, tam in ſeruitutibus ruſticis, quàm vrbanis recipiendum eſſe reperies, fuere autem, & huius opinionis Charondas, & alij recentiores quibus cum noſtrum ingenium conueniſſe lætamur. Secundum hæc igitur, vt ad executionis materiam noſtra ſe referat oratio. Seruitutis pignori capi in cauſam executionis non poterunt, ſiue illæ ruſticæ fuerint, ſiue vrbanæ. In cæteris verò iuribus putà portorio, ſiue pedagio (vt vocant) aut * in iuriſdictione cæteriſque ſimilibus, an pignus atque executio locum habeat, videre eſt apud Bar. in d. l. ſi is. §. iur. ff. de pig. qui belliſsimè diſtinguit. * Porrò iuriſdictionem pignori dari poſſe ſi non iure certè cõſuetudine: & id circo in ea * executionem locum habere magis probãdum videtur ex his, quæ affatim affert Iaſ. in §. itẽ Seruian. nu. 104. Inſt. de actio. & Greg. Lop. in l. 2. tit. 3. p. 5. verb. natura. Quanquã id accipiẽdum arbitror modo non iuriſdictio alicui principatui adhæreat, putà Ducatui, Marchionatui comitatuiue: nã in ijs locũ nõ habere executionẽ * Baldi eſt ſententia in Aut. ei qui iura. C. de bonis aut. iud. poſ. quẽ nos hoc eodẽ capite magnopere probauimus eodemq́, pertinet, quòd ſcribit Bald. in tit. de fẽu. Marc. in princ. ſicut radij ſolis à ſole ſeparari non poſſunt, ita iuriſdictionẽ, quã ij magnates habent, à Principe, ſeu Republica ſeparari non poſſe. * Et planè ſi magnati ſuæ ditionis iuriſdictionem tollas, totum eum ex autor ab is honore, tituloque tenus Dux erit, aut Marchio, re non erit, quod in Regis dedecus, atque adeò in totius Regni de honeſtamentum vetere certum eſt. Adde quod ij dignationis, tituli à ſolo Rege dantur, ſecũdum Bart. conſ. 72. Ergo & ab eo ſolo tolli poſſunt: cum, vt iuris eſt regula, conſtitutũ eius ſit tollere, cuius, & dare. Sed & de iure patronatus Eccleſiæ videamus, an in eo executio locum habeat. Et certum eſt in eo executionem * nullo modo ſortiri poſſe, cum res ſit ſpiritualibus annexa, quam diſtrahi vendique

48 49 50 51 52 53

iura prohibent omnia, capit. iure, de patron. l. sacra, ff. de rerum diui. l. 8. tiul. 15. part. 1. excepto eo, si alicui adhæreat vniuersitati, nam eo casu cum vniuersitate, &
54 * ius patronatus in emptorem transit, iuxta text. illum vulgarem, atque iuxta singularem in capit. ex litteris, de iure patron. Atque pari ratione si vniuersitas in causam executionis pignori capiatur, & ius patronatus illi adhærens accessionis iure transibit in creditorem, cui vniuersitas addicta fuerit: sicuti tradit Bald. consi. 32. vol. 30. & Fe
55 linus in cap. * cum Bertoldus, de re iudic. Rochus quoque de iure patron. verbo, ipse vel is, quæst. 31. Neque nos turbare debet, cap. cum Bertoldus, de re iudi. vbi vniuersitate pignori data ius patronatus illi adhærens in creditorem non transit: ita enim illum textum accipiendum esse communis est interpretum consensus, tum illic, cum
56 * alibi, vt apparet ex Abbate, & Felino eodem loci, atque item ex Rocho loco superiori, quæst. 27. Tradit etiam Gregor. Lopides in l. 9. tit. 15. partit. 1. atque rursum in l. 2. titul. 13. part. 5. verbo, natura. Diuersa enim causa est, si quidem in pignore tenetur creditor fructus omnes restituere debitori. Quam quidem restitutionem ius patronatus cum inæstimabilis res sit nullatenus admittit. At vniuersitate creditori addicta non tenetur fructus restituere cum suos mero iure faciat, l. at si quis, §. 1. ff. de relig. & sumpt. fune. glos. Bart. & reliqui in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damno infecto. Quanquam enim verò, vt hoc locum habeat oportet, tota integraque vniuersitas liceat, atque distrahatur. Nam, si vt fieri assolet membratim res vniuersitatis vendantur, ius patronatus creditori addi-
57 ci non poterit * cum, vt diximus, & manifestum est, nec pretium recipiat, neque æstimationem id, quod non obscurè sentit Innocent. in dict. cap. ex litteris, cui reliquos assentiri intelligere licèt, ex Greg. in l. 15. tit. 15. partit. 5. verbo, *aldea*, & Couarr. lib. 1. variar. cap. 13. num. 3. & est argumento textus in l. quemadmodum, C. de agric. & cens. libr. 10. * Hæc autem bona, quæ pignoris iure in causam executionis capiuntur debent siue mobilia immobiliaue fuerint apud secrestem ab apparitore consigna ri, vt habetur in l. 7. tit. 21. lib. 4. Recopila.
58 quanquàm si æs * alienum graue sit, & bona à pluribus impetantur creditoribus: debet ex consensu maioris partis bonis dari curator, vt in l. 2. C. de curatore bonis dando. l. si diu. ff. ex quibus causis in possessio. eatur. Sed & anteaquam hinc ab eam illud admonuisse oportebit, posse fideiussorem in quem petita fuit executio nominare ad executionem bona ipsius rei principalis, sicuti scribit Auilesius in capit. correctorum. capit. 10. verbo, *executio*, * num. 39. 59
ex textu in l. si procuratorem, §. si ignorantes, ff. mandati, de cuius tamen intellectu legito Alciat. in l. 4. §. Cato. num. 116. ff. de verborum obligationibus, & Carolum Ruynum ibidem, oppositione 8. & Hippolytum in rubric. de fideiussor. num. 429. & Petrum Paulum Parisium consi 104. volu. 3. æque, & potest, fideiussor in quem facta fuit executio ad censum pecunijs acceptis debitum soluere, posteaque damnum omne à debitore exigere, secundum Baldum in l. fin. §. fin. C. de vsuris rei iudicat. * & * Iason in l. & si fine, §. quæsitum, ff. si quis cautio. num. 37. * Sed neque illud anteaquam hinc abeamus indignum erit, vt admoneamus * nullã esse executionẽ, item- 60
que bonorum addictionem, quæ generaliter fiat omnium bonorum debitoris, sed ea esse necesse, vt bona nominatim pignori capiantur, atque speciatim liceant, & distrahantur, l. 1. C. de iure dominij impetrãdo, quam singularem esse prædicat Baldus in l. fin. in fine. C. de bonis auto. iudicis possid. Ergo secundum mẽsuram debiti pigno ra nominatim capienda sunt, * glossa, & re 61
liqui in l. properandũ, §. sin autem reus, C. de iudicijs, ita tamen, vt aliquãto plutis valeant, quàm debitum, iuxta glossam in Authent. de exhiben. reis, §. si verò semi, ver- *secundum mensuram*, collat. 1. quæ quidem tanto magis notanda putò, quanto minus notariorum apparitorumque socordia, & iuris inscitia in vsu obseruantur.

SVMMARIVM.

QVod ad ius attinet diebus festis executio fieri non potest, num. 1.

Nuda facti executio diebus festis, an fieri valeat, num. 2.

L. dies festos, C. de feriis, explanatur, nu. 3.

Consuetudo quam vim habeat in festorum obseruatione, num. 4.

Aduersus ea quæ diuino sunt statuta iure consuetudo vires non habet, num. 5.

Dies Dominicus diuino iure factus esse videtur, num. 6.

Mundus initium cœpit à die Dominico, nu. 7.

Catechismi Pij V. auctoritas maxima, nu. 8.

Debi-

Debitor suspectus de fuga, etiam diebus festis in carcerem detruditur.num.9.
Executio in ferijs gratia hominum introductis, an fieri valeat.num.10.
Feriæ mensis, & vindemiæ penè vbique terrarum exoluere.num.11.
Cautela abundans non nocet.num.12.
In mundinis executio fieri non potest, nisi illorũ fauori renuntiatum sit.num.13.

Quintæ partis.

§. Quartus. An diebus festis executio facta irrita sit.

SEd & illud ad hunc tractatum pertinebit, vt dispiciamus, an si diebus festis in honorem, scilicet, Dei ac sanctorum institutis executio fieri contingat, irrita sit nullius què momẽti? Quamuis enim Suarez ad legem illam Toletanam, extensione quarta, tractauerit de executione facta his ferijs, quæ in hominum gratiam introductæ sunt. At qui de hac quæstione rem quasi per nubulam egit. Hanc igitur vt absoluamus, Bartolus in l. omnes. C. de ferijs, scribit diebus festis in honorem Dei, vel Sanctorum instl
1 tutis executionem * neque ex sentẽtia, neque ex contractu guarentigio fieri posse, idem facit in l. 1. §. nũtiatio. ff. de noui opẽris nuntiatione, & sequuntur eam (vt cæteros taceam) Lanfrancus in c. quoniam contra. tit. de citatione. ad finem: & Suarez loco modo citato. Porrò Panorm. in c. fin. de iudicijs. n. 22. ita in ea re distinguit, vt dicat in terlocutionẽ iudicis qua decernit executionem faciendam nullam esse, si diebus festis fiat, at nudam facti executionem, quæ, scilicet, ab apparitore fieri solet, putà pig-
2 norum captionem, * atque bonorum addictorum in possessionem missionem hanc diebus festis factam validam, legitimamque esse affirmat. Abbatis autẽ opinionem locum tantummodo habere in festis Sanctorum non in diebus Dominicis, scribit Guido Papæ decision. 215. Guidonem autem apertis vlnis amplectitur Auend. in tit. *de las excepciones*. num. 25. Quoniam igitur docto res non satis inter se conueniũt, è re erit, vt quid sequendum putem paucis exponam. Et primum ex omnium consensu illud apparet interlocutionem de exequẽdo quam diebus festis iudex protulerit nullius esse momenti, siue ea diebus Dominicis fiat, siue alijs sanctorum festis. Deinde Abbatis opinionem scribentis nudam facti executionẽ diebus festis factam valere nullo modo probandam puto, cum videam * expressim illi 3
repugnare Imperatorum decisionem, in l. dies festos. C. de ferijs: ita enim exorditur. *Dies festos maiestati altissimæ dedicatos nullis voluptatibus occupari, neque vllis exactionum vexationibus prophanari: Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus & venerandum, vt à cunctis executionibus excusetur. Nulla quemquam vrgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat.* Cedo potest quicquam apertius definiri? & adhuc est qui dubitet, an diebus festis executio iuris, vel facti rectè fieri valeat? Proinde ab Abbatis opinione merito dissentit Claudius in l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui oper. nuntiatione. n. 39. Sed & quod Guido scribit valere nudi facti executionem diebus Sanctorum factã, aduersum est ijs, quæ Romanus definit Pontifex in c. fi. de ferijs, vbi tam diebus Dominicis, quam cæteris festis ex æquo præcipit omnem iudiciorum strepitũ cessare, & cauetur etiam in l. 34. tit. 2. part. 3. Hæc verò quantum ad iura pertinet, nunc quid in ea re consuetudo * valeat videamus, qui enim 4
nunc sunt mores in ijs, quæ ad pietatẽ Christianam attinent paululo licentiores sequẽtari scio, vt nuda facti executio diebus festis fiat, & Guido Papæ dicta decis. 215. hanc valere consuetudinem, etiam quo ad Dominicos dies attinet scribit. At ego illius opinionem quantum ad dies Dominicos pertinet nullatenus probandam putò. Quid ita? Nam esto in ijs festis, quę humano iure, seu positiuo (vt vocant) introducti sunt, qualia sanctorum sunt festa aliquid iuris consuetudini arrogare velimus. At in ijs, qui iure * 5
diuino instituti sunt, nullas consuetudinis vires esse esse nemo inficias ibit, ex decisione textus in c. fin. de cõsuetudine. Sunt autem diuino iure introducti dies Dominici, sicuti non obscurè significat textus in capitulo licet, de ferijs, & illic annotant Panorm. & reliqui, & denique communem testatur esse opinionem Siluester, verbo, Dominica, §. 7. & probare quoque videtur in l. 4. tit. 1 lib. 1. Recop. quanquam aduersum ea in re habeamus diuum Thomam Secunda secundæ, quæst. 122. art. 4. qui omnes dies festos, atque etiam Dominicos humano iure introductos esse contendit, eiusque opinionẽ testatur veriorem Nauarrus in Manuali, c. 13. num. 1. Sed vereor, ne ptior opinio, * 6
vt communis, ita & verior sit, sicuti etiam

videturCouarr. lib. 4. Variar. resol. cap. 19. nam cum iure diuino Sabbatha sanctificare iubeamur, neque in hac nostra Euangelica lege alia sint Sabbatha, quæ iure meritoque obseruare magis debeamus, quàm Sabbatha primo, id est, Dominicos dies. *Qui (vt Leo Papa scribit) tantis diuinarum dis-*
7 *pensationum mysterijs* consecrata sunt, vt quic quid à domino insigne est constitutũ in huius diei dignitatem sit gestum in hac enim die mundus sumpsit exordium in hac per resurrectionem, & mors interitum, & vita principium accepit.* ca. quod ille. dist. 75. satis superque ipsius omnipotentis Dei nutu signoque, quod pro voce habetur eius diei obseruatio commendata, atque sanctificata videtur. Quid quod? Iam inde ab ipsis Ecclesiæ incunabulis, iam inde ab ipsis Apostolis hęc dies tanquã Deo consecrata Dominica appellata est: sicuti significant Ioannis Apostoli verba Apocalypsis. cap. 1. Adde quod Sabbatum teste Iosepho antiquitatum Iudaicarum, lib. 1. ca. 1. Hebraica lingua laboris requiem significat non male ergo eadem vox, & Dominico diei conuenit, subrogatum ergo naturam sapere debet eius rei, cuius loco subrogatur, cap. trãslato, de constitutio. Cum ergo Sabbathi cultus, & celebritas in diem Dominicum translata sint perinde, ac ille ex iure diuino æque, & hic ex eodem fonte manare dicendum est, id quod, & probare quoque videtur catheciſmus Pij Quinti, *in capi*
8 *te de tertio præcepto*, cuius libri * autoritatẽ tum ipsius egregiæ summaque doctrina cõmendat, tum cõfirmat Conc. Trid. Sess. 25. Cum ergo iure diuino Dominici dies consecrate sint consuetudinem in illos vim nullam habere dicendum est, atque ita executionem in illis factam siue à iure sit, siue facti nullam esse. Hoc tamen excepto sit debi-
9 tor sit * suspectus de fuga, nam tum etiam hoc tempore licitè capi poterit, secundum glossam in l. fin. C. de ferijs, quam sequitur Bald. in. l. 1. C. qui bonis cedere possunt, & Iason in l. vinum. n. 6. ff. si certum peta. & tenet communem idem Iason in l. 2. n. 15. ff. de iurisdict. omn. iudic. & Ripa in cap. 1. de iudicijs, nu. 88. & Socin. reg. 78. Neque me ab hac sententia dimouerint, quæ affert Marantha in specul. 4. parte, distinct. 16. ad finem, vbi ait consuetudinem esse in causa vt valeant acta tempore nundinarum, quæ in dies festos inciderunt, quod dicat ius humanum posse limitare, & distinguere ius diuinum. Nam vt hoc illi ita esse donemus: porrò tum verum erit, quando magna causa, id suadeat, qualis est cum solemnes nundinæ in dies festos inciderunt necessitas enim, vel pietas est in causa, vt iudicia diebus festis agitata valeant, vt habetur in c. fin. de ferijs. Diuersum verò in hac specie de qua agimus, nam quid quæso erit detrimenti, si quod Dominico die factum non fuerit postridie fiat? Quod verò attinet ad ferias in fauorem hominum inductas, putà messis, * & 10
vindemiarum, Bart. in l. omnes. C. de ferijs, affirmat executionem eo tempore licite fieri, & idem placet Baldo, siue quisquis is fuit in tract. de carceribus, n. 6. à Bartolo verò dissentit Roderic. Suarez, dicta extensione quarta, Suarez verò sequitur Auend. tit. *de las excepciones*, num. 25. Mihi Bartoli magis sequenda videtur opinio, nam vt omittam magnopere illi fauere, c. significauerunt, de iudicijs, non obscurè videtur probari in Clementina sæpè, de verborum significatione, qua cautum est has ferias locum non sortiri in causis summarijs. Cum ergo causę executiuæ summariæ sint consequens est dicere ad eas huiusmodi ferias nõ spectare. Atque huic sententiæ hodiernos mores magis consentire intelligo. Quin hodie hæ feriæ penè iam vbique terrarum exoluere, namque eas Romæ, atque etiam in Regno * Frãciæ mi- 11
nus seruari testatur Specul. tit. de ferijs, ad finem. Sed, & in Regno Neapolitano, in vsu non esse narrat Marantha in specul. 4. part. distinctione. 16. n. 61. Apud nos quoque in regalibus auditorijs eas exoluisse scribit Gregor. Lopides in l. 36. tit. 2. part. 3. Atque his de causis credo factum esse, vt leges veteres ordinamenti de hisce ferijs loquentes in noua Recopilatione relatæ non sint. Tabellionibus tamen (vt solent illi modo consulto, modo inconsulto cauillis omnibus cauere) solemne est, vt in instrumentis conficiendis earum feriarum renuntiationem adijciant, quoniam, vt aiunt cautela * abundans non nocet. Solent, & illi nũ- 12
dinarum renuntiationem adijcere, & consulto quidem nam alioqui eo tempore, neque ex actione aliqua, neque aliqua molestia debitores * illuc conueuientes affi- 13
ci debent, tam iure communi, quàm Regio, vt habetur in l. prima. C. de nundinis, & in leg. tertia, & quarta, titul. 7. part. quinta, & in l. fin. titul. 2. lib. 9. Recopilationis, quibus addito Baldum in dicta l. prima. C. de nundinis, & Alexand. consil. 46. volumin. 2. Socinum regula 78. in fine.

SVM-

SVMMARIVM.

Reus tenetur satisdare res ad executionem captas saluas soluendoque fore.num.1.
Fideiussor debet esse idoneus non tantum facultatibus,sed etiam conueniendi facilitate. numer.2.
Pragmatici,id est,qui foro versantur idonei fideiussores non sunt.num.3.
Mulier miles, & clericus idonei fideiussores nõ sunt num.4.
In carcere detentus non est idoneus fideiussor in causa executionis.num.5.
Idoneus non fuerit fideiussor,qui alterius est prouinciæ,quam vbi causa agitatur.num.6.
Fideiussor si eiusdem fuerit prouinciæ non est necesse sit eiusdem loci vbi lis agitatur. numer.6.
Debitores fiscales etiam datis fideiussoribus non relaxãtur à carcere.num.7.
Fideiussor acceptus in causa executionis, an & in causa appellationis teneatur.num.8.
L.cum apud.ff.iudica.solui adamussim expenditur.num.8.
In causa executionis ius oritur ex prima sententia.num.9.
Satisdatio de iudicio sisti post sententiam extinguitur.num.10.
Fideiussor in vno iudicio acceptus non tenetur de eo,quod in alio iudicio denuo incepto iudicatum est.num.11.
Per appellationem iudicium non extinguitur, sed tantum suspenditur.num.11.
Cum de veritate constat vulgaris præiudicare, non debet opinio.num.12.

Quintæ partis.

§. Quintus. De satisdatione â reo præstanda.

REbus igitur iure pignoris in causam executionis captis,tenetur reus satisdare illas saluas soluendoque fore addictionis tẽ
1 pore hoc vadimoniũ, * vulgo appellatur, *fiança de saneamiento,* alioqui reus in carcerẽ detruditur, vt est Regio iure constitutum in l.19.titul.22.lib.4.Recopilatio, quam cum iure communi conuenire,scribit Auẽdañus in dictionario,verbo,*almoneda*. Idoneus autem debet esse fideiussor non tantũ facultatibus,sed etiam conueniendi facilitate.l.2.ff.qui satisdare cog. & illic Angelus, & reliqui: oportet igitur is tanta habeat * 2
bona immobilia quanta debito,& impensis soluendis sufficiant.Iason in l.sciendum, n. 30.ff.qui satisdare cogãtur. Hippolytus in rubric.de fideiussor num.228.Suarez, tit. *de los emplaçamientos.*§.nũc oportune.Quo
niam ergo non tantum facultatibus, * sed 3
conueniendi etiam facilitate idoneus debet esse fideiussor receptum est pragmaticos,idest,eos qui foro versantur veluti aduocatos,notarios,ac procuratores idoneos nõ esse fideiussores,ne forsan,vel gratia, vel in iuria ius creditoris,aut disturbent, aut saltem differant,Bartol.& reliqui in l.1.ff. in ius vocati, vt eant.Boerius decis.315.n.2. Viuius opinione 112.lib.2.l.13.tit.5.lib. 3.Recopil. * Est autem hoc loco aduocatis valde in iurius Baldus in cap. ex parte, de post.dicens aduocatum,qui pro clientulo fideiusit,non habere actionem mandati ad repetendum,quod eo nomine soluit:cui etiam adstipulatur Boerius decis.315.num. 2.Siquidem text.in leg.si remunerandi. §. fin.ff.mandati,cuius ij argumento nitũtur, loquitur quando aduocatus pacta mercede fideiusit,ac insuper euentum litis suo periculo suscepit.Extra hunc igitur casum Baldi vera non erit opinio,vt & Iurisconsultus idem aperta voce declarat.* In eadem quo
que causa sunt * miles nobilis,& mulier,ac 4
item clericus.& minor.l.milites.C. de locato.l.de die.§.qui mulierem.ff. qui satisdare cogantur.leg.2.tit.12.part.5.Item, neque idoneum putauerim eum in causa executionis,qui in carcere detentus sit: cum non sit is ad exigendum facilis,tametsi in causis criminalibus vnus reus etiam in carcere positus pro alio reo * idoneus sit fideiussor, se- 5
cundum Bart.in l.Roma.ff.de tutor.& curat.datis ab his,& Boerium decis.215.nu. 31.Sed neque idoneus dicetur is qui fuerit alterius fori, quam vbi iudicium agitatur. l.si fideiussor.§.si necessaria,& l. de die. §. tutor.& §.iubetur.ff.qui satisdare cogãtur. Iulius Clarus in practica criminali.§.fin. q. 46.n.13.Quanquam si eiusdem fuerit prouinciæ fideiussor non ideò minus eum idoneum esse dicemus, quod non sit eiusdem loci,vbi iudicium agitatur si reperire ibi alium non valeat, sicuti ex superioribus legibus satis apparet,& ostendit Afflict.decisione.137.& Suarez,tit. *de los emplazamientos.*§.vlterius quæritur,num.11.* & Ma- *
tientius in l.3.tit.16.lib.5.Recopil.glos. 1.n.7. * Illud tamen singulari iure in debitoribus fiscalibus,* seu vectigalium redem 6
ptori-

ptoribus statutum est, vt etiã datis fideiusso
ribus à carcere non relaxentur, l. 14. tit. 7.
lib. 9. Recopilationis, quæ dura quidem res
esse videtur, eius tamen definitionem etiam
7 cum iure communi conuenire * apparet ex
Bartol. in l. sacrilegij. §. fin. ff. ad legem Iu-
liam pecula. & Laudense de officialibus do
minorum, concl. 104. & Guidone decisio-
ne. 61. & probat. l. nemo carcerem, C. de
exact. tribut. lib. 10. tradit etiam Couarruu.
lib. 2. Variar. cap. 1. n. 4. & Ioseph. Ludoui
cus, decis. 32. num. 1. Sed illud hic quæra-
mus, quod ex facto aliquando quęsitum
8 fuisse scio, vtrum * fideiussor in causam exe
cutionis acceptus teneatur etiam in causa
appellationis. Mouet dubitationem textus
singularis in. l. cum apud. ff. iudic. solui. vbi
bellissimè definitur fideiussorem iudicatũ
soluere in prima instantia acceptum non te
neri de eo, quod per appellationis iudicem
iudicatum fuerit. Igitur, vt propositam quę
stionem absoluamus sciendum est in illius
legis intelligentia non satis inter se Docto-
res constare. Nam Martinus Syllanus eam
legem solummodo accipiendam existimat,
quando nomen iudicis est expressim in fi-
deiussione comprehensum, alioqui fideius-
sorem etiam in causa appellationis teneri
putat. Sic etiam Iacobus de Cuno scribit
eam legem locum non habere, quando iu-
dex appellationis priorem cofirmauerit sen
tentiam, nam eo casu fideiussorem teneri,
ait. At Bartolus contrà indistinctè eam in-
telligendam esse opinatur, neque quicquã
interesse, ait, an nomẽ iudicis fuerit in fide-
iussione comprehẽsum necne, vel an prior
sententia fuerit confirmata, vel rescissa, sed
vtroque casu fideiussorem nõ teneri in caus-
sa appellationis, affirmat illius autem opi-
nionem amplectuntur illic Paulus, & An-
gel. & eiusdem sententiæ fuit etiam glossa
in l. 2. C. de procur & illic. Salyc. Alexand.
& Iaso. & Hyppol. in rubr. C. de fideiussor.
num. 108. & denique Bartoli opinionem
alios referẽs communem testatur Boer. de-
cis. 315. n. 1. & Parisius cons. 171. volum. 4.
n. 30. & Iulius Clarus in pract. crimin. §. fi.
q. 46. n. 20. & Viuius opinione 198. lib. 2.
& Ant. Gabriel, lib. 3. tit. de fideiusso. con-
clusione. 4. Mihi autem, vt quid in hac re
sentiam in medium proferam, ita in causa
executionis de qua agimus distinguendum
videtur. At secundum actorem pronuntia-
uit iudex, id est addictionem peragendam
decreuit, & quamuis reus appellauerit tene
ri fideiussorem indubitanter crediderim ve
ramque esse hoc casu Guilielmi opinionẽ
cessat enim hoc casu ratio Bartoli qui idcir
co fideiussorem in causa appellationis non
teneri putauit, quod dicat actionem iudica
ti non oriri ex priori sententia, sed potiùs
ex sententia appellationis. Porrò hoc casu
de quo agimus * ex ista addictionis senten- 9
tia, etiam si appellatum fuerit ius statim ori
tur, sicuti ex legibus Regijs cõstat satis, quę
etsi appellatum fuerit eam ad effectũ per-
duci decernunt, vt in leg. 2. & 3. tit. vigesi-
mo primo, lib. 4. Recopilat. Itaque teneri
hoc casu fideiussorẽ quicquid in causa ap-
pellationis contingat magis probandum
puto. Aut verò iudex executionem irritam
pronuntiauit, actor verò appellauit, & iu-
dex appellationis rescissa sentẽtia addictio-
nem peragendam pronuntiauit, & hoc casu
nõ nihil est dubitationis, nam si Bartoli se-
quamur opinionem dicendum est fideius-
sorem non teneri: sin Sillani probandam
putamus è contrario eum teneri dicemus:
non enim solitum est in huiusmodi fide-
iusione nomen iudicis exequentis exprimi,
vt contingit in. dict. l. cum apud. Sillani
verò opinionem non leue, apud nonnul
los iudices pondus habere testis est Paulus
de Castro, in eadem lege, vbi refert, secun-
dum eam dominos de Rota iudicasse, se-
quuntur, & illam alij non languidæ fidei
autores in quibus Ioann. And. ad Specul.
tit. de satisdat. §. expedito, & Alber. in d. l.
cum apud, & Ægidius Valla decis. 353. alij
que relati ab Antonio Gabriele in volum.
commun. opin. lib. 3. tit. de fideiuss. conclus.
4. Et sane quantum mea fert opinio ea veri
tate proprius accedit. Etenim fideiussor iste
de iudicato soluendo non primæ instantiæ
tantum, sed toti iudicio, atque adeò rei ipsi
iudicatæ datur, vt apparet ex. §. 1. Instit. de
de iatisdat. atque ex leg. Græcæ. §. 1. ff. de fi-
deiuss. Res autem iudicata (vt sciunt om-
nes) dicitur, quæ fines controuersiarũ pro-
nũtiatione iudicis accepit. l. prima. ff. de re
iudi. Dicta verò lex *cum apud*, pãtum debet
obstare, loquitur enim tantũ cum nomina-
tim illi iudicio, seu instãtiæ fideiussor se o-
bligauit, quod ex eo apparet, quod nomẽ iu
dicis adiectũ satisdationi est. Sed & text. in
§. si aliquis, Instit. de satisd. nihil ad rem per
tinet simul quia loquitur de satisdatione *
iudicio sisti, quę post sententiã finitur, vt in 10
l. Græce. §. post litẽ. ff. de fideiuss. nostra vẽ
rò quæstio de satisdatione iudicatum solui
agit, simul, quia illic nominatim in satisda-
tione dictum fuit, vt fideiussor non tenere-
tur si à sentẽtia fuisset appellatũ. Parũ quo-
que mouet lex 2. & 3. & lex, si nò à iudice.
ff. iudi-

ff. iudicatum solui, vbi scribitur fideiussorẽ iudicatum solui in vno iudicio acceptũ nõ teneri de eo, quod in alio iudicatum fuerit iudicio, quia leges illæ loquuntur, quando
11 * iudicium illud in quo fideiussor acceptus est, omnino extinctum fuit aliudque ex integro repet itũ. At per appellationem iudicium non extinguitur, sed tantum suspenditur textus, & glossa in l. 1. ff. ad Senatus Consultum Turpilia. Denique cum stipulatio ista iudicatum solui, rem iudicatam in se contineat, vt in. l. iudicatum solui. ff. iudicat. solui, manifestissimè apparet fideiussorem istum, etsi appellatum fuerit ab obligatione nõ eximi, sed ad ipsam vsque rem iudicatam teneri, quæ non mea quidem, sed Sillani potiùs fuit sententia, quæ si vera est, non est cur ei Bartoli, & communis præiudicare debeat opinio. l. 1. §. sed neque. C. de veteri iure enucleando, cap. Capellanus, de ferijs, præsertim tot tantisque illi autoribus
12 * suffragantibus quos superius retulimus. An has tamen controuersias effugiẽdas cautius erit, vt satisdationis verba latissimè cõcipiantur, ideſt, vt promittat fideiussor quã docunque, & apud quemcumque iudicem, ac etiam si appellatum fuerit rem saluã soluendoque fore, sicuti etiam admonet Boerius decisione superius allegata, & Iulius Clarus in practica criminali. §. fin. q. 46. n. 20. sed & anteaquam hinc habeã illud omittendum non duxi huic fideiussori soluenti competere executionem aduersus reũ principalem ex eisdemmet actis, & apud enndẽ iudicem, vt tradit Bartol. in l. 1. ff. iudicatũ solui. Bald. in l. fin. §. & cum antiquitas. C. de vsuris rei iudic. Suarez. tit. *de los emplazamientos*. Boer. decis. 227. n. 4.

SVMMARIVM.

IVre non debet quis inuitus à domo sua ad carcerem trahi. num. 1.

L. plerique. ff. de in ius vocand. exponitur. n. 1.

Debitores ab ecclesia extrahi possunt. num. 2.

L. 13. titul. 1. lib. Recopilationis, illustratur, num. 2.

Carcer non ad pœnam inuentus est, sed ad custodiam. num. 3.

In iustitijs paschalibus debitores relaxari à carcere debent. num. 3.

Reus ita in carcere obseruari debet, vt tamẽ cõmuni aura luceque vegetur. num. 4.

Genus aliquid ergastularum compedum improbatur. num. 5.

Debitor in iussu iudicis non est à carcere relaxandus. num. 6.

Satisdatio iudicio sisti dicitur apud nos de la haz. num. 7.

Debitor in quem facta est executio non est relaxandus sub cautione de iudicio sisti. numer. 7.

L. 3. C. de Episcopali audientia exponitur, num. 8.

Nobiles pro debito in carcerem detrudi non debent. num. 9.

Qualitas satis est semiplene probatur. num. 10.

Nobilis, an huic priuilegio renuntiare valeat. num. 11.

Nobilis renuntiatio iureiurando confirmata valet hoc casu. num. 12.

Mulieres pro pecuniario in carcerem detrudi nõ debent. num. 13.

Tutor pro debito pupilli detrudi, an in carcerem debeat. num. 14.

Minor, an pro debito in carcerem detrudi possit. num. 15.

In eos qui inuiti in ius non vocantur in personam executio fieri non potest. num. 16.

Ij qui quatenus fatere possunt conueniuntur in carcerem pro debito detrudi non possunt. numer 17.

Qui sint qui quatenus facere possunt, conueniuntur. num. 18.

Ij qui per infortunium rerum suarum iacturam fecerunt pro debito in carcerem detineri non debent. n. 19.

Doctores, & candidati pro debito in carcerem detrudi non debent. num. 20.

Candidati, seu licentiati, doctorum fungũtur priuilegijs. num. 21.

L. 8. titul. 7. lib. 1. Recopilationis explanatur. num. 22.

Aduocati pro debito in carcerem detrudi nõ debent. num. 23.

Clerici pro debito detrudi in carcerem non debent. num. 24.

Rustici tempore messium, aut vindemiarum pro debito in carcerem detrudendi non sunt, quamquam moribus minus obseruetur. n. 25

Quintæ partis.

§. Sextus. De reo non satisdante.

IGitur si debitor satisdationem illam (*quẽ vulgo de saneamiento appellamus*) non dederit in carcerem detruditur, sicuti Regia illa

illa lege nuper edita est definitum. E domo tamen sua in carcerem debitor inuitus extrahi nõ debet.l.plerique & l.sed etsi is. ff. de in ius vocando. *Plerique (inquit Iurisc̃onsultus) putauerunt* * *nullum de domo sua in ius vocare licere, quia domus tutissimum cuique refugium, atque receptaculum sit, eumque qui inde in ius vocaret vim inferre videri*, cuius intelle ctum tractat Cota in memoriali iuris, verbo, domus, & Viuius in volum. commun. opinio. lib. 2. opinione. 36. Adeò verò hoc verum visum est Baldo, vt scribat, ibidem impune resisti posse apparitori, qui è domo sua quenquam velit extrahere. Hoc autem cum legibus humanissimè est constitutum moribus tamen nihil minus seruari videmus: nul libi enim debitores minus securi sunt, quã domi suæ quoniam illic certius obsidentur, vbi magis continuo versantur. Sed quid mirum, cum & lege Regia definitum * extet posse debitores ab Ecclesia extrahi, iuxta ordinem traditum in l. 13. tit. 1. lib. 1. Re-Recopil. cuius decisionem iure defendi posse liquet ex ijs, quæ affert Oldraldus consil. 54. & Iason in l. vinum. num. 6. ff. si certum petat. & Boer. decis. 215. n. 7. Couarru. lib. 2. Variar. c fin. Remigius de Goni, de immunitate Ecclesiarum, 9. part. n. 17. Olanũ concordia iuris, litera F. num. 104. Anton. Gomez in. l. 79. Tauri, num. 5. In carcere verò (vt breuiter illud admoneamus) ita obseruari reus * debet, vt tamen communi aura luceque vegetetur, ne squalore situque marcescat miser, carcer enim nõ ad pœnam inuentus est, sed ad custodiam. l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10. l. aut factum. §. solent. ff. de pœnis, nam id, & in ijs qui in reatu sunt obseruari Constantinus præcepit Imperator, cuius verba, quia tam humanitatis, quàm clementiæ plena sunt non inuitus referam. *Inter ea verò (inquit Imperator) exhibitum non per ferreas manicas, & inhærentes* * *ossibus mitti oportet, sed prolixioris catenas si criminis qualitas, etiam catenarum acerbitatem postulauerit, vt & cruciatio desit, & permaneat sub fida custodia. Neque verò sedis intimæ tenebras pati debebit inclusus, sed vsurpata luce vegetetur.* Ex quibus Imperatoris verbis satis intelligere licèt genus illud ergastulorũ, quod apud nos *Suetanos*, apud Græcos, latumię appellatur, vt in l. succurritur. ff. ex quib. causis maio. Atque illud alterum * compedum (*quod brete vulgo dicitur*) improbatum esse custodiæ genus, & simul iuri, simul humanitati prorsus aduersum esse, id quod etiam probat, l. 2. C. de exact. tribut. lib. 10. Sed neque illud præter mittendum est non esse debitorem in iussu iudicis è carcere dimittendum: etsi * magis debitum exoluerit, vel aliter creditori satis fecerit. Bart. & Alex. in l. neque. §. qui in ius ff. de in ius vocãdo, Boer. decis. 217. ad finem. Suar. tit. *de los emplazamientos ad calcẽ*. Qui tamen est cauendus dum illic ait, debitorem legitimas exceptiones allegantẽ relaxandum à carcere esse non * data illa cautione, quę *de saneamiento* appellatur, sed tãtũ illa de iudicio sisti, quæ vulgo apud nos appellatur, *de la haz*, nec immerito cum eã ita appellet. l. 10. tit. 29. part. 7. & textus in Auth. de exhibed. reis. §. suscepti. collat. 5. nullo enim iure, nullaque probabili ratione Suarez sustineri potest opinio, atque ita tum moribus explosa, tum illam explodit expressim Auendañus in dictionario, verbo *almoneda*. Itaque ea non vtimur nisi dum taxat in iustitijs Paschalibus in quibus debitores reliquæque * custodiæ dato fideiusso re de iudicio sistendo vinculis carcereque soluuntur, quibusdam tamen exceptis, sicuti latius est comprehẽsum in. l. 3. C. de Epis copali audientia. Ad cuius intelligentiam præter classicos, ibidem consulito Bossium tit. de carcere, n. 27. & Iulium Clarũ in praxi criminali. §. fi. q. 46. n. 9. Sunt tamẽ nõnullæ personæ, quæ prærogatiua quadam in carcerem pro ære alieno non detruduntur, * tametsi fideiussores non dederint. Inter hos autem in primis sunt nobiles, vt in. l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil. quam iuri conuenire cõmuni dicere possumus ex ijs, quæ notat Alexand. in l. Centurio, num. 25. ff. de vulg. & pupill. & Iason. in. l. miles, num. 6. ff. de re iud. & Bald. in. l. 1. ad fin. C. qui bonis cedere possunt. In hoc autem illud admonendi sumus, non tam exactam ad eam rem probationem exigi, sicuti cum principaliter * de ipsa nobilitate tractatur, vt tradit Otalora de notabilitate. 2. part. 3. principalis. cap. 10. quando enim de qualitate aliqua non principaliter, sed accessorie (vt vulgari verbo vtar) tractatur satis est eo casu eam qualitatem, vel semiplene probari, vt eleganter tradit Bald. in. l. non ignorat. col. 3. C. qui accusare non possunt. * * Negatur tamen lege Regia hoc beneficiũ mercatoribus illis qui vulgò appellantur alçados, vt habetur in l. 4. tit. 1. lib. 5. Recopil. latine ij dicuntur foro cedere. l. si hominem. §. qui tres. ff. depositi rariones quoque conturbare dicuntur. l. quidam fundũ. ff. de in rem verso, quod hic obiter, an notãdum duxi, quia Accur. non satis leges illas intellexit. Dicuntur etiam ille decoctores

apud

apud Ciceronem Philippica secunda, & denique habent alia nomina, quæ videre poteris apud Boer. decision. 215. n. 1. * Sed illud tractandum est, an huic priuilegio nobilis renuntiare valeat, & est quæstio hæc sanè quam difficilis, & in qua nostrates scriptores varias * in sententias ierunt. Namque 11
renuntiationem non valere * placuit Montaluo in Repertorio verbo, *hidalgo*, & Cyfuentes in l. 79. Taur. sub principium, & illic Anton. Gomez, numer. 3. qui adeò in eâ propensior est sententiam, vt ne adiecto quidem iureiurando talem renũtiationem cõfirmari existimet: his quoque accedit Otalora de nobilitate. 2. part. 3. principalis, c. 9. num. 8. & Auend. in dictionario, verbo, *caualiero, ad extremum.* Contraria verò in sententia fuere Castellus in dict. l. 79. Tauri, glos. 1. & Greg. Lopez in. l. 34. tit. fi. part. 7 & nouissimè Couarr. in cap. quamuis pactum, in initio. 2. part. n. 5. qui ita in Granatẽsi prætorio iudicatum fuisse narrat. Quid tu ergo in tanta autorum simultate, & dis- 12
sensione? Primum illud indubitanter * existimo si iureiurando renuntiatio confirmata fuerit ratum fore cum eiusmodi iusiurandum non tendat in alterius præiudicium, nec vergat in detrimentum salutis æternæ, seruandum erit, ergo iuxta cap. cum contingat. de iureiurand. & quæ copiosius nos superius tradidimus, c. 4. Cæterum cum renuntiationi iuramentum non accesserit animi pendeo sanè, difficilis enim est quæstio, id quod, & ipse Couarr. fatetur. Et quanquam multæ sunt causæ, quæ me nobilitati propensum magis esse suadeant: verum quia veritas causas omnes, & necessitudines vincit (vt dicã, quod sentio) procliuior sum renuntiationem valere, tum ex regula generali, quòd iuri suo renuntiare prohibeatur nemo leg. si quis in conscribendo. C. de pactis, quæ in militis renuntiatione loquitur expressim: tum ex l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil. quæ cum dixisset non dari hanc prærogatiuam nobili regiorum vectigalium redemptori, rationem subiunxit, dicens: *Porque en tal caso el mismo quebranta su libertad.* significat ergo lex posse nobilem huic renuntiare beneficio. Argumentis autẽ contrarij Couarruu. ipse abunde satisfacit, proinde iniunum foret nos eadem rursus inculcare. Mulieribus item propter sexus honestatem, 13
idem quoque priuilegium conceditur * vt pro ære alieno in carcerem non detrudantur, leg. 1. & Authent. ibidem posita. C. de officio diuers. iudic. l. fin. tit. 3. lib. 5. Recopilat. quarum argumentum abundè prosequuntur scriptores in l. 62. Tauri. & Dueñas regul. 6. Sed neque tutor * pro debito 14
sui pupilli in carcerem est coniciendus, l. 1. C. quando fiscus, vel priuatus, leg. si is non obtulit. §. tutor. ff. de re iudic. nisi forsan eo nomine detrudatur, vt pupilli, quæ habere probetur bona ad executionem faciendam exhibeat, vt scribit Bald. in dict. l. 1. C. quãdo fiscus, vel priuatus, & illic reliqui classici, & alibi me latiùs dixisse memini. Sed & minorem pro ære alieno in carcerem * cõ- 15
iiciendum non esse bellissimè scribit vterque Angelus Perusinus, scilicet, & Aretinus ille in l. vacantia. C. de bonis vacantibus. lib. 10. & in l. nemo. C. de exact. tribut. hic, in § fin. num. 2. Instit. de actio. & Bald. in l. 1. numer. 24. C. qui bonis cedere possunt, & Gregor. Lopez in l. 1. titu. l 15. partit. 5. verbo, *todo*, Romanus, consil. 120. Cassaneus in consuetud. Burgundiæ, *titulo des rentes.* Rubric. 5. §. 2. quia dicant minorem contumaciæ argui non posse. Cõtrariam tamen sententiam amplexus est Iason in l. nec impuberes. ff. de in ius voc. & is qui scripsit tractatum de carceribus, qui inter Bartoli versatur tractatus, & Dueñas Reg. 269. qui minus rectè hanc communẽ testatur esse opinionem, nam si periicis prior est magis recepta opinio. In hac tamẽ controuersia arridet mihi distinctio Cacialupi in tract. de debitore fugitiuo, quæst. 5. dicentis infantes, & impuberes pro debito ciuili in carcerem detrudendos nõ esse, atque idem recipiendum est in minore viginti quinque annis, nisi quando is rerum suarũ administrationem habeat, quæ Mariani Socini fuit quoque distinctio, in Rubric. de dilationibus. 5. part. q. 20. Præterea aduersus illos qui inuiti in ius non vocantur in personam pro debito executio * fieri non po- 16
test si credimus Maranthæ in Speculo, tit. de executione, num. 56. qui ij verò sint exprimit. l. 2. & sequentes. ff. de in ius vocãd. Denique aduersus eos qui non insolidum, sed quatenus * facere possint conueniuntur in personam pro debito executio fieri 17
non potest. Aret. inl. maritum. §. elegantes. ff. solut. matrim. Angel. in. §. sed, & si quis, n. 1. Instit. de actio. Suarez, *titulo de los gouiernos*, q. 6. num. 4. Couarr. lib. 2. Variar. c. 1. n. 4. Auend. Respons. 8. num. 7. Sunt autẽ in his maritus, & socer pro dotis causa conuenti, item * patronus & socius omniũ bo- 18
norum, atque miles. l. sunt qui, cum sequentibus. ff. de re iudic. l. 1. tit. 15. part. 5. Inter hos quoque bellissimè scribit Ioannes Faber in §. fin. num. 10. Instit. de actionibus:

annu-

annumerandos esse eos qui non sua culpa, seu vitio, sed per infortunium aliquod (puta bellum, naufragium, incendium, & simi-
19 les casus qui in vita seu in rebus humanis * quandoque accidere solent) omnium fortunarum suarum iacturam fecerint: Fabri autem opinionem, & ad cœlum vsque extollit ibidem Iason, num. 13. Aduersus hos igitur, & si qui sunt alij, qui eadem prærogatiua fungantur in personam executio fieri non debet, neque in carcerem detrudendi
* sunt, etsi fideiussorem non dederint. * Id quod etiam probat Azeuedo in l. 1. tit. 21. lib. 4. Recopil. n. 68. * ex eo autem quod militibus hæc prærogatiua conceditur consequens est dicere, & ad Doctores idem pri-
20 uilegium * pertinere: Hos enim non teneri nisi quatenus facere possint, crebrior est autorum sententia teste Iasone in dict. l. miles. ff. de re iud. n. 9. imò pœnas dabit iudex qui contrarium fecerit, secundum Bartolū (si is fuit) in tractatu de carceribus, n. 5. & Cacialup. de debitore fugitiuo, q. 5. nu. 9. qui id locum quoque habere, ait in doctoribus Medicinæ cæterarunque disciplinarū. In eadem ergo causa erunt candidati (quos vulgo Licentiatos appellamus) doctorum
21 enim * munia, & ad hos non iniustis de causis porrigūtur. Bald. in l. 1. ff solut. matrim. Ias. in l. filię licet. C. de collat. Antibolus de muneribus. 3. part. §. 1. n. 56. tenjatur cōmunem opinionem Petrus Lenauderij in tract. de doctori. 4. part. q. 3. & Ripa in l. Centurio. n. 18 ff. de vulga. & pupil. atque ex nostratibus Palac. Ruuios in Repetitione Rubricæ de donat. §. 38. & Auilesius in c. correct. in proœmio. gloss. 1. n. 27. Hoc autem sic accipiemus, vt non solum ad doctores, & licentiatos Salmantinos, Pintianosvè, aut Complutenses Bononiensisvè collegij hoc priuilegium pertineat, sed & ad reliquos omnes, apud quascunque illi Academias lauream sortiti fuerint: quanquam e-
22 nim Regio iure illis quatuor Academijs * duntaxat munerum functionumque excusatio detur, vt est comprehensum in. l. 8. tit. 7 lib. 1. Recop. non idcirco tamen cæteris cætera priuilegia iure alias indulta denegāda sunt, cum sit lex illa odiosa, & strictim interpretanda, vt placuit Auend. in dictionario, verbo, *maestros*. Ergo & aduocatis quā-
23 uis * non sint Doctores, neque licētiati, sed dūtaxat baccalaurei, idem iuris tribuemus, id est, vt pro ære alieno non detrudantur in carcerem, militibus enim iure exequantur, vt in l. aduocati. C. de aduocatis diuersorū iudiciorum, atque proinde eatenus quatenus facere possunt conueniūtur gloss. Bart. & cæteri in d. l. miles. ff. de re iud. & videtur idē sentire Greg. Lopez in l. 3. tit. 10. part. 2. scholaris verò num. Doctoris vtatur priuilegijs consulito Bart. in l. 1. ff. soluto matrim. & in l. legatis, §. ornatricibus. ff. de legat. 3. Rebuffum in Authent. habita. C. ne filius pro patre. Pari quoque ratione clericis, idem est priuilegium concedendum, vt pro debito in * carcerem non recludantur, 24
secundum glossam, Angel. & Iasonē in dict. l. miles. ff. de re iudic. Cacialupus de debito re fugitiuo, quæst. 5. num. 18. Ij etenim militibus iure exequantur, secundum gloss. in in cap. 1. de clericis ægrotantibus, lib. 6. atque item non nisi quatenus facere possunt conueniuntur, vt in cap. Odoardus, de solutionibus, cuius intellectum latissimè explicat Couarr. lib. 2. Variar. c. 1. nu. 9. proinde non repetam, ne cramben bis coctam propinare videar, illud tantum dixerim illius capituli renuntiationis non valere, secundum Baez. de debit. inop. cap. 17. num. 5 * Etiā *
si iuramento fuerit vallata, secundum Suarez de Paz in praxim. secundo. tom. 3. part. cap. vnico, num. 6. ab eo tamē differt Gutierrez de confirm. iur. 1. part. c. 17. n. 34. *
Rusticos etiam in re rustica occupatos, id-
est, tempore messium, aut vindemiarum * 25
in carcerem pro debito ciuili deijciendos non esse scriptū reliquit Guillel. Benedict. in c. Raynuntius, verbo, & vxorem, n. 906. quia inquit, si rei rusticæ instrumentis, hoc conceditur, ne pro debito capiantur, multo magis personis rusticorum concedēdū, id est: illiusque probatur opinio apud nos, in l. vigesimaquinta, tit. decimotertio, lib. 8. Recopil. id tamen hodie moribus parum obseruatur, partim ex ijs, quæ diximus superius, §. 4. partim, quia moris est notarijs harum feriarum renuntiationē instrumētis adijcere, eā autē renūtiationem valere, probat l. 1. ff. de ferijs, & tenet Bart. l. si is fuit, in tract. de carceribus, quæst. 5. num. 9. an verò qui pro vno debito, aut delicto in carcerem coniectus est possit, pro alio debito, seu delicto recomendari, legito supradictum tractatum de carceribus, num. 19. Bartolum in leg. secunda. ff. de custod. reorum, & Ioseph. Ludouic. decision. 70. Curtium Iunio. consil. 127. & Crauete consilio 46. eundem Bart. allegation. 6. incipit Lapus. Bald. in l. sicuti. §. Aiist. ff. si seru. vendit. Iason. in leg. plerique. ff. de in ius vocand.

SVM-

SVMMARIVM.

IVre duodecim tabularum debitor intra sexaginta dies non soluens creditoribus dilacerandus debebatur, num. 1.

Imperatorum legibus debitor bonis cedere potest, & carceris effugere molestiam, nu. 2.

Olim creditor tenebatur debitorem incarcerem inclusum sustentare, iure verò Regio nouem dies tantum, num. 3.

Iure Regio debitor cessionem bonorum faciens debet torque ferreo ob æratus creditoribus dedi, num. 4.

Maritus bonis cedens traditur vxori sine illo ferreo torque, num. 5.

Cum debitor in carcere occalluerit quemadmodum sibi creditor consulere valeat, nu. 6.

Quæ necessaria sint, cessio, vt legitimè fiat, numer. 7.

Maiore parte creditorum debitori inducias indulgente relaxeri debet, num 8.

Principe debiti dilationem prorogante relaxandus est debitor, num. 9.

Quintæ Partis.

§. Septimus. De reo in carcerē recluso, neq; soluente, neque satisdante, neque cessione bonorum.

SVpereſt videamus, ſi reus in carcerem reclusus, neque ſoluat, neque ſatisdet quid agendum ſit: in qua quidem quæſtione iura ciuilia, atque regia non omnino inter ſe conueniunt. Quod enim attinet ad iura cōmunia olim duodecim tabularum iure, vtpotè rudi illo ſeculo auſteroque nimis ſatis inhumaniter (ne immaniter dicam) ſtatutum fuerat, vt debitor intra ſexaginta
1 dies non ſoluens * creditoribus dederetur, vt eum, vel in partis ſecarent, aut venundarent, illiuſvè opera vterentur, ſicuti memorat Accurſius in l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt, & referunt legis ipſius verba Oldendorpius Verrucius, & alij duodecim tabularum legum compilatores, & Couarru. quoque, lib. 2. Variar. capit. 1. Porrò legem illam quippequæ crudelitatis, & immanitatis plena eſſet, breui mos publicos repudiauit, vt ſcribit Quintil. lib. 3. Inſt. cap. & Gellius noctium Atticarum, lib. 20. cap. 1. Qui noſtrum Accurſium (nimirum virum vndequaque doctiſsimum) non latuit, refert enim illum in d. l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt. Exploſa igitur duodecim * 2
tabularum duritie, atque ſeueritate: Imperatorum benignitate inroductum eſt, vt debitori bonis cedere liceret, per quam ceſſionem non modo vitam ſeruaret, ſed carceris etiam effugeret moleſtiam, vt oſtendit, l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt. & l. ob æs, C. de actio. & oblig. l. fin. ff. de libero homine exhibendo. Inter ea tamen, quòd in cercere erat debitor * tenebatur creditor il- 3
lum ſuſtentare: alioqui dicebat iudici illum è carcere dimittere. Ioannes Faber. & Angel. in §. fin. Inſt. de actionibus, Alex. poſt Bart. in l. ſanctum, ff. de rerum diuiſ. Afflic. deciſ. 71. Facta igitur ceſsione nihil omnino, ne vnus quidem nummus debitori relinquebatur, exceptis duntaxat quibus induebatur veſtibus, glo. in l. penul. ff. de ceſsione bonorum. Faber. & Ial. in d. §. fin. Inſtit. de actio. Quanquam poſtea ſi ad pinguiorē veniſſet fortunam non amplius, quam facere conueniebatur, vt in dict. §. fin. Inſtit. de actio. cum his verò, & leges ſeptem partiti iuris conueniebant, vt videre eſt in l. 1. & 2. tit. 15. part. 5. Et hæc quidem veteris iuris placita erat. At recentiore iure, ſcilicet, Fori, & Recopilationis longè aliter ſe * res 4
habet: duntaxat enim tenetur creditor nouem dies alere debitorem, is autem ſi bonis ceſſerit torque ferreo prominenti collum obæratus creditoribus traditur ſeruiturus illis per ordinem, donec ex operis eius exolutum ſit debitum omne, ſicuti latiùs eſt comprehenſum in l. 12. & 17. titul. 20. & l. 2. tit. 8. lib. 3. Fori, & in l. 4. cum ſequenti, tit. 16. lib. 5. Recopilationis. Hunc verò qui ita creditoribus deditur addictum vocat Quintilianus libr. 7. Inſtitut. capit. 3. vbi eleganter diſceptat, an ſeruus iure dici poſsit. In marito tamen pro dote vxori tradito * hoc iure vtimur, vt abſque torque 5
illo ferreo vxori tradatur, vt placuit Auēd. reſponſo. 8. num. 9. Nam licet contrarium defendat Auileſius in capit. correctorum, capit. 18. num. 7. Humanitatis tamen ratio vicit prœualuitque, vt ſine torque illo vxori tradatur, nec fanè maritalis reuerentia, nec matrimonialis honor aliud nos reſpondere patitur, l. ſecunda & tertia, ff. rerum amota. * Conſentiunque nobiſcum Matienço in l. 6. titul. 16. lib. quinto, Recopilatio. & Suarez de Paz in praxi, 1. tomo, 4. part. capit. 8. num. 4. & Gutierrez de confirmat.

iur. 1. parte, cap. 18. num. 8. * Quid vero si debitor in carcere occalluerit, neque solue
6 re vellit ille, neque satisdare, * neque item bonis cedere: quemadmodum iure consulere sibi poterit creditor? Dupliciter existimo: primum ex iure communi bona debitoris solemni modo addicendo: eo enim casu adhuc licitum est creditori illius bona persequi, vt probat, l. nemo carcerem, C. de exact. tribu. lib. 10. & illic Bar. 0. & Bald. in l. quicunque, colum. 1. C. de seruis fugi. Cifuentes in l. 64. Tauri, quæstio. 20. Deinde potest sibi ex iure Regio consulere quo cautum est, vt si debitor post sex menses in carcere fuerit, neque soluerit, pro eo habeatur, ac si cessionem fecerit, l. 7. titu. 16. lib. quinto, Recopilation. Cessio autem vt legitimè fiat necesse est debitor * debitum
7 non inficietur, atque item bona omnia quę habeat libello complectatur, secundum glossam in l. 1. C. qui bonis cedere possunt, & in l. penult. ff. eodem titul. Euadet autem carceris molestiam, atque hoc flebile cessionis remedium si maior pars creditorum * inducias illi indulserit, iuxta l. cum maiorem, cum sequenti. ff. de pactis, & l. fin. C. de cessione bonorum, & l. quinta, & sexta, titul. 15. part. quinta, quarum intellectum elucidat luculenter Afflictus decisione 278. Idem eueniet si Princeps debitori moratoriam concesserit præscriptio-
9 nem, id est, debiti * dilationem protulerit, iuxta l. quoties, & l. vniuersa. C. de precibus Imperat. offerendis, & l. 33. titul. 18. partita tertia, quarum argumentum præter classicos ibidem expendit Boerius decisione 296. Verùm de his, ac alijs quæstionibus ad hanc rem pertinentibus latè, & eruditè tractant Couarruu. libr. secundo, Variarum, capit. primo: & Baecius in peculiari tractatu de debitore inope: proin nihil nos hic amplius.

SVMMARIVM.

Bona seu pignora in causam executionis capta publica sunt, in subhastatione vendenda, num. 1.

Hastarum nomen vnde veteres vsurparint, numer. 1.

Pignora in executionem capta intra quot dies licere debeant, cum seq. num. 2.

Tridentinum, quid sit Latinè, num. 3.

Præcone desiderato sufficit per iudicem solito more fieri proclama, aut per tabellionem aparitoremue, num. 5.

Primum nundinum debet fieri in loco debitoris, reliqua in foro vbi lis agitatur, num. 6.

Si breuiora tempora quam lege sunt præscripta subhastatio fiat, circunducenda auctio est, num. 7.

Si auctio in prolixius tempus, quam lege est definitum differatur, irrita non est, num. 8.

Leuis solemnitatis omissio non viciat, ibidem.

Curandum nobis magis est, vt res potiùs valeat quàm pereat, num. 9.

Quintæ Partis.

§. Octauus. De præconijs, seu subhastatione pignorum.

SVnt autem bona hæc quæ in causam exè tionis capta * sunt, publica in subhastatione vendenda, l. 1. cum sequent. C. de fide instrument. & iure hastæ fiscalis, lib. 10. l. ordo. C. de execut. rei iudic. l. fin. C. si aduersus fiscum, tradunt Ioann. de Plat. & Bart. in l. si tempor. C. de fide instrument. Fabianus à Monte, de emptione, & venditio. 3 parte, numer. 83. & latiùs Rebuffus ad constitutiones Gallicas 2. tom. in tractatu de præconijs. Vnde verò hoc nomen hastarum vsurparint veteres, tradit Fabianus à Monte in dicto tractatu de emptione, & vendition. 3. parte. Sed verius est inde dici, quòd hasta in foro posita * bona venire solitum erat, vt apparet cum apud alios tum apud Ciceronem, libro secundo Officiorum. * Et in l. tertia, C. propter publicas pensit. * In pace enim subhasta bona venire solebant: belli autem sub corona, vt significat Varro de re rustica, libro secundo, cuius verba, quia egregie ad nos pertinent non inuitus referam. *In emptionibus*, inquit, *dominium legitimum sex fere res perficiunt si hereditatem iustam adijt, si vt debuit mancipio ab eo accepit à quo iure ciuili potuit, aut si et in iure cessit cui potuit cedere, aut si vsu cepit, aut si è præda sub corona emit*, debent autem pignora hæc ter ante addictionem proclamari * mobilia, 3
tertio quoque die, immobilia nono, vt latiùs est comprehensum in illa leg. decimanona, tit. 21. libr. 4. Recopilat. quæ proclamatio per hæc temporum interualla facta trinundinum Latine dicitur, vt apparet ex Cicerone in Oratione pro domo sua,

atque

atque ex Quintiliano, libro secundo, Instit. cap.quarto, tradit, & Valla eleg.lib.3. cap. quinto. Quanquam veteri iure alia tempora ad hæc præconia præstituebantur, vt intelligere licèt, ex leg.sexta, titul.27 part. tertia. Sed & hodie in debitis * fiscalibus, & in rebus pertinentibus ad iudices sodalitatis breuiora sunt præscripta tempora, vt est videre in leg.decimaoctaua, titul.septimo, libr.nono, & l.43. titul. decimotertio, lib.octauo, Recopilatio. & expendit latiùs Auendañus in dictionario, verbo, *abbreuiare*, & in capit.correctorum, secunda parte, cap.12. * Iudices etiam delegati, seu executores, quibus intra certum tempus res finienda committitur has posse præconiorum metas restringere aperta res est, & probat glos. & reliqui in cap de causis, de officio deleg. * Quoniam verò præconia exigit illa lex Regia constat præconis boatu ad id opus esse, quanquam si præco desideretur solitum est licitationem * per iudicem apparitorem vè, aut per notarium fieri, neque id iuri aduersum esse intellige licèt ex leg.11.titul.31.part.septima. Sed & sufficiet tum per edictum fieri proclama, secundum Auenda.in capit. correctorum, secunda part.capit.12 num.secundo. Debet autem primum nundinum fieri in municipio debitoris * reliqua verò apud forum ipsius iudicis exequentis, l.prima, & secunda, ff.de bonis auctor.iud.possid. & apertius in leg.36.titul. quarto, libr.3. Recopilationis. Quod si breuiori tempore * quam lege est definitum pignora licere contingat, circunducenda est actio cum reliquis deinceps agitatis, atque ex integro repetenda sunt præconia executioque restituenda est, in eum locum quo erat anteaquam bona licerent cæteris integris, ac in sua causa manentibus leg.& post eundum, ff. de iudicijs, l.fin.C. aduersus fiscum, l.1. C. de iure hast.fiscalis.lib.10. Quod verò si in prolixius tēpus dilata fuerit actio, * puta quia cum trinundino proclamari deberet, quaterno proclamata sit, an erit circumducenda perinde, ac faciendum esse diximus cum est restricta dies? & magis sedet substinendam executionem esse, ex eo quod vulgo dici solet, leuis solemnitatis omissionem vitium non affert leg. prima, §. fina. ff. de ventre inspiciendo. Bartol. & reliqui in leg. fina. in principio, C. de iure deliber. Abb. in capit. primo, de fide instrumentor. numer. tertio, testatur communem esse opinionem Iason in l.si vnus, num.tertio, C. de testamen. Horum autem dierum obseruationem non magni momēti rem esse quotidianus rerum vsus abundè demōstrat. Nam eodo quid interest, pridie ne, an postridie pro clama fiat? nam quod scriptum est à Bal. in l.ordo. C. de execu. rei iud. harum subhastationum solemnitatem non leuis momenti rem esse, de tota subhastatione dictum esse intelligi debet, non de huiusmodi dierum prolatione, quæ reo quidem magis commodum afferre constat, quam detrimentum. Non me fugit contrariū à pragmatico quodam scriptum esse, verū superiores * rationes me ita respondere cogunt: simul etiam, quia curandum nobis est, vt res potiùs valeat, quam pereat l. quoties in stipulationibus, ff. de verb. oblig. capit. Abbate sanè, de verb. signifi. Denique hanc dierum prolationem vitium executioni non afferre, scribit non obscurè Bart. siue quis is fuit in l.si tempora, C. de fide instrument. libr.10. & Bald. in l.fin. C. qui admitti. colum. prima, & Ioannes Baptista Villalobos in ærario commun. opinio. littera A. numer. 36. quæ sententia, & rerum vtilitati consentanea magis est, ne propter leuis solemnitatis omissionem iudicia in casum recidant. Quæ ratio tantum apud me valet, vt existimem, quod nuper cautum est horæ omissionem in facienda executione illi vitium afferre, accipiendum esse, quando reus debitum offert, & an decima debeatur, necne, de hora dubitatur, alioqui horæ omissionem vitium non afferre, nec aliud legem illam Regiam vellem credendum est. * Id quod * etiam placuisse video Azeuedo in l.fin. tit. 22. libr. quarto, Recopilation. *

SVMMARIVM.

PEractis hastis, seu præconijs citandus est reus ad sententiam addictionis, num.1.

Citatio in iussu iudicis facta inutilis est, nu.2.

Reo se executioni opponente, vel citationi renuntiante necessaria non est citatio, num.3.

Reus citatus ad addictionem intra tres debet ille dies se opponere, num.4.

Anteaquam sententia addictionis pronuntiata fuerit, reus potest se opponere, num.5.

Si reus in ciuitate non reperiatur domi citari potest, num.6.

L.19.tit.21.lib.4. Recopilat. illustratur.

Etiam si prima fuerit citatio ad causam reus non repertus domi citari potest, num.8.

Stricto iure, etiam reus absens domi citari potest, num.9.

Etiam ad recognitionem chirographi citationem domi fieri sufficiat, num. 10.

Citatio domi facta, reo non nocet, si ostendat citationem ad eius non peruenisse notitiam, numer. 11.

In arbitrio iudicis positum est, diiudicet, an citatio domi facta ad rei potuerit peruenire notitiam, num. 12.

Reus quando dicatur reperiri non potuisse, vt domi facta citatio valeat, num. 13.

Curator bonis dari necesse non esse, nisi quando reus absens est a Prouincia, Prouincia quid sit, ibidem num. 14.

Creditores qui debitoris bona possidet, quemadmodum citandi sint, num. 15.

Cum multitudo hominum est citanda sufficit per præconem citationem fieri, num. 16.

Cum ciuitas est, aut vniuersitrs citanda, quid obseruandum sit, num. 17.

Quando non difficulter sciri potest, quis sit aduersarius non sufficit citatio proclama, numero, 18.

Nimiam allegationem turbam dant vitio viri docti omnes, num. 19.

In tam breui vitæ spatio importunum est superuacuis tempore terere, nu. 19

Qui ciuis est illius loci, vbi lis agitatur citari ad omnia acta iudicij non potest, nec inuitus procuratorem accipere, num. 20.

In omni lite peragenda citandi sunt semper quos res principaliter tangit, num. 20.

Valet iudicium etsi ij, quos minus principaliter res tangit citati non fuerint, num. 20.

Inter duos optimates de iurisdictione mota lite necesse non est, vt populus ad causam citetur, num. 21.

Lite super maioratu mota satis est maioratus possessorem ad causam citari, num. 22.

Lite super re dotali mota satis est maritum ad causam citari, num. 23.

Cum mulier sciuit litem cum marito super re dotali mota nocet illi res iudicata, alias non, numer. 24.

Cum res in qua facta fuit executio conducto, vel commodato possidetur, quis sit citandus, numer. 25.

Vtile est, vt omnes quotquot res principaliter, vel minus principaliter tangit ad causam citentur, num. 26.

Lite semel cum procuratore contestata, non dominus, sed procurator citandus est, numero, 27.

Domino litis defuncto causa cum illius procuratore finiri potest, num. 28.

Cum noua instantia in lite succedit, dominus nõ procurator citandus est, num. 29.

Qua in causa appellationis agenda sunt non procuratori prioris instantia, sed domino denuntiari debent, num. 30.

Edicta actio, siue libellus, an procuratori rei notificari sufficiat, num. 31.

Patrio, siue Regio iure, vna tantum citatio in quolibet actu sufficit, num. 32.

In Ecclesia citatio facta valet, num. 33.

Quintæ partis.

§. Nonus. De citatione ad sententiam addictionis.

EXecutionis ordinem prosequentes ventum est ad citationem reo faciendam. Decursis igitur * hastis, & ordine præconio 1
rum peracto citandus est reus ad sentẽtiam addictionis, (*quam de remate appellamus*) textus est, & illic Alber. in l. creditor. ff. de distractione pignor. Afflictus decisione 358. Marantha in specul 6. part. titul. de executione, numer. 19. Sed otiosum est extranea afferre testimonia cum sit id appertissimè Regio iure definitum cum aliàs passim tùm in illa l. 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. Sed & iussu iudicis citationem huiusmodi fieri debere notissimi iuris est, cum aliàs citatio in iussu iudicis facta non valeat. Iason in §. quadrupli, num. 11. Instit. de actionib. Felin. in cap. 1. de libelli oblatione. Meminisse tamẽ oportebit necessariam non esse huiusmodi
* citationem, quando reus ipse anteaquam 2
citaretur, vltro se executioni opposuit, vt scribit Auend. in dictionario, verbo, *almoneda*, vtens in eam rem multis argumentis eisdemque minimè necessarijs, cum id extet expressim definitum in l. 36. tit. 4. lib. 3. Recopil. Tantumdemque erit si ipsi à principio istiusmodi citationi sponte * sua re- 3
nuntiauerit, cum perspicui iuris sit iuri suo renuntiare quemlibet posse. l. si quis in conscribendo. C. de pacti. In hac verò citatione tres à lege debitori præscribuntur dies, intra quos exceptiones suas alleget, sicuti Regia illa lege definitum est. Quanquam si nondum * pronuntiata sen- 4
tentia se opponat (ne sim obscurus cogor interdum non tam elegantibus, quàm notioribus verbis vti) tametsi tres illi dies elapsi fuerint, audiendus * erit, quia quando dies 5
præfigitur actui non constituitur, quis in mora donec fiat actus, etsi terminus sit elapsus, l. Titia, & illic scholiastes, seu interpretes, ff. de accusat. cap. si tibi absenti.

de

de præbend.in ſexto, gloſſa, & gloſſographi in cap.fin.de electio.lib.6.Bald.in Authent.ad hæc,C.de vſuris.Paulus in l.quan diu, 3.ff.de acquirenda hæreditate. Innoc. & reliqui in cap.cum in tua,§. fin. qui matrimonium accuſare poſſunt.Bald. & Alexand. in l. mancipiorum, ff. de optione leg. qua propter minus me mouet Baldi opinio contrarium ſententijs in cap.perſonas,de appellationibus. * Sed & hanc noſtram opinionem moribus probari fidem facit Azeuedo in l.fin.titul. 21.lib.quarto, Recopil.num.121.Illud tamen miminiſſe debemus,ſi reus longè abſit vltra iſtam triũ dierum dilationem impartiri ei debere pro loci diſtantia tempus conueniens ad iter per agendum, iuxta Baldi ſententiam in Authentic.ei qui iurat, in principio, C.de bonis auto.iudic.poſſe. quæ probatur in l. 2. ff. quis ordo in bonorum poſſ. ſer. id quod etiam egregie pertinet ad interpretationem legis primæ,titul.40.legis item primæ,titul.quinto,lib.4.Recopilat.aliarumque multarum legum tum iuris communis, tum Regij. * Sed illud eſt dubitationis, an in perſonam reus citandus ſit, vel an domi denuntiari ei ſufficiat,quod tractat Auend. in dictionario, verbo, *almoneda*, & placet ei in perſonam eſſe * citandum, idem placet Didaco Perez in l. prima, titul. 9. libr. tertio,gloſſa prima, in fine,& in l. quarta, titul.8.libr.tertio,& eiuſdem ſententiæ videtur fuiſſe Couarruu. libr. 2. variarum, capit.11.numer.4.& Auileſius in cap. cor rectorum,cap.10.num.34.Sed paucis contrarium tenendum eſt, neque de ea re vlla eſt hodie dubitatio, cum id expreſsim illa Regia,l.19.titul.21.lib.4.Recopilatio. ſit cautum, ita enim, ait: *Y dados los pregones * ſea citado el deudor para el remate en ſu perſona,ſi pudiere ſer auido,y ſi no,en ſu caſa, haziendolo ſaber a ſu muger,è hijos, è criados, ſi los tuuiere,y ſino,a los vezinos mas mas cercanos.* Cuius deciſio iuri cõſentanea videtur, ſi quidem communis eſt,ac frequens apud interpretes omnes ſententia, quando reus non inuenitur citationem domi factam legitimam * eſſe, etiam ſi fuerit prima citatio ad cauſam, Bartolus in l.4.§.prætor, ff.de damno infect. Tiraquel de retractu linag. §.9.gloſſa ſecunda. Afflictus in cõſtitutio. Neapolit.Rubric.96.libr.1.num.10. eſſeque eam communem opinionem, teſtis eſt Marantha in ſpeculo,6.parte,titul.de citatione,numer.124.& Alexand.conſil.219. volum.6.& Padilla in l.cum quidam,§.fin. ff.de legat.2.num.3.& Iulius Clarus in practi crimi.§.fin.quæſt.31.& Emanuel Suarez in vol.commu.opinio.verbo,citatio. Neq; deſunt iura, quibus hæc ſententia abunde probetur,l.1.ff. de liberis agnoſcendis, in princip.l.ſcire debemus,§.qui autem,ff.de excuſat. tutorum, l.aut aliter, ff. quod vi, aut clam. capit cauſam de dolo, & contuma.cap.fin.de eo qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruand.l.41.titul.13.part. 5.& l.prima,titul 19.lib.quarto, Recopil. moribus autem hanc ſententiam comprobari declarant ſatis Regia diplomata, quæ quotidie à regalibus prodeunt tribunalibus,in quibus ſolemne eſt clauſulam adijci illam, vt ſi pars reperiri non queat domi citatio fiat,atque ſi adhuc in re manifeſta teſtibus opus eſt, moribus ſeruari affirmat Gregorius Lopez in l.1.titul.ſexto,part.3. verbo,*ca eſto*.Quinimo ſententiæ notificationem, quando pars non reperitur domi fieri poſſe ſcribit Bald. in l.ſcire debemus, §. qui autem, ff. de excuſ tutor. & probat apud nos dicta l.prima,titul.19.lib.4.Recopilation. Apparet igitur legem illa * Regiam à iuris communis regulis non abhorrere. Adhuc tamen non deſunt, qui exiſtiment intelligendam illam eſſe quando executio * facta fuit reo præſente. Cæterum citationem domi factam non ſufficere contendunt:atque in his fuit Didac.Perez in l. ſecunda,titu.14.libr.5.ordin.ſcribens Salmãticæ,ita in vſu eſſe:& ad humanus id quidem eſt,atque ciuilius.Cæterum ſtricto iure contrarium verius eſt cum lex illa Regia generaliter loquatur, atque ita generaliter accipiendam eſſe,atque hoc etiam caſu procedere oſtendit pragmatica recens proximis edita Comitijs, quæ eſt hodie l.fin tit. 21.libr.4.Recopilatio.Cùm igitur ad ſententiam addictionis ſatis ſit citationem * domi factam eſſe,idem dicendum eſſe videtur in citatione ad recognoſcendum chirographum,quanquam aliud placuerit noſtratibus,vt diximus hoc eodem capite, 1. parte, §. 5. Quid ergo? Si debitor citationis notitiam nullam habuit?ita ne ſcius, & inauditus iure ſuo occludendus eſt? ſanè eo caſu ſi docuerit citationem ſibi notam non fuiſſe: puta,quia per abſentiam, nec à familiaribus,nec à vicinis certior fieri * potuit, ſuccurrendum illi erit: atque ex integro citandus erit reſciſsis ijs, quæ poſt priorem citationem facta ſunt, ſicuti colligitur ex Innoc.in cap.humilis, de maior. & obedient.& in cap.in noſtra,de procurat.atque apertius ex Baldo in l.ſi eo tempore, C. de remiſs.pignor.probat text.in capit. fin.qui matri-

matrimo.accusare possunt. Permultum autem in iudicis positum erit arbitrio diiudi-
12 cet, an citationis * notitia ad eum peruenire potuerit necne, sicuti placuit Accursio in dicta l.si eo tempore, verbo, *presentes*. Porrò quod lex Regia ait, tum citationem domi factam valere cum debitor reperiri non potuit, quemadmodum illum non reperiri intelligemus? & placet scribentibus, tum demũ hoc casu non reperiri intelligendum
13 esse, * quando perquisitus à notario per ciuitatem sui potestatem non fecerit, neque repertus sit. Bar. in 4.§.prætor ait, ff. de dã no infect. cui reliqui deinceps ab eo stipulã tur interpretes, vt videre licèt apud Marantham, & cæteros autores modo citatos, credereque debemus notario de ea re fidem facienti, ex sententia Bald. in l. si prope randum, §. etsi quidem, C. de iudicijs, & in l. scire oportet, §. multa, ff. de excusat. tuto. Quanquam ex generali consuetudine hoc nõ seruatur, sed satis est si notarius rectà ad domum debitoris vadat, vt scribit Iulius Clarus in praxi. §. fin. quæst. 31. nũ. 17. secundum hæc igitur illud conueniens est di
14 cere, si quis domo quidem absit, * non tamen absens sit à prouincia nocere ei citatiõ nem domi facta, neq; necesse esse, vt bonis curatur detur, sed tùm quidem dandus erit curator quando extra prouinciam abesse contingat, neque spes sit propè modum eũ esse rediturum, iuxta ea, quæ annotantur in l. ab hostibus, §. 1. ff. ex quibus causis maior. atque in l. cum proponas, C. de hæredib. instit. & in l. cum ignorare, C. de restit. militum, & in l. 1. ff. de curatore bonis dando, & in l. 1 24 titul. 2. part. 3. Prouinciam autem intelligas, iuxta glossam in l. fin. C. de præscript. lõg. temp. Sed pone alios esse creditores, qui forsan bona in quibus facta est * executio possideant, quæro an ij in
15 personam, an ad domũ citandi sint, vel an per proclamata citari eos sufficiat? & plenius attingas rogo, quotidiana enim sunt. Respondi, si creditores certi sint nominatim citandos eos esse, vel in personam si reperiri in ciuitate queant, vel ad domum, si reperiri nequeant, sin verò incerti sint per proclamata, seu edictum satis esse eos solemniter citari. Hanc distinctionem amplectuntur Bald. Paul. Angel. & Salic. in l. si eo tempore, C. de remis. pign. & in l. si deserta, C. si propter publicas pensita. hi ijdem reliquique classici, præsertim Iaso in l. decem, ff. de verborum obliga. atque eo iure vtimur. Quanquam enim Bartolus illic in ea fuerit sententia, vt indinstinctè existimaret satis esse creditores per proclamata solemniter citari, atqui aduersus eum communis est sententia teste Boer. decis. 277. nu. 5. quæ quidem probatur in dict. l. si deserta, & l. si eo tempore, atque in Authent. omnes, C. vt si minor ab hæred. se abstineat, & cap. fin. de elect. in 6. quanquam si multitudo * perso- 16
narum citanda esset sufficiet, etsi certi sint, qui citandi sunt eos per præconem solemniter citari, sicuti tradit Iason in d. l. decem, num. 43. dicens esse notabile pauciſque notum: quamobrem in ciuitate citanda dicendum erit satis esse eam per edictum * citari affixum, scilicet, eo loci vbi congregari consueuit. Bald. in l. etiam, col. 4. C. de exec. rei iudi. Marantha in specul. 6. part. tit. de citatione, nu. 94. Hodie verò in ciuitate citanda hoc iure vtimur, vt syndicus, & aliquot ex Decurionibus citantur, argũmento textus in l. municipibus, ff. de condit. & demonstr. quæ Montalui fuit etiam opinio in l. 3. tit. 17. lib. 3. Fori, dicentis, in ciuitate citanda à principio, non satis esse syndicum citare, sed Decuriones esse citandos, post verò sufficere syndicum citari. Illud tamen admonendi sumus, ita generalem citationem per proclama factam sufficere, quãdo aduersarius non est certus: nisi modo citra negotium, atque sine magna * difficul- 18
tate cognosci possit, quisnam sit aduersarius: nam tum curare debet omnino actor, vt is nominatim ad causam citetur, alioquí nullum erit iudicium. Ancharran. & Dominic. in cap. fin. de elect. in 6. Bart. Bald. & Iason, in fin. in princip. C. de iure deliber. Felin. in cap. secundo, num. 8. de constitut. Sigismundus Goffredus, consil. 30. in fine. Menoch. de recuper. possess. remed. 6. num. 101. & remedio 8. quæst. 13. & placuit eidem Bartol. consil. 91. numer. 5. prima parte, & Alexand. consil. quinto, volumin. 2. Possem & alios sexcentos, * ad eam sententiam allegare autores, sed vt alibi diximus 19
nimiam allegationum turbam non tam laudi, quàm vitio dant, cum viri docti omnes, tum Panor. in procemio decretalium, & merito: nam si animaduertis omnis orationis splendor ea defloreſcit, vt omittam in tam breui vitæ spatio importunum esse superuacuis terere tempus. Sed illud tanquam quotidianum dispiciendum est, vtrum citatio generalis ad omnia, scilicet, acta iudicij valeat? & alij quidem aiunt, vt Innocent. in cap. consuluit, de offic. deleg. alij contrà negant, vt Bald. consil. 268. volum. 1. Sed verior est Panormitani opinio in capit. fin. de dilatio. ita distinguentis, aut citandus est

muni-

municeps, seu vicinus illius loci, in quo lis agitatur, & quanquam eo non reperto domi suæ citationes illi fieri valeant, vt paulò antè diximus, atqui citari generaliter ad tam causam iure non poterit, neque inuitus procuratorem accipere. Aut verò citandus non est ciuis illius loci vbi lis agitatur, & tum si monitus procuratorem non constituat, aut designet domum eodem loci, in quo actorum certior fieri valeat loco domus subsellia auditorij designari illi debent: quam Panormitani opinionem communem esse testatur Marantha in speculo, titulo de citatione, numer. 118. & Iasfredus decisi. 47 estque ea tum vsu rerum, tum nostrati Regio iure recepta, vt liquet ex l. prima, titul secundo, lib. quarto, Recopilat. Et hæc quidem pro nostro instituto, qui breues esse studemus satis erant. Sed quoniam, vt plenius attingam rogas sic habeto. In omni lite peragenda citandi sunt *
20 semper à principio ij quos res principaliter tangit, l. de vnoquoque, ff. de re iudic. cum similib. ijs verò citatis tenebit iudicium, etsi reliqui ad quos negotium minus principaliter, seu accessoriè spectat citati non fuerint. Innocent. Bald. Felin. & reliqui in cap. fin. de maior. & obed. Bald. in l. ab eo, colum. vltim. C. quomodo, & quando iudex, Alexand. consil. 85. volum. 6. idem Alex. Iason, & reliqui in l. decem, ff. de verbor. obligat. Idem Iason in l. si quis nec causam, ff. si certum petat. Capitius, decisio. 107. Hippolyt. in dict. l. de vnoquoque, numer. 57. Tiraquel. in libello cui titulus, res inter alios acta, refert plures Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententia, verbo, citatio. Sit exempli causa, si inter duos optimates de iurisdictione alicuius oppidi litigetur * haud erit necesse, vt populus ad cau-
21 sam citetur, secundum Bald. in l. 2. C. de liberali causa. Innocent. & reliquos in capit. inter quatuor, de maiorit. & obedi. Proinde cauendus erit Auenda. qui contrarium scribit in capit. correct. prima parte, capit. quinto, nume. 9. An verò res iudicata, tum noceat aliquo modo ijs qui citati non fuere, res est latior, quam quæ ad hunc locum pertineat, & est satis exposita ab Innoc. in d. cap. fin. de maior. & obed. & à Fabro in §. licet. Instit. de adopt. tradunt Barto. & reliqui in l. sæpè, ff. de re iudic. & nouissimè sedulò explicat nostras Couarruu. practicar. quæst. cap. 13. Illud tamen, quia quotidia-
22 num, & magni momenti * res est dicere nõ omittam mota lite super maioratu (liceat nobis in rebus nouis, nouis quoque vocabulis vti) satis esse ipsius maioratus possessorem in ius vocari, neque necesse esse sequentes in gradu ad causam defendendam citentur, ne per proclama quidem, nec ideò minus res iudicata cæteris nocebit successoribus. Oldraldus consil. 94. num. 19. Ang. & Imol. in l. filius familias, §. diui, ff. de leg. 1. & ibidem Alex. num. 9. & Iason 47. & Rip. 61. Alciat. consi. 492. nu. 33. & tandem (ne crambembis coctam contra prouerbiũ proponamus) hanc post lõgam disputationem testatur magis communem esse opinionem Couarr. practicar. quæst. cap. 13. num. 6. & Villalobos in ærario commu. opinio. littera. A. num. 49. & Minchac. de successione, & creation. §. 6. num. 28. & domin. Anto. de Padilla in l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, nu. 13. ff. de legat. 2. idem facit Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis, vbi nonnullas non contemnendas, subnectit exceptiones, & denique id vsu moribusque obseruari testatur testis satis locuples dominus Præsul Simancas de Primogen. lib 4. cap. 23. & nouissimè alios per multos tam nostratium, quàm alienigenarum referens hanc indubitatam esse opinionem scribit Molina de Primog. libr. 4. capit. 8. vbi ex professo rem tractat. Secundum hæc igitur dicendum est lite super re dotali mota rectè cum marito causam agi validu nque erit iudicium, etsi mulier citata non fuerit, l. doce ancil- 23
lam, C. de rei vend. & illic Bald. Alberic. & Salice. l. aut qui aliter, ff. quod vi, aut clam, Iason in l. maritus, num. 1. C. de procurat. Castellus in l. 55. Tauri, numer. 44. Anto. Gomez super eadem leges, l. 40. num. 73. Quesada diuersa. quæstion. cap. 8. 14. num. 22. Videamus tamen, an mulieri res iudicata * noceat? & interest litis sciens fuerit 24
mulier, an ignorans, secundum Bartolum in l. de die, §. qui mulierem, & sequenti, ff. qui satisdare cogant. Nam si litem sciuerit eis res iudicata nocebit aliter, atque si ignorauerit. Bartol. autem sequuntur illic Paulus, & Ias. & reliqui, & Gregor. Lopides in l. 20. tit. 22. part. 3. verbo, *pero*. Quanquam si vir culpa sua causam perdiderit dotis actio aduersus illum salua mulieri manet, l. pater, in fine, ff. de dote prælc. l. si fundum, ff. de fundo dotali. Quæ res facit, vt si maritus eo casu soluendo non fuerit, succurrendum sit mulieri, & aduersus rei dotalis possessorem sit illi actio danda. Bald. in dict. l. doce ancillam, cui reliqui adstipulantur æque si bona in causam executionis capta non à debitore, cuius sunt, sed à colono commodatarioue * illius possideantur 25

non erit colonus, vel commodatarius necessario citandus, sed satis erit debitorem ipsum citari Innocent. & Cardin. in capit. quoniam frequenter, §. quod si super, vt lite non contestat. Boerius qui plures refert decisione 277. numer. 8. non idem tamen erit si colonus, vel commodatarius non à debitore, sed ab alio conducto, vel commodato habeat, quia tum citandi sunt, possuntque de iure illius tertij allegare: secundum Baldum in l. 1. sub finem, & in l. executorem, colum. 6. de execut. rei iudicat.

* Porrò si colonus, aut inquilinus, alijque, qui alieno nomine possident, ad executionem citati dominum rei conductæ ad iudicium nominauerint, danda est illis dilatio competens intra quam dominum certiorem faciant, iuxta l. 2. C. vbi in rem actio. & l. 29. titul. 2. part. 3. vbi videas, quæ Gregor. affert. * Quanquam in his cæterisque causis mirum in modum mihi arridet Ioan.
26 Andr. consilium * in capit. inter quatuor, de maior. & obed. *ad extremum*, momentis, vt si cantius cui cum spectiusque agere velimus, demus operam, vt omnes quotquot causa respicit ad iudicium appellentur, atque ita omnibus res iudicata nocebit. His illud quoque addendum erit lite semel cum procuratore contestata non dominum, sed procuratorem esse citandum: alioqui citá-
27 tionem domino * factam nullius esse momenti. Bart. in l. furioso, ff. de re iudic. & illic Iason num. 10. Abb. in capit. 2. de testibus, Bald. in l si quando, quæst. 7. de testibus, Maranth. in specul. 4. part. distinct. 16. num. 35. Cœpola, caut. 165. Capitius decisione 861, dque omnium calculis nemine discrepante probari autor est Boerius decisione 285. numer. 5. Conuenienter ergo dicendum est domino lite pendente de-
28 functo * causam ipsius procuratore, etiam eo inuito finiri posse, scilicet, nullo hærede defuncti vocato, l. nulla, & l. procuratoribus. C. de procurat. & illic classici omnes l. si cum procuratore, & illic Iason, nu. 2. ff. de re iudic. probat l. 23. titul. 5. part. 3. eoque iure vti scio nostros Vallisoletanos supremos magistratus. Diuersum verò obseruatur in Parisiensi Parlamento seu Prætorio, apud quos, vt refert Boerius decisione 285. num. 7. moris est, vt hæredes defuncti ad litem prosequendam citentur, quod plane, vbi id commodè fieri potest, puta, quia non longè absunt, magis æquum est * &
29 humanum. Ita tamen intelligere debemus citationem non domino, sed procuratori faciendam esse, nisi modo noua instantia in causa succedat, quia ibi tanquam in re noua dominus citandus est non procurator, vt putà si à primo iudice sit dicta sententia, quamuis procuratori notificari, & possit, & soleat, teneaturque procurator si iniusta visa fuerit prouocare. Cæterum quæ postea, apud iudicem appellationis agenda sunt * non procuratori, sed domino de- 30
nuntiari debent, gloss. in l. non inuitus, C. de procurator. capit. non iniuste, eodem titulo, & vtrobique scribentes Paul. de Castro, consil. 12. & 16. Matthæus de Afflict. in constit. Neapolitan. libr. secundo, Rubric. 17. Boerius decisione 285. nume. sexto, Ioseph. Ludouic. decisione sexta, numer. 7. & ita vtimur. Hæc verò cum lis cœpta est in lite verò incipienda, an actionem procuratori edere sufficiat, tractat Bartol. in l. tertia, ff. de alimen. & cibar. leg. num. 17. cui addito textum * singularem, 31
in l. prima, ff. de liberis agnoscend. in principio, & Clementina prima, de procurat. * *
Ex quibus constat procuratorem generalem ad nouam litem citari rectè posse, suscipereque eum debere defensionem domini absentis, & ita vtimur, vt est autor Ioann. Garsia de nobilitat. gloss. 3. paragrapho primo, num. quarto. Proinde multum erit vafrum, & minus idoneũ mãdatum illud (quale aliquando vidimus) in quo duntaxat data fuit potestas procuratori ad agendum, & non ad defendendum, sicuti tradit Bartol. in leg. mutus, paragrapho pœna, ff. de procurat. & Abb. in capit. accedens, num. quinto, eodem titulo, & probatur in l. prima, C. de satisdando. * An verò vna duntaxat citatio in vnoquoque actu sufficiat, vel an plures necessariæ sint, tractat Bartolus in leg. secenda, C. quomodo, & quando iudex Bald. in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tolliend. vbi distinctionem quandam describit: apud nos verò principalibus * constitu- 32
tionibus definitum extat, vnam tantummodo citationem in vnoquoque actu sufficere, leg. secunda, titulo tertio, libr. quarto, & leg. 51. titulo quarto, libr. secundo, & l. 47. titul. quarto, libr. tertio, Recopilat. Citare autem * in Ecclesia quem posse per notarium secularem de mandato iudicis, scribit 33
Bald. in l. etiam, C. de execut. rei iudicat. In promptu erat nos plura hic de citatione effundere, sed superiora satis. Neque enim omnia persequi consilium est nobis, sed ea tantum, quæ tritialia non sunt, quæque ex vsu magis esse videntur.

SVM-

SVMMARIVM.

Reo se opponente decem illi ad probandum præscribuntur dies.num.1.

Decem dies oppositionis currunt statim, etsi à iudice non assignentur. num.2.

Dies termini, an computetur in termino.n.3.

Opinio, vt dies termini non computetur in termino moribus prævaluit.num.4.

Duabus opinionibus inter se pugnantibus sequenda est illa magis ad quam consuetudinis calculus accesserit.num.5.

Dies oppositionis non computatur in termino decem dierum.num.6.

Testes examinandi sunt intra decem dies oppositionis.num.7.

In causis ordinarijs, an satis sit testes intra terminum produci.num.8.

Elapsis decem diebus oppositionis non potest reus aliquo instrumento vti.num.9.

Dilationem à lege præscriptam iudex proferre non potest.num.10.

Dilatio decem dierum non currit tempore iustitij paschalis num.11.

Feriæ non computantur in dilatione, quando obsorbent totam, vel maiorem partem termini. num.12.

Creditore desiderante, vt decem dierum dilatio prorogetur audiendus est, numer.13. & 15.

Clausula remota appellatione in rescripto adiecta, & in causa reconuentionis locum sortitur.num.14.

Textus in cap.2. de mutuis petitionibus elucidatur, num.16.

Secunda dilatio impertiri, nisi causa cognita non debet.num.17.

Prior dilatio nondum finita prorogari, etiam sine causæ cognitione potest.num.18.

Decem dierum dilatio creditori ignoranti non currit.num.19.

Prorogari dilatio non debet, quando actor ipsius vè aduocatus testificatæ didicerint. num.20.

Dilatio prorogata vtrique parti communis est. num.21.

Decem dierum dilatio ad tertios oppositores non pertinet.num.22.

Dilatio in causis ordinarijs iudicantis arbitrio moderanda est.num.23.

Tertius oppositor veniens post sententiam, audiendus an sit.num.24.

In via executiua testium non admittitur repulsa.num.25.

Etiam decem diebus elapsis respondere tenetur actor positionibus.num.26.

Quando princeps vni præsidi rescribit per consequentiam, & cæteris rescriptum videtur. num.26.

Creditor absens, an venire debeat ad iurandum, & positionibus respondendum.num.27.

Cuius impensis mitti debeat, vt creditor absens positionibus respondeat.num.28.

§.

Quintæ partis.

§. Decimus. De oppositione, & dilatione ad probandum.

REO igitur ad sententiam addictionis citato, si ille intra tres illos dies Regia lege præfinitos nihil alleget, bona addici iubentur, sin autem se opponat * decem illi 1
iursus ad probandum præscribuntur dies, sicuti latiùs est videre in supradicta leg. 19. tit.21.lib.4.Recopil. aliisque multis eiusdem voluminis. An verò hæc decem dierũ dilatio currat reo, statim ac oppositionem fecit, hoc est, anteaquam iudex *illam assignet, tractat Capicius decision. 83. & magis velle videtur, etiam sine termini assignatione, statim ac iudex oppositionẽ admisit dilationem decem dierũ currere, id quod probat, & non obscurè lex Taurina. 64. quæ est hodie.l.3.tit.21.lib.4.Recopil. eam tamen ad tertios non pertinere oppositores alibi diximus. Vtrum verò dies termini cõputetur in termino res est inter iuris interpretes nõ mediocriter * controuersa, adeò 2
quidem (vt si Diuis placet) duæ sint in ea 3
re opiniones communes ambæ, & ambæ sibi inuicem repugnantes, alijs affirmantibus tempus dilationis currere de momento ad momentum alijs contra diem dilationis, id est, in quo dilatio præfigitur non esse in termino computandum, sicuti ne longiores simus videre licet apud Bart. Bald. Paulum, Iasonem, & reliquos in l.1.ff. si quis cautio. & Tiraq. de retractu linag. §.1.glos. 11.num.17. Felinũ in cap. placuit, de præscript. & Dueñam regul. 196. & 197. Verũ opinio illa, vt dies termini *. non com- 4
putetur in termino prævaluit magis, moribusque est magis recepta, vt & ipsimet autores testantur, & hodiernus quoque vsus demonstrat: proinde ea magis sequenda erit, nam vt alibi diximus, atque iterum, iterumque est dicendum, duabus opinionibus inter se certantibus sequenda est illa magis * 5

ad quam consuetudinis calculus accesserit l. cum de interpretatione. ff. de legibus. Sylua nuptialis, lib. 5. num. 64. Habetque opinio hæc non leue complurium, & legum, & canonum fundamentum, præsertim in cap. frequens, de rest. spolia. in 6. & in cap. pia. de exceptio. eod. lib. Et denique circa huius legis speciem, id est, in hos decem dies * oppositionis diem imputatū nō iri tradūt Palac. Ruuius, & Castellus in l. 64. Tauri, ille num. 2. hic 82. Sed nec satis quidem erit si intra hos decem dies testes producti fuerint nisi etiam examinati testimonium * dixerint, vt placet Palac. Ruu. num. 4. & Castel. 86. in dict. l. 64. Tauri, & Auend. in c. correct. 1. part. cap. 16. num. 1. id quod, & Toletana ipsa lex apertè demonstrat, dum ait, *ò por testigos tomados dentro del dicho termino.* Et ita vtimur. Cæteris verò in causis (vt id obiter dicamus) interest, an dilatio præfixa fuerit ad probandum * duntaxa., an etiam ad probandum simul, & probationem finiēdam, nam priori casu etiam post dilationē testes examinari poterunt, interea dum perorata, siue concluſa causa non fuerit, aut certè intra publicationis terminum, posteriori non poterunt, Abb. in cap. licet, num. 2. de probat. Marātha in specul. 6. part. tit. de dilation. num. 19. Boer. decis. 294. quæ quidem egregie faciunt ad interpretationem legis primæ, tit. 6. lib. 4. Recopil. qua in causis ordinarijs præscripti sunt dies, intra quos probationes fieri debeant præcipit que, vt intra dies illic præstitutos testes examinari debeant. Quare, secundum illius legis definitionem dicendum est, si dies dilationis pauciores fuerint, quàm qui ab illa lege præscripti sunt testes intra dilationem seu terminum productos ad conclusionem vsque, aut certè intra publicationis terminum examinari posse. Sin autem dies omnes legitimæ dilationis impertiti à iudice fuerint, tum etsi testes intra terminum producti fuerint, nō poterunt intra terminum publicationis examinari, quia lex dilationē ad probandum, & probationem finiendam atque adeò ad testimonia producenda præfiniuit, sic enim, ait. *Y que el termino que se asignare por la dicha sentencia, sea el siguiente, para probar y auer probado, y para presentar la probança.* Secundum hoc igitur dicendum erit elapsis decem diebus oppositionis audiendum * non esse reum si quod velit instrumentum producere, tametsi cæteris in causis etiam post litis conclusionem instrumentorum postea repertorum productioni locum fore placuerit nō paucis: vt diximus superius, cap. 14. Tempus autem hoc decē dierum proferri à iudice non posse magis est dicendum si quidem placuit inter omnes non posse iudicem dilationem à lege præscriptā quoquo modo * proferre, sicuti apparet ex Raphaele Cumano, & Iasone in l. 2. ff. de re iudic. Hippol. in l. si quis, ne quæstio. ff. de quæstio. Iam ergo hoc termino elapso moram purgari non posse dubitauerit nemo, secundum ea, quæ affert Alexand. consil. 133. volum 6. nam, quod scriptum reliquit Iaso. in l. 1. num. 3. ff. de noui operis nuntia. quæ recipi non debuit probatio facta tamē valere, neque aliàs probauimus, neque hic recipiendum puto. Sed neque illud indignum erit * vt dicamus si isthac decem dierum dilatio inciderit in institiū illud, quod sacra sub paschata vsu moribusque quotannis solemne est obseruari, vt in cap. fin. de ferijs. & in l. 34. tit. 2. part. 3. durante institio sistere dilationem, tum ex l. omnes, in fine. C. de ferijs, sic enim ait. *In quindecim autem paschalibus diebus compulsio annonariæ functionis omniumque publicorum priuatorumque debitorum differatur exactio.* Tum quia quando feriarum solemnia adeò in longius protenduntur, vt iudicialem * dilationem, vel totam, vel certe magna ex parte absorbeant, feriæ non computantur in dilatione. Hostiēsis in cap. licèt causam, de probatio. Lanfranc⁹ in cap. quoniam contra. tit. de dilatione, num. 12. Marantha in Speculo eod. titul. num. 18. & in specie huius Regiæ legis, ita scribit Castellus in l. 64. Tauri. num. 84. * Sed & illud ex facto quęsitum est vtrum minor aduersus huius dilationis lapsum in integrum restituendis sit? & sic sanè videtur, quia hoc beneficium nunquam minoribus sublatū intelligitur, nisi lege caueatur, iuxta glos. illam singularem in l. postquam liti. C. de pactis, nam lex Regia, qua definitum extat, neque appellationem, nec nullitatem non esse impedimē to quo minus creditori, secundum quē pronuntiatum est, satis fieri debeat. Ea est l. 3. tit. 21. lib. 4. Recop. loquitur sanè postquā sententia addictionis prolata est, nam tum sublata appellatione, & in integrum restitutio sublata videtur ex his, quæ affert Iason. in l. 4. §. condemnandum, num. 26. ff. de re iudic. At nos quæstionem mouemus antequam sentētia dicta sit, quæ diuersa res est. * Sed & illud non inuitus quæsierim, si actor hanc decem * dierum dilationem sibi proferri desideret, an audiendus sit, quę quidem quęstio cum identidem in foro contro uerti ex facto soleat à nemine tamen nostra

tium

tium (quod sciam) tacta est, nisi ab vno Mõterroso, quem in tanta quanta hoc loco est autorum raritas citare non piget, is ergo tractatu tertio prorogandam actori dilationé esse affirmat, porrò aduersatur illi haud mediocriter, quod iuris regula conrinetur nõ debere actori licere, quod reo licitum non existit regula, non debet, de regulis iuris in 6 aduersatur etiam decisio textus, in cap. 2. de mutuis petitionibus, vbi clausula, remota appellatione adiecta rescripto retorque-
14 retur etiam in causa * reconuentionis, aduersus hunc ipsum qui rescriptum impetrauit, simulque refragatur, quod illius textus argumento consultus respõdisse fertur Antonius de Butrio, stante statuto, vt in exequendo guarentigio instrumento debitori appellare non liceat vice versa aduersus creditorem lata sententia denegandam illi appellationem esse. Butrij autẽ respõso subscripsit se Baldus Nouellus de dote. 6. part. priuilegio 2. num. 12. & id tanquàm singulare inter sua retulit singularia Hippolytus de Marsilijs singulari. 389. & sunt hęc quidem pro reo argumenta non leuia quæque forsan quempiam in suas partes rapiãt. Ego verò nihilominus magis adducor, vt existi-
15 men * creditori id desideranti dilationem proferendam esse, namque illa regula superius citata non debere actori licere quod reo licitum non existit, sic interprtãda est, vt locum minime habeat quando aliquid in fauorem rei introductum à lege fuit, nam vt est alia regula comprehensum, id quod alicuius fauore introductum est in illius dãnum conuerti non debet l. quod fauore. C. de legibus, l. nulla. ff. eodem tit. l. 3. §. duæ cautæ, d Carboniano edicto, & aliàs passim porrò dilationem hanc in creditorum fauo-
16 rem restrictam * fuisse satis superque ex Toletana illa lege intelligere licet in Ciuile erit ergò, si id quod in creditorum gratiam introductum fuit nos illud in eorundem detrimentum torqueamus. Nec me cõturbata, text. ille in cap. 2. de mu. pet. neque illud quod illius argumento respondit Butri, nãque illius text. decisio, procedit, tantum quando ad partis postulationẽ fauor impartitur aliter, atque si, vel motu proprio, vel l. definiti ne introductus sit fauor, sicuti placet glos. fin. in d. cap. 2. & in d. Regula, quod ob gratiam: & sentit quoque glos. & reliqui in dict. l. quod fauore. C. de leg. siue mauis (vt ego quidem sentio) in illo cap. 2. non constat solius actoris fauore appellationem remotam fuisse, neque in dubio id præsumere debemus, cum sit res maximi præiudicij, atque ex qua maxima inter actorem, & reum inæqualitas introduceretur: at qui in hac specie de qua agimus longè secus se res habet, tum quia, vt diximus, manifesto in creditorum fauorem tam breuem dilationem, Regia l. præfixit, neversutij debitores diem trahant solutionem procrastinentur: tum quia debitoribus nihil incommodi accedit ex eo quòd creditoribus dilatio profe ratur: diuersa igitur hoc casu rei, actorisque causa versatur: quo casu illius text. decisionem (capit. 2. de mutuis petitionibus dico) non procedere, sed potius illam l. quod fauore. C. de leg. non obscurè sentit Panorm. inibi. num. 2. relinquitur igitur creditoribus, id desiderantibus, 10. dierum dilationem prorogãdam esse, ne quod in fauorem illorum constitutum est in ipsorum damnum vertatur. Quod tamẽ ita erit, dummodo creditor anteaquam 10. dierum dilatio lapsa fuerit * eam sibi in vlterius tẽpus pro- 17
ferri postulauerit, nam tametsi. 2. dilatio impartiri, nisi causa cognita nõ debeat, iuxta ea quæ notantur in l. oratione & l. fin. ff. de ferijs, & in cap. in causis, & in cap. vltra tertiam. de test. & probat. l. 3. tit. 15. & l. 33 tit. 16. part. 3. attamen prior dilatio * non- 18
dum finita prorogari in longius tẽpus etiã sine causę cognitione rectè poterit, quia nõ alia, sed eadem dilatio intelligitur l. sed etsi manente. ff. de precario. Specul. tit. de dilatione. §. nunc videamus, num. 4. Angel. in l. fin. ff. de ferijs. & illic Paul. num. 7. & Iaso. 42. Quamuis contraria opinio crebrior sit moribusque apud Gallos obseruata dilationem non nisi causa cognita proferri, vt autor est Boer. decis. 294. Cæterum superior opinio apud nos moribus magis increbuit, sicuti quotidianus forensis vsus satis demonstrat. Quamquam illud admonendi sumus eiusmodi 10. dierum * dilationem 19
creditori ignoranti non currere, id quod & reliquis omnibus dilationibus cõmune est, vt non currant nisi postquam denuntiatæ litigatoribus fuerint. Bart. in l. Labeo. in fi. ff. de iniur. Bald. in l. 1. C. de tempor. appel. Alexand. cons. 34. vol. 1. Marant. in spec. tit. de dilatione. num. 14. Præterea neque huiusmodi dilationem creditori prorogabimus, si forsan is aduocatusve eius iam * 20
testificata didicerit, ex decisione text. in Authent. de test. §. quia vero. coll. 1. & cap. fraternitatis. eod. titul. & l. 34. tit. 16. part. 3. & l. 5. tit. 6. lib. 4. Recop. * Id quod nostram amplexus sententiam tenet Gutier. pract. quæst. lib. 1. quæst. 116. & Azeued. in l. 1. tit. 21. num. 42. lib. 4. Recop. * Iã illud *

manifes-

21 manifestum est * istiusmodi dilationem in longius tempus prorogatam, & reo quoque communem esse. l. petendæ. C. de temp. in integ restit. Felin. in cap. 2. de mutuis petitionib. certum etiam est hanc, 10. dierum dilationem ad tertios non pertinere oppositores (vt vulgo vocant) id enim, & * iure cõmuni satis compertũ est, ex cap. super eod. de offic. de leg. & tandem Regia lege definitum extat. in l. 41. tit. 4. lib. 3. Recopil. quæ mulieres dote, & reliquos tertios oppositores via ordinaria audiendos esse decernit: id tamen ita accipere debemus, dummodo longiores dilationes non demus, quam causa postulet. 23 * summaria enim causa est, & summariè tractanda l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Iudicis ergo erit officiũ, vt pro rei qualitate, & locorum distãtia suo arbitratu dilationis moderetur, nã & alioqui in causis ordinarijs dilationes iudicis arbitrio pendent, vt eas quidem restringere valeat, non tamen longiores, quàm quas lex præscribit indulgeat l. oratio. ff. de fer. l. 1. C. de dilatio. Clemẽt. sæpè, de verb. sign. Bart. & Alber. in l. siue pars. C. de dilat. Alexand. Iason. & Zazius in l. 2. ff. de re iudica. decis. Ped. 22. num. 13. & probat apud nos l. 33. tit. 16. part. 3. & l. illa. 1. tit. 6. libr. 4. Recop. Neque sunt ferendi, qui dicunt dilationes omnibus peræque iudicijs (id est, tã summarijs, quam ordinarijs) æquales esse debere quos refert Iason. in l. fin. num. 3. ff. de feriis, quę opinio falsa est, & iuris rationi simulque litium expeditioni sanè, quam aduersatur. Etenim in paruis litibus tragœdias mouere (vt Quint. inquit) tale est quasi si personam Herculis illiusque cothurnos aptare infantibus velis. * Sed illud admonendi sumus quantum ad dilationes seu terminos attinet, remitti viæ executiuæ rigorem in tertio, quantum verò ad causam principalem eatenus remittendus erit quatenus tertius causas ostenderit, quæ executionem impediãt, velut intelligere licet ex his, quæ inferius asseremus. §. sequent. num. 59. & §. 15. num. 1. * Sed quid si elapsis 10. diebus oppositiones atque forsan iamaddictionis lata sententia * tertius oppositor in ius 24 veniat, an audiendus, sit & scribit Gregor. Lop. in l. 11. titul. 14. part. 5 gloss. 1. audiẽdum eum esse, si ante datam possessionem veniat, suffragaturque illi Bart. in l. fin. in fine. C. de edict. Diui Adrian. Tollend. Quod dicendum quidem est, si ex sua persona prius ius allegando veniat, secus si coadiuuãdo ius debitoris, sicuti placet Castell. in l. 64. Tauri, num. 96. Atque cõprobatur ex ijs, quæ affert Couarru. pract. cap. 14. num. 4. & Afflict. decis. 235. & Bald. in l. si eo tẽpore. C. de remiss. pign. quorum distinctionem probare quoque videtur l. 15. tit. 10. lib. 2. Recopil. Sed iam alio trãsgrediamur, si illud tamen prius adiecerimus * in hoc 25 executionis iudicio testium repulsam non admitti: hoc enim, & aliàs in omnibus summarijs iudicijs generaliter receptum est, vt testium repulsæ locus non detur, c. veniens 2. de testib. & illic Ioann. And. Abb. Felin. & reliqui & Auend. in cap. correct. 1. part. cap. 4. num. 16. Couarruu. pract. q. cap. 17. vers. 7. Mexia l. Tolet. 1. part. fundam. 1. n. 1. Sed illud est tractandum: reus elapsis decem diebus postulat, vt actor positionib. respondeat quæro, an audiendus sit? res est enim frequens, nec satis inter nostrates decisa. Nam Roder. Suarez in l. post rem. §. sed pulchrum, scribit etiam elapsis decem diebus cogendum esse creditorem iusiurandũ absoluere, ab eo verò dissentit Auendan. in cap. corrector. 1. part. cap. 16. num. 2. * * cui etiam accedit Suarez de Paz in praxi. 1. tom. 4. part. cap. 3. num. 40. * Quorum ego rationes, & argumenta nõ moror, est enim quæst. hæc leg. Regię definitione profligata. Ea est. l. 72. tit. 4. lib. 3. Recopil. vbi expressim ipsius Suarez approbatur opinio, id quod etiam animaduertit Olanus in concordia luris, lib. C. num. 77. Planè * tamet- 26 si l. illa Regia lata sit ad præsides illos prouinciarum (*quos vulgo Alcaldes de los adelantamientos appellamus.*) Verũ illius ratio quæcumque illa sit, vt omnesque in vniuersum iudices cõprehẽdat necesse est. Adde quod quando princeps vni præsidi rescribit, per consequentiam omnibus rescripsisse videtur, secundum Bart. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdictis, & releg. Paris de syndicat. §. officialis, cap. 1. num. 14. Iaſ. in l. 1. num. 7. ff. de const. princ. Quanquam. l. illa Regia accipienda videtur, quando creditor est præsens, nõ si longè absit, sic enim opinionem suam Suarez ipsemet interpretatur. * Atque etiã Gutierrez pract. quæst. * lib. 1. quæst. 117. num. 8. * Abesse autem 27 accipiendum puto. * cum extra prouinciã moratur, iuxta gloss. & interpretes in l. fin. C. de long. tempor. præscri. Cum igitur ita actor abest reo incumbit ac at, vt intra decem dies oppositionis positionib. ille respõdeat fiet autẽ id, aut per notariũ delegatũ, vel datis literis ad iudicẽ loci, vbi actor moratur, iuxta l. 22. tit. 5. part. 3. & l. 31. tit. 7. lib. 4. Recop. Pertinet autem eius rei impẽsa si iura spectamus * ad actorẽ ipsum, qui 28 abest

Intelligas hoc iuxta ea, quæ de tertio oppositore dicemus. §. sequenti.

abest, iuxta gloss. & Bart. in l. 2. §. defendi. ff. ex quib. causis in pos. eat. & alios quos referunt Afflict. decis. 177. & Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. & Ioseph. Ludou. decis. 74. num. 10. Cæterum si mores spectamus vsitatum est apud nos, vt id impensis petentis fiat, vt refert Gregor. Lopez in dict. l. 22 tit. ul. quinto. part. tertia, verbo, *ò si fuere a otra parte.* * Idem facit Guttierrez practic. quæst. libr. 1. quæst. 63. *

SVMMARIVM.

Lex 1. tit. 1. lib. 4. Recopil. reconciliantur. num. 1.

An executiones aduersus executionem admittẽdæ sint. num. 2.

L. Henricia non est abrogata per Toletanam leg. num. 3.

Legitimum id dicitur, quod lege recipitur. num. 4.

Leges quæ eodem volumine sunt, neque priores, neque posteriores dicuntur. num. 5.

Aduersus executionem exceptiones tantum lege Henricia expresse admittenda sunt. num. 6.

Casus exceptus, quando debeat extendi. num. 7.

Dura etsi l. sit, sufficit tamen ita scriptum esse. num. 8.

Aduersus executionem non solum admittendæ sunt exceptiones directæ, id est, quas Henricia lex expressit, sed etiam vtiles id est, quæ ex ipsius legis sententia iuste colliguntur. num. 9.

Directa actio non minus dicitur ea, quæ ex sententia seu mente. l. colligitur quam quæ ex verbis. num. 10.

Nullitatis exceptio contrà executionem admittitur. num. 11.

Nouationis exceptio aduersus executionem locum habet. num. 12.

Transact. except. aduersus execut. obiici potest. num. 13.

Simulationis exceptio, an aduersus executionem admittenda, num. 14. & 15.

Contract. in leg. fraudem factus nullius est momenti. num. 16.

Exceptio quæ ex persona descendit locum habet in executione. num. 17.

Exceptio declinatoria locum habet in executione. num 18.

Litis pendentis exceptio aduersus executionem locum habet. num. 19.

Si quis primum viam ordinariam ingressus fuerit non est illi ad viam executiuam regressus dandus. num. 20.

Lite pendente aduersus vnum ex reis debendi, an aduersus alterum creditor regredi valeat. num. 21.

Debitore via ordinaria agente potest nihilominus creditor viam executiuam intendere. numer. 22.

Ecclesiasticus iudex, an possit inhibere iudicem secularem exequentem. num. 23.

Compromissi exceptio aduersus executionẽ admittenda est num. 24.

Exceptiones instrumento directo non repugnantes admittendæ sunt in executione. num. 25.

Exceptiones quæ veniunt ex natura contractus reijciendæ non sunt in via executiua. nu. 26.

Exceptio rei non traditæ, seu pretij non soluti. locum habet in causa executiua. num 27.

Quando ex eodem contractu venit actio, & except. perinde est guarentigiata except. sicut, & actio. num. 27.

Cum aliquod corpus vectigalium cõducitur, locum non habet except. rei non traditæ, ob id quod pars aliqua non magna tradita non fuerit. num. 28.

Cum inter emptorem, & venditorem satis non conuenit vter prius cõtractui pareat, quid ius dicens sequi debeat. num. 29.

Compensationis exceptio contra executionem locum habet. num. 30.

Solutionis verbo satisfactio omnes intelligitur. num. 30.

In executiuis causis conuentioni locum non dabimus. num. 31.

Aduersus instrumentum guarentigium quemadmodum probanda solutio sit, num. 32.

Qui trium annorum proximiorum solutionem probauit, & anteriorum probasse videtur. num. 33.

Creditore instrumentum debitori tradente solutio præsumitur. num. 34.

Iuramentum in supplementum probationis in executionis causis non defertur. num. 35.

Acceptilationis exceptio, & in executiuis causis locum habet. num. 36.

Inter accepilationem, & pactum de non petendo quid interest. num. 36.

Instrumentum suspectum de falso, habetur pro falso. num. 37.

Obligatio facta in carcere, quando valeat. numer. 38.

Si iniuste captus soluat, quod re vera debebat ad repetendum actionem non habet. num. 39.

In causis executiuis non admittuntur exceptiones, quæ longiorem exigunt indaginem. numer. 40.

Exceptio de dolo in causis executiuis, quando locum habeat. nmm. 41.

Non

Non auditur in causa executiua dicens deceptũ esse vltra dimidium iusti pretij num.42.
Error calculi quando sit admittendus in executiuis causis.num.43.
Alius est error calculi alius rei.num.44.
Exceptio diuisionis, quando sit admittẽda in causa executiua.num 45.
L.1.tit.16.lib.5.Recepil. elucidatur. nu.46.
In causa executionis non auditur reus potens, vt suis impensis agatur aduersus alterum cui iota accesit vtilitas.num.46.
L.vnde quæritur.ff.commo.illustratur. nu. 50.
Exceptio non numeratæ pecuniæ, an admittenda sit in causis executiuis. num.51.
Exceptiones aduersus executionem, ita lex reijcere videtur, vt tamen ius integrum reseruet reo, vt denuo ordinaria via experiri valeat. num.52.
In integrum restitutio admittenda, an sit in executione.num.53.
In generali exclusione exclusa nõ videtur in integrum restuutio minoribus competens. numer.54.
Exceptiones reiectæ in causa executiua, & in appellationis instantia reiectæ videntur. numer.55.
Causa appellat. non est diuersa à priori instantia.num.56.
Capit. fin. de appellat. in. 6. elucidatur. numer.57.
Tertius oppositor in causa executiua vti an possit exceptionibus reiectis.num.58.
Tertius oppositor vt audiatur non habet necesse docere summatim de iure suo.num.59.
In causa executiua occurrentibus pluribus creditoribus quid ius dicens sequi debeat. numer.60.
Tertius oppositor malitiose veniens nõ debet audiri.num.61.
Cum est controuersia super pignore in executione capto iustè postulat creditor, vt in alia re executio fiat.num.62.

Quintæ partis.

§. Vndecimus. De exceptionibus, quæ aduersus executionem admitti debeant, necne.

SVpereſt exquiramus, quæ nam exceptiones aduersus instrumentum publicum admitti debeant. In quo non omnia, quæ hoc loco multis verbis à Doctoribus tradi solent perie quar, ne longior nostro instituto (qui breues esse volumus) fiat sermo. Sed duntaxat quantum quo quomodo ad rem declarandam sufficere videbitur in medium afferemus. Res est autem hęc, vt magni quidem ponderis, & momenti, ita quæ non satis plana, sed maximè controuersa sit: cum non tantùm iuris interpretes, sed etiam leges ipsæ Regiæ inter se non mediocriter pugnare videantur. Nam vt à legibus incipiam duæ sunt leges, quæ maiorem in modum inter se dissentire videtur, hæ sunt lex prima, & secunda, tit.21.lib.4.Recop. quæ quanto loco propinquiores sunt hoc longius sententia distare videntur: itaque cominus non è minus pugnant, & idcirco periculosius multo decertant. Etenim lex illa prima (quam à Rege * Henrico illius autore Henriciam appellamus) omnes omnino exceptiones, atque defensiones aduersus contractus, aduersus nomina seu obligationes, aduersusque sententias, & demum cæteras scripturas paratam habentes executionem excludit, præter illas tantum solutionis pacti cõuenti, falsi, vsuræ, vis, ac metus: illius enim hæc verba sunt. *Mandamos, que contra las obligaciones è contractos, è compromissos, ò sentencias, ò otras qualesquier escrituras que tengan aparejada execucion, que no sea admitida, ni recebida por nuestros juezes ninguna otra excepcion, ni defension, saluo paga del deudor, ò prouimission, ò pacto de no lo pedir, ò excepcion de falsedad, ò excepciõ de vsura, ò temor, ò fuerça, è tal que de derecho se deua recebir, ò si otra qualquier excepcion se alegare, no sea recebida, ni el q̃ la opusiere sea oydo: è no embargante otras qualesquier excepciones, el juez proceda a execucion del tal contrato, ò sentencia è lleuela a deuido efecto.* Contra vero lex illa secunda, quæ Toleti lata est omnes in vniuersum legitimas exceptiones admisisse videtur, ita enim, inquit. *Y que las justicias no dexẽ de lo anssi hazer è cumplir, por paga, ò excepcion que los dichos deudores aleguẽ: saluo si dentro de diez dias mostrare la tal paga, ò legitima excepcion.* Vides vt ex diametro leges inter se pugnent? Nil mirum igitur si interpretes * inter se dissentiant: quãdo legislatores ipsi parum inter se constare videantur. Variant autem in ea re magnopere autores, nam alijs quidem placuit eiusmodi leges, quibus exceptiones aliquæ admittuntur, & repelluntur cæteræ, ita accipiendas esse, vt friuolæ dũtaxat nõ omnes summoueri videantur. Huius sententiæ fuit Cynus in l. ita à nobis, C. ad legẽ Iul. de adult.

1

2

Angel.

Angel.quoque ibidē, atque rursus in l.scien du n.ff.de euictio.Socin.etiam cōsil. 38.1. parte.Atque item ex nostratibus hanc amplexus est sententiam Suarez in l. post rem 2.part.§.1.& 2.Atque in illo.§.1.scribit legem illam Henriciam antiquatā esse per illam alteram legem Toletanam:eiusdemque sententiæ sunt Gregor.Lop.in l.10. tit. 12.part.5.verbo, *In parte*, & Didac. Per. in l.4.tit.8.lib.3.ordi. Alij rursus aiunt istiusmodi leges summouere tantummodo posse exceptiones, quę iuris humani sunt, nō quæ iuris sunt naturalis, aut gentium. Bald. in l. si non sortem.§.indebitum.ff. de cond. indebit.& in cap.à nobis, in fin.de excep. Panorm.in cap.ex part.2.de offic. de leg. Felin. in cap. cum dilecti. de except. Hippol. cons. 31.num.42. Alij verò non omnes indistinctè exceptiones admittendas putant, sed eas duntaxat quæ à lege fuerint expressæ, in quibus fuit idem Bald.in dict.l.ita nobis.C.ad l.Iuli. de adult. & Bart. in l.1.§. parum refert.ff.quod vi, aut clam. Anton. de Butrio, & ibidem Decius in cap. ex parte. 2.de offic.deleg. Abb.in cap. item cum quis de rest. Ipol.a.Guido in tract. cōpulsorarū Angel.de Aretio, & Imol.in l. fin. ff. à quibus appellare non licèt. Anton. de Canario de executionin.instrument.quæst.3.Iaso. in l.ii constante, num. 85. ff. soluto matrimon.Socinus regul.130. & ad hunc quoq; numerū aggregare possumus glossam Abb. & reliquos classicos in dict.cap.ex part. secundo, de offic.deleg atque ex nostratibus Auend.in cap.correct. 1.part. cap. 16. vbi affirmat legem illam Henriciam, haud quaquam abrogatam esse per illam alteram Toletanam, & rursus id latius prosequitur in titulo *de las excepciones*, & eiusdem sententiæ sunt vbique D.Padilla præsertim in l. si non tranlactionis, num. 8. & in l. error. n. 7.C.de iuris, & facti ignor. Et denique (ne de singulis agam) ita & iuris communis, & Regij interpretes hac in parte fluctuant varijque sunt, vt si eorum commentaria quāuis satis prolixa perlegeris, discernere vix queas quid potissimum in ea re sequendum putes. Quid tu ergo in tanta: & legum, & autorum simultate, totque discoloribus sententijs? Sanè in primis illud existimo legem
3 * illam Henriciam abrogatam non esse per illam alteram Toletanam, tametsi posteriorē, atque rectius in ea re sentire sentio Auendanum, quam Rodericum Suarez. Etenim cum lex illa Toletana legitimas exceptiones admittat non aliàs admissse credendū est, quam quę anteriori lege, id est, Hēricia nominatim comprehensę sunt. Nam rogo quis legitimas exceptiones dixerit eas quas lex ipsa reprobat, atque refellit? num ècōtrario legitimum * in iure dicatur quod lege recipitur, & probatur, l. legitima. ff. de pactis l.3.§.fin.ff.pro socio. Decius cons. 258.volum.2.num 4.præsertim cum legū effugere correctionem debeamus l. præcipimus.C.de appellat.vt interim faceam leges, quæ eodem in volumine digestę sunt, nec anteriores, neque posteriores centeri. Ioann. And.in cap.vt officium, de baptis. in 6.Paris de syndic.§.statutum.e.1.nu. 4. 4
5 Denique Henriciam illam legem * antiquatam non esse si aliquando dubium fuit, hodie tamen luce clarius patefacit.l.19.tit.21 lib.4.Recop.quæ cū nouissime lata sit adhuc tamen illam legem abrogatam non esse apertissime demonstrat, & quæso si abrogata esset, vt quid membranas occuparet? Præsertim hac noua nostratium legum cōpilatione edita, cap. Romanorum, distinct. 19.Si igitur abrogata non est videamus ex tribus illis opinionibus, quas modò retulimus, quænam potior sit. Et mihi sane Bartoli, Baldi Auendani, * & reliquorum, quas
6 posteriori loco citauimus, vt receptior, ita & verò magis accedere videtur opinio, id est, vt non omnes in vniuersum exceptiones admittendæ sint, sed duntaxat illæ, quæ nominatim lege Henricia expressæ sunt. Quamuis enim casus exceptus extendi debeat ad casus eandem rationem * habentis,
7 glossa in l.1.C.de condict.indeb.verbo, iudicati. Panor.in c.cum omnes, n.7. de constit. Atqui id locum non habet, quando lex nominatim, aut verbis generalib aut dictione duntaxat, aut similibus cæteras exceptiones excludit Bartol.in l.si constante. q.9.ff.solut.matri. & illic reliqui Bald.in l. 1.§.excipiuntur, in fine. ff. de ferijs. Rom. cons.271.num.3. Nam si verbis apertis lex ita definit, nos legi repugnare qui possumus? dura dura etsi lex sit, sufficit * tamen
8 ita scriptum esse l.prospexímus. ff. qui & à quibus in libert. procl. liceat. ibi enim nobis interpretandi locus relinquitur vbi legis mēs, aut verba dubia sunt, nō vbi sunt aperta l.non aliter ff.de leg.3. Ex quibus omnibus aliisque multis, quę nos ne prolixissimus missa facimus, relinquitur ex illius Henricię legis definitione non omnes omnino exceptiones aduersus executionem admittendas esse, sed illas duntaxat ipsamet Regia lege comprehensas: in quam sententiam eo procliuior sum, quod lex illa Henricia nihil aliud agere videatur, quā vt omnes iuris natura-

turalis, atque gentium exceptiones debitoribus reseruet. Quamquã enim verò re altius * pensando, & illud quoque ipse mecũ reputo. Toletanam illam legem non temere ad legem illam Henriciam anteriorem se specialiter non retetiisse, sed tagitimas tãtum exceptiones admittendas dixisse. Atque itidem non sine causa legem illam nouissimam à Rege nostro Philippo editam vtramque legem, & Henriciam, & Toletanam comprobasse: sic enim ait. *Si dentro de tres dias se opusiere, y alegare excepcion legitima, conforme a la ley primera y segunda de este titulo.* Cur ita quæso? nempe, vt darent intelligere, sicuti se exceptiones omnes non admittere, ita etiam non tantum eas quę legis ipsius Henriciæ verbis exprimũtur velle recipere, sed alias etiam quæ ex eiusdem legis sententia, seu mente comprehẽdi possent. Atque vt apertius meam tibi exponam sententiam, summa rei hæc est, hocque velle Regiæ illæ leges videntur, vt non tantũ aduersus executionem admittamus exceptiones directas, ideſt, ipsius Henriciæ legis verbis nominatim comprehensas: sed & vtiles, id est, aliàs quæ ex ipsius sententia, atque mente colligi iustè queant. Etenim legitimæ exceptiones non tantum dicuntur illæ quas legis verba dictitant, sed illi etiã quæ ex sententia, seu mente ipsius comprehendi rectè possunt. l. nominis, & rei. §. verbum. ff. de verborum significat. verbum, in quit, *ex legibus sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quam ex verbis.* Textus etiam elegans in l. 2. §. si mater. ff. ad Tertul. l. nõ dubium. C. de legibus. quo circà legitima tutela non minus dicitur ea, quæ venit ex mente legis, quam quæ ex verbis. §. 1. Inst. de legiti. parẽtum tutela. l. tutela. & illic Bartol. ff. de legitimis tutoribus. æquè & directa actio * non minus dicitur ea quæ ex mente legis colligitur, quam ea quæ ex verbis. Bartol. in l. curatoris. C. de nego. gestis, & in l. actio. ff. eodem titul. Felin. in cap. aduersario, de except. directę ergo, & hæ exceptiones non malè dici possent, sed docendi gratia vtiles illas interim appellabimus, nam quod de actione dicitur, & de exceptione itidem dicendum est, nam vt actio sic, & exceptio quoque vtilis, & directa dicitur l. quoties. ff. de præscrip. verbis. Atque vt eleganter Romanus inquit Pontifex, *termini restrictiui natura hoc habet, quòd sic excludit ab ipso extranea, quæ cuncta ad ipsum pertinentia concludit.* Clementina exiui, de verbor. significat. col. 3. Quid ergo? Secundum hæc futurum erit, vt omnes in vniuersum exceptiones iuridicas admittas: friuolasque tantum repulisse videaris? quæ Cyni illiusque fautorum fuit opinio. Non est ita. Neque enim ex hominis cuiusquam interpretatione, seu arbitrio exceptiones admittemus, sed eas duntaxat, quæ ex ipsius Henrici legis mente legitima interpretatione comprehendi queant, quæ vtiles iure dicũtur, & demum eas tantummodo, de quibus si legislator interrogatus esset, verisimile est admittendas esse responsurum fuisse, ex sententia glossę, in l. tale pactum. ff. de pactis, quã multis exornat Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. in princip. num. 55. & Sylua nuptia. lib. 6. num. 15. & Anton. Gabriel in volum. commun. opinionum, lib. 6. tit. de regul. iuris, cõclusio. 10. Sed id quid qualeque sit exemplis demonstremus oportet. Ecce igitur * cum Henricia illa lex de iustrumento seu scriptura paratam habenti executionem loquatur, manifesto sentit de valido, & legitimo acceptum iri, nõ deinutili, & irrito. Quid ni? cum id quod irritum est, ne nomen quidem mereatur l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudicat. l. statutis. C. de sententijs, ex breuiloquio recitan. Clement. Pastoralis, de sententia, & re iud. & ita in plebiscito hoc, idem statuente eiusmodi exceptionem admittendam esse, tradit Bartol. in l. prima. §. & parui refert, num. 3. ff. quod vi, aut clam. & Bald. in l. etiã C. de execut. rei iudic. Panorm. in c. ex parte. n. 6. de offic. deleg. Iason in l. 4. §. condẽnatum, n. 2. ff. de re iud. Guido Papæ in tract. de compulsorijs, quæst. 1. Auend. tit. *de las excepciones*, num. 25. & communem affirmat Curtius Iunior consil. 129. nu. 13. Pro in audiendus non erit Olanus, qui contrarium sentit in concordia iuris, litera E. numer. 22. Qua quidem ratione, & nouationis exceptionem * admittendam esse dicendum est, cum per nouationem contractus vires euanescant, vt in l. 2. C. de noua. l. minor. 25. annis, cui fideicommissum. ff. de minor. l. secunda. C. de executione rei iudic. vbi Bartol. & Bald. hanc sententiam probant, & idem Bald. in l. si non fortem, pactagrapho, indebit. ff. de cond. indebit. atque ex nostratibus probat quoque Auend. tit. *de las excepciones*, num. 25. quibus magis accedo, quàm Imolæ contrarium scribenti. in l. fin. ff. à quibus appellare, non licèt, tametsi illum sequatur Guido Papę in tract. illo de compulsorijs, quæst. 2. Nouatio verò quando locum habeat diximus prima parte huius capitis limitatione sexta. Quãdo ergo notionis à nobis recipitur exceptio,

13 tio, dicendum est non esse verendum * ne transactionis exceptionē admittamus quippeque totam prorsus litem perimat, nedum innouet, l. final. ff. de vsucap. pro suo, & in simili statuto ita placuit Antonio de Canario de executione instrumenti, quæstio. 12. Sed & quando nullitatis exceptio ex omnium sententia aduersus instrumentum recipitur dicendum est, & simulationis exceptionem admittendam esse: nam simulatus
14 contractus * nullus est, l. simulatæ, ff. de ritu nupt. l. nuda, ff. de contrahend. emptio. & vt inquit Bald. in l. cum precibus, C. de probatio. instrumentum simulatum, tamet si habeat figuram instrumenti, essentiam tamen non habet. Atque ita hanc simulationis exceptionem admittendan esse in simili statuto scribit, idem Bald. in l. final. §. in computatione, C. de iure deliber. & in l. si non verum, C. de donatio. inter, & sequuntur Felin. & Decius in cap. ex parte secunda, de officio delegat. Atque ex nostratibus sequuntur domin. Padilla in l. cum ea, nu. 4 C. de transact. Gutierrius in l. nemo potest. num. 375. ff. delegat. 1. non desunt tamen qui repugnent: nam contrariam sententiam amplexus est Bartol. in l. 1. §. & parui refert, ff. quod vi, aut clam. cuius partes sequuntur Cardinal. in Clement. 1. §. fin. de sequest. possessor. & fruct. & Guido in tract. compulsor. quæst. 4. verum aduersus Bartolum communem esse sententiam, testatur Ripa in dict. l. nemo potest, num. 66. cum quo consentiunt Padilla, & Gutierrius locis modo citatis. Mihi in hac dissensione sequenda
15 videtur Bald. * distinctio. in l. 1. C. plus valere, quod agitur, quòd aut contractus est ita simulatus, vt contrahentes animum se obligandi non habuerint, & admittenda sit exceptio, aut verò cōtrahentes animum se obligandi habuere. Porrò pro vno contractu simulauerunt aliū, & tum admittēda non sit simulationis exceptio. Baldi autem distinctionem, sequitur Paul. in l. fin. illo eodem tit. & Panormit. in cap. item cum quis, de restitut. spoliat. & Socin. Regula 130. & cum ea sentire quoque videtur Antonius de Canario, de executione instrument. quæst. 13. & Auēd. in dictionario, verbo, *falsedad*. Illud tamen est sine controuersia, si contra-
16 ctus in fraudem * legis simulatus sit exequendum non esse: quippe qui nullus sit, & improbus, vt intelligere facilè est, ex l. non dubium, C. de legibus, atque ex l. 1. C. de eunuchis, libro 11. & tradit Bartolus consilio 65. & Anton. de Canario loco superiori, & Iason in §. item si quis in fraudem. Institut. de actionibus, numer. 10. De hinc exceptiones, quæ ex persona descendunt, quales sunt procuratoriæ, & hic admittendas esse pari quoque ratione placet: * vt 17
puta si executio petatur per procuratorem qui minor sit, aut per excommunicatum: nam hæ aliæque id genus exceptiones non aduersus instrumentum, sed potiùs aduersus personam obijciuntur, & ita nominatim scribit Bart. in dict. l. 1. §. & parui refert, num. 6. ff. quod vi, aut clam, & Guido in illo tract. de compulsorijs, quæstion. 5. num. 5. & probat Auend. titul. *de las excepciones*, num. 23. atque de his exceptionibus diximus superius, tertia parte, huius capitis. Præterea fori præscriptionem * seu ex- 18
ceptionem declinatoriam (vocant) hic quoque admissum iri non inuitus probarim, ex celebri illa glossæ sententia in Clementina vnica, de sequestr. possess. & fructuum, quæ bellissimè inquit, etsi lege, vel statuto omnes generaliter exceptiones reijciantur, fori tamen præscriptionem repulsam nullo modo videri: quam præter classicos ibidem amplectuntur Paulus, & Iason in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. & Angel. in §. appellatum, nu. 11. Instit. de actio. Suarez in l. post rem, §. pro euidētia. num. 32. & Anton. Gomez tom. 3. cap. 12. nu. 8. Possem, & alios sexcentos ad eam rem allegare scriptores, sed in hoc gratiam lectori me facere opinor, si illum superuacuis non obtundam allegationibus, cum possit in vno, aut altero, quem citauimus cæteros inuenire. Et quoniam fori præscriptionem recipimus, & illud * concine est, vt dicamus, 19
litis pendentis exceptionem, & isthic recipiendam esse. Non enim aduersus instrumē tum ea opponitur, sed aduersus iudicium, seu processum quem vocant, l. vbi cæptum, ff. de iudicijs, l. nulli, C. eodem tit. vbi classici omnes effuse rem tractāt, & Palat. Rub. in cap. per vestras, notabili 4. In quo, & illud erit adnimaduertendum hanc litis pendētis exceptionem duobus posse modis cō tingere: vno quando iudicium mutatur: altero, quando causæ continentia diuiditur, sicuti edocet Paulus de Castro, & apertius Iason in dict. l. nulli. Cum ergo actori iudicium mutare non liceat, vbi petita est executio ibi finiri debet. l. si quis posteaquam, & dict. l. vbi cæptum, ff. de iudicijs. Loquuntur sanè leges illæ in iudicijs ordinarijs, verum & in executiuis idem recipiendum esse par ratio facit. Deinde cum causæ continentia diuidi non debeat fit, vt si primum viam ordinariam * periclitari cœperim, po 20

Contrarium docet D. Salg. Laber. t. pte. 17. vbi num. 43. in exepas Paxlaxonius, hic.

ſtea ad viam executiuam non ſit mihi regreſſus dandus, l. minor 25. annis, cui fideicommiſſum, ff. de minor. Bald. in l. per diuerſas, quæſt. 10. C. mandati. Paul. de Caſtro conſil. 78. lib. 1. Decius conſilio 146. & 400. Atque vt in vno plures citentur autores citet eiuſdem ſententiæ, quàm plures
* Burgos de Paz conſil. 39. num. 7. * Et Azeuedo in l. 1. titul. 21. lib. 4. Recopilat. num. 143. Proinde non erit audiendus Suarez de Paz contrarium docens in praxi, 5. parte, tomo 1. capit. 3. numer. 31. * An verò lite
21 pendente aduerſus * vnum ex reis debendi reuerti ad alterum correum creditor valeat, videre eſt in l. liberum, & l. reos, & l. fina. C. de fideiuſſ. & in l. creditor, ff. mandati, & apud Bartolum in l. tertia, §. primo, num. 5. ff. de duobus reis. Quod autem diximus, & verum eſt litis pendentis exceptionem impedire executionem, accipiendum ſanè eſt, quando lis à creditore mota fuit prius agendo via ordinaria, poſteaque volens ad viam executiuam reuertere: vel quando prius apud vnum iudicem egit: nũc ad alterum vult redire. Aliter atque ſi ab ipſo debitore mota lis eſſet, vt putà, ponamus
22 debitorem ſibi proſpiciendo * anteaquàm executio à creditore pateretur aduerſus inſtrumentũ dicam dixiſſe, quòd, dicat vi metuvè factum eſſe inſtrumentum, aut vſurarum laborare labe. Hoc ſanè creditori impedimento eſſe non debet quominus iure ſuo vtatur: alioqui in debitoris eſſet poteſtate viam eludere executiuam: hanc verò fraudem iura minimè patiuntur, l. ſi quis rem, ff. de recept. arb. cap. quia nonnulli, de reſcript. & huius fuit ſententiæ Innocen. in cap. cum in iure peritus, de offic. delegat. & Angel. in l 4. §. condemnatum, ff. de re iudicat. Suarez in l. poſt rem, quæſt. 4. ad legem Toletat. num. 15. Lauren. de Rodulphis in tract. de vſuris, quæſt. 129. Anto de Canario de execut. inſtrumenti, quæſt. 51. Couarr. in Epitome de ſponſalib. cap. 8. §. 12. & lib. 3. Variar. cap. 3. & Ripa in dict. §. condemnatum, numer. 29. Ex quibus omnibus apparet debitore laico petente * con
23 tractus reſciſionem apud iudicem Eccleſiaſticum, vel quia dicat vſurarium eſſe, vel iuramentum metu præſtitum fuiſſe non poſſe iudicem Eccleſiaſticum ante rem iudicatam inhibere iudicem ſecularem, apud quem executionis cauſa pendet, nec ipſum creditorem, id quod etiam placuit Bald. in l. prima, C. quomodo, & quando iudex, & Abb. in capit. 1. de iure iurand. numer. 10. & Hippolyt. ſingul. 490. & ita pronuntiatũ fuiſſe apud Neapolitan. Auditorium enarrat Aſflict. deciſio. 30. vt miror contrarium placuiſſe Villalob. in ærario, verbo, condemnatus. Non me clam eſt Baldum in l. Titius, ff. de procurat. & Angel. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. ſcribere moribus vſurpatum eſſe, vt ſoleant Eccleſiaſtici iudices in cauſa vſuraria inhibere iudices ſeculares per eccleſiaſticas cenſuras, ne vlterius in cauſa procedant: porrò cum ſuperior opinio, & crebrior, & verior ſit nauci facienda conſuetudo talis eſt cum animaduertam leges Regias animaduertere in eos qui eiuſmodi verſutijs regiam conantur eludere iuriſdictionem, ſicuti apparet ex l. 3. & 4. tit. 1. lib. 4. Recopilat. Poſtquàm igitur litis pendentis exceptionem recipimus, * 24
dicere pari quoque modo debemus compromiſſi exceptionem recipiendam eſſe, ſicuti etiam ſcribit Anton. de Canario in illo tracta. de executione inſtrum. quæſtio. 12. quanuis enim veteri iure compromiſſum litis pendentis exceptionem non pareret, vt in l. ſi quis rem, ff. de recept. arbitris. Verum apud nos iure Regio nouiſsimo quo compromiſſa quaſi iudicati perſecutionem habent, vt in l. 4. tit. 21. lib. 4. Recopilat. ſecus eſt ex eleganti Pauli de Caſtro ſententia in l. pecuniam, num. 2. ff. ſi cert. petat. vbi ait, quando lege, vel ſtatuto actio iudicati compromiſſo datur ibi litis pendentis exceptionem dandam. Et hanc quoque ſententiam probat ex noſtris Auend. titul. *de las excepciones*, numer. 34. Sed neque ex illis legis Henriciæ ſenſu intelligendum eſt
* exploſas fuiſſe exceptiones ipſi inſtru- 25
mento directo non repugnantes, hoc eſt eas, quæ inſtrumentum, vel executionem moderantur, ſeu limitant. Quod genus fuerit exceptio, ne quis conueniatur vltra quã facere poſsit ſicuti in ſimili ſtatuto ſcribit Iaſon in l. 1. num. 18. C. de iuris, & facti ignorant. & ibidem noſtras Padilla, num. 39. probat etiam Anton. de Canario de execut. inſtrum. quæſt. 28. & Auend. tit. *de las excepciones*, num. 28. vbi ait, vſu ita obſeruari. Æque neque exploſæ videntur exceptiones, quæ veniũt ex natura cõtractus * quæ- 26
que ipſi obligationi inſunt: quales ſunt in contractu emptionis, & venditionis exceptiones rei non traditæ pretijvè non ſoluti: atque in fideiuſſore ſoluente exceptio cedendarum actionum. Eas enim admittendas in ſimilibus ſtatutis autor eſt Bald. in l. ex prędijs, C. de euictio. & in l. ſi traditio. C. de actio. emp. quia inquit, quãdo ex eodẽcõtractu venit actio pariter, & exceptio ſic eſt

gua-

guarétigiata:exceptio perinde,ac ipsa actio
27 neque is qui ex instrumento ipso * opponit,dicendus est vllo modo aduersus instrumentum ire.Idem ipse Bal.in Auth.præsente.C.de fideiusso.ait quando actio, & exceptio descendunt ex eodem fonte, admittendam esse exceptionem, etsi magis statutum prohibeat omnes exceptiones, excandescēsque Baldus in eos qui aliter sentiunt, subiunxit. *At isti diaboli suo modo statutum interpretantur.* Hanc eandem sententiam ample citat Antonius de Canario loco modo citato,quæstione 26. & Hippolytus, singular.7.& Auendañus titul. *de las exceptiones*, num. 28. & domin. Antonius de Menesses in l.si non transactionem, num.8.C. de iuris,& facti igno. Quod autem de exceptio-
28 ne rei non traditæ * diximus non pertinebit ad eum qui aliquod corpus vectigalisi, vel reddituum redemerit, seu conduxerit, nam etsi portio aliqua ex his certa ei non fit,quia aliqua de causa rb alio detineatur, dummodo maior pars salua sit, excepiioni locus non erit, sicuti apparet ex l.1. C. de euictio.atque apertius ex l.34.5.partit. 5. Et quoniam de re non tradita, ac pretio non soluto in mentionem incidimus, il-
29 lud * omittendum quoque non duxi,quando inter emptorem,& venditorem,satis nō conuenit vter prius contractui pareat, id est,vter priùs recipiat hic, ne pretium, an ille mercem,quia parum sibi fidei inuicem habent:debere iudicem pretium mercemque secresto demandare,l.si soluturus, §.fi. ff.de solutio.Curtius de secrest.n 13. quod tanquam quotidianum hic omittendū non duxi,quotidianarum enim rerum studiū nobis hoc libro potissimum susceptum est.

§.*De exceptione solutionis.*

ATque hæc hactenus de exceptionibus vtilibus, quæ vna ex contextu ipsius Henriciæ legis colliguntur. Nunc dicendū est de eisdem exceptionibus vtilibus, quæ ex singulis exceptionibus directis, siue nominatim in ea legere seruatis colligi possunt. Igitur Henriciæ legis mentem, atque sententiam secuti cum ipsa aduersus execu tionem soluti omnis recipiat exceptionem recepisse quoque credendum est compensa
30 tionis exceptionem, * quippe quæ solutionis vim habeat,sicuti ex facto consultus in simili statuto respondit Angel.cons.132.& Alexan.cons.12.vol.2.col.vlt.Guido quoque in illo tractat. de compulsorijs, quæst. 5.vbi moribus apud Gallos obseruari testatur;sequitur,& id alia quam plurium numerosa caterua apud Tiraquel. de retract. linag.§.3.glossa 3.num.4. & probatur non obscurè in l.ex causa,C.de compensa. Quinimo hoc ex verbis ipsius Henriciæ legis, nedum ex mente colligi rectè potest cum solutionis verbum in ea positum satisfactionem omnem comprehendat, l. solutionis verbo,ff.de verb.signifi.l.4.§. condēnatum,ff. de re iudicat. & ex nostratibus fuit huius opinionis Villalob. in ærario commun.opin. verbo, *compensatio*. Compensationis verò exceptione, quando vti posimus (neque enim ea semper iure conceditur) traditur in l.fin. C.de compens. & in l. 21.titul.14.part.5.tradunt etiam Faber. & Angel.& Iaf.in § in bonæ fidei. Instit. de actio.& Boerius cons.14.Cœpola, cautela 83.Idem Iason in l.cum fundus, §.seruum, nu.11.ff. si cert.peta. Menoch.de arbitra. lib.2.centuria 1.quanuis autem compensationem isthic admittendam duximus, non idcirco tamen reconuentioni locum dabimus.Ea enim * in causis summarijs,& exe- 31
cutiuis locum non habet,ex Baldi sententia in Auth.& consequenter, C.quomodo, & quando iudex,column.3.& Decius consil. 682. Marantha in specul. 4. parte, distinctio.6. Menochius de adipiscenda possess. remedio 4.num.649. Sed videamus contra instrumentum publicum quemadmodum solutio probetur? & veteri quidem iure comparatum est solutionē debiti, quod in publico contineatur in instrumento nō probari, nisi alio instrumento * publico, 32
aut quinque testibus non leuis opinionis, vt habetur in l.testium,C.de testibus, cum qua conuenit, l.32.titul.16. part.3. Verum lex illa duobus in casibus tantū locum habet.Primum, quando factus est in scriptis contractus: sicuti eam accipiendam esse scribunt ibidem Bald. Salicet. & reliqui. Proinde Gregor.Lopez in dict. l. part. ait cum hodie animus contrahentium non sit, vt velint in scriptis contrahere rectè probari nunc posse solutionem aduersus instrumentum publicum per duos, aut tres testes,& ita intelligendam esse ait, Toletanam hanc legem.Deinde lex illa est accipiēda quando contractus excedit libram auri, ne de rebus exiguis magnas homines sustineant attritiones, vt inquit Imperator in Authent.de cautela,& fide,§.oportet, collati.6.& ita intelligit ibidē Accursius, verbo,omnibus, cui reliqui assentiuntur: atque secundum istam distinctionem putat Auend.in illo titulo, *de las exceptiones*, num.

52. accipiendam esse Toletanam hanc legem. Si igitur solutio iuris præsumptione probetur, & illa hic admittenda quoque erit, cùm iuris præsumptio pro plena habeatur probatione. Authent. etsi necesse, C. de don. ante nup. l. Imperator, ff. de lega. primo, capit. is qui fidem, de sponsalibus, quo circa qui trium annorum proximorum reddit
33 ditus soluisse docuerit * anteriorum annorum solutionem etiam contra instrumentũ publicum probasse dicendum est, iuxta textum in l. quicunque, C. de apochis publicis, libr. 10. cuius intellectum accurate explicat Iason in l. secunda, C. de iure emphyteut. num. 75. & Decius consil. 650. volumin. 5. Dueñas Regul. 54. Emanuel Suarez in volum. commu. opinio. verbo, emphyteut. & omnium latissimè Ant. Gabriel eodem volumine, lib. 1. conclusione 11. Ergo si creditor instrumentum debiti debitori
34 tradiderit, satis erit * probata solutio, ex l. Labeo, ff. de pactis, atque ex l. si chirographum, ff. de probat. & l. 9. titul. 14. part. 5. & l. 11. titul. 19. partit. 3. Proinde minime mihi placet, quod scriptum est à Bertachino in suo illo locupletissimo repertorio, verbo, guarentigia primo, num. 30. si debitor tradiderit debitori instrumentum guarentigiæ non videri ei remississe debitum, sed tantum viæ executiuæ compendium: nam cum reddito instrumento videatur creditor debitum remisisse, vt superiora iura satis ostendunt, consequenter, & ius exequendi, quod illi accedit remissum esse dicendum est, vt est argumento l. creditricẽ. C. de remis. pign. & l. 40. titul. decimotertio, partit. quinta. Quid verò si reus minus
35 plenè solutionem probauerit * an debeat illi deferri iuramentum in supplementum probationis? & putauerit quispiam deferendum esse, quia id in causis ordinarijs obseruatur, vt in l. in bonę fidei. C. de rebus cred. & l. 2. titul. 11. partita 3. Sed non est ita: hoc enim genus probationis Toletana illa lex repulisse videtur: ait enim: *Salvo si dentro de diez dias mostrare la tal paga, ò legitima excepcion, sin alongamiento de malicia por otra tal escritura, como fue el contracto de deuda, ò por alguala que faga fe, ò por confession de la parte, ò por testigos.* Etenim quando lex certum probationis genus exigit, atque diem intra quam fieri debeat præscribit non defertur iuramentum in supplementum probationis, quia non est proprie probatio Bartol. in l. ait prætor, §. si iudex, ff. de re iudicata. Bald. in l. bonæ fidei, C. de iure iurand. idem in capit. cum contingat, de iure iurand. Socinus Regula 204. Fallentia, prima, tertia, & quinta: Castellus in leg. 3. Tauri, verbo, *alomenos*.

Catera de solutione, vide infra §. 17.

De exceptionibus pactis non petendi, ac falsi.

ATque vt ad aliam exceptionem de permissis à lege veniamus, cum lex illa Hẽricia promissionem, aut pactum de non petendo admiserit ex eiusdem sententia dicere debemus, acceptilationis exceptionem * 36
admittere voluisse: vt autor est Baldus in l. si non sortem, §. indebitum, ff. de condictione indebiti, & Guido Papæ in illo tractatu de compulsorijs, quæst. 5. Quinimo ex verbis eiusdem legis, nedum ex sententia probare rectè possumus acceptilationẽ admissam fuisse: dum ait, *ò promission, ò pacto de no pedir*, hoc enim interest inter acceptilationem, & pactum de nõ petendo, quod in acceptilatione stipulatione opus est in pacto de non petendo necessaria non est, id quod vel ipsummet pacti, verbum significat, & probat l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis. Cum igitur lex de promissione meminit de acceptilatione intellexit promissionis enim verbum stipulationem sonat, §. si scriptum. Insti. de inutilib. stipula. Pactũ autem de non petendo intelligerę debemus non solum, quãdo debitum omnino remittitur, sed etiam quado ad tempus differtur, vt in §. appellantur. Insti. de exceptionibus, sequitur falsi exceptio, cum igitur lex Regia falsi exceptionem admiserit, & conuenienter dicemus audiendũ * esse reum, 37
qui alleget instrumentum falsi suspicione laborare. Cum enim falsi crimen difficillimè, plerumque deprehendi soleat, quippè quod occultissimè perpetrati contingat, sit vt falsi suspicio in ciuili causa pro falsitate habeatur, l. iubemus, C. de probat. l. vbi, C. ad legem Cornel. de falsis, capit inter dilectos, de fide instrumen. l. 111. tit. 18. par. 3. Archidiaconus in cap. in memoriam, distinctione 19. Alex. cons. 77. volum. 1. num. 9. Bald. in l. 1. C. de setuis fugit. vbi ait, instrumentum in quo quippiam verisimile non continetur pro falso habendum esse. Decius cons. 176. & 448. testatur communem opinionem. Curtius Iunior cons. 132. & Iulius Clarus in praxi, §. falsum, num. 30. vbi ex autorum omnium sententia ait, id locum non habere in causa criminali, id est, cum ad conuincendum quempiam falsi crimine agitur.

Dece-

De exceptionibus vsuræ vis ac metus.

POst falsi exceptionem, vsuræ succedit exceptio: de cuius argumento, quoniam
38 superius, cap. 2. longiorem * sermonem fecimus ea omissa ad vis, & metus exceptionem ab eo. Cùm autem metus exceptionẽ aduersus executionem lex admittat consequitur, & hoc loco admittẽdam quoque esse exceptionem illam, *si non obligatio in carcere facta fuerit*, metu enim facta intelligitur, cum scilicet, fit in fauorem aduersarij, cuius causa in carcerem detrusus est, non si alterius causa, l. qui in carcerem, ff. de eo quod metus causa. Bal. in l. etiam, C. de execut. rei iudic. col. 1. Abb. in cap. Abbas, de ijs quæ vi metu vè causa fiunt, * tradit latè Gutierrius de confir. iur. 1. part. capit. 5. * Quod tamen accipere debemus cum iniustè in carcerem detrusus est aliter, atque si iustè: nam tum rara erunt, quæ à capto fiunt, etiam si in aduersarij fiãt fauorem nisi alio, scilicet, morbo laborent, vt tradunt Barto. Angel. & Albert. in dict. l. qui in carcerem. idẽ Bart. in l. qui à latronibus, ff. de testam. num. 2. Lanfranc. ab Oriano in capit. quoniam contra, titul. de confessione, num. 22. Hippolytus in praxi, §. attingam. num. 22. Afflict. decisio. 149. Iulius Clarus libr. 5. §. fin. quæstio. 46. num. 6. l. 4. titul. 11. libr. 1. fori. Quanquam illud minus mihi placet,
39 quod ipse scribit Afflictus in verum * esse, etiam quando iniustè captus est, ob id quod iuris ordo seruatus non est: cum illi exaperto refragetur Iurisconsultus, in l. fin. §. fin. ff. de eo quod metus caus. vbi ille, qui extra ordinem causa non cognita coactus est per præsidem debitum, quod re vera debebat soluere nulla ad repetendum, quod metus causa actio datur. Indebiti autem conditionem minus illi competere liquet, ex l. Iulianus, verum debitorem, ff. de condict. indebiti, & quæ illic copiosè tradunt. * Qui igitur in carcerem præpostero iuris ordine, raptus, quid re vera debebat exoluit nullam ad repetendũ habet actionẽ, vti expressim definit Iurisconsult. in l. fi. §. fin. ff. quod metus causa, quem textum ad eam rem prædicans singularem, & alios plures autores in eam sententiam referens, citat Ias. in dict. l. à Diuo Pio, nu. 12. ff. de re iudicat. Non est itaque audiendus Afflictus contrarium docens, sequantur quamuis illum Auend. respon. 11. & Gutierrez loco superiori. * Sed hæc hactenus de metus alijsque exceptionibus * quę aduersus executionem obijci pos- 40
sunt: metuo enim, ne multus hoc loco videar esse. Hæc sunt igitur exceptiones, quæ ex verbis, ac mente legum Regiarum obijci possunt aduersus executionem, sed & hæc ita demum admitti debent si altiorem non requirant indaginem: si quidem in summarijs causis, & executiuis, tales exceptiones admitti non debent, nisi modo incontinenti probentur, & continuo ad liquidum deducantur, l. 3. §. ibidem, ff. ad exhib. l. fin. C. de ordine cogn. l. penult. & illic Bart. C. de posit. Barto. Iason, & reliqui in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Antonius de Canario de executione instrumenti, quæst. 5. Incontinenti verò, quomodo accipiendus? & inter iuris interpretes magis conuenit iudicis arbitrio id relinquendum esse, glossa in l. si is à quo verbo hodie, ff. vt in possessione legatorum. Bald. in l. 2. C. de edict. Diui Adrian. tollend. testatur communem opinionem Anto. Gomez in l. 45. Taur. num. 145. Verum apud nos magis est, vt dicamus intra decem dies oppositionis probandam, atque liquidandam exceptionem esse, alioqui etsi legitima fuerit in causa executiua locum non habebit, iuxta textum in l. 20. tit. 14. partit. 5. & illic annotat Grego. Lopez, verbo, *hasta*, id quod à iuris communis regulis alienum non est, iuxta ea quæ notat Bartol. in dicto §. condemnatum, & Anton. de Canario, de executione instrumenti, quæstio. 9.

Exceptiones proponi solent his verbis si nõ l. fi. ff. quod vi, aut clã, & alibi sæpè.

De exceptionibus reiectis.

AD summam igitur, vt tandem hunc locum concludamus, præter exceptiones illas directas, atque vtiles ipsis Henriciæ legis verbis mẽteque cõprehensas, quas non fermè cunctas (vt videmur) autorum interpretationem secuti superius comprehendimus, reliquas omnes quæcunque illæ fuerint executioni non obstare dicendum est. Non erit ergo admittenda exceptio de dolo, cum neque ex legis Regiæ * verbis, nec 41
ex sententia ea colligatur: inter reiectas ergo reponenda erit, nisi modo dolus causam dederit contractui, quia tum cum contractus sit nullus (in contractibus, scilicet, bonæ fidei: iuxta glossam in l. dolo. C. de inutil. stipul. text. Bartol. & reliqui in l. eleganter, ff. de dolo,) non erit executioni mandandus: nam Toletanam legem ad contractus nullos non pertinere, paulò antè diximus, & secundum hanc distinctionem intel-

ligendam putò, l. 2. titul. 11. lib. 5. Recopilation. Consequenter igitur, neque aduersus instrumentum publicum, cuius petitur
42 executio * admittenda erit exceptio læsionis vltra dimidium iusti pretij: licèt aliud placuerit Didac. Perez in l. 4. titul. 8. lib. 3.
* ordin. * & Azeued. in l. 1. titul. 21. libr. 4. Recopilat. num. 158. qui in ea re quandam ineunt computationis rationem, ita in congruam, & prolixam, vt viæ executiuæ tam male quadret, quàm pullata vestis ad nuptias, vt dictat prouerbium. * Quid ergo de errore calculi, & domin. Padilla in l. error. numer. 17. C. de iuris, & facti ignor. scribit eam exceptionem admittendam esse contra instrumentum guarentigium. Ego verò
43 (ne de errore * agentes errore labamur) animaduertêdum puto alium esse errorem calculi, alium rei error: calculi est error numeri, id enim calculus significat, vt ecce si cum ex vna specie deberem quinquaginta, & re alia vigintiquinque, scriptum sit debere me centum, constat error in numero: error verò rei est cum calculatores probant aliquã speciem dati, aut accepti, quæ repro
44 banda * erat, vel vice versa reprobant, quæ probanda erant, aut pluris minorisvè æstimant, quam par erat. Hanc inter errorem calculi, & rei discrepantiam ostendit non obscurè Iurisconsultus in l. 1. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur, vbi ait in priori specie sententiam esse nullam, & aduersus eam necessariam appellationem non esse, in altera valere sententiam, & appellatione opus esse. In proposita ergo quæstione ego eandem Iurisconsulti sequendam differentiam arbitror, putoque errorem calculi, seu numeri, qui ex ipsa sententia, seu instrumento constet aduersus executionem admissum iri, ex l. 1. C. de errore calculi, & l. 19. titul. 22. part. 3. falsus enim est calculus, falsi autem exceptionem Henricia lex (vt scitis) admittit. Diuersum verò erit in errore rei, nam is si in rem transierit iudicatam, vel in obligationem instrumenti guarentigij non puto executionem impedire, quoniam non sit exceptio hæc de exceptionibus directis, vel vtilibus, quas lege Henricia comprehendi diximus æquè, ne-
45 que hoc loco * admittenda erit exceptio diuisionis, seu epistolæ Diui Adriani, sicuti placuit Angelo in l. si dubiter, ff. de fideiuss. cuius sententiam amplectitur Guido in illo tract. de consulsoribus, quæst. 12. ab Angelo tamen dissentit Greg. Lopez in l. 10. titul. 12. partit. 5. Extat autem apud nos lex quædam Regia Recopilationis, qua cautum est si duo simpliciter obligentur pro virili parte conueniendos esse, in autem insolidum obligati fuerint insolidum conueniri posse, ea est hodie, l. 1. tit. 16. libr. 5. Recopilatio. Proinde ego, secundum illius legis distinctionem * diuisionis exceptione, admittendam, aut reijciendam puto, cum sit 46
lex illa eiusdemmet Regis Henrici, explorarique iuris sit eiusmodi leges exceptiones non admittêtes recipere interpretationem ab alijs legibus eiusdem voluminis. Bartol. in dict. l. 1. §. & parui refert. ff. quod vi, aut clam. Socin. reg. 130. limit. 2. conuenit autem cum lege illa Recopil. l. 8. tit. 12. part. 5. vbi Greg. scribit hodie necessariam non esse renunciationem diuisionis, hoc est, authenticæ hoc ita, C. de duobus reis, quod verum quidem erit, quando insolidum obligati rei fuerint, secus si simpliciter, iuxta illius legis recentioris distinctionem. In solidum porrò obligatos accipere debemus * 47
non solum si in obligando vtantur verbò insolidi, sed etiam si alijs verbis similibus: puta *quilibet, aut singuli*, secundum glossam, & Bart. in l. si pluribus, ff. de legat. 2. quorum sententiam à reliquis probari constat, ex Tiraq. de retract. linag. §. 31. nu. 10. Secũdum superiora igitur nequaquam in executionis causa admitti debere videtur opinio illa quorundam existimantium * si ad 48
alterum ex duobus reis debendi tota rei vtilitas perueniat, creditorque cum altero agat rectè conuentum desiderare, vt suo periculo, & impensis creditor alterum qui solus commodum sensit, conueniat. Huius opinionis autor fuit Bartol. in l. 3. §. 1. ff. de duobus reis, & in Authentic. hoc ita. C. eodem titul. quæstio. 7. sequiturque eum Paulus in l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, numer. 17. ff. commodat. & Palac. Rubi. in capit. per vestras, nobili quinto, numer. 10. Henricia enim lege hoc remedium explosum esse dicendum est, vt omittam illam Bartoli opinionem non habere locum, quando (vt assolet) beneficio de fideiussoribus renunciatum fuit, vt placere video Angelo de Aretio in §. si plures. Instit. de fideiussoribus. Atque si verum amamus illa Bartoli opinio ficulneo nititur * fundamen- 50
to cum lex, *vnde quæritur*, ff. commodati, cuius vnius vtitur argumento diuersa in specie loquatur: loquitur enim, quando socij in obligationem casu inciderunt: quo circa inopinanti seu imprudenti cui nihil lucri sensit, vt lucretur manifesta suggerit ratio: * L. hæredes, §. non tantum ff. familia herciscund. * at nos loquimur, quando *

rei

rei ipsi sciẽter insolidum obligari sunt: quo casu in creditores potestate esse conueniendi quem velit veteri quidem iure insolidum: recẽtiori verò pro parte complurium legum definitionem patet, l. secunda, & Authen. hoc ita, C. de duobus reis, l. cum reos, §. cum in tabulis, ff. eodem titul. l. iure nostro, & l. fin. C. de fideiussoribus, & alijs sexcentis: quas omnes vno illius legis argumento velle subuertere in ciuile est. Quid quod? si vulgatam illius legis litteram sequamur quatenus in ea legitur, *conuenire* (quæ veracior, & contextui verborum magis quadrare videtur) prorsus Bartoli illiusque sautorum corruit fundamentum? & denique Bartoli opinio refragantur leges Regiæ, quæ cum nouissimè latæ sint nullam tamẽ illius rationem habuere, sed expressim definiunt duobus res insolidum obligatis in creditoris arbitrio positum esse vtrum malit conuenire, l. 1. titul. 16. libr. 5. Recopilation. l. 8. tit. 12. part. 5. quæ animi mei motum vehementer confirmant, vt credam Bartoli opinionem, neque veram, neque vsu recipiendam esse. De exceptione nonnumeratæ pecuniæ quærebatur, an admit-
51 tenda * esset quanquam me non fugiat eam quæstionem haud magnopere necessariam fore cum hodie ex notariorum consuetudine istiusmodi exceptioni renuntiari soleat, rataque sit nostrati iure talis renunciatio, vt est definitum in l. 9 titul. 1. partit. 5. quę finem quidem imposuit antiquorum de ea re concertationi, quæ nõ mediocris sanè erat, vt est videre apud Iasonem in l. qui pecuniam, ff. si cert. petat. Suarez l. post rem, §. pro euidentia, nu. 26. Dueñas regula. 260. ampliatione 4. Couarru. libr. 2. Variar. capit. 4. Porrò si tabellionis socordia factum fuerit, vt hæc renunciatio instrumento non adijciatur dispicianus, an admittenda exceptio sit? Et sunt plenè de ea re variæ scriptorum sententiæ: nam eam admittendam non esse in simili statuto, scribit Bald. in l. si sub specie, C. de postul. idẽ placet Imol. in l. fin. ff. à quibus appellare nõ licet. Contrariæ verò sententiæ suffragatur Bartol. in eadem leg. sub specie, & in l. qui pecuniam, ff. si certum petat. Suarez dicto §. pro euidentia. Dueñas regul. 260. ampliatione 7. & ad hunc quoque numerum aggregare possumus Auenda. in capit. correct. 1. part. cap. 16. num. 11. quanquam subdubius, & obscurus. Ego lubentius me priori subscribserim opinioni cum eam exceptionem, neque ex verbis, neque ex mente legis Henciæ admittendam esse credam. At eo pacto fiet, vt aduersarius aliena locupletur iactura? non est ita: nam primum nos loquimur, quãdo incertum est, an creditor numerauerit necne. Deinde hic, & in reliquis exceptionibus quas reijciendas * secundum Hen- 52
riciam legem diximus ius integrum reo manet, vt via ordinaria experiundi habeat facultatem, neq, enim iudiciũ hoc extraordinarium parit exceptionem rei iudicatæ in causa ordinaria, neque est impedimento quo minus reus ex integro solutum repetere valeat, vel indebiti conditione, vel sine causa, sicuti commodissimè explicat Barto. in dict. l. 1. §. & parui refert. ff. quod vi, aut clam. & in l. 2. C. de his, quæ vi metusvè caus. fiunt, nu. 11. itaq; non tã defensio tollitur quàm defendẽdi modus præscribitur, vt inquit Ias. cons. 255. vol. 6. Secundũ hæc igitur cõstat apud nos hodie verã esse opinionem Pet. de Bel. Pert. in l. 1. C. de non num. pec. 1. qui etiam veteri illo iure existimauit exceptionem nonnumeratæ pecuniæ non competere aduersus instrumentum publicum, licèt glossa, & reliqui ibidem aliter distinguant de in integrum restitutione, solet controuerti, * an admittenda sit * scili- 53 *
cet, aduersus contractum, de quo executio petitur, * nam quãuis, quod ad ius commune attinet in integrum restitutio impediat executionem, l. vnica, C. vt in integr. restit. pendente nihil noui fiat, cap. suscitata, de in integ. restit, testatur communem opinionem Iason, & Ripa, in l. 4. §. cõdemnatum, ff. de re iudicat. Verum in hac specie de qua agimus, quando lex explodit exceptiones aduersus executionem non mediocris est inter scriptores controuersia, an in integrum restitutio admittenda sit, alij enim eam non admittendã esse scribũt, vt Bald. in l. in causæ, ff. de minor. & Canarius de execut. instrumenti, quęst. 21. atque ex nostratibus Olanus in concordia Iuris, littera. E. num. 24. Alij contra recipiendam eam esse aiunt, in quibus Iason in l. 1. num. 10. ff. de iurisdict. omn. iud. & Suarez in l. post rem, §. sed pro euidentia, numer. 44. Cisuentes in l. 64. Taur. quæstion. 28. Auendañ. in capit. correct. 2. part. capit. 30. numer. 7. Ipse vtriusque partis rationibus, & argumentis pensatis inter esse putò, an in integrum restitutio competat ex causa minoris ætatis, an alia de causa. Priori enim casu admirtendam eam esse putò ea quidem ratione, quod in generali exclusione restitutionis in integrum non videtur excluſa restitutio in integrum * minoribus competens, 54
vt docet glossa in l. postquam liti, C. de pa-

tis, quam ad hanc sententiam magnopere extollit eodem loci Iaso.num.17.hanc nostram opinionem illius amplectens argumento. At reliquis in causis cum lex illa Henricia defensiones omnes reijciat consequenter officium iudicis, ac per hoc restitutionem in integrum repulisse videtur, iuxta Bartoli sententiam in dict.l.1.§. & parui refert,ff.quòd vi aut clam.toties à nobis allegatam, hæc de exceptionibus aduersus instrumentum guarētigium admittēdis necne, quam breuissimè potui attigi, nō vt omnia dicerem sectatus, quod infinitum erat, sed vt maximè necessaria.

De exceptionibus in causa appellationis.

SEd illud adhuc merito tractandum est, an in causa appellationis omnes omni-
55 no * exceptiones admitti debeant: tractat autem hoc Guido Papæ in illo tractat. de compulsorijs,quæst.15.& est in ea opinione, vt existimet in appellationis causa omnes indistinctè exceptiones admissum iri, id est, tam receptas à lege, quàm reliquas, argumento textus in capit. fin. de appellation. in 6. vbi definitur exceptiones interlocutorias in priori instantia repulsas in appellationis causa admittendas esse, suffragaturque illa glossa in l.fin.ff.de postula. cui placuit prohibitum non esse aduocatum, qui in priori instantia pro altera parte postulauerit in causa appellationis aduersæ parti patrocinari, sed vereor, vt Guid. sententia vera sit, si quidem appellationis, &
56 prioris instantiæ natura * eadem non diuersa est: itaque, quod in prima instantia admitti non poterat, neque in causa appellationis admittendum est, l.postquam, §.Imperator,ff.vt legatorum nomine caueat, l.si quis cū maior.§.accusasse,ff.de bonis liber. Authen.vt cum de appel.cognoscitur, sub principium, colla.9.l.fin.ff.de re iudi. Bart.in l.3.§.1.nu.5.ff.de duob.reis. Bal.in l.fin ff. de postuland. Imola in l.hoc amplius, §.fi. ff.de dāno infecto. Abb.in cap. cum.Ioan. nu.17.de fide instrum. eodē pertinet, quod inquit Bald.in l.per hanc, C.de temporibus appel. in causa appellationis admittendam non esse exceptionem per quam mutetur figura iudicij, ex quibus alijsque multis, quæ breuitati consulentes prætermittimus magis adducor, vt existimen Guid. opinionem nullo pacto recipiendam esse. Nam quod argumentatur ex cap.fin.de appellat. in 6. parum nobis * negotij facessit. loquitur siquidem ille textus in exceptionibus rè 57
iectis à iudice, qui forte per iniuriam illas non admisit: nos autem loquimur in exceptionib. reiectis à lege in quibus diuersam causam esse nemo est qui non videat. Minus etiam obstat glos. in dict. l.fin.ff.de postul. nam illius opinioni reclamatum est ab omnibus, & denique nostrati Regio iure expressim exposa est, sicuti apparet, ex l.13. titul.16.libr.2.Recopilationis.

De exceptionibus tertij possessoris.

ILlud postremo sciendum est hanc legem Henriciam * reliquasque similes quibus
58 non omnes recipiuntur exceptiones ad tertios nō pertinere possessores. Angel.Perus. in l.sed si possessori, §.item si quis, ff.de iureiur. Imola in l.fin.ff.à quibus appellare non licet. Guido in supradicto tractatu de de compulsorijs, q.4. Castellus in l.64. Tauri, nu.96. Auēd. in cap. correct. 1.part. cap. 16.num.7. suffragaturque illis opido text. in cap. super eo, de officio deleg. & cap. cum super, de re iudic. l.2. §. meritò, & §. quod Principi, ff.ne quid in loco publico, eodem pertinent, quæ affert Iason in l. à Diuo Pio, §. super rebus, ff.de re iudicat. numer. 16. & quæ nos attulimus supra, §. 10. Hac eadem quinta parte, sed & illud memini-
59 mus hunc tertium possessorem * hodie apud nos necesse non habere, anteaquam audiatur summatim de iure suo docere, vt est definitum in l.41.tit.4.lib.3.Recopilat. quāquam iure communi aliud receptum erat in cap. veniens, 2. de testibus, & illic classici omnes, quod sequitur Couar. practicar. quæst. capit. 16. num. primo. Sed illius Regiæ legis non meminit, cuius decisioni standum nobis esse dubitauerit nemo. Videndum est tamen, ne superior conclusio vera non sit, & an potiùs dicendum sit, istum tertium possessorem non alijs posse exceptionibus vti, quàm quæ Henricia illa lege comprehenduntur. Nam planè quando aduersus istum tertium possessorem executio locum non habet non multis illi opus est exceptionibus, sed illa vna ipsi sufficit, si dicat aduersum se executionē locum nō habere, quia tertius sit ipse possessor. Cæterum, quando aduersus eum executio locum habet, quod quandoque contingere diximus superius, 4.parte, §.4. ibi verendum est, ne dicamus istum tertium possessorem non

posse

posse vti alijs exceptionibus, quam quibus vti poterat debitor principalis,cuius in locum successit,cum notissima sit iuris regula,eum qui in ius succedit alterius eodem iure quo ille vti debere l.qui in ius, & l. aliud.§.fin.ff.de regul.iuris,regula,qui in ius eodem tit.lib.6.Et in eam sententiam procliuior sum,mouetque me præterea textus in cap.quia.G.de iudic.& cap.sæpè,de rest. spoliat.& l.quanquam.§.Iulian.ff. de aqua pluuia arcenda,& l.si mater. §. si egero. ff. de except.rei iudic.& l.3.§. si quis ab auto re.ff.de itinere actuque priuato, atque item l.apud Celsum.§.si quis autem,&.§.de autoris dolo.ff.de doli except.l.ait prætor.& l.nam post ea.ff.de iureiurando. Vtetur igitur iste tertius omnibus exceptionibus, quæ vel ex sua persona,vel alia, quam debitoris sibi possunt cõpetere, & hoc casu vera est quidem illa communis interpretum sententia:verum ex persona debitoris non alijs vtique poterit vti,quàm quas lex ipsa Henricia comprehendit,ac quibus debitor ipse principalis vti poterat, ne plus iuris in alterum transtulisse videatur,quam ipse habeat iuris regula aduersante, vt in l. nemo potest.ff de regulis iuris. Sed & illud ani-
60 maduertendum erit, nunquam * tertium oppositorem audiendum esse, si appareat eum per calumniam in ius venire, videlicet,vt executionem technis,& cauillationibus retardet.Panorm.in capit.super eo. sub finem de officio delegat.Iason in l. quarta. §.condemnatum,numer.9. ff. de re iudic. & probat textus singularis in cap. suscitata, de in integr.restitutione, tradunt etiam ex nostris Castellus in l.64.Tauri,num.96.& Couarruu.pract.quæstio.cap. 16. num. 2. Sed & illud iustè desiderabit creditor,cum intelligit tertium oppositorem ius habere, vt prætermissa ea re quæ in causam executionis pignori capta est, executio fiat in alia re, quæ sine controuersia sit (seu, vt vulgò loquuntur) melioretur executio,textus in lege à Diuo Pio, §. si super rebus, in fine. ff. de re iudicat. & probat apud nos.l.3.titul.27.part.tertia,quæ tanto notabiliores sunt,quanto minus illorum
* non meminere scriptores. * Meminisse tamen debemus, cùm ita executio augetur, seu vt vulgo dicitur melioratur tanquã res noua rursum esse bona,quæ nunc in pignus capiuntur hastæ prœconijsque subijciendã, & denuò esse debitorẽ ad eorum addictionem citandum,vt rectè animaduertit Azeuedo in l.fin titul.21.num.96.lib. quarto. Recopil.Quanquàm sententia addictionis iam prolata locus non erit huiusmodi melioratione cum iudex suo sit officio functus, iuxta l.iudex posteàquam. ff. de re iudicat. * Sed neque illud erit obliuiscendum,quãdo exceptiones altiorem requirentes indaginem in executiua causa (vt diximus) supra num.40.non admittuntur, consequens esse dicere si in concursu creditorum * sint 61
aliqui qui guarentigium non habeãt instrumentum,sed necesse habeant via ordinaria experiri * Vel si habent instrumẽtum gua *
rentigium,quod tamen non sit liquidum, neque breui liquidũ fieri possit: * etsi prioris sint tempore minime altorum creditorũ publica,& liquida habentium instrumenta ius retardare sed addicendo esse illis bona in causam * executionis capta, data ab eis 62
cautione indemnitatis,iuxta decisionẽ text. in l.à Diuo Pio.paragrapho si super rebus. ff. de re iudicat. & l.is quo ff.de rei vend. & l.sexta,tit.10.part. tertia,tradit Bart. in dicto.§.si super rebus, & eodem pertinent, quæ affert Suarez in l.postrem,quæst.7.n. 7.&Dueñas regula 274.in causa dotis,quæ semper,& vbique præcipua est, vsurpatum est,vt mulier dotem,vel testibus tantũ probans cæteris creditoribus posterioribus præferatur,quod propter retentionem,quæ iure illi datur contingit, iuxta l. vbi adhuc. C.de iure dotiũ.Sed quid agimus? breuitatem professi longius euagamur. At id facere coegit nos materiæ vtilitas simul,& amplitudo,quas si sequeremur longe plura dicenda nobis essent. Est enim exceptionum materia,iuxta vtilissima,iuxtaque ampliss-ma,vt quæ iure sit frequens,&foro non minus assidua. Sed ne nostri instituti metas transgrediamur,transeamus alio.

SVMMARIVM.

Elapsis decem diebus oppositionis aduocatis desiderantibus danda sunt acta ad iudicem informandum.num.1.

Acta dari prius debent aduocato actoris, quam rei.num.1.

Apparitor in iussu iudicis addictionem bonorũ facere non potest.num.2.

In causa executionis nunquam quis à restitutione fructuum excusatur.num.3.

Sententia in via executiua non parui præiudiciũ agenti via ordinaria.num.4.

Reseruatio etsi nihil noui iuris tribuat,conseruat tamen ius reseruatum.num.5.

Sententia addictionis,quæ partim pro creditore par-

partim aduersus eum lata an eo appellante ad effectum perduci debeat. num. 6.
Ad iustitiam integrè administrandam cohortatio. num. 7.
Iustitiam est domina omniumque Regina virtutum. num. 8.
Iniustitiam nihil magis fœdum, magisque indecorum. num. 9.
Duodecim tabularum iure capite damnabatur iudex, qui per sordes sententiam dixerit. num. 10.

Quintæ partis.

§. Duodecimus. De sententia.

QVoniam breuitati studemus omissis multis, quæ de sentẽtia dici possent ea tantum, quæ ad hunc locum spectant paucis exponam. Oppositionis decem diebus elapsis solum restat, vt iudex sentẽtiam pronuntiet. Non iniustè tamen eum agere dicemus si aduocatis desiderantibus, vt aliquantisper sibi acta dentur ad ipsum iudicẽ
1 instruendum seu informandum * morem illis gerat. Neque enim vt Iurisconsultus inquit, magnum est detrimentum in mora modici temporis. l. quod dicimus. & l. ratũ. ff. de solutionib. Prius autem dari debent acta aduocato actoris, quàm rei, secundum Bald. in l. Nensenius. ff. de negot. gest. Marantha in speculo. 4. part e, distinct. 6. nu. 6. id quod non actoris quidem, sed rei potius fauore fit, vt significat Cicero in Oratione pro Publio Quinto, quoniam ea, quæ postremo dicuntur meliùs memoriæ infiguntur, secundum Specul. tit. de aduocatis. §. iã nunc, ad finem. Iudex igitur prout ex actis sibi constiterit, aut executionem rescindi, aut addictionem peragẽdam decernit: quãuis enim in libello, seu mãdato executorio ex more iudiciorum adijci soleat, vt appari
2 tor executionem faciat * bona vendat, distrahat, & omnia denique peragat, quæ facto opus erũt: nihilo magis tamẽ bonorum addictionem in iussu iudicis facere potest, secundum Bart. in l. res quæ. ff. de iurefisci. Montaluus in repertorio, verbo, *Alguazi-les*, quod procedit sanè siue reus aduersus executionem se opposuerit, siue non, vt appa ret ex l. 38. tit. 4. lib. 3. Recopil. Sed illud
3 meminisse oportebit in causa * executionis, nunquam quemquã à fructuum restitutione excusari quantancumque ille iustam litigandi causam habuerit, secundum Bald. in l. ab executione. C. quorum appellat. nõ recipiar. Sed & illud non erit obliuiscẽdum sentẽtiam in eiusmodi causis summarijs latam non plenum parare præiudiciũ in via ordinaria *, glos. in l. 2. C. de ordine cogn. 4
Bart. in l. 1. §. & parui refert. ff. quod vi aut clam. & latiùs superiori capite diximus. Proinde solẽt iudices in pronũtiando reseruare ius aduersæ parti, quæ quidem reseruatio, etsi nihil noui iuris tribuat, conseruat * tamẽ ius in cuius gratiam reseruatur, 5
Angel. & Ia on. in leg. si quis legauerit. ff. de legat 1. *Sed* ecce sententia partim pro creditore, partim aduersus eum lata est, appellat igitur reus, appellat & actor * quatenus 6
aduersus se facit, quatenus verò pro se facit, vt iudicatis pareatur petit, consulebatur an iustè id desideret actor. Est autem huic simi lis illa quæstio quam plerique agitant scriptores in specie huiusmodi: sententia partim secundum Titium, partim aduersum eum lata est: igitur quatenus pro se lata est, iudicatis acquiescit, quatenus verò aduersus se facit appellat aduersarius autem nullus appellat, quæritur an sentẽtia quatenus pro Titio lata est executioni demãdari debeat: & respondent ex communi consensu docto res: si sententia diuersa contineat capitula in ijs, quæ pro Titio faciunt executioni locum fore, sin verò diuersa capitula non sint, sed potius coniuncta in omnibus appellationi deferendum esse, ex argumento textus in l. etiam prima, paragrapho primo. ff. de minor. & leg. ampliorem. C. de appellat. ita sentiunt Faber Bald. & Salicet in dict. l. ampliorem. & Bart. consil. 150. Abb. & Felin. in cap. cum Ioannes, ad finem, de fide instrument. Boerius qui rem latiùs explicat decisio. 73. Non dissimile ergò ratione in proposita specie distinguẽdum puto, vt siquidem diuersa capitula sint quatenus pro creditore sententia facit, executioni demãdetur, sint autem coniuncta sint capitula in omnibus appellationi deferatur. Porrò si reus non appellaret, sed actor tantum, quatenus pro se facit consentiens sententiæ exe cutioni demandari deberet, nam ea quę superiores tradunt scriptores in ordinaria cau sa locum habent, atque hęc de sententia hactenus, quanquam anteaquàm hinc abeam Christiana me cogit pietas, vt omnes quot-
quot * vbique terrarum sunt iudices pro 7
mea in illos charitate moneam, ac cohorter vt in iuredicundo, atque potissimum in con cipiendis sententijs iustitiam præ oculis, ha

beant

beant,& vt verba Romani vsurpem Pontificis in cap.primo.de re iudic. in 6 *stateram gestent in manibus,nihil odium vendicet, nihil fauor vsurpet,timor exulet,præmium expectatio præmij iustitiam non euertat.* Quid enim est per diuos præclarius iustitia? quid præstantius? quid homini melius? quid homini dignius? Aristotelem percõtemur, qui Ethicorum libro quinto,in hæc verba ait. *Hæc vna virtus omnium est Domina,& Regina virtutum,neque vesperus aut Lucifer tantum sui excitant admirationem, ex quo factum est tam*
8 *tritum sermone omnium* * *prouerbium : iustitiam vnam omnes virtutes reliquas continere.* Ciceronem quoque interrogamus, qui officiorum libro secundo,sic ait. *Fundamentum cõmẽdationis,& famæ est iustitia,sine qua nihil potest esse laudabile.* Iniustitia verò,& iniquitate quid quæso est homini turpius? quid fœdius? & magis indecorum, * magisque pœ-
9 na,& animaduersione dignum? Declarauit hoc satis (vt cætera, quæ innumera sunt, exempla taceam) Cambises Persarum Rex, qui quãquàm barbarus mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractam, sellæ intẽdi in eaque filius eius iudicaturum considere iussit,noua atque atroci pœna prouidens ne quis postea iudex corumpi posset. Autor est Valerius Maximus libr.6. cap. 3. Quin duodecim tabularum legibus capite puniebatur
10 * iudex qui ob rem dicendam pecuniam accepisset,vt scribit Aulus Gellius noctium Atticarum lib.20.cap.primo. Atque ne sacra omittamus Eulogia, quæ vt vetustiora,& diuina,ita & autoritatis plus habẽt & fidei, de iustitia sic Salomon profatur. *Per me reges regnant, & legum cõditores iusta decernunt,per me domini dominantur, & regnant iudices omnes terræ.* Prouerbiorum octauo. De iniquitate verò audi quid idem rursus dicat. *Regnum a gente in gentem transferetur propter iniustitias,& iniurias,* Ecclesiastici,10.

SVMMARIVM.

ADdictio, adiectio,& licitatio quid distent. *num.1.*

Debitori succurritur actione de dolo aduersus fraudem in licitatione adhibitam.num.2.

Promissum in venditione promittere quis possit. num.3.

Hæredes hæreditaria bona distrahentes promissum promittere possunt.num.4.

Ciuitatum decuriones concedere promissum possunt,ibidem.

Comites sacrarum largitionum (vulgo contadores mayores) promissum possunt concedere. num.5.

Omnes quibus generalis seu libera data est bonorum administratio concedere promissum possunt.num.6.

Tutores,& curatores possunt concedere promissum modo id bona fide fiat num.7.

Testamentarij executores emptum bonorum concedere promissum possunt.num.7.

Iudex, vel apparitor promissum concedere non possunt.num.8.

Addictio fieri debet loco,formaque debita. numer.9.

Bona in pignus executionis capta cui addici debent.num.10.

In addictione pignorum cognatus debitoris præfertur extraneo, creditor verò cognato. numer.11.

Cum pignora soluendo non sunt, detrudendus est debitor,illiusque fideiussores in carcerem. num.12.

Cum non datus est fideiussor,neque pignora emptorem inueniunt,quemadmodum sibi consulere possit.num.13.

Adiectio locum tantum habet in rebus fiscalibus principisque vectigalibus.num.14.

Quæ sint tempora intra quæ fieri debeat adiectio. num.15.

Ius addictionis reipublicæ,aut minori non competit.num.16.

In magnatum vectigalibus,an adiectionis ius cõpetat.num.17.

In integrum restitutio un reipublica detur, aut minori aduersus bonorum addictionem. numer.18.

Lex quinta,titul. decimonono,partita sexta, illustratur.num.19.

In integrum restitutio non, nisi ex graui causa danda est.num.20.

Inuitus compellendus est nemo emere pignora in executionis causam capta.num.21.

Quintæ Partis.

§. Decimustertius. De addictione.

POst sententiam de addictione dicendum est: hanc adiectionem malunt aliqui appellare, sed eos taxat Valla eleg. lib. 5. cap. 28. quem refert, sequiturque Ias. & Oroscius in l. ab emptione, num. 4. ff. de pactis.

Neque

Neque iniuria illos taxãt, licet adhuc eos vellit defendere Alciatus in l.quinque pedũ. C. nium regund. Diuersa * enim res est. Addictio enim est adiudicatio rei venalis in emptorem, qui meliorem attulerit conditionẽ. vt apparet ex Rubrica, atque ex toto titul. ff. de in diem addict. vbi id notat Budæus, notat & Anton. Augustin. emendationum, lib. 2. cap. 3. Porrò adiectio est licitatio, quę post addictionem fit, vt non obscurè significat. l. 1. C. de vẽdend. reb. ciuit. lib. 11. & l. cum duo, & extrema. l. penult. ff. de in diem addictione. Licitatio ergo (vt ad vulgarem sermonem verba accõmodemus) significat, *postura*, addictio, *remate*, adiectio, *puja*, de quibus per ordinem dicendum nobis est, verum summatim, vt cætera. In licitatione igitur illud cauendum est, ne quid venditor in ea fraudis, aut calliditatis admittat, ne falsum licitatorem subijciat maiusve pretium, quam quod verè offerebatur * mentiatur, alioqui succurrendum erit emptori actione, scilicet, de dolo. l. eum qui. §. 1. ff. de in diẽ addict. l. 3. ff. de crim. stellio. & demonstrat Ciceronis verba, Officiorũ, lib. 3. quæ sunt eiusmodi. *Dolus malus simulatione, & dissimulatione (vt ait Aquilius) continetur: tollendum est igitur in rebus contrahendis omne mendacium non licitatorem vẽditor, non qui cõtra se liceatur emptor opponet.* Illud tamen frequens est, & ordinarium admittere, vt venditor ad inflandum licitationis * calorem aliquid tanquam corollarij nomine pluris licitanti promittat (*vulgo prometido appellamus.*) Franciscus Lucanus de fisco. 4. parte, numer. 4. & est argumento, l. prima. §. non autem. ff. de exercitat. act. & l. item. §. primo. ff. de in diem addict. Sed quisnam hanc promittendi habeat facultatem, videamus: de domino autem vendente id quærere superuacuum fuerit: cum in re sua qualibet sit moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati: porrò de cæteris administratoribus rem alienam vendentibus non incommodè id tractabitur, eoque magis, quòd, nec à legislatoribus, neque ab scribentibus certa de ea re tradita est regula, sed tantum modo speciales quosdam casus prosequuntur. Nam hæredibus ad æs alienum * dissoluendum hæreditaria distrahentibus bona ius esse hoc promissum dare, scribit Bart. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. Rectoribus quoque ciuitatum idem licere scribit Auend. in cap. correctorum. 2. part. cap. 12. n. 12. & Auilesius eodem loci, cap. 32. num. 16. Comites item sacrarum * largitionum (*quos vernaculo sermone contadores mayores appellamus*) hæc posse promissa præstare cautum est, in l. 22. titul. 13. libr. 9. Recopil. Nos ergo istius legis, ac autorum exẽpla sicuti regulam cõstituendam putamus, vt quibus generalis, vel libera * rerum administratio data est, ij possint promissum isthoc in rebus distrahendis concedere, cæteri non possint. Etenim licèt ij qui liberã, & generalem rerum administrationem habent, donare non valeant, vt in l. præses. C. de transact. donare tamen possunt ea, quæ consueta sunt: vel quando plus accepturi sunt, quàm donãt. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administr. tutor. l. contra iuris. §. final. ff. de pactis. Ergo tutores, & curatores in distrahendis bonis minorum promissum * hoc, quod tamen bona fide fiat præstare posse dicendum est. Atque similiter executores testamentorum cum hæres anima instituitur. Diuersum verò existimo in executore, cui funeris tantum curandi iustaue faciendi negotium datum est: particularis enim administrator donandi potestatem habet nullam, l. procurator tutorũ. ff. de procurat. l. iusiurandum, quod ex conuentione. ff. de iurciurand. * Quare (ne rem frequentem omitamus) facultas non erit iudici, aut apparitori hęc promissa dãdi in causam executionis capta sunt. Hæc de licitatione nunc de addictione dicendum: in addictione verò illud obseruandum est, primum, vt loco formaque solita fiat l. 32. tit. 29. partita secunda. Auend. in dictionario, verbo, *almoneda*. Deinde, vt pluris licitanti res addicatur. l. penes. C. de vectigalibus, & commiss. nisi modo alius meliorem attulerit * conditionem: nam tum addicenda illi pot iùs erit, secundum Bartolum in leg. si tempora, numer. quarto. C. de fide instrument. fieri autem potest, vt melior afferatur conditio, tametsi pretio nihil fuerit addtũ, putà si facilior offeratur solutio remittanturve conditiones, quæ in priori licitatione graues fuerant sicuti latiùs expositum est à Iurisconsulto, in leg. eum qui. §. fin. ff. in diem addictione. Quanquàm, & in hac bonorum addictione cognatus debitoris in pari causa extraneo præfertur emptori: creditor autem cognato sicuti bellissimè scribit Iurisconsultus in leg. prima. ff. de priuileg. credit. *Cum bona, inquit, veneunt debitoris * in comparatione extranei, & eius qui creditor cognatusve sit, potior habetur creditor cognatusve, magis tamen creditor quàm cognatus*, & ita eam intellexit Bartol. licet Accurs. aliter interpretetur, igitur si pretium pignorũ captorum, & debito, & impensis soluẽdis suffe-

De licitatione.

De additione.

cerit

11 cerit bene est, cum creditoris * desiderio satisfactum sit, debitor itaque fideiussoresque eius liberi remanebunt, sin non fuerit, detrudendus est fideiussor in carcerē, quin & reus ipse principalis vna cum fideiussor in carcerem detrudi potest, vt autor est Baldus in capit. contigit. de dolo, & contum. quem sequitur Hippolytus singul. 398. Por

12 rò si datus executioni fideiussor * non fuerit, nec pignora, quæ capta sunt emptorem inueniant quatuor sibimis consulere poterit creditor quos recenset, glos. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudicat. Primum si velit, vt bona in executionem capta iure pignoris sibi tradantur, secundum, vt pro debito sibi bona addicātur, tertium, vt ceu quilibet alius liceatur, postremo, vt si per

13 rei calliditatem * factum fuerit, vt emptor non inueniatur, dominiū impetretur à Principe, iuxta leg. fina. C. de iure dominij impetrando, ex his verò quatuor remedijs (vt ait Baldus in l. secunda. C. si in causam iudic. & Paul. de Castro in dicto. §. si pignora) illud est vtilius, vt ceu quilibet alius liceat, eoque remedio interdum pragmatici vti solent, sed illud frequentius vsurpant, vt subijciatur tertius qui pignora liceatur, quibus addictis cedit statim ius creditori, hoc autē idcirco, vt conijcio, quia eo pacto putāt subterfugere se remedium, quod datum est debitoribus ex illa leg. finali C. de iure dominij impetrando, atque ex Authent. hoc nisi debitor. C. de solutionibus, de quarum sen-

* su latius nobis suo loco agendum est. * De addictione verò, cui pro termino, secūdum honorem candela incensa præficitur consule textum, & interpretes in capit. cum in veteri, de electione. * De licitatione, atque itē de addictione dictum est. Venio nūc ad adie-

De adiectione. ctionem. Hæc in rebus fiscalibus distrahendis vectigalibusque principalibus locandis

14 locum habet, id est rebus * iam addictis ius est, vt rursus admittatur licitatio si quis sit qui pluris liceatur, l. si tempora. C. de fide instrument. leg. prima. C. de vendendis rebus ciuit. lib. decimo, & 11. quæ vtique tā aperta sunt iura, vt mirer quid Neapolitanum mouerit consilium contrarium respondisse apud Afflictum decisi. 340. Quænam tamē

15 sint tempora * illa intra quæ hæc fieri debeat adiectio non extat vsque lex iuris communis, quæ hoc definiat, vti scribit glossa, verbo, præstituta. in dict. l. 1. C. de rebus ciuitat. vendendis. Apud nos verò nostrat: Regio iure id sanèque explanatum est in titul. 15. qui inscribitur, *de las pujas y prometedor*, lib. 9. Recopilationis, cuius legibus ad summam cautum est, vt intra quindecim dies à priori addictione admittatur adiectio decimæ, aut dimidiæ decimæ, postea verò non admittatur adiectio, quæ minor sit, quàm quartæ partis, & hæc intra tres debet fieri menses. Hanc verò adiectionum prærogatiuam, quæ fisco regique indulgetur reipublicæ, * ac perinde minoribus non concedi, 16

respondit Iurisconsultus in l. Lucius, paragrapho fin. ff. ad municipal. in hæc verba. *Idem respondit ciuitas nullam priuilegiū habet de adiectionibus admittendis non posse recedi à locatione, vel venditione prædiorum publicorum iam perfectā: tempora enim adiectionibus præstituta ad causas fisci pertinere.* Cū qua quidem consonat l. prima. C. de vend. rebus ciuitatis, libr. 11. Idem iuris, & in vectigalibus magnatum statuēdum esse (nisi auctioni dicta lex sit, vt secundum conditiones regalium vectigaliū * liceant) respondit A- 17

uend. in cap. correct. secunda part. cap. 12. num. 11. Sed an in integrum restitutionem dubimus hoc casu reipublicæ, atque minoribus? quærit hoc Iurisconsultus in l. etsi fine. ff. de minor. sed obscurè respondit, * il- 18

lius enim in hunc modum sunt verba, *quæsitum est ex eo, quod in lucro quoque minoribus subueniendum dicitur si res eius venierit, & existat, qui plus liceatur, an in integrum propter lucrum restituēdus sit, & quotidie prætores eos restituunt, vt rursum admittatur licitatio, idem faciunt, & in his rebus, quæ seruari eis debēt, quod circunspectè erit faciendum: ceterum nemo adeet ad emptionem rerum pupillarium.* Tangūt, & aliqui ex nostratibus fingentes exemplū in locationibus, quas ciuitates facitūt tabernæ, macellariæ, aliarumque publicarū functionum: verum non idem illi quidem sentiunt, etenim Auend. negat in integrum illis restitutionem cōcedendam, excepto eo si adiectio grandis nimium magnaque sit, est autem locus Auendani in cap. correct. 2. parte. cap. 12. Contrarium verò affirmat Auilesius eodem tit. cap. 32. scribens, secūdum hoc quandoque se obtinuisse. Verum enim verò (vt dicam, quod sentio) multa concurrunt, quæ me in Auendani opinionem impellunt. Primum, quia si exleui, & quacunque adiectione restitutionem minori, aut Reipublicæ concederemus, nihil aliud esset, quàm vt emptores abistorū auctione deterreamus, quis enim lubens accedat ad emptionem, quam incertam, & infirmam esse nouerit? Nemine autem cum his contrehte futurum ēerit, vt quodammodo commercio eis interdicatur, vt scribit Iurisconsul. in dict. l. etsi fine, & l. quod si minor. §.

fin.

fi. ff. de minor. accedit item elegans ratio Baldi in l. cum pecunia. C. de solut. nam si malè, inquit, & in auspicato illis conductione cedente ipsi soli periculũ laturi sunt cur lucro illis prospere cedente inuidemus? Et postremo me potissimum mouet. l. 5. ti-
19 tul. 19. part. 6. quæ hac eadem specie * definit restitutionem, non nisi magna ex causa minoribus dandam. Itaque lex Regia expressim Auendan. probare videtur opinionem, vt taceam, & aliàs generaliter recep-
20 tum esse restitutionem * in integrum non nisi ex graui causa dandam esse. l. scio. ff. de restit. in integrum gloss. & reliqui in capit. primo, eodem tit. in 6. Couarruu. lib. 1. Variar. capit. 3. numer. 11, & huius quoque sententiæ fuisse videtur, Gregor. Lopez in dicta. l. 5. titul. 16. part. 6. Qui id tamen intelligit dummodo in auctione hastarum, solenitas, & alia ad eã rem necessaria obseruata fuerit, nam si quid ex solẽnibus defuerit, cũ contractus sit nullus etiam sine restitutione ex integro ad licitationem redire licebit, l. prima. C. de fide instrument. lib. 10. & l. fi. C. si aduersus fiscum, & expressim, ita scribit Alber. in dict. l. etsi sine. ff. de minoribus.
21 Illud ad extremum superuacuum fuerit, * vt admoneam non debere executorem cõpelere, quem vt pignora in executionẽ capta inuitus emat. l. inuitum. C. de contrah. emptio. leg. neque emere. C. de iure delib. leg. tertia, titul. 5. part. quinta, soleant quanquàm nonnulli iudices in executione ad fiscum attinenti contrarium vsurpare, ducti (vt opinor) argumẽto textus in leg. prima. C. vt nemini liceat in emptione specierum se excusare, lib. decimo, & leg. 18. & 20. tit. 7. lib. nono, Recopilat. quæ tamen cum specialibus in casibus loquantur ad argumentum trahenda non sunt: vt in regula, quæ à iure communi, de regulis iuris in. 6.

SVMMARIVM.

CReditor recepturus pecuniam ex causa executionis cauere prius debet, iuxta legem Toletanam. num. 1.

Satisdatio hæc creditori, etiam diuiti non remittitur. num. 2.

Gerundium conditionem præsefert. num. 3.

Etiam parte non petente ad officium iudicis pertinet, vt satisdationem hanc exigat. numer. 4.

Quælibet honesta litigandi causa excusat à pœna. num. 4.

Qui iurato promisit iudicio sisti, non peierasse videtur si ex concessa causa non stiterit. numer. 5.

Quintæ partis.

§. Decimusquartus. De fideiussione post addictionem à creditore præstanda.

EXigit præterea Toletana illa lex, vt creditor solutionem recepturus de pecunia restituenda prius caueat cum *pœna duplisi sentẽtia forsan rescissa fuerit, id quod locum quoque habet, etsi debitor se nõ opposuerit, sicut Toletana ipsa lex non obscurè demonstrat, Scribit etiam * Auẽd. in tit. 2
de las excepciones, n. 36. hanc satisdationem, ne diuiti quidem creditori remittendam esse, quoniam lex conditionaliter loquatur: ait enim, *dando el tal mercader, ò acreedor luego fianças, &c.* Gerundium enim illud dando, conditionem, atque necessitatem præsefert, iuxta ea quæ notat Bart. in l. si tu ex parte. ff. acquirend. hæredit. confirmatque * 3
opinio hæc etiam poterit ex ijs, quæ affert Quesada diuersarum quæst. cap. 11. Multo * 4
minus igitur pauperi eam remittemus, neque si nemo sit, qui pro eo intercedat iuratoria cautio erit admittenda, sicuti ibidem ipse tradit Auend. & Azeuedo, quoque in l. 2. tit. 21. lib. 4. Recopil. num. 25. & sentit Auilesius in tractatu synd. cap. tertio. verbo, *pregonar*, nu. 23. narrans, se iudice pro eiusmodi pauperibus illorum miseratus inopiam aliquando fideiussisse, cuius pietatis exemplũ magis sequendum, quam improbandum videtur. * Idem Auend. scribit superiori loco, & si alioqui iure receptum sit leges satisdationes exigentes intellectum iri parte id desiderente seu petente, iuxta glos. cui reliqui ibidem assentiuntur in l. vniuersa. C. de precibus Imper. offer. Tamen hoc casu etiã debitore non petente ad officium iudicis pertinere, vt ipse vltro * satisdationem exi 4
gat, alioqui sui periculi rem agere, cum lex necessario hanc satisdationem postulet, & ita vtimur? Quod autem ad pœnam attinet meminisse debemus quamlibet honestam litigandi causam ab ea excusare. ex ijs quæ latius affert Alexand. cons. 43. volum. 6. n. 4. & Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra, num. tertio. C. de iudicijs, & præstat

eius

eius rei optimum argumentum, quod Iurisc̃ōsultus scribit in l.fin.ff.qui satisdarecog. in hæc verba. *Qui inrato promisit iudicio sisti*
5 *non * videtur peieraſſe, si ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit.*

SVMMARIVM.

IN cauſis executiuis appellatio habet effectum deuolutiuum, non ſuſpenſiuum. num. 1.
Appellatio tertij oppoſitoris an in executiuis cauſis habeat effectum ſuſpenſiuum. num. 2.
In executionis cauſa, an appellans ſit ad probandum admittendus. num. 3.
In cauſa executiua quando appellationis iudex exequi poſsit, quod à ſe ſtatutum fuerit. numer. 4.
L. 4. titul. 21. lib. quarto. Recopilat. elucidatur. num. 5.
Cum primi iudicis ſententia manifeſtò eſt iniuſta non iniuſtè fecerit appellationis iudex ſi à ſe ſtatuta exequatur. num. 6.
Quæ facto non iure fiunt, facto itidem reſcindi debent. num. 7.
Cum appellationis iudex reſciſſa prioris iudicis ſententia addictionem peragendam definit, an ſuam poſsit exequi ſententiam num. 8.

Quintæ Partis.

§. XV. De appellatione.

AB illa porrò addictionis ſententia (*qua de remate vocamus.*) appellationem nō habere * effectum ſuſpenſiuum, ſed deuolutiuum tantum, ſatis ſuperque ex Regijs le
1 gibus conſtat, præſertim ex l. tertia, & 19. tit. 21. lib. 4. Recopilat. & tradit Anton. de Canario de executione inſtrumenti, quæſt. 46. & 47. & Couarruu. pract. quæſt. cap. 23. ad finem, & Didac. Perez in l. quinta. tit. 8. lib. 3. ordin. in gloſ. penult. appellatio igitur (idem iuris erit de nullitate) nihil erit impedimento quominus bonis addictis creditori data legitima cautione poſſeſsio detur, vt lex illa. 64. Tauri declarat. Vtrū verò hoc ad tertium * pertineat oppoſitorem
2 tractat Caſtellus in dict. l. 64. Tauri, num. 96. vbi diſtinctione quadam vtitur, & licèt illius opinionem amplexetur Gutierrez in l. nemo, nu. 390. ff. de legat. 1. Mihi verius ſic diſtinguendum videtur. Aut executio locum habet aduerſus tertium poſſeſſorem, vel quia is cauſam habet à debitore, eratque res alienari prohibita, vel alijs de cauſis, quàs latiùs ſuperius expoſuimus. 4. part. §. 4. Et tum, ne tertio quidem appellare licebit, quia eodem iure vti debet, quo ille à quo cauſam habuit, ſicuti de exceptiouibus recipiendis necne effuſe probauimus. 5. p. §. 11. Aut verò executio locum non habet aduerſus tertium poſſeſſorem, quia is cauſam non habuit à debitore, & dicēdum eſt appellationem ab eo interpoſitam executionem ſuſpendere, ex cap. ſuper eo, de officio delegati, & quæ accurate affert * Caſtellus ipſe loco ſuperiore. Sed & in appellationis cauſa non indiſtinctè probationes recipi debent: * hoc enim iure vtimur, vt inuito appellante probationes non recipiantur, ſed ex eiſdem actis definiatur cauſa. Idemque iuris eſt, quando debitor appellans adhuc iudicatis nō ſatisfecit: hoc enim: & quotidianus vſus abunde demonſtrat, & docet etiam Couarru. ſuperiore capite ſub finem. Sed illa ſub difficilis eſt quęſtio. Debitor aduerſus quem executio, & bonorū addictio facta eſt ſuperiorem appellat iudicem * appellationis autem iudex, quod à primo iudice factum eſt iniuſtum irritumque eſſe pronuntiauit. Actor igitur ab illius ſententia itē prouocat. Quæro, an appellatione actoris non obſtante iudex appellationis ſuam exequi, qui ſententiam debeat cogendo, ſcilicet, ipſum creditorem, vt pignora addicta debitori reſtituat: quam quidem quæſtionē vltro citroque ex agitare facile poſſem ex ijs, quæ ſcripſimus ſuperius hac. 5. part. §. 10. & quæ affert Menoch. de adipiſcen. poſſeſs. remedio. 4. Verum ne ſim prolixus mihi appellationi magis deferendum eſſe placet, nam vt cætera omittam id, vel Regia lex, quæ de ſententijs * arbitrarijs exequen
5 dis tractat aperte ſignificat, ea eſt hodie l. 4. tit. 21. libr. 4. Recop. cuius verba (quatenus ad hunc locum attinet) ſic ſe habent. *Y ſi la ſentencia fuere reuocada por el Preſidente è Oydores, que de la tal ſentencia reuocatoria ſe pueda ſuplicar para ante ellos miſmos, quedando en ſu fuerça la execucion, haſta que ſe de ſentencia en reuiſta.* Ecce quam planiſsime legis verba noſtram probant ſententiam: ſequenda erit igitur, cum eo tamen, vt meminerimus ſi prima ſentētia addictionis à quā fuit prouocatum manifeſto iniqua fuerit nullāve, iuſtiſsime facere eum, qui de appellatione 6
* cognoſcat, ſi neglecta ea à ſe iudicata exequatur cogēdo, ſcilicet, creditorem, vt bona perinuriam ablata exēplo debitori reſtituat:

tuat: suadet enim hoc cum generalis illa regula appellationibus friuolis deferendum non esse, capit. cum appellationib. friuolis, de appellationib. in sexto. Tum illud, quod vulgo tradi solet, quæ facto non iure * fiũt,
7 facto itidem esse rescindenda, l. minor, ff. de euictio. l. 1. ff. si mulier ventris nomine, Bald. & Ias. in l. si pacto, C. de pactis, Panormitan. in cap. quia clerici, num. 4. de iure patronatus. Cacialupus de debitore fugitiuo, quæstione vltima. Neque (mea quidem sententia) quæ ita ex rerum vtilitate fiunt superiores iudices debent molestè ferre, sed potiùs boni æquiquè consulere. Sed illa non minus difficilis, & haud scio, an difficilior est quæstio pone versa vice iudicem * apud quem executio petita est pronuntiasse addictioni locum nõ fore appellauit, itaque ab eius sententia creditor appellationis verò iudex rescissa sententia addictioni locum esse pronuntiauit appellat itaque debitor, quæstionis est, an suam sententiam appellationis iudex exequi debeat, & posthabitis multis, quæ vltro citroque in medium afferre poteram magis placet non obstante hac debitoris appellatione addictionem per agendam esse, sanè leges Regiæ hanc prærogatiuam addictionis sententiæ concedunt, vt appellatione non obstante iudicatis pareatur. Porrò, an hæc addictionis sententia à primo iudice, an à iudice appellationis ferratur, nihil interesse debet, l. postquam, §. Imperator, ff. vt legatorum nomine caueatur. Bartol. in l. 3. §. 1. num. 5. ff. de duobus reis. Abb. in cap. cum Ioannes, num. 17. de fide instrum. Imola in l. amplius, §. fin. ff. de damn. infect. iudex enim appellationis succedit in locum prioris iudicis, Capicius decisio. 86. num. 19. Quanquam cum soleant iudices executionem irritãtes integrum ius creditori reseruare, cautius, & circumspectius videtur ad has difficultates euitandas, potiùs ex integro executionem repetere, quam ad appellationẽ remedium cõfugere.

SVMMARIVM.

L Ex fin. C. de iure dominij impetrando illustratur, num. 1.

Eandem legem in desuetudinem abijsse ostenditur, num. 2.

Apud nos plerisque in locis obtinuit consuetudo, vt debitor intra certa tempora pignora licendi potestatem habeat, num. 3.

Cuiusque fori consuetudo, seu Stylus obseruandus est, num. 4.

Secluſa consuetudine nullum tempus debitori datur ad pignora iam addicta licenda, numer. 5.

Quæ remedia dentur debitori ad pignora iam addicta recuperanda, num. 6.

Debitore soluente appellatione durante restituẽ dasunt illi pignora iam addicta sine fructibus tamen, num. 7.

Refertur vsus, seu praxis, qua hodie superiores vtuntur in executione rescindenda, numero 8.

Aduersus bonorum addictionem minori in integrum restitutio datur, num. 9.

In integrum restitutione veniunt fructus, numero 9.

Remedium competens ob læsionem vltra dimidium iusti pretij, an habeat locum in bonis publica subhastatione venditis, num. 10.

L. 1. & 6. tit. 11. lib. 5. & l. 20. tit. 7. lib. 9. Recopil. elucidantur, num. 11.

In remedio competenti propter lesionem vltra dimidium iusti pretij, an fructus veniant, numero 12.

Cum læsio enormissima est fructus, an sint restituendi, num. 13.

Remedium competens ex enormissima læsione, etiam intra triginta annos datur, numero 14.

Cum creditor post bona addicta partem debiti accipit fructus restituere debet, numero 15.

Agi potest de dolo cum executore, qui per dolum bona vilius vendidit, num. 16.

Fideiussor qui bona emit debitoris rem cum fructibus restituere tenetur reddito sibi pretio, num. 17.

Tertius quando habeat ius offerendi creditoribus, num. 18.

Quando res addicta est euicta creditori, quo remedio sibi consulere debeat, num. 19.

Re addicta creditori euicta non potest rursus executionem pro eodem debito petere, numero 20.

Semel hæreditate restituta cessat hæreditatis petitio, num. 21.

Leg. si quis aliam, ff. de solutio. illustratur, numer. 22.

Cum bona censui obligata sunt creditori addicta, an pro redditibus, qua deinceps effluxerunt executionem petere possit in cæteris bonis debitoris, num. 23.

Peremptis bonis super quibus specialiter constitutus est census, & ipse quoque census extinguitur, num. 24.

Quintæ

§

Quintæ Partis.

§. XVI. Quæ remedia dentur debitori ad retrahenda bona ab executore iam addicta.

SVb hæc cõueniens erit, vt tractemus, quę remedia debitori competãt ad bona iam addicta recuperanda, de quibus dicere incipiam, si tamẽ illud prius admonuerim, nos hic non de remedijs ordinarijs (quæ scilicet, omnibus communia sunt) quærere, sed illud, an speciale aliquod sit remedium quo debitori iure succurrere valeamus.

1 In primis autem * videtur illi mirifice succurri posse, ex remedio, l. finalis, C. de iure dominij impetr. Vbi biennium indulgetur debitori intra quod luendi pignoris potestatem habeat: de qua quidem dominij impetratione meminit etiam Iurisconsultus in l. magis puto, ff. de rebus eorum. Verum lex illa finalis vario modo accipi solet. Nam Accursius illic, verbo, *integra*, existimauit textum illum non loqui in pignore iudiciali, id est, quod in causam executionis capitur, sed in pignore conuentionali, quod principali rescripto creditori in solutum datur, & in eadem sententia fuit in l. 1. ff. de pignor. actione, verbo, *traditum*, & placuit Alexand. in l. properandũ, §. fin autem reus, C. de iudicijs, & Decio consil. 558. volumin. 4. quorum intellectum verum non esse ostendit apertius textus in l. fin C. si in causam iudicati pignus captum sit, sed & illam legem finalem, C. de iure dominij impetrand. habere tantum locum in fœneratoribus, non in cæteris creditoribus, placuit ibidem Angelo, à quo tamen discrepant reliqui omnes teste Iasone in l. debitoribus, num. 6. ff. de re iud & Ant. de Fano, depig. 6. part. memb. 1. num. 5. Vtcunque tamen sit illius legis decisionem iam exoleuisse in desuetudinemque abijsse probatissimi * autores pares sententias faciunt. Bartolus, Bald. eodem loci, idem Baldus, & Salycet. in l. fin. C. de bonis autori. iudicis possid. Imola in l. si finita, §. Iulianus, ff. de dãno infecto. Alexand. in l. properandum, §. sin autem reus, C. de iudicijs, atque ita nostrati iure illius legis decisionem receptam non esse intelligere licet, ex l. 41. & 42. tit. 13. part. 5. Vetustissimam igitur illam, & exoletam constitutionem missam facientes, quid hodierna tempora ferant videamus. Et sanè apud nos plerisque in locis illa obtinuit consuetudo, vt potestatem habeat debitor * bona addicta licendi, seu retra- 3
hendi, mobiles quidem intra triduum, immobiles intra nouem dies. Huius consuetudinis fidem faciunt Castellus in l. 70. Tauri, verbo, *remate*, & Couar. lib. 2. Varar. cap. 11. n. 3. Didac. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 8. ord. Hic ergo perinde, ac in cæteris causis cuiusque fori consuetudo * (quem vulgo Stylum vocamus) sequenda erit, l. de interpretatione, & lex sequens, ff. de legibus, §. ex non scripto. Instit. de iure natu. capit. fin. de consuetudin. l. 6. & 7. titul. 3. partit. 1. Cassanæus in consuetud. Burgund. Rubrica prima, num. 8. Boerius consil. 8. Pinellus in l. 2. C. de rescind. vend. 2. parte. cap 4. num. 2. Secluſa igitur consuetudine quantum ad ius scriptum attinet, nullum tempus debitori ad res * iam omni parte addictas luẽ- 5
das, sed redimendas datur, l. si finita, §. postea, ff. de damno infecto, & illic glossa, & reliqui. glossa etiam in l. properandum, §. fin autem reus, C. de iudicijs, verbo, audiatur, & illic tradunt classici omnes, & magis communem affirmat esse opinionem Decius cons. 558. volum. 4. Remedijs ergo ordinarijs experiundi potestatem duntaxat habet ille, sicuti animaduertit ipse Bald. in illa lege final. C. de iure domin. impet. & probat. clara voce Iurisconsultus in l. si creditor, ff. de distract. pigno. Remedia vero ordinaria * hoc loco illa ferme sunt: appellatio, nulli 6
tas, in integrum restitutio, itemque læsionis vltra dimidium iusti pretij: de quibus si ego hic serio agere vellem non iniuria morosus, ac importunus videret, qui rem alioqui tutam, & passim obuiam intempestiuè inculcarem. Flosculos igitur tantum, ceu apes delibantes, attingemus duntaxat ea, quæ ad executionis vsum potissimum spectant. In appellatione igitur illud erit annotandum, si appellatione pendente debitor debitam pecuniam obtulerit restituendas illi res addictas esse: licuit enim hoc illic in priori iudicio facere: ergo & idem in appellationis * causa licebit, l. si pecuniæ. ff. vt in possess. leg. §. fin. Inst. de exceptionibus, l. postquam, §. Imperator, ff. vt legatorum nomine caueatur. Parum dixi, imo etiam debitore non petente soliti sunt supremi magistratus, qui de appellatione cognoscunt æquitatis, atque humanitatis intuitu (quam præ oculis iudicis omnes habere debent) dum definitiuè pronuntiant partes suas interpo- 7

nere, & ita executionem confirmare, vt tamen iubeant debitore intra certam diem debitum, & impensas soluente bona illi restitui, sicuti de ea re fidem haud dubiam facit testis oculatus domin. Couarru. libr. secundo Variarum, cap. 11. numer. 3. Id autem non sine certissimo legum argumento, cum non paucæ sint leges hac in parte debitoribus indulgentes, leg. 2. & l. debitoribus, ff. de re iudicat. l. 1. & 2. C. de vsuris rei iudicat. cap. quoad consultationem eodem titul. Si ergo inferiores iudices huiusmodi humanitatis exemplum vsurpauerint culpandos minimè crediderim: nam velut à fonte riuulos æque, & à maioribus doctrinæ exempla deriuare honestissimum est, capi. in causis, & capit. sicut nobis, de re iudicat. l. 3. C. de legibus, l. nam Imperator, ff. eodem titul. Cessabit tamen hoc casu fructuum restitutio, cum per addictionem dominium rei adeptus sit creditor, *bonæ enim fidei possessor est (vt Iurisconsultus inquit) & dominium habet, qui autore iudice comparauit*, l. at si quis, §. 1. ff. de religios. & sump. fun. l. 52. titu. 5. part. quinta, tradunt gloss. Bart. & reliqui in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. & in l. Titia, ff. de solutio. & Couar. dict. cap. 11. num. 3. Sed & quod ad nullitatem attinet illud obliuiscendum non erit, solitos esse supremos * magistratus executionem irritantes iubere, vt bona addicta cum fructibus debitori restituantur cum eo tamen, vt debitor prius æs alienum exoluat, sicuti & ipse Couarru. tradit loco superiore, id quod & iuri consentaneum esse apparet, ex l. fin. §. fi. ff. quod metus causa, & l. 1. C. de iure hastæ fiscalis, lib. 10. ac non minus apertè, ex l. fi. C. si aduersus fiscum restitutio postuletur, atque in l. si deserta, C. si propter publicas pensitationes. In integrum autem restitutionem aduersus * bonorum addictionem minoribus competere probat l. si creditor, ff. de distract. pign. & l. 1. C. si aduers. venditio. pign. & tradit Guido Papæ decisio. 31. quod intelligendum est tamen modo grande damnum, aut certè non minimum exinde eos sequatur, l. scio, ff. de in integrum restit. l. si ex causa ff. de minoribus, & diximus superius, §. 13. Fructus autem in integrum restitutione venire certum est, l. quod si minor. §. restitutio ff. de minoribus, l. si prædium, C. de prædijs minor. glossa, & cæteri Scholiastes in cap. ad nostram, de rebus Eccles. non alienand. l. 1. C. de reputationibus, Couarruu. libr. 1. Variarum, capit. 3. & Pinellus in l. secunda, C. de rescindend. vend. 2. part. capit. 4. numer. 20. An verò absenti cuius bonis datus est curator in integrum restitutio detur, tractat Bald. in titul. de milite vassallo, qui contumax est, in vsibus fœud. num. 11. Circa verò læsionem vltra dimidium iusti pretij sciendum est apud iuris communis interpretes non mediocriter * esse controuersum, an illud locum habeat in bonis publica subhastatione per officium venundatis. Nam Angelus Perus. in l. pretia rerum, ff. ad legem Falc. & cons. 129. in ea fuit opinione, vt existimaret illud hoc casu locum non habere: quin ea fuit quoque opinio Bart. & Ioan. de Plat. in l. 1. C. de prædijs Decurio. quorum sententiam testatur communem Decius cons. 210. & 351. Contrarias verò partes secutus est idem Bartol. in l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor. cuius opinionem communem itidem affirmat Iason in l. pacta nouissima, num. 9. C. de pactis, & alij quos refert Pinellus in l. 2. C. de rescinden. vend. 2. parte, capit. secundo, num. 25. & dominus Padilla eodem loco, num. 30. Porrò nostra ti iure Regio hæc autorum discordia sopita iam est: extant enim principales constitutiones, quibus definitum est, remedium illud locum etiam habere in bonis publica auctione per iudicem venundatis, excepto eo si emptio facta ab inuito fuerit, datique fuerint arbitri, qui bona æstimarent: nam tum cessaret etiam remedium illud, sicuti in promptu est videre apud l. 1. & 6. tit. 11. lib. 5. & l. 20. tit. 7. lib. 9. Recopi. quarum tamen sensum non fideliter retulit dom. Padilla loco superiori, qui scribit illas accipiendas * esse, quando venditio facta fuit in publica subhastatione ex causa voluntaria nõ ex causa necessaria: eodem quoque vitio laborat Gregor. Lopez in l. 56. titul. 5. partita 5. verbo, *menos*, qui ait, quando alienatio facta fuit cum decreto iudicis cessare illud remedium: nam & leges illas procedere, quando decreto iudicis, vel ex causa necessaria venditio facta fuit, ipsarummet legum verba luce clarius demonstrant, coacta igitur emptio, & æstimatio arbitrorum (velut ea, quæ fieri solet in executione contra reliquatores vectigalium, vt in d. l. 20. tit. 7. lib. 9. Recopilat.) est quæ cessare facit remedium illud, non verò decretum iudicis, vel sola venditio necessaria, vt falso nostrates existimarunt, qua de causa nulla ratione à culpa vacare poterunt: nam siue patrias leges vernaculo editas sermone non intellexere socordia est: siue eas intellexere stoccipendentes verò autorum opinionibus

bus obsecundare maluerũt, insciti a est, cum scire omnes debeant nostrates leges à iurisperitissimis compositas fuisse hominibus, necessarioque nobis obtemperandum illis esse, hoc præsertim casu, in quo frequens scriptorum sententia cum illarum decisione consentiat. An verò fructus restituendi
12 sint, veniantque * in remedio illius legis secundæ C. de rescind. vend. res est inter scribentes controuersa valde: nam fructus restituendos esse ab emptore scripsit Rosredus de libellis, 4. part. cuius opinionem (vt cæteros taceam) amplexus est subtilis Manuel à Costa Lusitanus in l. Gallus, §. & quid sit tantum, ff. de liber. præteritis, 2. part. num. 27. & Gregor. Lopez in l. 56. titul. 5. partit. 5. verbo, *desemparar*, & Couarr. libr. 2. Variar. cap. 3. nu. 9. Ex diuerso verò fructus restituendos non esse, scripsit Rota decisio. 116. in nouis. Ant. de Butrio, Imola, & Ant. de Burg. in cap. ad nostram, de emptione, & vendit. & hanc magis communem esse opinionem moribusque receptam, fidem facit Pinellus in eadem l. 2. part. cap. 4. num. 1. vsu quoque receptam esse scribit Couarr. ipse loco superiori, atque item dom. Padilla in dict. l. 2. C. de rescind. vend. num. 50. Proinde hæc nobis magis sequenda erit opinio: cum vt aliàs diximus, & sæpè dicendum est, duabus opinionibus inter se certantibus sequenda erit illa magis, cuius partes consuetudo secuta fuerit, l. minimè, & l. cum de interpretatione, ff. de legibus. Quanquam Rosredi, & suorum opinionem locum fortasis sortiri existimandum est, quando læsio non solum esset enormis, sed etiam enormissima. * nam tum & res
13 dolo acta intelligitur, & datur læso in integrum restitutio, ex clausula generali, quæ duæ res faciunt, vt fructus restituendi esse videantur, ex ijs quæ notantur in l. aut qui aliter, ff. de verb. oblig. & in l. si superstite, C. de dolo, & in l. 1. ff. ex quibus causis maio. Huc pertinet quod remedium hoc ex hac enormissima læsione competens nõ
14 solum intra quadriennium * datur, sed etiã intra triginta annos, sicuti bellissimè scribit Gregor. Lopides in l. fin. titul. fin. part. 6. in glossa fin. cui suffragatur, quæ affert Suarez allegatione 21. colum. 2. & Otalora de nobilitat. tertia parte, tertia principa. cap. 5. sub finem, & Pinellus in dict. l. 2. C.
* de rescind. vendit. 2. part. cap. 4. * At item ex Ioan. Garsia de nobilitat. glos. 6. §. primo, numer. 47. sed planè in specie illius text. non erat quæstio de fructibus. Nam laicus ille, qui à monasterio villam in feudum acceperat, fructus fecerat suos, quippè qui bona fide, & tit. possideret, atque proinde tantum abest, vt monasterium bonam fidem agnoscens, & accepti beneficij memor contentus peteret fructus postularet, vt ex diuerso ipse laicus fructibus non contentus peteret sumptus, quos in ipsa villa recuperanda, & augenda, & monasterium ære alieno liberando fecerat. Papa autem intelligens fructus plus valere, quàm sumptus, & à monasterio non esse petitos fructibus sumptus compensari definit, iuxta leg. sumptus, ff. de rei vendi. atque ita textus ille nihil nostrę refragatur sententiæ. Placet itaque in enormissima læsione fructus restituendos esse habita tamen ratione eius, quod creditoris interfit suam non habuisse pecuniam, secundum censum legitimam pensitationem; sicuti etiam tradit Padilla in l. secunda, C. de rescind. vend. num. tertio, & Azeuedo in l. fin. titul. 21. lib. 4. Recopilation numer. 127. & Matienço in l. 1. tit. 11. libr. quinto, Recopilat. glos. 5. num. 14. & Ioan. Garsia de nobilitat. glos. 6. §. 2. num. 4. * Hoc tamen, an verum sit pendet ex intellectu. cap. ad nostram, de rebus Eccles. non alien. qui quàm varius sit apparet, ex Couarruu. & Pinel. locis modo citatis. Æquè etiam restituendos debitori fructus esse crediderim, quando creditor post bona sibi addicta partem * debiti à debito- 15
re receperit, tum enim quasi pacto à iudicatis discessisse videtur: atque non, tam pro soluto, quàm pignoris titulo possidere, sicuti eleganter rescripsit Imperator in l. 2. C. de iure domin. impetrando. Estque item argumento, l. si creditores, C. de pactis, & l. Æmilius Largianus, ff. de minoribus, & l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re iudic. l. 2. §. & generaliter, ff. de doli exceptione. Præterea, & illud quoque debitori ad
bona * addicta retrahenda remedium com- 16
petit, vt si forsan per executoris dolum, aut calliditatem factum fuerit, vt res vilipretio distrahatur agi cum eo possit actione de dolo, vt scribit Iurisconsultus in l. si pignora, ff. de euictio. Sic quoque si quis per do-
lum * pluris æstimatum fundum in solutũ 17
dederit non liberabitur, nisi id quod de est repleatur, vt scribit Iurisconsultus in l. si quis aliã in extremo, ff. de solut. eadem quoque de dolo actio debitori datur aduersus fideiussorem, qui pignora in causam executionis capta emerit, ita vt cum fructibus restituere damnandus sit, vt est textus elegans in l. 1. C. de dolo, & in l. si mandato, §. 1. ff. mandati. Cum enim * fideiussio ex gratia, 18

& amicitia originem trahat non bona fide
* agere fideiussor videtur, qui debitoris pignora emerit quæ. * Luere potiùs, seu re pignorare, * debuerat, vt Iurisconsultus ipse declarat in dict. l. si mandato, cui addite, l.
* fin. ff. de contrahen. empt. * & l. 2. ff. de distract. pign. * Et hæc quidem satis de remedijs, quibus debitoris omni iam marte addictas recuperare valeat. Tertius verò, quando habeat ius offendi creditori, tractant cum aliàs alij tum Capicius decis. 202. & Ias. in §. item si quis in fraude. Inst. de actio. num. 115. Quando igitur de remedijs debitori competentibus dictum est, soleat autè quandoque quæri quibus remedijs prospici
19 etiam * creditori possit, si res, illi addictæ euictæ fuerint, his quoque de rebus pauca dicamus. Et illud in primis expeditum est, cum ita res addicta euincitur creditori non
20 posse illum rursus executionem * pro eo debito petere, quoniam eo casu prior actio omninò iublata est, l. eleganter, ff. de pign. actione, l. à Diuo Pio, §. si post addictum, ff. de re iud. glos. in l. si prædium, C. de euictionib. tradunt Bart. Paul. & Alexand. in l. debitor, ff. ad Trebel. probat etiam l. si profundo, & illic classici omnes, C. de transact. Ioseph. quoque Ludo. decis. 101. estque argumento, quod tradit glos. in l. 1. ff. de fideicom hæredit. petit. & in cap. 1. de confess. in 6. simul, ac restituta * hæreditas fuerit
21 cessare hæreditatis petitionem. Paruique refert, quod est apud Iurisconsultum in l. si quis aliam, ff. de solution. si quis aliam rem pro alia volenti soluerit, & euicta fuerit remanere pristinam obligationem: nam vt illic declarat & rectè Bartolus * cui reliqui adstipulantur ibidem necnon Tiraquel. de retractu linagier. §. 1. glos. 14. numer. 7. * eo casu species pro specie soluta erit, itaque
22 erat permutatio * quæ vim quidem non aliter habet, quàm si res accipientis fiat, l. 1. ff. de rerum permutat. Secus, atque quando species pro pecunia soluta fuerit de qua re nos agimus: nam tum emptio, & venditio contrahitur, in qua venditor non ad dandum, sed ad tradendum obligatur, vt in
23 l. fin. ff. de condictio causa data, proinde re euicta ex empto tantum euictionis nomine creditor cum debitore experiri debet, iuxta textum in l. si prædium, & l. si causam, C. de euictio. Sed illud quoque quoniam frequens est non indignum erit, vt attingamus, creditor cui annus census debetur pro reliquis executionem petijt. Suntque bona censui nexa per officium illi addi
23 cta, * quæro, an pro redditibus, quæ deinceps effluxerunt possit rursus executionem intendere in cætera, scilicet, bona sibi generaliter obligata? & tractat hanc quæstionem, & multis quidem verbis Boerius decisio. 309. & multis vltro citroq; adductis: tandem negat posse eum denuò executionem intendere: illius tamen argumenta mihi sanè non admodum satisfaciunt, atque ita ipse idem enarrat maiorem Senatorum partem contrariæ subscripsisse sententiæ: magis autem me in Boerij sententiam impellit, quod à quibusdam pridem probatum est, & nuper Pontificia fuit sanctione definitum peremptis * bonis, super quibus 24
specialiter census constitutus est, & ipsum quoque censum extingui, sicuti vt cæteros taceam scribit Gregor. Lopez in l. 28. titul. 8. partit. 5. verbo, *à censo*, limitatione prima, & definit constitutio sanctissimi Pij Quinti Pontificis Maximi, quæ inter proprios motus extat. Si ergo extinctis bonis, super quibus census specialiter constitutus est ipse census euanescit, multo magis euanescere dicendum est si eadem bona ad ipsummet deuenere creditorem. Quæ vtique ratio tantùm apud me valet, vt mihi persuasum habeam Boerij opinionem magis sequendam esse. * Suffragatur quoque nobis non mediocriter, quod tradit Valascus Lusitanus iure emphyteut. quæstio. 32. num. 14. non posse emptorem census agere aduersus venditorem, qui rem censui nexam non possideat. *

SVMMARIVM.

Solutio, vt legitima sit fieri debet creditori pro curatorive eius, aut seruo actori, num. 1.

Tutori, aut curatori rectè soluitur, num. 2.

Institori qui publicè creditoris rem gerebat facta solutio tenet, etsi non constet de mandato, num. 3.

Marito dotale debitum rectè soluitur, nu. 4.

Debitum ex alia causa, quam dotis viro non rectè soluitur, nisi vxoris mandato, num. 5.

Filio familias vel actori, quorum contraximus facta solutio valet, num. 6.

Vni ex reis credendi, vel alteri, ex socijs rectè soluitur, num. 7.

Debitor coactus à iudice alteri soluere, quã creditori, an liberetur, num. 8.

Secretum factum de debito, an executionem impediat, num. 9.

Soluens iudici, aut apparitori exequenti liberatur, num. 10.

Con-

Confessio de recepto facta à procuratore domino non nocet, num. 11.

Procurator ad exigendam, nec acceptum ferre, neque nouare potest, num. 12.

Procurator habens mandatum cum libera potest confessionem de recepto facere, numero 13.

Procurator, cui datum est mandatum ac debitũ recipiendum, & confessionem de recepto faciendam accepto ferre potest, num. 14.

Debitor soluens videtur potius soluere indebitũ, quod ex publico debetur instrumento, quam quod ex chirographo, num. 15.

Qui vinum, aut frumentum debet non potest pro eo pecuniam soluere, num. 16.

Debitor pecuniæ, an in quocunque genere pecuniæ soluere possit, num. 17.

Ex generali totius mundi consuetudine debitor in quocunque genere pecuniæ soluere potest, num. 18.

More maiorum apud nos cõparatum est, vt pro pecunia vas argenteum solui possit, num. 19.

Cum creditori interest non debet illi solutio fieri in alio genere pecuniæ, quàm mutuauerit, numero. 20.

Cum in contrahendo expressim dictum est, vt in eodem genere pecuniæ soluatur in alio fieri solutio non potest, num. 21.

An creditor inuitus teneatur accipere in solutũ bona debitoris æstimata, num. 22.

Authent hoc nisi debitor, C. de solutionibus ad amussim explanatur, num. 23.

Non reperiri emptorem dicendum est, quando reperitur talis, qui tamen iustum pretium non offerat, numer. 24.

Quintæ partis.

§. Decimusseptimus. De solutione.

QVoniam totius executionis tractatus ad solutionis tẽdit effectum de ea pauca dicamus, summatim tamen, vt solemus. Solutio, vt legitima sit creditori fieri debet,
1 aut illi * cui soluere iusserit creditor, l. solutam, de solutionibus. Tutori quoque si soluta fuerit pecunia, vel curatori, vel procuratori, vel cuilibet successori, vel seruo
2 actori proficiet quoque solutio, * vt lex illa superior declarat, & l. 4. & 5. tit. 14. part. 5. non solum autem procuratori, qui mandatum à creditore habeat facta solutio tenet, sed etiam si fiat institori, seu actori, qui publicè creditoris * rem gerebat, etsi de 3
mandato non constet, secundum Guidonem decis. 173. * adeò, vt reuocatio talis *
institoris publicè fieri debeat, omnibus vt innotescat creditoribus, secundum Felin. in cap. ex parte Decani, de rescriptis. Alioqui solutio ei facta à debitore reuocationem ignoranti proficiet, vt probat textus egregius in §. rectè, institutta mandati, & textus non minus singularis in l. filiæ, ff. de solutio. quæ est, numer. 88 * Marito etiam dotale debitum rectè soluitur, vt in l. doce ancillam, C. de reiuend. non idem cæteris in
rebus non dotalibus, nisi modo * mulieris 4
mandatum, aut consensus accesserit: sicuti ostendit, l. cum maritum, C. de solutio. Bar. & reliqui in l. maritus. C. de procurat. Item filiofamilias, actori quibusdam * contraxi- 5
mus rectè soluitur. l. quod seruus, ff. de solutio. Bart. & Ias. in l. filius paciscendo, C. de pactis. Boeri. decis. 182. num. 32. Solutio quoque vni ex reis credendi, vel alteri ex socijs rectè fit, l. si vnus ex argentarijs, ff. de pactis, de quo tamen ne id pro re iud. accipias videndus * est textus, & interpretes 6
in l. 2. ff. de duobus reis, & illic Ioannem Rõcegallum, nu. 11. & Ias. in d. l. si vnus ex argentarijs, num. 2. * Reo quoque criminis *
postulato rectè soluitur, nisi bonorum sit facta sequestratio, iuxta tex. & glo. in l. reo, ff. de solutio. cui addito. l. 5. tit. 14. part. 5. & Gutierr. allegatio. 12. * An verò debitor 7
coactus à iudice * soluere alteri quam creditori liberetur, consule Bart. in l. creditor, ff. de solution. & Bald. in l. falsus, C. de * furt. 8
col. pen. Ias. consil. 27. volum. 3. Afflictum decis. 150. Anto. Gabr. in volum. commun. opin. lib. 3. tit. de solutione, concl. 11. Auẽda. in dictionario, verbo, *fuerça*. Didacum Perez in l. 2. titul. 10. lib. 3. ordin. quæst. 15 Azeued. in l. 13. titul. 9. lib. 3. Recopilatio. vbi ad summam hoc interesse aiunt: aut debitor creditoris causa exactus fuit, & liberatio contingit: an culpa ipsius debitoris, & non liberatur * quæ distinctio, & ad 9
causam secresi pertinere debet, iuxta ea quæ notat Bartol. in l. mulier, ff. de lege commissoria, & Guido quæst. 340. & Franc. Curtius de sequestr. quæst. 16. & Auenda. in dictionario, verbo, *fuerça*. Debitor tamen, vt Baldus superius inquit, bona debet fide versari, & nihil in ea re dolo, aut fraude agere, vt sibi prodesse possit exceptio; quin si manifestum est iudicem creditori in iuriam facere, appellare debet, & creditorem certiorẽ facere, vt sibi prospiciat sicuti tradunt Didacus Perez, & Azeuedus loco mo-

* co modo citato, * & Gutierrez practicar. quæstion. lib. 1. quæstio. 113. * Quando verò in dolo fraudevè versari debitorem dicendum est, intelligere licèt ex ijs, quæ belle magnus ille iuris auriga Vlpianus scribit in l. si fideiussor. ff. mandati. Quibus omnibus addito. l. venditor, paragrapho solet, ff. de hæredit. vel actione vend. nam singularis est, & Doctores illius non meminere. Illud tamen interim te ignorare nolo, solu-
10 tionem * iudici, aut apparitori (scilicet, exequenti) factam liberationem parere non secus, ac si ipsi facta fuisset creditori, l. quæsitum, ff. de distract. pigno. Faber. in leg. si eo tempore, C. eodem titul. Auenda. in capit. correctorum, prima parte, capit. 17. num. 10. solutio autem de re aliena facta fideiussores, an liberet consulito tractatum commun. opinionum, libr. 4. verb. debitor. Illud etiam obliuiscendum non erit, quanuis
11 * procuratori, qui ad exigendum speciale habeat mandatum rectè soluatur, l. verò procuratori. ff. de solution. Oportere tamen, vt pecunia illi re vera numerata fuerit: alioqui si de solutione non constet confessio de recepto, siue acceptilatio à procuratore facta ipsi vni nocebit domino, cæterisque non nocebit, vt extat de ea re præclara laudataque Bartoli sententia in l. 2. §. fi. ff. si cert. petat. & quanquam Bartolo à multis reclamatum sit, vt est videre apud Tiraquel. de retract. conuen. §. 4. glos. 6. num. 12. & apud Parisium consil. 41. 45. & 47.
* volum. 1. & Gutierrium allegationē 1. * & de confir. iuram. 1. part. cap. 50. * attamen hanc quam diximus communem esse opinionem testatur Iason in dict. l. 2. §. fin. ff. si cert. peta. num. 20. & Decius consil. 493. volum. 4. & Suarez in l. post rem. quæst. 3. num. 15. & idem Tiraq. loco superiori, & Greg. Lopez in l. 61. tit. 18. part. 3 & magis communem esse affirmāt, Follerius in pragmatica de censibus, numer. 51. & Viuius in volu. commu. opinio. lib. 21. opinion. 68. Et quanquam ex recentioribus nōnulli adhuc sedulò faciant, vt hanc Bartoli sententiam labe'actent. in quibus Zazius in l. Iulianus, ff. de confessis, & Emanuel Suarez in vol. comm. opinio. verb. confessio. & D. Franciscus Sarmien. vir sanè tam doctissimus, quàm acutissimmus, lib. 3. Selectarū, cap. 11. atque (si inter tantos viros meam licèt interponere sententiam) Bartoli opinio, vt communis, ita quoque verior videtur: nam procuratorem ad exigendum, nec
12 acceptum * ferre, neque nouare posse iuris est notissimi, l. 2. ff. de acceptil. l. procurat. cui. ff. de procur. l. non abstulit, C. de noua. & apud nos, l. 7. titul. 14. part. Multo minus igitur confessionem de recepto facere ille poterit, l. si vnus ex argentarijs, ff. de edendo. Neque obstat, l. Lucius, §. tutelæ, ff. de administr. tut. nam licet illic apocha tutoris noceat pupillo: attamen illic pecuniam tutori re vera solutam fuisse, & ex ipsius text. specie apparet, & ipsum verbum apochæ non obscurè significat: non enim apocha dicitur, nisi quando re vera pecunia soluta fuit, vt declarat Iurisconsul. in l. si acceptolatum, §. inter, ff. de acceptilat. Deniq; Bartoli opinionem, quandoq; vsu præualuisse, autor est Boerius consil. 25. num. 5. Procedit autem communis hęc opinio, etiam si procuratoris confessio iure iurando fuerit confirmata, sicuti placuit Ioan. Andr. in capit. fin. de solutio. Non est admittenda tamen quando procuratori * 13
datum esset mandatum cum libera, & generali administratione: nam tum valeret eius confessio de recepto, secundum Bartol. in l. alio, numer. 22. ff. de alimen. & cibarijs, l. cum talis procurator possit exigere nouare, & aliud pro alio permutare, vt in l. procurator cui generaliter, ff. de procur. & l. 7. tit. 14. part. 5. Sed neque habebit locum, quando in mandato esset comprehensum, vt posset procurator debitum accipere, atque confessionem * de recepto facere: nam 14
licet Bart. adhuc eo casu existimauerit confessionem de recepto non præiudicare domino, verum Bartolo cæteri communiter refragantur, sicuti illic testatur Iason, num. 23. & refragatur illi quoq; apud nos, l. 61 tit. 18. part. 3. * Illud autem hoc loco tā- *
quam singulare memoriæ mādandum erit, posse hæredem à quo factum est. Inuentarium, cui libuerit ex hæreditarijs creditoribus primò venienti soluere, iuxta tex. illum notabilē in l. fin. §. & si præfatam, C. de iure deliber. ad quem tamen cōsulito. Paul. & Salicetū, in ibi. & Tellum in l. 32. Tauri, n. 9. Nam bellissimè eius definitionē restringunt, seu limitant, vt nostratium vulgari verbo vtar. * Sed neque illud erit obliuiscendum debitorem pecuniā soluentem videri * potiùs soluisse in debitū, quod ex in 15
strumēto publico debetur, quā quod ex chirographo, l. cum ex pluribus, quæ est num. 103. ff. de solut. Bart. in l. cum ex pluribus, quæ est num. 97. eodem titul. de solutio. vbi adamussim edisserit in quodnam potissimum debitum soluta pecunia accepto ferenda sit. Sed illud videamus, si vinū debeā, aut frumentum, * & velim pro illo æstima- 16

tionem

tionem soluere, an sim audiendus. & plerisque placet me audiendum non esse, sed cogendum esse potiùs vinum, aut frumentum soluere, quoniam aliud pro alio inuito creditore solui nō potest: adeò quidem, vt qui frumentum debet pro eo farinam soluere non possit: hoc placuit Bal. in l.1.C.de fructibus, & litium expēsis, col.2. huius etiam opinionis fuit Bart. in l.2.§. mutui datio, ff. si certum petat. num.21. cuius opinionem communem esse testatur illic Iason, num.4 ibique accuratè exponit regulam cum exceptionibus, quando aliud pro alio inuito creditore solui non possit cui adde l.si quis stipulatus, ff. de solut. His illud affine est, vt
17 dicamus, quod ex facto itidem * quæri solet, an is qui pecuniam debet in quocunq; genere pecuniæ soluens liberetur, & tractat hanc quæstionem Bart. & reliqui, præsertim Deci. & Curtius, in l.2.§. mutui datio. ff. si certum petat. idem Bart. in l. Paulus. ff. de solut. gloss. in l. si quis argentum, verbo, æstimatione, C. de donat. Abb. in cap. quanto, sub finem, de iure iurand. Petrus Lenaderij de Doctoribus, 4. part. quæstio. 97. Pinellus in Rubr. de rescind. vendit. cap. 3. num. 16. Sed breuiter scriptorum sententias, atque leges veteres cum nostratibus coniungendo, ita distinguendum arbitror. At pecunia debetur ex mutuo, aut ex alia causa. Planè si ex alia causa quàm mutui debeatur in potestate erit debitoris vtram malit pecuniam soluere, l.1. ff. de contrahend. empt. l.1.C. de veteris numismatis potestate, lib.10. l.6. tit.14. lib.6. Recopilat. Aut verò debetur ex mutuo, & hoc casu aliud leges, aliud mores ferunt: quod enim ad leges attinet in diuersa materia nō rectè soluitur, l. Paulus 1. & illic Bart. ff. de solut. l. cum quid, ff. si cert. peta. Mores autem si spectes diuersum est comparatū. Ex generali enim totius mundi consuetudine increbuit debitor in quocunque genere pe
18 cuniæ soluens * liberetur: itaque & argentea pro aurea, & ex diuerso ærea pro argentea rectè soluitur: huius cōsuetudinis fidem faciunt Bartol. in l.1.§.1. ff. de auro, & arg. legat. Bald. in l. libera, C. de sent. & interlo. omn. iud. Abb. in cap. quanto, ad fin. de iure iur. Francis. Curtius de monetis, quæst.9 Boerius decis. 327. nu.3. Rubeus cōs. 148. & Pinellus in Rubri. C. de rescind. vend. 1. part. cap. 3. num. 16. Itaque huic consuetudini standum esse vno ore scribentes cōsentiunt omnes. Nimirum, quia ea quæ moris, & consuetudinis sunt, etsi non exprimantur tacitè à partibus acta intelliguntur, l. quod si nolit. §. quia assiduè, ff. de ædilitio edicto, l. si prius, §. placuit, ff. de aqua pluuia arcend. l. semper, ff. de regul. iur. Quin hoc amplius apud nos more maiorum comparatum est, vt pro pecunia quam debeas
* etiam vas argenteum, si illud tanquam ar- 19
gentum rude, id est, non signatum offeras, in solutum dare valeas, vt autor est Cruentes in l.70. Tauri, quæ Bartoli quidem fuit opinio in l. diuortio, §. ob donationes, ff. soluto matrimon. & Ias. in §. in bonæ fidei, num.62. Inst. de actio. quanquam enim contraria opinio ab scribentibus magis recepta sit, vt apparet ex Alciat. in l.2.§.1. num. 12. ff. de verbor. obligatio. Verum quando cum Bartolo hodierni mores consentiunt ij nobis sequendi magis sunt. Hæc tamen omnia accipere, ita debemus nisi modo *
ipsius creditoris interfit, ne in alia sibi for- 20
ma aliaue materia pecunia soluatur, * pone peregre profecturi, qui non nisi difficulter, & cum impendio æreas possit transportare pecunias, * nam tum non aliter in alia *
forma, aliaue materia soluere licebit, quam si illi id quod interest præstetur: ex illa lege Paulus, ff. de sol. & tradit Francisc. Curtius in illo tract. de monetis, quæstio. 9. & Aymon Crauete cons. 47. Rubeus cons. 17 & 75. & Afflictus decis. 90. num. 2. & testatur communem Purpurat. in l. cum quid, num. 164. ff. si cert. petat. Tantundemque
erit si in contrahendo * expressit dictum 21
sit, vt in eodem genere pecuniæ, non in alio solutio fieri possit, quia id quod actum est potiùs, quàm id quod consuetum est, sequendum est, l. semper in stipulationibus. ff. de verb. oblig. & tradunt Aretin. & Imola in l. non amplius, §. fin. ff. de legat. 1 & Purpura. loco modo citato, & Pinellus in rubr. C. de rescind. vend. 1. part. cap. 3. num. 16. Molinęusque in tract. de commertijs, ad fin. num. 812. Sed illud quoque debitores desiderare * solent, vt bona sua in causam exe- 22
cutionis capta æstimentur, & ita æstimata creditori addicantur, habentque in suas partes tàm humanissimum, quà apertissimum Imperatoris beneficium in Authen. de fide iussorib. §. quod autem, colla. 1. summatim transcriptum in Authent. hoc nisi debito, C. de solut. vbi id apertissimis verbis definitum extat, idque habere etiam locum etsi obligationi adiectum fuerit iuramentum placuit, Cephal. cons. 195. lib. 2. & Ioseph. Ludouico decis. 64. nu. 8. * Multis tamen *
reclamantibus apud Gutierrium de confir. iuram. 1. part. cap. 29. num. 5. vbi latè expēdit, an illius authenticæ valeat renūciatio. *

Vulgo dicimo por plata quebrada.

Illud tamen in dubitationem venit, an illa authentica sit accipienda duntaxat, quando ante factam executionem debitor vtitur illius legis beneficio, non verò postea, ne alioqui obrogare videātur ordinem traditum executionibus in l. à Diuo Pio, ff. de re iudicat. nam id quidem sentire videtur Alexand. in dict. l. à Diuo Pio, §. in venditione, & Marantha in Specul. 6. part. titul. de executione, num. 11. Verum illam Authenticam procedere étiam * facta iam executione reliqui scriptores consentiunt, in quibus est Bart. in dict. Authentic. de fide iuss. §. quod autem, num. 6. & in l. 2. §. mutui datio. num. 21. ff. si certum petat. Bald. & Saly cet. in l. ordo, C. de execu. rei iud. Angel. in §. eum quoque, num. 2. Institu. de actio. Montaluus in l. 2. tit. 20. lib. 3. fori. Grego. Lopides in l. 3. titu. 14. part. 5. Afflict. decisio. 358. Vt tamen illa Authentica locum habeat quatuor requiruntur: primum, vt debitor pecuniam numeratam nō habeat; alterum, vt ex bonis debitoris creditor optimam quāmque rem eligere valeat, tertio quòd debitor de euictione caueat, postremo, vt non reperiatur emptor, qui bona velit emere, quæ omnia colligūtur ex illa Authent. & tradit Ripa in l. 2. §. mutui datio. ff. si certum petat. & Roman. consil. 163. & Natan. consil. 344. & Bursatus consi. 9. lib. 1. Emptorem autem non reperiri intelligere debemus, etsi talis reperiatur * qui iustū tamen pretium non offerat, l. 2. & ibidem Bald. C. si in causam iudicati pignora capta sint. Afflict. decisi. 358. nu. 6. Probat etiam l. si deserta, C. si propter publicas pensita. Nam verò illius Authenticæ renunciatio valeat, legito Bartol. in dict. Authent. de fideiuss. & Alexand. consil. 37. volu. 2. nu. 6. Ripa in l. 2. §. mutui datio. ff. si certū petat. Greg. Lopez in l. 3. tit. 14. partit. 5. Sat scio illius Authenticæ decisionem moribus alicubi obseruari, alicubi nō. Verum ego, quę iure placita sunt demonstro: mores autem iuri aduersos quantum ponderis, & momēti habituri sint, viderint alij.

23

24

Alia de solutione, vide supra. §. 11. nu. 30.

SVMMARIVM.

Victus victori in expensis regulariter est dānandus, num. 1.

Iusta litigandi causa excusat à condemnatione expensarum, num. 2.

Quælibet causa, vel etiam iniusta excusat à pœna, num. 3.

Quæ dicatur iusta causa litigandi, numero 4. & 5.

L. 1. tit. 22. lib. 4. Recopil. explanatur, num. 6. 7. & 8.

Qui pro se sententiam obtinuit, damnari non debet expensarum, num. 9.

Clausula adiecta in contractibus, de expensis soluendis, quemadmodum accipienda est, numero 10.

Personales expensæ duntaxat in regalibus prætoris moris est, vt pendantur, num. 11.

Quas non soluit expensas, quia condonatæ sibi sunt, an exigere valeat à victo. num. 12.

L. 12. tit. 2. & l. 25. tit. 12. lib. 1. Recopil. explanantur, num. 13.

Aduocatus, qui propria lui patrocinatus est sui patrocinij expensas exigere non potest, numero 14.

Si quis malignè distulerit in ius exhibere instrumentum, quo litis finis imponitur expensarū damnatus est. num. 15.

Quintæ partis.

§. XVIII. De expensis in executionis causa factis.

*

QVoniam quæstio de expensis in lite factis communis omnibus causis est, atque proinde in executionis causa fæpènumero incidere solet, de ea paulisper verba faciamus breuissime tamen namque multa effundere, neque nostri instituti ratio, neque huius loci angustia patitur. Et in primis illud manifestum est, * victum victori in expensis esse damnandum, l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de iudicijs, cap. finem litibus, de dolo, & contum. l. 8. tit. 22. part. 3. & aliàs non raro. Ignoscendum est tamen ei qui iustam litigandi causam habuerit, vt concorditer nostrates tradunt * interpretes, & expressim definitur in illa, l. septem partiti iuris. Illud enim generaliter iure comparatum est, vt quilibet causa, l. etiam iniusta * excuset à pœna, à multa, à dolo, à fraude, si non omnino, certe aliqua ex parte, pro vt ipsa causa tulerit, gloss. in l. plerique, ff. de in ius vocando, & in l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemp. & illic classici omnes, & D. Anton. de Padilla in l. si quis maior. C. de transactio. Sed qualem iustam * litigandi causam habuisse dicemus litigatorem, vt impensarum nō damnetur? Et planè cum ea res facti sit certa in ea dari

1

2

3

4

ea dari regula non poteſt, iuxta Bald. ſententiam in l. vt vim. ff. de iuſti, & iure ſupereſt igitur, vt id iudicis relinquatur arbitrio, ſicuti alios referens * tradit Iaſ. in dict. §. ſin autem alterutra. num. 8. & latiùs Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 2. caſu. 177. qui multis eiſdemque non vulgaribus ſubiectis exẽplis rem commodiſsimè explanant. Apud nos verò lege quadam Regia definitum extat, vt in cauſa appellationis expenſarũ ſemper condemnatio fiat, niſi modo in ſentẽtia aliquid additamenti, ſeu moderaminis adiectum uerit, aut victus prius, ſecundum ſe obtinuiſſet ſententiam, ea eſt lex 1. tit. 22. lib. 4. Recopil. * vt autem oculata fide perpendere valeas, quæ circa illam à nobis dicenda ſunt illius ſubijcere verba placuit. Sũt autem huiuſmodi: *Mandamos que las juſticias, y juezes de nueſtros Reynos hagan en apelacion condenacion de coſtas, ſaluo ſi las ſentencias ſe dierẽ con aditamento, ò moderacion, ò la parte condenada huuiere tenido ſentencia en ſu fauor.* Cuius definitionem non omnino conuenire ijs, quæ de expenſis in cauſa appellationis traduntur à doctoribus per facile tute proſpicere poteris cum paſsim tũ in dict. §. ſin autem alterutra, & in dict. cap. finem libus. Sed illud eſt dubitationis, an l. illa Regia locũ ſortiatur, quando litigator iuſtam litigandi cauſam habuerit. Talis eſt etiã inter * ſcriptores quæſt. quando ſtatutum ſeu lex municipalis decernit, vt victus victoridã detur impenſis, an iuſtam litigandi cauſam ad excuſationem admittat. In qua ſcribentes in duas veluti factiones partiti ſunt omnes, dicernere, vt vix queas vltra numero vincat optimo. Alijs enim viſum eſt huiuſmodi ſtatutum legiti nam litigandi cauſam non admittere, vt, videlicet, aliquid addere videatur iuri communi, in quibus eſt Bart. in l. 3. §. ſi rem. ff. de leg. 3. & Iaſon alios referens in dict. §. ſin autem alterutra, & eam magis communem eſſe opinionem autor eſt Anton. Gabriel, tit. de expenſis, concl. 3. Alij è contrario legitimam litigandi cauſam admittendam eſſe putant, quaſi ſtatutum, iuxta ius commune interpretandum ſit, inter quos eſt Alexand. in l. 1. ff. ad legẽ Falcid. & alij quam plures relati à Couarr. pract. quæſt. cap. 27. & horum partes ſecutus Gutierrius vir aliqui perdoctus, & autor ſolertiſsimus, in q. practicis, lib. 1. q. 135. ſcribit legem hanc Regiam locum non habere, quando victus iuſtam litigandi habuerit cauſam. Itaque omnino Regiam definitionem accipiendam putat, iuxta iuris communis traditiones. * Ego verò longè ſecus ſentio, neque in ea remoror ſuperiorũ autorum controuerſiam. Loquuntur ſiquidẽ, quando ſtatutum omnino cõgruit cum iure communi, atqui noſtra lex Regia in caſu magis indubitato loquitur, quippè, quæ omnino iuri communi reſpondeat: ſed illi potiùs exceptiones aliquas addat. In ſumma enim illius hic eſt ſenſus, vt ſi prior ſententia in totum confirmetur, appellans dãnetur impenſis, quaſi nullam iuſtam litigandi habuerit cauſam. Sin autem prior ſententia reſciſſa fuerit, aut aliquid additamenti, vel moderaminis acceperit non damnetur expenſis, quaſi iuſtam litigandi cauſam habuerit. Apertè itaque voluit lex vulgarem illam antiquis Iuris regulam reſtringere, & ad illos tantum expreſſos caſus iuſtam litigandi cauſam in gradu appellationis coarctare. Et amabo ſi in vniuerſum voluiſſet l. iuſtam litigandi cauſam in appellatione ad excuſationem impenſarũ proficere, cur ſpeciales illos caſus excepiſſet? Hos ergo cum excepit manifeſtò ſignificauit nullam aliam iuſtam litigandi cauſam admittendam eſſe ad excuſationem expenſorum. Ex enim aliquas admittens exceptiones eo ipſo cæteras repulſiſſe videtur iuxta ea, quæ afferũt Bart. & reliqui in l. ſi conſtante. ff. ſoluto matrimon. Itaque legem Regiam nequaquã Gutierrij opinionem recipere putò, multoque minus, quod idem ipſe tradit quæſt. ſequẽt. 136. illiuſque contribulis Azeuedo ad eandem legem, num. 32. dicentes cùm reuocatur ſententia in ſecunda inſtantia, eſſe victũ damnandum in * expenſis, niſi iuſtam litigandi habuerit cauſam. Tam apertè enim illius Regiæ legis verba reclamant, vt illorũ cauillationes nullo modo patiãtur, vt omittam, & pleroſque ex veteribus idem ſentire, quod l. Regia, vt eſt intelligere, ex Alexand. conſil. 18. volumin. 6. numer. 4. Et credo, ſi iuſta litigandi cauſa impenſarum tribuit liberationem, quæ iuſtior poteſt eſſe, quam eius, qui ſecundum ſe obtinuit ſententiam? Quis enim tam ſtupidus, & væcors, vt vincens vltrò vinci ſe patiatur? Sed hæc hactenus ad legem Regiam, nũc ad reliqua pergamus. Solitum eſt aute in inſtrumentis publicis comprehendi, vt reus moram in ſoluendo * faciens, ſoluere teneatur procuratori ad pecuniam exigendam dando in ſingulos dies tot fortè argẽteos, quid verò eo caſu ſequẽdum ſit diximus hoc eodem. cap. 1. part. limit. 4. num. 37. quanquã verò in condemnatione expenſarum, quæ debentur cauſa victoriæ non veniant damna neu lucra, quæ amiſit putà faber operas

11 aduocatus honoraria, atqui *personales veniunt sumptus quatenus plus foris expendit, quam domi feciſſet, vt tradunt Innoc. Abb. & reliqui in dict. c. finem litibus de dolo, & contum. & Iaſ. in d. §. ſin autem. num. 13. Tametſi id hodie in Regali b. tantum ſu premis prætorijs, obſeruetur. Apud inferiora enim tribunalia moris eſt, vt actorum tãtum ſportulæ pendãtur, quod prou dè diuturna inuexit cõſuetudo, ne alioqui grauiũ impenſarum timore deterrerentur homines à iure ſuo perſequendo. Quid vero, ſi quis gratis ſortitus fuerit aduocatum notarium, aut procuratorem, an ab aduerſario
12 conſequetur *impenſas, quas alioqui feciſſet? Et intereſt, an amicitiæ gratia remiſſæ ſint illi expenſæ: & cum ad antidota natura liter obligetur, vt in l. ſed & ſi lege §. conſuluit. ff. de petit. hæred. ratio facit, vt ab aduerſario eas conſequi valeat. An verò non amicitię, ſed pietatis potius cauſa illi ſint remiſſæ, puta propter paupertatem aut religionem, & nullum ei ius datur ad repetendum quod non expendit. Hoc ità placuit Ioann. Andreæ in cap. fin. litibus, de dolo, & contum. & Pan. ibid. n. 29. Quod egregiè pertinet ad interpretationem legum Regiarum, quibus cautum eſt, ne à pauperibus, ac religioſis, qui mendicantes appellantur
13 ſportulæ exigantur, vt intelligere licet ex *l. 12. titul. 2. & l. 25 titul. 12. lib. 1. Recopilatio. Nam eas conſequi non poterunt, & ſi aduerſarius, de illis damnatus ſit. Id quod etiam probatur in l. fi. C. de fructib. & litiũ expenſ. Illud tamen conuenit inter omnes
14 aduocatum, qui propriæ liti patrocinatus ſit, expenſas ſui *patrocinij exigere nõ poſſe ſicuti placuit Iacobo de Arenis de expẽſis n. 22 & Panorm. in dict. cap. finem litibus, & Iaſ. loco ſuperiori, num. 14. Cætera de impenſis vide apud Iaſon dict. §. ſin autem alterutra, & apud Rebuffum tit. de expenſis. tom. 3. & Menoch. de arbit. lib. 2. cẽturia. 2. qui de more luculenter reni expen-
15 dunt. Illud tamen quia egregium eſt ac perinde ſingulare dicere non omittam, * Contingere aliquando, vt victor impenſarum damnetur, quale fuerit, ſi quis habens inſtrumentum, quo facile poſſet finem imponere liti maligne diſtulerit in ius illud exhibere, vt litem extrahendo aduerſarium defatigaret: damnandus eſt enim expenſarũ propter dolum, verſutiam, & fraudem, quæ iura maximè execrantur. Huius ſententię autor fuit Cynus in l. 1. C. vt quæ deſunt aduocat cui adſtipulatur Iaſon. in dict. §. ſin autem, num. 12. & Maranth. in ſpeculo. 4. part. n. 7. membro. 7. num. 2. *

SVMMARIVM.

Decima quando debetur; cum ſeq. num. 1.
Conſuetudo non poteſt efficere vt plus decima ſoluatur. num. 2.
Conſuetudo ſoluendæ decimæ vnde originem traxerit. num. 3.
Decima eſt ſoluenda in eodem genere debiti. numer. 4.
Decima executionis ſtricti iuris eſt. num. 5.
Quantum temporis ſit neceſſarium, vt conſuetudo exigendæ decimæ præſcripta dicatur. num. 6.
Conſuetudo vt præſcripta dicatur quanto tempore indigeat. num. 7.
In exigenda decima ſpectanda eſt conſuetudo loci vbi ſunt pignora in executionem capta. num. 8.
Non debetur decima cũ debitor recta in rei poſſeſſionem mittitur. num. 9.
Creditoribus ſe executioni opponentibus, an ex eo toto decima debeatur. num. 10
Cum executio irritatur an decima debeatur num. 11.
In Regalibus veſtigalibus non tota decima debetur. num. 12.
An id ad reddit us Magnatum pertineat. numer. 13.
Decima non debetur quando ſit executio pro pœna pecuniaria vel pro ipſa decima. num. 14.
Decima an debeatur ab Eccleſiæ æconomo. numer. 15.
Cum executor datus eſt cum ſalario decimæ ceſſat exactio. num. 16.
Decima exigi antea non poteſt quàm creditori ſatisfactum fuerit. num. 17.
Creditore accepto ferente debitum vel diem ſolutionis prorogante executor decimam exigere poteſt. num. 18.
Cum pignora in executionem capta toto debito ſoluendo paria non ſunt pro rata decima exigi debet. num. 19.
Pactum factum à creditore cum executore ſuper decima debitori prodeſt, ſibi non prodeſt. num. 20.
Ex vno eodemque debito non niſi vna decima debetur. num. 21.
Fideiuſſore in reum executionem petẽti decima altera non debetur, num. 22.
Delegatione facta altera debetur decima. numer. 23.
Cum aliud pro alio conſtituitur altera debetur decima. num. 24.
Facta executione ſi datis aliis fideiuſſoribus ab executione recedatur an altera decima debeatur

beatur ex secunda executione.num.25.

Fieri potest vt multiplex sit obligatio vnum vero tantum debitum.num.26.

Regula quando ex secunda executione altera decima debeatur.num.27.

Debitore intra viginti quatuor horas post factam executionem soluente decima non debetur.num.28.

Satis est creditorem intra vigintiquatuor horas debitum acceptum ferre vt decima non debeatur.num.29.

Debetur decima etsi debitor intra viginti quatuor horas bona offerat in solutum creditori. num.30.

Cum reus non totum debitum sed partem obtulit an integra debeatur decima. num. 31.

Decima eius quod plus petitum fuerit creditorem onerat.num.32.

Protestatio à creditoribus facta in exequendo an illis prosit num.33.

Cum alter iudex incepit executionem, alter vero finem imposuit, vtri debeatur decima, num.34.

Pecuniariæ pœnæ diuidi quemadmodum debeant inter successorem iudicem, & decessorem.num.35.

In re dubia, & difficili non est vitio dandum si index per medium quæstionem sciderit. nunum.36.

Cum executio sit per relationem seu requisitorias literas vtri iudici debeatur decima.numer.37.

SEXTA PARS DE DECIma, seu executionis sportula.

§. Vnicus.

AD extremum, quoniam omnē executionis materiam executi sumus: reliquum est, vt de executionis decima dicamus, paucis tamen ne longiot nostro instituto fiat sermo atque vt res diludior fiat, regulam cum exceptionibus exponam. Sit igitur regula. Decima debetur à reo executori ratione executionis* hoc modo: in Regalibus auditorijs omnino: alibi vero pro more regionis vbi res agitur, ideſt, illic tantum debetur vbi illius exigendæ consuetudo fuerit, quæ quidem consuetudo, vt minus quam decima soluatur efficere potest, plus vero vt soluatur non potest:* hæc cōclusio probatur cum aliàs passim, tum in l. 7.titul.21.& l.1. tit. 31. lib. 4. Recopilat. Istiusmodi igitur sportulæ exigendæ ratio à consuetudine potissimum pendet, quod enim ad ius attinet pro iure dicundo iudices exigere nihil possunt, vt in Authent. de mandatis principum, sub principium cap. cum ab omni de vita & honesta. clericorū. Pedaneisque tantum iudicibus permissum erat, vt duos aureos in principio litis, atque duos in fine ab vtraque parte percipere possent, vt in Authent. de iudicibus. . si quis autem collat.2. Porrò vt illic annotat glossa, illorum aureorum exactio in desuetudinem abijt moribusque est vsurpatum, vt ali cubi decima ali cubi vigesima sportulæ nomine solueretur, & fortasis illius glossæ exemplo manauit vsque ad nos, vt in causa executionis *decima soluatur, vel verius ex Authentica de litigiosis. §. ad excludendas, collat.8. vbi is qui per calumniam litē mouisse deprehēditur in decima parte litis mulctatur. Decima vero hæc non omnino innumerata pecunia exigi potest, * sed prout debiti genus fuerit, ideſt, si pro pecunia executio petita fuerit, in pecunia si pro tritico in tritico decima facienda solutio erit, sicuti leges ipsæ Regiæ satis significant & hodierni mores abundè declarant. * Estque exigenda ab ipso debitore, in quem executio & addictio facta fuit, nō ab alijs reis debendi in quos executio petita non fuit, cum sit onus hoc ipsius executionis ministerio annexum ipsumque sequatur, vt est argumento l. fideicommissum. §. 1. ff. de iudic. * Constat autem huius sportulæ exigendæ ius strictim non amplè interpretandum esse, tum quia onus cōtinet, odia verò restringi, & fauores conuenit ampliari *, tum quia ea quæ moris, & cōsuetudinis sunt, strictim non amplè interpretanda sunt, secundū Iasonem in Authent. quas actiones. C. de sacrosanctis Eccles. & Felin. in cap. auditis de prescript. non miretur ergo quispiam si nos nullas huic regulæ ampliationes addiderimus, non enim est res hæc amplianda, sed restringenda potius.

Regula. 1

2

3

4

5

Prima sit igitur exceptio, seu limitatio. decima, seu quid aliud istius sportulæ nomine alibi præterquam in Regalibus auditorijs exigi non potest, nisi illic vbi illius exigendæ viguerit consuetudo, eaque legitimè

Prima limitatio.

mè præscripta fuerit, etenim quando in lege de consuetudine fit mentio de præscripta intelligendum est, cap. Cumana, de elect. Angelus in l. si diutina. ff. de legibus. Videa
6 mus igitur quantum temporis * spatium ad hanc consuetudinem præscribẽdam necessarium sit, & inter scriptores communiter conuenit, quando consuetudo est cõtra vel præter ius ciuile, decem annorum tempus sufficere. Atque idem quando est præter ius Canonicum, seu Pontificium, aliud vero si Pontificio iuri aduersetur, quia tum quadraginta annorum præscriptione opus
7 est, hæc est omnium scribentium * communis sententia, teste Panormit. in cap. fin. de consuetud. num. 11. & Iason in l. de quibus. ff. de legib. num. 43. probatur in l. 5. tit. 2. Part. 1. & illic quoque tradit Greg. Lopid. Ergo vt hæc sportula iure exigi valeat in foro seculari decem annorum consuetudo satis erit, tametsi Auendano in cap. correct. 1. part. cap. 17. num. 1. nullo iure sentiat immemorialem necessariam fore, citãs in eam rem legem quandam Regiam quæ tamẽ id
* non probat * Qua propter merito ab eo dissentit Azeuedo in l. 7. tit. 21. lib. 4. Recop. num. 11. * Quantum verò ad forum Ecclesiasticum attinet, quadraginta annorum consuetudo necessaria erit, cum illi iuri consuetudo hæc contraria sit, hoc vero tempus si effluxerit validam, etiam in foro Ecclesiastico hanc esse consuetudinem magis probandum est, licet enim aliqui repugnent: hanc tamen esse opinionem affirmat
Limitatio. Viuius in volum. commun. opin. lib. 2. opi-
2. nione 259. Erit deinde regula hæc limitãda ex l. 31. tit. 4. lib. 3. Recopilationis qua definitũ extat decimam non deberi, quando in loco vbi sunt bona, aut domicilium
8 rei est consuetudo * vt decima non soluatur, licet in loco iudicij contraria vigeat cõsuetudo, sicuti latius illa est lege comprehẽsum. Errauit igitur Auendañus (pace doctissimi viri dieere liceat) qui illius Regiæ legis immemor contrarium scripsit in capitulis correctorum 1. parte, cap. 17. sub finem. Quamuis enim lex illa nominatim ad præsides illos prouinciarum (*quos vulgo ade lantamientos appellamus.*) latasit, generaliter tamen erit accipienda, sicuti alibi me dixisse memini, & probat glossa in l. à Diuo Pio, §. à se ff. de re iudicata. Modus igitur decimæ exigendæ sequendus est, ex more regionis vbi facta fuit executio non vbi petita fuit, quod & probare videtur. l. missi opinatores. C. de exactoribus libro. 10. & l. forma. ff. de censibus & l. rescriptum. §. fin. ff. de mun. & honorib. Atque itẽm confirmat quod tradit gloss. in l. 1. C. quo in loco mulieres, lib. 11. & Iason. in l. cum quẽdã puella. ff. de iurisdictione omnium iudicum, ex quo intelligi potest, nom tam legem Regiã quam Auendani opinionem à iuris regulis deuiare. Tertio, cessat etiam hæc regula, *Limitatio.* quando actor mittitur in possessionem eius- 3.
dem rei in sententia, aut instrumento comprehensa: nam tum nullus ordo executionis est necessarius *, sed è vestigio mittitur 9
actor in possessionem: vt superius scripsimus, & tradunt Bart. Paulus, Alexand. & Iason in l. à Diuo Pio, §. in vendit. ff. de re iudicat. Atque ita in hac specie decimã nõ deberi, scribit Auend. in c. Correct. 1. part. cap. 17. num. 6. cui ex diametro refragatur Bald. in Authent. generaliter. C. de Episc. & clericis. Verum Auendañi opinio nostra tibus legibus magis est consentanea, quippe quæ deberi tantum decimam significãt, cum executio fit in alia re quam quę instrumento continetur, obseruaris, scilicet hastarum, & addictionum solemnibus, atque eo iure vtimur: nec interest, an ex actione reali an personali actor in possessionem mittatur licet Auend. contrarium sentiat, idem enim iuris vtrobique est cum vtroque casu hastarum, & addictionum solemnia cessent. Ex quibus decidi potest quæstio illa quæ in vsu plerumque venire solet in specie hac. Titius petijt * executionem aduersus Seiũ 10
defunctum, cæteri creditores executioni se opponunt petentes se illi anteferri. Iudex itaque pro cuiusque nominis prærogatiua iubet ex bonis debitoris creditoribus satisfieri, facta scilicet, per arbitros bonorũ æstimatione. Quęritur an ex omnibus debitis decima debeatur & dicendum est ex summa tantum de qua fuit executio petita decimã deberi, in hac enim non in cæteris hastarũ interceſsit solemnitas. Confundi ergo non *Limitatio.*
debeat l. 1. C. de impo. lucra, descript. lib. 4.
10. Rursus superior conclusio locum non habet quando pronuntiatum fuerit executionem nullam, aut irritã esse: puta vel quia instrumentum non merebatur execntione, vel quia in * exequendo aliquid ex solem- 11
nibus defuerit: nam tũ nec à reo neque ab actore pot erit iudex decimam exigere quippe cum eius culpa id accederit, sicuti expressim est definitum in l. 35. titul. 4. lib. 3. Recopil. Non idem si iniusta fuerit executio pronuntiata, nam eo casu in fraudem creditoris res recidet, cuius culpa iniũltè facta fuit executio, vt declarat, l. 8. & 9. tit. 21. lib. 4. Recopil. & tradit Auend. in cap. cor-

rector,

Limit. 5. rectorum prima parte, cap. 17. n. 10. Præterea cessat etiam superior regula in vectigalibus cæterisque Regalib. redditibus, in quibus huius sportulæ nomine amplius
12 quàm trigesima non debetur*, atque ne ea quidem integra, sed quatenus cētum quinquaginta numinos non excesserit, vti latius est comprehensum in l. 8. tit. 21. lib. 4. & l. 13. tit. 7. lib. 9. Recopilationis. Quæstionis est tamen an leges illæ ad vectigalia mag-
13 natum * redditu ve Reipublicæ porrigendæ sint? Et pla. è cum vt superius diximus tota huius sportulæ ratio potissimum à cōsuetudine pendeat: cuiusque fori consuetudo quæ modo præscripta legitimè fuerit sequenda in ea re erit, secluſa vero consuetudine magis est probandum leges illas Regias ad huiusmodi redditus magnatum rerumve publicarum non pertinere. Diuersam enim hic causam esse multis iuris documentis, quale illud quod à plerisque traditum est, tametsi Regia vectigalia nulla temporis præscriptione acquirantur, vt in l. 6. tit. 29. Part. 3. & l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. at qui si eadem vectigalia ad priuatam peruenerint per onam præscriptionis longi temporis locum fore, vt autor est Bart. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publica. & vectig. Bald. de præscript. 2. part. 5. principal. quæst. 4. Bertach. de Cabellis, 1. part. n. 27. Hoc etiā pertinet, & illud quod traditum est ab Auend. in c. correct. 2. part. c. 12 n. 10. & nos superius probauimus adiectiones illas quę in licitatione regalium vectigalium admitti solent, in Magnatum rerumque publicarum redditibus locum nō
Limit. 6. habere. Aliam insuper exceptionem ad illā regulam colligere facilè poteris ex l. 12. t. t.
14 13. lib. 2. Recop. quando executio * facta fuit pro pœna pecuniaria fisco debita: cessat enim ea in specie decimæ exactio, id quod etiā probat, l. 7. tit. 21. lib. 4. Recop. Quæ res præstat mihi argumentum, vt dicamus si pro hac ipsa decima rursus executio petatur, decimam iterum non deberi, nec enim vna res duplici debet onere prægrauari l. 2. ff. ad legem Rhodiam de iact. neque ex vsuris vsuras licitum est petere, vt in l. eos. C. de vsuris, & alias sæpè & in l. 1.
Limit. 7. ff. de vsufructu legato. Æquè etiam dicendum videtur decimam non deberi ab Ecclesiæ œconomo, cum illum pro debito Ecclesiæ executio facta fuerit, vt non obscurè probat Authent. sed hodie. C. de Episcopis & cleric. Vtrum vero earum legum beneficium apud nos exoleuerit ex cuiusque fori
15 * consuetudine tutè melius instrui poteris, nam vt diximus per multum in hac re consuetudo valet. Huic proxima est & illa limi Limit. 8.
tatio vt dicamus superiorem conclusionem locum non habere quando iudex certo in singulos dies constituto stipendio ad executionem peragendam datus fuerit, vt extat definitum in l. 11. tit. 21. lib. 4. Recopil. Ex
16 vno siquidem officio * in ciuile est duplex exigatur stipendium, cap. cum olim. & illic classici omnes de re iudicat. Illa etiam su- Limit. 9.
perioribus adenda erit exceptio, quòd decima exigi non antea iure poterit quàm si prius creditori satisfactum fuerit. l. 10. tit. 6. lib. 3. & l. 7. tit. 21. & l. 1. tit. 1. lib. 4. Recopil. & l. 31. tit. 4. lib. 3. eiusdem voluminis: quanquàm non * omnino necesse erit, 17
vt præsens ei pecunia numeretur, sed si creditor debitum accepto tulerit vel die prorogauerit satis erit *, vt decima exigi valeat, vt scribit Auend. in dict. cap. 17. num. 6. & Didac. Perez in l. 21. tit. 14. lib. 2. ord. quorum opinionem confirmare rectè possumus ex l. si rem alienā, §. omnis. ff. de pig. actione, atque ex l. 4. ff. de manumissis vindicta, atque item ex l. fin. C. de condit. insertis, eoque iure vtimur, & probant illa Regiæ legis verba, quā primo loco citauimus. *Hasta* inquit, *que el dueño de la deuda sea pagado, y se diere por contento ò las partes se concertaren.* Adde quod solutionis verbo satisfactio omnis continetur l. solutionis verbo. ff. de verb. sign. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Ex quo & illud probandum est si bona ad totum debitum exoluendum * impa- 19
ria fuerint decimam pro rata tantum eius, quod soluitur exigi posse. * Id quod placuit *
Auend. in cap. Præto. 1. part. cap. 17. num. 10. & Azeued. in l. 10. tit. 6. lib. 3. Recopil. atque item Lassarte, de decima cap. 7. num. 59. Quin illud etiam probandum videtur si creditor in gratiam debitoris litem differat, atque interpellatus à iudice executionem non prosequatur posse iudicem decimam exigere, ex ijs quæ affert Decius consil. 70. volum. 1. num. 2. quæ quoniam longiora sunt missa facimus. Item si creditor Limit. 10.
cum executore paciscatur de quantitate decimæ in fauorem debitoris quod in ea re pactum conuentum fuerit ratum erit, debitorique proficiet, cum iuri suo renuntiare prohibeatur nemo l. si quis in conscribēdo. C. de pact. & ita vtimur *: non idem tamē erit 20
si creditor in paciscendo sibi non debitori consulat, ideſt, si paciscatur, vt executione forte rescissa totā ab eo non exigatur decima: talis enim pactio nostrati iure prohibita est in l. 40 tit. 4. lib. 3. Recopil. Sed cur

tam

tam diuersum, quia in debitoris commodum factum pactum fraudem nullam continet, secus quando fit incommodum ipsius creditoris, quia cessat tum metus soluendæ decimæ qui quãdoque coercere creditores solet ne iniustam executionem intendant.

Limit. 11. Accedit & his alia eademque non minus elegans exceptio quod ex vno eodemque

21 debito tametsi multoties executio * fieri contingat, non nisi semel decima debetur. l. 10. tit. 6 lib. 3. & l. 7. tit. 21. & l. 1. tit. 29. lib. 4. Recop. Etiam si is iudex qui modo executionem facit non sit idem qui priorẽ fecerit executionem vt intelligere licet ex l. 65. tit. 4. lib. 3. Recop. quæ notabilis quidam est, nam iure communi aliud placuerat Marant. in specul. 6. par. tit. de inquisitione nu. 99. Ergo si fideiussor * in quẽ prius executio facta est rursus in reum principalem executionem petat, dicendum est, ex ista secunda executione decimam neutiquã deberi: nam quamuis rei & fideiussoris non vna, sed duplex sit obligatio accessionis tamen iure loco vnius habetur l. generaliter. ff. de fideiussor. l. & per iusiurandum. §. & fideiussori. ff. de accept. l. Græcè. §. illud ff. de fideiussori. De hinc quamuis duplex sit obligatio, debitum tamen vnum tantum est l. si plures. ff. de pact. gloss. in l. 3. §. fi. de duobus reis. Cum igitur fideiussoris, ac rei vnum atque idem sit debitum, vna duntaxat decima de ungũtur ambo: quod si quis est qui hoc non probet haud sanè scio quid sit in quo leges Regias admittendas putet. Non tamen idem erit si executione in me facta nomen debitoris mei in solutum creditori meo dederim,

23 quæ propriè * delegatio dicitur, nam executione in me delegatum postea facta alteram deberi decimam dicendum est: cum nouum hic debitum contrahatur. l. delegare, ff. de noua, l. 3. l. C eodem tit. Sic etiam si cum centum aureos deberẽ pro eis centum (verbi gratia) modios tritici dare constituam

24 * probandum erit ex secunda executione iterum decimam exigi posse: aliud enim hic est debitum. l. si ita fideiussorem, & l. Græcè. §. Stichum. ff. de fideiussor. Quid ergo si alijs fideiussoribus num denuò datis ab executione in me facta recedatur, an ex secunda executione postea

25 in me * vel posteriores fideiussores facta decima iterum debeatur? Et illud quidem expeditum est si in secunda obligatione cautum non sit, vt à priore recedatur semel tantum decimam deberi, siquidem tum nouatio non contingit, & licet duę sint obligationes, vnum tamen duntaxat intelligitur esse debitum l. 2. ff. de noua, l. fin C. eod. tit. l. 15. tit. 14. Part. 5. Atque proinde neque priores fideiussores liberantur, neque priores obligationis prærogatiua tollitur, vt diximus superius prima part. huiuscapitis, limitat. 6. Porrò si in secũda obligatione expressim actum sit, vt à priori recedatur, hic dubitationis est, an iterũ decima debeatur? & id forsan cuipiam videbitur, quia nouatione facta prior permittitur ac noua constituitur obligatio. l. 1. ff. de noua. Verius est tamẽ, vt dicamus, & in hac specie semel tãtum deberi decimam, quamuis enim verum sit priorem obligationẽ perimi, atque nouam constitui: cæterum cum ipse reus principalis adhuc pro eodem debito remaneat obligatus, idem non diuersum debitũ iudicandum est, exglossa in §. si minus. Inst. de actionibus, & cap. hi qui. de præbend. in sexto. l. si noxali. est etiam quæsitum. ff. de peculio, & quæ tradit Bald. in l. si à te. C. de pactis inter emptorem, & vendit. & Bart. in l. dies cautionis. ff. de damno infecto. Itaque licet duplex sit obligatio, idem tamen est debitum ex vna in alteram obligationem transfusum l. quod debitori. ff. de donat. causa mort. l. duobus. §. except. & §. sequens. ff. de iureiur. In hoc autem genere quæstionis non est quærendum an diuersa sit obligatio, sed an diuersum sit debitum, nam leges Regiæ non ex vna obligatione, sed ex vno debito pluscuam semel decimã non deberi definiunt, fieri autem nihil prohibet *, vt multiplex sit obligatio vnum 26
vero duntaxat sit debitum. l. non vt exsuribus. ff. de regulis iuris. Sed quid multis? cũ hanc nostram sententiam leges ipsæ Regiæ apertissimè ostendere videantur? Latissimè enim illarum verba patent, præsertim illius legis primæ, tit. 29. Sic enim ait. *No lleuen derechos de execucion mas de vna vez por vna misma deuda y aunque las partes se concertarẽ en dar alguna espera, ò dilacion, ò si venido el plazo se tornare a fazer execucion, no lleue derechos della el que la fiziere, &c.* Et ad summam (ne de singulis agam) generaliter illud tenendum est * quoties secunda obliga 27
tio ita contrahitur, vt adhuc ipse reus principalis pro pristino debito remaneat obligatus sibi ex secunda distinctione decimam nõ deberi: contra vero si secunda obligatio, ita contrahatur, vt reus principalis obligatus non remaneat, nam tum ex secunda executione iterum exigi decima poterit, quod genus fuerit si facta in me executione ego exprompsissem denarium, id est, eum qui omnem in se obligationem transferat, ita vt

ego

ego liber omnino ab obligatione remaneam, is enim ex promissor propriè dicitur, vt alibi diximus: dicendũ est enim hoc casu ex secunda executione in expromissorem facta iterum decimam deberi, nam nõ tantum hic noua est obligatio, sed nouum est debitum. l. sed etsi. §. non solum. ff. ad Macedoni. l. si Stichum. §. si ab alio. ff. de noua. l. 15. ti. 14. Part. 5. Afflict. decis. 353.

* * Diuersum erit si Titius qui corpus aliquod reddituum, aut vectigalium conduxit, cedat Seio partem istius conductionis, posteà que fiat executio in Titium redemptorem principalem pro pensione: is vero rursus petat executionem aduersus Seium, vna enim tantum debebitur decima. Quid ergo dicemus de executione, quæ fit in œconomos vniuersitatis, aut Ecclesiæ pro reliquis, cuius rei ordo exposcit, vt decessores à successoribus exigantur, ac ità non soluẽtes seriatim executiantur: est nõ semel quæsitum an vna decima de ungantur omnes. Et id quidem magis videtur, quasi vnum tãtum sit debitum, licet inter plures personas distributum ex l. non est nouum. ff. de contrahend. empt. Est præterea supradicta regula limitanda, vt locum non habeat si anteaquam executio facta fuerit reus debitum obtulerit, nam tum etsi executio iam petita fuerit decima non debetur sicuti iam pridem à Rege nostro Philippo cautum est in l. 8. tit. 21. lib. 4. Recop. Quinimo nuperrime proximis comitijs * Madritij habitis ab eodem Philippo, tam humanissimè, quàm cõsultissimè statutum est, vt facta debiti solutione intra viginti quatuor horas, quam facta est executio decima non debeatur: ibi demque debeatur: ibidemque paulò post definitum fuit executionem absentem facta viginti quatuor horas currere exinde ex quo denũtiatio executionis facta fuerit debitori vel in personam vel ad domum, vt habetur in l. 21. lib. 4. Recop. Cuius constitutionis sensus, quanquã apertior sit quã vt nostra indigeat interpretatione, quia tamen quotidiana res est, & quotidianas res persequimur, pauca ad illius intelligentiam adnectam. Et illud in primis palam est creditore vel executore oblatam pecuniã recipere detrectante necesse esse, vt ea per officium obsignetur, atque apud secrestũ deponatur iuxta textum in l. acceptam. C. de vsuris, & l. obsignatione. C. de solut. l. fideiussor qui minori. ff. de fideiussor. Boer. decis. 123. Quid vero si debitor pecuniã nõ numerauit, sed aliter creditori satisfecit, scilicet, intra viginti quatuor horas an decima debeatur? & puto non deberi: solutionis enim verbum in regia lege expressum satisfactionem omnem comprehendit. l. si rem alienam. §. omnis. ff. de pign. action. l. solutionis. ff. de verb. sign. l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. * Ac ita post hãc nostrã scripturam, hęc nostra opinio probata est in comitijs Madritijs, anno 1582. Proinde aquã inaniter consumit Azeuedo, qui multis cõtrarium extruere conatur in l. fin. tit. 21. li. 4. Recop. * Quid ergo si debitor paratus sit * bona in solutum creditori inuito dare iuxta Authent. sed hodie. C. de solut. an ea oblatio satis sit ad decimam excusandam? & non puto, nam vt ait Bart. in l. prætor ait, §. si quis paratus. ff. de noui operis nuntia. *Omnes leges quæ dicunt sum paratus soluere, debent intelligi quod debeat ire cum denarijs in manu.* Sed finge debitore non totum debitum, sed partem offerre quæro an eius pecuniæ quã offert decima debeatur? Et tametsi multa sint quib. defendi possit decimam deberi, præsertim l. tutor tamen. §. Lucius. ff. de vsuris humanius est vt decimam oblatæ pecuniæ non deberi * dicamus, tum ex l. quidã existimauerunt. ff. si cert. pet. & l. qui solidũ. n. 80. ff. de leg. 2. atque ex cap. suam de pœnis. Tum ex his quæ affert Bald. in l. acceptam. C. de vsuris, & Curt. Iunior. cons. 122. n. 69. & Christophorus Porcius in princip. Inst. quibus modis tollitur oblig. num. 12. Vbi aiunt debitore partim debitum confitente partim negante cogẽdum esse creditorem, partem agnitam recipere, eãque cõmunem esse opinionem testantur, & denique hæc nostra opinio probari non obscurè videtur in l. 6. tit. 14. lib. 6. Recopil.

Postremò ad superioris regulæ limitationem animaduertisse oportebit ad creditorem plus debito petentem decimam eius quod plus peritum fuerit pertinere * non ad debitorem, vt expressim cautum est in l. 8. & 9. tit. 21. lib. 4. Recop. In vsu tamen solent creditores in petenda executione testati accepto laturos esse quod apparuerit legitime solutum esse: quæritur an hac protestatione liberetur creditor ab exactione decimæ? & placet quidem id Didaco Perez in l. 21. tit. 14. lib. 2. ordine ex sententia Anton. de Butr. in c. 2. de libelli oblatione. Sed * verius est quod scribit ibidẽ Abbas n. 28. talem protestationẽ quæ aduersus leges fit nihil prodesse plus petẽti: nisi modo is iustam ignorantiæ habuerit causam: Abbatis autem opinionem sequitur illic Felin. & cõmunem testatur ibidẽ eius dẽ Abbatis scholiastes, seu additionator (vt vocant.) Cum ergo

Limit. 12 28

Post hanc nostrã scripturã hæc nostra opinio probata est in comitijs Madritijs, anno 1582.

Limit. 13

30 31 32 33

ergo hæc creditoris protestatio aduersus Regias leges fiat, quibus cautum est, vt creditor iurato debitam quantitatem declaret fit vt non aliter dicamus eiusmodi protestationem creditori prodesse, quã si iustã ignorãtię habuerit causam, puta si defuncto cuius est hæres pecunia soluta sit vel forsan ipsius institori. Eodem pertinet l. qui solidũ. n. 80. ff. de legat. 2. & l. si idem cum eodem. §. 1. ff. de iurisd. omn. iud. atque c. fin. de rescript. atque de his satis. Quæstionem tamen illam quando inceptam executionem à de-
34 cessore successor perfecerit * vtri decima debeatur, quoniam quotidiana res est dispiciamus oportebit, & habet ea sanè nonnihil dubitationis. Nã scriptores versantes quæstionem illam haud dissimilem quando per statutum iudex debeat habere partem pœ-
35 næ pecuniariæ, in qua est reus damnatus * an potior sit decessor quàm successor vario modo sentiunt. Quibusdam enim placet potiorem esse debere posteriorem iudicem, in quibus est Bald. in l. fin. C. de fructibus, & litium expensis, & idem sentire videtur Bart. in l. susceptores. C. de suscepto. & arcarijs lib. 10. & Alberic. in l. lege Fabiana. ff. de manum iss. & Guido Papæ decis. 535. & hanc ex nostratibus amplexus est Montaluus in l. 4. tit. 17. lib. 4. Fori. adijciens vsu ita seruari. Verrò prioris iudicis partes defendunt idem Bald. Imol. & Alex. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. Ias. in l. more. n. 22. eodẽ tit. Decius cõsil. 492. vol. 4. n. 5. & hãc testatur communem esse opinionẽ Boer. decis. 5. n. 18. & Aurelius in c. correct. c. 15. n. 35. & hãc secutus Auend. in eodem tit. 1. part. c. 17. n. 10. in proposita quæstione de decima respondit prioris iudicis partes potiores esse. Sunt vero alij qui medium amplectentes decimam inter vtrumque iudicẽ partiẽdam esse putant, in his est Paris de syndicatu. §. prouentus. n. 4. & alij quos menorat Auend. loco superiori, & quantum experimentis consequor hæc moribus magis increbuit sententia: hanc ergo non immeritò sequemur. Quamuis enim Accursius in l. Nẽsennius. ff. de negot. gestis. gloss. fin. scribat rusticorum esse in re dubia per mediũ quæstionem scindere: verum, & à prudentibus * etiam id optimo exẽplo vsurpari probãt multũ apud Boer. decis. 42. n. 39. & apud Dec. consil. 228. vol. 2. Iam illud ad extremum quoniã non minus frequens est omittendum non duxi. Iudex apud quem executio est petita cum bona debitoris extra suũ extarent territorium dedit * per relationẽ 37
literas (quas vulgo requisitorias appellamus) ad iudicem vbi extant bona, vt is executionem faceret, quæsitũ fuit ac sæpe quæritur vtri iudici decima debeatur, & sic aliud quidẽ ius, aliud suadet æquitas. Nã stricto quidẽ iure dicendum est pertinere decimã ad iudicem apud quem petita executio fuit, nã ille alter illius vice fungitur, & quicquid agit illius tãquam minister agit. l. 1. §. qui mandatã. ff. de officio eius mand. est iurisdictio c. pastoralis. §. quia vero. de officio de leg. Auth. vt nulli iudicũ. §. si quis verò cõprehensorum. collat. 4. Bart. & reliqui in l. à Diuo Pio. §. sentẽtia. ff. de re iud. c. hi qui. de præb. in sexto, eodẽ pertinẽt quæ affert Guido decis. 23. vbi in discolorũ morum varietate spectandam esse ait consuetudinẽ fori iudicis requirentis quã iudicis requisiti. Cæterum si æquitatẽ spectamus magis probandum videtur, quando iudex requisitus executionẽ peregit, bona addixit, & creditori deniq; satisfecit, vt inter ambos iudices decima diuidatur, vti superiore quæstione diximus. * Denique illud tanquã, huius paragraphi colophonem addiderim, si dubiũ fuerit, vtrum debeatur decima necne, eius rei cognitionem spectare non ad ipsum iudicem, qui eam sibi deberi dicit, sed ad superiorẽ eius sicuti edocet gloss. in l. de iure. ff. ad municipalẽ verbo, prouinciæ, quã illic mirabilem prædicat Bart. & multis exornat illius scholiastes. * Hæc habui quę de instrumenti executione dicerem quibuscum huic alteri rerum quotidianarũ libro finẽ imponimus: eo autem (qui nunc operi cumulus accessit) futurũ spero, vt vel aliqua ex parte satisfactum sit desiderio, quod prioris libri exiguitas non paucis eisdemque doctis probisque reliquerat hominibus. Fruere igitur (candide Lector) & si quid belluli hic interlegendum cõperies in pretio habeto: sin minus boni consulito, & quæ tui causa ad te dedimus, fac pro tuis habeas, & tanquam propria tueris. Vale.

Finis libri Secundi rerum quotidianarum, sit Dominus benedictus. Amen.

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII

IVRISPERITI, DE RATIONE IVRISDISCENdi, Epistola ad Ioannem, & Hieronymum filios, quam & vt cęteris prodesse scholaribus publicam esse voluit.

CVM Vos Ioannes, & Hieronyme filij, nuper Salmanticam ad iuris delegauerim studium, atq; ne quid vobis desit præcipua cura sit mihi, paterno item officio conueniens esse putaui, vt quam rationem in eo negotio (seù potius dixerim otiũ) inire debeatis, vos per literas admonerem ne alioqui temerè procedentes, ego oleũ vos operam (vt est in proberuio) perdamus. Paucis id tamen simul, vt facilius id percipere possitis simul ne ad hanc studendi artem alia quoque arte (vt quidam facere) opus esse videatur. Hæc vero quæ dixero nauci vobis facienda non esse, vel id satis esse arbitror â patre esse dicta. Nam amabo, quæ charitas paternam potest vincere charitatem; ecquis pro filio prospicere accuratius poterit, quàm patet: cuius in filio tanquam per manus mortalis alioqui, ac fragilis perpetuatur cõditio? Quid enim aliud est filius (vt quidam rectè dixit) quàm renascens pater? Sed & illud vobis persuasum esse velim, hæc paterna si amplexamini hortamenta, non leue vobis emansurum emolumentum. Enim vero quisquis rem aliquã gerere rectè cupit illud in primis summa debet ope niti, vt ante omnia illius rei efficiendæ modum inuestiget, consilium, ac rationem intelligat, & intellectam ad vnguem obseruet. Sanè cuiq; rei suus inest modus arsque, cuius momenta si obserues facilimè ad optatum peruenias euentum, & contra si negligas magnis distringaris impedimentis. Principio autem illud quãquam notissimum admonuisse oportebit, quod non solum iuris studiosis omnibus, sed cæteris quoque in vniuersum hominibus commune esse debet: vt in primis Deum reuereamini, ab illiusq; præceptis ne transuersum quidem vnguem aberretis. Etenim cũ aliàs semper certissimum est, nihil quicquam ingrato Deo rectè expediri posse, vt enim Propheta, inquit, imò Deus per Prophetam: *Viæ peccatorũ peribũt, confirmat autẽ iustos Dominus.* Tum nihil magis verum est, sine diuina ope nullatenus posse nos sapientiæ attingere fastigium, id quod à Sanctis, & Prophetis aliàs subindè repetitum duobus potissimũ in locis declaratur, vt illud, *Principiũ sapientiæ timor Domine*, & illud alterum: *In animam maleuolã non introibit sapientia.* Hunc vero Dei timorem cõpendiaria illa via assequi nos posse, autor est Picus Mirãdula: si cruentã Christi mortem in patibulo nostri amore perpessam ob oculos versemus semper: ac nostrã itidem mortem (quæ tanquam fur venit) quotidie mente pensemus, porrò quoniam hæc de concionatorum ore quotidie plenius audietis ad institutum pergo. Post hoc igitur illud præcipuum fuerit consilium, vt quoniam iuri operam estis daturi cogitationes vestras omnes in ipsam collocetis iurisprudentiam, hanc totis viribus ampleximiní, in illius depereatis amorem: hoc apud vos nihil sit quicquã antiquius, nihil amabilius, vobisq; subeat in mentem, quam sit ipsa per se iurisprudentia amabilis, pulchra, atque suauis, quæque ipsa vltro multos sui excitare soleat amores: quippê quæ iuris iustitiæque tramites ipsa moderetur, & regat: iustitiam autem reliquas omnes antecedere virtutes palam est, quin ea vna cæteras in se virtutes complectitur omnes, vt Aristoteles autor est, itemq; Cicero. Cogitate etiam inter omnes honestiorem vos videndi suscepisse rationẽ, nam vt Pomponius Iurisconsultus, inquit, *Ego discẽdi cupitatẽ, quam solam viuẽdi rationem optimam in octauum, & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum eius sentẽtiæ, quã dixisse ferunt Iulianum, etsi alerũ pedem in sepulchro haberem*

1. *Hortamentum.*

Sapientiæ. c. primo.

2. *Hortamentum.*

L. apud Iulianum ff. de fideicom. libert.

habirem adhuc tamen discere quidem vellem. Neque mirum cum in eam rem naturā ducem nos habere contingat, sicuti enim aues ad volatū, equi ad cursum, ad fæuitiam feræ gignuntur? ita homines ad scientiam, & veritatē indagandam natisumus. Sed & hunc studij laborem (si discendi studium labor est non voluptas) leuiorem fecerit, si subeat in mentem quanta vos maneant emolumenta si voti compotes (vt est sparandū) euaseritis, inter omnes enim artes hæc vna maximos solet, & honoris, & pecuniæ fructus parere. Cernere est quotidie plebeiorum, atq; adeò rusticorū filios propter literarum peritiam, morumq; probitatem in maximos euectos honores, alios magistratuū præfulgere dignitatibus, nouosq; exinde homines fieri. Quid ergo de his, qui nobili, atq; honesto loco nati sperandum est, si vt par est virtutis, ac doctrinæ pariā fecerint munia? Si ergo vos tanta expectant præmia iam validis incumbite remis.

Fortiaquè aduersis opponite pectora rebus.

3. Hortamentum. Tertium illud erit consilium, vt præceptores eruditissimos omnium, quos ista amplissima tulerit Academia (fert autem per multos) vobis audiendos deligatis, neque enim fieri potest, vt quē quam rectè erudiat, qui sit ipse ineruditus, stultissimunq; est (vt Plinius Iunior scribit) non optima quæq; ad imitādum proponere etenim, vt de mus eruditos esse omnes, attamen aliū alij præstare, vel iuris scientia, vel docendi dexteritate, si quis est, quis ambigat ipse, sibi nō mediocriter imponet. Planè velut in agris æquè, & in præceptoribus alius alio maiores solet fructus afferre. *Dij immortales (vt comicus) homo homini, quid distat, stulto intelligens, quid interest.* Enim vero sunt quidā præceptores, ita elinges, vt quæ sentiunt satis explicare non valerant, sunt quidā, ita obscuri ingenij, vt vel ipsi se satis non intelligant, nedū queant dare intelligere alijs, quæ didicerint, sunt alij, qui nihil ad se interesse putantes, quæ potius discipulis tradant omnia, vt se se offerunt, sine delectu effundunt tenera adolescētum ingenia multis inutilibus prægrauantes. Sunt qui dummodo cathedræ muneri inseruiant discipulorum profectus susq; deque ferunt: itaq; superuacuis allegationibus, & inutilibus quæstiunculis tempus terentes (cuius maximam constat esse iacturam) discipulorum progressus misere remorantur. Scitote vos igitur optimos deligere præceptores, vestrisq; potius, quam alienis discite inseruire commodis: atque omnino hæc prima fundamenta tanto operi, quam firmissima iacere curate, vix enim dici potest quantū momenti in his primis positum sit rudimentis, vt enim in ædificijs, sic etiam in discendo præcipua, imò tota operis firmitas ex cæmentis, fundamentisq; constat, atq; vt in cardine ianua sic in primis rudimentis tota profectus vniuersi consistit ratio. Præceptorem igitur, quem optimum iudicaueritis audientes non attenti modo, sed etiam auidi auscultate, illius vultum non oscitātes, aut resupini (vel vt quidam solent laquearia aspectando, tegulasve numerando, vel cum condiscipulis confabulando) sed maximè intenti intuemini, & quæ dictauerit ille omnino callere curate. Intellecta vero calamo excipite domi relegenda postea rem seriā non aniles fabulas tractari putate, & quæ non perfunctoriè, sed toto mentis tractanda sint acumine. Sed neq; vos fortasis intētionem remittere faciat vana quædam persuasio, quam preterueè nonnulli, sibi præsumunt floccipendentes ea, quæ præceptores tradunt, quasi se ea, & fortasis maiora reperturos esse putent: in autorum commentarijs, qui tot tantiq; sunt: quæ quidem falacis aliquorum adolescentum nimium credulorum profectus impedire sæpè solet. etenim præceptor ille (fueritis modo, qui esse debet probus, & doctus, officijque solers) non ignarus, quid discipulnrum conueniat ingenio, quantumq; quisq; ferre valeat, rescisis illis cōmentariorum prælongis quæstionibus ea tantum in medium affert, quæ discipulorum ingenium illustrare valeant non obruere. Atq; verum à falso, vtile ab inutili secernēs paucis afferet, quæ ipse interim multo tempore, & labore decepere insudarat, itaquè sicuti agricola grana ex paleis aurarius faber ex auri fodinarum fæce aurum expurgat, ita prudens ille magister vtilia ex inutilibus, optima ex superuacuis

4. Hortamentum.

peruacuis expurget, quæ luculenter postea sui dictet discipulis. Accedit ad hæc quod teste Hieronymo, atq; Plinio Iuniori. *Habet nescio, quid latẽtis energiæ viuæ vocis actus & in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat.* Nã licet acriora sint, quę legas, altius tamen insident animo, quæ pronuntiatio vultus habitus, gestus etiã dicentis affligit. Illud etiam ad rem conduxerit, vt textum (vt intelligar non grauabor vulgari verbo vti) à professore interpretandum antea quã scholas eatis domi prius perlegatis, vt illius speciem, seu casum positis apprimè intellectum ad præceptorem afferre alioqui fiet, vt non facile percipiatis ea quæ ad illius interpretationem à præceptore dicentur. Habetis quemadmodum apud scholas vos habere debeatis, nunc quæ domi obseruare vos velim habetote. 5. Hortamentum.

Domi igitur statis horis cubiculo clauso, ita vt si fieri possit nihil sit, quod vos ab studij attentione auocare possit (exigunt enim, quam altissimum silentium studia) sumpto in manibus textu cui vacãdum est, eum ante omnia, terquê, quaterque legite: deinde principalem conclusionem ad titulum pertinentem ex eo colligentes, mox rationem dubitandi à magistro traditam expendite, vel non traditam à vobis exposcite, tum verba textus relegite singula quæque verba ponderando, & quid sibi velint inquirendo: post hæc glossas discutite, earumquè allegationes, postremo schedia vestra explicate, & conclusiones à præceptore dictatas dispicite, ac textus, glossasquè in illarum comprobationem citatas, saltem præcipuas inuestigate, neque antea ab illis discesseritis, quam illarum percepisse intellectum intellexeritis. Enim vero bene studendi summa hęc est, vt quicquid legerimus, cum iudicio legamus, non perfuncto riè, sicuti enim cibi, nisi probè stomacho digerãtur, proficere valetudini nõ possunt, ita quæ legitimus prodesse ad doctrinam minus valent, nisi ea ad vnguem examinemus, & vndiquè calleamus. Quod si omnibus prælectionibus, quas audieritis parem impartiri operam nequiueritis dolendum non est: melius est enim paucis incumbendo prouentum aliquem ferre, quam multis perfunctoriè vacando cyparissi (vt est in prouerbio) fructus colligere. Quod enim de ratione scribendi Quintilianus monet, idem, & nos hic de ratione iurisdicendi admonere possumus: *Bene scribendo, inquit, fit vt velociter scribamus, velociter autem scribendo non fit, vt bene.* Si quid vero interdum (vt fieri assolet) incidérit, quod vestri ingenij captum superet, peritiores consulite, nec pudor obest: solent enim quandoque, & Doctores ipsos eæ iuris difficultates offendere. Post quam vero studij cogitationi satis impendisse iudicaueritis, surgite à libris, atque deambulando ea quæ studio consequuti estis memoriæ mandate: nõ omnia quidem, & ad verbum, sed & præcipua, & in summam repetita. memoria enim cũ omnis disciplina constat, proindè sapientiæ thesaurus appellatur, tum præcipue ciuilis hęc scientia: quippè, quæ tam ampla sit totque, & legum, & auctorum voluminibus referta, frustra vero docemur, frustra lucubramus, si quicquid audiuimus, aut legimus statim præterfluat: quapropter non modo singulis diebus, sed etiam singulis hebdomatibus (si iustos quidem studij fructus percipere desideratis) id faciendum puto, id est, vt in vltima quaque hebdomada, quæ per eam totam didiceritis ad memoriam summatim reuocetis: fecere hoc Pythagoras, illiusque discipuli, qui vt Cato apud Ciceronem de senetute ait: exercendæ memoriæ causa, quid quoque die dixerãt audierant, aut egerant, vesperi commemorabant, idem solitus est facere sapientissimus ille Seneca: vndè in tantam memoriæ felicitatem euasit, vt literis sit proditum, duo eum hominum millia, quo erant ordine dicta solitum esse referre, & ducentos amplius versus semel auditos ab vltimo recitasse ad primũ, vt ipse de se refert, & auctores grauissimi tradũt, & in his illius æmulus Fab. Quintilianus. At magna dixeritis hæc ingeniorum fuerit cruciatio. Sanè sapientiam sicuti cæteras artes, sine labore consequi non possumus: nihil enim magnum, sine labore natura dedit hominibus, intermitrere vero id sine quo reliquus omnis labor inanis futurus sit, summæ negligentiæ iudico: 6. Hortamentum. 7. Hortamentum.

quãquãm neque hic magnus labor quidem erit, imô si assuescatis cõsuetudine fiet, aut nullus, aut leuis. Porrô si principio ea quæ edidiceretis nõ satis hæserint, non cõtinuo desperandum est, sed tanto magis memoriæ incumbendum: sit enim quamuis ipsa fragilis attamen excolendo, sicuti alia omnia augetur, nihilq; æque est, quod vel augeatur cura, vel negligentia intercidat. Quo circa si acri operam dantes, tam lente proficimus, nihil (mea sententia) tam est causa, quàm quôd memoriam negligimus, & tanquam si futilis res esse flocci pẽdimus. Cum iam (si Diuis placet) tam ineptum, ne dicam peruersum, & exitiale) sibi elogium persuaserint aliqui dicẽtes, satis esse iuris studiosos legere, & obliuisci. Ecquid quæso scholarum profectui magis potest esse aduersum quorsum cedo, dies, nocteq; maceramur, si eorũ, quę semel audiuimus, ec legimus omnino immemores tanquam noua, & inaudita ex integro discedere debeamur? ne parum more semper retrogradientes, vel lincium, priorũ nunquam remi niscentes. Sanè, qui hoc præcipiunt tale mihi præcipere videntur quale foret si nummos multa opera, & industria partos non arcæ, vel crumenæ, sed pertuso sacculo cõmittendos esse purarent: quo quid delirius dici potest, aut amentius? Credite ergo (ò filij) paternis credite monitis, atq; si integros in iurisprudentia fructus facere vultis memoriam sedulô exercitote: nihil legeritis, nihil audieritis, quod non memoriæ tanquam fideli secreto cõmendetis. Etenim tantum huic tribuo parti, vt consilium putẽ ex lucubrationibus ipsis non nihil temporis subtrahere, quod memoriæ impartiatur, nec mirũ quãdo ea omissa reliquus omnis labor in irritum sit cassurus. Iuris quoque regulas, atq; leges aliquas conscissas memoriæ tradere, & conuenire, & vtile esse iudico, præcipua quoq; literis, seû schedijs mandare oportebit, vt si quæ memoria excident restituat papyrus, sic enim, & Plinius auunculus, vt illius ex sorore nepos refert, nihil legabat, nihil audiebat, quod notatu dignũ esset, quod calamo non excerperet.

8. Hortamentum.

9. Hortamentum.

Huic vero curæ alia quoque, leuior illa quidem, sed non inutilior succedit, ea est exercitatio, cuius maxima sunt momenta, etenim perinde, ac cote ferrum æquè, & exercitatione acuitur ingenium. Conflictatio enim illa, & tanquam palæstra ingeniorũ neruos animi, lum ostendit, tum excitat, tũ adauget. Hæc enim partim laude, partim ambitione nos excitat: turpe enim ducimus cedere pari, honestum vero superasse maiores, & licet ipsa vitium sit ambitio: plerumq; tamen virtutis causa est: memoriamque deinde non mediocriter adiuuat: tenacius enim hærent, quæ vltro, citroq; iacta, tanquam exercitationis malleo memoriæ infiguntur. Quamobrem recte dictũ est à Cicerone: *Sine arte, & sine exercitatione ars nulla percipi potest*, quantum vero momẽti in exercitatione positum sit, satis maiorum declarant exẽpla, qui tametsi genere, honoribus, ac eruditione longè præstarent, hanc tamen partẽ non contempserunt vnquã: legitote Plinij Iunioris Epistolas, atque cõperietis virum consularem, alioquè paris conditionis, quot modis in eruditionis vsum se exercuerunt. Velim ergò, vt quæ legeritis audieritis, cũ sodalibus pertractetis, & quæ dixeritis defendite, quæ vero abillis dicentur: aut confirmate, aut refellite, ita enim non leue ad studiũ operę pretium feceritis, & planè tantũ momenti hac in re positum reor, vt magnopere conuenire putarem, si in vnoquoque contubernio tanquam instituto præscriberetur, vt profestis, feriatisq; diebus singuli sodales in vices prælectiouem (vel ex ijs quæ à præceptoribus, vel per se percepissent) in coronam facerent, proposito ad eam rem propugnatore, quem impetant cæteri: ipse illorũ iacula, seù argumenta propellat. Id quod Salmanticæ me puero factitatũ scio apud Doctorem qnẽdam honestum sanè virum, & doctũ. Erat is Didacus Perez (cuius ad leges Regias commentaria extant, quemquê honoris causa nomino) qui vt de iuris studiosis bene mereretur, & domũ, & auctoritatem suã mihi, & alijs bonę indolis adolescentibus ad eam rem accommodabat. Commodius autẽ hæc vt fiant, ac ne quis vestram bene institutã indolem euiret: moneo, rogoquè: quin potius iubeo præcipioque, vt peruersorum adolescentum conturbenia, acconuictum

nictum declinetis omnino, diuinè enim diuina loquitur scriptura. *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris*, magnum est adolescentiæ lubricum experientiaq; satis est compertum, frugi alioqui adolescentes prauorum sodalium consuetudine deprauatos perditum ijsse. In actibus quoq; publicis, cum per tempus licebit si interfueritis pergratum mihi feceritis: hinc enim, & dicentiũ erudimini documentis, & ambitionis stimulis ad simile faciendum accendemini. Futurus siquidem iurisperitus cui in maxima celebritate, & in media republica viuendum est, assuescat, oportet â tenere non reformidare homines, neque illa solitaria, & vmbratilli pallescere vita. Excitanda est enim mens, & altius attollenda, & quicquid ad hanc, quam quærimus sciẽtiam prodesse potest, nõ negligendum. Atque vt exponamus quemadmodum, quod restat temporis expendere debeatis: de mane studere vtilissimũ est, aurora enim est gratissimum musis, tum enim, & temporis ratio, & corporis qualitas videtur ad studium inuitare, maxime cum est minimũ vaporis in cerebro peracta concoctione illa vapora ria, ac ita, vt audio exteri scholares sub gallicinium ad studendum surgunt, tum enim tranquilissimum est tempus, cum quiescunt, & silent omnia. Apud nos prima nocte, seù conticinio lucubrare moris est, estque id quoque optimum secreti genus quoties ad id integri refectiq; venimus: sed silentium, & liber vndiq; animus, vt sunt optãda, ita non possunt semper contingere, itaq; non statim si quid ob strepat abijciendi erũt codices, & deploranda lucubratio: verum incõmodis repugnandum, & hic faciẽdus vsus, vt omnia, quæ impediunt vincat intentio, quam si totamente in opus ipsum direxeritis, nihil eorum, quæ oculis, vel auribus in cursant perueniet ad animũ. Non est enim indulgendum causis desidiæ, nam si non nisi refecti, non nisi hilares, non nisi omnibus curis vacui studendum putauerimus, semper erit, propter quod nobis ignoscamus. Opportunitatẽ ergo temporis quærite, intẽpestiua enim studia, veluti quæ continuò post prandiũ, aut cœnam fiunt, solent, & ingenium extinguere, & valetudinem maximopere offendere, sed & immodicas debetis euitare lucubrationes, & tãdiù studijs indurandum quandiù vos laboris fructum nõ perdere intellexeritis, obstat enim dicendi diligentiæ fatigatio: pro in assidua studia potius, quam immodica longe vtiliora fuerint, contentione enim immodica obruuntur nonnunquam discentium ingenia, assiduitas vero, & mediocritate sua perdurat, & quotidianis incrementis maiorẽ opinione aceruum cumulat. Satietate vero cùm omnibus in rebus, tum in litteris nihil est periculosius, sapienter Horatius.

10. Hortamẽtum.

11. Hortamẽtum.

12. Hortamẽtum.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra, citraque, nequit consistere rectum:

Laxanda est igitur aliquoties literarum illa contentio, & refocillandus animus, intermiscendi lusus, sed liberales, sed literis digni, & ab illis non nimis abhorrentes: imò medijs ipsis studijs perpetua quædam voluptas est intermiscẽda, vt ludum potius discendi, quam laborem existimemus. nihil enim perdiu ferri potest, quòd non agentem aliqua remoretur voluptas. Cibi non quantum libidini, sed quantum valetudini satis erit, sumite: est enim discentibus bona valetudo, quæq; eam præstat frugalitas maximè necessaria. Pransi, aut de ambulate, aut hilares confabulamini, sub somnũ exquisiti quippiam, ac dignũ memoria legitote, de eo cogitantes sopor opprimat, id experrecti à vobis ipsis reposcite: sicuti se factitasse prudentissimus ipse refert Seneca. Illud quoq; admonuisse oportebit in studendo, ita vos vniuersalibus præceptis, putà regulis vacare debere, vt particularia, seù singularia non negligatis, & è contrario, ita particulariũ, curam habendam vobis esse, vt vniuersalia non flocci pendatis, tũ enim plenum literarum facietis operæpretium si ex æquo vtrisque parẽ impenderitis operam, sed neq; vos ab studij ardore refrigerare debebit, quod leges, & textus quæstionesque: quibus operã datis, nunquam vobis in vsum futuras putetis, quasi videantur ab vsu, foroq; remotæ, quod iuuenibus rerum adhuc expertibus videri forsan potenit:

13. Hortamẽtum.

rit illud enim vobis in animum inducite nihil esse quicquam in iure, quod ad vsum causidici, seu iurisperiti non conducat, quod dq;, vel ad rem ipsam, si nõ ad rem ipsam,
14. Hortamẽtum. at in exemplum, si non in exemplum, saltem in argumentũ trahi valet. De libris quæri solet, an pluribus vti scholaribus conueniat, & alijs aliud placet: mea hæc est sententia, vt â principio textus, seù codices omnes archetypos, tam iurisciuilis, quam Pontificij habere conueniat, neque hos tantum, sed etiam Regios habuisse non leue operæpretium iudico: etenim vniuersæ nostræ professionis hoc est fundamentum, hoc tota est materia, materiã vero si tollas quemadmodũ rogo fieri poterit opus? Etenim perinde, ac artifices, nisi omnia ad opus necessaria habeant ferramenta iustam præstare non poterunt operam: non aliter scholares, nisi omnes archetypos habeant libros plenos non possunt studij fructus facere, & hoc quidem à principio, post biennium autem, aut triennium Bartolum his adiungere, aut Panormitanum, & moris est, & con-
15. Hortamẽtum. uenit. Illud hic, quoque vos quæsituros esse puto, vtrum huic ciuili scientiæ aliarum disciplinarum studium adiungere conueniat: puta philosophiæ, cosmographiæ, Græcarum literarum, aut musices? Et nou deerunt quidam crassi, & bonarum literarum exosores nos amusos (Græci μισοκάλους appellant) quid id dire execrentur: quasi iuris studium ita operosum sit & latum, vt totum exigat hominem, nihilquè alteri reliquat disciplinæ temporis, sed tota errant via: etenim tantum abest, vt hæc disciplinę iurisprudentiæ officiant studio, vt è contrario permultum ei, & decoris accumulent, & ornamenti: ciuilis enim hæc scientia adeò late patet, vt nulla ferè sit disciplina, cũ qua commune non nihil habeat, quippe quæ de omnibus in vniuerso orbe cõtingentibus causis, & negotijs cognoscat, & iudicet. Adde quôd si vni tantum iurisprudẽtiæ scholaris intendat studio non potest, non tædium cõtrahere: difficile enim est in vno semper perseuerare labore: varietate igitur reficietur, & recreabitur: studij enim facietas vicibus leuatur: quamuis enim multa egerimus, quodammodo tamen recẽtes sumus ad id quod incipimus. Sed neque ego vos, ita consumi in cæteris disciplinis volo, vt iuris sit studium deserendum, sed huius principaliter curam habendo cætera corollarij vice admisceatis: & tempora, quæ spectaculis campi tesseris, otio sisq; sermonibus (ne dicam somno) conterenda sunt, alijs impendatis disciplinis quantum plus ex istis habituri delectationis, quàm ex illis ineruditis voluptatibus: dedit enim prouidentia hoc munus hominibus, vt honesta magis iuuarent. Ne quaquam igitur putetis vos cõtinuo cunctam iuris scientiæ iacturam facere, si cæteris studijs aliqua temporum velut subsidia impertieritis: non enim inuidia nostra est iurisprudentia, vt cæteris disciplinis locum relinquat nullum, nisi fortè Alciatos, Tiraquellos, Zazios, Corrasios, cæteros què id genus auctores, non ideò iurisprudentissimos existimamus, quia fuerint ij Græcè, Latinè omnisque eruditionis vndequaquè præditi: quin, & ipsos Bartolos, Baldosque, non sola iuris scientia eruditos fecit: cum videamus eos, & Logicis, & Philosophicis ἐπιχειρήμασιν, seù documentis nonnunquam, & Theologicis suos cõmentarios exornantes. Nequaquam igitur patrocinia segnitie prætexamus, lõga est enim quæ discit ætas quantum humani ingenij natura valeat animi pensemus, magnos illos viros assequi, vel certè imitari conemur, quod cur desperemus, illis enim inueniẽda fuere, quæ legitimus nobis cognoscenda sunt, tot nos præceptoribus, tot exemplis instruxit antiquitas, vt possit videri nulla forte nascendi ætas felicior esse, quàm nostra, cui docendæ priores laborauerunt. Nitimini igitur filij (vt Quintilianus monet) semper ad summa, quod facientes, aut euademus, inquit, in summum, aut certè multos infra nos videbimus. Atque (vt finiam) hæc paterna monita in animo semper habere curatè, nam si vos pari cura susceperitis, ac ego scribere curaui: certus sum, nec me monuisse, neque vos paruisse pœnituerit. Opto, vt in Christo valeatis, & præceptorum meorum ne obliuiscamini.

Legito Bart. in tract. de insulis, & comperies, vt geometriæ calluerit documenta: Legito eundem in tract. testimoniorum, & Bald. in l. ex persona, C. de probat. & cõperies quemadmodum Logicos tropos, & Prædicamenta calluerint.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS RERVM, AC SENTENTIARVM maximè notabilium, quæ hoc libro ſecundo rerum quotidianarum continentur.

A.

ABSENTIA A domicilio nõ præſumitur, pag. 218. n. 6.
Abſens ſtricto iure domi citari poteſt, pag. 293. nu. 9.
Actio directa acquiritur hodie domino per procuratorẽ, ſine ceſsione, p. 118. n. 27
Actio hodie ex voto, & iureiurando indiſtinctè paratur, pag. 119. nu. 34.
Actio, an detur ei, qui ludenti mutuam pecuniã dedit, cap. 7. per totum, pag. 152.
Actiones in hæredes pro rata ipſo iure diuiduntur, pag. 243. num. 2.
Actione ſemel ceſſa nihil iuris penes venditorem remanet ad ſuperfluum pretij petẽdum, pag. 246. num. 12.
Actiones directè adhærent oſsibus creditoris, ibid. num. 15.
Actio iudicati, vel in factum quando oriatur ex re iudicata, pag. 265. nu. 4.
Actio in factum, & præſcriptis verbis, quid interſit, ibid. nu. 10. pag. 266.
Agere olim poterat nemo, niſi prius actionem impetraſſet, pag. 265. nu. 6.
Actio directa dicitur, cum datur ex mente, vel verbis legis, ibid. nu. 10. pag. 266.
Actio vtilis quando dicatur, ibidem.
Actio vtilis dicitur, aut in factum, aut præſcriptis verbis, ibidem.
Actio in factum, aut præſcriptis verbis, quare ita appellentur, ibidem.
Actio vtilis non directa datur ex confeſsione in iure facta, vel iureiurando deciſorio, pag. 266. num. 12.
Actio in factum datur ex ſententia arbitri, non actio iudicati, ibid. nu. 13.
Actionis nomen hodie neceſſario non eſt exprimendum, pag. 167. nu. 16.
Actio directa non minus dicitur, quæ ex mente legis colligitur, quam quæ ex verbis, pag. 304. num. 10.
Actor, qui aliam rem pro alia petijt poteſt errorem ſuum interlitigandum corrigere, pa. 171. num. 6.
Actore probante aliam rem, quam quæ fuit petita, abſoluendus eſt reus ab obſeruatione iudicij, ſeu inſtantia, vt vulgo loquuntur, ibid. num. 5.
Agi, cum arbitris de dolo poteſt, qui malitioſe diem traxere, vt euaneſceret compromiſſum, pag. 192. num. 18.
Actor, quæ animaduertere debeat in principio litis ne erret, pag. 264. nu. 1.
Actor quibus verbis vti debeat in executione petenda, pag. 267. nu. 17.
Actor executionem petens, ſtatim mittitur in poſſeſsionem, cum res inſtrumento comprehenſa eſt in ſpecie præſtanda, pag. 270. numero. 4.
Acta prius dari debent aduocato actoris, quam rei, pag. 314. nu. 1.
Actorum accumulatio quando locum habent, cap. 9. per totum, pag. 159.
Actorum accumulatio quando locum habet debent acta originalia transferri ad tabellionem cui accumulatio pertinet, ibidem, numero. 4.
Actorum accumulatio quando locum non habet, non tenetur notarius originalia acta accumulare, ibid. nu. 5. pag. 88.
Actorum accumulatio pertinet priori notario, apud quem iudex primum ex officio preceſſit, licet accuſator alium notarium eligat, pa. 160. num. 7.
Accumulatio actorum diuerſa res eſt ab actionum accumulatione, cap. 9. nu. 8. pag. 160.
Accumulatione actorum facta neceſſarium nõ eſt, vt acta reproducantur iure Regio, ibidem num. finali.
Addictio, adiectio, & licitatio, quid diſtent, pag. 316. num. 1.
Addictiones in publica ſubhaſtatione factæ paratam executionem habent, pagina. 216. numero. 21.

INDEX.

Addictiones, quæ publica in subhastatione fiũt, non nisi præsente pecunia fieri debent, ibid. num. 22.

Addictionem bonorum facere non potest appa ritor iniussu iudicis, pag. 284. nu. 2.

Addictio fieri debet loco, formaque solita, pag. 314. num. 9.

Aiectio vulgo, puxa, dumtaxat locum habet in rebus fiscalibus, regalibusq; vectigalibus, pag. 317. num. 14.

Adiectio intra quæ tempora fieri debeat, ibid. num. 15.

Adiectionis ius rei publicæ, aut minori nõ com petit, ibid. num. 16.

Adiectionis ius, an competat in magnatum vectigalibus, pag. 317. nu. 17.

Actus alioqui nullus partium consensu conualescit, pag. 186. num. 7.

Actus alioqui nullus conualescit si is cuia interest non repugnet, pag. 196. num. 6.

Aduocatorum, ac militum paria sunt in iure pri uilegia, pag. 275. nu. 23.

Aduocatorum statuæ perinde, ac militũ equestres esse solebant, in ibi.

Aduocati pro debito in carcerem detrudi non debent, pag. 288. num. 23.

Aduocatis id desiderantibus, etiam elapsis decẽ diebus oppositionis danda sunt acta aliquantisper ad iudicem informandum, pag. 314. num. 1.

Aduocatus pro clientulo fide iubens, an habeat actionem mandati ad repetendum, quod eo nomine soluit, pag. 283. nu. 3.

Annorum rationem olim Romani per Consules, Græci per olympiades ducebant, pag. 175. num. 2.

Annorum rationem olim maiores nostri ab Era Cæsaris inibant, ibid. num. 3.

Annorum computationem à Domini nostri na tali die apud nos Rex Ioannis primus primũ introduxit, ibid.

Appellatio quibus casibus locum non habeat, pag. 184. num. 5.

Appellatione deserta sententia executioni mãdatur, ibid. num. 6.

Appellationem desertam vter iudex pronuntia re debeat, ibid. num. 7.

Appellanti non est satis ad superiorem iudicem acta transtulisse, nisi etiam intra legitima tem pora sit ad causam citatus, ibidem, num. 8. pag. 184.

Appellatio deserta pronuntiari non debet, nisi prius aduersario citato, ibid. nu. 9.

Appellatione deserta, adhuc superiores iudices demeritis sententiæ disceptant, ita vt si iniqua constet esse sententia, nullam desertionis rationem habeant, ibid. nu. 10.

Appellatio, an locum habeat ab interlocutione qua pronuntiatur appellationem esse desertam, ibid. num. 11.

Appellationis fatalia non currunt, nisi demum postea, quam iudex, qui de appellatione debet cognoscere electus fuerit, pag. 193. n. 21.

Appellatio à sentẽtia arbitri habet effectum deuolutiuum. non suspensiuum, pag. 193. n. 23.

Appellatio à sententia arbitrorum intra decem dies fieri debet, ibid. nu. 24.

Appellatio à præcepto de soluẽdo effectum suspensiuum non habet, pag. 199. nu. 20.

Appellatio non habet effectũ suspẽsiuum. quan do iudex pronuntiat super liquidatione instrumenti non liquidi, pag. 123. & 124. num. 32. & 33.

Appellatione ab executore facta, quis adeundus sit iudex, pag. 236. num. 6.

Appellatio à falso procuratore facta ratificari debet intra tempus datum à lege ad appellandum, pag. 242. num. 13.

Appellatio locum non habet ab interlocutione d: exequendo, quantum ad effectum suspensiuum, pag. 270. num. 12.

Appellatio iudicium non extinguit, sed ratum suspendit, pag. 285. nu. 11.

Appellatio in causis executiuis habet effectum deuolutiuum, non suspensiuum, pag. 319. n. 1.

Appellatio tertij oppositoris, an in executiuis causis habeat effectum suspensiuum, pag. ibidem, num. 2.

Appellans, an sit admittẽdus ad probandum in causis executiuis, ibid. num. 3.

Appellationis iudex quando possit exequi à se statuta in via executiua, ibid. nu. 4.

Appellationis index non iniustẽ fecerit si à se statuta exequatur in via executiua, quando prioris iudicis sententia manifesto est iniusta, pag. 319. num. 6.

Appellationis iudex, cum rescissa prioris iudici sententia addictionem peragẽdam decer cit, an suam possit exequi sententiam, ibid. n. 8.

Arbitrorum, seù arbitratorum sententiæ regio iure paratam executionem habent, pag. 188. num. 1.

Arbiter iuris nihil aliud ferme est, quam delega tus quidam iudex, ibid. num. 2.

Arbiter iuris recusari potest, ibid.

Arbitratoris nomen nouum est, & à Iurisconsul tis non cognitum, pag. 189. nu. 3.

Arbiter, & arbitrator, quid distent, ibid. nu. 4.

Arbitri sententia, vt executioni demandetur, ne cesse est, vt compromissum in ius edatur, pag. 186. num. 6.

Arbitratoris sententia, non secus, ac arbitri per lapsum decem dierum prolongatur, ibidem, num. 8.

ALPHABETICVS.

Arbitri sententia, vt paratam habeat executionem nihil interest hodie pœna adiecta fuerit necne, pag. 191. nu. 10.

Arbiter esse potest iure Regio, qui maior sit 14. annorum, ibid. num. 13.

Arbitrorum sententiæ intra diem à partibus præfinitum ferri debet, pag. 192. nu. 17.

Arbitrorum sententiæ mandari executioni possunt per quemcunque iudicem, cui condemnatus subsit, pag. 193. nu. 26.

Arbitris potestate data, vt absentibus partibus ius dicere possint adhuc partes citandæ sunt, pag. 204. num. 6.

Agriculturæ laus, pag. 275. num. 17.

Apium aluei, an inter mobilia referantur, pag. 274. num. 12.

Arma ad executionem capi non possunt, pag. 275. num. 16.

Artifici non sunt suæ artis instrumenta ad executionem auferenda, ibid. nu. 19.

Alienatione prohibita non videtur prohibita alienatio necessaria, pag. 277. nu. 37.

Allegationum nimiam turbam vitio dant viri docti omnes, pag. 294. nu. 19.

Acceptilatio, & pactum de non petendo, quid differant, pag. 308. nu. 36.

Actus alioqui non necessarius si interueniat minus tamen rectè non vitiat, pag. 151. nu. 4.

Actio, an detur ei, qui collusori pecuniam per interpositam personam dedit, pag. 157. n. 14.

Aleatorum susceptori impunè iniuriam inferre & furtum illi facere licet, pag. 155. nu. 9.

Aleatorum susceptori non datur actio ad repetendam pecuniam, quam lusori credidit, pag. 157. num. 15.

Attestationibus etiam publicatis quando pars rursus ad probandum sit admittenda, pag. 168 num. 2.

Authentica si quando, C. de constit. pecu. hodie cessat ex Regiæ legis decisione, pag. 120. num. 39.

Authentica sacramenta puberum. C. si aduers. vend. luculenter explicatur, capit. 4. per tot. pag. 128. & 129.

Authentica sacramenta puberum, non habet locum in iuramento per falsos Deos à Christiano præstito, ibid. pag. 131. nu. 10.

Authentica sacramenta puberum, habet locum non solum in contractibus vltro citroq; obligatorijs, sed etiam in alijs, ibid. nu. 12.

Authentica sacramẽta puberum, habet locum, & si filius famil. cum patre cõtrahat, vel cum fratre, pag. 132. nu. 14. & 15.

Authentica de litigiosis explanatur, pag. 255. num. 8.

Authentica hoc nisi debitor, C. de solutionibus ad amussim explanatur, pag. 328. nu. 23.

Authenticum instrumentum, quid sit, pag. 213. num. 11.

Author dabat operam huic operi. Anno 1580. pag. 176. num. 5.

B.

Biblia sacra, omnia reliqua monumenta, & secularia chronica, tùm authoritate, tùm antiquitate vincunt, pag. 164. nu. 3.

Bona quæ alterutri ius coniugis gratia parantur communia non fiunt, pag. 167. nu. 5.

Bonorum appellatione interdum, & hæreditas continetur, pag. 210. nu. 10.

Bona in executionem capta, cui adijci debeant pag. 316. nu. 9. & 10.

Bona censui obligata, cũ creditori addicta sunt, an pro redditibus, quæ deinceps effluxerint executionem petere valeat creditor, pag. 324 num. 23.

Bonis super quibus census specialiter constituũtur peremptis, & ipse quoque census perimitur, ibid. num. 24.

Bona æstimata, an creditor inuitus recipere teneatur, pag. 327. num. 22.

Boues aratorij inter mouentia computantur cõtra Bertachinum, pag. 274. nu. 14.

Boues, aratorij cæteraque rei rusticæ instrumenta ad executionem capi non possunt, pag. 275. numero. 16.

C.

Capitulum ex literis de iureiurando apprimè explanatur, cap. 18. per tot. pag. 169.

Cap. Ecce dico. 22. quæst. 5. accuratè, & noue explanatur, cap. 4. nu. 8. pag. 130.

Cap. nauiganti, de vsuris, exponitur, cap. 2. nu. 15. pag. 107.

Capit. fin. de appell. in 6. elucidatur, pag. 312. num. 57.

Cap. 1. §. inter filiam si de feudo fuerit contr. explicatur, cap. 5. nu. 20. pag. 148.

Capit. 2. de mutuis petiti. elucidatur, pag, 299. num. 14.

Carolus Molinæus suspectus de hæresi, cap. 2. num. 7. ad finem, pag. 105.

Cautela abundans non nocet, pag. 282. n. 12.

Cautela ad subuertendum iudicium, motum ab illo qui pattem habeat, pag. 239. nu. 13.

Casus exceptus quando debeat extendi, pag. 303. num. 7.

Casus curiæ, qui sint, pag. 101. num. 17.

Causæ maiores ad Regis notionem pertinent, ibid. num. 18.

Cathechismi Pij V. maxima authoritas, pag. 282. num. 8.

INDEX.

Cadauer creditoris, & si magis alia bona deficiãt capi in causam executionis non potest, pag. 235. num. 26.

Causa continentia multis dicitur modis, pag. 276. num. 2.

Causa quælibet honesta excusat à pœna, pag. 318. num. 4.

Causa iusta excusat à periurio, ibid. nu. 5.

Captus iniustè, si soluat, quod revera debebat ad repetendum actionem non habet, pag. 309. num. 39.

Carcer non ad pœnam inuentus est, sed ad custodiam, pag. 286. num. 3.

Castellana pertica, quæ vulgo dicitur, vara de medir, tribus constat pedibus, pag. 103. n. 6.

Causis in exiguis non nimis scrupulosa facienda est obseruatio, pag. 272. nu. 5.

Canon fundi emphyteutici ab vno ex possessoribus insolidum exigi potest, pag. 250. nu. 19.

Causæ, quæ de plano, & sine causæ cognitione expediebantur per libellum expediri dicebantur, pag. 269. num. 3.

Carthæ, quas vulgo, soreras vocamus, quæ sint, ibid. num. 2.

Cautio priuata, vt valeat, causam requirit, pag. 123. num. 55.

Cessio titulo donationis legitimè fit, pag. 245. num. 7.

Cessio, cum titulo venditionis facta fuit, nõ potest cessionarius amplius petere, quam numerauit, ibid. num. 8.

Cessio, cum facta fuit partim emptionis, partim donationis titulo, neque emptor potest petere amplius, quam præstitit, neque reliquum venditor, ibid. nu. 11.

Cessio bonorum, vt legitime à debitore fiat, quę necessaria sint, pag. 290. nu. 7.

Cessis actionibus potest cedẽs adhuc actionem intendere, nisi in tribus casibus, pa. 246. n. 15.

Cessio fieri debet tempore, quo pecunia soluitur, vel ante non potest, ibid.

Census hodiernus exigi potest ab vnoquoque, qui rem censui obligatam possideat, pag. 250 num. 20.

Censum, cum vnus ex possessoribus soluit quẽadmodum aduersus ceteros caueri sibi possit, ibid. num. 21.

Census ad vitam, an rectè constituatur, pag. 109 num. 18.

Citatio necessaria non est in causis executiuis, cum pignora capiuntur, atque subhastantur, pag. 271. nu. 14.

Citandus est reus ad sentẽtiam addictionis post præconia. pag. 292. nu. 1.

Citatio iniussu iudicis facta inutilis est, in ibi. num. 2.

Citatio non est necessaria reo se executioni opponenti, ibidem, num. 3.

Citatio etiam prima ad causam domi fieri potest si reus non reperiatur, pag. 293. n. 8.

Citatio ad chirographum recognoscendum, etiam domi fieri sufficit, ibid. nu. 10.

Citatio domi facta reo non nocet si ostendat citationem ad eius non peruenisse notitiam, ibidem, num. 11.

Citatio domi facta, an ad rei notitiam peruenerit in arbitrio iudicis positum est, p. 294. n. 12.

Citatio domi facta, vt valeat quãdo dicatur reus reperiri non potuisse, ibid. nu. 13.

Citandi quemadmodum sint creditores, qui bona debitoris possident, nu. 15.

Citanda, cum est multitudo sufficit per præconem citationem fieri, ibid. nu. 16.

Citanda eum est ciuitas, aut vniuersitas, qui obseruandum sit, ibid. num. 17.

Citatio non sufficit fieri per proclama, quando non difficulter sciri potest, quis sit aduersarius, ibid. nu. 18. & cap. 6. nu. 2.

Citari ad omnia acta iudicij non potest reus, qui ciuis est illius loci, vbi lis agitatur, neque inuitus procuratorem accipere tenetur, sed domi eius fieri citationes debet, pag. 296. nu. 29.

Citandi sunt semper in omni lite, quos res principaliter tangit, pag. 295. nu. 20.

Citandus, quis sit quando res in qua fit executio conducto, vel commodato possidetur, pag. 295, num. 25.

Citari ad causam omnes, quotquot res principaliter, aut minus principaliter tangit vtile est, pag. 296. nu. 26.

Citari ad causam post litem contestatam, non dominus, sed procurator debet, in ibi, n. 27.

Citandus est dominus, & non procurator, cum noua instantia in lite succedit, ibid. nu. 29.

Citatio in causa appellationis non procuratori prioris instantię, sed domino fieri debet, ibid. num. 30.

Citatio vna in quolibet actu regio iure sufficit, ibid. num. 32.

Citatio in Ecclesia facta valet, ibid. nu. 33.

Chirographum in iure recognitum paratam habet executionem, pag. 200. nu. 1.

Chirographum recognitum, non solum iure regio, sed etiam iure veteri paratam habet executionem, ibid. num. 2.

Chirographi verba enuntiatiua sint, an dispositiua, nihil interest, ibid. nu. 4.

Chirographum non subscriptum, si tamen fuerit recognitum paratam habet executionem, ibid. num. 6.

Chirographo non est necesse dies, mensis, aut annus inscribantur, in ibi, num. 7.

Chirographum iussus, vt recognoscat non est ferredus appellans, pag. 201. nu. 8.

Chiro-

Chirographum non est cogendus hæres inuitus recognoscere, ibid. num. 9.
Chirographi recognitio à minore facta, an valeat, ibid. num. 10.
Chirographum habetur pro recognito nolente debitore iurante, ibid. nu. 11.
Chirographum non recognitum non esse exequendum, etsi magis testibus comprobetur, ibid. num. 14.
Chirographum ab vno debitore recognitū quo modo contra alios valeat, pag. 202. nu. 21.
Circuitus semper est euitandus, pag. 217. nu. 26.
Clericus succedens prædoni nō potest, vti præscriptione fori, pag. 233. nu. 11.
Clericus hæres laici, an conueniri valeat apud secularem, ibid. nu. 10.
Clerici pro debito in carcerem detrudi non debent, pag. 288. nu. 24.
Clementina prima, de in integrum restitutione apprimè declaratur, cap. 11. nu. 1. pag. 162.
Clausula in forma cameræ Apostolicæ paratam habet executionem apud Ecclesiasticos, pag. 217. num. 29.
Clausula prout tui maiores soluerunt non facit instrumentum non liquidum, pag. 223. n. 31.
Clausula, quę ex more adijci solet, vt prioris instrumenti prærogatiua diei, & hypothecarum salua maneat vtilis admodum est, pag. 229. num. 55.
Clausula, qua debitor renuntiat foro, seseq; omnium iudicum potestati, & iurisdictioni submittit, efficit, vt reus vbi vis iuuentus remittatur ad iudicem contractus, pag. 232. nu. 4.
Clausula remota appellatione, & in causa recō uentionis locum sortitur, pag. 264. nu. 14.
Clausula de non alienando adiecta hypothecæ efficitur, vt ius exequendi aduersus tertium possessorem transeat, pag. 257. nu. 16.
Clausula de non alienando adiecta generali hypothecæ, dominij tranſactione impedit, ibid. num. 17.
Codex rationum, seu Calendarium recognitum paratam habet executionem, pag. 202. n. 20.
Comitis dignitas, quod ad ius Regium attinet præstantior est, quam Marchionis, pag. 164. num. 2.
Compromissum, quamobrem ita dicatur, pag. 186. num. 5.
Compromissum factum in iudicem, apud quem lis pendet nullius est momenti, pag. 191. n. 12.
Cōpromissum valet hodie post rem iudicatam factum, ibid. num. 14.
Compromissum factum à prælato curatore, minore, vniuersitateve, an valeat, ibidem. 192. num. 15.
Compromissum factum, de re maioratus, an valeat, ibid.
Compromissum in duos tātum arbitros factum, an valeat, ibid. nu. 16.
Compromissi dies exinde computatur, ex quo arbitri compromissum acceptarunt, ibidem, num. 20.
Compromissi probationes non apud arbitrum, sed apud ordinarium iudicem fieri debent, pag. 193. nu. 25
Comparatio literarum, quam vim habeat, pag. 201. num. 16.
Confessio in iure facta paratam habet executionem, pag. 195. nu. 1.
Confessio de recepto à patre facta in contractu oneroso liberis, quando noceat, capit. 14. per totum, pag. 165.
Confessio etiam post litem contestatam in iure factam, paratam habet executionem aduersus communem, pag. 195. nu. 4.
Confessio de recepto à procuratore facta, sibi, non domino nocet, pag. 249. nu. 11.
Confessio etiam si non fiat apud subselia dummodo apud iudicem fiat executionem paratam habet, pag. 196. nu. 6.
Confessio apud iudicem facta nostrati iure Regio paratam habet executionem, & si aduersarius præsens non sit, 196. nu. 7.
Confessio iudicialis paratam habet executionē & si causa adiecta non fuerit, ibid. nu. 8.
Confessio non clara nō meretur executionem, pag. 297. num. 9.
Confessio credulitatis paratam habet executionem, ibid. nu. 10.
Confessio non simplex paratam executionem, quando habeat, ibid. nu. 11.
Cōfitetur reus mutuum, sed se soluisse subijcit, quid agendum sit, ibid. nu. 12.
Confiteri quemadmodum debeat reus, quando secreto mutuam pecuniam accepit, & secreto reddidit, pag. 198. num. 13.
Confessionem facere, an à principio litis reus cogi possit, ibid. nu. 16.
Confessio in iudicio facta paratam non habet executionem quando ex ea iure actio non datur, pag. 199. num. 17.
Confessio defuncti, etiam aduersus illius hæredem paratam executionem habet, ibidem, num. 18.
Confesis in iure decem dies ad soluendum dari solent, pag. 202. nu. 19.
Confessio in testamento facta, & postea à testatore reuocata, irrita est, pag. 199. numero. 18.
Contractus, qui consensu contrahuntur hodie in absentia rectè fiunt, pag. 119. nu. 35.
Contractibus innominatis hodie locum nō habet pœnitentia, pag. 118. nu. 32.
Contrahentibus pœnitere licet ante conceſſam scri-

INDEX.

ſcripturam quando de ſcriptura mentio facta fuit, pag. 123. num. 47.
Contractus in ſcriptis fieri quando dicatur, ibi.
Contractus quite, vel conſenſu contrahuntur, vt valeant cauſam non requirunt, ibid. n. 55.
Cõtractus in fraudem legis factus nullius eſt momenti, pag. 305. num. 16.
Contractus factus ab Eccleſia, cum iureiurando quando valeat, pag. 126. nu. 37.
Contractus vnus celeritate actuum occultari ſolet, pag. 107. nu. 14.
Contractus finitus etiam ſi renouatus ſit, executionem non meretur, pag. 229. nu. 54.
Contractus, qui in ſchedulis à Regibus celebrãtur in ſcripturis celebrari dicũtur, p. 213. n. 12.
Cõtractus iuratus ab vxore iniuſſu mariti, etiam adiecto iureiurando non confirmatur, pag. 135. num. 43.
Contractus, & obligationes ludi cauſa factæ irritæ ſunt, pag. 157. nu. 17.
Contractus inſtrumento deficiente per teſtes probari poteſt, pag. 178. nu. 14.
Conditio impoſsibilis etiam hodie vitiat obligationem, pag. 121. nu. 46.
Conſtituta pecunia, quid ſit, pag. 112. nu. 8.
Contradictor legitimus, quis vt poſsit impedire immiſsionem hæreditatis, pag. 143. nu. 3.
Cõtradictor, qui legitimam allegauerit cauſam ad immiſsionem impediendam, illamque intinenti probare paratus ſit audiendus eſt, ibid. num. 4.
Contradictor legitimus ad impediẽdum remedium poſſeſſorium, datum ex l. fin. C. de edicto, D. Adrian. & legis Sorianæ, dicetur, qui teſtatoris mortis tempore legitimè poſsidebat, pag. 144. nu. 5.
Contradictor legitimus is eſt, qui habet titulum potiorem, quam hæredis, pag. 145. nu. 10.
Contradictor legitimus eſt filius exhæredatus hærede veras exhæredationis cauſas non probante, ibid. nu. 17.
Contradictor legitimus, an ſit mulier pro dote, pag. 146. num. 13.
Contradictor legitimus, an ſit mulier pro quæſtibus, qui conſtante matrimonio accreuerunt, pag. 147. num. 14.
Contradictor legitimus, an ſit allegans impenſas factas in re hæreditaria, pag. 149. nu. 25.
Contradictor legitimus, an ſit filius cui eſt factum prælegatum, ſeu melioratio, pag. 149. num. 29.
Conditio ex lege perſonalis eſt actio, ibid. n. 29.
Conditio ex lege quando dicatur, pag. 266. n. 14
Conſuetudo non inducitur, ex his quæ maioris cautelæ gratia fiunt, pag. 179. nu. 18.
Conſuetudinis nullæ ſunt vires aduerſus ea quę diuino ſtatuta ſunt iure, pag. 142. nu. 5.
Conductor finita conductione poteſt propria auctoritate à domino expelli, pag. 151. nu. 3.
Conſuetudo cuiuſque fori obſeruanda eſt, pag. 321. num. 4.
Conſuetudo, vt præſcripta dicatur, quanto tempore indiget, pag. 332. nu. 6.
Conſuetudine ſecluſa nullum tempus debitori datur ad redimendas res omni Marte addictas, pag. 321. nu. 5.
Coniuncta perſona agere poteſt de his, quæ ſpeciale non exigunt mandatum, pag. 241. n. 5.
Coniuncta perſona tenetur ſariſdare de rato, ibidem.
Coniuncta perſona, ſine mandato ſolutionem recipere non poteſt, ibid. nu. 7.
Coniuncta perſona, & procurator generalis rectè deſiderant, vt ſequeſtro debita pecunia deponatur, ibid. num. 8.
Creditori non ſatis eſt probare Titium eſſe filiũ debitoris, niſi etiam probet eum eſſe hæredem, pag. 247. num. 2.
Creditor cui res locata pro debito addicta eſt, ſtare non tenetur conductioni, fructus tamẽ perdentes, quos coluit conductor habebit, p. 256. num. 13.
Creditor prior, an poſsit agere aduerſus poſteriorem, cui ſolutio facta eſt, pag. 278. n. 46.
Creditore inſtrumentum debitori tradente ſolutio præſumitur, pag. 308. nu. 34.
Creditor iuſtè poſtulat, vt in alia re executio fiat, quando eſt mota controuerſia ſuper pignore capto, pag. 313. nu. 60.
Creditor recepturus pecuniam ſatisdare prius debet iuxta legem Toletanam, pag. 318. n. 1.
Creditori quantumuis diuiti hæc Toletanæ legi ſatisdatio non remittetur, ibid. nu. 2.
Creditor, cum poſt bona addicta partem debiti accepit fructus reſtituere tenetur, pag. 323. num. 15.
Creditor, cui res addita euicta eſt, quo vti remedio poſsit, pag. 324. nu. 19.
Creditori re euicta non poteſt rurſus executionem repetere, ibid. num. 20.
Creditor tenebatur olim debitorem in carcerẽ incluſum ſuſtentare, iure vero Regio nouem tantum dies tenetur, pag. 289. nu. 3.
Creditorum maiore parte inducias debitori indulgente relaxari debitor debet, p. 290. n. 8.
Controuerſia ſcriptorum melius rationum pondere, quàm partium numero cenſetur, ibidem num. 6.
Correctore mortuo inter ea, dum ſuperior dat iudicem, populus, ſeu decurionum ordo ſuffi cit, qui demortui vices gerat, pag. 100. n. 8.
Correctore mortuo continuo illius vicarij ſpirat iuriſdictio, ibid. nu. 11.
Corrector decedẽs non poteſt, ſibi ſucceſſorem delige-

deligere eodem loci, num. 12.
Corrector, an possit assessorem semel electum amouere inconsulto Principe, ibid.nu.13.
Correctores non possunt Principem quēquam hominem, ciuitasvè decurionem inconsulto Principe occidere, pag.101.nu.20.
Curator dari debet bonis debitoris quando graue æs vrget, pag.280.nu.58.
Curator dari bonis necesse non est, nisi quando reus absens est à prouincia, pag.294.num.14.

D.

DEbitori dantur decem dies ad soluendum quando dies non fuit adiecta obligationi, pag.268.num.25.
Debitor habens res mobiles non potest ad executionem nominare res soli, pag.273.n.3.
De debito quando cōstat, quāta vero illius summa fuerit non constat iureiurando actoris diiudicanda res est, pag.163.nu.1.
Debitor suspectus de fuga, etiam diebus festis in carcerem detrudi potest, pag.282.nu.9.
Debitores fiscales, etiam datis fideiussoribus nō relaxantur à carcere, pag.283.nu.6.
Debitores regio iure ab Ecclesia extrahi possunt, pag.286.nu.2.
Debitor etsi debitum soluat iniussu iudicis non est carcere relaxandus, nu.6.
Debitor in quem facta est executio non est relaxandus sub captione de iudicio sisti, eodem loci, num.7.
Debitores, qui quatenus facere possunt conueniuntur in carcerem pro debito, detrudi non possunt, pag.287.nu.17.
Debitores, qui quatenus facere possunt conueniuntur, qui sint, ibid.nu.18.
Debitores, qui per infortunium rerum suarum iacturam fecerunt pro debito in carcerem detrudi non debent, pag.288.nu.19.
Debitor iure 12. tabul. creditoribus dilacerandus debebatur, pag.189.nu.1.
Debitor bonis cedens imperatorum legibus carceris molestiam effugiebat, ibid.nu.2.
Debitor cessionem bonorum faciens debet iure regio torque ferreo oberatus creditoribus dedi, ibid.num.4.
Debitor, cum in carcere occaluerit quemadmodum creditor sibi consulere valeat, pag.290.num.6.
Debitore via ordinaria agenti pōt nihilominus creditor viā executiuā intendere, p.306.n.22
Debitori succurritur actione de dolo aduersus fraudem in licitatione adhibitam, p.316.n.2.
Debitor ex consuetudine potest retrahere bona iam addicta intra certa tempora, pag.321, num.3.
Debitore soluente debitum appellatione durante restituenda sunt illi pignora iam addicta, eodem loco, ibid.num.7.
Debitor potest agere de dolo cum executore, qui per dolum vilius bona vendidit, pag.323.num.16.
Debitor coactus à iudice alteri soluere, quam creditori, an liberetur, pag.325.nu.7.
Debitur soluens videtur potius soluere in debitum, quod ex publico debetur instrumento, quam quod ex chirographo, pag.326.nu.15.
Debens vinum, aut frumentum non potest pro eo pecuniā soluere inuito creditore, ibi.n.16.
Debitor pecuniæ, an quocumq; genere pecuniæ soluere possit, pag.327.nu.17.
Debitor ex generali totius mundi consuetudine in quocunque genere pecunia soluere potest, ibid.num.18.
Debitor apud nos ex more maiorū pro pecunia vas argenteum soluere potest, in ibi, nu.19.
Decima executionis quando debeatur, pag.331 num.1.
Decima, vt plus debeatur consuetudo non potest efficere, ibid.num.2.
Decimæ soluendæ consuetudo vnde originem traxerit, ibid.num.3.
Decima soluenda est in eodem genere, quod debetur, ibid.nu.4.
Decima executionis stricti iuris est, ibid.nu.5.
Decimæ consuetudo quanto tempore dicatur præscripta, pag.332.nu.6.
Decimæ exigendę cōsuetudo spectanda est eius loci vbi sunt pignora in executionem capta, ibid.num.8.
Decima non debetur, cum debitor recta in rei possessionem mittitur, pag.ibid.nu.9.
Decima, an debeatur quando creditores ad executionem concurrunt, ibid. nu.10.
Decima, an debeatur, cum executio irritatur, ibidem, num.11.
Decima integra non debetur ex Regalibus vectigalibus, pag.333.nu.12.
Decima ex redditibus magnatum, an integra debeatur, ibid.nu.13.
Decima nō debetur qñ fit executio pro pęna pecuniaria, vel pro ipsa decima, ibid.nu.14.
Decima, an debeatur ab Ecclesiæ œconomo, ibid.num.15.
Decimæ exactio cessat, cum executor datus est, cum salario, ibid.nu.16.
Decima exigi antea non potest, quam creditori satisfactum fuerit, ibid.nu.16.
Decima exigi potest statim, ac creditor accepto tulerit, vel solutionis diem prorogauerit, ibid.num.18.
Decima pro rata exigi debet, cum bona soluendo non sunt, ibid.nu.19.

INDEX.

Decima ex vno debito semel tantum exigi potest, pag. 334. nu. 21.

Decima altera non debetur fideiussore in reum principalem executionem petente, ibidem, num. 22.

Decima altera debetur de legatione debiti facta, eodem loci, num. 23.

Decima altera debetur, cum aliud pro alio cõstituitur, ibid. nu. 24.

Decima altera, an debeat si datis alijs fideiussoribus à priore executione recedat, ibidem, num. 25.

Decima q̃n ex secunda executione debeatur regula constituitur, ibid. nu. 27.

Decima non debetur debitore intraviginti quatuor horas, quam facta est executio soluente, pag. 335. nu. 28.

Decima non debetur quando creditor intra supradictas viginti quatuor horas debitori acceptum tulerit, ibid. num. 29.

Decima debetur etsi debitor intra viginti quatuor horas bona in solutum creditori offerat, ibid. num. 30.

Decima, an integra debeatur, cum reus non totum debitum, sed partem tantum obtulit, ibidem, num. 31.

Decima eius, quod plus petitum fuerit creditorem onerat, ibid. nu. 32.

Decima, vt non tota debeatur, an protestatio in executione petenda à creditore facta prosit, ibid. nu. 33.

Decima vtri iudici debeatur, illi ne qui executionem auspicatus est, an illi, qui finem imposuit, pag. 336. nu. 34.

Decima vtri iudici debeatur, cum executio fit per requisitorias literas, ibid. nu. 37.

Decima, an debeatur si Titius, qui corpus aliquod reddituum, aut vectigalium conduxit cedat Seio, &c. pag. 334. nu. 27.

Decima, an debeatur de executione, quæ fit in œconomos vniuersitatis, aut Ecclesiæ pro reliquis, &c. ibid.

Decima si dubium sit, cui debeatur ad quẽ iudicem spectat huius causæ cognitio, p. 336. n. 37

Defunctus potest cauere ne hæres apprehendat hæreditatis possessionem ante impletum testamentum, pag. 209. nu. 7.

Delegatio, quid sit, pag. 128. nu. 48.

Decuriones pro vniuersitate, seu populo obligati quemadmodum teneantur, pag. 253. n. 6.

Dictum, seu nudus consensus longê differt à pacto, pag. 113. nu. 10.

Dictum simplex veteri iure, neque ad agẽdum, neque ad excipiendum valebat, neque hodie iure regio, ibid. nu. 11. & 41. pag. 221.

Digitus transuersus, quatuor continet hordeacea grana, pag. 172. nu. 8.

Differentia inter quotam bonorum, & quotam hæreditatis, vt nostri loquuntur re, & effectu nullius est momenti, pag. 209. nu. 8.

Diei prærogatiua, an videatur sublata per posteriorem obligationem, pag. 229. nu. 52.

Dies interpellat pro homine, pag. 268. n. 23.

Dilationem à lege præscriptam iudex proferre non potest, pag. 298. nu. 10.

Dilatio decem dierum in via executiua nõ currit tempore iustitij paschalis, ibid. nu. 11.

Dilatio decem dierum in via executiua prorogatur creditori desideranti, ibidem, num. 13. & 15.

Dilatio secunda impertiri, nisi causa cognita non debet, pag. 299. nu. 17.

Dilatio prior nondum finita prorogari, etiam, sine causæ cognitione potest, ibid. nu. 18.

Dilatio decem dierum creditori ignoranti non currit, eodem loco, nu. 19.

Dilatio prorogari creditori non debet quando ipse, aut ipsius aduocatus testificata didicerunt, ibid. num. 20.

Dilatio prorogata vtrique parti communis est, pag. 300. num. 21.

Dilatio decem dierum, quæ in via executiua datur ad tertios non pertinet oppositores, ibid. num. 22.

Dilatio in causis ordinarijs, iudicantis arbitrio moderanda est, eodem loci, nu. 23.

Dominij definitio, pag. 106. nu. 11.

Dominus est non simplex vsuarius, qui habet vsum earum rerum, quæ vsu consumuntur, ibid. nu. 12.

Dominium, nec non possessio lucrorum constante matrimonio acquisitorum mortuo marito statim pro parte transeunt in vxorem, pag. 146. num. 14.

Dominus ratum habere potest, quod à falso procuratore suo est nomine gestum, pag. 241. num. 9.

Domino litis defuncto causa, cum illius procuratore iure finiri potest, pag. 276. nu. 28.

Doctores, & candidati, quos vulgô Licenciatos appellamus, pro debito in carcerem detrudi non debent, pag. 288. nu. 20.

Domo sua non debet, quis inuitus in carcerem duci, quod iure constitutum moribus minus obseruatur, pag. 286. nu. 1.

Donatio, quid à pacto pollicitatione, ac stipulatione differt, pag. 112. num. 6.

Donationis definitio, ibidem.

Donatio, vt fiat etiam hodie necesse est verba in præsenti sonent, ibid. nu. 9.

Donatio in absentia facta statim hodie vim sortitur, pag. 119. nu. 36.

Donatio in re dubia nunquam præsumitur, pagina. 121. num. 41.

ALPHABETICVS.

Donatio, vt valeat nulla causa opus est, pag. 123 num. 55.

Donatio excedens quingentos solidos iuramẽto firmata valeat, pag. 134. nu. 26.

Donatio mortis causa, vel inter viuos à minore facta adiecto iuramento, an reuocari valeat, pag. 135. nu. 40.

Donatio propter nuptias, excedẽs legis metam, iuramento non firmatur, ibid. nu. 44.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum iuramento, an confirmetur eodem loco, pag. 138. nu. 45.

Donatio etiam iurata postea susceptis liberis reuocatur, ibid. nu. 46.

Donatio omnium bonorum mortis causa facta, an valeat, cap. 8. per totum, pag. 158.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum vtroque iure prohibita est, ibid. n. 1.

Donatio bonorum etiam præsentium tãtum iure Regio non valet, ibid. nu. 2.

Donatio causa morris, tam præsentium bonorum, quam futurorum valet, ibid. nu. 3.

Donatio causa mortis quantum ad solemnia cõtractus contractibus exequatur, porrò quantũ ad iuris effectus testamenti naturam sortitur, ibid. num. 4.

Donationes à Rege factæ in primis sui principatus auspicijs, irritæ sunt si in damnum reipublicæ, aut Regij diadematis cedant, pag. 205. num. 4.

Doti res obligata à muliere retinere potest, pag. 146. num. 13.

Dotis inofficiosæ executio, quando locum habeat, pag. 224. nu. 35.

Ducis dignitas præstantior est, quam comitis, aut marchionis, pag. 165. nu. 1.

E.

ENormissima læsio iuramento non confirmatur, pag. 138. nu. 49.

Enormissimæ læsioni remedium Princeps tollere non videtur, pag. 139. nu. 50.

Enormissima læsio, quæ dicatur, ibid. nu. 51.

Emphyteusin non potest dominus hæredi renouare in præiudicium aliorum, pag. 167. n. 9.

Emphyteuta inuito Domino Emphyteus renũtiare non potest, ibidem.

Emphyteutica bona capi ad executionem possunt saluo iure canonis, pag. 277. nu. 33.

Emphyteuticam rem si quis petat, iure cõmissi, non probet autem commissum, sed probet rẽ emphyteuticam esse damnandus est reus, vt quotannis canonem soluat, pag. 171. nu. 4.

Emphyteusis finita, ac ex integro à domino instarata, an fiat communis viri, & vxoris, cap. 16. per totum, pag. 166.

Emphyteusi tribus solet modis extingui, pag. 142. num. 1.

Emphyteusis per commissum extincta, & eius possessione à domino apprehensa efficitur communis viri, & vxoris, si dominus postea illis emphyteusim instauauerit, ibid. nu. 2.

Emphyteusis dominus non potest ea, quæ iure statuta sunt in alterutrius coniugis præiudicium immutare, eodem loco, n. 4.

Emphyteusis extincta, quia personarum extinctus est numerus domino postea emphyteusim renouante, nõ efficitur communis vtriusque coniugis, pag. 144. nu. 5.

Emphyteusim renouare tenetur dominus hæredibus emphyteutæ finito generationum numero, pag. 167. nu. 6.

Emphyteusis finita, & ex integro renouata habet naturam paternæ emphyteuseos, ibidem. num. 7.

Emphyteuta renunciante emphyteusim, dominoquè ex integro renouante communis non efficitur vtriusque coniugis, ibid. nu. 9.

Emere compellendus est nemo inuitus pignora in executionem capta, pag. 318. nu. 21.

Emptorem non reperiri dicendum est quando reperitur talis, qui iustum tamen pretium nõ offerat, pag. 302. nu. 24.

Ædes dirutæ non eodem dicuntur ædes, & si postea ex integro eodem loci reponantur, pag. 239. num. 14.

Emancipatus quis non præsumitur, nisi probetur, etiam si sexagenarius sit, ibid.

Epistola recognita paratã habet executionem, pag. 202. nu. 17.

Eræ computatio initium habuit triginta octoannos ante fœliciſsimum Saluatoris nostri natalem diem, pag. 176. nu. 4.

Eræ rationem, vt rectè subducamus, quo cum hodierna congruat computatione addendi sunt annis Domini triginta octo anni, eodem loci, num. 4. & 6.

Eræ etymologia vnde emanarit, ibidem, numero. 7.

Eræ vocabulum ad varios Regum Principatus referri videtur, pag. ibid. nu. 7.

Error calculi quando sit admittendus in executionis causis, pag. 310. n. 43.

Error alius est calculi alius est rei, ibidem, numero. 44.

Exhortatio iudicum ad iustitiam administrandam, pag. 314. nu. 7.

Executio contra tertium possessorem regulariter locum non habet, pag. 254. nu. 1.

Executio locum habet contra tertium possessorem possidentem rem titulo nullo, pag. 255. num. 4.

Executio locum habet pro canone aduersus tertium

tium posidentem rem emphyteuticam, ibidem.num.5.
Executio locum habet aduersus tertium posidentem rem religiosam,ibid.nu.6.
Executio locum habet contra posidentem rem litigiosam,siue actione in rem, siue in personam,siue de re ipsa, siue de quo alio iure agatur,pag.256.nu.9.
Executio locum habet aduersus tertium, qui simulato contractu posidet,ibid.nu.10.
Executio locum habet aduersus tertium, qui rẽ dolo adeptus est,pag.257.nu.14.
Executio,cum fit in hypotheca, cui adiecta fuit clausula de non alienando satis ipsius rei possessorem citare,ibid.nu.19.
Executio locum nõ habet aduersus tertium, qui non habuit titulum à debitore,pag.258.n.20.
Executio diuersis remedijs competit, pag.265. num.3.
Executio ex instrumento guarentigio,qua actione detur,pag.267.nu.15.
Executiuam viam,quæ verba spectent,quæ vero ad ordinariam,ibid.nu.18.
Executio,cum aduersus plures reos petitur insolidum,testari debet actor vna se vellefore solutione contentum,ibid.nu.19.
Executio, cum pro reliquis petitur fateri videtur creditor reliquam,sibi summam fuisse solu lutam,ibid.nu.20.
Executionem petens pro redditibus nouem annorum proximorum ne quicquam,quod reliquum est via ordinaria repetit eodem loco, num.21.
Executione ante tempus petita, quas pœnas creditor patiatur,ibid. nu.22.
Executio fieri non potest in hæredem intra nouem dies,quam defunctus obijt,p.268.n.28.
Executio,cũ fit hypothecaria actione actor statim mittitur in possessionem rei instrumento comprehensæ,pag.270.nu.5.
Executio,cum competit pro viribus incorporalibus non est opus executione reali,ibid.n.7.
Executio,cũ petitur pro quantitate, vel genere debitoris bona in pignus capiuntur,& solemnibus subhastationibus distrahuntur, eodem loco, num.8.
Executio fit in æstimatione,cum res instrumento,aut sententia contenta perijt,ibid.nu.9.
Executio rei iudicatæ, cum apud eundem iudicem, qui sententiam tulit facienda est,ex eisdem actis fieri potest,pag.184.nu.3.
Executioni quando mandari debeat præceptum comminationis,pag.187.nu.22.
Executio sententiæ quando facienda est apud alium iudicem,quam qui sententiam tulit fieri non debet,nisi per requisitoriasliteras,pag. 180.num.23.
Executio legati peti potest edita tantum clausula ipsius legati,cum capite, & sine testamento,pag.209.nn.4.
Executio,an habeat locum pro legato, seù melioratione quam vocant,ibid.nu.5.
Executio, an locum habeat aduersus fideiussorem tutoris,pro his, quæ tutor post pubertatẽ minoris gessit,pag.230.nu.57.
Executio fieri potest per secularem iudicem in prædio specialiter à laico obligato,& si clericus illud possideat,pag.133.nu.11.
Executio non competit tertio,qui instrumento nominatus non est,pag.237.nu.1.& 2.
Executio datur vxori ex instrumento dotali pro dote non soluta,ibid.nu.3.
Executio datur vxori, quæ communes coniugij fortunas agnouit pro virili sua parte, aduersus hæreditarios debitores, pag.238.n.4.
Executionem potest vnus ex socijs petere contra debitoris societatis,ibid.nu.5.
Executionem non potest petere mulier,sine sui mariti consensu,neque monachus,sine sui superioris autoritate,pag.239.nu.11.
Executio fieri potest in falsum procuratorem, qui rei partes suscepit,pag.242.nu.16.
Executio hæredi competit,non secus ac defuncto,pag.243.nu.1.
Executionis iudicium ab vno ex hæredibus moto quemadmodum substineri valeat, ibidem, num.3.
Executio quando creditori competit ei etiam competit cui iure cessæ sunt actiones,pa.245. num.5.
Executio habet locum aduersus hæredem perindẽ,ac contra debitorem,pag.147.nu.1.
Executio aduersus hæredes locũ non habet, nisi pro hæreditarijs portionibus,pag.249.n.11.
Executio pro hæreditarijs portionibus petenda est,siue defunctus contracto testamento aliud cauerit, siue hæredes aliud inter se conuenerint,ibid.nu.12.
Executio in hypothecam in solidum intendi potest,ibid.nu.15.& 16.
Executio pro censu facienda est aduersus possessores prædij pro censu obligati, pag. 250. num.18.
Executio cõpetit aduersus eum,qui pro possessore hæreditatem possidet,pag.251.nu.1.
Executio datur aduersus fideicommissarium vniuersalem, atque omnium bonorum legatarium,ibid.nu. 2.
Executio datur aduersus fiscum,qui defuncti bona occupauit,ibid.nu.2.
Executio datur aduersus Monasterium,qui religiosi bona possidet,eodem loco, & numero.
Executio datur aduersus testamentarios executores,cum hæres anima relicta est,ibid.n.3.

Executio datur aduersus mulierem, quæ communes coniugij fortunas agnouit, ibid. nu. 4.
Executio non datur aduersus emptorem hæreditatis, nisi quando venditor soluendo non est, ibid. num. 5.
Executio, an detur contra donatarium omnium bonorum, eodem loci, nu. 5.
Executio, an detur aduersus filium, cui melioratio relicta est, ibid.
Executio, an detur aduersus vsufructuarium, pa. 252. num. 6.
Executio locum non habet aduersus tutorē, aut curatorem, pro debito minoris, ibid. num. 1. & num. 2. pag. 253.
Executio, an habeat locum aduersus alterum ex socijs, pag. 254. nu. 5.
Executio, cum est facienda in minorem dandus est ei primum curator ad litem, pag. 253. numero. 1.
Executio locum habet aduersus tertium, qui rē depositō, vel commodato possidet, pag. 256. num. 12.
Executio prius fieri debet in bonis specialiter obligatis, quam in his, quæ generaliter obligata sunt, pag. 268. nu. 29.
Executionem apparitor facere non potest, nisi mandatum habeat in scriptis, pag. 270. n. 10.
Executio, cum aduersus hæredem petitur, vel excessione creditoris, an ante, quam fiat citandus sit debitor, pag. 271. nu. 15.
Executio, an sit nulla, cum reus ante executionem altari debuit, & non fuit citatus, ibid. num. 16.
Executio, an sit nulla, cum ordo in executione peruertitur, pag. 273. nu. 4.
Executionis ad causam, quæ res capi valeāt, nec ne, pag. 275. num. 16.
Executio quando locum habeat in annuis pensionibus, pag. 278. nu. 44.
Executio locū habet in pecunia debitoris, quæ apud argentarium, vel alium depositio sit, ibi dem, num. 45.
Executio quando locum habeat in seruitutibus prædiorum, ibid. nu. 47.
Executio, an habeat locū pro prælegato, seu melioratione, quam vocant, pag. 286. nu. 5.
Executio quando locum habeat in portorio, pedagio, vel iurisdictione, pag. 271. nu. 49.
Executio, an fieri valeat in ferijs gratia hominū introductis, pag. 282. nu. 10.
Executio fieri non potest in nundinis, nisi illarum renuntiatum sit fauori, ibid. nu. 13.
Executio fieri nō potest in personarum eorum, qui inuiti in ius non vocantur, pag. 287. n. 16.
Excussio non est necessaria, cum executio fit in re hypothecæ data, cum clausula de non alienando, pag. 257. nu. 18.
Executores, aut meri sunt, aut mixti, pag. 135. num. 1.
Executor iudex est delegatus, ibid. nu. 2.
Executor merus à misto quemadmodum discernatur, ibid. num. 3.
Executiones modum non excedente, non reuocantur tanquam attenta, quæ post appellationem ab eo fiunt, ibid. nu. 4.
Executor, an recusari valeat, pag. 236. nu. 5.
Executionem petens pro redditibus nouem annorum pro reliquis satisfactus fuisse videtur, pag. 263. num. 21.
Executionem petens adimplere debet prius, quod tenetur, ibid.
Executio in sylua cædua ad vsus publicos destinata locum non habet, pag. 277. nu. 38.
Executio in iurisdictione fieri potest, pag. 279. num. 50.
Executio in iurisdictione, quæ alicui principatui cohæreat locum non habet, ibid. nu. 51.
Executio locum habet in ius patronatus Ecclesiæ, ibid. num. 53.
Executio quando sit in rebus singularibus, ius patronatus, non transit in creditum, pag. 280. num. 57.
Executione intentata contra colonum, aut inquilinum danda est illis dilatio temporis inquam Dominum certiorem faciant, pag. 295. num. 25.
Executio, cum ita augetur tanquā res noua rursus sunt bona, quæ nunc in pignus capiuntur hasta præconisque subijcienda, pag. 313. numero. 60.
Expromissor, quis dicatur, pag. 228. nu. 49.
Excepriones omnes, an aduersus executionem admittantur, pag. 302. nu. 2.
Exceptiones tantum lege Henricia expressæ admittendæ sunt aduersus executionem, pag. 303. num. 6.
Exceptiones non solum directæ (id est quas lex Henricia expresit) admittēdæ sunt aduersus executionem, sed etiam vtiles, ideſt, quæ ex ipsius legis sententia iustè colligi possunt, pag. 304. num. 9.
Exceptio, quæ in ea causa nititur, ex qua nihil damni, vel commodi parti obuenire potest iure admitti non debet, pag. 271. nu. 17.
Exceptio nullitatis aduersus executionem admittitur, pag. 304. nu. 11.
Exceptio nouationis aduersus executionem admittitur, ibid. nu. 12.
Exceptio transactionis aduersus executionem obijci potest, pag. 305. nu. 13.
Exceptio simulationis, an aduersus executionē admittenda sit, ibid. nu. 14. & 15.
Exceptio, quæ ex persona descendit locum habet in executione, ibid. nu. 17.

Exceptio non numeratæ pecuniæ,an habeat locū aduersus chirographum recognitum,pag. 201.num.12.
Exceptio à reo non oppoſita, an illi poſsit,pag. 171.num.8.
Exceptio non numeratæ pecunię, non admittitur aduersus confeſsionem in iure factam,pa. 201.num.13.
Exceptio declinatoria locum habet in executione,pag.305.num.18.
Exceptio litis pendentis aduersus executionem locum habet,ibid.nu.19.
Exceptio compromiſsi aduersus executionē admittenda eſt,pag.306.nu.24.
Exceptiones inſtrumento directo non repugnātes admittendæ ſunt in executione, ibid.n.25
Exceptiones, quæ veniunt ex natura contractus reijciendæ non ſunt in via executiua, ibidem num.26.
Exceptio rei non traditæ,ac pretij non ſoluti, locum habet in via executiua, eodem loco, & numero.
Exceptio perinde eſt guarentigia, ac ipſa actio, quando venit ex eodem contractu, pag.307. num.27.
Exceptio rei non traditæ, non habet locū quando aliquod corpus vectigalium conducitur, ibid.num.28.
Exceptio compenſationis aduersus executionē locum habet,ibid.nu.30.
Exceptio acceptilationis, & in executiuis cauſis locum habet,pag.306.nu.26.
Exceptiones longiore exigentes indaginem nō admittitur in cauſis executiuis,pag.309.n.40
Exceptio de dolo in cauſis executiuis quando locum habeat,ibid.nu.41.
Exceptio eius, qui dicit ſe deceptum eſſe vltra dimidiam iuſti pretij non admittitur in cauſa executiua,pag.310.nu.42.
Exceptio diuiſionis quando ſit admittenda in cauſa executiua,ibid.nu.45.
Exceptio non numeratæ pecuniæ, an admittenda ſit in cauſis executiuis,pag.311. nu.51.
Exceptiones aduersus executionem,ita lex reijcere videtur, vt tamen ius integrum maneat reo, vt denuo ordinaria via experiri valeat, ibid.num.52.
Exceptiones reiectæ in cauſa executiua,& in appellationis cauſa reiectæ eſſe videntur,p.312. num.55.
Excuſsionis verbum larinum eſt,pag.260. nu.1.
Excuſsionis definitio, ibid.nu.2.
Excuſsio quibus caſibus neceſſaria ſit,ibid.n.3.
Excuſsio neceſſaria eſt quando debitor in fraudem creditorum rem alienauit,p.262.nu.13.
Excuſsio prius facienda eſt in patre bona filiorū alienante, quam aduersus emptores agatur, ibidem,num. 14.
Excuſsio quemadmodū fieri debeat,p.262.n.16.
Excuſsionis multi ſunt modi,ibid. n.17. & pag. 263.num.18.& 19.
Excuſsionis cauſa citandi, qui ſint,ibid.n.20.
Excuſsionis, vt euitetur circuitus in cautio ſignis,ibid.num.21.
Excuſsionis in cauſa quando via executiua agitur appellationem,habet effectum ſuſpenſiuum,ibid.nu.22.
Expenſarum condemnationem excuſat, iuſta litigandi cauſa,pag.328.nu.2.
Expenſarum damnari non debet, qui pro ſe ſententiam obtinuit,pag.329.nu.9.
Expenſarum ſoluēdarum clauſula adiecta in cō tractibus quomodo ſit accipienda, ibid.n.10.
Expenſæ perſonales in regijs prætorijs tantum ſoluuntur,pag.330.nu.11.
Expenſas,quas alio qui quis feciſſet, an exigere poſsit,an erit,ibid.nu.12.
Expenſas propriæ litis aduocatus exigere non poteſt,ibid.nu.14.
Expenſarum damnandus eſt,qui malignè diſtulit in ius exhibere inſtrumentum, quo liti finis imponitur,ibid.num.15.

F.

FActum, cum eſt præſtandum executio quēadmodum fiat,pag.270.nu.6.
Facti alieni promiſsio valet hodie, pag.117. num.30.
Feriæ non computantur in dilatione, quādo absorbent totam, vel maiorem partem termini, pag.229.nu.12.
Feriæ meſsis, & vindemiæ penè vbiq; terrarum exoleuere,pag.282.nu.11.
Feſtis diebus executio fieri non poteſt,niſi quando debitor eſt ſuſpectus de fuga,ibid.n.9.
Feſtis diebus,an nuda facti executio fieri valeat, pag.281.num.2.
Feſtorum obſeruatione conſuetudo, quam vim habeat,ibid.nu.4.
Feudum per delictum vaſſalli amiſſum, domino delictum condonante, nouum non cenſetur,ſed antiquum, pag.166.nu.2.
Fideiuſſores liberantur hodie ipſo iure per pactum de non petendo à principali factum, pag.116.num.21.
Fideiuſſor hodie nudo pacto obligatur, ibidem, num.22.
Fideiuſſoris obligatio de alia re,quā de qua principalis eſt obligatus valet hodie,p.120. n.38.
Fideiuſſor etiam hodie non obligatur in duriorem cauſam,quam principali, pag.123. n.53.
Fideiuſſor datus à marito de reſtituenda dote accedente iuramento obligatur, p.304. n.27.

Fideiussor tutoris rem pupilli malè gerentis quē admodum prospicere, sibi possit, pag. 163. n. 1
Fideiussores priores non liberantur alijs fideiussoribus postea datis, nisi nominatim dictum sit, pag. 228. num. 51.
Fideiussores ad pignora non tenentur pro contractu postea renouato, pag. 229. nu. 55.
Fideiussor, qui debitum soluit executionem quemadmodum intendere debeat, pag. 244. num. 2.
Fideiussori, cui indemnitas repromissa non est illa cessa fuit actio non via executiua, sed ordinaria agere debet, ibid. num. 3.
Fideiussor, cui cessæ sunt actiones aduersus cæteros confideiussores executionem recte intendit, ibid. num. 4.
Fideiussor, qui solidum soluit, an aduersus cæteros confideiussores insolidum agere habeat, pag. 258. num. 1.
Fideiussor, cum soluit, quod ad se attinebat aduersus cæteros agere non potest, pag. 259. n. 4.
Fideiussor, cum acceptilatione creditoris aduersus cæteros rectè agit, pag. 260. nu. 7.
Fideiussoris vocabulum vnde fluxerit, ibid. n. 9.
Fideiussor potest ad executionem bona debitoris nominare, pag. 280. nu. 59.
Fideiussor debet esse idoneus non tantum facultatibus, sed etiam conueniendi facilitate, pa. 283. num. 2.
Fideiussores idonei non sunt pragmatici, ideſt. qui foro versantur, ibid. nu. 3.
Fideiussores idonei non sunt mulier miles, & clericus, pag. ibid. num. 4.
Fideiussor idoneus non est, qui in carcere detinetur, ibid. num. 5.
Fideiussor idoneus non est, qui alterius est prouinciæ, quam vbi causa agitur, ibid.
Fideiussor idoneus est, qui est eiusdem prouinciæ licet non sit eius loci vbi lis agitur, ibid.
Fideiussor acceptus in causa executionis, an & in causa appellationis teneatur, pag. 284. n. 8.
Fideiussor in vno iudicio acceptus non tenetur de eo quod in alio iudicio denuo incepto iudicatum est, pag. 285. nu. 11.
Fideiussor, qui bona emit debitoris rē cum fructibus restituere tenetur, reddito sibi pretio, pag. 323. num. 17.
Fideiussores in certa summa factus non soluendo cæteros non onerat, pag. 259. nu. 6.
Fideiussor magistratus renuntians legis auxilio conueniri sine excussione poterit, pag. 261. num. 5.
Fideiussor iudicatum solui renuncians excussioni conueniri rectè poterit, ibid. nu. 6.
Fideiussor tutoris renuncians legum beneficio conueniri, sine executione poterit, ibidem, num. 7.
Fideiussores legales inuiti non tenētur renuntiare excussione, ibid. nu. 8.
Fideiussor indemnitatis, etsi magis legum beneficio renuntiauerit ad excussionis beneficio vti poterit, ibid. nu. 9.
Fideiussor indemnitatis, quis dicatur, pag. 256. num. 10. & 11.
Filius famil. in iussu patris, an possit, executionē intendere, pag. 239. nu. 12.
Filio in legitima instituto competit remedium legis fin. C. de edicto D. Adri. tol. p. 210. n. 11.
Filius melioratus, an sit legitimus contradictor ad impediendum remedium legis finalis, & l. Sorianæ, ibid. num. 12.
Filius agendo tanquam hæres hæreditatē adijsse videtur, pag. 248. nu. 3.
Fideicommissario, an competat remedium legis fin. C. de edictio D. Adria. pag. 210. nu. 13.
Fideicommissarius, an executionem pro debitis hæreditarijs patere valeat, pag. 243. nu. 10.
Forum rei sequi debet actor in causis executiuis perinde, ac in ordinarijs, pag. 232. nu. 2.
Forus latinum nomen non est, cum capitur pro loco iudicij, sed forum, pag. 236. nu. 10.
Forma, cum peruertitur actum nullum reddit, pag. 273. num. 5.
Frater patruelis, an succedit consobrino abintestato defuncto excluso patruo, cap. 15. per totum, pag. 165.
Fructus pendentes inter mobilia quando reputentur, pag. 274. nu. 13.
Fructuum restitutio semper venit in causæ executionis, pag. 314. nu. 3.
Fructuum restitutio venit in integrum restitutione, pag. 322. nu. 9.
Fructus, an veniant in remedium competenti propter læsionem vltra dimidium iusti pretij, pag. 323. num. 12.
Fructus, an veniant restituendi in enormissima læsione, pag. 296. num. 13.

G.

GEnitiuus dominium significat, pag. 147. num. 15.
Genus aliquod erga siulorum, & compedum improbatur, pag. 286. nu. 5.
Gerundium conditionem præ se fert, pag. 318. num. 3.
Gratias quas fecerit Papa antea quam exeat de conclaui, vbi electus est irritæ sunt, pag. 205. num. 4.
Granaria, quæ solo affixa non sunt inter mobilia referuntur, pag. 274. nu. 9.
Guarentigium instrumētum, quid sit, p. 211. n. 2.
Guarentigia instrumenta apud nos odiosa non sunt, pag. 213. nu. 9.

INDEX.

H.

HAstarum nomen, vnde veteres vsurpauerint, pag. 290. nu. 1.

Hæredes defuncti stare tenentur contractui à defuncto iureiurando confirmato, pag. 133. num. 19.

Hæres apprehendere potest possessionem bonorum hæreditariorum suaptê authoritate, cum vacant, seù à nomine possidentur, pag. 142. num. 1.

Hæres, cum tumultuantur super apprehendenda possessione, quid ius dicens agere debeat, pag. 149. nu. 30. & nu. 31. pag. 150.

Hæres executionem petens probare debet se esse hæredem, pag. 243. nu. 9.

Hæredem esse satis probat, qui probat se esse defuncti consanguineum, ibid. nu. 5.

Hæredem quem esse quemadmodum probetur, pag. 248. num. 4.

Hæres, an pro ære alieno defuncti in carcerem detrudi possit, ibid. nu. 7.

Hæres vnus si efficiatur, non soluendo cæteros non onerat, pag. 249. nu. 13.

Hæres creditoris defuncti ad præstandum iusiurandum in executione petenda adigi inuitus non potest, pag. 268. nu. 27.

Hæreditas, an per procuratorem adiri possit, pa. 243. num. 7.

Hæreditatis emptor, ac testamentarius executor rectè executionem intendunt, ibid. nu. 8.

Hæreditas quando aliquid hæredi debet quemadmodum res expediri debeat, ibid. nu. 9.

Hæreditate iacente, quemadmodum actor sibi cauere debeat, pag. 148. nu. 5.

Hæreditatis petitio cessat hæreditate semel restituta, pag. 324. nu. 21.

Hispania Imperio non subest, pag. 181. n. 3.

Hora confecti instrumenti, necessario non est inscribenda, pag. 177. nu. 9.

Horrea, quæ in confinio Regnorum Galleciæ, & Legionis extant, an inter mobilia computentur, pag. 274. num. 10.

I.

IAsouis opinio circa ludum reprobatur, pag. 156. num. 12.

Imperator, an totius mundi dominus sit, pa. 180. num. 2.

Institoris publici publicè debet fieri reuocatio, pag. 325. num. 3.

Instrumentum, cum post causæ conclusionem producitur, falsíque arguitur, an sit partes denuo aprobandum admittendæ, cap. 17. per totum, pag. 168.

Instrumenta post causæ conclusionem produci non possunt, nisi modo postea reperta sit, ibi. num. 1.

Instrumentis publicis, quæ solemnitas regio iure necessaria sit, cap. 20. per totum, pag. 175.

Instrumento publico, dies, mẽsis, & annus inscribi debent, ibid. nu. 1.

Instrumentum noctu conficere prohibitum nõ est, pag. 177. nu. 10.

Instrumenti locus, vbi rogatur inscribi debet, non tamen locus loci, ibid. nu. 11.

Instrumentum à partibus subscribi debet, dicto cap. 20. pag. 178. nu. 15.

Instrumenta, quæ Concilio, Senatu, aut iudicio rogantur, testes non poscunt, cap. 20. pag. 179 num. 19.

Instrumento si quid addictum adeptumve fuerit ante suscriptionem subnotari debet, ibid. num. 20.

Instrumenti exemplo transferendo, nihil omnino notarius immmutari debet, eodem loci, num. 21.

Instrumentum confectum à notario publice excommunicato, nullius est momenti, cap. 20. pag. 180. num. 24.

Instrumentum semel productum in omnibus, aut nocet, aut prodest, nec partim acceptari, & partim repudiari potest, pag. 202. n. 21.

Instrumentum in iudicio factum in vim contentiosæ iurisdictionis, paratam executionem habet, pag. 210. nu. 1. col. 1.

Instrumentum publicum, seù guarentigium iure Regio, paratam executionem habet, pag. 211. num. 1.

Instrumẽtum publicum iure communi, paratam executionem non habet, eodem loco, & nu.

Instrumentum guarentigium, quid sit, ibidem, num. 2.

Instrumentum guarentigium latinè syngrapha dicitur, ibid. nu. 3.

Instrumentum authenticum, etsi non sit publicum, meretur executionem, pag. 213. nu. 10.

Instrumenta confecta ab Episcopis, cæterisque magnatibus, authentica sunt, ibidem, numero. 11.

Instrumenta publica, etiam in alio regno confecta, paratam ibi hic executionem habent, pagina 214. num. 13.

Instrumentum de longe allatum, quando exequendum sit, ibid. nu. 14.

Instrumentum longe allatum, si falsi arguatur, quemadmodum comprobari debeat, ibidem, num. 15. & pag. 215. num. 17.

Instrumentum guarentigium paratam habet executionem, etiam quantum ad ea quæ ex eo tacite comprehenduntur, ibidem, numero. 18.

Instrumento, quod tacitê colligitur, pro ex-

presso habetur,ibid.num.19.

Instrumentum de dote recepta exequendū est, etsi de ea restituenda cautum non sit,ibidem, num.20.

Instrumento publico causa necessaria non est, pag.216.num.23.

Iustrumentum, etsi verba in futurum concepta fuerint executionem meretur,ibid.nu. 25.

Instrumentum publicum,etiam in foro Ecclesiastico,paratam habet executionem,pag.217 num.28.

Instrumentum confectum à notatio Regio non mandatur executioni,pag.218.nu.1.

Iustrumenti publici exēplum non meretur executionem etiam si plures tabelliones illi subscribant,ibid.n.4.& 18.pag.221.

Instrumentorum tria sunt genera, p.220.n.15.

Instrumenti exemplum, vt describatur citandi sunt ij cuia interest,pag,221.nu.19.

Instrumenti exemplum descriptum à successore,quam fidem faciat,ibid.nu.20.

Instrumenti exemplum descriptum ab ipsomet notario, qui protocolum confecit,executionem meretur,pag.216.nu.21.

Instrumētum ex signo notarij,seu numus,ex publica forma vim capit.ibid. nu.22.

Instrumentum de alio mentionem faciens executioni nō potest mandari, nisi illud alterum exhibeatur,pag.222. nu.24.

Instrumentum fideiussionis mandatur executioni,etsi instrumentum principale non exhibeatur,ibid.nu.25.

Instrumentum obligationis ex causa venditionis mandatur executioni, etsi instrumentum venditionis non exhibeatur,ibid.nu.26.

Instrumentum guarentigium nō mandatur executioni,nisi liquidum fuerit, pag.223.n.27.

Instrumentum non liquidum quando mādatur executioni,nō tam nullitatis, quam grauaminis laborabit executio,ibid.nu.29.

Instrumenti non liquidi,vt liquidatio fiat,citādus est debitor,ibid.nu.30.

Instrumentum tutelæ, aut curæ,paratam habet executionem aduersus tutorem quantum attinet ad liquidationem faciendam, pag.224. num.34.

Instrumentum societatis mandari executioni, an possit ante rationes redditas, ibid.nu.35.

Instrumentū non liquidum,vt executioni mandari possit cautella,pag.225.nu.36.

Instrumentum in quo factum promissum est mādari executioni potest, pro facti vera æstimatione, ibid.nu.38.

Instrumentum conditionale non mandatur executioni, nisi appareat conditionem extitisse, pag.226.nu.39.

Instrumentum executionem non meretur si non uatum fuerit,ibid.num.41.

Instrumentum, quod in loco substātiali rasum, cancellatum,aut alio vitio consumptum fuerit, executionem non meretur, pag. 230. num.60.

Instrumentum,quod ita obscurum fuerit,vt minus intelligi valeat,executionem non meretur,pag.231.num.62.

Instrumento minimumvitium non nocet,licet sit in loco substantiali,ibid.nu.63.

Instrumentorum mendæ ante subscriptionem subnotari debent quando inciderunt in loco suspecto,alias non,ibid.nu.64.

Instrumentum suspectum de falso habetur pro falso,pag.305. nu.37.

Instrumentum publicam causam non requirit, pag.127.num.60.

Instrumentum, sine subscriptione, an valeat, pag.178.num.15.

Instrumentum venditionis quādo paratam executionem habeat,pag.225.nu.38.

Instrumenta guarentigia, quoad principale, & accessorium mandari executioni debet,ibid.

In integrum restitutio intra quantum temporis spatium postulanda sit, capit. 11. per totum. pag.162.

In integrum restitutione concedenda,cum tota legitima dilatio impartita non est,compotēs terminus dandus est, ibid.nu.4.

In integrum restitutio ad probandum, an dāda sit tertio oppositori elapsis quindecim diebus à lege præfinitis,ibid. nu.5.

In integrum restitutio, an admittenda sit in via executiua,pag.312.nu.53.

In integrum restitutio, non videtur excluſa in generali exclusione,ibid.nu.54.

In integrum restitutio, an republicæ detur, aut minori,aduersus bonorum addictionem,pag. 317.num.18.

In integrum restitutio, non nisi ex graui est causa danda,pag.318. nu.20.

Interdictum Ecclesiasti cum non debet infligi in prouinciam, aut ciuitatem, pro debito pecuniario,pag.234.nu.10.

Inuentarium reconfici debet, nec sufficit protestatio de conficiendo,pag.249.nu.9.

Inuentarij conficiendi consuetudo seruanda est pag.248.num.8.

Inuentario confecto tenentur hæreditarij, creditores accipere hæreditaria bona insolutum pecunia non suppetente,pag.249.nu.10.

Interest per multum, an creditor executionem pro debito petat, an hypothecaria actione experiatur.ibid.num.17.

Institor nomine domini obligatus,finito officio non conuenitur,pag.253.nu.3.

Infans conueniri non potest,nisi tutorē habeat,

INDEX.

pag.253.& num.4.pag.254.
Inter dictorum verba quare in furtum sonent, pag.265.uum.7.
Itinerum diurnorum ratio quemadmodum accipienda sit,pag.174.num.12.
Iter facienti indulgetur in singulas hebdomadas dies vnus quietis,ibid.nu.13.
Iurisdictio aduersus regem præscripta,an intelligatur præscripta priuatiuè, an accumulatiuè, cap.1.per totum,pag.98.
Iurisdictio à iure dicundo dicitur,ibid.nu.1.
Iurisdictio simplex, quid sit, quid item merum, ac mistum imperium,ibid.pag,99.nu.4.
Iurisdictionis origo primum à populo processit, ibid.num.5.
Iurisdictio iuris gẽtium introductione apud Reges extat,pag.100.nu.9.
Iurisdictiones emanant à Rege seu riuuli à fonte,ibid.num.7.
Iurisdictio vicarij,seù assessoris ordinaria est,pa. 11.num.10.
Iurisdictione præscripta per Archidiaconum intra Episcopi diœcesim, an intelligatur præscripta, an priuatiuè accumulatiuè, ibidem, num.14.
Iurisdictione aduersus Regem præscripta, priuatiuè videtur præscripta non accumulatiuè in ibi.num.15.
Iurisdictio ordinaria, & delegata per multum distant,pag.236. nu.9.
Iudices pesquisitores demandari lege prohibentur, nisi in causis grauissimis, pag. 102. n.23.
Iudicibus non clementiæ, aut seueritatis gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæq; res postulat statuendum, ibid.nu.24.
Iudex Ecclesiasticus non potest contra laicos executionem facere, nisi per requisitorias literas,pag.234.nu.1.
Iudex secularis tenetur auxilium impertiri Ecclesiastico iudici,ibid.nu.3.
Iudex requisitus obedire non tenetur, nisi sibi actorum summatim saltem copia edatur, ibidem,num. 5.
Iudici seculari actorum copia non datur in causa fidei,ibid.nu.6.
Iudex secularis non tenetur obedire Ecclesiastico non rectè, aut ritè procedenti, ibidem, num.7.
Iudex secularis non tenetur brachium seculare impertiri, quando appellatio ab Ecclesiastico iudice est iustè interposita,ibid.nu.8.
Iudex secularis obedire non tenetur Ecclesiastico,qui solemnijs prætermissis brachium postulat seculare,ibid.nu.9.
Iudici ordinario, cum aliquid committitur delegari ne iurisdictio videatur,an excitari tantum,pag.236.nu.7.
Iudices, qui ad irritandos processus procliues sunt taxantur,239.nu.16.
Iudices à principio litis cauere debent,ne procuratores sine mandato audiantur, pag. 242. num.16.
Iudex,qui de appellatione cognoscit nô potest in causis executiuis inhibere iudicem exequẽtem,anteaquam de actis cognoscat, pag.271. num.13.
Iudices curare potius debent, vt iudicia potius valeant,quam pereant, pag.291.nu.9.
Iudex Ecclesiasticus inhibere, an possit secularem iudicem exequentem,pag.306.n.23.
Iudex, quid agere debeat quando inter emptorem, & venditorem satis non conuenit vter prius contractui pareat,pag.307.nu.29.
Iudex,quid sequi debeat in causa executiua cõcurrentibus pluribus creditoribus, pag. 313. num.60.
Iudex, qui per sordes sententiam diceret capite plectitur duodecim tabularum iure, pag.315. num.10.
Iudex etiam actore,non petente recipere debet satisdationem iuxta Toletanam legem, pag. 318.num.4.
Iudex in re dubia,ac dificili,non malê agit si per medium quæstionem sciderit,p.336. n.36.
Iustitia est domina omniumq; regina virtutum, pag,315.num.8.
Iniustitia vero nihil magis fœdum, magisque indecorum,ibid.nu.9.
Iudicium valet etsi ij, quos res minus principaliter tangit citati non fuerint, pag.295. n.20.
Ius accrescendi hodie locum habet in contractibus perinde,ac in vltimis voluntatibus, pag. 117.num.28.
Iudices cauere magnopere debent ne quẽquam in possessionem mittant, nisi citato prius ipsius rei possessore,pag.152.nu.7.
Iudex potest supplere,quæ defuere aduocatis in iure,non in facto,pag.161.nu.9.
Iudicium quando vitietur videtur ex solẽnium defectu,c.10.per totum,pag.160.& 161.
Iudicandum est hodie apud nos veritate tãtum inspecta,ibid.nu.1.
Iudicium hodie valet etsi litis contestatio defuerit,ibid.num.2.
Iudicium etiam hodie est nullum si iudex interpellatus iudicij solemnia neglexerit,ibidem, num.7.
Iudicium,an hodie valeat actore, ex vna causa agente probante vero aliam, eodem cap,10. ibid.num.3.
Iudex,quid agere debet quando testes aiunt pecuniam mutuo acceptam, sed quanti illius summa fuerit non recordantur,cap.18.per totum,pag.169.

Iudice ad certum tempus assumpto periculum prorogati temporis ad fideiussores non respicit, pag. 230. nu. 56.

Iura, & actiones, an inter mobiles referēda sint, pag. 274, nu. 15.

Ius patronatus Ecclesiæ, capi ad executionem non potest, etsi alia bona defuerint, pag. 276. num. 29.

Ius superueniens sufficit, vt iudicium conualescat, pag. 321. nu. 3.

Iugeri mensura quanta sit, pag. 174. nu. 15.

Iuramentum vltra primam obligationem alteram adijcit contractui, pag. 128. nu. 1.

Iuramentum confirmat contractum aliàs nullum, eodem loco, & numero.

Iuramentum minoris duplicem habet effectum, nam & solemnium supplet defectum, & integrum restitutionis beneficium tollit, pag. 129. num. 2.

Iuramentum confirmat contractum, etsi minor sine curatoris authoritate contrahat, ibi. n. 3.

Iuramentum impuberis si sit doli capax obligat, pag. 130. num. 4.

Iusiurandum quantum ad religionem attinet, non minus obligat verbo tenus factum, quàm tactis euangelijs, ibid. nu. 5.

Iuramentum ab ethnico per falsos Deos factum obligat eum, ibid. nu. 6.

Iusiurandum à Christiano per falsos Deos factum, an obliget eum, ibid. nu. 7.

Iurare super lapidem quemadmodum intelligēdum sit, ibid. nu. 9.

Iuramentum ab vniuersitate præstitum, an obliget, pag. 132. nu. 16.

Iuramentum, quando confirmet iudicium cum minore agitatum, pag. 133. nu. 18.

Iuramentum nihil interest interpositum sit in ipso contractu, antea, posteave, ibid. n. 20.

Iuramentum generale minoris ad quemcumq; contractum valet, ibid. nu. 21.

Iuramentum interpositum à procuratore, qui speciale habeat mandatum valet, ibid. n. 22.

Iuramento accedente contractui innominato, non erit pœnitentiæ locus. ibid. nu. 23.

Iuramentum tollit remedium læsionis, quæ fuerit minor, quam dimidium iusti pretij, ibid. num. 24.

Iuramentum valet etsi fuerit factum aduersus leges, quæ priuatum respiciunt fauorem, pag. 134. num. 25.

Iuramentum non confirmat contractum, qui alia de causa, quam minoris ætatis fuerat infirmus, pag. 135. nu. 28.

Iuramentum aduersus bonos mores factum, vires non habet, ibid. nu. 30.

Iurans fideiussurum se nunquam pro aliquo seruare non tenetur iuramentum, ibid. nu. 32.

Iuramentum per quod veniale, ne dum mortale contrahitur peccatum. seruandum non est, ibid. num. 33.

Iuramentum in publicum tendens detrimentū, seruandum non est, pag. 126. nu. 34.

Iuramentum non confirmat contractum quando contrahens prius iurauerat nunquam se tale facturum contractum, ibid. nu. 35.

Iuramentum, quod in tertij tendet prēiudicium seruandum non est, pag. 135. nu. 41.

Iuramentum non confirmat alienationem factam à filio familias de bonis in quibus pater habet vsumfructum, ibid. nu. 42.

Iuramentum vi, dolo, aut metu factum, vires nō habet, pag. 138. nu. 48.

Iuramentum contractibus adijcere iure Regio prohibentur laici, pag. 139. nu. 52.

Iurans, an audiēdus in aduersus contractū antea quam à iuramento absoluatur, pag. 140. n. 54.

Iuramenti absolutionem ad effectum agēdi, vel excipiendi impetrat, quis etiam aduersario non citato, pag. 141. nu. 55.

Iuramenti absolutio ad effectum agendi, vel excipiendi, petenda est anteaquam periurium incurratur, ibid. nu. 56.

Iuramentum de veritate dicenda in omnibus generaliter causis, tam prophanis, quam spiritualibus locum habet, pag. 169. nu. 2.

Iuramentum de veritate dicenda, cur eo nomine vtatur, pag. 94. nu. 4.

Iuramentum, quo respondetur positionibus de veritate dicenda appellandum est, non de calumnia, pag. 170. nu. 4.

Iuramentum in supplementum probationis locum non habet in causis magni momēti, nisi vehementes præsumptiones patrocinentur actori, ibid. nu. 6.

Iuramentum litis decisorium paratam executionem habet, pag. 230. nu. 1.

Iuramentum litis decisorium deferri potest etsi actor nihil probauerit, ibid. nu. 2.

Iuramentum quando possit quis ambiguis verbis reddere, pag. 198. nu. 14.

Iurat, cū quis bona fide nō verba, sed iurātis spectanda mens est, secus si dolo iuret, ibid. n. 15.

Iuramenti omissio in executione petenda non vitiat, pag. 268. nu. 27.

Iurare de alieno facto nemo tenetur, ibiù.

Iuramentum ab arbitrijs compromissoris non exigitur, pag. 191. num. 10.

L.

LApis pro milliario accipitur, pag. 171. nu. 3.

Lex imperium. ff. de iurisdict. omnium iud. explanatur pag. 98. nu. 2.

Lex 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. latè, & copiosè illustra-

INDEX.

illustratur, pag. 113. num. 13.
Lex 2. §. circa. ff. de doli exceptione, latè explanatur, pag. 126. nu. 59.
Lex fin. C. de edicto D. Adria. tollend. explanatur loculenter, cap. 5. per totum. pag. 142.
Lex Regia Soriana adamusim explanatur eleganter, ibidem.
Lex 2. C. de edicto D. Adrian. toll. explanatur, pag. 145. num. 12.
Lex Taurina. 45. explanatur, pag. 148. nu. 18.
Lex 3. tit. 15. lib. 4. Recopilationis explanatur, pag. 149. nu. 27.
Lex finalis, C. de edictio Diui Adriani tollendo, & lex Regia Soriana, appellationem non admittunt quantum ad effectum suspẽsiuum, pag. 150. nu. 31.
Lex 1. tit. 25. lib. 4. Recopilationis explanatur, pag. 218. num. 2.
Lex 115. tit. 18. part. 3. explanatur, pag. 219. n. 13.
Lex 15. tit. 14. part. 5. explanatur, pag. 204. n. 6.
Lex Lucius. §. Paulus. ff. de administr. tutorum, & l. si postea. ff. rem pupilli saluam fore, conciliantur, pag. 230. nu. 59.
Lex 1. tit. 16. lib. 8. Recopilationis, exponitur pag. 232. num. 5.
Lex 57. tit. 6. part. 1. declaratur, pag. 133. nu. 9.
Lex 14. tit. 1. lib. 4. Recopilationis, exponitur pag. 134. num. 2.
Lex non eo minus, C. de procuratoribus, illustratur, pag. 239. nu. 9. & 10.
Lex licet. ff. de iudicijs, luculenter explanatur pag. 141. nu. 9.
Lex per diuersus, & lex ab Anastasio, C. mandati, apprimè elucidantur pag. 244. nu. 6.
Lex 4. tit. 18. lib. 3. Fori. & l. 11. tit. 12. part. 5. elucidantur, pag. 258. nu. 3.
Lex 1. ff. de edendo, exponitur, pag. 265. n. 8.
Lex, nec quicquam, §. vbi decretum., ff. de officio proconsul. elucidatur, pag. 269. nu. 1.
Lex 17. tit. 21. lib. 4. Recopilationis, explanatur, pag. 270. num. 11.
Lex 10. tit. 17. lib. 4. Recopilationis, explanatur, cap. 10. pag. 160.
Lex finalis, tit. finali, part. 6. commendatur, pag. 162. num. 2.
Lex 3. tit. 8. lib. 4. Recopilationis, commodissimè dispicitur, ibid. nu. 3.
Lex 2. ff. de in ius vocando, explanatur, pag. 173. num. 5.
Lex 9. tit. 7. lib. 8. Recopilationis, declaratur pagina. 154. num. 6.
Lex 7. titu. 18. lib. 4. Recopilationis, elucidatur pag. 193. num. 22.
Lex 5. tit. 21. lib. 4. Recopilationis, exponitur pag. 195. nu. 2.
Lex Iullianus. ff. de confessis, illustrarur, pag. 196. num. 5.
Lex 2. §. de frumentaria, ff. de administrat. rerum ad ciuitat. pertinen. explanatur, pag. 203. num. 5.
Lex 2. & 3. tit. 14. lib. 4. Recopilationis exponuntur, pag. 205. nu. 6.
Lex Toletana, quæ de instrumentorum executione tractat, locupletissimam sortita est interpretationem, pag. 211. nu. 4.
Lex 1. tit. 6. & l. 11. tit. 7. lib. 7. Recopil. illustrantur, pag. 277. nu. 36.
Lex 4. tit. 11. lib. 5. Recopilat. explanantur, pag. 216. num. 24.
Lex si is, §. iura. ff. de pignorib. & lex sequens, quæ inter se magnopere pugnare videtur, ad concordiam reducuntur, pag. 279. nu. 48.
Lex dies festos, C. de ferijs, explanatur, pag. 281. num. 3.
Lex, cum apud, ff. iudicatum solui adamussim, expenditur, pag. 284. nu. 8.
Lex plerique. ff. de in ius vocando, exponitur, pag. 286. num. 1.
Lex 13. tit. 1. lib. 1. Recopilation. illustratur, pag ibid. num. 2.
Lex 3. C. de Episcopali audientia, exponitur, ibidem, num. 8.
Lex 8. tit. 7. lib. 1. Recopilationis illustratur, pag. 288. num. 22.
Lex 1. & 2. tit. 1. lib. 4. Recopilationis, reconciliantur, pag. 302. nu. 1.
Lex 1. titu. 16. lib. 5. Recopilationis, illustratur, pag. 310. num. 46.
Lex vnde queritur, ff. commoda. dispicitur, pag. ibid, num. 50.
Lex 5. tit. 19. part. 6. explanatur, pag. 318. n. 19.
Lex 4. tit. 21. lib. 4. Recopilationis, elucidatur, pag. 319. num. 5.
Lex finalis, C. de iure dominio impetrando illustratur, pag. 321. nu. 1.
Lex finalis, C. de iure dominio impetrando in desuetudinem abijt, ibid. eodem numero.
Lex 1. & 6. tit. 11. lib. 5. & l. 20. tit. 7. lib. 9. Recopilationis, elucidantur, pag. 322. nu. 11.
Lex si quis aliam, ff. de solutionibus, elucidatur, pag. 324. nu. 21,
Lex si quis cum scire. ff. de vsucapione pro emptore, nouè exponitur, pag. 156. nu. 13.
Leges Regiæ quibus prohibetur ne contractibus iuramentum adijciatur, an validæ sint, pag. 139. num. 53.
Leges priores ad posteriores trahi debent, pag. 245. num. 10.
Legis actio, quid sit, pag. 265. nu. 5.
Leges Regię de leucis mentionem facientes, an sint intelligendæ de leucis ciuilibus, an de vulgaribus, cap. 19. per tot. pag. 171.
Leges de pluribus loquentes, & in vno locũ habent si diuersa nõ versetur ratio, p. 191. n. 10.

Leges

Leges nouæ, sine causa ferri non debent, pag. 195.num.3.
Leges in difficiliori casu loqui semper videtur, pag.212.num.7.
Leges, quæ eodem sunt volumine, neque priores, neque posteriores censentur, pag. 303. num.5.
Lex etsi dura sit, sufficij ita scriptum esse, pag. ibid.num.8.
Legatum, an paratam habeat executionem, pa. 208.num.2.
Legitima est quota bonorum, non quota hæreditatis, pag.210.num.11.
Legatarius pro debito sibi legato, rectè executionem intendit, pag.243.nu.9.
Legitimum id dicitur, quod lege recipitur, pag. 303.num.5.
Legitimatio personæ in quouis iudicio quantũuis summario necessaria est, pag.238.nu.8.
Liberatio facta à minore curatori suo, rata an sit, pag.132.nu.13.
Litigiosa res quando dicatur, pag.255.nu.7.
Libelli cõclusione colligitur, quaactione, quis vti velit, pag.267.nu.17.
Libellus, quid propriè sit, pag.269.nu.1.
Libellus procuratori, an notificari sufficiat, pag. 296.num.13.
Licenciati (quos vulgus vocat) priuilegijs doctorum funguntur, pag.288.nu.21.
Litigandi iusta causa, quæ dicatur, pag. 328.numero. 4.
Lite mota super iurisdictione inter duos magnates, necesse non est, vt populus ad causam citetur, pag.295.nu.21.
Lite super re dotali mota satis est ad causam maritum citari, pag.ibid. nu.23.
Lite pendente aduersus vnum ex reis debendi, an aduersus alterum creditor regressum habeat, pag.306.nu.21.
Leucæ nomen Gallicum est, pag.172. nu.6.
Leuca nostrati Regio iure tribus millibus passuum constat, ibid.nu.6.
Leuca habet nostrarum perticarum Castellanarum millia quinque, ibid.nu.7.
Leucarum dimensio, quæ funiculo fit vetustissima est, pag.173.nu.10.
Leucarum dimensio in mari astronomica ratione deprehenditur, ibid.nu.11.
Locus fori est spectandus in ijs, quæ ad iudiciarium ordinem pertinent, pag.214.nu.13.
Locus substantialis in instrumento, quis dicatur, pag.230.num.61.
Ludi omnes liciti sunt, qui modo virtutis causa fiant, pag.152.nu.1.
Ludens collusori aliquid vendens, an de euictione teneatur, pag.157.nu.14.
Ludi omnes liciti sunt, quæ arte magis, & ingenio, quam fortunæ calculo reguntur, pag.154 num.4.
Ludi liciti etiam clericis permissi sunt modo honestatem non transiliant, ibid.nu.5.
Ludis permissis ludere licet iure Regio ad tricenos vsque aureos vna, eodemque die, ibidem, num.6.
Ludi omnes illiciti sunt, qui aut in totum à fortuna, aut partim à fortuna partim ab arte reguntur, ibid.nu.7.
Ludus tesserarum, seu talorum, quid sit, pag.155. num.8.
Ludos ludendos prohibitos laici mortale non peccant peccatum, mox fraus cesset, ac dolus, ibid.num.10.
Ludo prohibito, quod quis lucratus fuerit, restituere non tenetur in foro cæli, tum mox fraus cesset, ibid.num.11.
Ludenti pecuniam, qui credidit, actionem habet ad repetendum, pag.157.num.14.

M.

MAgnatibus æris alieni mole prægrauatis, redditus maioratus creditoribus addici soleat, habita tamen ratione ne egeant, pag.277.num.32.
Maritus petens executionem pro dote, probare prius debet matrimonium esse secutum, pag. 226.num.40.
Maritus, an sine vxoris mandato debita vxoris exigere possit, pag.238.nu.7.
Maritus, sine vxoris mandato dotem exigere potest, ibid.num.6.
Maritus retrahente rem venditã nomine vxoris, debet mandatum habere intra diem à lege præfinitam, pag.242.nu.15.
Maritus bonis cedens traditur vxori, sine torque ferreo, pag.289.nu.5.
Mandatum in scriptis esse debet ad solutionem recipiendam, pag.240.nu.3.
Mandati tenor in iudicijs ad verbum est edendus, pag.241.nu.4.
Maioratus bona si quis promittat non obligatur, pag.123. num.51.
Maioratus successor est legitimus contradictor ad impediendam possessionem legis finalis, & Sorianæ, pag.147.nu.16.
Maioratus successor est legitimus contradictor etsi non constet de titulo maioratus, quando vltimus possessor habebat bona, tanquam bona maioratus, pag.148.nu.19.
Maioratus successor præferri debet hæredi, quãdo bona possidebantur titulo ducatus, aut comitatus, etsi alter non appareat bona maioratus esse, ibid.nu.21.
Maioratus bona esse censentur eo ipso, quod ti-

INDEX.

tulo Ducatus, aut Marchionatus posidétur, ibid.num.23.
Maioratus bona capi ad executionem, an possint,pag.277.num.31.
Maioratus possessorem satis est ad causam citari,pag.295.num.22.
Melioratio à patre facta, cum iuramento irreuocabilis,pag.128.nu.1.
Melioratus in triente,& quincunce, habetur loco heredis,pag.29.nu.9.
Mercatores procedentes, vulgo, alçados dicti, in carcerari possunt,pag.286.nu.10.
Minor fideiubens, cum iuramento, an sit restituendus,cap.4.n.18.pag.133.
Minoris donatio quando valeat,ibid.
Minor læsus restituitur aduersus confessionem, quam adiuratus in iudicio fecerit, p.126.n.36
Minori ludenti, mutuans pecuniam actionem non habent ad repetendum,pag.157.n.16.
Minor detrudi in carcerem pro debito non potest,pag.254.nu.5.
Minori datur in integrũ restitutio aduersus bonorum addictionem,pag.318.nu.19.
Minor aduersus dilationis lapsum,an in integrũ sit restituendus,pag.298.nu.12.
Mentis nostræ nullum est maius testimonium, quã qualitas inspecta verborum,p.44.n.125.
Mobilium,immobiliumque appellatione, quid continuatur,pag.274. nu.7.
Mobile dicitur,quod moueri secundum suã naturam potest,immobile autem, quod suapte non potest natura moueri,ibid.nu.8.
Molendinorum molæ,rotęque immobiles sunt, ibid.num.13.
Munera publica in causam executionis capi,an valeant,pag. 278. nu.41.
Mulieres pro debito pecuniario in carcerem detrudi non debent,287.nu.13.
Mulieri res iudicata de dote nocet quando non ignorauit, cum marito litem agitari,alias nõ, pag.295. nu.24.
Mulier prægnans si mortua fuerit humari, haut debet priusquam partus excidatur,p.153.n.3.
Mulier cõstante matrimonio, de dote actionem non habet,pag.238.nu.6.
Mutus hodie obligatur si de eius consensu nutu constet, pag.116.nu.24.
Mundus initium cepit à die Dominico,pag.282 num.7.

N.

NObiles pro debito in carcerem detrudi nõ debent,pag,286.nu.9.
Nobilis, an sdo valeat renuntiare priuilegio,pag.287. nu.12.
Nobilis renuntiatio iureiurando confirmata valet,ibid.num.12.
Nobilibus,neque equs, nec mula quibus vtuntur,neque arma,domusve,quasinhabitant capi ad executionem possunt, pag.270.n.30.
Notariorum error circa annos Domini notatur, pag.177.num.8.
Notarius si per errorem,aut obliuionem inscribere omisserit aliquid instrumẽto de his, quæ inter partes conuenire fraudi id partibus esse non debet,ibid.num.12.
Notarius omittens aliquid inscribere instrumento præsumendum est errore potius,quam dolo fecisse,pag.178.nu.13.
Notarius extendere non potest instrumentum protocoli decessoris,etiam,quod attinetadsolemnes,seu ordinarias clausulas, p.180.n.22.
Notarius, an possit instrumentum pro se,vel aduersus se conficere,& an pro filio, vel vxore, ibid.num.23.
Notarium, quem esse quemadmodum probetur,pag.214.nu.16.
Notarij Imperiales,aut Apostolici,inter seculares personas conficere instrumenta non possunt,pag.219.nu.9.
Notorium, quod est si allegetur releuat ab onere probandi,pag.239.nu.15.
Nouatione facta hypothecæ liberantur, & pignora,vsuræque non currunt,p.226.nu.42.
Nouationem fieri quando intelligendum sit,ibidem,num.43.
Nouatio nunquam hodie fit,nisi expressim sit à contrahentibus dictum,pag.227.nu.44.
Nouatio,etiam hodie non fit ope exceptionis, nisi sit dictum,ibid.nu.45.
Nouatio hodie nunquam fit, nisi expressum sit dictum, quantumuis manifestis id colligatur argumentis, ibid.nu.46.
Nouatio non fit quando posterior obligatio cõtraria est priori, sed vna obligatio accedit alteri,pag.228.nu.47.
Nouatio, an per delegationem fieri intelligatur,ibid.num.48.
Nouatio non fit die solutionis prorogata, nisi aliud dictum sit,pag.229.nu.53.
Nullitas sententiæ iure Regio intra sexaginta dies,allegari debet, pag.185.num.13.

O.

OBligatio ad tempus ipso quidem iure constitui non potest,pag.114.nu.17.
Obligatio vnde oriatur,cap.3. n.2. p.111.
Obligatio secundum vetera iura quomodo fieri debeat,ibid.
Obligatio quando extinguatur,pag.228.nu.50.
Obligationes ex contractu descendentes,quatuor modis contrahuntur,pag.111. nu.1.
Obligatio hodie nascitur ex simplici consensu modo

modo constet, quem se obligare voluisse, pag.113.num.14.
Obligatur Rex, ac Papa ex promissione, quin Deus ipse Opt. Max. seruare tenetur, quod promisit, pag.114. nu.15.
Obligatio naturalis non est proprie obligatio, sed abusiue, pag.115.nu.20.
Obligatio hodiernum contrahitur, p.116. n.23.
Obligatio hodie etiam inter absentes contrahitur, ibid.nu.25.
Obligatur hodie, qui aliter respondeat, quam interrogatus est, pag.117.nu.26.
Obligatio verborum etiam hodie non contrahitur ab his personis, quæ veteri iure inhabiles erant ad contrahendum, pag.40.nu.49.
Obligatio non contrahitur etiam hodie ex verbis impersonalibus, pag.123.nu.54.
Obligatio verborum, vt valeat causam non requirit, pag.124.nu.56.
Obligatio in carcere facta quando valeat, pag. 309.num.38.
Obligatio multiplex esse potest, debitum autem vnum, pag.312. nu.26.
Opinionibus duabus inter se certantibus præfertur illa pro qua consuetudo calculum rulerit, pag.208.nu.3.& pag.297.nu.5.
Opinio vulgaris, seu communis præiudicare non debet, cum de veritate constat, pag.285. num.12.
Oppositio aduersus executionem fieri debet intra tres dies postquam reus ad addictionem fuerit citatus, pag.292.nu.4.
Oppositio aduersus executionem fieri potest elapsis tribus diebus citationis, quando cumq; ante sententiam addictionis fiat, ibid.n.5.
Oppositionis dies non computatur in termino decem dierum, pag.298.nu.6.
Oppositionis termino examinandi sunt testes, ibid.num.7.
Oppositiones termino elapso non possunt instrumenta produci, pag.ibid.nu.9.

P.

PActum non existente causa factum, an valeat, c.3.per totum, pag.111.
Pacti definitio, ibid.num.3.
Pactum à pollicitatione, quid distet, p.112.n.5.
Pacto nudo, simpliciq́ue consensu, hodie patrio iure omnia transiguntur, pag.113.nu.12.
Pacto nudo oritur actio iure Pontificio, pag.114 num.16.
Pactum nudum iure Regio parit actionem, & exceptionem, ibid.nu.17.
Pactis hodie perinde, ac olim in stipulationibus ius versatur non factum, pag.115.n.18.& 19.
Pactum valet hodie, etsi incertum, quid contineat, pag.118. num.31.
Pactum adiectum à donatore in fauorem tertij reuocari non potest, pag.119. nu.37.
Pactum non producit actionem quando cõsensus ad obligandum defuit, pag.121.nu.40.
Pacta recipiunt hodie exceptiones omnes, quæ olim aduersus stipulationem admittebantur, pag.123.num.52.
Pacta, conuentionesq́ue, facta ab hęredibus cum creditoribus hæreditarijs intra nouem dies, quam debitor vita functus est, nullius sunt momenti, pag.268.nu.29.
Pactum factum à creditore, cum executore super decima debitori prodest, pag.333.n.20.
Pactum, vt super eo, quod interest fletur iuramento partis valet, pag.225.nu.37.
Paschalibus iustitijs carcere debitores relaxari debent, pag.286.nu.8.
Patruus etiam si vno tantum latere sit coniunctus, præfertur fratribus patruelibus, quos vulgo primos appellamus, pag.165. nu.2.
Parasanga continet stadia triginta, p.171.n.2.
Passus quinque pedum mensura est, pag.172.n.6
Pes est tertia pars nostratis Castellanæ virgulæ, ibid.num.7.
Pes digitos quindecim trãsuersos habet, ibi.n.8.
Peritis in arte non creditur, nisi prius iuramento rogatis, pag.203.nu.2.
Pignoris possessor conueniri non potest, nisi prius aduersus principalem fiat excussio, pagina.262.num.12.
Pragmatica recens de summissionibus explanatur, pag.232.nu.7.
Prætori rerum capitalium, cum sibi vni causa à Rege cognoscenda cõmittitur iurisdictione delegata vtitur non ordinaria, pag.236.nu.8.
Pretium quod pro cessione datur oportet re vera numeretur, pag.246.nu.13.
Pretij solutio non solum probationibus, sed etiam argumentis, & coniecturis probari potest, ibid.nu.14.& cap.14.nu.3.pag.165.
Portugalliæ Regnum, an subsit imperio, cap.21. per totum, pag.180.
Portugalliæ Regnum intra Hispaniæ limites cõtinetur, ibid.nu.4.pag.181.
Portugalliæ Regnum feudum erat Legionensis Regis, ibid.nu.5.
Portugalliæ Regnum hodie iusto Marte, iustissimisq́ue titulis, Castellę Regno cessit, ibidem, num.6.
Probatio quantuncumq; liquidissima paratam executionem non habet, pag.201. nu.15.
Pollicitationis definitio, pag.111.nu.4.
Pollicitatio regio iure producit actionem, pag. 118.num.33.
Pollicitatio, vt valeat causam requirit. pag.123. num.55.

Possessio non transfertur in hæredem, nisi apprehendatur, pag. 142. nu. 1.
Possessio, quæ ex lege Taurina. 45. transfertur in maioratus successorem, vera, non ficta est possessio, pag. 147. nu. 17.
Possessio non citato possessore data, an confirmari debeat, cap. 6. per totum, pag. 150.
Possessio data à iudice possessore non citato nulla est, ibid. nu. 1. pag. 150.
Possessor, qui nõ fuit citatus, etiam armis possessionem suam defendere potest, pag. 151. n. 6.
Procurator generalis executionem rectè intendit, pag. 240. nu. 1.
Procurator generalis non potest debiti solutionem recipere, pag. ibid. nu. 2.
Procurator in rem suam executionem rectè intendit, pag. 244. nu. 1.
Procurator, qui in rem domini obligatus est, an finito officio tenetur, pag. 253. nu. 4.
Plus debito petens in expensis damnari debet, pag. 268. num. 26.
Promitens obligaturum se per instrumentum iãtum obligatus remanet, pag. 242. nu. 27.
Protocolum ab scheda, quid differt, pa. 220. n. 16.
Protocolum paratam executionem non habet, ibid. num. 17.
Pupillus maioratum facere non potest, pag. 121. num. 43.
Pupillo non potest princeps concedere facultatem ad testandum, ibid. nu. 44.
Pecunia, etiam ad prædiorum comparationem destinata, mobilis est, pag. 274. nu. 13.
Peculium profectitium, aut aduentitium, cap. quando ad executionem possit, pag. 277. n. 34
Persona priuata pro debito vniuersitatis ad executionem capi non potest, pag. 278. nu. 40.
Pignorum quatuor sunt genera, pag. 273. n. 1.
Pignora ad executionem nominatim capi debent, pag. 279. nu. 52.
Pignora ad executionem secundum mensuram debiti capi debent, eodem loci, nu. 53.
Pignora in causam executionis capta in publica sunt subhastatione vendenda, pag. 290. n. 1.
Pignora in executionem capta, intra quot dies licere debeant, ibid. nu. 2. & 3.
Pignorum in addictione cognatus debitoris præfertur extraneo, creditor vero cognato, pag. 316. num. 10.
Pignora, cum soluendo non sunt detrudendus est debitori, illiusq; fideiussores in carcerem, pag. 317. num. 11.
Pignora, cum emptorem non inueniunt, neque fideiussor est datus, consulere sibi, quemadmodum creditor valeat, ibid. nu. 12.
Pisces in stagno, an inter immobilia computentur, pag. 274. nu. 13.
Prætentiorum mutus iudices deligati restringere possint, pag. 246. nu. 4.
Procurator ad exigendum, neque acceptum ferre, neque nouare potest, pag. 326. nu. 12.
Procurator habens mandatum cum libera, potest confessionem de recepto facere, ibidem, num. 13.
Procurator cui datum est mãdatum ad debitum recipiendum, & confessionem de recepto faciendam, accepto ferre potest, ibid. n. 14.
Pœnæ pecuniariæ diuidi quemadmodum debeant, inter successorem, iudicem, & decessorem, pag. 336. nu. 35.
Positionibus tenetur respondere actor in via executiua, etiam decem diebus oppositionis elapsis, pag. 300. nu. 25.
Positionibus, an creditor absens ad respondendum venire debeat, ibid. nu. 27.
Positionibus, vt respondeatur cuius impensis fieri debeat, ibid. nu. 28.
Principe debiti dilationem prorogante relaxandus est debitor, pag. 290. nu. 9.
Princeps quando vni præsidi rescribit, & cæteris rescriptum videtur, pag. 300. nu. 26.
Proclama desiderato præconæ, fieri sufficit per iudicem, solito more, aut per tabellionem, apparitoremve, pag. 291. nu. 5.
Proclama primum debet fieri in loco debitoris reliqua in foro vbi lis agitatur, ibid. nu. 6.
Proclama si fiant breuiori tempori, quam lege est præscriptum circunducenda erit subhastatio, & ex integro repetenda, ibid. nu. 7.
Procurator generalis ad nouam litem citari non potest, pag. 296. nu. 31.
Prouintia, quid sit, pag. 274. nu. 14.
Promissum in venditione, quis possit promittere, pag. 316. num. 3.
Promissum promittere possunt hæredes hæreditaria bona distrahentes, ibid. nu. 4.
Promissum cõcedere potest decurionum ordo, ibid. num. 5.
Promissum promittere possunt comites sacrarũ largitionum, quos vulgo, contadores mayores appellamus, ibid. nu. 5.
Promissum promittere possunt omnes, quotquot generalis, siue libera data est bonorum administratio, ibid. nu. 6.
Promissum concedere possunt tutores, & curatores, modo id bona fide fiat, ibid.
Pomissum concedere possunt testamentarij executores, eodem loco num. 8.
Promissum non potest concedere iudex, vel apparitor, ibid. num. 9.

Q.

QValitas satis est si semiplenè probetur, pag. 286. num. 10.

Quæ

Quæ facto non iure fiunt facto itidem rescinden da sunt, pag. 320. nu. 7.
Quæ remedia dentur debitori ad redimenda bo na ab executore iam omni Marte addicta, ca pit. fin. 5. part. §. 16. per totum, pag. 321.

R.

RAtiones, seù ratiocinia paratam executio- nem, an habeant, pag. 203. nu. 1.
Rationes propter calculi errorem retracta- ri solent, ibid. num. 3.
Rationes peti non possunt intra annum initæ societatis, pag. ibid. num. 4.
Rationes, vt reddantur citari debitor debet, ibi- dem, num. 5.
Ratum haberi non potest, quod à falso procura- tore gestum est, si a principio litis fuerit obie- cta falsi procuratoris exceptio, pag. 241. n. 10.
Ratihabitio falsi procuratoris, an post causæ cō- clusionem fieri valeat, pag. 242. nu. 11.
Ratihabitio fieri debet intra diem à lege præfi- nitam, ibid. num. 12.
Reconuentio locum non habet in causis execu- tiuis, pag. 307. num. 31.
Remedium legis fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen, quemadmodum discernatur à reme- dio legis Sorianæ, pag. 143. num. 3.
Remedium legis Sorianæ non admittit dominij exceptionem, pag. 144. nu. 6.
Remedium adipiscendæ possessionis dominij exceptionem admittit, pag. ibid. nu. 7.
Remedium competens successori in maioratu ex remedio Taurinæ legis datur contra titulo possidentem, pag. 145. nu. 8.
Remedium vltra dimidium iusti pretij, an locū habeat in publica subhastatione, pag. 322. num. 10.
Remedium legis Sorianæ admittit exceptionē, quæ constet, aut re iudicata, aut confessione partis, seù guarentigio instrumento, pag. 145. num. 9.
Remedium legis Sorianæ, non impedit excep- tio collationis, pag. 149. nu. 24.
Remedium legis finalis, & legis Sorianæ, anno non excluditur, ibid. nu. 28.
Remedium ex enormissima læsione intra trigin ta annos datur, pag. 323. nu. 14.
Regia progenie deficiente populus Regem eli- git, pag. 100. nu. 9.
Regia suprema potestas Regis ossibus, ita adhæ- ret, vt à Regis solio nullo possit modo auelli, pag. 101. num. 16.
Rex ex suprema sua potestate potest mittere pes quisitorem iudicem in territoria magnatum, ibid. num. 22.
Regi concessum est necessitate suadēte assume- re, sibi magnatis arcem, pag. 102. nu. 25.
Regiæ potestatis proprium est, vt vbi cumq; mag nates, eorumque iudices in iure reddendo ne- gligentes fuerint, Rex ipse partes suas inter- ponat, ibid. nu. 26.
Rex si pupillus sit testamentum facere non po- test. pag. 121. num. 45.
Rex cum est socors, & ignauus, dādus est illi cu- rator, pag. 180. nu. 1.
Regium præceptum paratam habet executionē modo iustum illud fuerit, pag. 205. n. 1.
Regium præceptum, quod iniustum sit exequen dum non est, ibid. num. 2.
Regis præceptum, quod occidi quispiam iuue- tur, nisi demum post triginta dies exequen- dum non est, ibid. nu. 3.
Regi aliquid contra conscientiam præcipienti non est obediendum, neque in bello, neque in pace, pag. 206. nu. 8.
Regis causa iusta nō præsumitur in his, quæ pug nant contra ius diuinum, aut naturale, ibid. num. 9.
Regis absoluta potestas tyrannidi magis est affi- nis, quam regio imperio, ibid. nu. 10.
Regis rescriptum, quod iniustum sit, etsi exequē dum non sit vituperandum non est, ibidem, num. 12.
Rex Alphonsus, qui cognomento sapiens ap- pellatur, decimus eius nominis fuit, non no- nus, pag. 264. nu. 2.
Remissio non habet locum in contractibus, pa- gina 232. num. 3.
Renuntiatio legis si conuenerit, cum renuntia- tione fori efficit, vt reus vbiuis inuentus con- ueniri valeat, ibid. nu. 6.
Rescripta principium non videntur leges abro gare, nisi id expresè dicatur, pag. 218. nu. 3.
Reductio ad arbitrium boni viri personalis est actio, pag. 191. nu. 9.
Res iudicata quemadmodum exequenda sit, pa- gina 184. §. 1. per totum.
Res iudicata, de non ente, facit ens de albo ni- grum, de nigro album, ibid. nu. 1.
Res iudicata, quid sit, eodem loco, & numero.
Res iudicata, quid à sententia distet, ibid. nu. 2.
Rei iudicatæ noua oritur actio, eodem loco, & numero.
Res iudicata propriè dicitur à qua appellari nō potest, ibi. nu. 4. pag. 184.
Rebus, quæ vsui futuræ sunt studendum est no- bis, pag. 200. nu. 3.
Res mobiles prius capiendæ sunt ad executio- nem, quam immobiles, pag. 273. nu. 2.
Res sacræ, & ad diuinum cultum consecratæ, ca pi ad executionem non debetur, etsi alia bo na non extent, pag. 276. nu. 27.
Renuntiatio cedendarum actionum fideiussori- bus

bus per multum nocet, pag. 259. num. 6.
Reseruatio etsi nihil noui iuris tribuat, conseruat tamen ius reseruatum, pag. 314. nu. 5.
Repræsentatio non datur post fratres, fratrumq; filios, pag. 165. num. 1.
Retractus res familiaris idem iuris est seruandum, quod in successione hæreditatis, ibid. nu. 3.
Requisitorijs literis inseri debet exemplum actorum, saltim summatim, pag. 234. nu. 4.
Reo etiam criminis postulatio fieri debet solutio, pag. 325. nu. 6.
Reus vnũ debẽdi, cum sit non soluendo periculum inter omnes partiri debet, pag. 102. n. 5.
Reus in quem fit executio satisdare tenetur res ad executionem captas saluas, soluendoque fore, pag. 283. nu. 1.
Reus in carcere, ita obseruari debet, vt tamen cõmuni aura luceque vegetetur, pag. 286, n. 3.
Reus petens, vt suis impensis agatur aduersus alterum cui tota accesit vtilitas, non auditur in via executiua, pag. 310. nu. 48.
Rustici tempore messium, aut vindemiarũ pro debito in carcerem detrudẽdi non sunt, quod iure sanctissimè constitutum moribus minus obseruatur, cap. fin. 5. part. pag. 288. nu. 25.

S.

SAcerdoti beneficij redditus ad executionẽ capiendi non sunt, pag. 275. nu. 19.
Sacellum, seu capella in executionem capi non potest, etsi alia bona desiderentur, ibid. num. 28.
Satisdactio de iudicio sisti post sententiam extinguitur, pag. 284. nu. 10.
Satisdatio iudicio sisti dicitur, apud nos, fiança de la haz, pag. 286. nu. 7.
Satisdatio creditori necessario pecuniam ex causa executionis non remittitur, pag. 318. num. 2. & 3.
Sententia vltima in causa status non fertur, nisi Rege prius consulto, pag. 101. nu. 21.
Sententia nulla non transit in rem iudicatam, etsi fuerit appellatio deserta, pag. 185. n. 12.
Sententia mandari executioni non debet, quando aduersus eam in integrum postulata fuit restitutio, pag. 186. nu. 14.
Sententia ex falsis instrumentis, vel testibus lata mandari executioni non debet, ibid. nu. 15
Sententia, quæ à iudice per sordes lata fuit mandari executioni non debet, ibid. nu. 16.
Sententia, quæ per aduocati prævaricationem lata est mandari executioni non debet, ibid. num. 18.
Sententia non est mandanda executioni quando viator se iniustè obtinuisse fatetur, pag. 187. num. 19.
Sententia non est mandanda executioni quando fuit nouata, ibid. nu. 20.
Sententia quibus in causis in rem non transeat iudicatam, ibid. nu. 21.
Sententia in via executiua non parat exceptionem rei iudicatæ agenti via ordinaria, pag. 314. num. 4.
Sententia addictionis, quæ partim pro creditore partim aduersus eum lata fuit, an eo appellante ad effectum perduci debet, ibid. nu. 6.
Sententia in causa appellationis vter iudex exequutum, pag. 187. nu. 22.
Sententia diffinitiua quando contra absentem valeat, pag. 184. nu. 5.
Secretum factum de debito, an executionem impediat, pag. 325. nu. 9.
Socius, qui pecuniam in societatem confert aduersus conscientiam agit si ad sui indemnitatem faciat, vt scriptura de mutuo sonet, pag. 107. num. 13.
Septem partitæ iuris opus (quod vulgo partidas appellamus) promulgatum fuit anno Domini 1251. pag. 176. nu. 5.
Scriptura, quam notarius in forma priuata confecit paratam non habet executionem, pag. 221. num. 23.
Simulatus contractus quemadmodum differat à contractu in fraudem facto, pag. 177. nu. 11.
Solutio quando facienda est extra locum creditoris per lapsum diei, non constituitur debitor in mora, nisi eodem loci fuisse creditorem constet, pag. 268. num. 24.
Solutionis verbo satisfactio omnis intelligitur, pag. 307. num. 30.
Solutio quemadmodum probanda sit aduersus instrumentum guarentigium, ibid. n. 32.
Solutionem trium annorum proximorum probans, & anteriorum probasse videtur, pag. 308 num. 33.
Solutio, vt legitimè fiat creditori, procuratorivè eius, aut seruo actori, fieri debet, pag. 325. num. 1.
Solutio rectè fit tutori, aut curatori, illic, numero. 2.
Solutio facta institori, qui publicè creditoris rẽ gerebat tenet, etsi de mandato non constet, eodem loci, num. 3.
Solutio debiti dotalis rectè fit marito, ibidem, num. 4.
Solutio non rectè fit marito ex alia causa, quam dotis, ibid.
Solutio facta filio familias, aut actori quibuscũ contraximus valet illic, nu. 6.
Solutio rectè fit vni ex reis credendi, vel alteri ex socijs, ibid. nu. 7.
Soluens iudici, aut apparatori exequenti liberatur, ibid. nu. 10. pag. 326.

lutio non potest fieri creditori in alio genere pecuniæ, cum sua interest, pag. 327. numero. 20.
Solutio non potest fieri in alio genere pecuniæ, cum in contrahendo expressim dictum est, vt in eodem genere solueretur, ibid.nu.21.
Scholares studio quemadmodum vacare debeãt hortamenta quindecim in epistola de iure discendi ad filios, pag.337.
Stadium constat centum vigintiquinque passibus, pag.171.nu.1.
Stipulationis definitio, ibid.nu.2.
Stipulari hodie alter alteri rectè potest, pag.117. num.27.
Stipulatio contractus specialis est, pag.125. numero. 57.
Schedula delegationis, vulgo, librançe, paratam an habeat executionem, pag.202.nu.19.
Scriptura originalis, quæ dicatur, pag. 220. num. 15.
Solemnitatis leuis omissio non vitiat, pag. 291. num.8.
Spoliatus à iudice causa non cognita ante omnia restituendus est, pag.151.nu.5.
Summarijs iudicijs non admittuntur exceptiones longiorem requirentes indaginem, pag. 149. numero. 25.

T.

TAbellionum creandorum potestas ad supremam Regis maiestatem spectat, pag. 219.num.10.
Tabelliones scribentes per notas, siue non bono papyro, aut attramento animaduertendi sunt, pag.177.num.10.
Tabelliones debent ad verbum omnium partium pacta, & conditiones exprimere, ibid. num.12.
Tabellio recitare tenetur ex scripto conuentiones omnes, ac pacta in præsentia partium, ac testium, pag.178.nu.14.
Tabelliones de numero, qui dicantur, pag.218. num.4.
Tabelliones Regij deficiẽtibus numerarijs possunt illorum vices supplere, ibid.nu.5.
Tabellio de numero, an dicatur quando vnus tãtum est notarius, pag.ibid.nu.7.
Tabellionem, quem esse, quemadmodum probetur, pag.219.nu.11.
Tabellionem publicè munere fungi probare sufficit, ibid.num.12.
Tabellionum materia, vide supra, verbo, Notarius.
Testamentum, & alia quælibet vltima voluntas, etsi iuramento confirmata fuerit reuocari poterit, pag.135.nu.39.
Testamentum solemne paratam habet executionem, pag.208.nu.1.
Testes instrumento interesse, quod necessarium sit, pag.179.num.16.
Testes tres sunt necessarij instrumento excedente libram auri, ibid.nu.17.
Tempus non est spectandum in quo quid acquiritur, sed in quo acquisitionis causa extitit, pag.167.num.8.
Tempus datum ad deliberandum potest iudex restringere, pag.248.nu.6.
Tegulæ, marmora, & columnæ, & cætera, quæ ædibus iuncta sunt ad executionem capi non possunt, pag.276.nu.25.
Taurorum abusus, quem in mulrorum exitium inueterata maiorum inuexit consuetudo exiuilatur, pag.153.nu.2.
Testes in causa executiua examinandi sunt intra decem dies oppositionis, pag.298.n.7.
Testes in causis ordinarijs satis est intra terminum produci, ibid.nu.8.
Testium repulsa non admittitur in causa executiua, pag.300. num.25.
Taliola, seu tessera recognita, paratam habet executionem, pag.202.nu.18.
Tertius possessor præsumitur trahere causam à debitore, pag.258.nu.21.
Tertius possessor dicitur, qui non est hæres, vel successur debitoris ex asse, vel ex parte, pag. 255.num.2.
Tertio possessori satis est suam probare possessionem, nec est necesse titulum ostendere, ibid.num.3.
Tertius oppositor, veniens post sententiam, an audiendus sit, pag.300.nu.24.
Tertius oppositor in causa appellationis executiua, an possit vti exceptionibus reiectis, pag. 312.num.58.
Tertius oppositor, malitioſè veniens, audiri non debet, pag.312.nu.60.
Tertius possessor quando habeat ius offerendi, pag.323.num.18.
Titulus ducatus, comitatus, similiumque dominationum, à solo potest Rege concedi, pag. 148.num.22.
Titulus Ducis, Comitis, aut Marchionis ad successores non transit, sed à Rege solet, & debet impetrari, pag.164.nu.4.
Titulus, quæ in fraudem creditorum est accipiẽdus, quando nulla lite mora in fraudem facta est alienatio, pag.257.nu.19.
Terminus decem dierum in via executiua currit statim à die oppositionis, etsi à iudice non assignetur, pag.297.nu.2.
Termini dies, an computetur in termino, ibid. num.3.
Termini dies, vt non cõputetur in termino moribus

INDEX.

ribus magis increbuit, ibid. num. 4.

Transactio, & compromissum à minore iureiurando confirmata valent, pag. 133. nu. 17.

Transactionem facta inter heredem legitimum, & testamentarium vterque pro rata conueniri debet, pag. 249. nu. 14.

Tutor suspecti accusatus debet lite pẽdente bonorum pupillarium administratione interdici, pag. 163. nu. 2.

Tutor, seu curator magnatum filijs, non nisi cõsulto Rege dari debet, pag. 101. nu. 19.

Tutor agere non potest anteaquam satisfederit inuentariumq; fecerit, pag. 239. n. 12.

Tutor pro debito pupilli detrudi in carcerem, an possit, pag. 252. nu. 1.

Tributorum exactores si negligentes fuerunt de suo dissoluere cognitum, pag. 207. nu. 1.

Tributorum exactio, quæ iure debeantur paratam executionem habet, ibid.

Tributum, quod apud nos appellatur vota Sancti Iacobi, an executionem mereatur, ibidem num. 2.

V.

VEnditio à patre meliorante facta quando irrita sit, pag. 165. nu. 2.

Venditio per testes, de re, & pretio deponentis, sed non de pretio quantitati quomodo sit probanda, pag. 169. nu. 2.

Verbum sum, es, fui, dominium significat, pag. 147. num. 15.

Verbum vulgare coecho, vnde originem traxerit, pag. 186. nu. 17.

Verbum [illegible]d gentile, carta de lasto, vnde originem traxerit, pag. 260. nu. 3.

Verbum, nisi forte quemadmodum accipiendũ sit, pag. 156. nu. 13.

Verba impersonalia non obligant, pag. 200. numero. 5.

Vestes lectum, & cætera supellectilia ad vsum quotidianum capi ad executionem non debent, pag. 275. nu. 18.

Vestes mundusque muliebris vxoris esse præsumuntur, pag. 278. nu. 42.

Veredis, aut peraueredis (vulgo, postas appellamus) iure communi prohibitum est iter facere, pag. 251. nu. 4.

Vocabula non saluant conscientiam, pag. 106. num. 10.

Vocabula noua docendi gratia confingere improbatum non est, pag. 189. num. 3.

Vlna vtriusque brachij intercapedo est, pag. 174 num. 14.

Vnitus non est numerus, sed principium numeri, pag. ibid. pag. 172. nu. 7.

Vniuersitatis res ad executionem quando capi possint, pag. 277. nu. 45.

Viæ publicæ, theatra, aliaque id genus, quæ ad vsum publica necessaria sunt, capi ad executionem pro debito vniuersitatis non possunt, ibid. num. 38.

Viam ordinariam ingresso non est dandus regressus ad viam executiuam, pag. 305. numero. 20.

Viæ executiuæ rigor in tertio quatenus remittendus sit, pag. 300. nu. 23.

Victus victori regulariter in expensis est damnandus, pag. 328. nu. 1.

Vitæ, tam breuis spatio importunum est super vacuis terere tempus, pag. 294. nu. 19.

Vsura est vsus improprius, atque ita dicitur de ijs rebus quibus vti non possumus salua rerum substantia, pag. 103. nu. 1.

Vsutæ crimen locum dumtaxat sortitur in contractibus, quibus mutuum, aut expressim, aut tacitè contrahitur, ibid. nu. 2.

Vsuræ definit, ibidem, num. 3.

Vsura quamobrem locum magis habeat in mutuo, quam in cæteris contractibus, pag. 104. num. 4. & 5.

Vsuræ etymologia, pag. 105. nu. 6.

Vsura in societate quemadmodum contrahatur, cap. 2. per totum, pag. 103.

Vsura est quando conuenit, vt Titius accipiat à me pecuniam in certos annos ea lege, vt mihi quotannis censum pendere debeat, pag. 108. num. 16.

Vsurarios leges punientes, non comprehendunt contractum, qui etsi re vera sit vsurarius, vulgo tamen licitus putabatur, pag. 109. num. 19.

Vsus, seu praxis, qua hodie superiores vtuntur in executione rescindenda, pag. 322. nu. 8.

Vsufructuarius quando teneatur soluere æs alienum defuncti, pag. 252. nu. 6.

Vsufructuarius retinere potest hæreditaria bona, donec restituat sibi æs alienum, quod pro hæreditate soluit, ibid. nu. 8.

Vxori res pro debito mariti capi ad executionẽ non possunt, pag. 278. nu. 42.

FINIS.

IOANNIS YAÑEZ

PARLADORII, IN REGIO VALLISOLETANO PRÆTORIO ADVOCATI, QVOTIDIANARUM differentiarum Sexquicenturia, cui vt commentarius in iustum crescceret volumen, adiectæ sunt eiusdem Authoris quæstiones: duodeuiginti, & epistolæ tres ad filios.

(†)

THOMVS TERTIVS.

NVNC DENVO IN HAC EDITIONE à multis quibus scatebat mendis expurgatum.



Anno 1629.

CVM LICENCIA.

Vallis-Oleti. Apud *Hieronymum Morillo.*
Expensis Antonij Lopez Calderon Bibliopola.

Está à tassado à quatro maravedis el pliego en papel.

IOANNIS VANEZ

PARLADORIL IN

REGIO VALLISOLETANO

PRAETORIO ADVOCATI. QVOTIDIANA-

rum differentiarum Sexquicenturia, cui vt commenta-

rius in iuſum erigeret volumen, adiecta fuit etiã-

dem Authoris quæſtiones duodecim iuris,

& epiſtolæ tres ad rem.

(†)

THOMVS TERTIVS.

NUNC PRIMUM IN HAC EDITIONE

a multis mendis purgatum, & emendatum.



ANNO 1629.

CVM LICENCIA.

Vallis-Oleti. Apud Hieronymum Morillo.

Reperiés Antonij Lopez Calderon Bibliopolæ.

Licencia.

Tiene Licencia Antonio Lopez Calderon, de los señores del Consejo, para imprimir las obras de Iuan Yañez Parladorio, su data en Madrid, à dos dias del mes de Iunio de 1628. años, ante Lazaro de los Rios Escriuano de Camara de su Magestad.

ERRATAS.

IN hoc volumine, inscriptum, *Sex qui centuria Ioannis Yañez Parladorij*, nihil notatu dignum est, quod non correspondeat suo exemplari. Datum in Cœnouio sancti Pauli Vallis-Oleti. Die 10. Mensis Augusti. Anno Domini 1629.

M. Fr. Raphael Sanchez.

APROVACION.

YO *he visto este libro intitulado*, Quotidianarum Differentiarum Sexquicenturia, *Compuesto por el Licenciado Iuan Yañez Parladorio, Abogado de la Real Chancilleria de Valladolid: en el qual con mucha erudicion ha resuelto muchas questiones, muy vtiles, en pratica, y en theorica, comprouandolas, y sacandolas de los Derechos, Canonico, Ciuil, y Real, disputando, y resoluiendo en el muchas cosas de mucha importancia: la qual obra me parece serà de mucho aprouechamiento, y escusarà de mucho trabajo à todos los que tratan de Escuelas, y Abogacia: assi para los modernos, como para los antiguos, porque ay en el muchas, y muy buenas resoluciones en diferentes materias, bien resueltas, y trabajadas. Y assi parece, que siendo V. M. seruido, le podra hazer merced de dar licencia, y priuilegio para que se imprima.*

El Licenciado Berrio.

PROLOGVS.

DIVINVS ille Plato in Sophista scribit, quot-quot errare noluerint, à similitudine summopere cauere debere: egregia, memorabilisquè meherclè sententia, & vt verbo dicam, tali authore, digna: enimvero, vt alibi idem Plato inquit, deceptio non in ijs quæ multum, sed in his quæ parum distant accidere, solet namque perinde, ac non est difficile contraria à contrarijs distinguere, ac separare, (quis enim crudelitatẽ elementiæ, superbiam humanitati, frugalitati luxuriam, continentiam libidini, fortitudinem ignauiæ, contrarias esse non intelligat?) ita eorum quæ sibi inuicem assimilantur, non facilis est discretio, ac disiunctio, ac proinde alia pro alijs accipi sæpe solent. Qua propter cum virtutes in vitiorum confinio positæ sint, vitiaquè virtutis speciem præseferant, hinc fit, vt pro virtutibus vitia non raro consectemur: vitia enim, vt diuus scribit Hieronymus, non decipiunt, nisi sub specie, vmbraquè virtutum, vt ecce, abarus se frugi, crudelis iustum, loquax se eloquentem, audax se fortem, timidus cautum se esse opinatur. Et ne Senecæ authoritatem omittamus, moderatio vocatur ignauia, temeritas sub titulo fortitudinis latet. Merito igitur Cicero similitudinis vim eleuat, ac floccipendet: ipsa vero (inquit) quam nihil ad rem pertinet, quæ vos delectat maximè similitudo. Quid canis non ne similis lupo? simiaque quam simillima nobis? at mores quam in vtroque dispares? Denique hæc Platonis sententia, cum longe lateque patet: tum ad Iurisprudentiæ studiosos, quorum gratia hunc capessimus laborem, egregiè spectat. Planè vt ipse sentio, nulla magis ex re hac in arte fallimur, atque supplantamur, quàm ex verborum, rerumque similitudine. Quæres, vnde tot apud nos opinionum diuersitas? Ex similitudine. Vnde tot apud interpretes concertationes? Ex similitudine. Vnde interdum tot falsæ in iure sententiæ? Ex similitudine. Denique ausim dicere, omnem fermè in Iurisprudentia difficultatem, & errorem ex falsis prouenire similitudinibus, dum mendaci quadam veritatis specie, ac falsa similitudine circumuenti, quod diuersum est, idem esse falso innitamur. His igitur de causis motus, fuit cordi, quæ mea est voluntas, & studium, studiosorum laborem quacumque possim ratione iuuandi, interea dum alia maiora mollimur. (Quamque enimvero, neque hæc parua dicenda sunt, sine quibus ad grauiora non facile patet aditus) nonnullas ad iurisperitorum vsum dispungere, ac explicare differentias: non omnes quidem: nam id infiniti foret operis, sed frequentiores, difficilioresque, quæquè magis ad iuris interpretationem conducere vissæ sunt. Vestrum erit igitur si decipi, fallique nolueritis, vt opus non oscitanter, aut perfunctoriè, sed circunspecto iudicio, præsentique animo perscrutemini. Quod si præstiteritis, & vobis imprimis consuletis, & mihi pergratum feceritis.

In Phœdro.

Ad Lætam

Ad Lucil.

De natur. Deorum.

EPISTO-

EPISTOLÆ TRES
IOANNIS YAÑEZ PARLADORII, IVRISPERITI, DE RATIONE IVRISDICENDI, ET IN IVRE SCRIbendi, ad Ioannem, & Hieronymum filios, quas & vt cæteris prodessent Scholaribus, & Aduocatis, publicas esse voluit.

)(.?.)(

CVM vos, Ioannes, & Hyronyme filij, nuper Salmãticam ad iuris delegauerim studium: atque ne quid vobis desit, præcipua cura sit mihi, paterno item officio conueniens esse putaui, vt quam rationem in eo negotio (seu potius dixerim otium) inire debeatis, vos per literas admonerem, ne alioqui temere procedentes, ego oleum, vos operã (vt est in prouerbio) perdamus. Paucis id tamen simul, vt facilius id percipere possitis, simul ne ad hanc studendi artem, alia quoque arte (vt quidã fecere) opus esse videatur. Hæc vero quæ dixero nauci vobis facienda non esse, vel id satis esse arbitror, à patre esse dicta. Nam amabò, quæ charitas paternam potest vincere charitatem? ecquis pro filio propiscere accuratiùs poterit quàm pater, cuius in filio, tãquam per manus mortalis alioqui ac fragilis perpetuatur cõditio? Quid enim aliud est filius (vt quidã rectè dixit) quàm renascens pater? Sed & illud vobis persuasum esse velim, hæc paterna si amplexamini hortamenta, non leue vobis emãsurum emolumentum. Enimvero quisquis rẽ aliquã gerere rectè cupit, illud in primis summa debet ope niti, vt ante omnia illius rei efficiendæ modum inueſtiget, consilium, ac rationem intelligat, & intellectam ad vnguem obseruet. Sane cuique rei suus inest modus, arsque, cuius momenta si obserues, facillimè ad optatum peruenias euentum: & contra, si negligas, magis distringaris impedimentis. Principio autem illud quanquam notissimum admonuisse oportebit, quod nõ solũ iuris studiosis omnibus, sed cæteris quoque in vniuersum hominibus commune esse debet, vt in primis Deũ reuereamini, ab illiusque præceptis ne transuersum quidem vnguem aberretis. Etenim cum aliàs semper certissimum est, nihil quicquam ingrato Deo rectè expediri posse, vt enim Propheta inquit, imo Deus per Prophetam, *Viæ peccatorum peribunt, confirmat autem iustos Dominus.* Tũ nihil magis verum est, sine diuina ope nullatenus posse nos sapientiæ attingere fastigiũ, id quod à sanctis, & Prophetis aliàs subinde repetitum duobus potissimũ in locis declaratur, vt illud, *Principium sapientiæ timor Dñi*, & illũ alterũ, *In animam malenolam non introhibit sapientia.* Hunc vero Dei timorẽ cõpendiaria illa via assequi nos posse, auctor est Picus Mirandula: si cruentam Christi mortem in patibulo nostri amore perpessam ob oculos versemus semper, ac nostram itidem mortem (quæ tanquam

Primũ Horatium.

Sapient. 1.

fur venit) quotidiè mente pensemus. Porrò quoniam hæc de concionatorum ore quotidiè plenius audietis, ad institutũ pergo. Post hoc igitur illud præcipuum fuerit consilium, vt quoniam iuri operam estis daturi, cogitationes vestras omnes in ipsam collocetis iurisprudentiã, hanc totis viribus amplexemini, in illius depereatis amorem. Hoc apud vos nihil sit quicquam antiquius, nihil amabilius, vobisque subeat in mentem, quam sit ipsa per se iurisprudentia amabilis, pulchra, atque suauis, quæque ipsa vltro multos sui excitare soleat amores: quippe quæ iuris, iustitiæque tramites ipsa moderetur, & regat. iustitiam autẽ reliquas omnes antecellere virtutes palam est, quin ea vna cæteras in se virtutes complectimur omnes, vt Aristoteles auctor est, itemque Cicero. Cogitate etiam inter omnes honestiorem vos viuendi suscepisse rationem, nam vt Pomponius Iurisconsultus inquit. *Ego discendi cupiditate, quam solam viuendi rationem optimam in octauum, & septuagesimum annũ ætatis duxi, memor sum eius sententiæ, quam dixisse ferunt Iulianum: Et si alterum pedẽ in sepulchro laborem, adhuc tamen discere quidem vellem.* Neque mirum, cũ in eam rem naturam ducem nos habere contingat, sicuti enim aues ad volatum, equi ad cursum, ad sæuitiam feræ gignuntur; ita homines ad scientiam, & veritatem indagandam nati sumus. Sed & hunc studij laborem (si discendi studium labor est, non voluptas) leuiorem fecerit, si subeat in mentem quanta vos maneant emolumẽta; si voti compotes (vt est sperandum) euaseritis, inter omnes enim artes hæc vna maximos solet, & honoris, & pecuniæ fructus parere. Cernere est quotidie plebeiorum, atque adeò rusticorum filios propter literarum peritiam, morumque probitatem in maximos euectos honores, alios magistratuum præfulgere dignitatibus, nouosque exinde homines fieri. Quid ergo de his qui nobili, atque honesto loco nati sunt sperandum est, si vt par est, virtutis, ac doctrinæ paria fecerint munia? Si ergo vos tanta expectant præmia, iam validis incumbite remis.

a. Hortamentum.

L. apud Iulianum, ff. de fideicõ. liberta.

Fortiaquè aduersis opponite pectora rebus.

3. Hortamentum.

Tertium illud erit consilium, vt præceptores eruditissimos omnium quos ista amplissima retulit Academia (fert autem per multos) vobis audiendis deligatis, neque enim fieri potest, vt quemquam rectè erudiat, qui sit ipse ineruditus, stultissimumque est (vt Plinius Iunior scribit) non optima quæque ad imitandum proponere. etenim vt demus eruditos esse omnes, attamen alium alij præstare, vel iuris scientia, vel docendi dexteritate, si quis est qui ambigat, ipse sibi non mediocriter imponet. Planè velut in agris, æquè & in præceptoribus, alius alio maiores solet fructus afferre, *Dij immortales (vt Comicus) homo homini quid distat? stulto intelligens quid inter est?* Enim vero sunt quidam præceptores ita elingues, vt quæ sentiunt satis explicare non valeant; sunt quidam ita obscuri ingenij, vt vel ipsi se satis non intestigant, nedum queant dare intelligere alijs quæ didicerint: sunt alij qui nihil ad se interesse putantes, quæ potius discipulis tradant, omnia, vt se se offerunt, sine delectu effundunt, tenera adolescentum ingenia multis inutilibus

præ-

prægrauantes. Sunt qui dummodo cathedræ muneri inseruiant, discipulorum profectus susque, deque ferunt, itaque superuacuis allegationibus & inutilibus quæstiunculis tempus terentes (cuius maximam constat esse iacturam) discipulorum progressus miserè remorantur. Scitote vos igitur optimos diligere præceptores, vestrisquè potius quam alienis discite inseruire commodis: atque omnino hæc prima fundamenta tanto operi, quàm firmissima iacere curate: vix enim dici potest quantum momenti, in his primis positum sit rudimentis: vt enim in ædificijs, sic etiam in discendo præcipua, imò tota operis firmitas ex cæmentis, fundamentisquè constat: atque vt in cardine ianua, sic in primis rudimentis tota profectus vniuersi consistit ratio. Præceptorem igitur, quem optimum iudicaueritis audientes, non attenti modo, sed etiam auidi auscultate, illius vultum non oscitantes, aut resupini (vel vt quidam solent laquearia spectando, tregulasvè numerando, vel cum condiscipulis confabulando) sed maximè intenti intuemini, & quæ dictauerit ille omnino calere curate. Intellecta vero calamo excipite, domi relegenda postea, rem seriam, non aniles fabulas tractari putate, & quæ non perfunctoriè, sed toto mentis tractanda sint acumine. Sed neque vos fortassis intentionem remittere faciat vna quædam persuasio, quam protervè nonnulli sibi præsumunt, floccipendentes ea, quæ præceptores tradunt, quasi se ea, & fortassis maiora reperturos esse putent in auctorum commentarijs, qui tot, tantique sunt: quæ quidem fallacia aliquorum adolescentum nimium credulorum profectus impedire sæpè solet. Etenim præceptor ille (fueritis modo, qui esse debet, probus, & doctus, officijquè solers) non ignarus, quid discipulorum conueniat ingemo, quantumquè quisque ferre valeat, recisis illis commentariorum prælongis quæstionibus, ea tantum in medium affert, quæ discipulorum ingenium illustrare valeant, non obruere. Atque verum à falso, vtile ab inutili secernens paucis afferet, quæ ipse interim multo tempore, & labore decerpere insudarat, itaque sicuti agricola grana ex paleis, aurarius faber ex aurifodinarum fæce aurum expurgat, ita prudens ille magister vtilia ex inutilibus, optima ex superuacuis expunget, quæ luculenter postea suis dictet discipulis. Accedit ad hæc, quod teste Hieronymo, atque Plinio Iuniori, *Habet nescio quid latentis energiæ viuæ vocis actus, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortiùs sonat.* Nam licet acriora sint quæ legas, altius tamen insident animo quæ pronunciatio, vultus, grauitus, hestus etiam dicentis affligit. Illud etiam ad rem conduxerit, vt textum (vt intelligar, non grauabor vulgari verbo vti) à professore interpretandum antea quã scholas eatis, domi prius perlegatis, vt illius speciem, seù casum possitis apprime intellectum ad præceptorem afferre, alioqui fiet, vt non facile percipiatis ea quæ ad illius interpretationem â præceptore dicentur. Habetis quemadmodum apud scholas vos habere debeatis, nunc quæ domi obseruare vos velim habetote.

4. Hortamentum.

5. Hortamentum.

Domi igitur statis horis cubiculo clauso, ita vt si fieri possit, nihil sit, quod vos ab studij attentione auocare possit (exigunt enim quam altissimum silentium studia) sumpto in manibus textu cui vacandum est, eum ante omnia, terquè, quaterquè legitote: deindè prin-

6. Hortamentum.

cipalem conclusionem ad titulum pertinentem ex eo colligite; mox rationem dubitandi â magistro traditam expendite, vel non traditam à vobis exposcite: tum verba textus relegite, singula quæque verba ponderando, & quid sibi velint inquirendo: post hæc glossas discutite, earumque allegationes, postremo schedia vestra explicate, & conclusiones à præceptore dictatas dispicite, ac textus, glossasque in illarum comprobationem citatas, saltem præcipuas inuestigate, neque antea ab illis discesseritis, quam illarum percepisse intellectum intellexeritis. Enim vero bene studendi summa hæc est, vt quicquid legerimus, cum iudicio legamus, non perfunctoriè, sicuti enim cibi, nisi probè stomacho digerantur, proficere valetudini non possunt, ita quæ legimus, prodesse ad doctrinam minus valent, nisi ea ad vnguem examinemus, & vndique caleamus. Quod si omnibus prælectionibus quas audieritis, parem impartiri operam nequiueritis, dolendum non est: melius est enim paucis incumbendo prouentum aliquem ferre, quam multis perfunctoriè vocando, cyparisi, vt est in prouerbio, fructus colligere. Quod enim de ratione scribendi Quintilianus monet, idem, & nos hic de ratione iuris discendi admonere possumus, *Bene scribendo, inquit, fit vt velociter scribamus, velociter autem scribendo, non fit vt bene.* Si quid verò interdùm, vt fieri assolet, inciderit, quod vestri ingenij captum superet, peritiores consulite, nec pudor obstet: solent enim quandoque, & Doctores ipsos eæ iuris difficultates offendere. Postquam vero studij cogitationi satis impendisse iudicaueritis, surgite à libris, atque deambulando, ea quæ studio consequuti estis, memoriæ mandate: non omnia quidem, & ad verbum, sed præcipua, & in summam repetita: memoria enim cum omnis disciplina constat, proindè sapientiæ thesaurus appellatur, tum præcipuè ciuilis hæc scientia quippè, quæ tam ampla sit, totque est legum, & auctorem voluminibus referta, frustra vero docemur, frustra lucubramus, si quicquid audiuimus, aut legimus, statim præterfluat: quapropter non modo singulis diebus, sed etiam singulis hebdomadibus (si iustos quidem studij fructus percipere desideratis) id faciendum puto, id est, vt in vltima quaquè hebdomada, quæ per eam totam didiceritis ad memoriam summatim reuocetis; fecere hoc Pythagoras, illiusque discipuli, qui vt Cato apud Ciceronem de senectute, ait, exercendæ memoriæ causa, quid quoque die dixerant, audierant, aut egerant, vesperi commemorabant: idem solitus est facere sapientissimus ille Seneca: vndè in tantam memoriæ fœlicitatem euasit, vt literis sit proditum, duo eum hominum millia quo erant ordine dicta solitum esse referre, & ducentos amplius versus semel auditos ab vltimo tecitasse ad primum, vt ipse de se refert, & auctores grauissimi tradunt, & in his illius æmulus Fab. Quintilianus. At magna dixeritis hæc ingeniorum fuerit cruciatio. Sanè sapientiam sicuti cæteras artes, sine labore consequi non possumus: nihil enim magnum, sine labore natura dedit hominibus, intermittere vero id sine quo reliquus omnis labor inanis futurus sit, summæ negligentiæ iudico: quamquam neque hic magnus labor quidem erit, imò si assuescatis, consuetudine fiet, aut nullus, aut leuis. Porrò si principio ea quæ edidiceretis

7. Hortamentum.

retis non satis hæserint, non continuò desperandum est, sed tanto magis memoriæ incumbendum: sit enim quamuis ipsa fragilis, attamen excolendo, sicuti alia omnia, augetur, nihilque æquè est, quod vel augeatur cura, vel negligentia intercidat. Quocirca si iuri operam dantes, tam lente proficimus, nihil (mea sententia) tam est causa, quàm quòd memoriam negligimus, & tanquam si futilis res esset, flocci pendimus. Cum iam (si Diuis placet) tam ineptum (ne dicam peruersum, & exitiale) sibi elogium persuaserint aliqui dicentes; satis esse iuris studiosos legere, & obliuisci. Ecquid, quæso, scholarium profectui magis potest esse aduersum? quorsum cedo dies noctesque maceramur, si eorum quæ semel audiuimus, ac legimus, omnino immemores, tanquam noua, & inaudita ex integro discere debeamus? ne patum more semper retrogradientes, vel lincium, priorum nunquam reminiscentes, sanè qui hoc præcipiunt, tale mihi præcipere videntur, quale foret, si nummos multa opera, & industria paratos non arcæ, vel crumenæ, sed pertuso sacculo committendos esse putarent: quo quid delirius dici potest, aut amentius? Credite ergò (o filij) paternis credite monitis, atque si integros in iurisprudentia fructus facere vultis, memoriam sedulò exercetote: nihil legeritis, nihil audieritis, quod non memoriæ tanquam fideli sequestro commendetis. Etenim tãtum huic tribuo patri, vt consilium putem, ex lucubrationibus ipsis non nihil temporis subtrahere, quod memoriæ impartiatur: nec mirum quando ea omissa reliquus, omnis labor in irritum sit casurus. Iuris quoque regulas, atque leges aliquas conscissas memoriæ tradere, & conuenire, & vtile esse iudico, præcipua quoque literis, seù schedijs mandare oportebit, vt si quæ memoria exciderint, restituat papyrus, sic enim & Plinius auunculus, vt illius ex sorore nepos refert, nihil legebat, nihil audiebat, quod notatu dignum esset, quod calamo non excerperet. Huic vero curæ alia quoque, leuior illa quidem, sed non inutilior succedit, ea est exercitatio, cuius maxima sunt momenta, etenim perindè, ac cote ferrum, æquè, & exercitatione acuitur ingenium. Conflictatio enim illa, & tanquam palæstra ingeniorum, neruos animi, tum ostendit, tum excitatrum adauget. Hæc enim partim laude, partim ambitione, nos excitat: turpe enim ducimus cedere pari, honestum vero superasse maiores, & licet ipsa vitium sit ambitio: plerunque tamen virtutis causa est, memoriamque deindè non mediocriter adiuuat: tenacius enim hærent, quæ vltro citroque iacta tanquam exercitationis malleo memoriæ infiguntur. Quamobrem rectè dictum est à Cicerone. *Sine arte, & sine exercitatione ars nulla percipi potest*: quantum vero momenti in exercitatione positum sit, satis maiorum declarant exempla, qui tametsi genere, honoribus, ac eruditione longè præstarent, hanc tamen partem non contempserunt vnquam: legitote Plinij Iunioris epistolas, atque comperietis virum consularem, aliosque paris conditionis, quot modis in eruditionis vsum se exercuerunt. Velim ergò, vt quæ legeritis, & audieritis, cum sodalibus pertractetis, & quæ dixeritis defendite, quæ vero ab illis dicentur, aut confirmate, aut refellite, ita enim non leue ad studium operæpretium feceritis, & plane tantum momenti hac in re positum reor, vt magnopere conuenire putarem, in vnoquoque contubernio

13. Hortamentum.

14. Hortamentum.

nio tanquam instituto præscriberetur, vt profestis, feriatisquè diebus singulis sodales in vices prælectionem (vel ex ijs quæ à præceptoribus, vel per se percepissent) in coronam facerent, proposito ad eam rem propugnatore quem impetant cæteri, ipse illorum iacula, seù argumenta propellat. Id quod Salmanticæ me puero factitatum scio apud Doctorem quendam, honestum sanè virum, & doctum, erat is Didacus Perez (cuius ad leges Regias commentaria extant, quem honoris causa nomino) qui vt de iuris studiosis bene mereretur, & domum, & auctoritatem suam mihi, & alijs bonæ indolis adolescentibus ad eam rem accommodabat. Commodius autem hæc, vt fiant, ac ne quis vestram bene institutam indolem euiret, moneo, rogoquè, quin potius iubeo, præcipioquè, vt peruersorum adolescentum contubernia, ac conuictum declinetis omnino, diuinè enim diuina loquitur scriptura, *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris*, magnum est adolescentiæ lubricum, experientiaque satis est compertum, frugi alioqui adolescentes prauorum sodalium consuetudine deprauatos, perditum ijsse. In actibus quoque publicis cum per tempus licebit, si interfueritis, pergratum mihi feceritis: hinc enim, & dicentium erudimini documentis, & ambitionis stimulis ad simile faciendum accendemini. Futurus siquidem iurisperitus, qui in maxima celebritate, & in media republica videndus est, assuescat oportet à tenero, non reformidare homines, neque illa solitaria, & vmbratili pallescere vita. Excitanda est enim mens, & altius attollenda, & quicquid ad hanc quam quærimus scientiam prodesse potest, non negligendum. Atque vt exponamus, quemadmodum quod restat temporis expendere debeatis, de mane studere vtilissimum est: aurora enim est gratissima musis, tunc enim, & temporis ratio, & corporis qualitas videtur ad studium inuitare, maximè cum est minimum vaporis in cerebro, peracta concoctione illa vaporaria, ac ita vt audio, exteri scholares sub gallicinium ad studendum surgunt, tunc enim tranquillissimum est tempus, cum quiescunt, & silent omnia. Apud nos prima nocte, seù conticinnio lucubrare moris est; estquè id quoque optimum secreti genus, quoties ad id integri refectiquè venimus, sed silentium, & liber vndiquè animus, vt sunt optanda, ita non possunt semper contingere, itaquè non statim si quid obstrepat, abijciendi erunt codices, & deploranda lucubratio, verum incommodis repugnandum, & hic faciendus vsus, vt omnia quæ impediunt vincat intentio, quam si tota mente in opus ipsum direxeritis, nihil eorum quæ oculis, vel auribus incursant perueniet ad animum. Non est enim indulgendum causis desidiæ, nam si non nisi refecti, non nisi hilares, non nisi omnibus curis vacui studendum putauerimus, semper erit propter quod nobis ignoscamus. Opportunitatem ergo temporis quærite, intempestiua enim studia, veluti quæ continuò post prandium, aut cœnam fiunt, solent, & ingenium extinguere, & valetudinem maximopere offendere, sed & immodicas debetis euitare locubrationes, & tandiù studijs indurandum, quandiu vos laboris fructum non perdere intellexeritis, obstat enim discendi diligentiæ fatigatio: pro inassidua studia potius quam immodica longè vtiliora fuerint, contentione enim immodi-

10. Hortamentum.

11. Hortamentum.

ca obruuntur nonnunquam discentium ingenia: assiduitas vero, & mediocritate sua perdurat, & quotidianis incrementis maiorem opinionis aceruum cumulat. Satietate vero cùm omnibus in rebus, tũ in literis, nihil est periculosius, sapienter Horatius.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos vltra, citraque, nequit consistere rectum.

Laxanda est igitur aliquoties literarum illa contentio, & refocillandus animus, intermiscendi lusus, sed liberales, sed literis digni, & ab illis non nimis abhorrentes: imò medijs ipsis studijs perpetua quædam voluptas est intermiscenda, vt ludum potius discendi, quam laborem existimemus: nihil enim per diû ferri potest, quod non agentem aliqua remoretur voluptas. Cibi non quantum libidini, sed quantum valetudini satis erit, sumite: est enim discentibus bona valetudo, quæque eam præstat frugalitas maximè necessaria. Pransi, aut deambulate, aut hilares confabulamini, sub somnum exquisiti quippeam aut dignum memoria legitote, de eo cogitantes sopor opprimat, id experrecti à vobis ipsis reposcite: sicuti se factitasse prudentissimus ipse refert Seneca. Illud quoque admonuisse oportebit in studẽdo, ita vel vniuersalibus præceptis, puta regulis, vacare debere, vt particularia, seu singularia non negligatis, & è contrario, ita particularium curam habendam vobis esse, vt vniuersalia non flocci pendatis, tum enim plenum literarum facietis operæ pretium, si ex æquo vtrisque parem impenderitis operam, sed neque vos ab studij ardore refrigerare debebit, quod leges & textus, quæstionesque, quibus operam datis, nunquam vobis in vsum futuras putetis, quasi videantur ab vsu, foroque remotæ, quod iuuenibus rerum adhuc expertibus videri forsan poterit: illud enim vobis in animum inducite, nihil esse quicquam in iure quod ad vsum causidici, seu iurisperiti non conducat, quodque vel ad rem ipsam, si non ad rem ipsam, at in exemplum, si non in exemplum, saltem in argumentum trahi valeat. De libris quæri solet, an pluribus, vti scholaribus conueniat, & alijs aliud p'a et: mea hæc est sententia, vt à principio textus, seu codices omnes archetypos, tam iuris ciuilis, quam pontificij, habere conueniat, neque hos tantum, sed etiam Regios habuisse non leue operæ pretium iudico: etenim vniuersæ nostræ professionis hoc est fundamentum, hæc tota est materia, materiam vero si tollas, quemadmodum rogo fieri poterit opus? Etenim perinde, ac artifices, nisi omnia ad opus necessaria habeant ferramenta, iustam præstare non poterunt operam: non aliter scholares, nisi omnes archetypos habeant libros, plenos non possunt studij fructus facere, & hoc quidem a principio: post biennium autem, aut triennium Bartolum his adiungere, aut Panormitanum, & moris est, & conuenit. Illud hic quoque vos quæsituros esse puto, vtrum huic ciuili scientiæ aliarum disciplinarum studium adiungere conueniat: puta philosophiæ, cosmographiæ, Græcarum literarum, aut musices? Et non deerunt quidam crassi & bonarum literarum exosores, nos amusos (Græci misocalos appellant) qui id dire execrentur: quasi iuris studium ita operosum sit, & latum, vt totum exigat hominem, nihilque alteri relinquat

13. Hortamentum.

14. Hortamentum.

15. Hortamentum.

disci-

disciplinæ temporis : sed tota errant via: etenim tantum abest, vt hæ disciplinæ iurisprudentiæ officiant studio, vt è contrario per multum ei, & decoris accumulent, & ornamenti: ciuilis enim hæc scientia adeo latè patet, vt nulla ferè sit disciplina cum qua commune nonnihil habeat: quippe, quæ de omnibus in vniuerso orbe contingentibus causis, & negotijs cognoscat, & iudicet. Adde, quod si vni tantum iurisprudentiæ scholaris intendat studio, non potest non tædium contrahere, difficile enim est in vno semper perseuerare labore: varietate igitur reficietur, & recreabitur: studij enim satietas vicibus leuatur : quanuis enim multa egerimus, quodammodo tamen recentes sumus ad id quod incipimus. Sed neque ego vos, ita consumi in cæteris disciplinis volo, vt iuris sit studium deserendum, sed huius principaliter curam habendo, cætera corollarij vice admisceatis: & tempora quæ spectaculis campi, tesseris, otioso isque sermonibus, ne dicam somno, conterenda sunt, alijs impendatis disciplinis, quantum plus ex istis habituri delectationis, quàm ex illis ineruditis voluptatibus, dedit enim prouidentia hoc munus hominibus, vt honesta magis iuuarent. Nequaquam igitur putetis vos, continuò cunctam iuris scientiæ iacturam facere, si cæteris studijs aliqua temporum velut subsidia impertieritis: non enim inuida nostra est iurisprudentia, vt cæteris disciplinis locum relinquat nullum, nisi fo. tè Alciatos, Tiraquellos, Zasios, Corrasios, cæterosque id genus auctores, non ideo iurisprudentissimos existimamus, quia fuerint ij Græcè, Latinè, omnisque eruditionis vndequaque præditi, quin & ipsos Bartolos, Baldosque, non sola iuris scientia eruditos fecit: cum videamus eos & Logicis, & Philosophicis epicherimasin, eudocumentis nonnumquam, & Theologicis suos commentarios exornantes. Nequaquam igitur patrocinia segnitię prætexamus: longa est enim quæ discit ætas, quantum humani ingenij natura valeat animi pensemus, magnos illos viros assequi, vel certè imitari conemur, quod cur desperemus, illis enim inuenienda fuere, quæ legimus, nobis cognoscenda sunt, tot nos præceptoribus, tot exemplis instruxit antiquitas, vt possit videri nulla forte nascendi ætas fœlicior esse, quam nostra, cui docendæ priores laborauerunt. Nitimini igitur filij, vt Quintilianus monet, semper ad summa, quod facientes, aut euademus, inquit, in summum, aut certè multos infra nos videbimus. Atque, vt finiam, hæc paterna monita in animo semper habere curate, nam si vos pari cura susceperitis, ac ego scribere curaui certus sum, nec me monuisse, neque vos paruisse pœnituerit. Opto vt in Christo valeatis, & præceptorum meorum ne obliuiscamini.

Legito Bartol in tra. de insula, & competies, vt Geometriæ calluerit documẽta. legito eundem in tract. teũimoniorum & Bald. in leg. ex persona, C. de prob. & cõperies quẽadmodum Logicos tropos, & Prædicamẽta calluerint.

EPI-

EPISTOLA II.

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII IN REGIO VALLESOLETANO PRÆTORIO ADVOCATI, de ratione in iure scribendi, Epistola secunda ad filios.

QVANQVAM scriptorũ qui iuri elucidãdo dederũt operã, librorũ aceruus adeo auctus sit, vt iã põdere ipso prægrauetur opus, & velut molestia fatiscat, idcirco què nõnulli nouos auctores fastidiant, potiusque ad Iustiniani exẽplũ veteres resecandos esse putent: porrô potior est illorũ magisque probanda sentẽtia, qui istorũ recentiorũ gratissimam fore operam existimant: etenim, vt sapienter sapientissimus inquit Seneca: *Multũ adhùc restat operis, multũque restabit, neque vlli nato post mille sæcula præclud etur occasio aliquid adhuc adijciendi.* Hoc autem cum alias semper verum sit, tùm in Iurisprudentiæ studio multo magis, vt eueniat necesse est, cum apud omnes nationes, atque in nostra item Hispania magna ex veteri iure immutatio facta sit: noua igitur succedente materia, certum est nouis auctoribus opus esse. Verissimum est igitur hodie, si aliquando, quod Pomponius Iurisc. sultus scriptum reliquit, stare ius non posse; nisi sit aliquis iurisperitus per quem possit quotidie in melius produci. Cum autem tam multi per varia sæcula fuerint interpretes, qui suis scripturis ius magnopere illustrauerint, nullus tamen adhoc vsque œui extitit (quem egô sanè sciam) qui rationem quam sequutus fuerit; quamque in scribẽdo cæteri sequi debeant, tradiderit, qua de causa (quamque ex alijs forsan melius eius rei capi posset exemplum) placuit tamen (filij mihi charissimi) paulisper de ea re ad vos verba facere, vt si Deo fauente, & scribendi copia, & animis vobis assuerit, paternum habeatis exemplum, quod sequamini: cum patre enim, vt communia haberetis omnia natura vos participes effecit. Cum autem ad vos hæc mandare priuatim, & haud in vulgus prodenda statuissem, pinguiagere minerua decreui, & breui transire manu. Principio autem is qui animum ad scribendum appulit, illud in primis in mentem reuocare debet, quod ille hominum, seu censorum subire debeat iudicium, eorumquè (quæ hominum est conditio ad malum procliuis) magna ex parte criticorum, Zoilorumve, qui nihil æquè in alienis legendis monumentis curent, quam vt aliquid venentur, quod canino dente mordeant, quod adunco naso subsannent: vnde factum est, vt nullus adhuc extiterit, vel præstantissimus auctor, qui ab alio insimulatus non fuerit. Platonem, diuinum penè virum, & præceptorem suum magnopere colendum, non raro reprehendit Aristoteles: Aristolem taxat idemtidem Galenus: Homerum arguit Aristractus: Demosthenem Cicero;

Epistol. 65. ad Lucilũ.

L. 2. ff. de origine iuris.

Primum documentum.

cero, Ciceronem Valcacius,& Asenius: atque vt de nostris quoque dicamus scriptoribus, Iurisconsultissimũ Papinianũ insimulant, Vlpianus, Paulus,& Marcianus, etiam peculiaribus in eum de notis editis voluminibus. Accursius carpitur à Bartulo, Bartulo obloquitur Baldus, Baldo, Salicetus,& ne catalogum intexam, nullus adhuc repertus est auctor, cui inuidiæ liuor pepercerit. Difficile est igitur, vt D. scribit Hieronymus, vt iudex sedeam ipse aliorum, à cæteris omnibus iudicandos: proinde Nepotianum consulto ipse monet, ne ad scribendum cito prosiliat, sed multo tempore discat, quod doceat. Doctissimus sit itaque oportet, qui hanc scribendi difficilem capessere prouinciam velit, ne alioqui in scenam indecorè prodiens ridiculus fiat: cæterum si vires suppetant, deterreri non debemus, sed audendum est potius; alioqui timiditatis merito arguere-

Bartol. in tract. Tyberiadis

mur à Deo, sicuti per quietem contigisse sibi enarrat Bartolus noster, dũ hominum fugillationes timens fluctuat, an Tyberiadis aggrediatur tractatum. Res est enim hæc magna,& publica, priuarique emolumenti plena: nam sicuti Plinius Iunior scribit, *Beati censendi sunt illi, quibus Deorũ munere datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda: beatissimi vero quibus vtrumque.* At vt Comicus inquit, *Non fit sine periculo factum magnum, aut memorabile.* Quid? quod inuidorum susurratio quandoque ipsismet magis solet officere quam alijs; neque enim illustribus illis viris quos modo recensui, quicquam attulit detrimenti, neque vlli bono auctori poterit afferre: magni enim vbique virtus æstimatur, veritasque omnia vincit. neque desunt (vt in me expertus sum sæpè sæpius) viri probi,& eruditi, qui eam pro merito defendant, iamque Deus ipse omnis boni operis autor, &fautor scriptoribus adest, quippe cum ab eo dictum sit, *Ego ero in ore vestro,& dabo vobis sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri.* Putemus igitur, inuidos istos quos bipedes asellos diuus appellat Hieronymus, ranas esse quoaxantes, vel canes latrantes,& bonorum opinio plus apud nos valeat, quam istorum proteruia. Alterum est

2. Documẽtum.

documentum D. Hieronimi ad Marcellinum, dicentis, otio multo,& securitate, multaque librorum capia opus esse ei, qui aliquid in publicum edere destinauerit. Quod hodie, si quando vnquam, verum magis est, cum tot librorum voluminibus iam totus scateat mundus, vt Alexandrinam, si ne dubio vincat Bibliothecam: atque multo igitur otio legi, nedum intelligi possunt, non dico omnes, quod impossibile est, sed neque minor quidem pars eorum, quamquam si tempus perdere noluerimus, tempus adhuc non deerit: etenim, vt rectè Fabius scribit Quintilianus, *Breui nobis tempus nos fecimus, quantulum enim studijs impartimur, alias horas vanus salutandi labor, datum fabulis otium, alias spectacula, alias conuiuia trahunt; adijce tot genera ludendi,& insanam corporis curam, quæ si omnia studijs impedirentur, iam nobis longa ætas,& abunde satis ad discendum,& scribendum videretur.* Quin librorum copia, si sedulam nauare operam velimus, non tam nobis impedimento erit, quam adiumento: quando priscí illis viris inueniendi labor fuit, nobis tantum cognoscendi ipsi itaque la-

Documẽtũ 3. rium.

borauerunt,& nos in labores eorum introhibimus. Neque minus illud erit consilium, quod à prudentissimo traditur Seneca, vt fertilem eligamus materiam, quæque incitet: id quod antea Horatius monuit: *Sumite*

materiam

mat eriam vestris, qui scribitis, æquam Viribus. Inutiles ergò quæstiones, quæ cocrodilinæ à Rhetoribus dicuntur, assumere non debemus: qualis illa est de donatione â Constantino Ecclesiæ facta: & illa altera de Lazari testamento, aliæquè permultæ illius modi, quæ à Doctoribus multis verbis, sed nullo fructu disputari solent. Nam ad ea potius (vt monet Iurisconsultus) nos aptare debemus, quæ frequenter contingunt: quæ enim semel, aut bis accidunt, contemnunt legislatores. Rectè Plinius Iunior: Quis tam patiens, qui velit discere, quod in vsu non sit habiturus? Denique cum in hoc tam vasto, & spatioso iuris campo, tam diuites passim sese offerant materiæ, in quibus acuminis nostri facere periculum valeamus, otiosum nimis (ne ineptum dicam) existimo, ad eas futiles, & nihil fructus allaturas quæstiones ingenium demittere, tempusque terere, rem alioqui valde pretiosam: proindè rideo quæstionem illam cuiusdam Theologi, alioqui eruditi, quærentis in libro à se edito: an si Adam non peccasset, belluæ simul moraturæ essent, cum hominibus in paradiso; digna quidem quæstio belluis, non hominibus, nedum viro Theologo, eoquè præstantissimo. In componendo autem scribens diligentissimus esse debet, multumque in rebus eligendis ponere debet, & iudicij, & operæ, si modo quid laude, & gloria dignum efficere velit: nihil enim rerum ipsa natura magnum voluit effici cito, præposuitque pulcherrimo cuiquè operi dificultatem, quæ nascendi hanc quoque fecit legem, vt maiora animalia diutiùs visceribus parentum continerentur, vt in elephanto cernere est, cuius partus non nisi toto biennio maturescit, auctore Plinio: erras, si putas, tute resupinum, aut accliuem parieti magnum posse edere opus: enitendum est enim, & non oscitandum, si legitimum velimus edere partum: id quod satis indicat Horatius, dum ait:

Documentū quartū.

Abstinuit Venere,
Et vino, sudauit, & alsit, qui Pythia cantat.

Quanquam neque tam anxiè indurandum est, vt nunquam nobis placeamus, prout Quintilianus monet; solet enim id quoque (vt Plinius maior scribit) & ingenio officere, & operi; quia nimirum in omnibus rebus modus est tenendus. Sit igitur, vt Quintilianus ipse præcipit, tardus, dum diligens stylus: quæramus optima, neque protinus se offerentibus gaudeamus, adhibeatur iudicium inuentis, dispositio probatis: primum enim illud curandum est, vt quam optime scribamus, celeritatem dabit consuetudo, cito enim scribendo, non fit, vt bene scribatur, bene scribendo fit, vt cito. A principio igitur curam omnem adhibere debemus, & iudicium, atque omnem (vt dictat dicterium) moueri lapidem oportet, & ita opus ducere, vt cælandum posteà sit; non ex integro fabricandum. Magno itaq; labore opus est, si magnum aliquid efficere voluerimus: de quo stat Euripidis egregium apothegma. Quærebatur is apud Alcestidem tragœdiarum scriptorem, vt Valerius referet, quod summo tridui labore non potuisset, nisi tres tantum versus absoluere: cumque contrario Alcestides gloriaretur, perfacile eum cētum absoluisse vno die, facete illum illusit Euripides. At tui, inquiens, ad triduum tantummodo: mei in omne æuum sint duraturi. Extant, & illa cuiusdam elegantia, Carmina.

Alta

Alta Cleoneo quærenda est fama labore,
Non venit è molli gloria magna toro.

Quanquam, & in hoc labore suscipiendo, vt antea admonimus, modus adhibere debet · omnia enim cum in Protogene laudasset Apelles, illud tantum fuit, quod taxaret, quod manum de tabula tollere nesciret, memorabili ostendens præcepto, nocere interdum nimiam diligentiam. Melius fuerit igitur pauca doctè componere, quam multa temerè effundere, sic enim vos existimare velim, non chartarum multitudine, sed virtute, & ingenio auctorum æstimari opera. Quid multis? an non paruo volumine Terentius, atque item Salustius, alijque non pauci immortalem sibi gloriam compararunt? an non Horacium breuissimæ chartæ clarum fecerunt? Persium breuiores? Praxetiles quoque pictor, vt Plinius refert, vnam duntaxat marmoris effigie nobilitatus est apud suos. Illud præterea summopere cauere debet scribens, vt ab argumento, seu materia, quam tractandam peculiariter suscepit, aliquo modo non diuertat, ad extranea se conferens, itaquè quæ ad rem confirmandam attulerit: quanta maxima fieri possit breuitate perstringat, eatenusquè prosequatur, quatenus ad rem dilucidandam satis erit: non enim vt Seneca inquit, multis opus est, sed efficacibus, ne alioqui eueniat quod Cleomenes Lacedemonius Samiorum legatis prolixe orantibus respondit: Quæ primo loco quidem dixistis, non memini, & obid ne media vtiquè intelligo: quemadmodum igitur, quæ postrema omnium dixistis, probare potero? Noster igitur auctor, si probari à me velit, breuis esse laboret, dum tamen obscurus non fiat, & afferens ea tantum, quæ ad rem elucidandam magis attinere videbuntur, omittat superuacua, quo maximè vitio nostros laborare video. Iam ergò in auctoribus citandis parcus, vt ille sit oportet: veritas enim (auctore Quintiliano) patet ipsa per se, neque multis testibus indiget: satis erit igitur textu, aut glossa, aliovè opinionis auctore citato, tres, aut ad summum quatuor interpretes in eandem allegare sententiam, allegationum enim turba, qua maxime nostri luxuriari solent, ostentationis gratia, mihi nullo probatur modo, sed nec Panormitano, neque cæteris viris, qui modo docti sunt, & nasciti, nihil enim aliud commodi asportari videtur, quam vt lectorem obtundat, & styli fluxum interrumpat, & quorsum quæso attinet in tanta temporis egestate superuacuis vti? Neque facile vtique dixerim, vtrum magis culpandi sint, ij qui nimia breuitate aridi sunt, an ij qui nimia copia redundant, & velut vites nimia luxuriantes vbertate fronde, magis vernant quam fructu: id quod (vt cætera taceam) videre licet in eruditissimo Tiraquello, omnis doctrinæ, & eruditionis seminario, qui in tractatu de nobilitate extra chorum saltans, vt nimirum suam ostentet literaturam, tot chartas, tot phyluras consumit in re medica, atque item in legibus connubialibus, vt medicis potius videatur scribere, quam nobis: quid enim illud ad nos pertinet, aut quam communionem habet Iupiter, cum AEsculapio? aut Papinianus, cum Hippocrate? Merito igitur nostros carpit scriptores Alphonsus de Castro Theologus, quoniam in rebus triuialibus, & per se notis, non desinant quam plures allegare leges, & auctores, & tempus inanibus auctoritatibus perdere, itaque neque opus est, neque expe-

dit

dit quidem omnia quæ occurrunt in materiam proferre: omittenda sunt etenim nota,& quæ ita plana sunt,vt lectoris iudicio facilè percipi queãt aut certe summis labijs deguſtanda,alioqui fiet,vt quæ optima sunt, minutarum rerum vilitate sordescant. Haud tamen adeo breuitati studere debet scriptor in his quæ notabilia sunt, vt breuitate obscurus fiat , quo quidem vitio aliquando video lapsos esse (liceat mihi dicere, quod sentio) doctissimos illos Plinium, Valerium Maximum, Melam, & alios eiusdem tempestatis nobilissimos auctores, tantopere breuitati studentes, vt in Laconismum non rarò mihi incidere videntur , & eodem quoq; morbo nonnunquam nostros laborare Iurisconsultos reperies , velut illud Pauli in titulo de verborum significatione, *Cuiusquè diei maior pars est horarum septem primarum diei non supremarum*, aliaque non pauca quę OEdipo, vel Delio natatore opus habeant, vt intelligi queant. Sed quis tu, & qui in illos eloquentiæ vertices audes verba proferre? minimus quidẽ omnium, sed qui vt barberiem fastidio, ita veteres illos suo ingenio super bire ægrè feram, videntur enim illi aliquando velut Heraclitus Philosophus, ita ex industria affectare breuitatem, vt appareat velle se ne ab alijs intelligantur. His igit ur vitijs declinatis, modum teneamus, & ita morosi tatem fugiamus, vt breuitate non efficiamur obscuri: sint nobis pro exemplo (nam stultum est, cum possis, non melior ad imitandum proponere) Cicero, & Quintil. Liuius, & D. Hieronymus, quorum breuitas ita plana est, vt facile se intelligi patiantur. Sequens ex Seneca erit documentum, qui ad Lucillum Apium exẽplo nos monet, vt quæcunquè ex alienis commentarijs hauserimus, ne sinamus integra esse, sed concoquamus illa, & nostra faciamus: quod vtique docere non audere , nisi Senecam virum animi tam candidissimi auctorem haberemus. Aliorum igitur ope , & perauti, nos ad hãc rem posse, veterum scriptorum, vel præstantissimorum frequentia exempla nos monent, quæ ipsos id factita sse subinde demonstrant. Illud quoque præcipue qui ad scribendum animum appulit, curare debet, vt quæ legendo egregiè notanda duxerit , aut suis mandat schedis, aut in aduersarijs, seu librorum marginibus reponat in locis communibus, vt in tempus cum res exigat , & vsu esse possint. Stylo autem non semper, ac continuo vacandum esse , sed lectioni vicissim , idest partim stylo, partim lectioni vacandum Seneca ipse monet, ita inquiens: *Neque scribere tantum, neque legere tantum debemus, altera res contristabit vires, & exauriet, de stylo dico: altera soluet, & diluet. inuicem hoc, ac illo commeandum est, & alterum altero temperandum , vt quidquid lectione collectum est, stylus redigat in corpus.* Sed, & non minor illa debet esse cura, vt in opinionibus sequendis, non ex numero auctorum , sed rerum ponderesequamur, quæ vero magis accedere videbuntur, non enim ex multitudine auctorum (vt noster definit Iustinianus) quod melius est, probandum est, sed ex rerum veritate , quod iustius est, statuendum erit. Ex fundamentis igitur quærenda veritas erit: artium enim , vt arborum altitudo , sine radicibus stare non poterit: sed cum inter ipsos scriptores ordinarium sit, & solemne alios ab alijs dissentire , quæ humani ingenij imbecillitas est , & inconstantia, ita vt passim diuersas apud ipsos opinionum offendas simultates; vulgo appellant communes contra com-

7. Documẽtum.

8. Documẽtum.

9. documẽtum.

munes; conueniens est, vt distinctione ad eos conciliandas vtamur, sic etenim & ipsi glossographi discordantium Iurisconsultorum dogmata distinguendo componere solent, iamque vt vulgo iactatur, qui distinguit, proximus est veritati. Cum vero à cæterorum opinionibus nos dissentire contigerit modestè id sane, atque sine conuitio agere debemus, nam cum laruis non esse nobis luctandum, veteri prohibemur paræmia, multumque anterioribus debemus auctoribus, sine quorum opera nos nunquam tales fuissemus. A communi autem opinione non temerè discedendum erit, sed tum demum, cum aliquo textu, aliquave fortissima ratione falsam illam esse constiterit. Quod si in ijs quæ ad sacram spectant Theologiam, incidere nos contigerit, perinde ac in ijs quæ ad fidem Catholicam spectant, nullo pacto, nulloque modo ab ea discedere debemus, cum pro illa videlicet mortem potius appetere nos oporteat: ita in cæteris à communi Theologorum non erit discedendum opinione, nisi magnis morificerimus argumentis, tum in alienam messem ne mittamus falcem, tum quia licet in alijs humanis disciplinis labi aliquando scriptoribus contingat, porro in ijs quæ ad fidem, & sacra spectant dogmata, errorem communem irrepere non est credibile, cum diuino sint afflata spiritu, & diuini nunimis sapientia regantur. Quid? quod si aliud tentes, non deerunt malcuoli, qui syncerè àte dicta inimicè interpretantes immerentem te manu conserta in ius vocent. Sed & illud non minus nostrer debet auctor curare, vt Latinis, & elegantibus verbis suos studeat exornare commentarios, viderint qui aliud sentiunt, mihi difficile facto est, vt probandum putem opus, quod deseruerit elegantia, etenim vt Cicero scribit, defloresçit operis gratia, si eloquentiæ fuerint ornamentis destituta. Ita tamen verborum debemus elegantiam confectari, vt rerum pondera non omittamus, iacet enim oratio (vt est apud Hieronymum) in qua verba tantum laudantur. Recte quoque Liuius Iudæus, hoc est Iosephus lib. 14. antiquitatũ, *Quirerum* (inquit) *obscurarum expositionem scribere se profitentur, debent quidem non negligere orationis cultum, & elegantem cõpositionẽ, tum quidquid orationi gratiam conciliat, & admit tadiũ, sed præcipua cura impendenda est veritatis studio.* Neq; putet quispiam difficile esse Iurisperito viro hanc posse consequi gratiam, quasi iuris interpretũ cõmentaria barbarie pleraquè scateant, extant enim elegantissima Iurisconsultorũ volumina, quæ antiquorum nemini etiã præstantissimo cedãt elegantia (vel Laurentio Valla, alioqui ipsorũ æmulo teste,) ex quibus hanc non difficulter possumus assequi facultatem, si elegantia magis nobis applaudat, quam barbaries, atq; nisi (vt est in prouerbio) aulœdi magis cupimus esse, quam citharœdi. Extant, & aliquorum recentiorum interpretum monumenta (veluti Alciati, & Tiraquelli) satis elegantia, quæ nos, & instruere ad eam rem, & stimulum addere possunt. Sed & Græcas literas, si quandoque Latinis misceas, non minus addideris operis, decoris, & ornamenti, quam si margaritam auro, & clauum iungas purpure. Sed vt elucubrato iam operi postrema censura, limaque adhibeatur, extat Horatij consilium in Arte Poetica, monentis ne præcipitetur editio, sed nouum prematur in annum, vt refrigerato inuentionis amore, quæ inuenta sunt, non tanquam ab auctore, sed potius tãquam à lectore repurgentur.

10. Documentum.

11. Documentum.

Cicero. Tusc. 1.

Valla in proœmio, lib. 3.

13. Documentum.

gentur nonum sane in annum partum reprimere, summæ quidem patientiæ esse iudico, cum etiam (vt diximus) elephantis venter biennio matureſcat: sed modum adhibeamus, & tantum temporis ad corrigendum assumamus, vt partus (velut vrſi faciunt) lambendo vndequaquè perfectus edatur: optima enim illa sunt (vt noster tradit Iustinianus) quæ lectio repetita demonstrat, tempore quæ egemus, vt aliquid maturius agamus, timeamusquè vulgi iudicium: timor enim (vt Plinius Iunior inquit) inter omnia optimus est operum emendator. Hæc habui quæ ad vos, filij, de ratione iniure scribendi scribenda putaui, quæ si fortasis vobis rerum expertibus ad imitandum difficilia videbuntur, non est desperandum, sed studijs indurandum magis: labor enim improbus (vt ille inquit) omnia vincit. Opto vt in Christo valeatis, & eruditione maximè præstetis, vt præcepta mea tenentes, & vobis gloriam, & cæteris parere doctrinæ emolumenta posſitis.

EPISTOLA III.

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII IN REGIO VALLESOLETANO prætorio Aduocati, Epistola ad Hieronymum filium, recens Anachoritarum, seu Carmelitarum Discalciatorum Religionem initiantem, qua declaratur, vbinam humana consistat fœlicitas, quæ summum bonum à Philosophis appellatur.

GRAVITER, & iniquo animo (Hieronyme fili) crede mihi, tuliſſem, te exhaustis iam Salmanticæ laboribus, & in primæ Laureæ procinctu constitutum, mundo libello repudij dato, monasticam dilexiſſe vitam, in antiquiſsima, ac iuxta sanctiſsima Anachoritarum, seu Carmelitarum religione, sed id vel leuitate animi, vel mea causa (quod forsan in aliquo tibi defuiſſem) feciſſe te intelligerem: sed quoniam satis cognoui, nihil aliud ad eam rem commouiſſe te, quam veram Dei charitatem, numenquè, qui vbi vult spirat, & corda arida sui amoris miro dulzore secundat: tantum abest hoc tibi succenseam, vt e contrario magnopere consilium tuum probandum putem. Quamquam enim certum est, tui desiderium non posſe,

non nobis aliquid afferre molestiæ, & ægritudinis, verum quando id ita Dei altissimo placuit consilio, cuius voluntate, & prouidentia reguntur, & gubernantur omnia, non est, cur nos non boni æquiquè id facere debeamus, tuaque commoda paternis post habeamus affectibus, non ignorantes illud, quod ad Pammachium diuus scribit Hyeronymus, *Quid eo sapientius, qui contempta mũdi stultitia, Christum sequutus est, Dei virtutem, & Dei sapientiam?* Deinde statui, has ad te literas dare, simul vt voluntatem meam proposito tuo non abhorrentem intelligas, simul vt te cohortet, facti ne te pœniteat, sed incepto persistens, memineris illud quod scriptum est à Domino, *Inijciens manum ad aratrum, & respiciens retro, nõ est dignus regno Dei.* Quin tu scias, hanc quam ingressus es viam, non solũ ad cœlestem illam patriam adipiscendam longe omnium faciliorem esse, sed etiam ad huius præsentis fœlicitatem (si quæ tamen isti hic vera aliqua potest esse fœlicitas) consequendam certiorem, & securiorem esse: decreui pro nostri ingenij captu, quod non ignoro quam sit exiguum, aperire tibi in quo humana mortalium consistat fœlicitas, quæ summum bonum à Philosophis nuncupatur: nam hæc omnia ad animi tui propositũ confirmandum, magno, credo, erunt tibi adiumento atque solatio. Non est mihi obscurum, hæc, ac alia etiam grauiora à fratribus ipsis, seu tuis collegis, viris, tum religiosissimis, tum doctissimis quotidie auditurum te esse: verum hæc dicta à me, & patre, & viro in sæculi huius salo variè vexato, fortassis magis erunt tibi cordi, magisque animo illabentur tuo. Atque vt incipiam, apud veteres magna fuit dissensio, humana in quo consistat fœlicitas, alijs aliud sentientibus, in tãtum, vt diuus scribat Augustinus testimonio Marci Varronis, fuisse inter eos de summo bono ducentas octoginta octo opiniones, seu sectas: verùm ego in præsentiarum solummodo referam eas, quæ maiorem videntur habere auctoritatem, & pondus. Plato igitur Academicorum Princeps, quasdam comminiscebatur ideas, ex quibus humanam pendere fœlicitatem asserebat. Zenon vero Stoicæ sectæ, auctor ex virtutis officijs dimetiebatur summum bonũ. Aristoteles Peripaticorum Coryphæus, ex reipublicæ administratione hominibus fœlicitatem pollicebatur, quamquam bonã corporis valetudinem, & diuitiarum abundantiam ei coniunctas esse volebat. Epicurus, autem voluptate homines fœlices esse putabat. Antisthenes autem, vt Diogenes Laertius refert, interrogatus, quid apud homines esset fœlicissimum? Fœlicissimum, inquit, est mori, cui consonat Tracum mos hominũ ortus lamentis, mortem autem festiuitatibus celebrantium. Herillus vero in disciplinarum scientia beatæ vitæ bonum collocabat, Sapientissimus porrò Salomon, qui & Ecclesiastes dicitur, fœlicitas est lætari, & benefacere in vita sua, cætera vero omnia vanitas, inquit, est. Vulgus denique hominum ex diuitijs, & honoribus fœlicitatem sibi promittit, nihil non illorum causa, & faciens, & commitens. Hæ tam variæ de fœlicitate, seu summo bono veterum opinationes fuerunt non mediocriter ab scopo aberrantium, nec mirum, nondum enim veritatis lux illuxerat illis, ideſt, Christus Iesus Dominus noster, pro in euanuerant in cogitationibus suis, & obscuratum erat insipiens cor illorum. Nos Christicolæ, quibus vnigenitus Dei Filius homo factus dignatus est, huius rei pate-

D. August. de Ciuit. Dei lib. 22.

Plato. Zenon.

Arist.

Epicurus. Antisthen.

Herillus.

Salomon.

pãtefacere veritatẽ, pro certo habemus, quod sicut perfecta fœlicitas, quam post hanc vitã expectamus, est sola Dei visibilis, & cognoscibilis visione, & contemplatione, contingit ita, hanc humanam fœlicitatem, seu imperfectam (nam perfectam frustra in hac caduca, & lubrica vita quærimus) tantummodo parere nobis ipsius omnipotentis Dei inuisibilis dilectionem, & contemplationem. Mitto illud Prophetæ, Psalmo 1. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, sed in lege Domini voluntas eius & meditabitur in ea die ac nocte.* Atque illud eiusdem Prophetæ: *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.* Atque itidem illud eiusdem Psalmographi: *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius.* Omitto & alia multa Scripturarum loca, quibus ex aperto hæc cõprobatur assertio, sufficit enim nobis illud quod lux vera, ideſt, Christus Dominus noster intulit ad Martham, dicens: *Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima, porrô vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Quibus verbis abundè Dominus declarauit, contemplatiuam vitã sine dubio actiuæ vitæ præstare. Cuius rei multiplices reperire licebit rationes, tum apud sanctũ Thomã, tũ apud cæteros Theologos, præsertim apud Picum Mirandulanum, in libello de diuinæ, & humanæ Philosophiæ studio. Cæterũ mihi illa verior, & congruentior videtur esse ratio, quæ à sapientissimo traditur Aristotele, qui in Ethicis, de beatitudine agens, in hæc verba inquit. *Ita Dei præstans beatitudine actio in cognitione, & contemplatione consistat necesse est, atque etiã hominum ratio, vt quæque ad hæc accedat, ita est beatissima. Idq; ex eo intelligi potest, quia cætera animalia sunt expertia beatitudinis, cum huius sint generis actione priuata. Nam omnis est Deorũ beata vita: hominũ autem, quatenus in ea lucet, quodã eius actionis exẽplum, quam ergo latè patet contemplatio, tam etiam beatitudo, & quò maior aliquibus inest cognitio, & contemplatiò, eo ampliorem beatitudinem consequuntur, non temerè, & casu, sed contemplatione, est enim per se plena dignitatis, ita est in contemplatione beatitudo.* Quid autem hoc loco, sapientissime Aristoteles, significare voluisti? hoc credo, si te teneo, quod cum tota Dei actio in sui ipsius contemplatione versetur (quæ enim, rogo, alia occupatio tenere Deum potest, quam sua ipsius met contemplatio?) ita tanto quisque beatus magis est, quanto studiosius Dei contemplationi sese mancipauerit, cum iuxta omnium philosophorum placita, tanto quæque res perfectior sit, quanto propius ad suum se se principium copulauerit, & iunxerit. Error ergo est in diuitijs (vt primo priorem hominum errorem iugulemus) fœlicitatem constituere, cum hæ (tantum abest, vt beatos faciant possidentes) vt è contrario magis eos curis, & solicitudinibus implicatos reddant, & miseros. Declarauit id miro exemplo Crates ille Thebanus: homo quondam auri, & pecuniarum ditissimus, qui Athenas ad Philosophandum progressus, omnes suas diuitias proiecit in mare, dicens: *Abite in profundum mala cupiditates, ego vos demergam priusquam demergar à vobis.* Declarauit hoc etiã Apollinis Pythium oraculum: cum enim Giges Lydiæ Rex, armis, & diuitijs potentissimus consuluisset oraculum, quærens ab eo, quisnam vitalium fœlicissimus esset? sperans videlicet pro se Apollinem responsurum, vt eo pacto, perinde, ac ab hominibus sua celebrabatur potentia, &

Aristot. in Ethicis, lib. 10.

De diuitijs

etiam ab Apolline probaretur. Sed longe secus accidit, oraculum, siquidem respondit, fœliciſsimum esse omnium mortalium Aglaum Prophidium. Quærens igitur Rex, quis is esset, cui fœlicitatis palma data esset a tripode, reperit esse hominem Archadem, obscurum, & pauperrimum, qui ætate iam senior terminos agella sui nũquã excesisset, paruuli ruris fructibus, & voluptatibus contẽtus. Verũ itaque beatæ vitæ finem, non adumbratũ cõplexus est Apollo, manifesto ostendens, magis se probare securitate ridens tugurium, quã triſtem curis, & solicitudinibus aulam. id quod ostendunt, & illa Horatij carmina, ne Poetas ignorasse videamur:

Beatus ille cui procul negotijs,
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis
Solutus omni fœnore.

Ostendunt, & illa Boetij Seuerini:

Tu ergo ſi vis *Pelle timorem,*
Lumine claro *Spemque fugato,*
Cernere verum, *Neque dolor adſit,*
Tramite recto *Nubila mens eſt,*
Carpere cælum, *Vinctaque frænis,*
Gaudia pelle *Hæc vbi regnant.*

Demonstrat, & Seneca ad Lucillum: *Hoc nos doce* (inquit) *beatum non esse eum quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit: ſed illũ cui bonũ omne in animo eſt, erectũ, & exciſſum mirabilia calcantẽ.* Cicero quoq; ad eandem sententiã sic inquiens. *Da diuitias, honores, imperia, opes, gloriam, ſi fuerit is qui hæc habet iniuſtus, intemperans, dubitabis ne cũ miſerum dicere?* Rectè quoque Plutarchus, *Diuites* (inquit) *fœlices forent, ſi diuitijs emerent ſummũ bonũ: ſed quoniã pecunijs non emitimur fœlicitas, quid attinet ad fœlicitatem, prædia prædijs inſuere, fiſcoſque, & crumenas inſarcire pecunijs?* Sed quid profanis vtimur, cũ diuina habeamus? docet id etiã sancti Euãgelij sacrosancta auctoritas, quæ Apollinis, cæterorumque omnium auctoritatem facilè vincit, diuitias spinis cõparando, verbum Dei curis, & solicitudinibus suffocantes, apertè docens, eas non tam cupiditatis sitim sedare, quam acuere: id quod etiam significauit vetus Poeta dicens:

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Atque si animaduertis, hoc facile quotidiana rerum experientiã docet, videas enim baiulos, & mercenarios sua inopia, cantantes lætos, & exultantes: atque e contrario diuites, & locupletes suis diuitijs caricatos, triſtes, mœstos, & cogitabundos. Enimvero verisimum est illud, quod scriptum est à Boetio, per multis eos egere, qui multa possideant: contraq; minimo indigere, qui abundantiam suam naturæ necessitate, nõ ambitus superfluitate metiãtur, multis igitur indigent diuites, quia multa possident. Porrô, vt Christus solicitæ Marthæ respõdit, *Vnum est neceſſarium.* Quid est autem hoc vnum? nisi Dei charitas, & dilectio de qua loquimur? Quid est hoc vnum? nisi quod Christus dixit adolescentulo diuiti: *Vnam tibi deest, ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me.* Quid est hoc vnum? nisi illud vnum, de quo idem Dominus noster alibi dixit: *Rogo Pater vt ſint vnũ, ſicut ego, & tu vnũ ſumus.*

Errant

Errãt deinde (vt ad reliqua pergamus) qui ex honoribus, & potestatibus fœlicitatẽ petendã esse putant, cũ videamus, hanc aliquãdo ab iniquis hominibus obtineri, natura autẽ (cuius propriũ est, ne cõtraria contrarijs iũgãtur) minime pateretur, vt bona pessimis copularẽtur: quid? quod honores isti furis, & angoribus pleni vndique sunt, quippe qui sine cura, & solicitudine administrari rectẽ nequeant, personata istorũ est fœlicitas, fucũ tolle, & comperies infortuniũ, & vitã nõ paucis ærumnis fluctãtẽ. Cuius rei mirificũ nobis præstitit stratagema, Dionysius Siciliæ tyrannus: is enim vt Cicero refert in Tusculanis, cũ quidã ex eius assẽtatoribus Domocles nomine, cõmemoraret in sermone copias illius, & maiestatẽ, negaretquè beatiorẽ quẽquã vnquã fuisse, ait illi Dyonisius: Vis ne igitur Domocles fortunã experiri meã? cũque ille annuisset, collocare Rex iussit hominẽ in aureo lecto magnificis operibus picto: aderãt vnguẽta, incedebãtur odores, eximia forma pueri, puellæque ministrabãt illi. At in medio hoc apparatu fulgẽtẽ gladiũ è lacunari equina appẽsum seta dimitti Rex iussit, vt impẽderet Domoclis ceruicibus. ecce igitur timere impẽdẽtẽ gladiũ. Domocles trepidare, neque oculos è terra tollere, denique lacrymabundus exorauit Dionysiũ, vt abire sibi liceret, quoniã beatus iã nollet esse. Significauit hoc etiã Alfonsus Aragoniæ, & vtriusquè Siciliæ Rex (qui ex summa sapientia Sapiẽtis cognomẽ sibi perperit) cũ enim Regi viã prætereuntes familiares per iocum indicarent rusticũ quẽdã humi iacẽtẽ, atque vuas nimia auiditate cũ pane deuorantẽ. Rex quasi rustici fœlicitati inuideret, respõdit, *O vtinã sic mihi amici per otiũ cibum capere liceret.* Ite ergo ò mortales, & in honoribus, & diuitijs fœlicitatem quærite, quam neque Regna, neque Principatus satis præstare queũt. Voluptates autem, & delicias eã præstare per se minime putãdũ est, alioqui cũ belluis communis nobis hæc foret fœlicitas, meritoque in pecudũ numero haberemur: proinde iure à cæteris Philosophis eo nomine exibilatus est Epicurus, quamquã ipse negat apud Diogenem Laercium, se tale quid sensisse, neque tradidisse vnquã, sed ab inimicis sibi falso insimulatũ esse, aitquè, suã esse sentẽtiã, vt fœlicitatẽ putemus præstare tãtũ animi quietẽ, & securitatẽ; cuius sẽtẽtiæ fuit, & ante eũ Eudoxus quidã, vt Aristoteles memorat in Ethicis. Platonis autẽ ideas, nõ moror, nã aut ne quid sunt, vt Aristoteli visum fuit aut si quid sunt, nihil aliud puta esse (si Senecæ credimus) quã exẽplaria rerum omniũ quæ æterna Dei mẽte concipiũtur, vel secũdũ Augustinum, ideæ sunt rationes in mente diuina existentes, vel sunt, vt voluit D. Thomas, nihil aliud, quã ipsa Dei essentia, quæ omnia ad nostrã respiciũt sentẽtiã, qua soli Dei charitati, & cõtẽplationi tribuimus fœlicitatẽ: proinde ipse Plato alias sæpe ait, summũ bonũ cõsistere in sola Dei cõtẽplatione. Virtuti autem (quamquã ipsa res pretiosa maxime est) nequaquã summũ bonũ erit arrogandũ, nisi quatenus ab ipsius Dei demanauerit charitate, nã alioqui sine Dei charitate perfecta virtus esse nõ potest, sed imperfecta potius, vt docet ipse D. Thomas. Multo igitur minus præstauerit fœlicitatem disciplinarum scientia, nisi ea cum Dei fuerit charitate, contemplatione coniuncta, cum legamus apud Paulum, *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.* Qua propter ipse nihil aliud se scire prædicat, quã Iesum Christum, & ipsum crucifixum. Quod autem Anthistenes dixit fœ-

De honoribus.

De voluptatibus, & delicijs.

Arist. lib. 10. Ethic.

De Ideis.

De virtutẽ.

De scientia.

De morte.

liciſsimũ eſſe mori, verum eſſet, ſi de æterna fœlicitate loqueremur in ijs qui pie & ſanctè vixerunt, cũ iuxta D. Ioannis elogium: *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Sed nos de terrena loquimur fœlicitate, qui in morte cõſiſtere nõ poteſt, cũ ſecũdũ Philoſophũ terribiliũ omniũ terribilior mors ſit. Vt ergo concludamus, humana fœlicitas (puta vatem dicere) nõ aliunde petẽda eſt nobis, quã ex Dei dilectione, ſuique cõtẽplatione: id quod idẽ Chriſtus, idemque Redẽptor noſter, nõ obſcure dictitat, dicens in Euãgelio: *Beati pauperes ſpiritu, beati mites, & pacifici, beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, beati mundo corde, & qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.* Hoc aliqui intelligunt de futuro ſæculo, quãdo mœror vertetur in gaudiũ, & tranſeunte mũdo ſanctorũ nõ tranſibit corona, ipſe cũ D. Hyeronymo, & in præſenti verũ eſſe puto. Beatus eſt, qui tametſi diuitijs affluat, cor tamẽ eius nõ poſſidetur â diuitijs, ſed ſi ita Chriſtiana tulerit pietas, nõ grauetur, velut alter Matthæus, alterve Zachæus, omnes ſuas in pauperes diſtribuere facultates. Beatus eſt qui amiſſa vxore, orbatus liberis; bonorũ facta iactura, cũ Iob lætabũdus cõcinit: *Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc, Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſit nome Domini benedictũ.* Beatus eſt homo, qui tametſi in gloriosus vitã agat in mũdo, dicit tamẽ cũ ſanctiſsimo Dauid, *Elegi abiectus magis eſſe in domo Dei mei, quã habitare in tabernaculis peccatorũ.* Beatũ atque terquẽ, quaterquè fortunatũ dixerim hominẽ, qui ærumnis, atque calamitatibus ſatagens, ſtupentibus in cœlũ oculis fixus, & immobilis, ad exẽplũ D. Pauli exclamat, dicens: *Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, fames, an nuditas, periculũ, an perſecutio??* Nequicquã, crede mihi, in ijs mũdanis, caduciſquè bonis ſummũ quęritur bonũ. Fruſtra enim (vt dictat prouerbiũ) nodus in ſcirpo quæritur. Summũ bonũ ſecũ ſũ Boetiũ, nihil aliud eſt, quã ſtatus quidã omniũ bonorũ aggregatione perfectus, quod quidẽ ſi recte interpretari volueris, nihil aliud eſſe cõperies, quam ipſum ſummũ Deũ, totius boni, & beatitudinis fontẽ, qui ſolus infinitus, & ſempiternus, animã noſtrã diuinã, & immortalẽ, vt beata ſit efficere poteſt: humanæ autẽ iſtæ res futiles, & lubricæ beare illã qui poſſunt, cũ finiti ad infinitũ nulla prorſus poſsit eſſe collatio. Atque (vt Geometricis etiam vtar argumẽtis) cor noſtrũ, cuius eſt triangularis forma, nullo modo hic mũdus teres, atque rotũdus capere vndique, & implere poteſt. Iã quis nõ videt ſummũ bonũ nõ eſſe, niſi quod eripi nullo modo poteſt? Quẽadmodũ igitur cõſtare huius ſæculi rebus poteſt, quippe tot caſibus, tot infortunijs (quotquot in vita ſubinde accidere ſolent) ſubiectæ ſint, quo circa apud huius ſęculi homines nullus adhuc extitit (vt Plinius & Solinus teſtãtur) qui ad fœlicitatis titulũ attigerit, abundeque, & indulgẽter fortuna (aiunt) decidit, cũ eo qui infœlix vere dici nõ poteſt. Vah quis rogo tam proſperæ fortunæ calculos ſortitus eſt, cui nõ deſit aliquid pro quo ſuſpiret? qui nõ aliqua ex parte cũ ſtatus ſui cõditione rixetur; huic cẽſus exuberat, ſed degener ſanguis pudori eſt, illũ nobilitas notũ fecit, ſed angustia rei familiaris, laborans mallet eſſe obſcurus: hic vtriuſq; rei cõpos vitã deplorat celibẽ: ille nuptijs fœlix, liberis vero orbus alieno cẽſum parat hæredi: alius prole fœcũdus filij, filiæve delictis mœſtus illacrymat. Quã multos accepta afflixere? Imperia? quã multos diuitiæ, & bona perdidere

vltimiſ-

Concluſio quæſtionis.

Definitio ſummi boni.

vltimisq; mersere supplicijs? Proinde recte monet Socrates apud Valeriũ nihil vltra ab immortali Deo esse petẽdũ, quam vt bona nobis tribueret, quoniã ipse demũ sciret, quid cuique vtile esset. Diuitias (inquit) appetis quæ tamẽ multis exitio fuerunt: honores cõcupiscis, qui plures pestum dederunt, regna tecũ voluis, quorũ exitus miserabiles sæpè cernũtur: splẽdidis coniugijs manus inijcis; at hæc vt aliquando illustrant, iã nonnumquã domus funditus euerũt. dic mihi, quo pius AEnas? quo Tullus diues, & Ancus? Dic quo Ioannes Rex, Aragonũque Principes? heu heu pulvis, & vmbra sumus. Cur ergo, ô mortales intra vos posita extra queritis fœlicitatẽ? regnum Dei intra vos est, si non cæcutire, & desipere velitis: hic quẽ aduenæ incolitis mũdum, (*Quẽ tanta pulchritudine, & ornatu mirabilẽ cernitis, quem tot syderum, tot stellarũ splendor illustrat, tot fluminũ, fontiũque, atque mariũ abundantia fœcundat, quẽ tot animaliũ, piscium, auiũque copia locupleat, tot arborũ fructicũq;, necnon herbarum genera exornãt (quid singula quæ innumera sunt referã) quam denique tot vrbiũ, tot genitũ, tot rerum varietas commendat.* Non in hoc tam pulcher, atq; splẽdidus ab auctore ipso Deo fabricatus est, vt vos illius blanditijs dementati miserè depereatis in eũ, sed in hoc potius, vt conditoris ipsius sapientia atque maiestatẽ stupentes, in sui contẽplationem & charitatem rapiamini, sciẽtes omne, quodquod in hoc mundo est lutũ esse, & vmbrã, præter Dei charitatem & delectationem. Socrates.

Recte D. Cyprianus ad Donatum: *Vna solida firma, & perpetua securitas, si quis ab ijs inquietãtis seculi turbinibus extractus, salutaris portus statione, fũdatus ad cœlũ oculos tollat à terris, & ad Domini manus admissus, atq; Deo suo mẽte iã proximus, quidquid apud cæteros in rebus humanis sublime, atq; magnũ videtur, intra suã conscientiã iacere glorietur.* Miretur hoc qui nescit, multos Regesac Principes neglecta potestatis suæ maiestate, monasticã amplectẽtes vitã otio, & quieti mũdanos post habuisse honores: etenim velut ij qui tẽpestuoso nauigant mari, ad portũ appellentes, tranquilla statione fruuntur: sic nos mortales, qui huius seculi salo subinde iactamur, nõ aliter poterimus animi trãquillitate frui, quã si in verũ salutis portũ (id est Iesus Christus Dominus noster) iactis anchoris Spei, Fidei, & Charitatis, omnia floccipendentes in eũ speremus, & fiduciã habeamus. Neq; hoc meum est, sed potius Prophetæ elogiũ dicentis: *Iacta cor tuũ in Domino, & ipse te nutriet. Non dabit in æternum fluctuationem iusto.* Et alibi: *Spera in Domino ac bonitatẽ, & habita terram, & pasceris in diuitijs eius. delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordi tui.* Atq; vt superius de nauigantibus repetamus exẽplum, velut solent naturæ, ita debemus, & nos ad cynosurã, id est Christum Dominum nostrum, oculos intẽtos habere, ne erremus, & in scopulos incidamus: ij sunt casses diaboli, seu insidiæ: enim verò perinde ac illa magnetis acus inquies est, donec Arcturũ versus cõsistat, ita mens nostra quiescere non potest, nisi in Deo ipso, à quo, & cui creata est requiescat. Sed fortasis dices mihi: Quid ergo? ita ne in ieiunijs, vigilijs, & paupertate, quæ popularibus pro summa habẽtur infœlicitate, humana est cõclusa fœlicitas? Ita puta, si sapis, diuinã enim illa Dei gratiã, omnẽ harum rerum amaritudinẽ vertit in dulzorẽ, & tum cornucopiæ illud (de quo fabulata est antiquitas) omnia affluẽter subministrat. Credamus sanctis, credamus Theologis, credamus expertis, qui vsu se cõpertum habere affirmãt, quã ist hæc

D. Cypr.

Psal. 36.

Deiectos & respon-sum ad hæc

diuina-

diuinarũ rerũ suauitatẽ spirat cõtẽplatio, tãquãçeleste quodã nectar omnẽ genã mũdi huius superare dulcedinẽ: credereetiam, vel cõniuẽtibus oculis possumus vestræ matri Theresæ de Iesu, mulieri, & sanctæ, & prudenti (vt eam quibus digna est verbis appellem) quid enim illa in suis illis eruditis commentarijs, nisi subinde huius rei locupletissimum nobis præstare testimoniũ studuit? Quoque quod Christianus Cicero, ideſt, D. scribit Hieronymus ad Rusticum: *Mihi oppidum carcer, & solitudo paradisus est.* Quid multis? cũ te hoc Dei præstantissimum donum iam aliquo modo expertũ esse credã, nã qui paucis ante diebus, vt audio, dicere procaciter solebas. Etsi Christus cor meũ collogij malleo pulsauerit, monachus nũquã fuero quippe adeo delicatus eras, & mollis, vt nouam enceniaturus, seu industurus subuculam, antea induenti famulo retundẽdã dares, nunc nouus Christi tyrunculus galeã nõ reformidas, neque loricam, sed sacco inductus, & cilicio, sanctissimos illos patres Paulum, & Antonium, cæteroſq; æremi Patres, & filios Prophetarum fortiter imitari conaris. Perge igitur macte virtute fili, sic itur ad astra, sic agens, & præsentem, & futurum consequeris beatitudinem, atque vt Flacci verbis te cohorter.

Matet Theresa de Iesu.

Horatius.

I bone, quo virtus tua te vocat, i pede fausto
Grandia laturus meritorum præmia.

Sed forsã replicabis rursus: Cur igitur omnes mũdi homines derelictis agris, & domibus, derelictis fratribus, & parẽtibus, monasticã nõ ingrediuntur viã? Cur inuẽta hac pretiosa margarita, nõ vẽdunt omnia quæ habẽt, & emunt illã? Respõdit ad hæc quidã ex vobis dicẽs: Carmelitana vita quã sancta sit, & suauis latere Deus voluit hominibus, ne certatim eã amplectẽtibus, desertus iaceret mũdus. Respõdent etiã ad hæc Senecæ verba ad Lucillum: *Quid est ergo* (inquit) *in quo erratur cũ omnes beatã vitã optent? quia instrumenta eius pro ipsa habeant, & illã dũ petũt, fugiũt, nã cũ sũma beatæ vitæ sit solida securitas, solitudinis colligũt causas, & per insidiosum iter vitæ nõ tãtũ ferunt sarcinas, sed trahunt.* Sed multo magis satisfacit mihi quod Christus tradit in Euãgelio: Nõ omnes capiũt verbũ istud, sed quibus datũ est à Patreo meo. Cui cõcinit quod scriptũ reliquit Apostolus: Vnusquisq; propriũ donũ habet à Deo, alius quidẽ sic, alius vero sic. Quid? quod (vt dicã quod sentio) neque omnibus quidẽ in huius cœlestis militiæ verba iurare licet, ne postea in imbelles, & imbecilles sub galea lacesentes hostibus terga vertant, talibus enim dico ego: quin nõ ego, sed D. dicit Hieron. Melius foret ambulare per plana, & subijsse cõiugiũ, quã ad altiora tedẽtẽ in profundũ inferni mergi. Iãque, ne forsan insolescas, atq; pro me, seu cæteris meæ cõditionis hominibus respõdeã, licet isthæc vestra cõtẽplatiua vita sit magis suauis, & secura, hæc tamẽ nostra actuosa, seu actiua, potest esse magis vtilis, & magis frugifera. Ausculta rogo, quid vir doctissimus, idẽque Ecclesiæ Præsul amplissimus, Innocẽtius Papa Tertius, rescribat cuidã renũciare Episcopatũ cupiẽti: Neq; putes (inquit) quod ideo Martha malã partẽ elegerit, quæ circa plurima satagebat, quia Maria optimam partem elegit, quia licet illa sit magis secura, ista tamen est magis fructifera, & licet illa sit magis suauis, hæc tamen est magis vtilis. Quãquã Innocetius illi manifesto indicat, posse quẽ simul esse actiuũ, & cõtẽplatiuũ, Moysi exẽplo, qui nũc ascẽdebat in mõtẽ, vt gloriã Dei cũ maiore cerneret libertate,

De vita actiua, & cõtemplatiua

Cap. nisi cũ pridẽ, de renunciatione.

te, nunc descendebat in castra, vt populi necessitatibus prouideret, quod & antea D. scripserat Greg. Moral c. 13. Sic etiã Ezechias Rex post longiorisvitæ consecutam à Deo misericordiam, contemplatiuam vitam cũ actiua coniunxit, dicens apud Isaiã, *Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor, vt columba.* Nã in hirundine actiua vita significatur, vt quæ in populis, & inter ciues habitare soleat, columba autem vitam protendit contemplatiuã, quia in campis, & solitudinibus habitare cõsueuit: proinde in actiua vita clamabo, dixit Rex, quia sine strepitu, & clamore actiua transigi vita non potest: in contemplatiua autẽ vsus est verbo meditabor, quia contemplatiuæ vitæ proprium est meditari, & contemplari: & sane qui inter vos erudiendo populo, vel publicis concionibus, vel priuato examini conscientiarum excubant, vel minime ab hoc actiuæ vitæ fructu alienos esse putauerim. Ergo vt concludamus, humana fœlicitas in solo Dei amore consistit, siue illum per contemplatiuam vitam consequamur, siue per actiuam: quanquam enim in hac vita non desint homini anxietates, & angustiæ, cæterum spes, quam de æterna gloria cõsequenda habemus, fœlices nos facit, vt multoties scribit Aug. in lib. de Ciuit. Dei. Verũ, quia hic iam longior sum, & epistolę modum transgredi videor, finem faciam, si modo illud ex D. Hieron. verbis ad Rufinum te admonuero, vt si inimicus Satan (cui mille artes, mille nocendi modi) tricas tibi nectere intenderit, vt solet, maxime ijs, qui primum Dei viam ingrediuntur, fortiter illum repellas: si forsan antiquæ fraudis memor famen dissuadere tentauerit, respondeas illi cum Christo: *Non in solo pane viuit homo.* Si carnis titilationes suggesserit, fugetur statim illò: *Templum Dei ego sum, viuo ego, iam non ego, viuit in me Christus.* Si gloriam fortè, opesque proposuerit, dicatur illi: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos fœni.* Si fessa membra ieiunijs morbo grauante concutiat, Apostoli repercutiatur eloquio: *Quando infirmor, tum fortior sum.* Quod si adhuc ineat, audiat illico: *Vade retro Satana, non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Sta igitur robustus, & ne turbetur cor tuum, neque formidet, nam si impugnauerit Satanas, tutabitur te Christus, fidelis enim Deus, vt idem scribit Apostolus, qui non sinet vos tentari plusquam oportet, sed dabit tentationi prouentum. Denique fac in omnibus modum teneas, nam vt eiusdem Hiero. de Monacho instituendo ad Rusticum, verba referam, sunt nonnulli, qui humore cellarum, immoderatisque vigilijs, & ieiunijs, tædio solitudinis, ac nimia lectione, dum diebus, ac noctibus auribus suis personant, vertuntur in melancholiam, & Hippocratis magis fomentis, quam nostris monitis indigent; pedetentim igitur pergendum est, nam sensim Spiritus Santus suggeret vires, vt ad culmen perueuire valeas. Modum enim tenendum esse omnibus in rebus, virorũ prudentium omnium doctrina, consilioque monemur, id quod etiã Poetarum Camenæ nos monent, confictis ad id Phaetontis, & Icari casibus. Adijcit, & alia quam multa illic vir sanctissimus Hieronymus ad Monachorum institutionem, & disciplinam, maximè congruentia, quæ si legeris, valde tibi credo erunt ex animi sententia. Vale fili in Christo, apud quem fac precatorem te semper habeamus, materque, ac fratres, qui meis verbis longum tibi vale dicunt.

D. Gregor.

Isai. ca. 38.

D. Hieron. consilium.

Hier. de instit. Monachor.

ELEN-

ELENCHVS QVAESTIO

NVM IOANNIS YAÑEZ PARLADORII.

QVANDO in successione maioratus masculi remotioris gradus excludant fœminas propinquiores vltimi possessoris? quæstio. 1.

De bonis absentis, cuius vita, aut mors ignoratur, q. 2.

Qua vti cautione possimus, vt grauari in legitima filius valeat. q. 3. quæ est vltima in ordine.

An annuo censu in dotẽ dato, teneatur maritus in restituenda dote perceptos fructus restituere, quæst. 4.

An sicuti causa matrimonij duo maioratus iungi in vnum non possunt, ita neque causa successionis, q. 5.

De emphyteusi, quam emphyteuta maioratus vinculis alligauit, q. 6.

De testamento ab vtroque coniuge simul facto, q. 7.

Fratre pupillo defuncto, an vtrinque coniunctus præferatur in institutione reciproca fratri ex vno tantum latere coniuncto, quæstion. 8.

Cum testes in summa discordant, vtram partem iudex sequi debeat, q. 9.

Spurius natus ex soluta, & cõiugato, an hæres patri ex testamẽto existere possit, non extantibus legitimis, q. 10.

Vtrum is qui cum Vniuersitate litigat, teneatur contribuere in impensis, quæ in eam causam à popularibus exiguntur, quæstion. 11.

An leges Regiæ, quibus modius frumenti taxatur, locum habeant in specie legis 21. tit. 11. libr. 5. Recop. q. 12.

Reiecto communi intellectu, hactenus ab scriptoribus tradito ad cap. reintegranda, 3. q. 1. verus reponitur, q. 13.

De legato annuo scholaribus relicto, q. 14.

Donatio remuneratoria an possit fieri à patre filio vltra prælegatum, seu melioration em quadrantis, & quincuncis, q. 15.

An de bonis intuitu Ecclesiæ aquisitis possit filius liberè, idest, inuito parente, in vita disponere, vel decedens testamento legare, quæst. 16.

Concubinatus pœna quando locum habeat, q. 17.

Qua pœnæ plectendus sit is qui in sanctos blasphemare ausus fuerit, q. 18.

IOAN.

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII QVÆSTIONES DVODEVIGINTI, QVAE ADIIciendæ sunt ad Sesquicenturiam differentiarum.

QVÆSTIO. I.

Quando in successione maioratus masculi remotioris gradus excludant fœminas propinquiores vltimi possessoris.

SVMMARIVM. Quæstio. prima.

IN maioribus duæ sunt lineæ, altera institutoris, altera vltimi possessoris, nec de linea vltimi possessoris fit transitus ad alteram, nisi expressim, ita sit in maioratu expressum, num. 1.

In maioratu instituto sine prælatione masculorum, masculus eiusdem gradus, & lineæ præfertur fœminæ natu maiori, si autem masculus alterius sit lineæ, illi fœmina ab vltimo possessore prognata præfertur, num. 2.

Quare superiori conclusioni exterire clament aliqui, num. 3.

Leges Partitæ loquentes de primogenio Regni ad cæteros maioratus, etiam pertinent, numero 4.

Ex testatoris voluntate, vbi de ea constat masculus alterius lineæ, & remotioris gradus fœminas excludit, num. 5.

Vbi de voluntate testatoris non constat masculus alterius lineæ non excludit fœminas, numero 6.

Statutum fœminas excludens intelligi debet secundùm ius commune, num. 7.

In dubio pro fœminis iudicandum, quia earum exclusio odiosa est, num. 8.

A primogenito descendens illius personam repræsentat, quod etiam in fœmina procedit, numero 9.

Masculus alterius lineæ nunquam excludit fœminam descendentem ab vltimo possessore, nisi de euidente contraria testatoris voluntate doceatur, quæ semper in hoc obseruanda est, num. 10. & 11.

Liquidissimæ coniecturæ faciunt plenissimã voluntatis probationem, num. 12.

Prædicta cessare in filio naturali, & ratio redditur, num. 13.

Item cessant in maioratu qui non conditus est Regis authoritate, sed titulo melioratione tertij, & quinti, num. 14.

QVÆSTIO. I.

ARdua, necnon difficilis est quæstio, si qua alia in iure, quęq; lõgiorem exigat sermonem, quando in maioratus successione masculi remotioris gradus excludant fœminas propinquiores vltimo possessori. Eam tamen solita breuitate perstringemus. Tractant autem hanc quæstionem ex nostratibus Greg. Lop. in l. 3. tit. 13. partit. 6. verbo, *mugeres*, & Couarruu. libr. 3. variat. resolut. cap. 5. & item Anto. Gom. in l. 40. Taur.

Taur.num.62.Burg. de Paz in l.3. Tauri, num.42.Acosta in quæstione de Regni succesione,Mieres de maioratu,2.part.quęst. 6.& 7.Salazar de vsu,& cons.cap.12.Molina de primog.lib.3.cap.4.& 5. Et latè illi, quàm & eruditè non tamen ita planè, vt res declaratione non egeat. Principio autem illud in hac quæstione nos animaduertere oportet,duas in hac successione stirpes, seu lineas inspiciendas esse,alteram vltimi possessoris,alteram quæ descendit à primo maioratus institutore. Nequè vnquam transitum faciendum esse de linea vltimi possessoris ad alteram, donec linea ista vltimi possessoris deficiat: nisi modo aliud in maratus institutione expressim cautum sit, l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legatis secundo,& illic Bartol. Paul. & reliqui, & inter eos nostrates Peralta,& dominus Francis.Sarm.Probant etiam text.in capit.1.de natura successionis fœudi,& in capit. 1. de eo qui sibi,& hæredibus suis in vtibus fœudorum, & illic Afflict.& l.1.titul.9. part. 2.tradit etiam Couarruu. sedulò rem explicans practicarum quæstionum, cap.38. Tiraquell. quoquè, de retract. linagier. §. 11.gloss.11.num.18.& Molin. de primogen.libr.1.capit.5.& libr.3.capit.4.& nouissimè Gutierrez practicar. quæstionum, libr.3.quæstio. 66. & Zeuallos in speculo practicarum quæstionum,quæst.398. Hoc igitur cognito,hæc quæstio quàm breuissimè in duas partes distribuitur. Prior est, quando maioratus institutus fuit simpliciter,id est, sine aliqua masculorum expressa prælatione.Altera,quando in maioratus institutione expressim masculorum est facta
2 prælatio Priori specie,scilicet,quando sine masculorum prælatione fuit maioratus institutus concurrentibus masculo,& fœmina eiusdem gradus,& lineæ,præfertur masculus, etiam si fœmina sit maior natu:porrò si masculus sit alterius lineæ, præfertur illi fœmina ab vltimo possessore prognata. Bald.in l.in multis, ff. de statu hominum. Petr. de Velapertica, & Iacobus de Arenis in l.pater filium, §.quindecim,ff.de legat.3. Abb. in capit.dilecti, de arbitris, Romanus,singul.98. Palac.Rub.in repetitione rubricę,de donat.inter.§.69.nu.49. Anto.Gom.in l.40.Taur.num.62.Couar. lib.3.variar.cap.5.num.5.& in d.cap.38. pract.quęst.Greg.Lop.in l.3.tit.13.par.6. verbo *mugeres*,Burg de Paz in procem.legum Tauri,num.66.Molin. de primogen.
3 lib.3.cap.4.nu. Et quanuis exterorum sint aliqui,qui reclament, & inter eos Boerius decisio.204.num.32. & Laudensis de primog.quæst.11. quoniam apud illos patrij mores magnopere masculis fauent, ex authoritate legis Salicæ,quæ fœminis impęse aduersa est: verùtamè apud nos opinio hæc dubitationem habet nullam, cum sit id expressim definitum in l.2.tit.15.par.2.& in l.2.tit.18.part.3.loquuntur sanè leges illæ in Regni succesione. Cæterum & ad alios 4
maioratus illas pertinere manifesta ratio facit,cum caput membra sequātur: Sic enim & in propria specie maioratus hoc argumento vtitur Paulus de Castro in consil. 164.vol.1. quod vocatur in causa Hispalensi:atque hæc de priori parte. De lege Salica,vide Bened.in cap.Rain.verb. duas habens filias,num.74.& Couar.practic.quæstionum,cap.1.num.8.Secunda est species, quando in maioratus institutione expressim comprehensum fuit, vt masculi præferantur fœminis,& in hac specie nostrates non satis inter se conueniunt:sed nec quidem in re tanti momenti satis se explicant, sed obscurè nimis,& confuse loquuntur. Aliqui enim existimant, quando ita testator mares fœminis prætulit,marem alterius lineæ remotioriśque gradus excludere fœminam descendentem ab vltimo possessore. Cuius sententiæ fuisse videtur Couarruuias practicarum quæstionum,capi. 38.nu. 8.& Gregor.Lopez in l.3.tit.13.partit. 6. verbo,*mugeres*,column.2.& Burgos de Paz in proœ legum Tauri,numer.23. Atqui in contraria sententia fuit Ludouicus de Molin.lib.3.de primogenitis, capit.5. numer. 71. & capit. 8.numer. 8. Apertè docens quamquam testator masculos expressim prætulerit,non tamen idcirco voluisse masculum alterius lineæ, & remotioris gradus excludere fœminam descendentem ab vltimo maioratus possessore, nisi nominatim testator adiecerit, vt masculus remotioris gradus fœminam excludat. Hæc nostrates: meam vero si spectas sententiam, ego hanc quæstionem non iuris, sed facti (hoc est,voluntatis) esse existimo. Puto igitur si apertè ex testatoris constet voluntate, voluisse eum masculos, etiam alterius lineæ,& remotioris gradus fœminas excludere,ieus voluntatem omnino sequendam esse:ibi enim(vt Iurisconsult.inquit)interpretandi nobis arbitrium datur, cum dubia est defuncti voluntas non cum aperta,& clara,l.non aliter,ff.de legatis 3.l.si plures, ff.de vulgari.l.fin.C.de posthumis hæredibus institu.& alibi sæpè & in hanc sententiam consentiunt nostrates omnes, & Capicius

picius quoque decis. 115. & eam pridem ob seruatam vidimus in nostro Vallisoletano Prætorio in causa Ducatus Alburquercus, seu Alburquensis. Porrò cum testator non ita expresim, & aperta voluntate fœminas expulit, sed simpliciter masculos illi præ-
6 tulit: hic mihi Molinæ verior videtur opinio, existimoque tunc masculum alterius lineæ non expellere fœminam descendentem ab vltimo possessore. Huius autem nostræ sententiæ illud est fundamentum, quod in obscuro, & in re ambigua semper videtur testator sequi iuris definitionem, & ad legis rationem suam velle coaptare voluntatem, l. fin. C. de verbor. significat. Bartol. Paulus, & reliqui in l. haredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. Alciatus de præsumptio. regula 3. præsumpt.
7 32. Paulus Paris. consilio. 30. & 36. libr. 2. Atque ita plerique placet, municipalem legem (quòd vulgò statutum appellamus) fœminas propter masculos excludentem, intellectum iri secundum ius commune, id est, nisi masculi remotioris sint gradus, bal. consil. 275. lib. 2. Paulus de Castr. con. 47. libr. 1. Alexand. consilio 240. lib. 2. Albertus Brunus in peculiari tractatu, quem de ea re edidit, articulo 12. quæstion. 14. Cum igitur lege Regia expresim Cautum sit, tunc masculos excludere fœminas in successione maioratus, cum eiusdem sunt lineæ & gradus, non cum sunt remotioris, vt definitum extat in dict. l. 2. titul. 15. part. 2. & in illo capit. 1. de natura successionis fœudi: consequenter dicendum est cum testator mares fœminis prætulit, intellexisse, iuxta ius commune, scilicet, quando mares in pari essent gradu, atque in eadem li-
8 nea vltimi possessoris. Quid? quod in ambigo pro fœminis pronuntiandum est, quippe cum fœminarum exclusio odiosa sit, & quædam veluti exhæredatio, secundum Ripam libr. 1. respons. capit. 1. & Simancas de primogenitis, libr. 3. capit. 11. & Burgos de Paz in procemio legum Tauri, numero 127. Molina de primogenitis libr. 3. capit. 4. numer. 15. Nec me aliquo modo conturbat Ioann. Andreæ opinio apud Speculatorem, titulo de testamentis, & titulo de successione abintestato, & reliquorum, quos in suas partes ascisit Gregor. in dicta glossa, verbo. *mugeres*, tradentium, ex eo quod testator masculos fœminis prætulit, intelligendum esse suam voluisse conseruare agnationem, masculosque etiam remotiores fœminis prætulisse: nam vt omittam quam plures autores contrariæ fauere sententiæ, vt est videre apud Tiraquel. in libello qui inscribitur cessante caus. limit. 21. & Paris. cons. 41. lib. 3. & apud Molin. lib. 3. de primogenitis, cap. 5. num. 26. Porrò hanc rationem conseruandę agnationis, videtur mihi defunctum, nisi expresim aliud dixerit, intellexisse tantum eodem in linea illius quem primo elegit, & quem primum ad maioratus vocauit successionem: eius enim rei certissimam mihi video capere coniecturam, ex decisione illius Regiæ legis, quæ in Regni successione hanc agnationis rationem tantummodo in linea vltimi possessoris considerandam duxit. Nam rogo, vbi magis agnationis ratio considerandа est, quam in regni successione, ad quam primogenitus masculus, seu frater natu maximus, non dico iure ciuili, sed etiam iure gentium, naturæ ordine primus vocatur: vt ostendit nō obscurè, l. 2. tit. 11. part. 2. Atque etiam Iustinus Historicus, libr. 2. & libr. 16. Si igitur in Regni successione, quæ naturali iure, siue gentium prouenit, ita obseruatur, cur non & in maioratus successione, quæ humano tantum iure censetur, tantundem intelligemus? Præsumamus igitur, voluisse testatorem, hanc quam primo elegit stirpem, cæteris prætulisse, iuxta legem cum auus, ff. de cōditio. & demonst. & legem cum acutissimi, C. de fideicōmis. eodemque pertinet, l. 40. Tauri, quæ descendentem à primogenito semper referre, 9
seu repręsentare ait personam ipsius primogeniti defuncti: atque proinde fœmina ex eo descendens eandem habere videtur, qualitatem, sicuti caute animaduertit Molina lib. 3. cap. 6. num. 48. Nunquam igitur mas 10
culum alterius lineæ præferemus fœminæ descenti ab vltimo possessore, nisi euidentissimis constet argumentis, voluisse maioratus autorem eam excludere, extantibus masculis remotioribus. Cum etenim fœmina iuris regulam pro se habeat, qui contrarium intendit, debet id liquidissimis ostendere probationibus, l. 1. C. de conditio. insertis, l. libertas, §. fin. ff. de man. testam. Iason in l. sciendum, ff. verbor. obligatio. Porrò si euidentissimis constet coniecturis, 11
eam testatoris fuisse voluntatē, vt remotioris gradus, & diuersæ lineæ masculi fœminas excludāt, veluti si dixerit: Volo, vt masculis existentibus nullo vnquā modo fœminæ succedant: eius omnimodo voluntate sequi debemus. Istiusmodi enim liquidissimę cōiecturæ certissimā faciunt volūtatis probationem, l. licet Imperator, ff. de legatis 1. l. si tutor petitus. C. de periculo tutor, 12

faciunque & alia multa, quæ & in eadem sententiam allegat Molin. dict. cap. 4. num. 38. & cap. 8. num. 8. Cessant autem supradicta in filio naturali: nam is nun quam excludit fœminam legitimam descendentem ab vltimo maiorarus possessore, quanquam illa
13 in remotiori gradu extet. Sicuti tradit Campecius, de dote, 5. par. §. 58. & Greg. Lop. in l. 31. titu. 9. partit. 6. in glos. magna, verbic. Benè tamen fateor. Et constat ex his quæ affert Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3. sub
14 finem. Neque etiam habent locum, quando maioratus uit institutus, non Regis authoritate, sed titulo præceptionis, seu melioration is trientis, & quincuncis, cum eo casu non possit defunctus admittere eos, qui extranei uersus sunt, exclusa filia, refragante l. 27. Tauri, vbi id animaduertit Gomez Arias, num. 59. & Tellus num. 16. animaduertit quoque Molin. lib. 2. cap. 12. num. 54.

SVMMARIVM. Quæst. secundæ.

Decisio legis 14. titul. 14. partit. 3. refertur, num 1.

Fama, qualis esse debeat super absentis morte, vt eius bona proximiori decernantur, numero 2.

Mortem absentis multis modis probari posse, numer. 3.

Lex quæ genus aliquod probationis admitti cætera probationum genera, non videtur reiecisse, num. 4.

Absentis mortem non legitimo modo probata, qualiter proximiori bonorum cura decernatur, num. 5.

Multum referre, an cognati bona absentis habeant, vel tanquam hæredes, vel tanquam curatores num. 6.

Qualiter qui paulo ante exclusus fuit à proximiori cognato, nunc eo cognato mortuo, incipiat primum habere locum, nu. 7.

Cũ dubitatur de morte absentis præsumitur illũ superuiuere cognato, qui maior eo sit, nu. 8.

QVÆSTIO II.

De bonis absentis, cuius vita, aut mors ignoratur.

DE bonis absentis peregrè peregrinantis, & de quo incertum est, viuit ne an mortuus sit, frequens est in foro quæstio. Eam vero breuitati consulentes, duabus tantum conclusionibus absoluemus. Prior autem conclusio colligitur, ex l. 14. titul. 14. part. 3. Qua diffinitum extat, si quis de- 1
cennium peregrè absit, publicaque fama percrebruit, vita eum functum esse habendum esse pro defuncto bonaque eius proximo cuique cognato hæreditario iure adiudicanda esse: eius autem verba istiusmodi sunt: *Dezimos, que si aquel de cuya muerte dudan, dizen, que en estrañ y luenga tierra es muerto, y gran tiempo es passado, assi como diez años arriba, que abonda que prueuen, que esto es fama entre los de aquel lugar, è que publicamente dizen todos, que es muerto.* Quę sanè lex digna est, vt longo indice notetur: nam iure communi triennium, aut quadriennium sufficere videatur, iuxta legem si ita, ff. de ritu nuptiarum, & l. vxor. C. de repudijs, & Alexand. consil. 4. volumin. 2. Hæc autem fama, vt ex hone- 2
stis personis, & legitimis sit nata argumentis, oportet, veluti quia fama percrebuit, adolescentem qui militiæ nomen dederat, in aciem ingressum desideratum fuisse, vel nauim ascensum naufragium fecisse. Alioqui si paucis argumentis, & parum idoneis testibus ea fama manasset, non tanti fama esset, quam rumor quidam, seu vana vox populi, cuius constat, nullam habendam esse rationem, l. Decurionum. C. de pœnis, capit. tua, de cohabitatione clericorum, & mulierum, tradit Bartol. in l. de minore. §. plurimum, ff. de quæstionibus. Et in hac eadem specie docet ipsemet Bartol. in tractatu testimoniorum, §. mortuum, & Alexand. consil. 25. volu. 4. Decius quoquè consil. 652. volu. 5. Quod si aliud admitteremus, ociè cuipiam esset, falso famam spargere in populum, mortuum esse eum qui viueret, l. fin. ff. de hæredibus instituendis. Mortem autem, & multis alijs 3
posse modis probari præter superiores authores, tradunt Lanfrancus in capit. quoniam contra, de probationibus, §. de depositione testium, num. 157. & Boer. decisio. 288. Couarru. quoquè in 4. decret. 2. part. cap. 7. nume. 4. necnon Menoch. de remedijs possessorijs, remedio 4. num. 61. Quę 4
quidem probationum genera, & hoc casu admittēda sunt, neque illa lex secundi partis iuris erit impedimento: nam lex, quæ genus aliquod probationis admittit, non propterea alia probationis genera repulisse videtur, secundùm Iaſ. in l. admonendi, numer. 305. de iure iurand. Atque hæc de

priore

priore conclusione sequitur altera : quid si pater dederit testamento curatorem filio absenti ? videtur confirmandus: argumento l. in confirmando, ff. de confirmando tutore. Absentis morte, non legitimo modo probata, decernenda est suorum bonorum cura propinquioribus cognatis datis, scilicet, fideiussoribus, vt eorum habeant administrationem, donec absens repatriauerit. Quæ sanè conclusio probatur in l. 3. C. de captiuis, & postliminio reuersis, & in l. ab hostibus, ff. ex quibus causis maiores, & in l. 1. §. fin. ff. de bonor. poss. furioso, infantivè delata, & illic tradunt interpretes, & Greg. in d. l. 14. tit. 14. part. 3. & eo iure vtimur. Permultum autem interest, an tanquam hæredes cognati bona absentis accipiant, an tanquam curatores. Nam si tãquam hæredes nanciscantur bona pleno iure, & tanquam proprium patrimonium suis illa relinquere hæredibus possunt. Cæterum quando tanquam curatores accipiunt, defunctis his, decernenda est iterum cura & administratio consanguineis absentis his quidem qui litis contestationis tempore proximum locum obtinuerint, l. 12. §. remittit. ff. de excusat. tuto. l. quantum, ff. de eo quod metus causa. Fieri itaq; potest, vt qui paulò anteà fuerat exclusus à proximiori cognato, nunc eo cognato mortuo, proximum incipiat tenere locum, aut certè æqualem cum vltra fratres, fratrumque filios non detur repræsentationi locus, vt in authen. post fratres, C. de legit. hæred. eodemque pertinet. §. proximus, instituta de hæreditatibus, quæ ab intestato defert. In quare illud meminisse debemus, cum ita incerti sumus de absentis morte, præsumendum esse superuiuere absentem cognato, qui maior eo sit, ex l. qui duos, §. fin. ff. de rebus dubijs, & alijs quæ affert. Couarr. libr. 2. variar. capit. 7.

SVMMARIVM.

§. Primi.

Cura bonorum absentis, non vni tantum cognato, sed omnibus in æquali gradu existentibus decernenda est: & ratio redditur, numer. 1. & 2.

Fœminis absentium cura deneganda est. nu. 3.

Tutelæ, & muneribus publicis idoneas non esse fœminas, num. 4.

Mulier habens primam causam successionis, petere potest, vt marito, vel alij cura decernatur. n. 5.

Minoris 25. annis à cura absentium repellentur. n. 6.

Cura absentis cessat, quando absens speratur breui reuersurus. n. 7.

Cessat eadem cura, quando absens suis rebus administrandis curam reliquit. n. 8.

Cura absentis decernenda est consanguineis, etiã si quando decessit, habuerit curatorem, si tamen tantum tempus fluxerit, vt maior effectus sit. n. 9.

Curator absenti datus inuentarium facere tenetur. n. 10.

Qui sint citandi, vt hæc cura decernatur, numero 11.

Spurius an habeat ius petendæ curæ patris absentis, nu. 12. & 13.

Curatori absenti an debeatur decima fructuum, num. 14.

An curatori absentis detur in interum restitutio. numer. 15.

§. PRIMVS.

Illud autem rectè, & ex ordine factu- 1
rum Prætorem existimauerim, si huiusmodi absentis curam non vni cognatorum tantum, sed omnibus qui pari gradu absenti contingunt decreuerit, l. si plures, ff. de legat. tutor. Etenim ratio facit, vt qui pari necessitudinis vinculo absenti iunguntur, illius quoquè bonis æqualiter fruantur, cessetquè inuidiæ liuor, qui pares sanguine magis incessere solet, l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis. Fœminis verò hanc absen- 2
tis curam, perinde ac præsentis dandam non esse, & leges, & Doctores docent. Alexand. consil. 221. volu. 6. Gundisal. de Paz in praxi. 3. part. 1. tom. num. 16. Quoniam 4
tutelæ, necnon reliquis muneribus quæ publica sunt, non idoneæ sunt fœminæ, l. fœminæ, ff. de regulis iuris, l. tutela, ff. de tutelis, l. 12. tit. 2. par. 3. nisi mater, & auia, vt in auth. matri & auiæ, C. quando mulier tutelæ offi. fungi poss. Quanquam illud non ab 5
surdè dici posse puto, si mulier absens consanguinea, quæ primam successionis causam habeat, petat, vt marito, vel alij decernatur cura, audiendam eam esse, argumento quæ habentur in titulo, ff. & Codice qui petant tutores. Minores quoquè vigintiquinquè annis ab hoc munere arceri, certi iuris est l. fin. C. de leg. tutor. & tradit Gundis. de Paz loco paulò anteà citato, sed ea ætate completa, restitui illis cura debet, l. non solum, §. fin. ff. de excus. tutor.

glo.in §.item propter aduersam valetudi-
7 nem,instit.de excus.tuto. Cessabit autem hoc munus, quando absens speratur breui remigraturus,secundùm Greg.in l.12.tit. 2.part.2.& Ioan.Gars.de de expensis, cap.
8 20.nume.3. Cessabit etiam,quando absens suis rebus administrandis procuratorem reliquit iuxta Menoch.sententiam de arbitrarijs,centuria 2.casu.150.num.17.quan quam si absentis redditus in lõgius tempus proteletur, ipsiusquè vitæ certitudo non habeatur, succurrendum putauerim consanguineis aduersus hunc procuratorem, ex his quæ affert Boerius decis.88. & Corsetus in Repertorio ad Abbatem, verbo,
9 *emphyteuta*. Æquè etiam si absens tutorem habeat,aut curatorem,& antea quam in patriam repedauerit,ætatem compleuerit, decernenda est cura proximo consanguineo, secundùm Boerium supradicta decisione 88.Inuentarium autem hunc curatorem fa-
10 cere debere,scribit Bartol.in l.1.ff.de curatore bonis dando,nume.6. & probat l.4. titul.29.partit.2. Nam & potestatem habet actiones mouendi,litisquè susciplendę, cæteraquè alia faciendi quæ alij legitimi curatores possunt.Bartol.in dict. l.1.ff.de curatore bonis dando.Postremo illud admo-
11 nendi sumus,vt hæc cura legitimè decernatur,nesesse esse,vt cęteri consanguinei,qui primam causam, aut parem in successione habent,prius ad iudicium citentur, alioqui aduersus eam tanquam iniustè præpostereque decretam iustè possunt consanguinei agere,secundum ea quæ scribit Bart.in l.1. ff.de curatore bonis dando,num.3. & in l. legitimus,ff.de legitimis tutoribus, num.6
12 Cum autem spurius non succedat agnatis, id est, consanguineis ex parte patris, vt in hac parte,& l.si spurius, ff.vnde cognati, l. 6.tit.8.lib.5.Recopilat. dicendum est,spurios ex parte patris non habere ius ad postulandam curationem bonorum absentis. Et
13 eodem pertinent quæ affert Spino in specu.
14 testament.glos.16.num.34.An vero curatori absentis debeatur decima, quæ more maiorum tutori, aut curatori minoris dari solet, tractat Baeç.in peculiari tractatu de decima tutoris.cap.16. apud quem videre poteris, & apud Gundisaluum de Paz.3.
15 part.1.tom.num.21.Et an absentis curatori detur in integrum restitutio, disceptat Azeuedo in l.3.tit.8.lib.4.Recopilationis,verbo *Que tenga priuilegio*,num.20.

SVMMARIVM.

Quæst.quarta.

Fructus dotis mariti lucro cedunt,nu.1.

Vsufructu in dotem dato,fructus perceptos maritus non tenetur restituere,n.2.

Fructus dici non possunt, nisi sit res ex qua producantur n.3.

Si census perpetuus,aut redimibilis in dotem datus sit,maritus non restituat redditus,numero 4.

Datis mille in dotem ad diem,& donec soluantur,certa data quantitate, maritus non restituet illam annuam quantitatem,nu.5.

Idem procedit in censu ad vitam.n.6.

Si à Marchione dati sunt redditus in dotem,ita vt non sit sors,ex qua pendeant, an veniant à marito restituendi.n.7.

Si clericus causa dotis fructus beneficij dederit, an ij sint à marito restituendi.n.8.

QVÆSTIO. IIII.

An annuo censu in dotem dato, teneatur maritus in restituenda dote perceptos reddituus restituere.

MArchio cum puellam matrimonio collocaret,promisit marito in dotem super alia vicena millia numum annua, quæ percipere voluit maritum ex portorio suo (vulgo pedagium appellamus.) In resti- 1
tuenda dote quæsitum fuit,an maritus redditus omnes quos ex portorio percepisset, restituere teneretur: an potius suos fecerit, cum fructus dotis, mariti lucro ce- 1
dant, vt apertissimi est iuris cum alibi, tum in l.pro oneribus. C. de iure dotium. Adeò quidem, vt in vsufructu in dotem dato perceptos fructus restituere maritus 2
non teneatur, l. dotis fructus, & l.cum in fundo, ff. de iure dotium. Respondi. Fructus accessiones sunt, neque aliter fructus 3
dici possunt, quam si sit res ex qua producantur,l.item veniunt,§.fructus,ff.de petitione hæreditatis, l. 2. C. de actionibus empti.l.cum non solum, §. cum autem æs alienum,C.de bonis quæ liberis. Vt igitur redditus nomine fructuum habeãtur,necesse est:sit sors ex qua dependeant: alioqui si

per se

per se pendeant, non tàm fructus, quàm sors ipsi dicuntur, l. diuortio, §. si vir, ff. soluto matrim. Sed subiectis exemplis res apertius apparebit. Ecce igitur si census perpetuus, aut redimibilis in dotem datus sit, maritus non restituet redditus, cum sit sors, ex quibus pendeant, cuæquè integra mulieri manet, d. l. diuortio ff. soluto matrim. §. de pensionibus, tradit D. Franc. Sarm. selectarum, lib. 3. c. Idemq; probandum erit, si mille puta ad diem data in dotē sint ea lege, vt inter ea dum soluta non fuerint, habeat maritus quinquaginta sin gulis annis, id est, non restituet maritus redditus, iuxta cap. sa lubriter, & illic interpretes, de vsuris. Neque aliud respondendum quoque puto in censu, quem ad vitam appellamus, id est, nō debere maritum perceptos ex eo redditus restituere, salua tamen mulieri sorte, pro qua censum emit, quoniam vt diximus, sine sorte fructus dici non possunt. Suppleri igitur ex redditibus pretium census mulieri debet, residuum vero habebit maritus in fructum, l. plerumque. ff. de iure dotiū, quæ verior sanè, & probabilior mihi videtur distinctio, quā tradita à domino Franc. Sarm. loco superiori, id est, lib. 3. selectarum, cap. 10. à quo etiam post hanc nostram scripturam dissentit D. Morquēchus de diuisione bonorum, lib. 2. cap. 11. num. 23. Ex diuerso vero sint in proposita specie de Marchione, vbi ita in dotem dati sunt redditus, vt non sit sors ex qua pendeant, quęque mulieri salua maneat: nam pedagium non est mulieris, sed Marchionis, non possunt redditus loco fructuum cedere, ac proinde restituere eos maritus tenetur. Idemque iuris erit, si fructus Sacerdotij, seu Beneficij Sacerdos causa dotis in aliquot annos dederit: nam perceptos fructus restituere maritus, cum sors non sit mulieris, sed clerici, tenebitur, vt scriptum reliquit Ioan. Garsia de expensis, cap. 23. num. 4.

4 5 6 7 8

SVMMARIVM.

Quæst. quinta.

Lex. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. explicatur, num. 1, 2. & 3.

Vbi eadem est ratio, idem debet esse ius. n. 4.

Et procedit etiam in correctorijs, & odiosis. n. 5.

Vbi est eadem ratio, & omnimoda similitudo, nō dicitur fieri extensio, num. 6.

QVÆSTIO V.

An sicuti causa matrimonij duo maioratus iungi in vnum non possunt, ita neq; causa successionis.

REgia est lege sancitum, ne duo maioratus quorum alter habeat in redditu ducenta millia sextertiorum (vulgo dicimus *dos quentos*) in vnum iungantur ob causam matrimonij, sed post mortem coniugū diui dantur in filios, ita vt filius nato maior habeat optionē eligendi, vtrū malit, secundus autem filius nanciscatur alterum maioratū: ea est l. 7. tit. 7. l. b. 5. Recop. Huius autem prohibitionis triplicem legislator rationē reddit. Prima est, vt maioratum auctoribus consulatur, ne eorum memoria intereat: altera, vt subueniatur hominibus de illa familia, qui ab ipsis primogenitis solent Gentilitio studio accipere beneficium. Tertia est, quia Regni, Regisquè interest, ne nobilium familiæ extinguantur. Cum autem lex ista ob causam matrimonij duorum maioratuum coniunctionem prohibuerit merito quæritur, an & ob causam successionis eam coniunctionem prohibuisse videatur? Quam quidem quæstionem à nostratibus omissam fuisse piget, pudetquè. Cum enim soleant nonnumquam sterilibus quibusdam, minusquè assiduis quæstionibus sua complere volumina: hanc (quę tam optima est, & vsu frequens) omittere eos non oportuit. Hanc igitur vt absoluam existimo huius legis prohibitionem, & causam successionis comprehendere. Nam licet in principio ob causam matrimonij prohibitio introducta videatur, postea vero omnem in vniuersum causam lex complecti videtur: ita inquiens: *De manera, que dos mayorazgos siendo, como diximos, el vno dellos de dos quentos de renta, ò dende arriba, no concurran en vna persona, ni los pueda vno tener, ni poseer, sino como dicho es.* Deinde si cunctas rationes, ob quas prohibitio in causa matrimonij facta est rimeris. comperies, eas omnes, quotquot sunt, etiam in causa successionis versari. Quando igitur vtrobique eadem ratio versatur, idem iuris erit recipiendum, cum iure comparatum sit, vbi sit eadem ratio, idem iuris statuendum esse, li. Illud. ff. ad l. Aquiliam, l. à Titio, ff. de verb. obligation. & illic Iason. idem in rubric. de re iudicata, nn. 11. Quod sortiri locum etiam in correctorijs, & odiosis, placuit glos. in

1 2 3 4 5

capit. 1. de de temporibus ordinatio. in 6. verbo, Italiæ, quia inquit, Vbi est eadem ratio, & penitus omnimoda similitudo, nõ dicimur extensionem facere: cuius sententiã amplectuntur multi præcipuæ auctoritatis viri, & in his Palac. Rub. in repetit. rubricæ de donatio. §. 16. nu. 4. & Hippolyt. cons. 161. nu. 4. & 5. D. Franc. Sarm. select. lib. 1. c. 12. & licet non pauci reclamẽt apud Iaſ. in l. cum quidam ff. de liberis & posth. verum Ioan. Andr. opinio videtur non obscurè probari in l. 2. §. fin. vers. quod si curatoris, ff. ad Tertul. Placet igitur hanc legis prohibitionem, tam in causa successionis, quàm matrimonij locum habere. Sed hisce paucis tam magna absoluisti? Etiam. Sed si paucis veritas constat, quorsum rogo attinet, importunis lectorem obtundere, & supervacuis terere tempus?

SVMMARIVM.

Quæstionis sextæ.

In hæreditaria emphyteusi potest pater meliorationem facere, & vincula maioratus adijcere, sicut potest de bonis propriis, numero 1.

Nec interest, an emphyteusis ad vitas tantum cõcessa fuerit, num. 2.

Renouatio non mutat antiquam emphyteusis naturam, num. 3.

Filius spurius non potest succedere in emphyteusi Ecclesiastica, neq, ab emphyteuta potest spurius nominari, num. 4.

Spurij à maioratus successione legibus arcẽtur, nisi euidens contraria appareat testatoris voluntas, num. 5.

Legitimatus non censetur legitimatus ad feuda, nec maioratum, num. 6.

Substitutiones l. 27. Tauri intelliguntur de ascendentibus, qui nati sunt tempore quo testamentum fit, num. 7.

QVÆSTIO. VI.

De emphyteusi, quã emphyteuta maioratus vinculis alligauit.

ERat Titio vicus quidam rusticanus cum suis vassallis ascriptitijs (vulgo, *solariegos* appellamus) quem maiores eius acceperant quondã in emphyteusim à Compostellano Archiepiscopo in generationes tres, & annos vndetriginta: is igitur fecit præceptionem vni ex filijs trientris, & quincuncis, vulgo melioratione appellamus, adiectis maioratus, seu fideicommissi vinculis de more solitis: possedit itaque Titij filius vicum illum: possedit & illius nepos maioratus titulo: cum autem ad pronepotem peruenissent generationesque iam desinerent, renuntiauit pronepos emphyteusim in Archiepiscopum, qui illam rursus ipsi renuntianti in totidem generationes, totidemq; annos renouauit. Defuncto autem hoc pronepote sine liberis legitimis, vna duntaxat naturali filia relicta, successit in vico frater quidam illius pronepotis, qui cœlebs, liberosque non habens, decumbens ad mortem nominauit ad emphyteusim filiam illam fratris naturalem, nominationemque Archiepiscopus ratam habuit. Orta est igitur quæstio inter agnatum vltimi possessoris, qui proximam causam in successione maioratus habebat, atquè inter illam filiam spuriam, super adipiscenda illius vici possessione. Dispiciamus igitur, vtrius partes sequamur, & mihi agnati potior causa esse videtur. Id vt ostendam, admonendi sumus, istam emphyteusim hæreditariam esse non de familia, quia in prima eius cõcessione cautum fuerat, vt quotus quisquè vltimus possessor futurum successorem nominaret, quod si non nominaret, succederet in emphyteusi vnus ex eius hæredibus. Est igitur hæreditaria, non familiaris, iuxta ea quæ docet Iuli. Clar. de emphyteusi, quæstion. 16. & Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. 3. part. nume. 84. Valascus quoquè de iure emphyteutico, quæstio. 43. Potuit igitur eam Titius maioratus vinculis obstringere. In hæreditaria enim emphyteusi receptum est à nostris, posse patrem præceptionem, seu melioratione facere, & vincula maioratus adijcere, non aliter atque de suis bonis propriis, inter quos est Couar. resolu. lib. 2. c. 18. concl. 4. & Iul. Clar. in tractatu de emphyteusi, quęstio. 16. Atquè item Molin. de primog. libr. 2. cap. 10. num. 71. Nequè ad rem pertinet, quod nõ 2
fuerit emphyteusis in perpetuum concessa, sed ad vitas tantùm: cum adhuc ius sit emphyteutæ, vt si velit dominus finitis generationibus alteri concedere, tantundem habeat ipse emphyteuta, iuxta ægregiã Bart. sententiam, in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidiana, & æstiua, quam communem esse testatur Iaſ. in l. 2. numer. 22. C. de iure emphyteutico, & magis communẽ perhibet Ant. Gabriel lib. 2. communium

opinio-

opinionũ, tit. de emphyteusi, concluſ. 1. Igitur interea dum emphyteuſis ab emphyteuta iure non auellitur, quid prohibet, ne poſſit poſſeſſor eam vinculis maioratus alligare. Et quid rogo inde in dominum emanat detrimenti? cũ vincula maioratus non diſſoluant conditiones emphyteuſis, quin eas arctius adſtringant: quippe cum vtrobiquè caueatur, ne bona diſtrahantur, ſed vnam duntaxat perſonam ſuccedendo nanciſcun
3 tur. Sed nequè negotium facit renuntiatio ab ipſo pronepote facta, neque renouatio quam ei fecit Archiepiſcopus, ex text. in §. 1. de vaſſallo decrepitę ętatis in vſibus feudorum, vbi apertè probatur, eiuſmodi renuntiationem, atque item renouationem nullatenus antiquam emphyteuſis mutare naturam, tradit etiam gloſſ. in l. quod dicitur. §. fi. verbo creuiſſe. ff. de impenſis in rebus dotalibus factis, cuius opinionem communem eſſe apparet ex Tiraq. in tract. lignag. §. 32. glo. 1. n. 29. Atquè ex Zaſio in tract. de feudis. 3. part. & in hac propria ſpecie de emphyteuſi tradit Ioann. Garſ. in cõmentario de expenſis, c. 12. n. 44. quem nos ſecuti ſumus (ſi quid tamen authoritate valemus) lib. 2. rerum quotid. c. 16. n. 9. Refragatur inſuper filiæ illi naturali, quod traditum eſt à Bald. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanct. Eccl. ac rurſus in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutionibus, & ſubſtit. filios ſpurios non poſſe ſuccedere in emphyteuſi Eccleſiaſtica, neque ab emphyteuta poſſe ſpurium nominari ad præſcriptas generationes: cuius ſententiæ ſubſcripſerunt ſe Alex. conſil. 128. vol. 1. & Iaſ. in l. 2. C. de iure emphyt. q. 20. n. 205. & alij apud Rojam, de ſucceſsionibus ab inteſtato, c. 20. n. 90. Quod hic multo magis probandum eſt, quando emphyteuſis in maioratus dignationem deuenit. iuxta ea quæ affert Molin. de primogenijs, lib. 3. c. 3. ſub finem vbi ait ſpurios à maioratus ſucceſsione legibus repelli, niſi defuncti in contrarium apertam conſtet eſſe voluntatem, quia legitimatus à Principe, non videtur legitimatus ad feuda, ſeu maioratum, niſi aliud expreſsim dictum ſit, ſecundùm Alexand. conſil. 60. vol. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 3. n. 6. Boer. deciſ. 123. Affict. deciſ. 195. Ne quæ huic filiæ naturali proderit, ſi dixerit, ſe ſubſtituẽdam fuiſſe ab auo, anteaquam ſubſtituentur tranſuerſales, iuxta l. 27. Tauri, quæ eſt hodiè l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil. Nã ſubſtitutiones quas lex illa facere iubet patrem, aut auum meliorantem, intelligendæ ſunt de deſcendentibus, qui nati ſunt tẽpore quo teſtamentum fit: nam qui eo tempore nati, aut concepti non ſunt, non poſſunt teſtamentum impugnare. l. ſi quis filio exhæredato. §. 1. ff. de iniuſto rupto, & tradit Tiraquel. de retractu lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 89.

SVMMARIVM.
Quæſtio ſeptimæ.

Teſtamentum ſimul à maritos & vxore factum poteſt à ſola vxore ſuperſtite reuocari, quantum ad bona ipſius vxoris. num. 1.

An mulier pro ſua parte reuocans teſtamentum teneatua fructus quos percepit ex bonis mariti reſtituere Eccleſiæ, quam ipſa & maritus hæredem inſtituerant in teſtamento n. 2.

In contractibus, in quibus datur pœnitentiæ locus, qui à contractu recedit, nihil ex eo lucri debet habere. num. 3.

Iure ciuili contra rationem diſputandi pro communi vtilitate recepta ſunt plura. num. 4.

QVÆSTIO VII.
De teſtamento ab vtroquè coniugè ſimul facto.

MARITVS, & vxor ſimul ſeu eadẽ ſcriptura fecere teſtamentum, in quo relicto ſibi inuicem, hoc eſt: ſuperſtiti vſufructu bonorum ſuorum, Eccleſiam quandam hæredem inſtituerunt. Marito autem prius viam vniuerſæ carnis ingreſſo, mulier illius bonis functa eſt. Hæc verò recedens reuocauit teſtamentum à ſe, & marito communiter factum, cognatoſque ſuos inſtituit hæredes nihil omnino relinquens Eccleſiæ ab vtroquè prius inſtitutæ. In propoſita quæſtione certum eſt vxorem, quod ad ſe attinet, reuocare potuiſſe teſtamentum, iuxta ea quæ ſcribit Suarez in l. quoniam in prioribus, limit. 5. ad l. fori, & Alciat. in l. licet. C. de pactis, nec non Burg. de Paz, conſ. 2. Cæterum vt hoc eſt planum ità illud magnæ eſt dubitationis, an teneatur mulier reſtituere Eccleſiæ fructus, quos ex mariti bonis percepit. Quam quidem quæſtionem apud neminem noſtrorum tactam reperio, niſi apud vnum Burgos de Paz in l. 3. Taur. 2. part. concl. 6. num. 1213. qui tamen (illius forſan difficultate deterritus) eam indeciſam reliquit. Ego vero, vt meam tibi 4

sententiam promam, magis adducor, vt existimem mulieris hæredes damnandos esse Ecclesiæ restituere fructus. Præstat enim mihi in eam sententiam maximum fortissimumque argumentum, l. si pecuniam. ff. de condictione causa data, causa nõ secuta, vbi definitum extat, in his contractibus, in quibus datur pœnitentiæ locus, nihil eum qui à contractu discedit, lucri capere ex eo debere. 3 Suffragatur etiam nobis non mediocriter, quod Iurisconsultus tradidit in l. Senatus, ff. de donationibus causa mortis, in hæc verba. *Neque dubitauere Casiam, quin, & conditione repeti possit, quasi re non secuta, propter hanc rationem, quod ea quæ dantur, aut ita dantur, vt aliquid facias, aut ego aliquid faciã, aut vt Lucius Titius aliquid faciat, aut vt aliquid contingat, & in istis condictio sequitur.* Cum igitur verisimile sit, & vel conniuentibus oculis credere debeamus, ideo maritũ reliquisse vxori vsumfructum suorum bonorum, quod in testando secum conuenisset: hac cessante causa, condictio, seu repetitio locum habere debet. Succurrit etiam æquitas rei: quis enim non dicat, maximè cum æquitate coniunctum esse, mulierem quæ mariti fruitrata est voluntatem, nihil ex illius bonis nanciscì commodi debere? multa autem iure ciuili contra rationem disputandi, pro vtilitate, communi recepta esse i nuumerabilibus probari potest exemplis, vt Iurisconsulti verba vsurpem in l. si ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam.

SVMMARIVM. Quæst. octauæ.

Fratrer vtrinquè coniunctus an illi præferatur, qui vtrinquè coniunctus non est, vbi pater filijs impuberibus reciproce substituit. num. 1.

Contrariæ opinionis auctores recitantur. numer. 2.

Auctoris opinio ponitur, num. 3.

Cum fratres quis instituit hæredes, intelligitur vocasse vtrinque coniunctos. numero. 4.

Et quid in fideicommissaria substitutione. numer. 5.

QVÆSTIO VIII.

Fratre pupillo defuncto, an fratrer vtrinque coniunctus præferatur in substitutione reciproca, fratri ex vno tantum latere coniuncto.

ATtingamus modo quęstionem, quę perinde, ac foro assidua est, ita, & iuris difficilem, ac perplexam habet definitionem, vtpote circa quam interpretes tantopere digladientur, vt vix discernere queas, vtra partium superior sit. Ea est huiusmodi: Pater decedens substituit reciproce filijs impuberibus: habebat autem is duos ex priore matrimonio, & duos ex secundo; defuncto autem altero ex filijs prioris matrimonij, quęsitum fuit, an fratrer vtrinquè coniunctus præferendus sit in successione, an potius bona inter omnes fratres, tàm ex primo, quàm ex secundo matrimonio, ex æquo partiẽda sint? Et Bart. quidem in l. re coniuncti, nu. ff. de legat. 3. secutus Dyni opinionem 1 ait, fratrem vtrinquè coniunctum anteferẽdum esse, quoniam in pupillari, seu reciproca substitutione pupillo succedatur, nõ testatori, vt in §. 1. instit. de pupillari substitutione, ergo fratris (inquit) vtrinquè coniuncti potior debet esse conditio, iuxta auth. cessante, C. de legit. hæred. Bartoli autem opinionem amplectitur Socin. in l. si cognatis. ff. de rebus dubijs, n. 38. & Curtius Iunior cons. 125. Benedictus quoque in cap. Rainuntius, verbo, & vxorem n. 114. à Bartol. item distare videtur Ias. in l. Lucius. ff. de vulgari. & Couarr. practicarum quæstionum cap. 38. num. 2. & denique Bartoli opinionem testatur communem Antonius Rubeus in l. Gallus. §. quidam rectè. ff de liberis, & posth. & Tellus Fernand. in l. 8. Tauri ad finem. Cæterum contrariæ opinioni magnas suppetias feruntFranciscus de Aretio in d. l. Lucius. ff. de vulgari. & Bald. in l. iam hoc iure. ff. eodem tit. & Zasius in tractatu substitutionum, cap. 4. num. 12. & alij non pauci relati à Couarr. loco superiori, & hanc communem etiam esse opinionem, fidem facit Alex. cons. 16. vol. 6. n. 1. & Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 75 Mihi vero, si fas est, inter tantos Doctores meam depromere sententiam. Bart. verior 3 videtur opinio, nam quod aduersæ partis scriptores aiunt, patris testantis spectãdam esse

esse voluntatẽ, cuius erga omnes filios equale videtur esse studium, & affectus, non satis idonea ratio est, cum potius iure comparatum sit, testatoris voluntatem interpretandam esse in re dubia iuxta communis iuris definitiones. l. fin. C. de verb. signific. Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. testatur communem Iul. Clar. in §. testamẽtum, q. 66. Proinde inter ipsos scriptores magis placuit, cum fratres quis instituit hęredes, aut illis aliquid legauit, vtrinque coniunctos vocatos videri, non dimidios, sicuti
4 scriptum reliquit Paulus de Castro in dict. l. fin. C. de verb. signific. n. 6. Ias. ibid. n. 16. quibus etiam cõsistit Ant. Gom. in l. 8. Tauri, n. 9. & Tellus Ferdinandus ibidem, memorans ita pronuntiatum fuisse in Granatensi prætorio. Et sanè iniquum videtur, vt frater secundi matrimonij partiatur cũ fratre prioris matrimonij bona, quæ à priore sunt vxore relicta. In fideicommissaria autem substitutione diuersa causa est, atque item in vulgari, nam cum in istis constet testatori succedi, dicendum est æqualiter omnes fratres ad fideicommissum vocari, sicuti placuit ipsimet Bart. & reliquis in d. l. Lucius. ff. de vulgari. & Greg. Lop. in l. 5. tit. 13. part. 6. glos. fin.

SVMMARIVM. Quæst. nona.

Testibus in summa discordantibus, illorum sequẽda est depositio, qui de minori summa deponunt, num. 1.

Vbi fides testium æqualis est, numerus vincit, num. 2.

Si testes plures numero sint ex vna parte, & testes ex altera maioris fidei, & dignitatis sint, verisimiliaque deponant, pro his standum est, num. 3.

Quidquid probatum est, ex iudicis pendet arbitrio. num. 4.

Vbi testes æquales sunt, & fide, & numero media summa sequenda est. num. 5.

Et qualiter fieri debeat, ex Saliceti sententia ostẽditur. num. 6.

In rebus dubijs media via sequenda est. n. 7.

Pinelli refellitur opinio. num. 8.

In obscuris pro reo pronuntiandum. num. 9.

Cui horologio habenda sit fides, n. 10. & n. 11.

Ciuilis sapientia non dignatur minutissimas res pertingere. num. 12.

Quæstio de horologio ad plurima esse vtilis potest, num. 13.

QVÆSTIO IX.

Cum testes in summa discordant, vtram partem iudex sequi debeat.

SEd & illud videamus, quod in foro sanè quàm frequens est, cum testes in summa discordant, putà quia alij de maiore, alij de minore summa dicant, vtram partem iudex sequi debeat. In qua quidem quæstione diuersos authores in diuersa fuisse opinione video, ita vt nõ minus varij in hac re sint interpretes, quam testes in summis declarandis discordes esse solent. Ipse vero eorũ discordiam hoc pacto componendam esse arbitror. Aut testes sunt singulares in summa quam declarant, veluti quia vnus dicat rem valere quindecim, alius decem, alius quinquè, & quoniam nullus testium per se satis probat, quippe qui singulares omnes sint, in ea causa res est, vt minorẽ summam amplecti debeamus: quia videlicet in minori summa omnes consentire videantur, quæ 1
Iurisconsulti fuit sententia in l. diem profer re. §. si plures. ff. de receptis arbitris, & in l. inter pares. ff. de re iudicata, necnon in l. Sempronius Proculo. ff. de legat. 2. quę etiã iure Pontificio recipitur in cap. 1. de arbit. in 6. & iure Regio in l. 16. tit. 22. part. 3. Quorum ratio cum latè pateat, & apertissima sit, factu difficile est, vt non potius illos sequar, quam aliquorum scriptorum opinationes, existimantium ea iura tantum accipienda esse in arbitris, non autem in testibus. Pro hac autem nostra opinione calculum tulerunt Speculator. titulo de teste. §. postquam, n. 2. & Imola in d. l. inter pares. ff. de re iudicata, & Afflict. decis. 240. nu. 4. Aut vero pro vtraque summa adsunt testimonia concordia, sed altera pars testiũ maiorem, altera minorem summam testificantur, & tunc inspiciẽdum esse puto id, quod 2
& in reliquis causis inspici iura docet, vt si quem testes sunt æqualis cõditionis ac fidei disparis vero numeri, potiora sint eorum testimonia, quę numero vincant, iuxta cap. in nostra, de testib. & l. Iulia. ff. de manumissionibus, & l. 40. tit. 16. part. 3. & in hac sententia sunt Bart. & Ias. in l. 2. §. creditum. ff. si certum petatur. Alberic. & Tyndarus in peculiari tractatu de testibus vterquè. § fin.

Sin

Sin vero testes pares sint numero, inæqualis verò conditionis, eo casu fidē sequimur eorum, qui dignitate magis, & fide præstabūt, quique rei aptiora, & verisimiliora tradiderint, iuxta legem ob carmē. §. fin. ff. de testibus, & l. maiorem ff. de pact. & iupradictam legem septem partiti iuris. Nequè his casibus habenda est ratio, vtrū testes de maiori minorivè summa dicāt, quæ Bart. Baldique fuit opinio in d. l. die proferre. §. si plures. ff. de recept. arbitris, & placere videoPine. in l. 2. ff. de rescindēda vēditione, in fin. & Ioann. Garſ. de expensis, c. 24. Verum est igitur hoc casu, quod & aliàs traditur, quidquid eiusmodi est, in quo quæritur, an quid probatum sit, totum id in iudicis pendere arbitrio: vt scilicet ex sententia animi sui existimet, quid credat, aut parum probatū opinetur, confirmetque motum animi sui ex argumentis & testimonijs quæ rei aptiora, & vero proximiora compererit. l. 3. §. tu magis. ff. de testibus. l. 1. ff. ad Turpilianum. Tradunt Dec. cons. 650. vol. 5. & D. Franc. Sarmien. lib. 1. selectarum, c. 1. At si testes sint numero & conditione pares, & res ita in obscuro sit posita, vt virorum sequenda sit fides, ægrè discerni quæat, hic mihi magis probandum videtur, nequè maiorem, nequè minorum amplectendam esse summā, sed mediam potius sequendam esse viam, sicuti placuit Ant. de Butr. cons. 52. atquè item Saliceto Cremensi, & Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. Alexand. cons. 64. vol. 2. Fiet autem commodè, secundum Salic. in l. hac edictali. C. de secundis nuptijs coniungendo vtriusque partis summas, coniunctasquè per medium partiendo. Adijciam exēplum, vt res tibi apertior sit: altera pars testium ait, rem valere quingenta, altera verò pars ait, valere octingenta, quę iuncta faciūt mille trecenta, huius dimidium sunt sexcenta quinquaginta: hoc igitur dimidiū in iudicando sequemur. Nec dixerit quispiam rusticorum, hanc esse diuisionem, vt dicit Accurs. in l Nensenius. ff. de negot. gestis. Nam in rebus ita dubijs mediam nos sequi debere viam doctissimorum virorum docemur exemplo, in quibus est Cynus in l. Titiæ textores. ff. de legatis 1. & Bart. in l. si duo. ff. vti possidetis, & alij plures apud Boer. decis. 42. n. 39. quorum sententia nō obscurè probatur in l. antiqui. ff. si pars hęreditatis petatur, & in §. fin. instit. de hæredit. instit. Hoc igitur pacto tàm testium, quàm Doctorum omnium discordantes opiniones in concordiam facillimè redigūtur. Quibus omnibus illud consequens est dicere, à tota iuris ratione abhorrens esse, quod doctissimus alioqui Pinel. scripsit in leg. 2. C. de rescindenda venditione, num. 43. Secundum actorem læsionē benè probantem, pronunciandum esse, licet ex rei testimonijs obscuretur eius probatio. Mea enim sic est ratio, & sic animo induco meo, nihil magis in hac parte actori fauendū esse quam reo, sed potius ex superioribus rē diffiniendam esse, id quod ipse Pinelus paulò ante senserat eodē. §. n. 14. Quid quod cum sunt partium iura obscura, reo fauēdum est potius quam actori, vt habetur in regula cū sunt, de regulis iuris in 6. Ex his autem decidi potest quæstio illa de horologijs, vtri potius habenda sit fides, quam mouet Bobadil. in Polyt. lib. 5. c. 2. n. 25. vbi ait interesse an res, de qua agitur fauore digna sit, an odio, nam in ijs quæ fauoris sunt, sequemur inquit fidem illius horologij, quod propitium fuerit causæ fauore dignę: in causa vero odiosa contrarium sequemur, quia scilicet odia restringi, & fauoris cōuenit ampliari. Cuius sententiam, quando duo tantum extant horologia in opido, verisimam reputo, at si multa extent in opido horologia, idem quod de testibus pronuntiandum esse puto, vt nempe sequamur fidem illorum quæ numero vincunt, & certiora esse solēt. Nequè nos quispiā hoc loco irrideat, quod crepitaculorum rationē habere videamur, tanquam iurisprudentiæ maiestatem dedeceat eiusmodi tractare quisquilias. Enim vero licet iurisprudentiæ amplissima sit maiestas, vt quæ rerum diuinarum, & humanarum sit scientia: at ipsa nec minutissimas res pertingere dedignatur, vt est videre, cum aliàs sæpe, tum in §. gallinarum, instituta de rerum diuis. & in l. 1. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur: & Alexandrum nostrū legimus de asino adidisse consilium, quod habetur vol. 2. consil. 13. Quidquod hæc quæstio de horologio ad multa vtilis esse poterit: veluti cum agitur de retractu rei familiaris, vel de decima executionis, & ad alias per multas iuris quæstiones.

SVMMARIVM.

Quæstio. decima.

Spurij ab hæreditate paterna excluduntur. numer. 1.

Pater an possit hæredē instituere filium, quem constante matrimonio ex soluta suscepit. n. 2.

Et quid

Et quid de matre an talem filium possit hæredē instituere, legitimus deficientibus num. 3.

QVÆSTIO X.

Spurius natus ex soluta, & coniugato an hæres patri ex testamento existere possit non ex tantibus legitimis?

1 IVris quam lubrica sit, & incerta cōditio, quæquè etiam eruditissimos fallere soleat, cùm multis alijs exemplis intelligere poteris, tum ex illo quod modo proponā. Iure nihil est magis manifestum, quam spurios ex damnato coitu à paterna excludi hæreditate: authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi. §. fin. & auth. ex complexu. C. dè incestis nupt. l. 10. tit. 13. part. 6. Adhuc tamen Palac. Rub. & Anton. Gomez in l. 9. Tauri, n. 4. Scriptum relinquere posse patrem, qui filios legitimos non habeat, instituere hæredem eum quem constāte matrimonio cōcubina soluta, suique iuris, sibi peperit, quibus accessit Matiençø in l. 7. tit. 8. lib. 5. Recopilat. glos. 11. num. 8.

2 Manifestus sanè error, & à iuris regulis longè abhorrens opinio. Quanuis enim illi iuris communis nonnulli scriptores opem ferant: verum nostrate iure Regio expressim dānata est in dict. l. 10. tit. 13. part. 6. Proinde contrariam sententiam merito amplectūtur Cifuentes, & Tellus in d. l. 9. Tauri, & Rojas de succession. ab intestato, c. 20. ampliat. 43. In vsu autem fori tam male Gomezij, & sequacium recepta est opinio, vt experimentis compertum habeam filio spurio huius conditionis à patre hærede instituto, si à Rege legitimus fieret ægrè, difficulterquè legitimationem à Rege impetrari potuisse, tantum abest, vt sine legitimatione succedat, quod hoc loco notandum duxi, ne dictorum authorum, alioqui nō cōtemnenda authoritas, quemquam in errorem inducat. Quod ad matrem autem attinet, talem filium deficientibus legitimis, legitimum ei hæredem esse nulla est dubitatio, vt cōstat indict. l. 9. Tauri, vbi Castelli verb. herederos, scribit etiam aduersus maternū testamentum illum agere posse, non extantibus legitimis.

SVMMARIVM. Quæst. vndecimæ.

Contendens super nobilitate cum vniuersitate an debeat contribuere in impensis quæ in eam rē a ciuibus exiguntur. num. 1.

Litigator non tenetur ædere instrumenta aduersario suo. num. 2.

QVÆSTIO XI.

Verum is qui cum vniuersitate super nobilitate litigat, teneatur contribuere in impensis, quæ ad eam causam à pupillaribus exiguuntur?

PLeriquè nostratuum tradunt, cū quis super nobilitate cum vniuersitate litigat, contribuere debere in impensis; quæ in eā rem à ciuibus exiguuntur. In hac opinione fuit Otalora de nobilitate 3, part. cap. 1. & Auendañ. in cap. correctorum. 2, part. c. 10 quibus etiam accessit Ioan. Garſ. de nobilitate glos. 22. In contraria verò sententia fuit 1 Greg. Lop. in l. 3. tit. 9. par. 5. verbo, dellos, Cuius ego opinionem tanquam æquitati, & humanitati magis coniunctam, amplectendam esse arbitror, cōtrariumque vsum prorsus durum, inhumanumque esse iudico, & à foro prodnl abigendum. Nam rogo, cuius est iniustitiæ compellere litigatorem aduersus se sumptus, & impensas subministrare, & tanquam tela quibus confodiatur inimico præstare? An parum est, si ipse proprijs impensis (quæ in his præsertim nobilitatis causis graues esse solent) prematur, nisi aduersarij quoque vexetur impendijs? An nō 2 hoc iniquum esse multa iuris arguunt documenta, veluti illud quo cautum est, ne teneatur litigator instrumēta quæ habeat aduersario suo ædere. l. 2. C. de ædēdo? Quod si quæ extant legas, quæ refragari videātur, loquuntur vtique in casibus, quibus emolumentum recipit quis cum cæteris ciuibus. Porrò hac in specie quam agitamus de dāno ipsius litigatoris vertitur, vnde immerito ab eo petitur, vt in impensis contribuere teneatur, id quod etiam animaduersum est à nobis in sexquicenturia, different. 8.

SVM-

lib. 3.

SVMMARIVM.
Quæst. duodecima.

Respublica ad augmentum rei annonariæ publicorum horreorum, quæ à conductoribus potest dimidium frumenti accipere, an teneatur vltra taxam legis soluere pretium, constito, quod frumentum habet impensarum, plusquã in l. definitur, num. 1. & 2.

Lex generaliter loquens restringitur per legem specialiter loquentem. num. 3.

Leges de alienatione loquentes non comprehendunt necessariam. num. 4.

Azeuedi argumentum in ipsam retorquetur. num. 5.

Ob causam in certitudinis euentus pactum alioquin improbum inter partes reciprocè conuentum licitum est.

QVÆSTIO XII.

An leges Regiæ, quibus modius frumenti taxatur, locum habeant in specie legis 21. tit. 11. lib. 5. Recopilat?

1 CAutum est lege Regia, vt possit respublica ad augmentum rei annonariæ, publicorumque horreorum accipere à cõductoribus dimidium frumenti eiusdem cõductionis, soluendo eis pretium, quod positis rationibus omnium reddituum liquidũ fuerit constare modium frumenti ea est l. 21. tit. 11. lib. 5. Recop. cuius verba in summa huiusmodi sunt: *Mandamos, que para prouision de las alhõdigas y plaças, cada vno de los pueblos pueda tomar à los arrendadores de pan la mitad del dicho pan, pagandoles por ello el precio à como les saliere.* Quæstionis est autẽ, an si emolumentorum omnium ratione posita, cum mercede locationis, constet modius frumẽti pluris, quam Regia est taxatione diffinitum, possint cõductores totum illud pretium impunè recipere? Mouet autẽ hanc quæstionem illic Azeued. qui perdoctus alioqui vir, futilibus quibusdam argumentis, nec tanto Doctore dignis, ait, non posse conductores, nec hoc quidem nomine accipere plus, quam Regia taxatione extat definitum, alioqui pœnas daturos, quas danti, qui legitimum rei frumentariæ pretium transgrediuntur. Mihi vero contraria sententia sedit. Azeuedique interpretamentum à vera iuris ratione abhorrens esse iudico. Primum, quia cum leges illæ, quibus pretium frumenti taxatur generales sint, non debent extendi ad hanc legem, quę speciale casum continet: tũ quia non est dãda legum corrrectio, vt in l. præcipimus. C. de appellationibus, tum quia lex generaliter loquens restringitur per legem speciali ter loquentem, cum iuxta notissimam iuris 3
regulam generi per speciem derogetur, quã & in legibus locum habere, tradit glos. & Dynus in dicta regula, generi per speciem, lib. 6. Quod multo magis locum habet, quãdo talis lex specialis lata est fauore publicæ vtilitatis, secundum Iasonem in l. cætera. §. sed si quis, n. 2. ff. de legatis, & Socinum regula. 229. Deinde hæc nostra lex loquitur, quando frumentum extorquetur à conductoribus inuitis: leges autem de alienatione 4
loquentes haud comprehendunt alienationem necessariam l. 1. ff. de fundo dotali. l. cũ fideicommiss. libert. & illic glos. Ias. in l. fin. C. de iure emphyteot. n. 47. Auend. respons. 13. n. 6. Refragatur præterea Azeuedo, quod contractus claudicare non debet. l. si cum dies. §. si arbiter in fin. ff. de receptis arbitris, c. 2. de mutuis petitio. Porrò si eius admitteremus opinionem foret, vt con- 5
tractus claudicaret, nam si vili constaret cõductio, in lucro versaretur respublica: sin autem carius, in damno essent cõductores, cum minus accipere deberent, quam conductionis merces constaret. Opitulatur etiam nobis, quod multis exemplis in iure receptum esse videmus, vt ob causam incertitudinis, seu dubij euentus, pactum alioqui improbum inter partes reciprocè conuentũ, licitum fiat, quoniam æqualitas illa incertitudinis: quæ vtramquè partem ex æquo cõ- 6½
cernit, facit vt neuter iniquitatis possit pactum arguere. l. si hi, & l. Fulcinus. ff. de donatio. causa mortis. l. si pater puellæ. C. de inofficioso testamento. Palacios Rubeos in repetitione rubricæ de donationibus, §. 50 Incertitudo igitur illa, quę versatur hoc casu circa pretium frumenti, est in causa, vt conductores (si ita fors tulerit) pretiũ plus quam legitima taxatione accipientes extra culpam sint. Et sanè nimis inhumanum foret, pœnis conductores afficere, cum nihil lucri hoc casu ex conductione capiant, Cõsentit autem nobiscum in hanc sententiam Matienço in dict. l. 21. glos. 2. & Mexia in tractatu quem inscripsit de taxa panis, con-

cluſ.

cluſ. 5. num. 116. quòd hic notandum duxi ne Az ued. perdocti alioqui viri, interpretamentum cõductores inſontes, & innocuos in fraudem pœnamve vocaret.

SVMMARIVM. Quæſt. decimatertiæ.

Senſus ad cap. reintegranda. 3. q. 1. ex antiquorum ſententia refertur. num. 1.
Ex dict. cap. authores plura remedia deducere. num. 2.
Authorum intellectus ad cap. reintegranda refellitur, num. 3. & 4.
In d. c. reintegranda nullum nouum remedium poni, ſed vetera referri. num. 5.
Superior intellectus etiam refellitur. num. 6.
Verus intellectus ad d. text. aſſignatur. num. 7.
Vera ſpecies d. tex. ponitur. num. 8.
Text. in d. cap. reintegranda, de quibus ſpoliatis loquatur. num. 9.
Quod remedium in d. c. inducatur. num. 10.
Reintegrandi verbum, idem quod reſtitutio importat. num. 11.
Illis qui voluntate ſua, ſiue ſpontanea, ſiue coacta bona ſua tradiderunt, remedium poſſeſſorium non datur. num. 12.
Actio de dolo, & actio quod metus cauſa, in integrum reſtitutionem in ſe continent. num. 13
Aduerſus quæ operetur remedium cap. reintegranda. num. 14.
Cap. reintegranda, an loquatur de ſæcularibus perſonis. num. 15.
Canon cauſa euitandi peccati, ad laicos etiam extenditur. num. 16.
Remedium Canonis reintegrãda, an aliqua præſcriptione deficiat, num. 17. & 18.
Lege præſcriptionem prohibente, ordinaria tantũ prohibita cenſetur. num. 19.

QVÆSTIO. XIII.

Reiecto communi intellectu hactenus abſcriptoribus tradito ad capit. reintegranda. 3. quæſt.

1. *Verus reponitur.*

INter omnia interdicta, ſeu poſſeſſoria remedia (quæ pauca in iure non ſunt) nullum eſt vberius, nullum fertilius, magiſquè præſens ex omnium authorum ſententia, quam text. in cap. reintegranda, 3. quæſt. 1. Proinde fuit cordi nobis, hic aliqua ad illius interpretationem ſubiungere. Canonis autem verba (ne Codicem ſubinde repetere graueris) iſtiuſmodi ſunt: *Reintegranda ſunt omnia ecclẽſiis, vel ſpoliatis Epiſcopis præſentialiter ordinatione Pontificum, & in eo loco vnde abceſſerant funditus reuocanda, quæcunque conditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum, & per quaſcunque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, vel proprias, id eſt, ſuas ſubſtãtias perdidiſſe noſcuntur.* Ex hac igitur tex. diffinitione plerique omnes ſcriptores tradunt, nouum hic, & locupletiſsimum rẽmedium recuperandæ poſſeſsionis introduci, per quod fiat, vt is qui quocumque modo ſine iuſta cauſa à poſſeſsione ceciderit, reſtituatur ſine vlla temporis præſcriptione, aduerſus quemcunque poſſeſſorem, tria non violentum, atque adeò, & ſi is poſſeſſor titulum habuerit, ac bonam fidem. Hũc eſſe iſtius Canonis ſenſum, tradit gloſſ. & Archidiaconus ibidem, tradit etiam Hoſt. in ſumma, titulo de reſtitutione ſpoliatorũ. §. 1. Bartol. in l. rem quæ nobis. ff. de acquirend. poſſeſ. & ibidem latiſsimè Bart. Socin. Quid multis? hunc intellectum communem teſtatur Panorm. in cap. cum ad ſedem num. 26. de reſtitut. ſpoliat. & Alexand. conſ. 51. vol. 1. Angel. in §. quadrupli, inſtitut. de actionib. Marãtha in ſpeculo. 4. part. diſtinct. 7. Anton. Gab. in volumine communium opinionum lib. 5. titulo de reſtitutione ſpoliatorum, concluſ. 1. & Viuius eodem volumine, lib. 5. & pridem Menoch. de recuperanda poſſeſs. remed. 15. & Ioſeph. Ludou deciſ. 59. & nuper Ioann. Gutier. in canonicis quæſtionibus. libr. 1. cap. 34. Qui 2
ſanè omnes huius Canonis deciſioni tantũ tribuunt, vt plura ex eo remedio deducant, quam ex herba Theutonica ſolent Medici. Ita vt in eos rectè dici poſsit, quod eſtin prouerbio, Vno collyrio omnium oculos curare. Porrò hunc intellectum verum non eſſe apparet, cum ex multis, tùm ex cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. vbi diffinitum extat remedium recuperandæ non dari, niſi illi 3
qui vi deiectus eſt: falſo igitur interpretes comminiſcuntur, contrarium ſtatutum eſſe in dict. cap. reintegranda. Apparet etiam ex cap. ſæpe, eodem tit. de reſtitut. ſpoliat. vbi Papa notum ſe remedium introducere, ſcribit aduerſus eum, qui ſcienter ſuccelsit ſpoliatori. Cæterum ſi iſte Canon, Reinregranda nouum introduxit remedium aduerſus 4
quemlibet rem ſpoliati poſsidentem, vt interpre-

terpretes opinantur, frustra editum fuisset illud capituluu sæpe, nec illic dixisset Summus Pontifex, nouum se introducere remedium, cum Canon iste longè antiquior sit quàm textus ille. Quod sanè argumentum tantum valuit apud Abbaten Panormitan. vt ingenuè fateatur, communem intellectũ nimis esse durum, & difficilem. Proinde nõ defecere aliqui tam ex veteribus, quàm ex recentioribus, qui existimarunt, nullum nouum in hoc Canone Reintegranda remedium introduci, sed antiqua tantum remedia referri, & instaurari, in quibus fuit Innocenc. in dicto cap, eum ad sedem, de restitutione spoliatorum, & Alciatus in l, naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirẽd. possess. placuit etiam Franc. de Ripa in dicto ca
6 pit, sæpe, num. 20. Atquè ex nostratibus idem quoquè placere videtur accutissimo Sarmient. de redditibus Ecclesiast. 1. part. cap. 4. Verum enim vero, nec is mihi intellectus arridet, nam hunc Canonem nonnihil noui introducere, inficias iri nõ potest, veluti latius ex sequentibus apparebit. Verus igitur huius Canonis intellectus ille est.
7 Nouum remedium hoc Canone introductum, non esse remedium possessorium recuperandæ, vt veteres, ac recentiores opinati sunt, sed nouum remedium, atque singulare hoc Canone introductum est quædam in integrum restitutio, per quam eiectis, & suis bonis spoliatis Episcopis, succurritur aduersus quoscũque contractus, quos cum ita spoliati essent, dolo, aut metu, aut alia quacunque iniusta causa fecerint, & per quos res proprias, aut Ecclesiæ iniustè perdiderunt. Hic est planè verùs, ac germanus
8 huius Canonis intellectus. Hoc autem ita esse apparebit non difficulter, si verã illius speciem subiecerimus, quæ ita se habet: Cum Catholicæ Fidei assertores ab Arrianis magnopere vexarẽtur, præsertim à Theodorico Italiæ Rege, nonnulli Episcopi persecutionis procella tonante, à proprijs sedibus, ac Episcopatibus expulsi, eo adducti sunt, vt dolo, metu, ac fraude' contractus aliquos facerẽt, per quos res proprias, ac Ecclesiæ amiserunt. Consultus de ea re Romanus Pontifex Ioannes, eius nominis Primus, respondit, dandam esse talibus spoliatis, & eiectis Episcopis in integrum restitutionem aduersus tales cõtractus, & machinationes. Hanc verò esse veram huius Canonis speciem, apparet primo ex summa huius causæ, ita enim Gratianus exorditur. Quidam Episcopus à propria est Sede deiectus. Apparet deinde ex capite primo huius quæstionis, cuius eiusmodi sunt verba: Episcopis suis rebus spoliatis, vel à proprijs Sedibus eiectis, omnia quæ eis ablata sunt, sunt legibus reintegranda. Postremò apparet ex nostri Canonis contextu, dum ait: Eiectis, & spoliatis Episcopis: quæ indiffinita sunt verba, ac proinde accipienda sunt in ijs qui omnibus suis bonis, vel maiore parte eorũ spoliati sunt. l. legatis seruis. §. si vnus. ff. de legatis 3. Non loquitur igitur noster textus 9
de ijs qui singularibus rebus spoliati sunt, sed de ijs qui vniuersis suis bonis aut saltem maiori eorum parte spoliati sunt. Hoc autem ita esse, præter superiora ostendit luce clarius textus in capit. 1. de restitutione spoliatorum in sexto, vbi Iurisconsultissimus Innocent. Papa Quartus illius author ita inquit: *Illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu, cum criminaliter accusatur, qui tota sua substantia, vel maiori parte ipsius se per violentiam destitutum affirmat, & secundum hoc loqui Canones, sano credendum est intellectu.* Quæ verba ad nostrum Canonem, & cæteros huius causæ respicere, intelligere facilè est, cum loquatur Innocentius de exceptione spoliationis, quã accusatus objicit accusatoribus. Canones autem hu- 10
ius quæstionis de eadem re loqui, per te tu facilè perspicere poteris. Vt igitur hunc locum concludamus remedium, quod principaliter hoc Canone introducitur, est in integrum restitutio, quæ datur vniuersis suis bonis spoliatis, aut maiore parte eorum, aduersus contractus à se dolo, fraude, vel metu factos, vel per alias iniustas causas. Hoc autem ita esse, primo apparet 11
ex illo verbo reintegranda, vndè Canon exorditur, reintegrandi enim verbum idem valet, ac sonat quod in integrum restitutio. l. illud. ff. quod metus causa, iunct. §. metum, legis præcedentis l. sed & si manente. ff. de præcario. l. fœminæ. C. de secundis nupt. leg. reintegrato, & l. fin. ff. rerum amotarum, eodem quoquè spectant sequentia verba: Et in eo loco, vnde absceſſerant, penitus reuocanda, cum nihil aliud sit in integrum restitutio, quam in pristinum statum restauratio. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib. ostendit hoc etiam Canõ ipse in illis postremis verbis: Et per quascunquè iniustas causas res Ecclesiæ, vel proprias perdidisse noscuntur, quæ ad proprietatis causam, non possessionis pertinere certum est. Illis enim, qui voluntate sua, 12
aut libera, aut coacta bona sua tradiderunt, possessorium remedium non datur leg. si rerum. ff. de vi, & vi armata. Abbatas in

cap.

capit. cum contingat, num. 3. de iure iurando. Accedit adhæc, quod actio de dolo, &
13 actio quod metus causa, de quibus Canon ipse loquitur, in integrum restitutionem in se continent, nihilque aliud sunt, quam quædam in integrum restitutio, vt manifestè ostendit Iurisconsultus in l. 1. ff. de integrum restitutione titulo generali, & illic annotat Duarenus numer. 12. probatque lex, metum, §. sed qou Prætor, & §. ex hoc ædicto, ff. de eo quod metus causa, & probat textus sic intelligendus in l. dolus, C. de rescind. vendit. Denique vt res tibi omnino plana fiat, audi Iurisconsultum in l. illud, ff. de eo quod metus causa, vbi agens de hac actione, quod metus causa (quę vt diximus, nihil aliud est, quam quædam in integrum restitutio) vtitur hoc eodem verbo reintegranda, quod hic noster Summus Pontifex sic enim inquit: *Si metu à te coactus acceptam tibi stipulationem fecerim, arbitratu iudicis, apud quem ex hoc edicto agitur, non solum illud continetur, vt in tua persona reintegretur obligatio, sed vt fideiussores quoque.* Vides, vt agens de in integrum restitutione, vtatur Iurisconsultus, verbo, reintegrandi, quo etiam hic Canon vtitur? Credamus igitur, Romanum Pontificem de in integrum restitutione isthic loqui cum vtatur eisdem verbis, quibus vtuntur Iurisconsulti de eadem re agentes. Id quod etiam non obscurè colligitur ex capit. eiectis, & capit. si Episcopus, quæstione sequenti, id est, 3. quæstione 2. Atquè hic sanè est verissimus, ac perinde planissimus huius Canonis intellectus, nunc primum à nobis excogitatus, iuxta quem textus iste est etiam longè vtilior, quam secundum communem intelle-
14 ctum, cum iuxta hanc nostram interpretationem non solum spoliati restituantur ad res quas per vim amiserunt, quæ res per se plana erat, & iam antiquissimo iure prospecta: sed restituantur etiam in integrum aduersus quoscunquè contractus, quos imprudenter, siue iniustè fecerunt, dum bonis omnibus, aut maiore parte eorum spoliati essent. At raro dixeris illius diffinitionem ad forensem vsum accomodari posse, cum de eiectis, & spoliatis Episcopis duntaxat loquatur. Minimè id quidem: nam
15 licet de Episcopis loquatur, verum illius beneficium, & ad sæculares personas, etiam pro rebus profanis rectè extendemus, secundùm communem scriptorum interpretationem quam hoc casu verissimam esse puto. Hoc placuit Iasoni, qui alios refert, in l. rem quæ nobis, ff. de acquirend. possessio. & testatur magis communem esse opinionem Narantha in Speculo, 4. part. distin. 7. num. 50. & Menoch. de recuperand. possessione. remed. 15. quæstion. 3. Quanquam enim non defuerint, qui reclament, hæc mihi potior videtur esse opinio: cum diffinitio nostri Canonis edita sit propter peccatum euitandum, ne scilicet, quis cum alie-
16 na locupletetur iactura. At Canon causa euitandi peccati latius, etiam in foro ciuili, & inter laicas personas vires suas habet, iuxta gloss. in regula possessor male fidei, de regulis iuris, in sexto, & Bartol. in l. priuilegia, C. de sacrosanctis Ecclesijs. Significat autem Canon, hoc in integrum restitutionis remedium, sine vlla temporis præscriptione dandum esse: quod adeò latè accipiũt
17 nonnulli, vt scribant, nequè immemorialis quidem temporis præscriptionem huic remedio nocere. Huius opinionis fuit author Imola in capit. 2. de restitutione spoliatorum, & decisio Rotę eodem titulo, decisio. 6. & Anton. Gabriel in volumine communium opinionum, eodem item titulo, nu
18 mer. 54. Verius est tamen, etiam triginta tantummodo annorum præscriptionem huic remedio nocere, in priuatis videlicet, in Ecclesijs vero quadraginta, sicuti placuit Socino in dict. l. rem quæ nobis, & Antonio Massæ, de exercitatione Iurisperitorum, lib. 3. num. 56. & Sarmient. de redditibus Ecclesiasti. 1. part. capit. 4. & deniquè hanc communem esse opinionem, & magis probandam (ne rem actam agamus apparet, ex Balbo de præscriptionibus, 4. par. 4. principalis, quæstio. 24. atquè ex Ioann. Gutierrez dict. cap. 34. num. 62. Nequè negotium facessit, quod textus noster inquit. Quacunque conditione temporis, &c. siquidem (vt aliàs interpretationes à cæteris traditas missas faciamus) lege præscriptionem
19 prohibente, ordinaria tantum præscriptio prohibita esse intelligitur, non ea quæ maior triginta, aut quadraginta annorum sit, vt in principio institut. de perpetuis, & temporalibus actionibus, l. sicut in rem. C. de præscriptio. triginta, vel quadraginta annorum gloss. in capit. 1. §. præterea, de capitulis Conradi, in vlibus fœudorum. Panormitan. in capit. fin. de præscriptionibus, numero 35. & Felinus in rubrica eiusdem tituli, ad calcem, & communem esse, fidem facit Balbus de præscriptionibus, 5. part. quintæ principalis, quæstio 9.

SVMMARIVM. Quæst. decimaquartæ.

Reus vltra duas dietas à delegato iudice trahi non potest, nu. 1.

Et qualiter dietæ computentur, n. 2.

Et procedit etiam in causa appellationis, numero 3.

Quod de dietis dicitur, non procedit quando ordinario iure potest iudex de causa cognoscere, num. 4.

Nec procedit in iudice delegato, quando solutio eius quod debetur, facienda est, vbi iudex de causa cognoscit, num. 5.

Alimenta scholaribus debita illis, præstãda sunt in Academia impensis illius, qui illa debet præstare, nu. 6.

Fori præscriptio ante litis contestationem debet opponi, nu. 7.

Et non est locus in integrum restitutioni, si causa eorum sit, quibus aliàs eo remedio succurrisolet, nu. 8.

Scholasticus quis dicatur, num. 9.

Qualitas admittens aliquem, inesse debet electionis tempore, nec prodest si lite pendente superueniat, nu. 10.

Qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secũdũ tempus verbi, nu. 11.

An admitti debeat ad legatum scholasticus maior annis vigintiquinque, nu. 12.

Scholaris minor vigintiquinque annis si idoneus sit, nec in dispari gradu præferẽdus est. n. 13.

QVÆSTIO XIIII.

De legato annuo scholaribus relicto.

DEfunctus testamento legauit duobus scolaribus de sua familia aureos ducẽtos annuos, vt Salmanticæ annos octo iuri operam darent, idquè perpetuum esse voluit. Super quo legato quam plures inciderunt quæstiones, quæ dignæ visæ sunt, vt à me hoc capite absoluerentur. Prima autem quæstio incidit circa fori præscriptionem, quæ vulgo declinatoria appellatur. Nam cum scholares testamentarium executorem apud Salmanticensis Academiæ Cancellarium conuenissent, is allegabat, se Salmanticæ conueniri non posse, quia, scilicet, vltra duas dietas abesset. Reus etenim, vt notissimi iuris est, vltra duas dietas à fine suæ diœcesis in ius trahi à delegato iudice non potest, in Ecclesiasticis, scilicet, causis, iuxta decisionem Pontificis in capit. nonnulli, de rescriptis. Quod quanquam postea ad vnam dietam restrictum fuit in cap. statutum, §. cum vero, de rescript. in sexto, in scholarium tamen causis adhuc ius vetus obseruatur, vt apparet ex l. 18. titul. 7. lib. 1. Recopilationis. Computantur autem hæ dietæ à fine diœcesis, vbi reus inhabitat, iuxta communem interpretum opinionem, vt est videre apud Felinum in d. capit. nonnulli, num. 30. & lex illa Regia modo citata aperte definit, idquè, & in appellationis causa locum sortiri, auctor est Abb. in dict. cap. nonnulli, nu. 12. cui consentit ibidem Felin. num. 18. Hæc autem exceptio nullo negotio ab scholaribus repulsa est: nam quod de dietis statutum est, cessat, quando ordinario iure potest iudex de causa cognoscere, vt probat text in capit. dilecti, de foro competenti, & illic annotant Innocent. Felinus, & reliqui. Cum autem hæc causa inter scholares sit, ac de alimentis ad ipsum studium attinentibus, iure ordinario illius cognitio ad Academiæ iudicem spectat, iuxta authenticam habita, C. ne filius pro patre, & illic tradunt interpretes, & Boerius decisione 227. numer. 16. & probat l. 7. titulo fin. partita secunda. & l. illa 18. Recopilationis. Accedit ad hæc, quodneque istud, quod de dietis vulgo dicitur, habet locum in iudice delegato, quando solutio eus quod petitur, facienda est eo loci, vbi iudex de causa cognoscit, vt multis ostendit Felin. in dicto capite nonnulli, numero 31. de rescriptis. Porrò in hac specie alimentorum quæ scholaribus debentur, facienda est solutio in ipsamet Academia, impensis videlicet illius, qui illa præstare debet, sicuti tradit Bart. nemine refragante, in l. sed & si susceperit, §. libertis, ff. de iudicijs. Suffragatur deinde scholaribus, quod aduersarius lite iam contestata, ea præscriptione vsus fuit, cum interim fori præscriptio ante litis debeat contestationem opponi, iuxta l. apertissimi, C. de iudicijs, & capit. inter monasterium, de re iudicata, & l. 1. titulo 5. libr. 4. Recopilat. Neque huic incommodo mederi poterit per in integrum restitutionem, etiam si causa eorum sit, quibus aliàs eo remedio succurri solet, sicuti placuit Innocentio in cap. coram, de officio delegati, cui adstipulantur quam plures apud Palacium Rubeum in repetitione, capit. per vestras. §. 26. & apud Molinam de primogenitis lib. 3. c. 13. num. 60. sed & illud dubitatur, scholarem, hoc

hoc loco quemadmodum accipere debeamus, vt ad legatum admitti debeat: & cum testatoris aperta sit voluntas iubentis, vt scholares eligendi iuri nauare operam teneantur, innuere apertè videntur, vt hoc loco dicamus, scholarem eum esse, qui Gram
9 matices rudimentis imbutus, fuerit idoneus
10 ad iuris disciplinam percipiendam. Qualitas enim admittens aliquem, inesse debet electionis tempore, neque proderit si pendente lite superueniat, vt ex textus singularis in capit. si eo tempore, de rescriptis in 6. l. 2. ff de excus. tutor. & illic Bartol. numero 10. l. interuenit, ff. de legatis præst. Iason in l. 1. C. de testament. numer. 2. Suarez allegat. 12. columna 7. Auendañus in capit. corrector. 2. part. capit. 12. nume. 13. Iamque trita est illa vulgi sermone senten-
11 tia. Qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secũdum tempus verbi. Sed quid si scholaris sit maior natu vigintiquinque annorum: an admitti debeat ad legatum, quasi is iam ad literarum studium exoleuerit, mi-
12 nusque idoneus sit? Nam si vulgo dicitur, & refert Ioann. Faber. in procœmio Institutionum, §. cupide, scholaris barbatus in altero sæculo erit aduocatus. In hac sententia fuerunt Neuizanis in Sylua nuptiali, libr. 5. numer. 53. & Gregor. in l. 4. titul. 7. partit. 2. verbo, *começasse*, citantes in eam sententiam Bartoli in l. 1. C. qui ætate se excusant, libro 10. à quibus dissentit Rebuff. in dicta authentic. habita, C. ne filius
13 pro patre, num. 73. Et sanè si alij idonei sint scholares maiores natu, neque dispari gradu, præferendos putauerim: sin minus hunc maiorem natu repudiandum non puto. Ne què enim ætas vigintiquinque annorum tam est à musis aliena, vt de ea omnino desperandum sit. Cum Cato maior iam grandis natu literis vacare cœperit, & Seruius Sulpitius item iam grandœuus iuris disciplinam aggressus sit.

SVMMARIVM.

§ primi.

Intra quantum tempus debeat hæres scholares eligere, vt Salmanticam petentes legato fruerentur, nu. 1.

Et an termino lapso, hæres possit purgare moram, num. 2.

Hæres conuentus ab aliquo scholari de familia, si alius postea in ius veniat, dicens, se anteferẽ dum esse, iste posterior audiendus non est, etsi sit proximior, num. 3.

Si legatum debetur alteri ex duobus quem hæres elegerit, ipso non eligente, illi præstari debet, qui primo litem contestatus fuerit, numero 4.

In causis pijs, lapso termino eligendi, nõ potest hæres moram purgare, num. 5.

Et qualiter sit probanda consanguinitas, nu. 6. & 7.

Text. in cap. licet ex quadam, 47. de testibus ex receptissima sententia in omnibus causis generaliter procedit, num. 8.

§. PRIMVS.

Altera succesit quæstio, intra quantum temporis spatium debeat hæres scholaris eligere, vt Salmanticam petentes legato fruerentur. Quam quidem quæstionem prẽ ter classicos in l. cum quidam, ff. de legatis 2. agitant ex nostratibus Menesius illic, & Couarruu. in capit. 3. de testament. & Pelaez de maioratu, 1. parte, quæstione 48. Matienço in l. 14. titu. 4. lib. 5. Recopilationis, glossa 1. num. 62. & Ioann. Gutierrez practicarum quæstionum, libr. 2. quæstion. 43. Ex quorum scriptis apparet verius, & receptius esse, debere hæredem eligere intra quatuor, aut sex menses, aut intra annum, iuxta distinctionem legis Taurinæ 1
33. hoc est, vt si sit in oppido, intra Regnum tamen eligat intra sex menses: quod si à Regno absit, intra annum debeat eligere. Neque hæres (aiunt) poterit purgare moram his terminis elapsis in causis piis, vt ista exposa Bartol. opinione in dicta lege, cum quidam, dicentis, vsque ad litis 2
cõtestationem posse eum purgare moram. Secundum quæ dicendum est, si hæres fuerit conuentus ab aliquo scholari de fami- 3
lia, aliusquè postea in ius veniat dicens, se anteferendum esse: audiendum hunc posteriorem non esse, etsi is proximior sit, vel etiam hærede autore veniat. Etenim quando legatum debetur alteri ex duobus vtrũ 4
hæres elegerit, hærede non eligente, præferendus est legatarius, qui primum litem cõtestatus fuerit, vt auctor est Bartol. in l. si Titio, aut Seyo 17. ff. de legat. 2. & assentiuntur eodem loci Bald. Paul. & reliqui classici, tradit quoque Alexand. consil. 27. volu. 6. & probatur non obscurè in l. si pluribus, ff. de legatis 1. & in l. fideicommissa. §. plerumquè, ff. de legat. 3. necnon in l. ex duobus, ff. de duobus reis. Quod in profa-

nis causis intelligẽdum est: nam in pijs, elapso termino eligendi, nõ potest (vt diximus)
5 hæres moram purgare, vt communis distinctio tradit. Illud quoque in controuersiam incidit, quemadmodum probari consanguinitas debeat: & illud cõstat, ad probandam consanguinitatem necessum esse, recordentur testes de stipite, vnde cognatio descendit, aut saltem de fratribus, id est, de ipsius
6 stipitis filijs, vt ostendit textus in capit. tua nos, de consanguinitate & affinitate, & illic tradunt Ioan. Andr. & reliqui, tradit etiam glossa in cap. licet ex quadam, de testibus, verbo, gradus, quam illic cæteri classici sequuntur, & vt vno verbo dicam, communiter receptam perhibet Decius consil. 321. num. 6. Cæterum si testes non recordentur de stipite, neque de ipsius filijs vnde cognatio procedit, inutilia eorum fuerint testimonia, nisi modo illis accedant qualitates duodecim, quas latiùs exp. ndit textus nũquam obliuiscendus in capit. licet ex quadam, 47. de testibus, quarum sex ad personas ipsorum testium spectant, sed ad eorum dicta, sicuti illic edixerint Baldus, & Ioannes Andreas. Quanuis enim ipse Ioan. Andreas, & Panormitan. eodem loci opinentur in cæteris causis p. æter matrimonium, etiam cum
7 illis duodecim qualitatibus auditos testes fidem in probanda consanguinitate non facere: receptius est tamen, illius decisionem in omnibus generaliter causis locum sortiri, sicuti placuit Alexand. consil. 82. vol. 1. & Lanfranco de Oriano in capit. quoniam contra, de probationibus, titulo de positionibus, nume. 155. Decio quoquè consilio 321. volum. 2. numer. 3. necnon alijs non paucis, quos memorat Tiraquell. de retractu linag. §. 1. gloss. 16.

SVMMARIVM. Quæst. decimaquintæ.

Pater ob benemerita vnius filij, non potest cæterorum legitimam minuere, nu. 1.

Donatio remuneratoria imputanda est in melioratione tertij & quinti, nu. 2.

Qualiter procedat opinio dicentium, posse patrẽ remunerandi gratia excedere in prælegando metam à iure statutam, nu. 3.

Et ponuntur exempla, num. 4. & 5.

QVÆSTIO. XV.

Donatio remuneratoria, an possit fieri a patre filio vltra prælegatum, seu melioratione quadrantis, & quincuncis.

PAter ob benemerita erga se collata ab aliquo filiorum, non potest aliorum legitimam diminuere: glo. Paulus, Ias. & reli- 1
qui in authent. vnde si parens, C. de inofficioso testamẽto. Donatio itaquè remunera toria (quę à Græcis Antidoron appellatur) 2
l. & si lege, §. consuluit, ff. de petitione hæreditatis, imputanda est in prœceptione, seu prælegato trientis, & quincuncis, ita vt ne eo quidem nomine possit pater prælegando, seu meliorãdo (vt vulgari verbo vtar) excedere trientem, & quincuncem, in quo prælegandi sibi est data à lege potestas. Huius sententiæ fuit Gregor. Lopez in l. 9. tit. 4 partit. 5. verbo, legitima. Baeça de non meliorandis filiabus, cap. 17. num. 3. Tellus Ferdinãdus in l. 28. Tauri, num. 3. licet contraria in sententia fuerit Palacius Rubeus in repetitione rubricæ de donationibus inter virum, §. 50. num. 12. & Gomez Arias in l. 26. Tauri, & Castellus in procœmio eiusdẽ voluminis, volentes renuntiandi gratia posse patrem excedere metam in prælegando à iure statutam. Quorum sententiam habe- 3
re locum tantum poterit, quando benemerita essent eius generis, vt actionem haberet filius ad repetendum, vel extraneus qui beneficium contulit, ibi enim donatio remuneratoria, seu æs alienum, totam onerat hæreditatem, non solum trientem, & quincuncem, sicuti placuit Aymoni Crauet. consil. 165. cui se subscripsit Couarr. in cap. cum in officijs, de testament. nu 11. & exactius edocet Pinel. in l. 11. C. de bonis maternis, 2. part. nu. 60. & Ioan. Gutierrez de cõfirmat. iurm. cap. 5. nu. 24. Sed operępretiũ erit, vt vtriusquè membri exempla subiungamus. Et erit primi membri exemplum, si
fecerit patre filio prælegatum trientis, & 4
quincuncis & adiecerit, vt habeat insuper filius fortè quingenta propter rerum administrationem: nam cum non habeat filius actionem ad repetendum mercedem propter administrationem rerum paternarum, vt diximus libr. 1. rerum quotidianarum, capit. 16. consequens est, vt non possit amplius habere, quam prælegatum, sentiat quanuis aliud Valdesius, perdoctus alioquin vir, ad

vir, ad Suarez, §. 1. num. 4. Secundi membri erit exemplum, si præter melioratione trientis, & quincũcis dixerit pater, vt habeat filius emancipatus quingenta propter fructus quos de bonis maternis, seu de sacerdotio, seu de beneficio filij percepit: Siquidem cum filius emancipatus posset repetere hos fructus à patre, iuxta l. 1. C. de bonis maternis, & quæ tradit Palacios Rubius in repetitione rubricæ de donatio. inter. §. 42. dicẽdum est, habiturum eum præter prælegatum, & illa quingenta, si tot forsan ratio rei à patre administratæ merebatur.

SVMMARIVM. Quæst. decimasexta.

Parentum legitima hodie quæ sit, nu. 1.

An filius in castrensibus, vel quasi, possit patrem præterire, vel exheredare, nn. 2.

Filius clericus licet habeat bonorum suorum tãtum vsumfructum, patri nihilominus tenetur legitimam relinquere, nu. 3.

Hodie parentes succedunt filijs clericis, etiam in bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, nu. 4.

Si pater liberam, vt voluerit testandi facultatem filio concesserit, cæteri fratres immerito conqueruntur, nu. 5.

Funeris filij impensa, an deducenda sit ex patris legitima: & Castelli, & aliorum refertur opinio, num. 6.

Alia opinio refertur, nu. 7.

Auctoris sententia ponitur, num. 8.

QVÆSTIO. XVI.

An de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis possit filius clericus libere, id est, inuito parente in vita disponere, vel decedens testamento legare.

1 PArẽtum legitima iuxta Regias leges est bes, id est, duæ partes hæreditatis, de reliquo igitur quadrante, id est, de tertia hæreditatis parte, solummodo habet filius legandi, & disponendi, inuito parente liberam potestatem, vt definitum extat in l. 6. Tauri, hodie est l. 1. tit. 8. lib. 5. Recopilationis. Quæritur autem illic apud Castellum, verbo, succedant, an ea lex pertineat ad ea bona, quæ filius clericus ratione sui sacerdotij, seu intuitu Ecclesiæ adeptus est: & respõdet pro filio aduersus parentem, hoc est, habere filiũ plenã de his legandi, & disponẽdi potestatem, scilicet, vltra quadrantem; citans in eam sententiam Palacium Rubium 2
in repetitione rubricæ, de donatio. inter. §. 42. Sed secus se res habet, quanuis enim inter iuris interpretes controuersum magnopere sit, an possit filius, quod attinet ad castrensia, vel quasi, præterire patrem, vel exhæredare, atque sint in ea re duæ opinionum factiones, vt est videre apud Couarruuias in capit. quia nos, de testamentis, & apud Spinum in Speculo testamentorum, glossa 24. numer. 11. porrò vtcumquè sit, vtriusquè simulatis auctores ad vnum consentiunt, relinquendam esse patri legitimam: id quòd non obscurè probatur in authentica presbyteros. C. de Episcopis, & clericis. Neque ad rem pertinet, quod filius familias clericus, tanquam miles cœlestis, habeat vsumfructum bonorum suorum, non pater, vt in authentica sacrosanctæ, C. de Episcopis, & clericis, namquè id 3
non est impedimento, quo minus teneatur decedens relinquere patri legitimam bonorum suorum partem, vt in illa authentica, presbyteros, apertè definitur. Refragatur etiam Castello lex ipsa sexta Tauri, quæ clara voce decernit, debere filium relinquere patri duas partes suæ hæreditatis de omnibus bonis, cuiuscunquè conditionis sint, & qualitatis. Deniquè refragatur illi l. 13. titul. 8. libr. 5. Recopilatio. qua definitum 4
extat, secundùm patrios mores, clericorum pærentes, seu cognatos esse eis legitimos successores in bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, perinde ac in cæteris bonis patrimonialibus (vt vulgari, verbo, vtar.) Quapropter merito à Castellano dissentit, quanquam nutans, Rojas de successione ab intestato, cap. 29. num. 49. & apertius Azeuedo in l. 1. titul. 8. libr. 5. Recopilationis, num. 55. Hoc tamen ita erit intelligendum, 5
modo pater potestatem non fecerit filio testandi, vt vellet: nam si id fecerit, ratum erit testamentum filij, nec eo nomine habebunt cæteris fratres quid merito conquerantur, vt videre est apud Tellum Ferdinandum in dict. l. 6. Tauri, numer. 66. & latius apud Ioannem Gutierrez in capit. quanuis pactum, num. 20. & rursus in practicis quæstionibus, lib. 3. quæstione 75. Sed illud idemti 6
dem ex facto tractari solet, an funeris impensa, seu inferiarum sumptus deducendi sint ex bese patris, vel potius ex quadrante

legatarij? In qua re inter noſtrates magnum reperies diſsidium, & concertationem. Nam eas impenſas deducendas eſſe pro rata ex tota hæreditate, placuit Caſtello, & Palacio Rubeo in l. 30. Tauri & Ioa. Garſiæ de expenſis, cap. 8. num 50. Contra
7 rias vero partes tenent in primis Couarru. in cap. Raynaldus, de teſtam. §. 3. num. 2. & Tellus in dict. l. 30. Tauri, num. 6. Ioannes quoquè Gutierr. in repetitione legis nemo poteſt, num. 51. ff. de legatis 1. & iterum in practicis quæſtionibus, libr. 2. quæſt. 71. & ad eos quoquè accedit Rojas, de ſucceſsionibus, capit. 9. num. 31. & Matienço in l. 1. tit. 8. lib. 5. Recopilationis, glo. 8. & Angel. in d. l. 30. Taur. glo. 3. Apparet itaquè hanc noſtratium magis communem eſſe opinionem, atquè eam ipſe veriorem eſſe iudico. Primum ex ipſa l. 6. Tauri, quæ hos funeris ſumptus ad legatarium reſpicere non obſcurè ſignificat, dum ait: *Que en la tercia parte de ſus bienes, puedan diſponer los dichos decendientes en ſu vida, ò hazer qualquiera vlti-*
8 *ma voluntad por ſu alma.* Deniquè ſecundum noſtrates leges onus funeris non reſpicit legitimam filiorum, ſed potius quincuncem hæreditatis, vt apparet ex l. 30. Tauri, idem igitur hoc caſu probandum erit, cum iuxta vulgarem regulam, relatiuorum eadem ſit diſciplina, veluti in eadem ſpecie probat authentic. vt cum de appellation. cognoſc. §. ſiue igitur, collatio. 8.

SVMMARIVM.
Quæſt. decimaſeptima.

Concubinatus, qui dicatur, num. 1.

Quod à lege dicitur de clericorum concubinis, non procedit in conſtitutis in minoribus ordinibus, niſi habeant beneficium Eccleſiaſticũ, num. 2.

Et an ad Commendatarios pertineat. n 3.

Monachorum nomine an eremitæ contineantur, num. 4. & 5.

Coniugatorum nomine qui contineantur, numero 6.

An pœna legis camprehendat focariam cœlibis, num 7.

Concubinatus à Chriſtianis reprobatus, numer. 8.

Hæreticus eſt, qui concubitum aliquem licitum eſſe putat, præter vxorium.

Concubinatus graue eſt peccatum. n. 10.

In delictis inſpici debet tempus commiſsi delicti, numer. 11.

Concubinarijs parcendum, ſi ante ſententiam cõ traxerint matrimonium. num. 12.

Pœna viduæ inhoneſtè viuenti impoſita, ceſſat, quando cum amaſio contraxerit matrimonium, num. 13.

Apud nos ſoli marito de vxoris adulterio permittitur accuſatio, num. 14.

Deficiente iure Pontificio, iudices Eccleſiaſtici tenentur iura noſtri Regni ſeruare, numer. 15.

Iudices Eccleſiaſtici, an poſsint inquirere de clericis habentibus concubinas vxoratas, numero 16.

QVÆSTIO XVII.

IN tractatu de concubinatu triplex oritu quæſtio: qualis ſit concubinatus quem leges coerceant: quemadmodum probetur: qua pœna puniatur: de quibus per ordinem dicendum eſt nobis. Atque vt de primo dicamus concubinatus, qui puniri debet, dicitur cum mulier non nupta eſt concubina publica clerici, monachi, aut vi- 1
ri coniugati, vt eſt cautum in l. 1. titul. 19. libr. 8. Recopilatio. & cæteris legibus illius tituli. Quod autem lex de clerico ait, non 2
eſt intelligendum de clerico in minoribus cõſtituto, niſi is beneficium Eccleſiaſticum habeat, ſecundum Palacium Rub. in repetitione rubricæ, de donationibus, §. 21. num. 21. & Auendaño in capit. correctorum, 1. part. cap. 26. nu. 10. & tradit Azeuedo in l. 1. huius tituli, num. 32. Sed neque pertinebit ad Commẽdatarios quos vulgo vacant, niſi ad eos duntaxat qui ſint ordinis D. Ioannis. Namquè hi ſoli religioſi apud 3
nos cẽſetur, vt apparet ex ijs quæ affert Gregor. Lop. in l. 1. titul. 7. part. 1. & Nauar. de redditibus Eccleſiaſticis, num. 29. & D. Frãciſ. Sarm. in apologia contra Nauar. monito. 69. Dueñas quoquè, regula 110. amplia tion. 1. Soto de iuſtitia, & iure, lib. 7. quæſtio. 5. artic. 3. & ante eos tradidit Barbatius de præſtantia Cardinalium, quæſtione 5. num. 7. Quæ ſententia probatur non obſcurè in l. 14. titul. 15. lib. 2. Recopilat. Monachi autem appellatio, an & eremitas comprehendat, diſceptant Abbas & reliqui in 4
cap. 2. de foro competẽ. Iacobus à Canibus in tractatu qui inſcribitur de repreſaljs, 2. part. & Minchaca controuerſiarum illuſtrium, cap. 105. nu. 52. Ego vero hoc caſu 5
hanc legem ad eos pertinere, magis probandum puto, ex deciſ. legis 17. titul. 1. part. 6. & le-

& legis 3.titul.4.lib.8. Recopilat. Coniugati autem appellatio, & ad eum pertine-
6 bit, qui vxori fit addictus, licet domum nõdum traductæ, vulgo sponsam de præsenti appellamus, ex his quæ affert Hippolytus cons.61.num.4.& est argumento l.3. & 4. titul.20.lib.4.Recopilatio. & tradit expressim Auendañus, responso 10.ad calcem, & Auilesius in cap.Prætorum, capit.47. licet dubitet de eo Azeuedo in isthac l.1.numero 95.Quid vero de ea quæ cœlibis est focaria, an & ad hos pœna legis porrigatur? & eo quidem moribus decursum est, vt hi non antea damnẽtur, quàm si primo admonitia contubernio se temperare noluerint.
7 Quanuis enim iure ciuili, vtpote ab Ethnicis edito, cœlibi concubinam impune habere liceret, l.in concubinatu, ff.de concubinis: porrò Christiana dogmata, quibus humana iura cedere notissimum est, id nul
8 lo modo patiuntur. Quin & ipsa quæ nouissimè à Christianis Principibus promulgata fuerunt, id genus criminis damnant, iamque nullus concubitus licitus apud nos est, præterquam vxorius, quod si quis aliter ter sentiat, hæreseos (quo nihil grauius dici potest) crimine se obligauit iuxta definitionem Pontificis in Clem. ad nostram, de hæreticis, vt tradit Alphonsus de Castro de hęresibus, verbo, Coitus. Non me latet, simplicem fornicationem inter grauiora crimina non censeri, adeo vt placuerit nonnullis, vel mendatio mortali leuius esse illud, vt re
10 fert Syl.Nup.lib.4.num. 24.Porrò cum id crimen ita occalluerit, vt in concubinatum transeant, graue esse peccatum constat, ex Concil.Trident.Sessio.24.cap. 8. Merito igitur si cœlibes commune facti non se abstineant, puniendi sunt, & eo iure vtimur, teste Auend.in dict.cap.26.par.2.Azeued. in l.1.num.28.atque ex rerum experimentis vsu docente, quotidie cognosces. Sed pone, eos postquam huius criminis rei facti sunt, matrimonium contraxisse, an cessabit pœna? & quamquam in delictis tem
11 pus quo quis deliquit spectandum sit, non tempus quo sententia fertur, l.1.ff. de pœnis: humanius est tamen, vt hoc casu eis par
12 cendum esse dicamui, si anteaquam damnati sint, matrimonium contraxerint: cum tãta sit vis matrimonij, vt præteritam etiam purget infamiam: text.in cap.tanta, qui filij sint legitimi, & illic glos.verbo, Legitimi, Dueñas regul.350.Burgos de Paz cons. 6.numer.10.Ex quo aliquando me respondisse memini, pœnam statutam à lege Regia in viduas inhoneste viuentes, ea est l.5. tit.9.lib. 5. Recopilation. cessare quando vidua matrimonium contraxerit cum 13
amasio, & ita obtinui. Ad mulierem autem coniugatam (vt vulgari, verbo, vtar) legem istam non pertinere, definit, l.2.istius tituli, quoniam more Hispano adulterij accusatio nemini datur, nisi soli marito, vt habetur in l.3.titul.7.libr.4.fori, & in dict. l.2.
Quod tribus tamen casibus cessat, quos re- 14
fert Matienço in l.6.tit.8.libr. 5. Recopilatio.glos.2.qui etiam colliguntur ex l.3.titul.19.lib.8.Recopilat. Illud autem notandum erit, quod scribit Episcopus Calagurritanus, vir alioqui doctissimus, in sua praxi, capit.79.leges non obstringere iudices Ecclesiasticos, sed posse eos inquirere de clericis habentibus concubinas, etiam si matrimonio sin iunctæ: etenim iuxta recep- 15
tam sententiam, deficiente iure Pontificio, tenentur Ecclesiastici iudices Regia iura seruare, vt docet Abb. in capit.1. de noui operis nunt.numer.3.& Felin.in capit. Ecclesia S.Mariæ, num.37.de constitutionibus, Palac.Rub.in in introductione rubricę de donat.inter Dida.Perez in proœmio veteris ordina. q.3. Cum igitur iure Regio expressim sancitum sit, ne mulieres adulte- 16
rij accusentur, nisi à proprijs maritis, neque Pontificio iure contrarium sit statutum, dicendum est, Ecclesiasticos iudices non posse inquirere de clericis habentibus concubinas, quæ matrimonio sint iunctæ, nisi in casibus quos leges ipsæ Regiæ excipiunt. Marito tamen ipsius concubinæ absente, locus erit pœnæ, si ipsa viuere eum non probet. Ad eam etenim vitam mariti allegãtem hæc incumbit probatio, nõ ad accusatorẽ, iuxta ea quæ tradit Greg.Lop.in l.fin.titul. 14.part.3.& Couar.lib.2.variar.cap.7.

SVMMARIVM.

§. *Primi.*

Concubinatus duobus modis probari potest, & ponitur primus modus, num.1.

Ponitur secundus modus probandi concubinatum, num.2.

Ad probandam publicam famam, an sufficiat, vt testes dicant, ita publice dicit? & duæ referuntur opiniones contrariæ, num.3.

Dictæ opiniones contrariæ ad concordiam reducuntur, num.4.& 5.

Pluris est testis vnus oculatus, quam decem de auditu. num.6.

Deprehensio amasiorum non sufficit ad pœnam concubinatus, num. 7.
Verba legis explicantur, num. 8.
Semel probato concubinatu, si postea muto conuersentur, præsumitur durare peccatum, numer. 9.
Confessio concubinæ an sufficiat, num. 10.
Tempore incepti iudicij, de publico concubinatu debet constare, num. 11.
Non rem occultam, sed publicam à legibus vindicari, num. 12.
Ad text. in capit. 1. de accusat. respondetur, numero 13.

§. PRIMVS.

Hæc de prima quęstione: nũc videamus, quemadmodum probari concubinatus debeat, vt pœna lecum sortiantur: & tractat id Palac. Rub. in repetitione cap. per vestras, §. 21. num. 12. & Auend. in capit. correcto. 2. par. cap. 26. nu. 14. item Mexia ad l. Toleti, fol. 54 & aliàs alij: sed vt certius, ita, & breuius definiri hoc videtur apud Romanum Pontificem in cap. tua, de cohabitatione clericorũ, & mulierum, cuius verba, quatenus ad hunc locum pertinent, ita se habent: *Nos igitur consultationi tuæ taliter respondemus, quod si crimen eorum, ita publicum est, vt merito debeat appellari notorium, in eo casu, neque testis, neque accusator est necessarius, cum huiusmodi crimen nulla possit tergiuersatione celari: si vero publicum est, non ex euidentia, sed ex fama in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt, cum non* 1 *sit testimonijs, sed testibus iudicandum.* Hactenus Summus Pontifex, ex cuius verbis datur intelligi, duobus modis posse concubinatum probari. Primo, quacdo ita notorium est, vt nulla possit tergiuersatione celari, puta, quia amasius concubinam palam domi habeat, filiosquè ex ea habitos publicè sustentat, & nutrit, deniquè eo processit impudentiæ, vt eam perinde atquè 2 vxorem tractet. Alter est modus, si non ita est notorius concubinatus, sed fama tantum laborat in oppido, seu vicinia, & tunc non sufficiunt (inquit Pontifex) testimonia, seu testes de auditu, sed necesse est, vt cum fama adsint etiam testes, qui scilicet, de re ipsa, hoc est de actibus, amplexibusque impudicis testificentur. Hæc illius textus mens, sensusquè. Ex quibus profligari facilè poterit quæstio illa, in qua Bartol. & Bald. magnopere aduersi sunt: an ad probandam publicam famam, satis sit, vt testes 3 dicant, ita publicè dici: nam Bart. in l. 1. §. plurimum, num. 11. ff. de quæstionibus, in ea est opinione, vt existimet, id non sufficere, nisi amplius dicant, ita dici à maiore parte populi, quia aliter, inquit, fieri posset, vt vel vno tantum publicè dicente, fama probetur: quod in ciuile quidem foret, & absurdum. Bartoli autem opinionem communẽ esse, autor est Imola in l. hæredes palam, ff. de testament. & Alexand. consi. 166. volu. 6. & aliqui non pauci apud Iul. Clar. lib. 5. receptarum sententiarum, quæst. 6. nu. 14. Contra vero Bald. in c. literas, de præsumptionibus, eiusmodi testimonia fidem facere affirmat, alioqui (inquit) probari fere nunquam fama posset. Baldi autem opinionem, & pluriũ eorum auctoritate, & vsu rerum probari, apparet ex ijs, quæ affert Iul. Clarus loco superiori. Has igitur dissidentes opiniones (si inter tantos viros meum interponere iudicium licet), ita conciliandas esse crediderim, vt Baldi quidem opinio locum habeat, quando præter famam adsunt, & testes, qui de re ipsa aliquid testentur: alioqui verior sit Bart. opinio. Etenim 5 quando non offenditur probabilis aliqua causa, in qua fama nitatur, hæc non fama, sed vana potius vox populi dicitur, vt Bart. ipse rectissimè docet in dicto §. plurimum, nu. 26. & 30. vt est enim in prouerbio, plu- 6 ris est occultatus testis vnus, quam auriti decem. Quod autem lex ait, *fuere hallado*, non eò pertinet, vt amasio necesse sit in rebus venereis deprehendi, quia talis deprehensio satis nõ est, vt pœnæ locus sit, nisi etiam 7 antea concubina eo nomine male audiat, iuxta ea quæ traduntur à Baldo in l. 1. C. de sacrosanctis Ecclesijs, colum. 3. & Barto. in proœmio Digestorum, numer. 12. Abb. in capit. 1. de iudicijs ad finem. Palac. Rub. in 8 dict. cap. per vestras. Illa igitur verba, *fuere hallada*, præsentem duntaxat concubinatum coercent, non præteritum: itaque si concubina ad meliorem frugem redierit, iamque ab amasio aliena sit, emendatam non vlciscemur: sicuti in simili in specie respondit Alexand. consilio 216. volumin. 6. num. 2. quanquam, vt rectè inquit Auend. 9 dict. cap. 26. semel probato concubinatu, si postea mutuo conuersentur, præsumitur ad huc durare peccatum, nisi manifestis argumentis vitæ probetur emendatio, cuius etiã amplectitur sententiã Azeued. in l. 1. huius 10 tituli, num. 59. Superioribus autem consequens est dicere, si non extante legitima delicti probatione, concubina ipsa fateatur in iudicio se cum amasio rem habuisse, non satis

satis ad condemnationem sufficere, nisi amplius constiteatur, illius publicam fuisse cõcubinam. Quamuis enim confessio iudicialis notoriam rem faciat c. vestra, de cohabitatione clericorum, & mulierum: attamen eam fuisse concubinam publicã ab initio, vt diximus, constare debet, idest tempore quo iudicium incepit: *fuere hallada*, enim inquit lex, qualitas autem adiuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus. Etenim non rem occultam vlcisci intendunt leges Regiæ, sed publicam, quæquè scandalum generet in populo, res namque apud iudicem de puniendo delicto agitur, non apud censores de moribus. Nec nos deterrere debet textus in cap. 1. de accusationibus in 6. quoniam loquitur in alijs criminibus. quorum animaduersio etiam prẽteritã causam respicit. Atque hæc hactenus de secunda quæstione.

SVMMARIVM. §. secundi.

Quantis constet argenteis regalibus, quod à lege dicitur, marco de plata. *num.* 1.

Voluntarium exilium qualiter accipiatur. numer. 2.

Lex de concubinatu loquens, an de præciso, seu voluntario exilio sit intelligenda. num. 3.

Analogum per se sumptum stat in famosiori significato. num. 4.

Lex semper videtur loqui secundum ciuilem significationem. num. 5.

Sententia in dubio de præciso exilio intelligi debet. num. 6.

In pœnis benignior est habendu interpretatio, dũ modo non recedamus à verbi propria significatione. num. 7.

Quid cauere debeat iudex in interlocutione de relaxando. num. 8.

§. SECVNDVS.

NVnc transgrediamur ad tertiã. Videamus itaque quas pœnas publicas concubina dare debeat: & quoniam hoc loco tam aperta, quam longa legis sunt verba, illa carptim referentes, quantum quoquomodo res exigit interpretationem subiungemus. Ait igitur lex: *Sea condenada a pena de vn marco de plata.* Hęc selibra sexagintaquinquè argenteos nummos signatæ pecuniæ apud nos valet, vt est comprehensum in l. 5. tit. 2. lib. 5. Recopil. Quãquam si verum argenti pondus expendas sexaginta septẽ argentos pendet, vt declarat. l. 2. eiusdem tituli, de qua re alibi egimus. Quãdo igitur expressim voluit lex, vt in argento pœna soluatur, non erit æreæ pecuniæ admittenda solutio, inuito creditore, iuxta ea quæ anno tauimus lib. 2. rer. quotid. cap. fin. §. 12. Ait deinde lex. *Y destierro de vn año.* Quid ergo? de voluntario ne, an de præciso intelligenda lex erit, & illud imprimis admonendi sumus, harum vocum discrepãtiam vulgo magis quam iure probari: quanuis enim voluntij exilij meminerit Iurisconsultus in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis, cuius verba retulit Gratianus, de pœnitentia, dist. 1. cap. aut facta, veruntamen quidquid vtrobique sentiant glosographi, voluntarium exilium illic non accipitur pro eo, quod iudicis pẽdet arbitrio, sed pro eo quod reus sua sponte subibat. Cuius rei exempla reperire licet apud Valerium Maxim. titul. de pudicitia. Hoc apud Graios in certo delictorum genere facere reis permissum erat post primã responsionem, cum exilium subire potius quàm iudicium, sententiamquè expectare malebant, sicuti eodem loci multis exẽplis eruditissimus enarrat Budeus, & constat ex Seneca, atquè item ex Iustino lib. 5. Cæterũ quoniam cum Accursio communis vsus cõsentit, necessario nobis illius est sequendũ interpretamentum, iuxta legem, si de interpretetione. ff. de legibus. Videamus igitur, vtrum de voluntario exilio intelligenda sit. l. an de præciso. Et sanè quod ad præsentem legem attinet, de præciso intellectum iri, ipsius verba manifesto demonstrant. Sed & in cæteris legibus de exilio loquentibus idem sequendum esse, magis est probandum, iuxta vulgare illud dicterium. Omne anal gũ per se sumptum, accipiendum est in potiori significatu. Sic etiam, & Canones de excõmunicatione loquentes, de maiore accipiendos esset, docet Summus Pontifex, in cap. si quem, de sententia excommunicationis, Adde, quod lex semper videtur loqui suo more, id est, secundum ciuilem significationem, non secundum vulgarem. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. l. ideo. ff. de legibus. Atque exilium voluntarium, vt diximus, non tam legibus est introductum quam moribus, id autem quod de legibus diximus, & ad sentẽtiam iudicis pertinere puto, id est, vt nisi aliud sensisse constet, de præciso potius, quã de voluntario loqui videatur, nam quod

iuris regula constitutum, in pœnis benignio
rem este interpretationem faciendam, accipiendum est, modo à verborum proprietate non discedamus. l. non aliter. ff. de legatis
7 3. Alexand. consil. 139. vol. 6. Proinde verendum est, ne falsum sit, quod plerique tradũt pœnam mortis à lege impositam, non de morte naturali, sed de ciuili intellectum iri, sicuti, vt paucos de multis referam, scribit glos. in l. 1. C. ne Christianum mancipium, & Alexand. consil. 104. vol. 1. Cætera de exilio explicat loculenter. Anton. Gom. in cõmẽt. 3. de exilio, proinde missa facimus. Quamuis autem leges Regiæ permittant, vt concubina interea cum lis pendet in pri
8 ma instantia, sub fisteiussoribus relaxetur à carcere. Cauere tamen debet ius dicens, vt in interlocutione de relaxando caueat, vt interdum lis pendet, non habitent rei, seu concubinarij sub eodem tecto, vel in loco suspector

SVMMARIVM. Quæst. decimaoctaua.

Blasphemiam grauissimum inter graviora crimen esse. num. 1.
Locus Euangelij declaratur. num. 2.
Dæmones non pudere in Dum blasphemare. numer. 3.
Locus Iob, c. 1, explicatur. num. 4.
Blasphemia quid sit. num. 5.
Inter blasphemiam, & hæresim quid intersit. num. 6.
Blasphemiam multis modis committi. num. 7.

QVÆSTIO XVIII.

Qua pœna plectendus sit is qui in sanctos blasphemare ausus fuerit.

QVamquam recentiori Recopilationis iure expresim cautum sit, qua pœna plectendus sit is qui in Deum, illiusvè sanctissimam Genitricẽ blasphemiæ quid effutire ausus fuerit, vt est videre in tit. 4. lib. 4. Recopil. Attamen qua pœna plectendus sit is qui in ceteros sanctos blasphemauerit, nõ satis definitum extat. Id ergo vt dispiciamus opere pretium erit. Verũ quoniam hoc crimen (quæ hodie est impudentia) subinde in foro venire solet, non erit abs re, si de eo pauca dicamus. Principio autem illud neminẽ præterit, esse hoc flagitium inter grauiora grauissimum. Si enim nos humoncio
1 nes ex quouis, vel leui conuitio tantopere commouemur, quid de Deo statuẽdum esse putamus, si ipse optimus maximus ab homine (qui illius est figmẽtum & factura quique illius nutu, vel nullius est) iniurijs lacessatur? Sanè vt verbo dicam, perindeac Deus ipse immensus infinituisquè est: ita & scelus istud immensum, & infinitum esse censere debemus. Proinde diuinis Euangelium vo-
2 cibus intonat: Qui aduersus Spiritum sanctum Blasphemauerit, neque in hoc seculo ei remittitur, neque in futuro, facilè scilicet vt interpretatur glos. in cap. qualis. 25. dist. cui assentiuntur tam Theologi, quam etiam Iurisperiti. Sed non est quamobrem in huius criminis detestatione immoremur amplius sit satis dicere, neque dæmones audere, quamquam improbissimos, quicquam
3 blasphemiæ in Deum blaterare, vt apparet ex Iob. cap. 1. quod enim illic dæmon loquitur Deo, nisi in faciem benedicat tibi pro maledicere accipiendum est, secundum Hieronymum epistola ad Iulianum, verbi
4 enim attrocitate offensus diabolus, & Dei reueritus maiestatem, hac vsus est periphrasi. Quid igitur fœdius? quid atrocius? quam non pudere hominem, quod dæmonem depudet? Videamus igitur qualis blasphemiæ sit finis, & si credimus Syluestro in summa verbo blasphemia, est affirmatio falsitatis, vel negatio veritatis erga Deum, sed ea definitio hæresi magis conuenire videtur, quã blasphemiæ. Proinde videtur verior mihi
5 definitio Hugonis de sancto Victore in libro de fructu carnis, & spiritus, cap. 6. vt blasphemia sit vituperium, cum diminutione religionis, aut honoris diuini quam etiã amplectitur Couarr. in cap. quãuis pactum 1. p. §. 7. & Alphonsus à Castro de iusta hæret. punit. c. 12. Inter blasphemiam autem,
6 & hæresim illud interest quod blasphemia consistit in dicendo, hæresis in credendo, secundum Caiet. 2. 2. q. 13. & Nauarr. in Manualic. 12. & Castr. loco modo citato, quorum sententiam nos quoque (si quid tamen authoritate valemus) alibi probauimus, id-est, differentiarum sesquicenturia dis. 109. Blasphemiæ vero crimen pluribus modis com
7 miti exemplis demõstrat D. Tho. 2. 2 q. 13 art. 1. & Sylvest. verbo blasphemia, & Lucas de Penna in l. omnes, C. de delato. lib. 10. &

10. & Gregor. Lop. in rub. tit. 28. p. 7. Boer. decis. 301.

SVMMARIVM. § primi.

An sit blasphemia dicere. Hoc est verum sicut Euangelium, vel sicut Deus est veritas, num. 1. & 2.

Finiti, & infiniti nulla est proportio. n. 3.

Quoad pœnas blasphemiæ distinguitur, an verum, vel falsum dixerit blasphemans. numer. 4.

In dubio præsumendum esse verum dixisse. numer. 5.

An sit blasphemia dicere, Deum facere non posse, vt quod factum est non sit factum. numer. 6.

De potestate Principis sacrilegum est disputare. num. 7.

Deum facere non posse, vt quod factum fuit non sit factum, ex omnium sententia resoluitur, & ratio redditur, num 9. & qualiter id asse rens excusetur à crimine, num. 10.

§. PRIMVS.

1 ILlud vero in controuersiam venire solet, si quis affirmando dixerit, id quod fatetur verum esse sicut Euangelium, vel sicuti Deus est veritas, an blasphemiæ damnandus sit. & nostrates, si satis memini, non attingunt, nisi post hęc mea scripta vnus Azeued. hoc loco. Tractant vero nonulli Theologorum, in quibus est Dom. Sot. de iustitia & iur. lib. 8. q. 2. art. 3. Medina quoque in sua summa, eodem verbo, & Manuel Roderic. Lusitanus Franciscanus Monachus,
2 in summa nuper ædita cap. 34. Verum ego in hac re ita sentio, & imprimis illud existimo, huiusmodi sermonis genus tanquam petulantiæ, & temeritatis plenum, magnopere execrandum esse. Et rogo, quid est omnino, vel in cœlestibus, nedum in his caducis, futilibusque rebus, quod illi Principi Deo omnipotenti, & ineffabili vllo vnquam modo comparari, aut conferri queat? Proprius lucernam Soli, stagnum mari comparaueris quam res humanas altissimo illi Deo, immẽso, & infinito. Finiti enim, & infiniti (vt Philosophi tradunt) nulla est omnino
3 proportio. Proinde miror, qua fronte nonnulli ex nostris iurisperitis, alioqui modestissimi, & Religionis Christianæ colentissimi, hoc dicendi genus interdum vsurpauerint, vt Bar. in l. 1. C. de sententijs, & interlocutionibus omnium iudicum, & Ias. in l. vinum. ff. si certum petatur, & alij aliàs non raro. Deinde 4
quod ad blasphemiæ pœnas attinet, rem distinctionem recipere puto: aut enim qui ita blaterauit, verum profatus est, & ignoscendum ei esse puto, quia non Deo maledicendi, sed sui potius dicti confirmandi causa, ita loquutus esse videatur. Atquèita eo casu mortale ẽum non peccare peccatum, scribit F. Alcocer in libello de confessione, cap. 15. Aut vero falsum ille effutiuit, & blasphemiæ damnãdum esse puto, non longè enim ab eo crimine abfuit, secundùm Dom. Sot. loco paulo antea citato. In re autem dubia 5
magis est, vt eum dixisse verum credamus, vt in regula estote misericordes, de regulis iuris, & in l. in pœnis. ff. de pœnis. Quæritur autem isthic apud Azeuedum, an sit blasphemiæ damnandus is, qui dixerit non posse Deum facere, vt quod factum fuit, non sit 6
factum: & putat, si id ab imperito dictum fuerit, non esse impune ferendum. Et mihi sanè, quanquam insulsum videatur, de Deo eam quæstionem mouere. Namquè si de po- 7
testate Principis temporalis sacrilegium est disputare, vt Imperator inquit in l. 2. C. de crimine sacrilegij, quanto magis sacrilegium erit de summo illo Deo, in cuius manu sunt omnes potestates, & iura Regnorũ, istud quæreret? Cæterũ quia Azeuedus quæstionem mouet, vt illam discutiamus, sciendum est tam inter veteres, quam inter recẽtiores, tam inter Ethnicos, quam inter Christianæ Religionis Doctores communiter cõuenire, vt Deus nõ possit facere, vt quod
factum fuit nõ sit factum. Ex tot autem au- 8
tem authoribus duos dũtaxat, sed eos valde locupletissimos referemus. Alter est Arist. Ethicorum lib. 6. vbi Agatonis subijcit versus in hunc modum.

Hoc tantummodo negatum est Dei numini,
Præterita, vt præstet nulla facta esse tempore.

Alter est D. Thom. 1. p. q. 7. art. 2. Hoc autem non ideo est, quia Deus non sit omnipotens, quippè qui nutu suo omnia possit sursum vertere: sed quia sermo iste, quod factũ fuit, non sit factum, repugnantiam in se continet. Si igitur verborum antynomiam tollas, nihil est quod Deo facilè factu non sit. 9
Potest itaque per obliuionem facere Deus, vt quod factum fuit, factum nõ sit, cum possit

sit

sit nullo suo negotio id quod factum est, penitus delere, atque de omnium hominum memoria ob literare: id quod etiam quanquam Ethnicus intellexit Plin. lib. 2. cap. 3.
10 Si quis igitur secundum hanc distinctionem superiorem conclusionem intelligat, extra crimen est: sin verò aliter sentiat, hæreseos teneretur, nedum blasphamiæ.

SVMMARIVM. §. secundi.

An sit blasphemus qui natalibus suis maledicit, & quod extra ordinem puniatur, num. 1. & 2.

Locus Iob cap. 3. explicatur. num. 3.

Dicendi verbum late patere. num. 4.

In huius criminis causa an admittantur repulsæ testium, & referuntur opinionis contrariæ, & ad concordiam reducuntur, num. 5. & 6.

Spatium mensis definitum à lege in pœnam blasphemorum, debet esse continuum. numer. 7.

Blasphemis posse pro custodia priuatam domum assignari, illustribus scilicet tantum, reliquis verò minime, num. 8. & 9.

Qualiter intelligatur quod dicitur, consuetudinem ad emolliendam pœnam valere. nu. 10.

Auendañi opinio comprobatur. num. 11.

Quo casu à carceribus relaxari reus possit, datis fideiussoribus. num. 12.

An pœnæ à lege statutæ pro secunda, & tertia vicè, procedant, quando nunquam fuit reus damnatus, num. 13.

Quod in lege Regia escudero dicitur, quid significet, num. 14.

Linguæ abscisio qualiter fieri debet. num. 15.

§. SECVNDVS.

SEd & illud videamus si quis natali suo maledixerit, vtrum blasphemiæ pœnis mulctandus sit? Atque eiusmodi imprecationē ad blasphemiæ crimen pertinere, significat
1 Sot. de iustit. & iur. lib. 5. q. 12. art. 2 Verū cum legibus Regijs hoc blasphemiæ genus comprehensum non sit, illarum pœnas ad hanc speciem non pertinere, magis dictaue rim, cum pœnales leges, secundum commune axioma, strictè sint iure interpretandæ, non tamen id impune maledicus iste tulerit, sed extra ordinem pœnas dabit, iuxta c. 1. & 2. de maledict. Frustra autem causabitur ille sanctissimi Iob exemplum, qui diei, qua natus est, maledixisse fertur, vt habetur in illius historia, cap. 3. siquidem illic originale duntaxat peccatum, vitaliumque ærūnas innocentissimum Iob maledixisse intelligendum est, sicuti eundem locum interpre 3
tando D. scribit Gregor. & ad eundem modum accipienda sunt verba Ierem. Prophet. cap. 20. Quanquam verò lex Regia in eum qui blasphemiam dixerit: pœnas statuat: porrò, & ad eum quoque qui scribendo blasphemarit, referenda erit. Dicendi enim verbum latius patet, & eum quoquè amplectitur, qui scribendo deliquerit, 4
glos. in c. constitutionem, de sentēt. excōm. in 6. Roman. & Ias. in l. 1. ff. de verbor. obligat. Boer. decis. 1. n. 9. Et ne nostratium auctoritatem (quæ leuis non est) contemnamus, placet id etiam Auend. in cap. corrector. 2. part. c. 1. n. 17. & Azeued. in l. 1. tit. 4. lib. 8. Recop. num. 36. An vero in huius criminis causa, testium admittantur repul- 5
sæ, seu notæ, non satis inter scriptores constat. Aliquibus siquidem placet, admissum non iri, & in ea sententia fuit Paris. de Puteo, de syndicatū. §. an potestas & Marant. in speculo, titulo de repulsa testium, quos sequitur Auend. d. cap. 5. num. 4. & Auilesius in cap. correctorum. cap. 25. glos. 1. n. 8. Alij contrarias partes sequuntur, tradentes, in hoc crimine, perinde ac in alijs, locū fore testium repulsæ, & inter hos Boer. decis. 301. num. 11. & Iul. Clar. tit. de blasphemijs, num. 4. Hanc vero authorum discordiam componere videtur. l. 2. tit. 28. part. 7 6
quæ ait, cuiusquè conditionis homines testimonium ferre posse contra blasphemum si is modo sit homo humilis, seu vilis. Ergo secundum. Regiam definitionem dicendū est, hominem vilem, seu leuis existimationis, si huius criminis fuerit accusatus, testes refellere non posse, honestum vero, & integræ existimationis rectè posse, atque eo pacto vtriusque partis opiniones in concordiam facilè trahuntur. Mensis vero spatium quod lex Regia blasphemum in vinculis esse sanxit, continuum, non interpollatum esse debere, tradunt communiter nostrates, vtunturquè illi in eam rem multis argumētis, ijsdemque minimè necessarijs, cum expressim id definitum extet in l. 58. tit. 4. lib. 3. Recop. Illud quoque inter omnes conuenit, permissum esse iudici huius criminis reo, qui modo sit nobilis, aut honestus, assignare illi palatium, seu turrim pro carcere. Gregor. Lop. in l. 2. tit. 28. part. 7. Bosius tit. 7
tul.

tul. de carcere. §. 1. Auend. d, c. 5. n. 22. Aui
8 lesius loco superiori, n. 7. qui etiam priuatã domum assignari posse putat cum custodia & idem facit Didac. Perez in rubr. tit. 8. lib. 8. & ordin. & Ioann. Garsia de nobilitate, gloss. 1. n. 9. & in illis tribus sanè personis, id ergo recipiendum esse nõ dubito, ex de-
9 cis. text. in l. si grauius. C. de dignitatibus, libr. 12. dato scilicet custode ipsius impensis: in cæteris vero substistendum esse puto, & non nisi maxima de causa publica vincula remittenda esse arbitror, iuxta l. 1. ff. de custodia, & exhibitione reorum. Maximum est enim hoc flagitium & in quo animaduertendo seueritate opus est, ne pœnam condonantes, deliquendi præstemus irritamentum. Illud tamen ferendũ non est, quod ipse opinatus est Auendañus loco superiori; sicubi blasphemandi fuerit consuetudo, esse in causa, vt reus ordinaria pœna nõ plectatur, nullo enim id iure procedit. Quod enim vulgo dicitur, consuetu-
10 dinem ad molliendam pœnam valere, in ijs locum habet, quæ ad humanum ius, non in ijs quæ ad diuinum, vel naturale spectãt. Ias. in l. singularia. ff. si certum petat. & in hac specie tradit Couar. in cap. quanuis pactum. § 7. n. 12. Atque ita Auend. opinionem moribus non probari, tradit Iul. Clar. in illo §. de blasphemijs, sub fin. Fortassis
11 tamen Auend. probanda erit opinio in rebus ambiguis, & quæ an ad blasphemandi crimen attineant, nec ne, in discrimen vocari solet, qualia nonnulla nos superius retulimus, & ita Auendañi opinionem intelligendam esse, putat Decianus de delictis, tomo 2 lib. 6. cap. 5. Illud vero magnopere mihi arridet, quod bellissimè eodem loci idẽscribit
12 Auendañ. plena aduersus reum non extante probatione, relaxandum eum esse à carcere sub fideiussoribus, interea dum lis pẽdet; alioqui cum hoc casu carcer pœna sit, futurum esset, vt reus antea quam iure conuincetur, non debitas lueret pœnas: quod iuri aduersum esse constat, vt tradit Episcopus Calagurritanus in sua praxi, ca. 116. ad fin. Auendañi autem opinionem amplectitur Azeued. in l. 5. tit. 4. lib. 8. Recop. n. 18. Sed
13 & illud videamus, an pœnæ quas pro secunda, aut tertia vice sanxit lex, locum fortiantur, quando reus totiens peccans, non fuerat prius damnatus? & magis mihi placet, vt locum non habeant. Primum, quia & in furto id magis est receptum, secundum Boer. decis. 219. nu. 2. repugnat quanquam Anton. Gom. tit. de delict. c. 5. n. 8. Cum Boerio autem consentit Auend. agitans quæstionem de ludo, in cap. correcto. 2. p. c. 9. n. 10. Sed & illud quæri solet, quid pro seruitio accipiendum sit, cui lex huius tituli in condem- 14
natione deferendum putat: & magis est, vt pro nobili (qui gentiliter hidalgo appellatur) accipiamus. Apudnos enim tria illa vulgatianomina, *Hidalgo, escudero, infanzon*, synonima sunt, tantundem què significãt, veluti tradit. F. Hieronymus Roman. in commentario de Republica. 2. part. lib. 4. c. 11. & probat l. 1. tit. 13. lib. 8. Recop. sed & lin- 15
guæ abscisio qua blasphemus lege punitur ita fieri debet, vt tamen linguæ non secentur articuli, cautum reliquit Imperator in authẽt. vt nulli iudicum. §. quia verò nos, col. 4. & in eadem specie docet Iul. Cla. in praxi crimin. §. de blasphem.

SVMMARIVM.

§. tertij.

Qua pœna blasphemus puniatur. num. 1.
Leges nouissima à veteribus interpretationem recipiunt. num. 2.
Deo latria, Sãctis dulia, sanctissimæ Virgini Mariæ hyperdullia debetur, ideoque maiori pœna puniri blasphemum in Deum, in B. Virginem, quam in Sanctos, num. 3. & 4.
Seuerissimè puniendos esse illos qui dæmoni aliquid offerunt, num. 5. & 6.


§. TERTIVS.

HIs itaquè expositis, propositam principio quæstionem aggrediamur, atquè videamus, qua pœna plectẽdus sit is qui aduersus Sanctum aliquem blasphemarit? Et vt breuiter rem expediam l. 3. tit. 28. part. 7. dimidias eum dare pœnas præcipit: quæ statutæ sunt aduersus blasphemantes Deũ, illiusvè sanctissimam Matrem, cuius argumentum secutus, idem hodiè statuendum puto, idest, vt qui aduersus aliquem sanctorum blasphemare ausus fuerit, patiatur dimidias pœnas, quas recentiores leges nostratis iuris pati debere blasphemos diffiniunt. Etenim nouissimas leges à veteribus interpretationem recipere, certissimum est. l. nõ est nouũ. ff. de legibus, ita vt lex noua 2
recipiat limitationes omnes, & declarationes legis veteris. Bar. in l. 1. ff. de cõiugẽdis cum emancip. liberis eius. Ripa in l. 1. ff. de

vulga-

vulgari, & pupillari, n. 18. Accediteo, quod is qui aduersus cæteros sanctos blasphemat non æquè peccat, ac is qui aduersus Deum, illiusvè Genitricem: sicuti enim maior de-
3 betur honor Deo, illiusque Genitrici, quam cæteris Sanctis, Deo enim latriæ, Sãctis dul liæ, sacratissimæ Virginis hyperdulliæ debetur honos, vt explicant glossa, & glossographi in c. si canonici, de offic. ordin. lib. 6. & Syluester verbo latria, quibus ipsi nos fuscr ipsimus in Sesquicenturia, different. 108. ita non tam grauiter plectendus est is, qui aduersus Sanctos blasphem auerit, quã qui aduersus Deum, illiusvè sanctissimam Matrem. Id quod tradit Abb. in c. 2. de maledicis, & constat ex proprio motu Pij Papæ V. in quo pœnas aduersus blasphemos nouissimè sanxit: & post hanc nostram scriptu ram, in hanc nostram sententiam consensisse reperi Azeued. in l. 5. tit. 4. lib. 8. Recop.
4 n. 6. qui perhibet, quotidiano vsu ita esse receptum. Possem & alia multa de blasphemis dicere, sed pro nostro instituto, qui bre uitati studemus, hæc satis superquè. Illud ta men tẽperare me non potui, quim dicerem è re publica fore Christianæque pietati mag 5 nopere conuenire, vt iudices legitimis pœnis coercerent eos qui quicquam dœmoni, totius humani generis notissimo inimico maledicendo denouerent. Id enim flagitij tanto magis animaduersione dignũ est, quã to frequẽtius vsu apud populares habetur. Constat etiam magnum ex eo in Christianam plebem emanare detrimentum. Si qui etenim energumeni opprimũtur à dœmone (qui pauci quidẽ non sunt) nõ alios esse sus picor, quã quos parẽtes, aut ipsi se dœmoni deuouerũt. Versutus enim inimicus ille occasionem non perdidit, sed stat, vt inquit Apostolus, tanquã leo paratus ad prædam. Proinde cõsultissimum fore putauerim, si tales blaterones Regia sanctione pœnas pẽ derẽt, sicuti fecisse legimus D. Ludouicum, Francorum Regem, & Donaldum Schotię, 6 vt est author Hector Boetius, lib. 11. suæ Chronicæ.

Finis 18. quotidianarum quæstionum.



IOAN-

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII ELENCHVS CAPITVM, QVAE IN HAC DIFFERENTIARUM Seſquicenturia continentur.

INTER Iuſtitiam, & iurisprudentiam, differentia. 1.

Inter ius, & æquitatem, differentia. 2.

Inter ius naturale, & ius gentium, differentia. 3.

Inter ius naturale, & ius ciuile, differētia. 4.

Inter ius diuinum, Pontificium, & ciuile, differentia 5.

Inter ius commune, Regium, & militare, differentia. 6

Inter ius, legem, regulam, iuſtum & legitimum, differentia. 7.

Inter iuſtitiam diſtributiuam, & commutatiuam, differentia. 8.

Inter iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & ſæcularem, differentia. 9.

De diſcrimine Regij Senatus, & Regaliū Chancellariarum & quid à vetuſto Romanorum Prętorio diſtent. differentia. 10.

De diſcrimine Pinciani Prætorij, & Granatenſis, & quatenus diſtant à cęteris Regijs auditorijs, quorum iudices etiam Auditores appellantur, differentia. 11.

Inter forum fori, & forum poli, differentia. 12.

Inter beneficium Principis, priuilegium, reſcriptum, & diſpenſationem, differentia. 13.

Inter teſtamentum, & codicillum, differentia. 14.

Inter teſtamentum in ſcriptis, & nuncupatiuum, differentia. 15.

Inter legatum, & prælegatum, differentia. 16.

Inter legatum, & fideicommiſſum, differentia. 17.

Inter maioratum, & fideicommiſſum, differentia. 18.

Inter feudum, & maioratum, differentia. 19.

Inter Falcidiam, & Trebellianicam, diſferentia. 20.

Inter bonorum poſſeſſionem, & poſſeſſionem bonorum, differentia. 21.

Inter hæreditatem, & bonorum poſſeſſionem, differentia. 22.

Inter bonorum poſſeſſionem edictalem, atque decretalem, ac litis agnoſcendæ, nec non ſucceſſorium edictum, differentia. 23.

Inter ſucceſſionem maioratus, atque eorum bonorum, quæ libera ſunt, differentia. 24.

Inter animum, animam, & mentem, differentia. 25.

Inter poſſeſſionem ciuilem, & naturalē, quaſi poſſeſſionem, & ciuiliſſimam poſſeſſionem, differentia. 26.

Inter dominium, & proprietatem, differentia. 27.

Inter dominium diuitū, & vtile, & quaſi dominium, & inter reiuendicationem, & Publicianum, differentia. 28.

Inter vſumfructum cauſalem, & formalē, & annuum redditum, differentia. 29.

Inter definitionem, deſcriptionem, etymologiam, & analogiam, differentia. 30.

Inter genus, & ſpeciem, plebem, & populum, differentia. 31.

Inter actionem, & intentionem, poſtulationem, & libellum, differentia. 32.

Inter actionem, cauſam, & titulum, differentia. 33.

Inter actionem, & officium iudicis, & per ſecu-

secutionem, differ. 34.
Inter actionem directam, & actionē contrariam, differ. 35.
Inter actionem, & rem, & actionem personalem, nec non actionem in rem scriptā. different. 36.
Inter actionem directam, & vtilem, & actionem in factum, seu præscriptis verbis, & intercedere actionem, & mandare actionē, different. 37.
Inter exceptionem, præscriptionē, præiudicium, & defensionem, differ. 38.
Inter cosuetudinem, & prescriptionem, & statutum, differ. 39.
Inter Fidem, & Spem, differ. 40.
Inter Fidem, & conscientiam, diff. 41.
Inter actiones bonæ Fidei, & stricti iuris. different. 42.
Inter arbitrum, & arbitratorē, differ. 43.
Inter compromissum, transactionem, & litis æstimationem, differ. 44.
Inter tabellionem, tabularium, notariū, & seruum publicum, differ. 45.
Inter verbum dandi, & deinde, differ. 46
Inter facti, & iuris quæstionem. differentia. 47.
Inter ducere vxorem, nubere, & collocare, differ. 48.
Inter cœlibem, & orbum, diff. 49.
Inter æs meum, & æs alienum, debitum, & creditum, & inter nouationem, cessionē nominis, & delegationem, differ. 50.
Inter crimen, & reatum, differ. 51.
Inter noxam, & noxiam, differ. 52.
Inter vsum, & vsuram, & fœnus, diff. 53.
Inter fluuium, riuum, & torrentem, puteum, & fontem, differ. 54.
Inter lacum, & stagnum, mareque portū, stationem, & sinum, different. 55.
Inter remedium legis secundæ. C. de rescindenda venditione, & actionem redhibitoriam, seu quanto minoris, different. 56.
Inter pignus, & hypothecam, differ. 57.
Inter pignus conuentionale, prętorium, iudiciale, & legale, differ. 58.
Inter fideiussorem, mandatorem, expromissorem, reum debendi, sponsorem, cōstitam pecuniam, vadem, obsidem, differ. 59.
Inter satisdationem iudicio sistendi, & inter satisdationem iudicatum solui, differrent. 60.
Inter cautionem, & satisdationē, atque repromissionem, different. 61.
Inter nihilominus, & nihilo magis, differentia. 62.
De discrimine sui, & eius, huius, & illius differ. 63.
Inter aduocatum, patronum, ac pragmaticum, causam dicere, & causam agere, differrent. 64.
Inter votum, & iuramentum, differ. 65.
Inter sepulchrum, sepulturam, monumētum, mausoleum, bustum, cenotaphiū, sarcophagum, & tumulum, differ. 66.
Inter vltra, & vltro, differ. 67.
Inter procuratorem, & defensorem, excusatorem, atque actorem, differ. 68.
Inter res mancipi, & res neque mancipi, different. 69.
Inter sententiam nullam, & iniustam, differrent. 70.
Inter feudum, emphyteusim, & libellarium, differ. 71.
Inter fundum vectigalem, emphyteuticum, & superficiarum, differ. 72.
Inter contractum census, & contractum emphyteusis. differ. 73.
Inter censum, redditum, pensionem canonem, tributum, collectam, differ. 74.
Inter licitationem, addictionem, & adiectionem, differrent. 75.
Inter Templum, Ecclesiam, Fanum, & Sacellum, differ. 76.
Inter venditionem, seu locationem, quæ ad mensuram fit, & eam quæ fit auersione, differrent. 77.
Inter vinum, acetum, & embamma, differrent. 78.
Inter seruitutes rusticas, & vrbanas, & inter vrbana prædia, & rustica, differ. 79.
Inter colonum, & inquilinum, differ. 80.
Inter seruitutem itineris, actus, & viæ, differ. 81.
Inter legitimam, quæ ex causa dotis, & eam quæ hæreditario iure debetur, differrent. 82.
Inter seruitutem fluminis, & stillicidij, & aquæductus, differrent. 83.
Inter manicum, & claudum, podagram, & chiragram, differ. 84.
Inter spadonem, eunuchum, castratum, thlibiam, thlasiam, & alia nomina eodē pertinentia, differ. 85.
Inter furiosum, mentecaptum, & fanaticum, differrent. 86.
Inter falsum, & mendacium, simulationem, & dissimulationem, differ. 87.
Inter contentionem, rixam, tubam, & factionem, differ. 88.
In mysterio sanctissimæ Trinitatis quantum distet, masculino vtaris, an neutro? differrent. 89.
Inter agnatos, & cognatos, differ. 90.
Inter filium, & liberos, patrem, & parentes,

res,ac posthumum,differentia.91.
Inter patruum,auunculum,& nepotem, different.92.
Inter libertum,libertinum, & statu liberum,differ.93.
Inter iustitium,ferias,& inducias, differ.94.
Inter adoptionem,& arrogationem,differ.95.
Inter hæredes necessarios,suos,& extraneos,differ.96.
Inter miscere,adire, abstinere, & repudiare,differ.97.
Inter tutelam, & curam,atque inter puberem,& impuberem,differ.98.
Inter tutelam testamentariam,legitimã, & datiuam,differ.99.
Inter bellum,exercitum,prælium, aciẽ, legionem,cohortem,duellum, tumultum, diffe.100.
Inter Prouinciam,Regnum, Coloniam, Diœcesim,& Parochiam,differ.101.
Inter ciuitatem,oppidum,municipium, villam,pagum,burgum, vicum, differentia,102.
Inter ciuem,municipem,incolam,accolam,& aduenam,differ.103.
Inter insulam,domum, casam, tugurĩ, differ.10.
Inter libidinem,luxuriam, lasciuiam,luxuriosum,& prodigum,differ.105.
Inter religionem, superstitionem,latriã, dulliam,hyperdulliam,& ceremonias, different.106.
Inter hæreticum,schismaticum,accephalum,apostatam,hæresim,& blasphemiam, necnon maledictum,differ.107.
Inter hæreticos, & malos Christianos, differen.108.
Inter retractum rei familiaris, & rei emphyteuticæ,& de retrouendendo,diff.109
Inter vsucapionem & temporalem præscriptionem,differ.110.
Inter fiscum,& ærarium,diff.111.
Inter familiæ erciscundæ iudicium, communi diuidundo,finium regundorum, atq; petitionem hæreditatis,differ.112.
Inter quæstionem, & tormentum,different.113.
Inter enormem læsionem,& enormissimam,differ.114.
Inter cubitum,& vlnam,ac palmum, different.115.
Inter decem, & dena, siue inter nomina numeralia,cardinalia,& ea quæ distributiua seqquntur,differ.116.
Inter homicidium,& parricidium,& crimen assassinatus,differ.117.
Inter quanti res est,& id quod inter est, causamquè, differ.118.
Inter excommunicationem, & anathema,differ.119.
Inter electionem,postulationem, collationem,præsentationem,institutionem,cõfirmationem,differ.120.
Distare multum,an mulier secundo nubens priusquam nubat,petat filijs tutorem, an id faciat,postquam nupserit?differ.121.
Inter sapientiam, & prudentiam, different.122.
Inter bona profectitia,& aduentitia,different.123.
Inter dotem,& parapherna,differ.124.
Inter donationem propter nuptias, arrhas,& sponsalitiam largitatem,diffe.125.
Inter dotem æstimatam, & inæstimatã, differ.126.
Inter iuramentum,ius iurandum, & sacramentum,differ.1227.
Inter alienationem necessariam, & volũtariam,differ.128.
Inter iudicem ordinarium, legatum, & delegatum,differ.129.
Inter mercedem & mercedem,diff.130
Inter nomina vniuersalia, & generalia, particularia,differ.131.
Inter dolum,fraudem,latam culpam,leuem, atque leuissimam, casum fortuitum, fatum,atque diuinam prouidentiam,different.132.
Inter cauponam,& tabernam,diff.133.
Inter precarium, commodatum, atque precariam, differ.134.
Inter contractus nominatos, & innominatos,differ.135.
Inter iudicium,causam,litem, instantiã, momentum, differ.136.
Inter causam ordinariam, & summariã, leuissimam,& executiuam, diffe.137.
Inter causam ciuilem,& criminalem,different.138.
Inter calumniatorem,præuaricatorem, & tergiuersatorem, differ.139.
Inter as,dupondium,& alia eiusdem generis nomina,differ.140.
Inter denarium,dragma,obolum, & sestertium,cæteraque id genus nomina,different.141.
Inter libram,& selibram, & sesquilibrã, differ.142.
Inter minam,& talentum, cæteraque illiusmodi nomina,deffer.143.
Inter solidum,& aureum,differ.144.
Quid inter possessorium, & petitorium

rium in causa nobilitatis interſit, differentia, 145.

Inter partem bonorum, & partem hæreditatis, differen. 146.

Inter conditionem, modum, & demonſtrationem, different. 147.

Inter præteritionem, & exhæredationem, & quærellam inofficioſi teſtamenti, iuſque dicendi nullum, necnon contra tabulas bonorum poſſeſsionem, & ſupplementum legitimæ, different. 148.

Inter collationem, & imputationem, different. 149.

Inter donationem ſimplicem: & donationem ob cauſam, differentia, 150.

In qua ſumma cum breuitate, neque minori vtilitate collationum materia præſtringitur.

IOAN-

IOANNIS YAÑEZ PARLADORII, IN REGIO Valliſoletano Prætorio Aduocati, quotidianarum differentiarum ſeſquicenturia.

SVMMARIVM.
Exordij.

Res tripliciter differt, comuniter, propriè, & magis propriè, nu. 1.

Interdum ea quæ inter ſe differunt, & diuerſa ſunt, per translationem, ſeu metaphoram, alia pro alijs vſurpantur, num. 2.

EXORDIVM.

DIfferentiarum tractatum aggreſſuri, in primis præmittamus oportet, quemadmodum quæquè inter ſe differre dicantur: & ſanè ſecundum Porphyrium, cæteroſquè artis dialecticæ profeſſores, vt refert Petrus Andreas in Dialectica legali, libr. 3. res tripliciter differre ſolent, communiter, propriè, & magis propriè: communiter, cum differunt accidenti aliquo ſeparabili, vt Titius Heres à Sempronio legatario: propriè, cum ex accidenti inſeparabili prouenit differentia, vt Sacerdos à laico: magis propriè, cum vnum ab altero ſpecie differunt, vt emptio à mutuo. Tradit etiam Anton. Maſſa, de exercitatione Iuriſperitorum, lib. 1. nu. 30. Deinde, vt illud, quod quoto quoque cap. repetendum nobis eſſet, ſemel dicamus, admonuiſſe oportebit, interdum ea quæ inter ſe differunt, & diuerſa ſunt, per translationem, ſeu metaphoram, hoc eſt, per impropriam verbi ſignificationem, alia pro alijs vſurpari ſæpè ſolere, vt latè tradit Alciat. lib. 1. de verbor. ſignifica. nos verò non ſecũdum impropriam, latamque verbi ſignificationem, ſed iuxta propriam, germanamquè, ſuam cuiq; verbo dabimus differentiam. Sed, & cum idem nomen multas ſoleat habere ſignificationes, inde contingit, vt vnũ, & idem nomen pro varia ſignificatione varias quoque cum alijs ſoleat habere differentias, vt in progreſſu operis ſubinde apparebit.

SVMMARIVM.
Differentia prima.

Diffinitionis proprium eſt, verbi ſubſtantiam demonſtrare, nu. 1.

Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum cuiquè tribuendi, nu. 2.

Ius ars boni, & æqui, nu. 3.

Ars nihilnil aliud eſt, quàm Collectio præceptorum ad aliquod vitæ inſtitutum pertinẽtium, num. 4.

Ius, & iuſtitia, differunt tanquam cauſa, & cauſatum, ſiue tanquam materia, & materiatum, nu. 5.

Iuriſprudentia eſt diuinarum humanarumquè rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia, numer. 6.

Agere negotium publicum, cognoſcere, & iudicare, promere, & exercere iuſtitiam, quoque

ipsi docent Philosophi, nu. 7.
Verba boni, & æqui, in iuris dispositione posita, quid distent, nu. 8.
Iudex an peccet, qui metus tyranni iniustam proferri sententiam, nu. 9.
Principi mandans aliquid contra conscientiam, an sit obtemperandum, nu. 10.
In Episcopi electione anteferendus est in pari causa Iurisperitus Theologo, nisi diœcesis hæresibus scaturiat, num. 11.

Inter iustitiam, ius, & iurisprudentia, differentia prima.

DE iuris differentijs dicturi, ratio facit, vt ab ipsius iuris iustitiæque differen-
1 tia initium faciamus. Quoniam vero ea colligi aliunde facilius non poterit quam ex vtriusque verbi definitione, cum definitionis proprium sit verbi substantiam demonstrare, secũdum Bald. in l. 1. ff. de vsufruct. istorum nominum, definitiones subiungamus:
2 *Iustitia (vt Imperator ac item Iurisconsultus definiunt) est constans, & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi.* §. 1. ff. de iustit. & iure, l. iustitia, ff. eodem tit. quam definitionem, & secundum Dialecticas regulas verã esse probat sanctus Thomas, 2. 2. quæst. 68 artic. 1. & reliqui deinceps ab eo Theologi. Et in his Dominicus Soto, de iustitia & iure, lib. 3. artic. 1. quæstio. 2. & frater Bañes, etiam Dominicus, eodem loco: & eam quoque ab aliquorum Zoilorum impugnatione defendit Alciatus Parergon, libro 1.
3 capit. 31. Ius autem est ars boni, & æqui, l. 1 ff. de iustitia & iure, quam definitionem, tàm ius naturale, quàm legitimum, seu scriptum comprehendere non est dubitandum, licet Sotus loco superiori ad ius naturale tantum eam respicere dicat, non ad ius scriptum. Manifestus sane error (doctissimi
4 viri pace dixerim) nam cum ius sit ars, ars verò nihil aliud sit quàm collectio præceptorum ad aliquod vitæ institutum pertinentium, vt definiunt omnes, teste Quintiliano lib. 7. institutionum, & probat noster Accursius in dicta l. iustitia, ff. de iustitia, & iure, necesse est, hæc ars ius quoquè scriptum comprehendat, vtpotè, in quo & iuris naturalis, & humani præcepta collecta sunt.
Differunt igitur ius & iustitia secundum
5 Paulum de Castr. in dict. l. iustitia, ff. de iustitia, & iure, tanquam causa, & causatum, siue tãquam materia, & materiatum: (vt ille loquitur) vel tãquam mater, & filia: iustitia itaquè ex materia, ius verò est forma tradens præcepta regulasquè in quibus iustitia consistat, & administranda quemadmodum sit. Huius verò artis scientia appellatur Iurisprudentia, vt enim definit Iurisconsul-
6 tus in l. iustitia, ff. de iustit. & iure. Iurisprudentia est diuinarum, humanarumque rerum notitia, iusti, atque iniusti scientia. Hanc verò iurisprudentiam (vt nonnihil de eius laude dicamus) Aristoteles, itemquè Cicero dominam aiũt esse, ac Reginam omnium scientiarum, eamque ad Philosophiæ disciplinam pertinere, scribit Vlpianus in dict. l. iustitia, ff. de iusti. & iur. & confirmat Plinius Iunior libr. 1. epistolarum, vbi ex Euphratis Philosophi testimonio eam Philosophiæ, & pulcherrimum quidem partem esse: Agere negotium publicum cogno-
7 scere, iudicare, promere, & exercere iustitiam; quæquè ipsi docent Philosophi in vsu habere. Qua propter rectè Vlpianus in l. 1. ff. de varijs, & extraord. cog. ait, rem sanctissimam esse ciuilem sapientiam, & quæ pretio nummario non sit æstimanda. Proinde rideo istos garrulos sophistas, qui eam inter liberales artes annumerandam esse negant:
illa autem verba, boni, & æqui, in iuris de-
8 finitione posita, qui distent, præter Accursium, & classicos, ibidem tradit Corrasius libr. 2. capit. 16. & Alciatus Parergon, libr. 1. capit. 30. & Sotus de iustitia, & iur. lib. 3. quæst. 1. art. 1. sed id melius dispungere videtur Cicero ad Erennium, libr. 2. ex æquo & bono (inquit) ius constat: quod ad veritatem, & vtilitatem communiter videtur pertinere: bonum itaquè ad veritatem pertinet, æquum ad vtilitatem communem spectat. Cùm autem iustitia sit constans, & per-
9 petua voluntas, minimè probandum puto, quod scriptum est à Paris. de Puteo, de syndicatu, §. sententia, capit. 2. non peccare iudicem, qui metu tyranni iniustam proferat sententiam, cui assentitur Capic. decis. 132 numer. 3. Debemus enim potius, vt inquit Apostolus, omnia mala pati, quàm malo cõsentire, cap. ita ne 32. quæst. 5. Melius Bal. qui in authent. habita, capit. ne filius pro patre, scribit, quando Cæsar mandat aliquid 10
contra conscientiam, non esse obtemperandum illi, nequè in bello, nequè in pace: & eodem pertinent quæ nos attulimus lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. 1. part. §. 7. & quæ affert Tiraquel. de pœnis temperandis, causa. 34. sed & cum iurisprudentia tam latè pateat, quippè non solum rerum humanarum, sed diuinarum quoquè cognitionem comprehendat, vti illius ostendit definitio, inde magis adducor, vt existimem in eli-

in eligendo Episcopo anteferendum esse in pari causa Iurisperitum Theologo, nisi modo diœcesis hæresibus scaturiat, sicuti eleganter literis prodidit Simancas Catholicarum institut. tit. 25. num. 23. & ante eum Hostiens. & Panorm. in cap. 1. de consang. & affininit. renitentibus tamen Theologis, inter quos est eruditissimus Dominicus Soto, de iustit. & iur. libr. 3. quæst. 6. art. 2. qui tamen non malè inquit, hac in re non tam scientiæ conditionem inspiciendam esse, quam morum, & prudentiæ grauitatem cũ mediocri doctrina coniunctam: paruique interesse, an ea doctrina iuris Pontificij fuerit, an sacræ Theologiæ: & eiusdem sententiæ fuit Alciatus in l. 2. C. de Summa Trinita. & fide Catholica, numer. 2. In pari autem causa morum, & sanctimoniæ quis dubitat magnitudinem doctrinæ plurimi esse faciendam, & cæteris omnibus anteponendam, rara res est, & præ omnibus thesauris æstimanda. Auscultа quid de ea diuina præ dicit Scriptura: *Pretiosa est cunctis opibus sapientia, & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari.* Prouerb. 4.

SVMMARIVM. *Differ. secunda.*

Æquitas est iuris legitimi emendatio, nu. 1.

Lex de singulis rebus ferri non potest, numero 2.

Æquitas (secundum diuum Cyprianum) est iustitia dulçore, misericordiæ temperata. n. 3.

Rigor iuris à Iurisconsultis strictum ius appellatur, nu. 4.

Executor datus non debet executorias literas exequi, si reus, vel iniustam fecerit contradictionem sed tenetur in executione supersedere donec, secundo discernatur ab Apostolico Auditore, nu. 5.

Æquitas scripta præferenda est æquitati non scriptæ, num. 6.

Inter ius, & æquitatem, differentia secunda.

INter ius, & æquitatem, quid intersit, ostendit eleganter Aristoteles Ethycorum, libr. 5. dicens, æquitatem esse iuris legitimi emendationem, id est, æquitas iuris rigorem emolit, & (vt ita dixerim) manuefacit. Huius rei illa causa est, vt illic idem subijcit Aristoteles, quia cùm lex generaliter statuat, & definiat, atquè de ijs rebus, quæ frequenter contingere solent, discernat, nequè enim de singulis rebus ferri lex potest, fit, vt in hac generali legis comprehensione casus aliquis emergat, qui si legis verba sequeremur, iniquitatem contineret. Hanc igitur legis duritiem æquitas ipsa emendat, atquè corrigit: proinde æquitas, secundum Diuum Cyprianum, est iustitia dulçore misericordiæ temperata: quam definitionem recipit Speculator, titulo de dispensatione, §. primo, & Abbas in capit. fin. de transactio. Dicitur autem æquitas à Græcis, Epijcia, vt declarat Budeus in l. 1. ff. de iustitia, & iure. Ipse verò iuris rigor à Iurisconsultis strictum ius appellatur, l. placuit, C. de iudicijs, l. 2. §. quanquam, ff. de aqua pluu. arcend. l. fi res, C. ad exhib. & aliàs passim. Veteres autem istum rigorem summum ius appellabant, vt illud Ciceronis libr. 1. officior. *Summum ius summa iniuria est.* Et hùc spectat, quod Salomon scriptum reliquit Ecclesiast. 7. *Noli esse multum iustus, taxans nempè eos qui ita literæ assident, vt rigorem amplectentes, æquitatem deserant:* vt rectè interpretatur pereruditus Doctor Vallesius, pridem Regius Medicus, de sacra Philosophia, capit. 67. Quale illud est, quod vsu increbuit in Romana Curia, vt executor datus, non debeat executorias literas exequi, si reus, vel iniustam fecerit contradictionem, sed debeat in executione supersedere, donec secundæ decernantur ab Apostolico Auditore literæ, seu riguroſum decretum, vt vulgò appellatur, veluti referunt Gomezius in regula de subrogandis collitigatoribus, quæst. 4. & Couarr. lib. 3. variarum, cap. 16. num. 7. & latiùs Gutierrez Canonicarum quæstionum, libr. 1. cap. 4. num. 28. Verùm vt omisso rigore ad æquitatem reuertamur, ex hac æquitatis ratione multa in iure emendata esse de stricto iure videmus, vt in l. in summa, §. item Varus, ff. de aqua pluu. arcend. & in l. 3. §. Si quis quasi, ff. de conditio. causa data, & alijs multis legibus, quas refert glos. in l. 1. C. de legibus, & Tiraq. de retract. linag. §. 35. glo. 1, & Marrius Salamonius, in l. 1. ff. de iustit. & iure. Cum autè hæc æquitas potissimum pro vtilitate communi introducatur à lege, vt significat Cicero lib. 2. ad Erennium: idcirco quando in iure legitimum quid introductum esse pro vtilitate communi, accipere debemus ex æquitate introductum esse, vt in l. 4. §. fin. ff. de

Salomon Eccles. 7. Multum autem dixit, & nõ dixit nimiñ, quia Hebrai cõparatiuũ nõ habent, vt illud Psalm. Bonum est cõfidere in Dño, ideſt, melius est.

ff.de verbor.obligatio.& in §.Rectè institut. mand.& in §.fin.institut.de vsufruct.& aliàs non raro.Sed & quid æquitas, & dispensatio distent, edisserit Specul.tit.de dispensat.§.1.& eruditissimus Sotus lib.1. de iustit.& iur.quæstio.7.art.3.Nobis enim non est in animo omnia persequi, sed tantummodo, quæ ad iuris elucidationem magis attinere videbuntur:quanquam illud dicere non grauabor,æquitatem scriptam, præferendam esse æquitati non scriptæ,text.in l.1.C.de legibus,& in l.placuit. C. de iudicijs,quas alioqui sibi inuicem repugnantes, 6 ita recõciliandas esse docet Accursius vtro biquè,cui cæteri assentiuntur scriptores,tũ illic,tùm alibi,cum distinctione tamen Bartoli,ibidem,& Panormitani in capit.fin.de transact.num.9.qui bellissimè aiunt,intelligendum esse,æquitatem esse scriptam non solum si in specie sit scripta, sed etiã si æquitatis aliquid simile in iure habeamus exemplum, quod sequamur, ex argumento legis non possunt.ff.de legibus. Porrò si nullum simile in iure reperiatur exemplum æquitatis, quod sequi debeamus, tum referendum erit ad Principem,vt ipse interius, & æquitatem,quæ interpretatio interponenda sit,inspiciat,vt ipse Imperator præcipit in l.1.C.de legibus.

SVMMARIVM.

§. 1.

Iudex an possit minuere decimam debitam tutori,vel executori,si magna fuerit.n.1.

Iudex æquitatis amator debet esse.n.2.

Moderatio decimæ non est posita in arbitrio iudicum inferiorum,sed ad supremos Regios Auditores spectat,num.3.

1 HÆc autem egregiè pertinent ad quæstionem illam singularem,quæ moueri solet decima prægrandi tutoris, vel executoris,puta de summa 30.aut 40.mille aureorum,aut eo amplius,an scilicit,possit eã iudex,æquitatem secutus,minuere:nam rigor iuris scripti,integram tutori atq; executori decimam solutum iri suadet: æquitas contra non scripta repugnat cum iniquum videatur,vt tutor,aut executor,pro tã modico labore tam ingentem reportet mercedem.Hac autem in specie non integrã decimã soluendam,sed iudicis arbitrio moderandã esse placuit Gaspari Baecę in libello de decima tutor.cap.9.atq; Bobadillę,pererudito sanè viro,in Politica,lib.4. cap.1. num.61.quorum ego sententię non inuitus accesserim:nam æquitatis amatores esse debemus,modo meminerimus, hanc moderationem non esse positam in arbitrio iudicũ inferiorum,sed ad supremos Regios Auditores spectare,cum non habeamus speciale æquitatis exemplum in iure, quod in ea re 3 sequi debeamus: inferiores ergo iudices adire debent Principem,suiq; supremi Cõsilij Auditores,vt inter æquitatem non scriptã, & rigorem scriptum interpretationem suã interponant,iuxta illam legem primam,C. de legibus, & leg.primam, C. de relationibus.

SVMMARIVM.

§. 2.

Res mea quoties peruenit ad alium, sed nullo titulo, ita vt nulla actio, neque directa, neque vtilis mihi aduersus detur, ex æquitatis regula clamandum esse,vt mihi restituat,numer.1.

Pecunia mutuata pauperi qua filios aluit, si ipse non reperiatur soluendo,rectè mutuans,agere poterit cum illius filius, & c ru.2.

Idem dicendum est in vxore:nam creditores ab ipsa mutuum condicere possunt,nu.3.

Si iudex in syndicatu fuerit damnatus, vt restituat rem quam alicui per imperitiam iniustè adiudicauit,succurrendus est, & cogendus aduersarius,vt actiones illi cedat aduersus eum qui indebitè rem accepit,num.4.

SEd & de æquitate agentes, docere non supersedebo de remedio illo,quod æquitas singulariter introduxit in l.si & me, & Titium, ff. si certum petatur. Ex qua annotant scriptores, quoties res mea peruenit ad te, sed nullo titulo, ita vt nulla a- 1 ctio, neque directa, neque vtilis, mihi aduersus detur, adhuc ex æquitatis regula damnandum te esse, vt mihi restituas, quia videlict,ita æquitas suadet, licet iure deficiamur,ne videlicet cum aliena iactura locupleteris. Quam quidem legem literis aureis scribendam esse prædicat illic Bald. 2 idemque facit Sas.erit.exempli gratia, Mutuasti pecuniam pauperi,qua filios in magna aluit ægestate, ipseque postea non reperiatur soluendo, rectè agere poteris cum illius filijs, qui bona fortasis habeant

mater-

materna, vt pecuniam patri suo creditã, soluant, sicuti Anchar. ex facto cõsultus respõdit, cons. 22. cui se subscripsit ipse Iaso in d. l. si & me, & Titium, n. 3. Tantundemq; recipiendũ esse in vxore quam maritus inops ex mutuo aluit, scilicet, posse creditores ab ea mutuũ condicere, scribit Lara in l. siquis à liberis, ff. de liber. agnos. §. siquis, nu. 83. & Matienç. & Azeued. in l. 9. titul. 3. lib. 5. Recopil. Tametsi lex illa Regia magnopere illis aduersa videatur, similiter illius legis, si & me, & Titium, æquitatem sequentes dicere debemus: si iudex in syndicatu fuerit damnatus, vt restituat rem quam alicui per imperitiam iniustè adiudicauit, succurrendum illi esse cogendumque aduersarium, vt actiones illi cedat aduersus eum qui indebitè rem accepit, sicut visum est Angelo in l. si Stychum, §. si mandato meo, ff. de solut. & Cald. de syndicat. quæst. 46. Aliter atque si dolo vel sordibus iudex sententiam tulerit: nam cum iniquus fuerit, frustra æquitatis implorat auxilium, quam temerè offendit, veluti placuit Auil. in capit. Prætorum, cap. 1. verb. *fiel*, num. 47. & Bobadilla in Politic. lib. 5. cap. 3. num. *66*.

3

4

SVMMARIVM. §. III.

Posthumus qui fuit præteritus, si viuo testatore moriatur, an testamentum patris rumpat? numer. 1.

Filius præteritus iam natus, si viuo patre moriatur, testamentum patris non reconualescit, neque iure ciuili, neque prætorio, nu. 2.

EX superiori item axiomate conciliandæ sunt duæ leges sibi alioqui opido contrariæ: altera est l. 2. C. de posthum. hæredib. instit. qua cautum est, si posthumus, qui fuit præteritus, viuo testatore moriatur, testamentum patris rumpi: altera est l. posthum. nu. 12. ff. de iniusto rupto, irritoque facto testam. qua ex diuerso definitum est, testamentum istiusmodi ex prætoria æquitate sustineri, dicendum est enim, æquitatem scriptam in illa l. posthumus præferendam esse rigori scripto in illa l. 2. sicuti illic placuit Bart. Aberi. & Ias. Tiraq. quoquè in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. verb. susceperit, nume. 161. affirmantes illam l. posthum. singularem esse quanquam, vt id obiter admoneam, lex illa, posthumus, quæ tam singularis est, non habet locum in filio iam nato præterito: nam si is viuo patre moriatur, testamentum non reconualescit, neque iure ciuili, nequè Prætorio, secundùm Alber. Ias. & reliquos in dict. l. 2. id quod non obscurè probatur, in l. si filios qui in potestate, ff. de liber. & posthu. Huius autem diuersitatis rationem explicat optimè Ias. in d. l. 2. C. de posthu. hæred. instit. nu. 2. Decius in l. posthumo nato, C. de bonorum possess. contra tabulas, & Caldas Lusit. in tractat. de nominat. emphyt. quæstio. 16. num. 7. sed & cæteris extraneis, qui hæredes instituti, viuo testatore, moriuntur, quid statuendum sit, si fortè requiris, habes in l. 1. §. 1. & 2. C. de caducis tollendis, & apud Alexand. consil 1. volum. 1.

1 2

SVMMARIVM. tertiæ differentiæ.

Ius gentium, ius naturale est, nu. 1.

Ius gentium, non est ius naturale, sed positiuum, num. 2.

Ius naturale, an commune sit omnibus animantibus, distinguitur, nu. 3.

Maris, atque fœminæ coniugatio, quam matrimonium appellamus, descendit ex instinctu naturæ, &c. nu. 4.

Ius gentium est, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, nu. 5.

Differentia inter legitimam hæreditatem parentum, & filiorum, assignatur, nu. 6.

Legitima quæ debetur patribus de bonis filiorum, an debeatur de iure naturali, vel positiuo, num. 7.

Legitima parentum, quæ de bonis filiorum eis debetur, an possit eis inuitis in pecunia numerata solui, & non in bonis hæreditarijs. n. 8.

Deus ita nobis iniecit illud instinctum naturæ, vt simul etiam naturale nobis ratione inseruerit, quæ illum arte regeret, num. 9.

Valla lib. 4. elegantiarum, cap. 48. reprehenditur, num. 10.

Inter ius naturale, & gentium, differentia tertia.

IVS naturale duas in parte secatur, alterum est ius naturale commune omnibus animantibus, alterum est ius naturale commune omnium gentium. Hæc distinctio probatur in §. 1. institut. de iure naturali, &

in l.1.ff.de iustit. & iur. atquè item in §.singulorum, institu. de rerum diuisione: nam ius gentium ius naturale est, cum aliàs passim apparet, tùm in l.1.ff.de acquirend.rerum dominio, & in §.vendit.institut.de rerum diuisione, atquè ex Cicerone libro primo, & tertio officiorum, & libro primo, & secundo, de legibus, & Tusculanarum quæstionum, libro primo, vbi in hæc verba inquit: *Omnis autem in re consensio omnium gentium lex natura putanda est.* Ex quibus apparet, nõ satis Iurisconsultorum definitionibus congruere, quod tradit Diuus Thomas, Secunda secundæ, quæstio. 57. articul tertio, & Sotus de iustit. & iur. quæst. 1. arti. 3. ius gentium non esse ius naturale, 2 sed positiuum. Sed neque illis opitulantur Aristoteles, & Isidorus, quos in suas partes asciscunt: nam Aristoteles lib. quinto Æthicorum, si rectè inspiciatur, nihil Iurisconsultorum definitionibus repugnat: Isidorus autem in cap. ius naturale, prima distinctione, in genere, vtrumquè ius naturale promiscuè definit, vt ex subiectis apparet exemplis: alioqui apertè Iurisconsultorum definitionibus repugnaret. Quid quod? etsi Aristoteles, vel Diuus Isidorus à Iurisconsultorum distinctione discessissent, Iurisconsultorum placita sequi magis deberemus: suæ enim artis optimus estquisquè magister, quippe, cum inquacunquè arte peculiaria sint axiomata, & regulæ, quas sequi nos omnino oportet. Quapropter magis cul pandus Minchaca, qui Iurisperitus 3 cum sit, defecit etiam ad Theologos, illustrium controuersiarum, libro 1. capit. 46. Hoc autem ius naturale commune omnibus animantibus à iure gentium sic distinguitur, quod ius illud naturale commune omnibus animantibus, nihil aliud est, quàm stimulus quidam, seu instinctus naturæ, vel quodam naturæ votum, l.1. ff. de iustitia, & iure, l scripto. ff. vnde liberi, l.1. § taceat, C. de rei vxor. actione, tradit gloss. & reliqui in capit. ius naturale, prima distinctione. Hic autem instinctus illud est, vt cuncta quæ sunt, appetant naturaliter substantiam permanendi, deuitentquè perniciem: etenim, vt Boetius rectè inquit libr. 3. de consolation. Philosoph. *Hanc vel maximam dedit prouidentia creatis à se rebus, manendi causam, vt quoad possunt, naturaliter permanere desiderent, interumque refugiant:* 4 quem genium, & in plantis inanimatisquè rebus vigere luculenter ostendit. Ex hoc igitur instinctu naturæ descendit maris atque fœminæ coniugatio, quam matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, vt edocemur in principio institut. de iure naturali, & in l.1. ff. de iustitia, & iure, & in l.2. titul.1. part.2. Cùm etenim, vt Iurisconsultus inquit, homines in perpetuum viuere non valeamus, idcirco filios concepimus, atque ædimus, vt ex eorum prole diuturnitatis nobis memoriam in œuum relinquamus, lex liberorum, ff. de verbor. significat. Ius autem gentium est, quod naturalis 5 ratio inter omnes homines constituit, vt definit Iustinianus, in principio institut. de iure naturali gentium, & ciuili, & Iurisconsultus in l.1. ff. de iustitia & iure. Et hoc autem iure gentium, natura duce, ingenita est nobis in Deum Religio, necnon in parentes, & patriam pietas, & misericordia, l. prima, ff. de iustitia & iure, l. cum ratio. ff. de bon. damnator. Ex hoc iure sunt cõtractus, ex hoc dictorum conuentorumquè exurgit constantia & veritas, l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. l.1. ff. de pactis, l. bona fides, ff. depositi. Et hac autem iuris naturalis distinctione (vt exemplis res apertior fiat) discernere nobis licet differentiam inter legitimam hæreditatem parentum, & filiorum: nam ista ad ius naturale commune omnibus animantibus referenda est: illa ad iusnaturale gentium, id est, legitima de bonis parentum debetur filijs iure illo naturali commune omnibus animantibus, vt satis liquet ex illo, §.1. institut. de iure naturali, atque ex l.9. titu. l19. part.4. Porrò hæreditas filiorum debetur parentibus iura naturali communi omnium gentium, vt ostendit Iurisconsultus in dict. l. scripto. ff. vnde liberi, & in l. nam etsi parentibus, ff. de inoffic. testament. atque item in lege, si quis à liberis, §. parens, ff. de liberis agnoscendis, & illic annotat Bartolus. Lapsus est igitur doctissimus alioqui Alphonsus à Castro libr. 2. de legitim. hæreticorum punitione, qui Bartolum carpens, ait, pari iure parentibus ac filijs legitimam deberi, amplexetur licet illum Couarr. in 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 5. Sed multò magis labuntur errore, qui tradunt, legitimam quæ debetur patribus de bonis filiorum, non deberi iure naturali, sed iure positiuo: atque proinde aiunt 7 in totum tolli lege, vel statuto posse, in quibus est Guillel. Benedictus in cap. Raimuntius, verb. vxorem, num. 49. & Alciat. in l.1 ff. de acquirend. possess. testaturquè communem esse Ripa, responso 7. lib. 1. & alij apud Anton. Gomez in l.22. Tauri, numer. 3. & apud Molinam de primogen. libr. 2. cap. 1. num. 28. Necnon apud Spinum in Specul. testam.

testam. 3. gloss. 19. numer. 21. Repugnant enim verò illis apertissima Iurisconsultorum responsa, à nobis superiùs allegata, quibus magis nobis obtemperandum esse non est dubitandum, iuxta capit. Capellanus, de ferijs, & l. 1. §. si dos, ff. de impensis in rebus dotalibus factis: lapsus est etiam Baldus in l. si pater, de testament. in 6. cui placuit, legi-
8 timam partem, quæ de bonis filiorum est, deberi posse, eis inuitis, in pecunia numerata solui, non in bonis hæreditarijs: sequatur quamuis illum Ripa in leg. in quartam, ff. ad leg. Falcid. num. 127. nam perinde, ac si lijs legitima in pecunia non potest solui, vt latè ediſſerit Suarez in l. quoniam in priori bus, ampliatione 11. tantumdem, & in legitima patris probandum est. Hoc etiam loco non mediocriter ineptè Valla, vir alioquin doctus, & dissertus, qui elegantiarum lib. 4. cap. 48. tanquam ius Mineruam nostros irridet Iurisconsultos, quod ius naturale dicant esse quod natura omnia animalia docuit: multò magis ipse ridiculus: qui suos prætergrediens cancellos, impugnare pergit, quod minus intellexerit, etenim, cùm, vt Saluſtius inquit, corpore, & animo constemus: corpus autem cum belluis, animum cum dijs commune habeamus, necesse est, quatenus nobis corpus cum belluis commune est, etiam & instinctus ille naturæ nobis cum illis communis sit: quatenus verò animo Deo assimilamur, simus etiam, & rationis naturalis, vnde ius gentium oritur, cum eo participes, cap. similem, de pœnitent. distinct. 2. & explicat lautius Cicero lib. 1. & 2. de legib. & eodem pertinent, quæ afferunt Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, limit. 2. legis Regiæ, num. 4. & Fortunius Garsia in l. 1. §. ius naturale, num. 2. & 7. ff de iustit. & iur. Atque vt rem altius ape-
9 riamus, ita summus ille rerum artifex instinctum illum naturæ nobis iniecit, vt simul etiam naturalem nobis rationem inseruerit, qua illum arte regeret, & gubernaret, & innatam libidinem ingenito pudore frenaret, propterueque pululantes naturæ motus virtutis coerceret honestate vnde nobis carnis, & spiritus, atque hominis interioris, ac exterioris insurgit repugnantia, rerumque concordia discors, quam militiam sanctissimus Iob appellat, & de qua Apostolus quæritur, dicens: *Videò aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ*, ad Galatas, cap. 5. & refertur in cap. si Paulus 32. quæstione 5. Constat itaque Vallam iniuriæ nostros carpere Iurisconsultos. Denique, vt finiam, tam instinctus ille naturalis communis omnibus animantibus, quam ratio naturalis, vnde ius gentium exoritur, ex eiusdem naturæ fonte dimanant: quamobrem differentia illa quam veteres tradunt interpretes primœuunt, ius naturale commune omnibus animantibus: ius verò gentium, ius se 10
cundarium meritò à recentioribus explodi tur, vt est videre apud Ioannem Garsiam de expensis, cap. 3. & apud Felician. de censibus, in procemio, cap. 1. tametsi docendi gratia eam improbandam non putem, sicuti etiam placuit Pinelo in l. 2. de rescinden da venditione, 1. part. num. 3.

SVMMARIVM. *differentiæ quartæ.*

Ius ciuile est, quod quisque populus sibi cõstituit, num. 1.

Ius ciuile à naturali quemadmodum discernatur. nu. 2.

Legitima parentum, ac filiorum est de iure naturali, sed quantitas de iure humano, seu positiuo, num. 3.

Ius ciuile addens, vel detrahens iuri naturali, ita vt eius vires magna ex parte enerues, atque irritet, tunc non ius naturale, sed ciuile est, num. 4.

Obligatio verborum, seu stipulatio, iuris ciuilis est, num. 5.

Ius ciuile, licet non possit in totum tollere ius naturale, potest tamen illud interpretari, numero 6.

Ius ciuile ex causa non solum potest ius naturale interpretari, sed etiam ius diuinum. n. 7.

Interius naturale, & ciuile, differentia quarta.

IVs naturale est, quod instinctus naturæ, seu naturalis ratio nos docuit, vti superiori capite latiùs explicatum est à nobis. Ius autem ciuile est, quod quisque populus sibi constituit, l. omnes populi, ff. de iustitia 1
& iure: sed ea differentia apertiùs exponi- *Definitio iuris.*
tur à Iurisconsulto in l. ius ciuile, eodem titulo: cuius verba, quia tum breuia, tum elegantia sunt. non inuitus referam, huiusmodi autem sunt: *ius ciuile est, quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit, itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id ciuile efficimus.* At dixeris: Ergo cum ius ci-

uile semper addat, vel detrahat iuri naturali, vel gentium, videtur omnino dicendum omne ius esse ciuile, id quòd illic succumbens argumento videtur fateri Accursius: sed aliter se res habet: id autem, vt intelligas, atque simul percipere valeas: ius ciuile à naturali quemadmodum discernatur sic habeto. Aut ius colligitur directè ex ipso fonte iuris naturalis, seu immediatè ex illius principijs. Et est ius naturale (verbi gratia) iure naturali comparatum est, nemini malum esse faciendum, ergo hominem non occidere, erit iuris naturalis. Aut verò ius colligitur ex iuris naturalis principijs, non directè, sed per quandam consequentiam, atque adiuncta aliqua humana constitutione ex hominis arbitrio dependente. Et erit ius ciuile, veluti, vt idem repetamus exemplum, homicidam puniendum esse, iuris naturalis manifestis instruimur documẽtis, cæterum, qua pœna puniri debeat, ad iuris ciuilis definitionem spectat, atque ita aliàs aliter homicidæ dant pœnas. Atque eodem modo decimæ sunt de iure diuino, sed quantitas ex iure positiuo. Atque legitima filiorum, ac parentum est de iure naturali, sed quantitas de iure humano, seu positiuo. Hæc ex Diuo Thoma 1. 2. quæstione 94. artic. 4. & 5. atque item ex glossa in extrauagãti de dolo & cõtumacia, inter communes, verbo, *non obstante*. Atque ex Soto de iustitia, & iure, lib. 3. quæstio. 1. artic. 3. Illud tamen meminisse debemus, si ius ciuile, ita addat, vel detrahat iuri naturali, vt illius vires magna ex parte eneruet, atque irritet, tùm non ius naturale, sed ciuile, dicendum esse, sicuti rectè ex communi interpretum sententia, tradit Molina de primogen. lib. 2. cap. 1. num. 22. Huius rei in stipulatione fingere nobis licet exemplum, quæ ita quidem nudo pacto detraxit, vt illi ad agendum vires reliquerit nullas, quòd iuris naturalis præceptis aduersum esse constat: quippe, cum nihil fidei humanæ tàm congruum sit, quàm vt ea, quæ inter eos placuerunt, seruari l. 1. ff. de pactis, l. 1. ff. de const. pecu. l. non minoris, C. de transactio. Proinde verborum obligatio, seu stipulatio iuris ciuilis est vinculum: naturalis autem obligatio, velut quæ ex nudo pacto oritur, non est propriè obligatio, sed abusiuè, l. fideiussor, §. fideiussor, ff. de fideiusso. l. Sthicum, §. naturalis, ff. de solut. lex vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, §. 1. instit. de obligat. & illic annotat Eguinarius Varo, & nos quoque diximus libro primo, rerũ quotidian. cap. 9. num. 6. & lib. 2. capit. 3. num. 19. Ex his autem manifestè constat, licet ius ciuile non possit in totum ius naturale tollere, posset tamen illud interpretari, iusta, scilicet, legitimaque causa, suadente id, quod annotat Paulus de Castro in dicta l. ius ciuile, numer. 2. ff. de iustitia, & iure, numer. 2. & tradit Diuus Thomas, prima secundæ, quæstion. 94. artic. 5. veluti, vt proximum de stipulatione repetamus exemplum: naturalem humanæ fidei obligationem, quæ ex conuentis inter partes nascitur, ius ciuile non omnino per stipulationem sustulit, sed ex causa quodammodo interpretando coarctauit. Causa autem huius rei fuit, ne homines nimia facilitate ducti, in promptu suæ substantiæ inciderent periculum. Adhibuit itaque stipulationis solemnitatem, quæ eos ab hac promittendi facilitate retardaret. Potest itaquè ius ciuile, ex causa ius naturale interpretari: quin & in ius diuinum eandem ius ciuile habere interpretandi potestatem concorditer à nostris, secundum Fabrum in §. sed naturalia, instit. de iure naturali, & Felinum in capit. cum Ecclesiarum, de constit. & Marant. in Speculo, 3. part. nu. 44. & 45. cuius rei si quæris exemplum, habes in promptu apud sacrum Concilium Tridentinum, Sessio. 24. de reformat. cap. 1. vbi consensus ad matrimonium, qui de naturali iure esse constat ac diuino, restringitur, vt non aliter valeat, quam si præsente Parocho, atque duobus, aut tribus testibus præstetur.

SVMMARIVM.
differentiæ quintæ.

Præceptorum genera tria sunt, quædam cæremonialia, quædam iudicialia, alia moralia, numer. 1.

Textus in cap. 1. de purificatione post partũ declaratur, nu. 2.

Quæ in nouo testamento continentur, etsi omnia saluberrima sint, non tamen omnia ad præceptum pertinent, num. 3.

Professores diuini iuris, Theologi appellantur, num. 4.

Ius Pontificum (quod Canonicum vulgò vocamus) est ius à Summis Romanisque Pontificibus latum, & promulgatum, nu. 5.

Inter

Inter ius diuinum. Pontificium, ac ciuile, differentia 5.

DIuinum ius, vt Augustinus inquit, in Scripturis diuinis habemus, id est, in Veteri, ac Nouo testamento, cap. quo iure, 8. distinct. Notandum tamen est in Veteri
1 Testamento tria esse præceptorum genera, quædam ceremonialia, quædam iudicialia, alia moralia. Ceremonialia autem, & iudicialia per Euangelicam legem omnino exoleuerunt: ad moralia adhuc vim suam retinent, non quidem veteris legis authoritate, quæ per Euangelium antiquata est, cap. trãslato, de constit. Sed quoniam à iure naturali proficiscuntur, atque insuper noua Euangelicaque lege probata sint, atque recepta, ca-
2 pit. fin. distinct. 9. Thom. 1. 2. quæstio. 99. artic. 4. neque his contrarius est text. in cap. 1. de purific. post partum: nam illic non nobis Christianis præcipitur, vt obseruatur vetusta illa ceremonia, quæ veteri lege erat statuta, ne enixæ intra certos dies templum ingrederentur: sed neque rursus damnantur Christicolæ illam obseruãtes, hoc ideò, quia illa obseruatio quodammodo aliquam religionis reuerentiam, & morum commitatem præ se ferre videtur: sicuti illic significat Summus Pontifex, & docet D. Thom. 1. 2. quæst. 103. artic. 3. & 4. & Archiepisc. Florent. in Summa 2. part. titul. 2. capit. 3. §. 5. Sylvest. verbo, decima, num. 10. tradit latiùs Couarru. lib. 1. variar. cap. 17. & Gutier. Canonic. quæstio. cap. 21. num. 12. Ex his vero, quæ in nouo Testamento continẽtur, etsi omnia quidem saluberrima sunt, non tamen omnia ad præceptum pertinẽt, sed quædam ad consilium, veluti illud. Si quis te percusserit in dextera maxilla, præbe illi, & alteram cap. paratus, 23. quæst. 1. Quæ autem ad præceptum pertinent, ad
3 æternam salutem consequendam necessaria sunt: quæ ad consilium non item, sed ad perfectionem magis spectant, vt superiores authores docẽt. Huius autem diuini iuris professores hodiè Theologi appellantur, quòd nomen, & apud veteres Philophos in vsu fuisse apparet, ex Cicer. libr. 3. de natur. Deor. atque item ex Macrob. in somno Scipionis, lib. 1. capit. 17. Mercur. etiam Trimeg. libellum scripsit quem Theologiam nuncupauit. Pontificum ius (quod canonicum vulgo vocamus) est ius à Summis Ro-
5 manisque Pontificibus latum, & promulgatum ad Christianam Catholicamque Ecclesiam regendam, & gubernandam, quod quidem, tam ex sacra Theologia, quam ex iure ciuili, conflatum, & compositum esse tradit Maranth. in Specul. 3. part. & satis ex ipsius voluminibus apparet. Horum primum est decretorum, cuius quanta sit authoritas docet Felin. in capi. ex parte, num. 22. de rescript. & Marant. vbi sup. num. 34. Quæ autem in eo sub nomine Palcæ continentur, quare eo nomine vtantur aperit Alciat. lib. 12. cap. 3.

SVMMARIVM.

§. 1. differentia quintæ.

Ius Pontificum ad omnes Ecclesiasticas personas generaliter pertinet, nu. 1.

Quando iura dissident, vtrunque ius suo foro seruandum est, nu. 2.

Pœna Palinodiæ, statuta a lege Regia, non comprehendit Ecclesiasticas personas, nu. 3.

Appellatio iure Regio interponenda est intra quinque dies, nu. 4.

Quod iura Pontificia statuunt Apostolos appellationis instanter, & sæpiùs petendos esse, ad forum Regium non respicit, nu. 5.

Recusatio iudicis Ecclesiastici non valet, nisi apud arbitros suspicio probata sit, nu. 6.

Testimonium mulieris in causa matrimoniali, non aliter valet, nisi statutum sit à iure Canonico, nu. 7.

Prægmatica Regia, de re frumentaria, procedit, etiam si testentur fœmina, nu. 8.

§. PRIMVS.

HOc autem ius Pontificium ad omnes Ecclesiasticas personas generaliter pertinet: laici verò iure eatenus obligantur, 1
quatenus in eo aliquid sit, quod ad animam pertineat: nam in his quæ ad forum poli, & animam pertinent, certum est ius Pontificium ciuili legi præesse, cap. nouit, de iudic. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, & paulò post latiùs differendum est à nobis, different. 9. In cæteris igitur, laici, non canonico, sed ciuili iure censentur, sicuti latiùs tradit Abb. in capit. 1. de noui operis nuntiat. & Palac. Rub. in repet. rubr. de donat. inter. Quotiescunque igitur ius Pontificium, & Regium dissident, vtrunque in suo foro seruandum 2
est, sicuti supradicti authores tradunt loco superiori, & aliàs sæpè: quibus consequens est di-

est dicere Pœnam Palinodiæ statutam lege aduersus quinque conuitia non comprehendere clericos Ecclesiasticasquè personas, sed canonicis pœnis eos plectendos esse; videlicet quæ habentur capit. 1. & 2. de maledicis, sicuti placuit Didac. Perez in l. 9. tit. 1. lib. 1. ordin. cuius sententiam probauimus lib. 1. rerum quotid. cap. 17. num. 32. aduersus Bernar. Diaz in praxi, capit. 6. & à plerisquè explosam esse ostendit Salzed. eod. loco, constatquè ex Azeued. in dict. l. 2. numer. 252. Ad eundem quoque modum quò statutum est Regia lege, vt appellatio
3 intra 5. quinque dies interponenda sit, vt habetur in l. 1. titul. 18. lib. 4. Recopilat. ad forum Ecclesiasticum non spectat, sed seruandum est ius Pontificium quo decem dies ad appellandum præscribuntur, vt constat cùm aliàs passim, tùm in capit. cum ad consultationem, de re iudicat. Sic etiam ex diuerso, quod iura Pontificia statuunt, Apostolos appellationis instanter, & sæpius petendos esse ab appellante, vt continetur in col. Quãuis, de appellat. ad forum Regium
4 non respicit, sed satis est apud nos Apostolos semel, & simpliciter peti, vt intelligere licet ex l. 22. titul. 23. parti. 3. idquè verum esse iudiciorum mores satis declarant, literisquè prodidit Auend. respons. 2. Apostoli autem qui dicantur, siquis forsan ignorat, aperit Iurisconsul. in l. 1. ff. de libel. dimiss. hodiè nuncupatur apud nos, Testimonium appellationis, vt apparet ex l. 10. tit. 18. lib. 4. Recopilat. æquè etiam quod iure
5 Pontificio statutum est, vt recusari iudex non valeat, nisi modo apud arbitros ad id electus suspicionis causa probata sit, vt habetur in cap. suspicionis, de offic. deleg. ad seculares iudices non attinet, sed satis est apud nos, cum inferiores iudices recusantur, vt recusans, iure iurãdo affirmet, sed id per calumniam non facere, vt extat definitum
6 in l. 1. tit. 16. lib. 4. Recopilatio. Non aliter etiam quod iure Pontificio statutum extat, mulieris testimonium fidem non facere in causa criminali, cap. mulier 32. quæst. cap. tam literis, de testib. cap. Forus, de verbor. significat. testatur communem esse opinionem Iul. Clar. in praxi, §. fin. quæstione 24. num. 4. ad forum seculare nonpertinet, cum contrarium nostrati sit iure definitum in l. 10. & 17. titul. 16. partit. 3. quibus definitum est, mulieris testimonium etiam in causa criminali fidem facere, modo ea integræ famæ sit, & existimationis: id quòd etiam animaduertit Anton. Gom. tom. 3. cap. 12. num. 13. Non est igitur recipiendum apud nos, quod respondet Cœpol. cõsil. 32. nu. 2. & Hyppol. consil. 18. num. 34. fœminas in causa criminali non esse testes omni exceptione maiores, à quibus totam Legistarum, & Canonistarum scholam (sic enim ille loquitur) reclamare scriptum reliquit Tiraquel. de legib. connub. part. 9. glos. 1. numer. 62. & 74. Quod egregiè pertinet ad intelligentiam pragmaticæ Madritiæ de re frumentaria æditæ, cui statuitur, tres testes singulares plenam fidem facere aduersus delinquentes: dicendum enim est, fœminas in ea specie fidem facere, dummodo sint secundæ famæ & integræ existimationis, idẽque iuris erit in specie legis 4. titu. 6. lib. 8. Recopilat. quæ in vsurarum causa idem statuit. Denique, inter ius Pontificium, & ciuile quam plures vtrinque sunt differentiæ quas adamusim congerit Bart. in peculiari de ea retractatu, in quo ostendit, se non minus iuris Pontificij calidissimum fuisse, quã ciuilis: alias etiam non paucas copilauit Gal uasius Louanienſis in simili tractatu, volumin. 1. diuersorum Doctorum. In his igitur omnibus casibus, cæterisquè in quibus inter ius Pontificium, & Regium dissidium est, in suo quoque foro proprium ius seruandum est, nisi modo causa sit spiritalis, aut illi annexa: quia in his in vtroque foro Pontificijs canonibus obediendum erit, iuxta ea quæ latè tradunt Abb. Felinus, & reliqui in dict. cap. cùm Ecclesiarum, & in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.

SVMMARIVM.

§. II.

Deficiente iure Regio, vel dubio existente, recurrendum est potius ad Ius Pontificium, quam ad ius commune, siue Romanum, numer. 1.

Leges iuris communis apud nos vim legis non habent, sed quandam tantum authoritatem naturalis rationis, nu. 2.

Consuetudo, vt Clerici testari valeant, de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, an valeat? numero 3.

Institutio facta à Clerico, nepotibus natis ex filio spurio, vel filiæ, ea adiecta conditione, vt si ij non nascantur bona ad ipsum Clericum ipsiusquè hæredes reuertantur, an valeat? numero 4.

§. SE-

§. SECVNDVS.

1 ILlud tamen admonendi sumus, deficiente iure regio, vel eo existente, recurrendum potius fore ad ius Pontificium, quam ad ius commune siue Romanum: & econtrario, deficiente iure Canonico, recurrendum potius esse ad ius Regiũ, quàm ad ius ciuile, siue Romanum ex sententia Baldi in l. 1. C. de cessione bonorum, Anton. & Abbat. in cap. licet de foro competenti, tradũt ex nostratibus Palac. Rub. in introductione ad Rub. de donat. inter, num. 15. & 16. & Villalob. in antinomia iuris litera. §. 1. n. 14. & Didacus Perez ad Regias leges ordinar. in quæstion. 3. proœmiali. Non desunt tamen qui dissentiant, in quibus est Cisuentes in l. 3. Tauri, quæst. 1. & alij apud Olanum in concordia iuris, in præfactione, nu.
2 5. Verum prior opinio, vt magis communis est, ita & verior videtur, cum leges iuris cõmunis apud nos vim legis non habeant, sed quandam tantum authoritatem naturalis rationis, velut sequenti dicemus differẽtia. Ex quibus multa quidem, & ea ad vsus quotidianos apprimè necessaria inferre poteramus: sed ex multis, ne prolixi simus, pauca delibabimus: & primum ex hoc axiomate definiri potest quæstio illa inter iuris interpretes admodum difficilis, an valeat consue
3 tudo, vt Clerici testari valeant de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, quam ex patrijs authoribus agitant Couarr. in cap. cum officic. de testam. Auendañ. respons. 19. Nauar. de redditibus Ecclesiast. §. 30. & D. Francisc. Sarmient. eodem tract. monitu. 50. Villalob. in ærar. litera. C. num. 14. & Olanus eodem verb. num. 15. Gregor. Lop. in l. 53 tit. 6. part. 1. Molina de primog. lib. 2 cap. 10. Roxas de succes. ab intestato, capit. 34. Etenim cum lege Regia definitum extet, huiusmodi consuetudinem legitimam esse, foroque seruandam, dicere deuemus, & in Ecclesiastico foro eam obseruandam esse: ea est l. 13. tit. 8. lib. 5. Recop. Quamquam, vt quod exhortatione dignum est, non taceam & quod laudandum est, non obiurscar, video apud pios, & Religiosos Clericos, plus valere Christi charitatem, quam sanguinis necessitudinem, qui, posthabito hic consuetudinis rutoramento, solent testando, bona huiusmodi largè abundèque in pauperes erogare, idque eis vt vibi, & descendentes faciam modis omnibus exhortandi sunt: bonarum enim mentium est, ibi timere periculum, vbi timendum non est. Sunt tamen
4 alij qui hunc Dei timorem floccipendentes technis atque cauillationibus dãt operam, vt iure quaque iniuria descendentibus suis, atque cognatis bona derelinquant in fraudem legis. Solent etenim instituere nepotes nascituros ex filio spurio, filiaue, e adiecta conditione, vt si ij non nascantur, bona ad ipsum Clericum, ipsiusque hæredẽ reuertãtur. Planè si nepotes iam natos ex filio spurio filiaue instituat Clericus hæredes, non est dubitandum, validam esse institutionem ex l. fin. C. de naturalibus liberis. Cæterum, quando nepotes non sunt nati, neque concepti, an eos possit instituere Clericus, non leuis est dubitatio: sanè magis placet, eos hæredes instituti posse, ex l. placet. ff. de liber. & posthum. atque ex l. Gallus, cum suis paragraphis, eodem tit. & quæ latè affert Guillelm. Benedict. in cap. Rainuntius, verb. & soboles, num. 48. atque ex nostratibus Baeça in tractat. de non meliorandis filiabus, c. 19. num. 2. Verum enimuero cum adijcitur clausula illa, vt non natis nepotibus, ad hæredes ipsius Clerici bona reuertantur, manifestè videtur fraus legi cogitata, & ideò non esse validam institutionem, & consequenter cognatis Clerici aut fisco actionem parari, ex l. 1. C. de natural. liber. & quę nos scripsimus lib. 1. rerum quotid. c. 7. Proinde è Republica fore putauerim, vt his fraudibus, lege lata, obuiam iretur.

SVMMARIVM.

§. *III.*

Debitores an possint immunitate Ecclesiæ gaudere, in his scilicet locis, vbi viget consuetudo, vt debitor, cedens bonis, tradatur creditoribus. num. 1.

Emens fructus pendentes, putà seges, aut vindemia, an teneatur soluere decimam Parocho, aut venditor, n. 2.

Curio an teneatur soluere decimam de fructibus, quos collegis intra limites suæ Parochiæ, putà sipse alteri locauit, &c. n. 3.

§. TERTIVS.

CÆterum, vt ad propositum axioma re 1
uertamur, ex eo diffiniri potest quæstio illa, quæ apud iuris interpretes auceps est, an debitore possint Ecclesiæ immunitate fũgi, in his scilicet locis, vbi viget consuetudo, vt debitor cedens bonis, tradatur creditoribus, sicuti in nostra viget Hispania: quã

quidem

quidem quæstionem mouet Ioan. Andr. ad Specul. tit. de immu. Eccles. Boer. decis. 213 Ias. in l. vinum. ff. si certũ petat. Suar. tit. de los gouiernos, q. 1. Couar. varia. esol. c. 20. n. 14. Remig. de Gonnide immunit. Eccles. 9. part. n. 17. Etenim, cum apud nos sit lege Regia definitum, nõ posse illos Ecclesiastica immunitate fungi, dicendum est Regiæ definitioni standum esse, ea est lex 13. tit. 2 lib. 1. Recopil. Non me latet esse nonnullos qui putent legem illam Regiam accipiendam esse, quãdo debitor bona secum simul in Ecclesiam detulit, non alias: ij sunt Azeuedo, & Gutierrez in eadem lege. Porrò istorum intellectum legis Regiæ verba nõ patiuntur. Proinde meritò ab eo dissentit Bouadilla in Polit. lib. 2. c. 14. n. 66. & ante eum Olanus in concordia iuris, litera F. n. 105. & secundum hanc opinionem scio ego in supremo Regio Consilio solitum esse decerni Regias literas, vt debito res ab Ecclesia extrahantur inserta ad verbum Regia lege.

2 Præterea, cum iure Pontificio definitum satis non sit, cum fructus pendentes vendun tur, putà seges aut vindemia, vter teneatur decimam Parocho soluere, venditorne an emptor? Dicendum est, sequendamesse etiã in foro Ecclesiastico definitionum textus in l. 26. tit. 20. part. 1. quæ hanc quæstionem definit, subobscurè tamen: sed hoc vult, huiusmodi onus ad emptorem respicere, quia scilicet secundum iuris placita, ne sine hoc quidem onere vendi fruges possunt, vt in l. 1. & 2. C. sine censu, vel reliquis. Verũ quia venditor aliquid doli admisisse videtur, nõ cauendo expressim de decima, vt facere tenebatur, iuxta leg. veteribus. ff. de pactis, statuit illa lex Regia, vt Ecclesia vel à venditore, vel ab emptore vtrobi malit decimã exigere valeat, vt latius ex ipsius archetypo co
3 lligere poteris. Atque ne ab eodem titulo, & volumine statim discedamus, singularis est etiam l. 2. eiusdem tit. de decimis, part. 1. qua tollitur cõtrouersia agitata a Doctoribus, an curio teneatur soluere decimam de fructibus quos collegit intra limites suæ Parochiæ (putà, si ipse alteri locauit fructus vel cum ex consuetudine, vel Pontificia cõcessione alius etiam fructus de eodem beneficio percipit) quam quæstionem agitant interpretes, in cap. nouum genus de decimis, & Bald. Nouellus, de dote 1. part. in princip. neque satis inter se conueniunt. Cæterũ lex illa Regia contra curionem respondit, definiens debere eum soluere decimam, præterquam de fructibus quos collegit de præ-

dijs Ecclesiæ, quæ distinctio fuit etiam S. Thom. 2. 2. quæstione 77. art. 4. & eam amplectitur Couarr. lib. 1. variarum resolutio, cap. 17. num. 8.

SVMMARIVM.
Differ. sexta.

Leges ius commune pro Romanorum iure accipiunt. num. 1.

Ius Romanorum, ius Quiritum appellari solet. num. 2.

Hispaniarum Regna Imperio nõ parent. & ideò ius ab Imperatoribus latum in terris Imperij vim tantum habent, num. 3.

Ius commune an apud nos iuris authoritatem habeat num, 4.

Iudices secundum leges iuris communis ius dicunt, nisi sit aliquid ex iure Regio, vel consuetudinis, quod illis refragetur. num. 5.

Fecialis iure militari dicebatur Sacerdos, seu Magistratus, apud quem eius iuris obseruatio erat. num. 6.

Inter ius commune, Regium, & militare, differentia sexta.

IVS commune, si propriè accipias, dicitur ius naturale, seu gentium, quippe quod omnium nationum commune sit. l. ius ciuile. ff. de iustitia & iur. quanquam interdum, & leges ipsæ ius commune pro Romanorũ 1
iure accipiant. l. cumdotem. C. de iure dotium, cap. cõstitutus, de Relig. domib. & ea appellatio in vsu magis prævaluit: hodie enim, & loquendo, & scribendo ius commune pro Romano accipimus. Hoc autem ius 2
Romanorum, ius Quiritum appellari solet; Quirites autem à Quirino dicti sunt, §. sed ius quidẽ, instit. de iur. nat. Quirinus autem is erat Romulus, vt refert Plinius, de viris illustribus, cap. 20. & Cicero lib. 5. de legibus, vbi edisserunt, quare ita appellatus sit Romulus, ostendit etiam Ouidius Fastorũ, lib. 2. his verbis.

Proxima lux vacua est, at tertia dicta Quirino.
Qui tenet hoc nomen Romulus ante fuit.
Siue quod hasta Quiris prisci est dicta Sabinis
Seu quia Romanis iunxerat ille cures.

Hoc

Hoc autem ius commune à nostrati Regio iure longè distare in comperto est: cũ enim ius commune ab Imperatoribus latum sit, tantũmodo in terris Imperij vim habere po
3 test, in nostra Hispania non potest: cum Hispaniarum Regna Imperio non parcant, iuxta glossam ab omnibus receptã in c. Adrianua 66. distinctione. Ius igitur commune, siue Cæsareum in nostra Hispania legis vim non habet, sed rationis tantum authoritate pollet, sicuti docet Palac. Rub. in introductione Rub. de donat. inter, n. 6. & Gregor. Lop. in l. 6 tit. 4. part. 3. verb. Por las leyes, Mol. de primog. lib. 3. c. 12. n. 11. Olanus in concordia iuris, in frontispicio, n. 1. Quam quam, vt rectè sentit Pinel. in Rub. de bonis
4 maternis, 2. parte, n. 12. cum Regia iura ius istud commune, siue Romanũ approbent, quatenus ipsis Regijs legibus aduersum nõ sit, vt habetur in l. 1. Tauri, hodie l. 3. tit. 1. lib. 2. Recopil. nõ malè dici potest, ius istud commune, & apud nos iuris authoritatem habere, iuxta illud Iustiniani: Omnia nostra facimus quibus authoritatem nostram impartimur l. 1. C. de veteri iure enucleando: vulgi autem opinionem cum hac interpretatione consentire satis apparet, ex eo quod leges iuris communis quotidie in foro allegantur, & in scripturis conficiendis solemnis illarum solet fieri renuntiatio. Et denique iudices secundum illas ius dicunt,
5 nisi sit aliquid ex iure Regio, vel consuetudinis quod illis refragetur. Ius militare est, quod ad rem bellicam tantum pertinet, vt in cap. ius militare. 1. distinct. nam in rebus bellicis peculiaria quædam sanxerunt ciuilia iura, vt est videre in tit. ff. & C. de re militari testa. & aliàs passim: & apud nos multa quoque de ea re traduntur in tit. 2. cum seq. part. 2. Hoc autem ius militare apud veteres dicitur ius feciale Cic. 1. Offic. *At belli (inquit) æquitas sanctissimi fecialii populi Roma*
6 *ni iure præscripta est*. Inde fecialis dicebatur Sacerdos, seu Magistratus apud quem eius iuris obseruatio erat, vt latius refert Alex. ab Alexandro dierum genialium, lib. 5. c. 3. idemquè dicebatur pater patratus, vt colligitur ex lib. Decad. primæ, lib. 1. & tradit Hieronymus Roman. in comment. quem inscripsit vulgari sermone, De las Republicas. Fuerunt autem feciales primo instituti à Numa Pompilio, vt tradit Varro de vita populi Romani, & Alicarnas. lib. 3. Huius autem militaris iuris quã seueris sima olim, apud veteres disciplina fuerit, apparet, cum apud alios, tum apud Valerium Maximum lib. 2. tit. de militari disciplina. Apparet etiam ex ijs quæ nos scripsimus in commentario quem vulgari sermone edere paramus cui titulus: Theatro del mundo, libr. 3. titulo. 8.

SVMMARIVM.

§. *I. differentiæ sextæ.*

Doctor an anteferendus sit militi. num. 1.

Fides maior an habenda sit ijs, quæ Rectores, vel Iurisperiti scribendo enumiant, quã quæ orãdo, aut respondendo postularunt. num. 2.

Virtus prudentiæ antecellit. num. 3.

Licenciatus præferendus est militi nisi in actibus militaribus. num. 4

Doctor an præferendus sit nobili. num. 5.

Doctores, & Licentiati admittendi sunt ad ea officia, quæ nobilibus tantum sunt destinata. num. 6.

Cum Doctor, & miles in iure exequentur, neuter alteri præfertur. num. 7.

Doctor, si fuerit nobilis, anteferendus est illi qui duntaxat fuerit nobilis. num. 8.

Pœnæ Palinodiæ cantandæ, sicut ad nobiles non pertinet, ita nec ad Doctores: num. 9.

§. PRIMVS.

HOC autem loco offert sese nobis vulgaris illa quæstio, an Doctor anteferen 1
dus sit militi? quã tractãt Bald. in proœmio digestorum, Angelus in princip. institutionum. Petr. Lenauderius de Doctoribus. 3. part. q. 6. & Guillel. Benedict. in cap. Rainũcius, verb. testamentum 1. num. 46 Boerius de præcedentia graduum, num. 75. & alij apud Bobadill. in Politic. lib. 1. c. 10. n. 13. & 42. inter quos communiter cõuenit Doctorem anteferendum esse militi, præterquã in actibus militaribus. Sed vereor, ne milites nostram floccipendant authoritatem, quod dicant, prohibitum esse iure, ne quisquam in propria causa ius sibi dicat. Vt igitur illis satisfaciamus, videamus oportet, rationes, quæ pro vtraquè parte faciant, eas verò nullibi magis expressas reperies, quam apud illum parentem eloquentiæ Marcum Tullium Ciceronem, qui è re natã foro vtès, modo vnam partem, modò alteram, mirè fouet: nam pro Lucio Murena, defendens illum aduersus nostrum Seruium Sulpiciũ

dum

dum causæ inseruit, eleuans, & parnipendens iurisprudentiam magnopere res bellicas extolit: etenim ad summam inquit. *Qui potest dubitari quin ad consulatum adipiscendū plus afferat dignitatis res militaris, quam iuris ciuilis gloria? vigilas tu de nocte Sulpici, vt tuis consultoribus respondeas, ille, & quo intendit, dit, mature cum exercitu perueniat: te gallorum illum buccinarum cantus excitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit: tu caues ne tui consultores, ille, ne vrbes aut castra capiantur: ille tenet, & scit vt hostium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur: ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. Difficilis autem iuris ciuilis scientia ideò non putatur, quod & perpaucis, & minimè obscuris literis continetur: itaque si mihi homini vehementer occupato stomachum moueritis, triduo me Iurisconsultum esse profitebor: etenim quæ de scripto aguntur, scripta sunt omnia: neque tamen quicquam tam augustè scriptum est, quo ego non possim, qua de re agitur, addere. Quæ consuluntur autem, minimo periculo respondentur. si id quod oportet respōderis, idē respondisse videaris quod Scruius. sin aliter, etiā cōtrouersum ius nosse, & tractare videaris: quod si ista est, cedat (vt opinor) Sulpici forum castris, otium militiæ, stylus gladio, vmbra Soli.* Hæc Cicero aduersus nos. Sed ipsemet ècontrario lib. 1. Offic. nostras partes magnopere tuetur: nam confirmans illud quod expulsa Catilinæ coniuratione carmine vulgauerat:

Cedant arma togæ, concedant laurea linguæ.

Ita fermè profatur. *Sed cum plerique arbitrentur res bellicas maiores esse, quam vrbanas, minuē da est hæc opinio: multi enim bella sæpè quæsierūt propter gloriæ cupiditatē, atque in magnis animis ingens ijque id plerumq; contingit, eoquè magis, si sunt ad rem militarem apti, & cupidi bellorum gerendorum. Verè autem si volumus iudicare, multæ res extiterunt vrbanæ maiores clariores que quam bellicæ: parum enim sunt, fortie arma esse, nisi cōsilium domi: neq; è plus Africanus, singularis & vir, & Imperator in excidenda Numancia Reipublicæ profuit, quam eodem tempore Publius Nasica priuatus, cum Tiberium Grachium interemit. Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus.* Hæc igitur Ciceronis de Officijs sententia magis est amplectenda: quia nimirum maior fides habenda est ijs quæ rectores, vel Iurisperiti scribendo enuntiant, quàm quæ orādo aut respondendo protulerunt, ex sentētia Quintiliani lib. 10. cap. de emendatione, & placuit ex nostris Zasio singularium intellectuum lib. 1. cap. 7. Alciat. Pererg. lib. 12. cap. fin. Aymon Cauet. de antiquitat. temporum. 1. part. §. propositum, n. 48. & Pechard. in commun. opin. volum. lib. 14 verbo, opinio. Proinde non est audiendus Neuizan. contrarium tradens lib. 5. nu. 26. Opitulatur propterea nobis id quod, tàm inter Philosophos, quàm inter Theologos 3 conuenit, virtutem prudentiæ antecellere virtuti fortitudinis, id quod etiā clara voce pronuntiauit sapientissimus Salomō, prober. 16. *Melior, inquit, est, sapiens, viro forti, & qui dominatur, animo, expugnatore vrbium.* Maneat igitur, Doctorem præferendū esse militi, insi in actibus militaribus. Quod autem de Doctore diximus, & de Licentiato 4 dictum esse puta, cum notissimi iuris sit, Licentiatis, & Doctoribus communia esse priuilegia, sicuti communem esse opinionem perhibet Palac. Rub. in repet. rub. de dona. inter. §. 38. & Ripa in l. Centurio, num. 18. ff. de vulgar. & pupill. Sed quod de milite 5 diximus, videamus an, & de nobili statuendum sit, id est, an Doctor præferendus sit nobili? Et planè si vulgarem verbi sequamur significationem, tantūdem in vtroque dicendum erit, siquidem vulgus militē pro equite, seu nobili vsurpat. Cæterum, si propria verbi significatio spectanda est, diuersa res est: propriè enim miles is est, qui militiæ vacat, quemquè militem armatæ militiæ dicimus, velut ostendit Iurisconsultus in l. 1. ff. de militari testam. & tradit Laurēt. Valla elegantia um lib. 6. cap. 32. vulgarem ridens significationem, idemquè facit Doctissimus Budeus in l. fin. ff. de Senatoribus, Dispiciamus igitur, an Doctor, vel Licentiatus præferatur nobili. Et sanè Doctores cū nobilibus paria iura facere ostendit tùm leg. prouidendum. C. de postul. cap. de multa, de præbend. l. 8. titulo. 31. partita. 2. tùm alia plura iura, quæ importunum fuerit hìc nos recensere. Docet etiam Felin. in c. quanto de Magistris. Proinde Doctores, ac 6 Licentiati admittendi sunt ad ea officia, & honores quæ nobilibus tantum sunt destinata, secundum Ioann. de Plat. in l. 1. C. de conditor. in publicis horreis lib. 10. & Auilef. in cap. Correctorum, in proœmio, n. 83 & Ioann. Garsia de nobilit. gloss. 35. n. 4. Cum itaque Doctor, & miles in iure exæ- 7 quentur, neuter alteri præfertur, sed pari gradu ambulant, nisi quatenus alter alteri fuerit præstātior ætate, honore, virtute, aut diuitijs, iuxta l. 1. ff. de albo scribendo, & quæ latè affert Boerius loco superiori. Quā quam in pari conditionis, & honoris gradu nobili magis erit deferendum, vt significat

l. 2.

l.2.titul.21.part.2.quia videlicet quæ naturalia sunt maioris sunt vigoris,& dignitatis quam ea quæ accidentia sunt, l. qui habet,ff.de tutelis,l.fin.C. de his qui veniam
8 ætatis impetrauerunt:& tradit Ioan.Garsia de nobilit.glos.35.nume.3.Si tamen idem Doctor idem fuerit,& nobilis anteferendus erit illic qui duntaxat fuerit nobilis, vt est author Bald.in l.nobiliores,C.de commercijs & mercat.Panormit.in cap.de donat. Tiraq.in tract.de nobilit.cap.5.num.7. Minimè igitur est ferendus Barbac.cõtrarium tradens in cap.ad aures, de rescript.colu.4. melius Lenaud.qui in tract.de Doctoribus, 3.part.quæst.1.scribens, vxorem Doctoris debere præcedere vxorem mercatoris, quãuis nobilem. Quando igitur Doctoris, & nobilis priuilegia,quæ iure eis dantur:communia vtrisquè sunt,rectè sensisse dicemus,
' Azeued.in l.2.titul.10.lib.8. Recopiatio. dum ait,pœnam Palinodiæ cantandæ ea lege Regia statuta perinde,ac ad nobiles non pertinet,ita neque ad Doctores pertinere: illud tamen non rectè,quod nos immeritò carpit, quia diximus, mulierem nobilem nuptam plebeio, illius legis pœna censeri. Neque enim vllo iure suam confirmat sententiam, neque nostris argumentis, quod primum faciendum fuerat,respondet. Neque illis quidem vllo modo satisfacere poterit,cùm iuris manifesti sit,mulierem nobilem nuptam ignobili, fieri ignobilem, interea dum matrimonium durat,vt multis, & legibus,& authoritatibus comprobat Tiraquel.de nobilitat.cap.18.num.16.atquè ita pro nostra sententia calculum tulerunt Salazar,de vsu,consuetudine, cap.1.nume. 85.& Pichardus ad l.3.C.de murilegulis, lib.11.num.46.testes,sanequè locupletes. Quapropter Azeued. in sussurr. viri alioqui probi,& docti,nihil nobis fecerit ptæiudicij:aliud ergo agamus.

Inter iurs,legem, regulam,iustum,& legitimum, differentia septima.

IVs genus est, lex autem iuris est species, secundum Isidorum,quem refert Gratianus in capit.ius generale,distinction. 1. Ius autẽ quid sit,superius exposuimus. Lex au- 1,
tem,omissis alijs definitionibus, est constitutio scripta,iustum præcipiens prohibens què contrarium,text.& glos.in cap. lex est, 1. distinctione. Ex hoc autem intelligere possumus,qui iustum, & legitimum differant,in quo exquirendo multa verba effundit Alciat.in l.obuenire,ff. de verbor.signific.& multo plura Matien.in l.1.tit.4.lib.5 Recopil.glos.1.Sed breuiter ac verius hoc discrepant,quod iustum est genus,legitimũ autem est species:cum iustum descendat à iure,legitimum autem à lege. Quidquid igitur legitimum id iustum est, non autem quidquid est iustum,legitimum est: nam legitimum dicitur,quod venit ex legis defi- 2
nitione:iustum autem non tantum ex legis definitione venit, sed quidquid ex alijs iuris partibus comparatur:finge ex Senatusconsulto,Plebiscito,iure naturali,vel gentium,vel ex consuetudine,licet aliud tradit Matiençó loco superiori,numer.8.Probaturquè hæc nostra sententia in l. obuenire,ff.de verbor.signignificatio. Neque refragatur,l.3.§.de illo,ff.pro socio:sicuti rectè expendit Alciat.Paradox.lib.4.capi.7. & Pinelus in l.2.C.de bonis maternis, numer.7. & quoniam de lege agimus illud meminerimus.Si quis velit vti aliqua pragmatica, vel extrauaganti in corpore iuris nundum inserta, debere illam exhibere in iudicio, alioqui non tenetur iudex qui aduersus illum ius dixerit, secundum Iasonem in leg.cum prolatis,ff.de re iudicata, numero sexto.

SVMMARIVM. Differentiæ septimæ.

Lex est institutio scripta,iustum præcipiens,prohibens què contrarium,nu.1.

Iustum non tantum ex legis definitione venit,sed quicquid ex alijs iuris partibus comparatur, num.2.

SVMMARIVM. Differ. octauæ.

Iustitiæ distributiuæ definitio,nu.1.

Iustitia dicitur, quæ primatorum bona distribuit,num.2.

Seruus Vniuersitatis,an possit ferre testimonium pro Vniuersitate,nu.3.

Ciuis,an possit esse testis in causa suæ Vniuersitatis,nu.4.

Ciuis quando admittitur in testem suæ ciuitatis, non tantam fidem ei datur, quantam extraneo, nu. 5.

Consanguineus admittitur pro consanguineo in causa ciuili, &c. nu. 6.

Testibus affinibus non tantam fidem eis attribuitur in causa affinis, quantam eis, qui non fuerint affines, vel consanguinei, nu. 7.

Eligens dignum, relinquens digniorem, an peccet? nu. 8.

Eligens dignum, si reliquerit digniorem, peccat mortaliter, nu. 9.

Cum dubium est in iure, an quid sit peccatum, liber est à peccato is qui factum suum vnius Doctoris opinione tuetur, nu. 10.

Canonicus pro sua rata parte sentire debet impensarum detrimentum de impensis factis à Capitulo de mensa Capitulari, nu. 11.

Nobilis non est cogendus ad contributionem, numer. 12.

Res competens pluribus, vt singulis, non valent, quod agunt, nisi omnes ad vnum consentiant. At quando competit pluribus, vt vniuersis, id est, tanquam Collegio, aut Vniuersuati, valet quod maior pars fecerit, etiam cæteris reniten tibus, nu. 13.

Res competens pluribus, vt singulis, satis est, si separatim consentiant, nu. 14.

Ius præsentandi competens pluribus, vt singulis, satis est patronos priuatim, seu separatim præsentare, nu. 15.

Inter iustitiam distributiuam, & commutatiuam, differentia octaua.

THeologi, quos etiam iuris interpretes secuti sunt partiuntur iustitiam in distributiuam & commutatiuam. Neotericæ sanè voces, Iurisquè consultis penitus incognitæ: dicendi tamen gratia recipimus illas. Iustitia distributiua dicitur, quæ id quod publicum, & commune est inter eos, qui Reipublicæ cõmunione iunguntur, rectè distribuit: pone Reipublicæ munera honores, aliaquè eiusdem generis. Commutatiua verò iustitia dicitur, quæ priuatorum bona distribuit. Hæc differentia deducitur ex Aristotele Æthicorũ, lib. 5. atque ex Diuo Thoma, 1. part. quæstio. 31. artic. 1. & 2. 2. quæstione 118. ex Budeo in l. 1. ff. de iustitia & iur. ex Sylueſtro, verb. *justitia*: necnon ex Soto de iust. & iur. lib. 3. quæstio. 5. arr. 1. vbi exempla aliqua subijciunt. Nos verò alia foro magis acommoda subiungamus, velut illud quod habetur in l. in tantum, §. Vniuersitatis, ff. de rerum diuis. qua definitũ extat, licet seruus priuati pro domino ferre testimonium non posſit seruum autem Reipublicæ rectè pro Vniuersitate ferre testimonium: cuius argumento tradunt Accursius, & reliqui, tùm illic, tùm alias sæpè legitimum esse testimonium ciuis in causa suæ Vniuersitatis: id quod expressim receptum est apud nos in l. 18. partit. 3. Veruntamen lex illa accipienda videtur secundum distinctionem communiter ab scribentibus probatam, qui ita distinguunt, aut in lite mota tractatu de iure Vniuersitatis, quod vnicuiquè priuatim commodum, vel vtilitatem affert, & tunc ciuis non est idoneus testis pro Vniuersitate sua. Exempli gratia, quando tractatur de iure pascendi, vel syluæ ceduæ struendæ, quia eo casu in propria causa videtur ciuis dicere testimonium. Aut verò in ea lite non agitur de commodo, quod priuatim vnusquisque sentit, sed communiter, vel promiscuè, velut quando agitur de territorio, vel de iurisdictione, aut de pascuis, quæ in ærarium publicum locari solent, & tunc oppidanus est legitimus testis in causæ suæ Vniuersitatis. Hius distinctionis auctor est Faber. in §. Vniuersitatis, instit. de rerum diuisione, & eam amplectitur Bart. in dict. l. in tantum, ff. de rerum diuis. Bald. & reliqui in l. parentes, C. de testib. Afflict. decis. 400. Capicius decisio. 152. & eam communem esse apparet ex Couarr. practicar. quæst. cap. 18. num. 4. qui illam Regiam legem, ita acceptam iri scribit. Et idem fecit ante eum Gregor. Lopez eodem loco, verb. *los del Concejo*. Hoc autem ita erit probandum. Vt tamen intelligamus, quando ciuis ita testimonium admitti tur, non tantam fidem eum facere, quantum extraneus, propter affectionem quam ad suam præsumitur patriam habere, sicuti superiores tradunt authores, cui simile est, quod de consanguineorum, & affinium testimonio traditur, vt licet admittatur in causa ciuili pro consanguineo, & affini, secundum Bald. & reliquos in dicta l. parentes, C. de testibus: & est par inter scribentes sententia, teste Alber. in tractat. de testib. 5. part. §. 1. attamen non tantam illis fidem arrogandã esse, quantã ijs qui non fuerint consanguinei, vel affines, vti explicat Baldus in dicta l. parentes, C. de testibus. Aliud etiam erit exemplum in illo, quòd tàm à nostris, quàm à sacræ Theologiæ professoribus traditur, cum quis tenetur eligere aliquem ad ea officia, quæ distributiuę

3 4 5 6

sunt

8 sunt iustitiæ: putà, Ad beneficium, Episcopatum, vel Reipublicæ Magistratum debere eligere digniorem, peccarequè si eligat dignum, prætermisso digniori, etiam si is sit inimicus suus, sicuti placuit sanct. Tho. secunda secundæ, quæstion. 20. & 63. artic. 2. Sylvester, verbo, electio, quæstio. 16. Sotus de iustitia & iure, libr. 10. quæstio. 2. art. 3. Petro Nauarra de restitutione, cap. 2 numer. 121. Gutierrez Canonicarum quæstionum libr. 2. capit. 11. Diuersum in ijs, quæ ad commutatiuam, putà, in patre, cui ex legis beneficio, vel Regia facultate data est potestas meliorandi vnum ex filijs, quem
9 malit. Nam poterit quidē sine peccato mortali, saltem, eligere dignum, omisso digniori, sicuti scriptum reliquit Couarruuias in regula peccatum, 2. part. §. 7. & Nauarrus in Manuali Latino, cap. 26. num. 36. Spino de testam. glos. 18. numer 6. Gutierrez dict. cap. 11. nu. 68. licet alij aliud velint, in quibus est D. Antonius de Padilla in leg. cum quidam, nū 20. ff. delegat. 2. & ante eum Palatius Rub. in repetit. cap. per vestras, §. 26 numer. 1. Sed prior opinio tùm verior est, tùm nihil in se habet periculi, ex sententia Abbatis in cap. Capellanus de ferijs, nu. 6.
10 dictis. Cum dubium est in iure, an quid sit peccatum, liberum esse à peccato eum qui fact m suum, vel vnius Doctoris opinione tueatur: multò magis igitur hoc casu erit securus pater, cuius voluntati tot tantique auctores suffragantur. Aliud etiam occurrit exemplum in quo iustitiæ distributiuæ, & commutatiuæ conspicitur discrimen: vt ecce Canonicus litigat cum Capitulo, Capitulum autem, siue Collegæ ex ærario communi, seu mensa Capitulari (vt vocant) litis facit impensas. Dicendum est,
11 Canonicum, quia de distributiua iustitia agitur pro sua rata parte sentire impensarum detrimentum, auctore Ponormitan. in cap. cum inter Canonicos, de electione, numer. 6. Secus si de commutatiua agatur iustitia. Pone, ciuis agitat. litem cum populo super nobilitate. Vniuersitas autem deficiente ærario, contributionem facit in
12 populum ad litis impensas: Dicendum est, quia de commutatiua agitur iustitia, non esse nobilem ad contributionem cogendum, veluti placuit Gregorio Lopez in leg. 3. titulo 9. partita 5. verbo, *dellos*: nonme clam est contrarium placuisse Otaloræ, & alijs ex nostratibus, eiusquè forensem vsum restipulari. Verum ego hanc praxim longè à iuris ratione, & æquitate abhorrentem esse iudico, inhumanitatiquè esse plenam animo complector: quod si quæ sunt leges quæ refragari videantur, vt lex secunda, ff. ad legem Rhodiam de iactu: loquuntur vtique quando ciuis simul recipit commodum cum vicinis. At hoc casu quo agitur de nobilitate, cuitas non agit de commodo vicini, sed de illius potiùs detrimento, atque exitio. Quod si dixeris inconsulto me facere, qui tot seculis inueteratam vellim tollere consuetudinem, replicabo tibi verbis Summi Pontificis, dicentis consuetudines non tantum esse authoritatem, vt rationem legem què vincant, cap. fin. de consuetud. Necnon Imperatoris, qui ait, omnes iudices non exempla debere sequi, sed veritatem legum, iustitiæquè vestigia, lex, nemo, C. de sententijs, & interlocut. omnium iudicum: id autem animaduersum est etiam à nobis, quæstione vndecima. Postremò, quanta sit differentia inter eas res quæ distributiuæ sunt iustitiæ, & eas quæ pertinent ad commutatiuam, intelligere facile licet ex eo quod tradit glossa in capit. cum omnes, de constitut. verbo, institutum. Quan-13 do res competit pluribus, vt singulis non valere quod agunt, nisi omnes ad vnum consentiant, itaquè vnius contradictio cæteros impedit. At quando competit pluribus, vt vniuersis, id est, tanquam Collegio, aut Vniuersitati, ait valere quod maior pars fecerit, etiam cæteris renitentibus: quando, scilicet, id faciunt in actu qui necessario fieri debet: nam si id faciant in actu non necessario, sed qui ad gratiam tantùm spectet, velut si donare velint, vel debitum remittere, ibi omnes consentire debere inquit, ita vt vno contradicente actus sit nullus. Glossæ autem distinctionem amplectuntur illic omnes, præsertim Abbas, & Felinus numer. 17. Iasūn quoque in lege iuris gentium, 3. hodie, ff de pactis, num. 7. Rursus (vt eandem differētiam amplius ex 14 planemus) inquit glossa illa, quando res cōpetit pluribus vt singulis (est itaque iustitiæ commutatiuæ) satis esse si separatim consentiant. Porrò si competat pluribus, vt vniuersis (quia ad distributiuam pertinet iustitiam) debēt cōcto Collegio, seu populo consensum præstare, & in hoc magno consensu itidem à Doctoribus probatur. Id autem egregiè pertinet ad patronos, Clericum ad beneficium vacans præsentantes (vt nouo, & vulgari, verbo vtar.) Nam si ius 15 præsentādi competat pluribus, vt singulis, satis est patronos priuatim, seu separatim præsentare. Cęterum si competat pluribus,

vt vniuerſis, debent publicè, ſeu coacto ex more populo, ſeu Collegio præſentare, alioqui nulla erit præſentatio, ſicuti placuit Ioannes Andr. in capit. 3. de iure patronat. Cuius opinionem communem eſſe fidem facit Rochus de iure patronat. verbo, honorificum, quæſtione 93. Licet ipſe ab ea diſcedat, ſed communis opinio vſu prævaluit, vt & ipſe quoque Rochus fatetur, & placet Lambertinus de iure patronat. lib. 2. par. 2 quæſt. 2. artic. 8.

Aliam differentiam inter diſtributiuam iuſtitiam & commutatiuam reperies differentia ſequenti, §. 4. ad finem: & aliam indifferentia duodecima, §. vltimo.

SVMMARIVM.

Differentia nona.

Poteſtas Eccleſiaſtica, tàm largo interuallo ſecularem anteit, quàm aurum plumbo, nu. 1.

Vtraque iuriſdictio reſidet penes Romanum Pontificẽ, Eccleſiaſtica actu, & habitu, ſecularis verò habitu tantum, ſeu potentia, nu. 2.

Olim ijdem fermè erant Reges qui & Pontifices, & ijdem Pontifices qui, & Reges, nu. 3.

Melchiſedech, lingua Hebraica, ſonat Regem iuſtum nu. 4.

Ieruſalem vnde dicta, nu. 5.

Olim Sacerdotes tantam habebant dignitatem, & authoritatem, vt ſimul Pontificia ſimul Regia poteſtate fungerentur, nu 6.

Magi qui ab Oriente venerunt, quare communiter Reges appellantur, nu. 7.

Romanus Pontifex ex Gracis Imperium tranſtulit in Germanos, nu. 8.

Romanus Pontifex Luſitaniæ Regno Rege laborante, opem tulit, alterum idoneum ſubſtituẽdo, nu. 9.

Quando Romanus Pontifex exercere iuriſdictionẽ ſecularem inter Principes teneatur. n. 10.

Inter iuriſdictionẽ Eccleſiaſticã, & ſecularem, differentia nona.

1 PErinde ac homo anima conſtat, & corpore, ita tota humanæ rei gubernatio duas in partes diuiſa eſt: alteram quę ad animam perſonaſquè Eccleſiaſticas pertinet: alteram quæ ad corpus temporaliaquè bona. Illa penes Papam, Summumquè Eccleſiæ Præſidem reſidet: hanc verò, id eſt, temporalem, Reges Principeſquè ſeculares ſortiti ſunt, cap. duo ſunt 96. diſtinctione, cap. duo, 12. quæſt. 1. Et hoc eſt, quod ſcriptum eſt à Poeta:

Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.

Eccleſiaſtica autem poteſtas tã largo interuallo ſecularem anteit, quam aurum plumbum, quam Sol Lunam, quam ter millies, & eo amplius inferiorem eſſe, ſeu minorem Aſtronomica ratione deprehenditur, capit. ſolitæ, de maior. & obed. Ptolomeus in Almegiſtro. Quin illud ſciendum eſt penes Sũmum eundemquè Romanum Pontificem (vt qui Dei vices gerit in terris) vtramque reſidere iuriſdictionem: Eccleſiaſticam actu, & habitu, ſecularem verò habitu tantum, ſeu potentia, cap. ex ſuſcepto, de foro competent. in hunc ſanè modum, vt Regibus Principibuſque ſecularibus in adminiſtranda Republica negligentibus, poſsit Romanus Pontifex ratione peccati partes ſuas interponere, & labenti Reipublicæ ſuccurrere, text. & illic claſsici omnes, præſertim Nauar. in capit. nouit, de iudicijs, Cathal. de bon. com. Pagni. & Bologninus illius Scholaſter intractat. de poteſta. Papæ, Antonius de Roſel. in tractat. quem ſcripſit de poteſtate Imperat. & Papæ, §. 1. & 2. extarquè id nouiſsimè definitum in Extrauaganti, vnam ſanctam, de maioritate, & obedientia inter communes: id quod non obſcurè datur intelligi ex verbis illis Apoſtolorum ad Chriſtum: Ecce duo gladij hic, Lucæ vigeſimoſecundo capit. Alterum igitur gladium ſpiritualem, ſcilicet, ſtrictum ſemper habet Romanus Pontifex. Alterum verò ſecularem ſtringendi habet poteſtatem quotieſcunque ſui auxilio Chriſtiana Reſpublica opus habuerit: quam rem à priſcis antiquorum moribus, & inſtitutis alienam non eſſe multis veterum docemur exemplis. Etenim, vt aliquid antiquitatis ergo referamus, olim Regnum, & Pontificium vnà, non ſeparatim, gerebantur, itaque ijdem fermè erant Reges qui & Pontifices, & ijdem Pontifices qui & Reges, ſicuti memoriæ prodidit Ariſtoteles lib. 3. Politicorum, cap. 10. Quem refert lex 6. titulo 1. partita 2. Sic antiquiſsimus ille Melchiſedech, altiſsimus Dei Sacerdos, Chriſtiquè typus, idem Rex fuit Salem, vt legitur Geneſeos, capit. 14. id quod ipſummet nomen ſignificat: nam Melchiſedech, lingua Hębraica, Regem iuſtũ ſonat, vt interpretatur doctiſsimus Ioſeph Antiquitatum, libro primo, cap. 18. & colligitur, ex Diuo Paulo ad Hæbreos, capit. 7. Salem autem (vt id obiter dicamus) priùs fuit ciui-

tas

tas Sycomorum, vbi Iacob primum Deo erexit Altare, vt refertur Geneseos, cap. 23. 5 postea venit in ditionem Iebusæorum atq; ex eorum nomine, adiũcto nomine Salem, dicta est Ierusalem, vt intelligere licet ex Paralipomenon, lib. 1. c. 11. atque ex libro Iudicum, cap. 19. Apud Ethnicos quoq; Alexandrum Sacerdotij munus obijsse apparet ex ipsius Chronicis, atq; itẽ ex Valerio Maximo lib. 3. c. 3. Sunt, & huius rei quam plura exẽpla (quæ ne longior sim,) videre poteris apud Marsilium Fisinum in vita Trimegistri, & apud Ioannẽ Garsiã de nobilit. glos. 9. Atq; vt altius à nobis res reperatur, admonendi sumus, apud vetusta illa priscaque secula quatuor fuisse Sacerdotum genera, quorũ tanta apud populũ erat dignitas, & auctoritas, vt simul Pontificia, simul Regia potestate fungerentur: ij autem, vt Diogenes Laertius est auctor, lib. 1. de vitis Philosophorũ, quẽ referunt Alexand. ab Alexãdro dierũ genialium lib. 4. c. 13. & illic Tiraquellus pro Regionũ varietate varia quoque sortiti sunt nomina: apud Persas enim appellabantur Magi, apud Assirios Chaddij, apud Indos Gimnosophistæ apud Gallos Druidæ. Hos autem non tantũ Pontificiã, sed etiã Regalem habuisse potestatem facilè est deprehendere ex Cæsaris Cõmentarijs lib. 6. de bello Gallico, vbi de Druidibus agens, in hæc verba inquit: *Illi rebus diuinis intersunt, sacrificia publica, atque priuata procurãt, Religiones interpretantur, ad hos magnus adolescentum numerus disciplinæ causa concurrit, magnoquè ij sunt apud eos honore: nam fere de omnibus controuersijs publicis priuatisque constituunt, & si quòd est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controuersia est, ijdem discernunt, pœnas præmiaq; constituũt.* Hactenus Cęsar. Druidas autem eosdẽ esse qui Magi, satis declarat Plinius lib. 16. cap. 44. *Nihil*, inquit, *habẽt Druidæ, ita enim Galli suos appellant Magos.* Sed & Magos ipsos Regiam habuisse potestatẽ apertis verbis idem Plinius ostendit lib. 30. c. 1. vbi de origine Magicæ artis agens ait: *In tantum fastigij adoleuit, vt hodie etiam in magna parte Gentiũ præualeat, & in Oriente Regũ Regibus imperet*, cui cõcinit quòd Cicero tradit lib. 1. de diuinatione, neminẽ potuisse esse Regem apud Persas qui nõ prius magicã didicisset. Neq; miretur quispiam, quod hoc nomen, Magi, quandoq; malè audiat: nã quanquã ipsa Magorũ disciplina sancta esset, & laudabilis, cuius quippe per discẽde gratia Pythagoras, ac plato, alijq; magni nominis Philosophi laboriosissimè peregrinati sint, verũ quæ inimici, seu Sathanæ est versutia sancta, & honesta corrũpere, & in triticum immittere zizania, factum est, vt inter ipsos Magos non defuerint qui sanctã alioqui, & probatissimam disciplinã superstitionibus, & incantationibus iniectis contaminauerint, & inde in vulgus Magi nomen malè audire cœpit: quod itidem in Mathematici nomen contingere videmus, quod apud veteres, & in propria significatione altioris disciplinæ scientiã sonat: quoniam verò illius professores ea scientia abuti cœperunt, prò diuinis, & maleficis viurpari cœpit, vt tradit Gellius noctiũ Atticarum lib. 1. c. 9. Ex quibus vniuersis (ne rẽ scitu dignissimam omittamus) intelligere poteris, quamobrẽ Magi illi qui diuino afflati spiritu, stella duce, IESVM Dñm nostrum recens natum adoratũ ab Oriente venerunt Reges cõmuniter appellẽtur, sicuti iam ex principio nascentis Ecclesiæ ad nos vsque, tãquã per manus cõstans, vbiq; fama prodidit, & Catholica tradit Ecclesia, (quæ falli neq; falere potest) Reges nãque erant, quandoquidem ex eo genere Magnorũ erant, qui in Oriente, & Sacerdotij, & Regis munere fungebantur. Verè igitur Reges erant, veluti anteà Psalmo 71. Esaias cap. 16. Sacra prædixerant vaticinia: quæ, vt de Ecclesia dixinus, falli fallerevè nunquam vllo modo possunt. Proinde ferendi minimè sunt, qui absurdè (ne impiè dixerim) inficiari volunt sanctissimos istos Magos, Reges non fuisse, quos, qui sint, refert per doctus Franciscus Suarez, Theatinus, ad Thomam, 3. part. quæst. 37. disput. 14. Hæc præteriens, tetigi, quia etsi nihil ad ius, ad diuinarum tamen Scripturarũ interpretationẽ maximè conferunt. Cũ igitur, (vt ad inceptũ redeamus) vtriusquè gladij potestas apud Sũmũ resideat Pontificẽ, hinc factum est, vt ipse Romanus Pontifex ex Græcis Imperium trãstulerit in Germanos, vt refertur in capit. cum venerabilem, de electione. Hinc quoque idem Pontifex, Lusitaniæ Regno Rege laborante, opem tulit, alterum idoneum substituendo: vt habetur in cap. grande, de supplenda negligentia Prælat. libro 6. Hinc etiam euenit, vt Fredericus Imperator ab Innocentio Quarto, priuatus sit Imperio, sicuti latè narratur in cap. ad Apostolicas, de re iudicata in 6. Neque est mirum si Christiani Principes, Christiana eademquè vera Religione imbuti, eam reuerentiam Summo impenderint Ecclesiæ Præsuli, eidemquè cœli clauigero, quando quidem & ipsi Ethnicorum Principes suæ va-

næ Religionis superstitione tacti, nõ minus obseruanter suos coluerint Sacerdotes, vti scribit Valer. Maximus lib. 1. capit. 1. cuius verba, quia tàm elegantiæ, quàm authoritatis plena sunt, in medium referri non grauabor: *Omnia*, inquit, *post Religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit, etiam in quibus summæ Maiestatis conspici decus vetuit: quapropter non dubitauerunt sacris Imperia seruire: ita se humanarum rerum futura regimen existimauit, si diuinæ potentiæ benè atque constanter fuissent famulata.* Quanquam verò, vt diximus, apud Romanum Pontificem vtraquè resideat iurisdictio, Ecclesiastica in actu, secularis verò in habitu, non defuerunt tamen qui contrarium prodiderunt, tradentes solam Ecclesiasticam iurisdictionem separatim residere apud Romanum Pontificem: secularem autem iurisdictionem insolidum apud seculares iudices residere: in quibus fuit glossa in cap. Quoniã, 10. distinctione, verb sic. Bald. in proœmio, ff. & alij plures apud Nauar. in cap. nouit, de iudic. & apud Couarr. in reg. peccatum, §. 9. num. 39. Attamen prior opinio magis est recepta, vt apparet ex Alphonso de Castro, de iusta hæreticorum punitionẽ, lib. 2. cap. 23. & Palac. Rub. de obtentione Regni Nauarræ, 2. part. §. 6. Ex Mencha ca controuersiarum illustrium, lib. 1. capit. 20. ex Bobadill. in Politic. libr. 2. capit. 17. num. 3. Et verior sanè videtur, dum tamen intelligamus ita apud Romanum Pontificem secularem residere iurisdictionem, vt tamen non eam exercere valeat, neque gladium aliàs possit distinguere secularem, quàm cum magnum in Republica immineat periculum, aut detrimentum, aut propter magnam Principum socordiam, aut proteruiam, sicuti superiores sentiunt auctores, præcipuè gloss. & Abb. num. 13. in cap. nouit, de iudic. & in cap. licet ex suscepto, de foro competenti, Auilef. in capit. correctorum, cap. 10. verbo, *vsurpar*, Marcus Antonius de Campos, dialogo, 4. §. 32. Anton. Nimphus de potestate Ecclesiastica, quæstion. 1. artic. 8. Anastasius Germon. de sacrorum immunitate, capit. 13. num. 70. vt cæteri taceantur, quorum nomenclaturam referre longum esset.

SVMMARIVM.

§. I. differentiæ nonæ.

Ecclesia, & Ecclesiastica personæ diuino iure, ne dum humana liberæ sunt à iurisdictione secu lari, nu. 1.

Iudex laicus non potest cognoscere contra delinquẽtem, qui post commissum delictum factus fuit Clericus, licet cum commiserit esset laicus, nu. 2.

Iudex secularis non potest punire Clericum qui coram eo falsum testimonium dixit, numer. 3.

Heremitæ, an Ecclesiasticæ sint personæ, ac Ecclesiastico foro fungi debeant, nu. 4.

Beatæ, an Ecclesiasticæ sint personæ, ac Ecclesiastico foro fungi debeant, nu. 5.

Nouitius Monachus, inter ea dum professionem non nuncupauerit, ad forum Ecclesiasticum pertinet, nu. 6.

Ministri quoque Ecclesiæ, veluti aedituus musicus, & similes, etsi laici fuerint, Ecclesiæ potiũtur immunitate, nu. 7.

Famuli Clericorum an fori Ecclesiastici priuilegio fungi possint, nu. 8.

Sodalitates laicorum (quas vulgo Cofradias, appellamus) an ad forum secularem pertineant? nu. 9.

Milites, qui vulgo Comendadores *appellantur, non sunt propriè Religiosi, nu. 10.*

Prioribus ordinibus initiati, non aliter Ecclesiastico foro potiuntur quam si Ecclesiasticum beneficium habeant, aut ministerium in Ecclesia, Clericalibusquè vestibus vtantur, numero, 11.

Beneficium Ecclesiasticum quemadmodum accipi debeat, nu 12.

Ecclesiastica dicitur causa omnis quæ ad statum Ecclesiæ, fidei, Catholicæ, & Religionis Christiana conseruationem principaliter spectet, num. 13.

Hæresis causa ad Ecclesiasticum forum pertinet, num. 14.

Romanus Pontifex, Rege in hæresim prolapso, potest Regnum alteri debellandum dare, numer. 15.

Rex, vel Imperator, non potest in Consulto Papa, pacem cum Sarracenis, vel infidelibus facere, nu. 16.

Matrimonij causa ad iudicem Ecclesiasticum priuatim pertinere manifestum est, nu. 17.

Matrimonij causa ad iudicem Ecclesiasticum pertinet, quando est quæstio facti, & tunc potest incidenter de ea cognoscere, nu. 18.

Romanus Pontifex potest restituere naturales illi, qui legitimè natus non est. nu. 19.

Religio iurisiurandi ad cognitionem Ecclesiæ spectat, num. 20.

Obseruatio contractus iuramenti firmati competit iudici seculari, num. 21.

Censura excommunicationis Ecclesiastici fori propria

propria est, num. 22.

Iudex Ecclesiasticus debet, reum laicum id petẽtem, ad forum suum, id est, ad iudicem laicũ. remittere, nu. 23.

Causæ Sacerdotum (quas vulgò beneficiales vocamus) Ecclesiastici fori propriæ sunt, numero 24.

Ius patronatus, & quod illi annexum est, ad Ecclesiasticum forum pertinet, nu. 25.

Iudex laicus potest incidenter ferre iudicium de iure patronatus, quando ius patronatus accedit vniuersitati bonorum, putà, oppido, vel hæreditati, nu. 26.

Ius patronatus, quòd Ecclesia habet in aliqua villa, aut ciuitate, quæ erat sua, & vendita fuit de consensu Romani Pontificis per Regem, nõ transit in emptorem, nu. 27.

Iudex Ecclesiasticus potest animaduertere in laicos pragmaticos sui fori (vulgo oficiales appellant) si aliquid apud se in suo oficio deliquerint, etiam testes laicos in causa coram se agitata deferentes, nu. 28.

Iudex secularis nõ habet potestatem in Clericos, vt etiam sponte sua non possit Clericus illius se submittere iurisdictioni, nu. 29.

Sententia lata contra Clericum per iudicem laicum, erit nulla, etiam si clericus non vtatur fori præscriptione, nisi demum sententia lata, num. 30.

Romanus Pontifex, an possit Ecclesiasticas personas in vniuersum seculari submittere iurisdictioni? nu. 31.

Episcopi & alij Prælati per Papam non possunt committere cognitionem causarum spiritualium laico, nu. 32.

Vicarius Episcopi non potest esse laicus, sed necesse est saltem minoribus sit ordinibus initiatus, num. 33.

Iudex secularis si apud eum moueatur quæstio de re spirituali super nuda tantum possessione, se mota causa proprietatis, possit ne ipse laicus iudex de ea ius dicere? resoluitur quod non, num. 34. & 35.

Laicus, & Clericus, si simul commiserint delictum, vel si sunt rei eiusdem nominis, quis iudex erit competens eorum? nu. 36.

Rex iniustè iudicans potest adiri Papa, qui per denuntiationem Euangelicam à Rege iniquè statuta rescindat, nu. 37.

De potestate merè Ecclesiastica.

§. PRIMVS.

CÆterum, vt hæc materia, alioqui latissima, quam breuiter percipi valeat, exemplis ostendamus oportet, quemadmodum altera iurisdictio ab altera discernatur. Sciẽdum est igitur, alteram esse causam mere Ecclesiasticam, de qua solus Ecclesiasticus iudex cognoscere potest: alteram esse causam Ecclesiasticam, non merè, sed mixti fori, de qua vterque iudex, tàm Ecclesiasticus, quàm secularis, cognoscere valent: rursus aliam esse causam merè secularem cum Ecclesiastica nil habentem commune. Atque præterea incidere sæpè casus, in quibus potestas secularis extra ordinem ius dicere in Ecclesiasticas personas potest, de quibus per ordinem dicendum nobis est. Atque vt primum de causa merè Ecclesiastica dicamus, ea est causa in qua Ecclesia, aut Ecclesiastica persona in iudicium trahitur. Ecclesia namquè atque Ecclesiasticæ personæ diuino iure ne dum humano liberæ sunt à iurisdictione seculari, capit. quanquam, de censibus, in 6. Abb. & Felin. cæterique classici in cap. Eccles. sanctæ Mariæ, de constit. Couarru. pract. quæst. cap. 31. Ioan. Garsia de nobilit. glo. 9. Anastasius Germon. de sacrorũ immunit. lib. 3. §. 22. Adeò verò Ecclesiasticæ personæ immunes sunt secularis potestate, vt si quis laicus cum esset, delictum admiserit, posteaque efficiatur Clericus, aut Religiosus, non possit secularis iudex in illius personam animaduertere, sed duntaxat illius bona persequi, (ut (ne crãbem bis coctam proponamus) effusè discutiũt Couar. pract. quæst. c. 22. & Auend. in c. correctorum, 1. p. c. 22. & nuper Cut. practic. quæst. lib. 1. q. 5. & nuperrime Boba. in Polit. lib. 2. cap. 18. num. 77. Ampius etiã si Clericus apud secularem iudicem falsum dixerit testimonium, non poterit secularis iudex illum punire, sed duntaxat causam instructam cum ipso delinquente ad iudicem Ecclesiasticum remittere, veluti placuit In noc. in cap. verum, de foro cõp. Paulo de Castr. & reliquis in ca. nullũ. C. de testibus. Et quanquam non desint qui renideant, hanc tamen magis communem testatur Couar. pract. quæst. cap. 18. & Villalob. in æra rio, litera. C. num. 111. & Ioann. Gutierr. practic. quæst. lib. 1. quæst. 24. & idem facit Azeued. in l. 1. tit. 16. lib. 8. Recop. nu. 98. Heremitæ verò an Ecclesiasticæ sint personæ, ac Ecclesiastico foro fungi debeant, in quæstionem veri solet, & magis placet eos ad forum pertinere seculare, nisi modo aliquem Religionis ordinem ab ordinario approbatum professi fuerint. veluti scribit Stephanus Auph. de potest. seculari, reg. 2. nu. 37. & Couar. pract. quæst. c. 34. n. 4. Dida,

Perez in l. 19. titul. 4. lib. 4. ordin. Gregor. Lop. in l. 17. tit. 1. part. verb. *hermitaño* quæ quidem distinctio probatur in l. 2. titul. 7. part. 3. & ita est intelligenda lex 5. titul. 3. lib. 8. Recopila. quæ eos ad Ecclesiæ forum pertinere significat. Quod autem de Heremitis diximus pertinere quoque dicendum est ad illud genus fœminarum, quæ vulgò
5 Beatæ dicuntur, secundum superiores auctores Abbat. & relicos in cap. 2. de foro com-
6 pet. Nouitium quoquè Monachum, interea dum professionem non nuncupauerit, ad forum Ecclesiasticum pertinere literis prodidit D. Franciscus Sarmient. selectarum lib. 1. c. 5. nu. 8. & latiùs comprobat Tiraq.
7 de retract. linag. §. 1. glos. 8. num. 21. Ministri quoquè Ecclesiæ, veluti æduituus musicus, & similes, etsi laici fuerint, Ecclesiæ potiuntur immunitate, modo ad longum tempus, non ad modicum, Ecclesiæ ministerio alligati sint, vt resoluit Felin. post cæterosin cap. 2. de foro compet. & testantur communem Capit. decis. 12. quamquam, si coniugati sint fori non gaudebunt prærogatiua in criminalibus, vt in cap. 1. de Cleric. coniug. in 6. & animaduertit Couarru. loco su-
8 periori. Sunt etiam qui putent, famulos Clericorum fori Ecclesiastici priuilegio fungi, in quibus est Calca. consil. 71. Verum hoc ad famulos Episcoporum tantum est admittendum, non ad cæteros famulos Clericorum qui laici fuerint, secundū Abb. in c. 2. nu. 6. de foro comp. & testatur communem Iul. Clar. in praxi, q. 35. nu. 18. Quin & famulis Episcoporum idem recipiendum putauerim, nisi consuetudine aliud comparatum fuerit: nam tex. in cap. fin. de offic. Archiepis. in quo contraria nititur opinio, cō
9 suetudine hoc ius tribuit. Sodalitates itē laicorum (quas vulgò *Cofradias* appellamus) ad forum seculare spectare multis edocet Couar. pract. quæst. c. 36. vers. 7. & Auilesius in cap. Corrector. cap. 2. glos. in confederacion. & constat magis communem esse opinionem ex Gutier. commun. quæst. lib. 1. c. 3. nu. 19. quibus suffragatur lex 3. & 4. tit. 14. lib 4. Recop. Milites item illi qui vulgò
10 *Comendadores* appellātur, non esse propriè Religiosos, & ad forum pertinere seculare, exceptis militibus sancti Ioannis, inter Doctores magis conuenit, vt est videre apud Couarru. in quarto, 2. part. §. 1. & id generaliter, siue communiter à nostris probari, tradit Gironda de Gabellis, 8. part. in prin. nu. 47. Quibus magnopere opitulatur lex 14. titu. 5. lib. 3. Recopilat. & illic animaduertit Azeued. Habent tamen ij hodie profirios iudices à Rege destinatos, qui vulgò Auditores ordinū dicuntur, apud quos, cum res inciderit, conueniri debet, quod, vt est manifestū, nemo erit qui ignoret. Illud quoq; manifestius est, quā vt nostra admoni 11
tione indigeat, prioribus ordinibus initiatos non aliter Ecclesiastico foro potiri, quā si Ecclesiasticum habeant beneficium, aut ministerium in Ecclesia, Clericalibusq; vestibus vtātur, sicuti latiùs est cōprehensum in Concilio Tridentino, Sess. 33. c. 6. & in l. 1. & 2. tit. 4. lib. 1. Recop. quas præter Classicos ibidem latè expendit Couar. practicar. quæst. c. 31. & 32. Gutie. quoque pract. quæstio. lib. 1. quæst 7. Beneficium autem Eccle 12
siasticum quemadmodum accipi debeat, quoniam superiores non explicant, videre poteris apud Lasartem de decima, & melius apud Cacialupum de pensionibus. q. 12. & 30. vbi declarat, an pensio Ecclesiastica sub eo nomine contineatur. Præterea merè Ecclesiastica est omnis causa spiritualis, vt probatur, cum aliàs passim, tùm in capit. nouit, de sententia excommu. Ecclesiast. Denique dicetur causa omnis, quæ ad statum 13
Ecclesiæ fideique Catholicæ, & Religionis Christianæ conseruationem principaliter spectet, vt docet Albertus Pyghius de Ecclesiastica Hierarchia, lib. 4. cap. 2. & Ioan. Garsia de nobilit. glos. 9. num. 24. & probatur in cap. fin. distinct. 11. & in l. 57. titu. 6. part. 5. Igitur hæresis causa, vt quæ principaliter ad fidei statum attineat palam est ad Ecclesiasticum forū pertinere, cap. Inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. & fusius ex 14
plicat Bernard. Diaz in praxi Canonic. cap. 114. & Simanc. Catholicarū instit. tit. 9. Iul. Clar. §. hæresis, num. 14. Et inde est, quod Rege in hęresim pro lapso, potest Romanus Pontifex Regnum alteri debellandum da- 15
re, vt est auctor Bald. in l. 1. C. de emācipatione liberorum. Atque ex eodem fonte promanat, non posse Regem, vel Imperatorem pacem cum Sarracenis, vel infidelibus 16
facere, inconsulto Papa, vt scripsit Hieronymus Paulus in pract. Chācellariæ, fol. 214. Illud tamen meminerimus, si quæstio incidat apud secularem iudicem, an liberi eius qui hæresis damnatus est, admitti debeant ad munera, vel honores, quibus per Canones, & leges Regias hæreticorum liberi interdicuntur: rectè posse secularem iudicem de ea re cognoscere accessionis iure, vt literis prodidit Doctor Sahagum in cap. decernimus, de iudicijs, num. 68. Causam etiam 17
matrimonij ad iudicem Ecclesiasticum priuatim attinere manifesti iuris est, capit. vt debi-

debitum, de bigam, cap. Gaudemus, de diuortijs, & aliàs crebrò. Adeò quidem vt etiam accessoriè, seu, vt vulgo loquuntur, incidenter non possit Iudex laicus de matrimonij causa cognoscere, finge, cum de hæreditate agitur, & quæstio pendet ex eo: An hæres sit natus ex legitimo matrimonio vt extat definitum in cap. tuam, de ordine cognitionum, & in cap. causam. 2. qui filij sint legitimi Ecclesiasticus autem iudex debet tunc causam matrimonij sunt breuiter summatimque definire; & ita peioratum, seu finitum ad iudicem remittere seculare, etiam, si ita res tulerit, appellatione remota veluti commodissimè definit summus Pō-
18 tifex in c. lator, qui filij sint legitimi. Quod ita demum erit probandum, quando quæstio de matrimonio est iuris, non facti: nam si tantummodo esset quæstio facti, potest secularis iudex de ea cognoscere incidenter sicuti bellissimè docet Bart. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. cuius opinionem communem esse constat ex Orosc. & Albano, ibidem, atque ex Iaſ. in l. quoties. C. de iudicijs atque item ex Couar. in 4. Decretalium 2. part. cap. 8. §. 12. & magis communem esse fidem facit Rogerius consi. 23. & Gutierr. pract. quæst. lib. 3. q. 29. & vsu receptam
19 iudiciorum mores satis demonstrant. Hinc quoque effluit, posse Romanum Pontificē restituere natales illi, qui legitimè natus nō est, puta, notho, aut spurio, vt habetur in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi: cuius sensum luculenter aperit Couarr. in 4. Decret. 2. p. c. 8. §. 8. apud quem (si iuuat, placetque) consultare poteris, nam nostri consilij non est omnia persequi: quod infiniti foret operis, sed tantum indice viam
20 demonstrare. Iurisiurandi item Religio ad Ecclesiæ spectat cognitionem, vt constat, tùm aliàs frequenter, tùm in cap. venerabilem, de elect. & in cap. nouit, de iudi. & cap. fin. de foro competēti in 6. Iuramentum enim res est ad Religionis autoramentū maximè pertinens: quippe cum iuramētum nihil aliud sit quam Religiosa quædam affirmatio, quæ quasi Deo teste fit, secundum Ciceronem lib. 3. Offic. & ideò apellatur Sacramentum, quasi sacra res sit, l. generaliter. C. de iure iurand. propter calum. donec. Et est hoc verissimum quando apud Ecclesiasticum iudicem principaliter de vi
21 tibus tractatur iuramenti. Cæterum, si incidenter de obseruatione contractus iuramē ti firmati agatur apud secularem iudicem, rectè potest secularis iudex accessionis iure de ea re ius dicere, vt probatur in cap. licet mulieres, de iureiurand. in 6. Et magno nostrorum interpretum cōsensu recipitur, vt est videre apud Gutier. de iuramento confirmatorio 3. p. c. 12. n. 5. & apud Azeued. in l. 11. tit. 1. lib 4. Recopil. Paz in praxi. 2. tom. prælud. 2. & Bobad. in Polit. lib. 2. c. 17. num. 51. & cap. 18. num. 173. Excom- 22
municationis item censuram Ecclesiastici fori propriam esse indubitati iuris est: excō municatio enim ad animæ medicinam præcipuè valet, vt habetur in cap. 1. de sententia excommun. in 6. Solemne est autem Ecclesiasticis iudicibus decernere eas excōmun. (vulgus, Monitorias, vocat) aduersus eos qui alienas res iniustè detinent, vel scientes qui detineant, non reuelant, seu propalant. Id autem quo iure fulciatur, & multa ad eā quæstionem pertinentia, cōgerit Neuizan. in sylua nuptiali, lib. 3. num. 28. & Gutier. Canonic. quæst. lib. 1. cap. 11. vbi optimè inquit, post factā reuelationem debere Ecclesiasticum iudicem, reum laicum id petentem, ad forum suum, ideſt, ad secularem iudicem remittere. Quid verò si nolit facere? solent Regij Auditores per querelam 23
aditi Regiū impartientes auxilium, Regiam que tutantes (vt debent) iurisdictionem, illi obuiam ire, cogereque, vt ad iudicem secularem remittat, veluti quotidiano ferè vsu, te docente, comperies Sacerdotum, atque causæ (quas vulgo beneficiales vocamus (Ecclesiastici fori propriæ sunt, vt iure satis est compertum, præsertim in Clem. Dispendiosam, de iudi. Quin illud scire debes non solum ad Ecclesiasticam iu- 24
risdictionem pertinere cognitionem de re spirituali, sed etiam ea, quæ spirituali sit annexa, putà, ius patronatus Ecclesiasticū, vt est definitum in cap. quanto, de iudicijs. Cū 25
enim beneficium Ecclesiasticum res sit spiritualis (vt antea diximus) per hoc dicendum est ius patronatus, quod illi annexum est, Ecclesiastici etiam fori esse. Quippè, cū beneficij institutio ex illo pendeat, vt illic declarant Decius, & Ripa, ac alij Classici, nec non Renatus Copinus in sacra Policia, lib. 1. ca. 4. Illud tamen memineris, si ius pa- 26
tronatus, accedat vniuersitati bonorum, puta, oppido, vel hæreditati, posse iudicem laicum, qui de vniuersitate cognoscit, incidenter de iure patronatus iudicium ferre: nam connexio causæ rapit secum, accessionis iure, id quod à principali pendet, vt est expressum in cap. ex literis, & cap. consultationibus, de iure patron. & in cap. cum Berthol dus, de re iudicat. tradunt Decius, Ripa, & Berolus in dict. cap. 3. de iudic. Quod intel-

ligendum est tantũ quando venditio oppidi, aut hæreditatis fit titulo vniuersali: nam si speciatim bona veneant, haud tranfibit in vẽditione ius patronatus, authore Innoc. in d. cap. ex literis. & illic Abbas, & Rochus de iure patronat. vers. ipse velis, n. 41. Ex quo decidi potest quæstio illa, de qua nõ semel
27 fui consultus in specie huiusmodi, Rex noster Philippus impetrauit à summo eodem que Romano Pontifice, vt licet sibi vendere vassallos quos Ecclesiæ, vel Prælati suo in Regno haberent, reseruatis tamen Ecclesijs omnibus prouentibus quos illic haberẽt ita vt etiam Fiscales pœnæ illis recompensarentur. Quærebatur igitur ab emptore oppidi cuiusdam, an ius patronatus, quod Ecclesia habebat in oppido, transiret in se? Respondi, non transire, quoniam venditio non esset vniuersalis, sed specialis, ac limitata. Iamque cum secundum Pontificium decretum reseruentur Ecclesijs emolumenta, quæ à vassallis percipiebant, non est illis auferẽdum ius patronatus, quod inter emolumenta annumerari certum est, vt probatur in c. cum Bertholdus. de re iudic. Cæterum, vt ad propositum reuertamur (de quo tamen non multum aberrauimus) accessionis quoque iure poterit Ecclesiasticus iudex animaduertere in laicos pragmaticos sui fo-
28 ri, (vulgo *oficiales* appellant) si aliquid apud se in suo officio delinquerint, etiam testes laicos in causa coram se agitata deierantes, vt tradit Bald. cæteris annuentibus in l. nullus. C. de testib. cuius sententiam recipit lex 18. tit. 6. part. 1. Quamquam diuersum erit, si Clericus apud secularem iudicẽ falsum dixerit testimonium, vt paulò ante
29 diximus. Adeò verò secularis iudex potestatem non habet in Clericos, vt etiam sponte sua non possit Clericus illius se submittere iurisdictioni, vt est definitum in capi. si diligenti, de foro competent. etiam si cum iuramento hanc fori fecerit Clericus renũtiationem, veluti concludit Gutierrez (vt extraneos omittamus) in tract. de confirma
30 torio iuramento 3. p. cap. 5. Proindeetiam, si Clericus non vtatur fori præscriptione, nisi demum sententia lata, adhuc sententia erit nulla; quia iudicis laicio nullomodo potuit prorogari iurisdictio, vt est auctor Felinus in cap. veniens, de accusat. & Couarr. pract. q. c. 33. Greg. Lop. in l. 13. tit. 13. p. 2 verb. ni fuerza Iul. Clar. in praxi criminali, q. 36. Qui tamen aiunt, & rectè esse eo casu Clericum in expensis damnaudum propter dolum, & vafriciem quam adortus est. Sed, & illud concorditer inter scribentes conuenit, non posse Romanum Pontificem 31
(qui alioqui omnia potest) Ecclesiasticas personas in vniuersum seculari submittere iurisdictioni: quia, videlicet, esset subuertere Ecclesiasticam iurisdictionem, quam cõstat esse de iure diuino: propterea non inficiantur, posse illum singularium causarũ, etiam spiritualiũ, laico cõmittere cognitionẽ, vt est auctor Cardinalis Zabarella in cap. per pendimus, de sententia excommun. cui se subscripsit, alijs multis citatis auctoribus, Farinacius in praxi criminali, tit. de Inquisitione, quæst. 8. Quinimo hanc cognitionem posse Papam committere fœminę, siue ea sit Religiosa, siue secularis scribit Abb. in cap. dilecti, de arbitrar. & Guillel. Benedict. in cap. Rainuncius, verb. & vxorem 2. n. 135. Episcopi autẽ, & alij prælati, præter Papam (vt id quoque admoneamus) hãc 32
cognitionẽ causarum spiritualiũ laico committere non possunt, secundum glos. Abb, & reliq. in cap. 2. de iudic. & Bobad. pereruditus sanè vir, forensisquè vsus satis expertus in Polit. lib. 2. c. 18. n. 48. & 197. Inde fit vt Vicarius Episcopi non possit esse laicus, 33
sed necesse sit saltem minoribus sit ordinibus inititiatus, secundum Abb. Imol. & reliquos in d. c. 2. de iudic. & probatur non obscure in c. in noua 16. q. 7. causas tamen ciuiles Ecclesiasticas Episcopus laico demãdare potest, secundum communem ab vsu receptam, vt perhibet Doctor Sahagum in dict. cap. 2. de iud. num 102. Hæc autem cũ ita sint adhuc inter iuris interpretes vulgaris est quæstio, an, si apud iudicem secularẽ 34
moueatur quęstio de re spirituali super nuda tantum possessione, semota causa proprietatis, possit ne ipse laicus iudex de ea ius dicere? Quæ vtiquè quæstio in tantum est inter ipsos Scriptores cõtrouersa, & ambigua, vt in duas veluti factiones partiti sint omnes: alij enim pro iudice seculari calculum tulerunt, dicentes, causam possessionis de re spirituali non esse spiritualem, sed tẽporalem, ac per hoc posse iudicem secularẽ inter clericos de ea re iudicium ferre, in quibus est gloss. in cap. literas, de iurament. calum. cuius opinionẽ apud Gallos moribus præualuisse perhibent Guido Papa decisione. 71. & Boer. decisione. 99. numer. 23. Contrarias verò partes tuetur. Anton. de Butr. in c. fin. de iud. & Guido Papa cons. 149. Aymon cons. 259. Sed quid hic immoror, cũ sit res hæc ab alijs, ijdemquè doctissimis viris plenè discussa ad nauseam vsque, præsertim à Couarr. pract. q. cap. 35. à Menoch. de recuper. possess. remed. 3. nu. 349.

&

& à Nauar. in c. cũ contingat, de reſcrip. & nuper à Gut. Canon. q. lib. 1. c. 34. n. 16. ex quorũ ſcriptura apparet, hanc ſecundam opinionẽ (quæ iudici Eccleſiaſtico fauet) pluri
35 morũ calculis approbari, gloſſamque in d. cap. litera, de iuram. calum. magis communiter approbari. Aliud ergo agamus nã crãbem bis coctam proponere mors eſt, vt vetus dictat prouerbium. Sed neque illud erit obliuiſcendum, quando fuit commiſſum delictum ſimul à laico, & à Clerico, vel quãdo ambo ſunt rei eiuſdem nominis, ſeu debiti, vnumquemque iudicem de ſuo ſubdito cognoſcere, videlicet, ſecularis de laico,
36 Eccleſiaſticus de Clerico, etiam ſi cauſa ſit indiuidua, putà, in delicto adulterij, ſeu ſodomiæ, vt eſt auctor Bart. in l. præcipimus. §. eodem obſeruando. C. de appel. Non me fugit eſſe quam plures qui Bartolo reſragentur. Cæterum Bartoli opinionem magis probari, & vſu receptam fidem facit Iul. Clar. in praxi. §. fin. quæſt. 36. & Gutierr. pract. quæſt. libr. 1. quæſt. 6. numer. 7. haud ſcio an rectè: nam ſi iuris regulas ſpectamus, magis videtur illi iudici deferendum qui prius de cauſa cognoſcere cœpit ex l. 1 & 2. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, & quæ nos atulimus, lib. 2. Rerum quotidianarum, cap. 9. Quoniam verò, vt principio diximus, cum Principes ſeculares Rempublicam opprimũt, iuſtitiamque peſſundant, poſsit Romanus Pontifex partes ſuas interponerè, labentemquè Rempublicam ſubleuare, & in iuriam paſſo opem ferre. Hinc fit, vt etſi Reges poſsint ius dicere in propria cauſa inter ſubditos ſuos ex ſententia gloſſæ, in capit. Bellis clarius. 33. quæſt. 4. & Bart. in l. 1. C.
37 ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat. Attamen ſi Rex iniuſtè ius dicat, poteſt adiri Papa qui per denuntiationem Euangelicam à Rege iniquè ſtatuta reſcindat, vt qui Chriſti vices gerat in terris, qui Chriſtus Rex eſt Regum, & dominus dominantium, veluti non obſcurè hęc concluſio probatur in cap. nouit, de iudic. & in cap. 1. de probat. & illic animaduertit Andr. Siculus, atque item Stephan. Auphrerius de poteſtate Eccleſiaſt. quæſt. 40. & Corſetus, de poteſtate Regia, quæſtione. 22.

SVMMARIVM.

§. II. differentia nona.

Mixti fori eſt, cauſa violentiæ, aut iniuriæ, quæ Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ ſit perſonæ à laico. num. 1.

Clericus ſpoliatus à laico, ſi ſpoliatus fuerit dere Eccleſiaſtica, iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de ſpolio, ſed ſi dere ſui patrimonij, Clericus tenetur ſequi forum rei. num. 2.

In cauſa vſurarum vterque iudex competens eſt contra laicos. num. 3.

Vterque iudex competens eſt contra laicum excommunicatum, qui intra legitima tempora excommunicationis contempſerit habere abſolutionem. num. 4.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt procedere contra eum qui per annum in excommunicatione occaluerit tanquam ſuſpectum de hæreſi. num. 5.

Sacrilegium à laico commiſſum, mixti fori eſt. num. 6.

Simoniæ crimen vtriuſquè fori eſt commune. num. 7.

Sortilegij crimen mixti fori eſt. num. 8.

Strigiæ certum eſt ſortilegas eſſe, & ab vtroque iure puniuntur. num. 9.

Blaſphemiæ crimen mixti fori eſt. num. 10.

Crimen illorum qui duas ſimul duxerint vxores, mixti fori eſt, num. 11

Decimæ exactio, quam conſtat laicum Eccleſiæ debere, ab vtroquè iudice fieri poterit. numer. 12.

Teſtamenti executio quod laicus fecit, tam iudici Eccleſiaſtico, quam ſeculari communis eſt. num. 13.

Periurij crimen ad vtrumquè forum ſpectat. num. 14.

Reus condemnatus à competenti iudice, inciuile prorſus eſt iterum ab altero iudice condemnari. num. 15.

Iudex Eccleſiaſticus in his caſibus qui mixti fori ſunt non poteſt comprehendere laicum, & in carcerem detrudere ſua propria auctoritate, ſed id per auxilium brachij ſeculares facere debet. num. 16.

In crimine mixti fori iudex, qui primo de cauſa cognoſcit præferendus eſt. num. 17.

Laicus qui contra ius, ac leges Eccleſiaſticum iudicem adit, qua pœna puniri debeat. num. 18.

De potestate, seu causis mixti fori.

§. SECVNDVS.

CVM Ecclesiastica iurisdictio nullo alio quidem iure Ecclesiæ competat, quam ratione animæ, & Religionis titulo: secularis autem iurisdictio competat seculatibus Principibus ratione personarum, tèporaliũquè rerum causa. Corporis autem, & animæ tam magna sit coniunctio, & necessitudo, quanto alia maior haud contingere potest: inde fit, vt multi sint casus in quibus vtriquè iudici, tàm Ecclesiastico, quàm seculari, promiscua fit in laicos cognitio, sicuti multis verbis explicant Scribentes, cùm aliàs, tum in c. cum sit generale, de foro competenti: ex quorum fontibus, quatenus satis esse videbitur, ad hunc locum irrigandum, breuiter deriuabimus.

1 Et primum mixti fori est, causa violentiæ aut iniuriæ, quæ Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ fiat personæ à laico: nam ratione personæ secularis iudex cõpetens est, Ecclesiasticus
2 autẽ ratione sacrilegij. Poterit itaque is iudex, quem actor primum adierit de ea re ius dicere, text. in cap. si Clericus laicum, & in cap. cum sit generale, de foro comp. & ibi Abbas, & Felin. Marianusque Socin. gl. & Classici in cap. cum dilectus, de eo quod metus causa: quibus consonant etiam Regia statuta in l. 17. titulo. 6. part. 1. Quod autem de Clerico diximus, tùm demum verum erit, quãdo est spoliatus à laico de re Ecclesiæ: nam si de re sui patrimonij fuerit spoliatus, sequi debet forũ rei, siquidẽ clerici quod attinet ad res sui patrimonij, nõ vtũtur priuilegijs Ecclesiæ, nisi tantummodo in casibus à iure expressis, vt latius resoluit Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 4. num. 2. & Gutierr. Canon. quæst. lib. 1. cap. 34. nu. 14. Proinde non repetam, ne longum faciã & excedam mei styli modum, qui breuis esse laboro. 3 Sic quoque de causa vsurarum vterquè iudex competens est contra laicos, secundum magis nunc receptam sentẽtiam vt intelligere poteris ex Iulio Claro in praxi. §. vsura, numer. 8. ex Octauiano, decis. 137. ex Menoch. de arbitr. casu. 398. & demum ex Gutier. Canonic. quæst. c. 18. libr. 4 2. numero 13. Non aliter etiam vterquè iudex vlcisci poterit laicum qui intra legitima tempora excommunicationis contemp serit habere absolutionem, sicuti latius edisserit ipsemet Gutier. supradicto volum. lib. 1. c. 12. Pœnas autẽ statutas eo casu Regio iure habes in l. prima, titulo. 5. lib. 8. Recopilat. Illud tamen non obliuiscaris velim, 5 contra eum qui per annum in excommunicatione occaluerit, tanquam suspectum de hæresi procedi ab Ecclesiastico iudice posse, vt constat ex cap. rursus, & ca. quicũque 1. 1. quæst. 3. & in cap. cum pœnæ, de ætate, & qualitate: & nouissimè ex Concilio Tridentino, sess. 25. c. 3. tradit Grillãdus in tractatu de hæresi. q. 7. & Simanc. Cathol. instit. tit. 27. num. 4. Sacrilegij item crimen à 6 laico commissum mixti fori esse tradit glos. in cap. cum sit generale, de foro competenti cui illic cæteri Classici assentiuntur, & probatur, in cap. exposita, de arbitris, & ibi annotat Panormitanus. Apparet igitur, & Simoniæ crimẽ vtriusque fori esse commu 7 ne: nam Simonia ad sacrilegij crimen respicere liquet ex leg. Locum. C. de Religiosis, & sumpt. funer. atque ex leg. 1. C. de sepulchro violato, necnon ex cap. abolendæ, de sepulturis, atque ex leg. 1. tit. 13. partit. 1. Respicit etiam Simoniæ admissum ad crimẽ ambitus, secundum Paridem, de syndicat. §. testes, cap. 2. numer. 2. Tantundemquè de 8 sortilegio pronuntiandum esse, ideſt, mixti fori esse, plerisquè placuit, auctore Paulo Grillando, de sortilegijs. quæst. 11. & Auẽdan. in c. Prætorum 1. part. cap. 22. Auil. in eodem volumine, cap. 53. verb. castiguenlos, Petrus Greg. de syntagmate iuris. 3. par. libr. 33. nisi modo sortiegium cum hæresi sit coniunctum: nam tunc specialiter ad Ecclesiasticum pertinebit iudicem, iuxta text. in cap. accusatus. §. sanè, de hæreticis: & in leg. 4. tit. 31. partit. 7. tradit Iul. Clarius in praxi. §. hæresis. In eadem ergo causa erunt: 9 & strigiæ: sortilegas enim eas esse certũ est, vt tradit Simancas Cathol. instit. tit. 37. & Petrus Cenedus in Collectaneis ad decretum, c. 21. Similiter, & in crimine blasphe- 10 mię vterquè iudex competens erit aduersus laicos, nisi blasphemia hæresim sapiat, vt placuit Felino in dicto cap. cum sit generale, de foro competenti, numer. 11. & Marantha in speculo. 4. part. distinction. 11. n. 10. Auend. in cap. correctorum, c. 1. n. 33. part. 2. Bobad. in Polit. lib. 2. cap. 17. n. 77. Mixti quoque fori est crimẽ illorũ qui duas 11 simul duxerint vxores, vt est videre apud Rojas, de hæreticis 1. part. numero 540. & Ioann. Gutierrez pract. quæst. lib. 2. quæst. 8. Decimæ quoque exactio, quam constat laicum Ecclesiæ debere, ab vtroque iudice fieri poterit, iuxta ea quæ affert Couar. practica. quæst. cap. 35. num. 2. & Gutier. Canonic. quæst. lib. 1. cap. 34. num. 49. Conducto-

ductoris autem, qui à clerico decimas condavit, alia causa est, & ideò aliud erit statuẽdum, idest, apud seculare forũ solũmodo esse conueniendum, vt dicemus. §. sequenti.

13 Illud quoque constat, executionem testamenti, quod laicus fecit tàm iudici Ecclesiastico, quàm seculari cõmunẽ esse, vt copiosè ostendit Couar. in cap. relatum, de test. & Gutierr. practic. quæst. lib. 1. quæst. 45. Salazar de vsu, & consuet. cap. 8. Quod ita erit dicendum, quando causa est pia: nam si merè profana foret, & inter laicos quæstio verteretur ad seqularem iudicẽ prorius cognitio spectaret, vt rectè animaduertit Bob. in Polit. lib. 2. cap. 17. num. 112. Periuris item crimen ad vtrumquè forũ spectare scribit Abb. in c. cum sit generale, de foro compet. num. 21. cui illic consentit Felin. n. 7. Illud verò notandum est, quod magno cõsensu à nostris traditur: Si reus fuerit condẽnatus ab altero iudice in ijs criminibus qui mixti sunt fori, nõ tamẽ legitimis pœnis pos-

14 se iterum ab altero iudice puniri: huius opinionis fuere auctores Bald. in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. Panormit. in cap. tuæ, de procurat. & demiquè testatur communẽ Alc. in c. 1. de offic. ordin. n. 18. & Couar. variarum resolutionum, lib. 2. cap. 10. n. 6. & Bobadilla in Politica, lib. 2. c. 17. n. 54.

15 Quorum ego opinionem difficile facto est, vt probandam putem, quoniam video aduertari illis oppido textum in capit. finali de except. in 6. quo definitum extat, sententiam latam in foro Ecclesiastico parere exceptionem rei iudicatæ in foro seculari, & e contra. Cum ergo reus à competenti fuerit iudice punitus, in ciuile prorsus est, iterũ ab altero iudice puniri: cùm de his criminibus, de quibus quis est semel condemnatus non debeat amplius accusari, vt habetur in cap. de his, de accusat. Neque nos primum inuenimus opinionem: nam ante nos hoc idem placuit Hostien. Ioann. Andr. & Bald. Barbariçquè in cap. 1. de offic. ord. & Gutierez Canon. quæst. libr. 1. cap. 12. Quin hanc opinionem communem esse Legistarum (vt vulgari verbo vtar) apparet ex Boerio decis. 269. Neque nobis negotium facessit decisio textus in ca. Felicis. §. per hoc, de pœnis, in 6. nam loquitur in casu speciali, & ideò ad consequentiam non est trahẽdus, vt illic placet glossæ, & rectè. Illud tamen non absurdè dici potest, priorem opinionẽ locũ habere posse, quando delinquẽs procurasset, vt coram illo iudice accusaretur, intelligens apud illum secũ mitius actũ iri, quia hæc fraus illi prodesse non debet, bet, si legitimè punitus non fuerit, vt tradit Cæpola. cautela 19. & Boerius dicta decisione 269. qui omnino est videndus: nã graphicè loquitur, & superiores auctores illius non meminere. Sed & illud non erit obliuiscendum, etiam in ijs casibus qui mixti sunt fori, non posse Ecclesiasticum iudicem cõ- 16 prehendere laicum, & in carcerem detrudere, illiusvè bona distrahere sua propria auctoritate, sed id per auxilium brachij secularis facere debere, vt est definitum in l. 14. & 15. titulo 1. lib. 4. Recopilationis: Ne putet autem quispiam nostrates Reges hanc sibi nullo iure arrogasse prærogatiuam, sciat id, & iure quoque communi, siue Pontificio receptum communiter esse, vt liquet ex Felino in cap. cùm sit generale, de foro competẽti ex Boerio decisione 264. ex Palac. Rub. in cap. per vestras, §. Sed est pulchrum, Auilesium in cap. correctorum, cap. 2. num. 12. qui illarum Regiarum legum argumẽtum copiosè prosequuntur, proni missum facio, nemem actam agere videamur. Atque nec minus illud meminisse debemus, quando crimen est mixti fori, eum iudicem, qui pri- 17 mò de causa cognouit, præferendum esse, glossa in capit. nos, de purgat. Canonica, Auilesius in cap. Prætorum, cap. 20. verb. vsurpar, Bouadilla in Politica, lib. 2. c. 17. num. 163. quãquã in re dubia (quid enim dubitem vera fateri) pro Ecclesiastico iudice ferendus erit calculus, vt scriptum reliquit Iason in leg. 2. ff. de re iudic. Quanquã illud, & rectè nos monent superiores Auctores, vt potius velimus adire secularẽ iudicem quam Ecclesiasticum, quia videlicet Ecclesiastica iudicia soleant longissima habere diuerticula, & fines sortiri difficiles, vt vsu docente sæpè sæpius comperies. Quas 18 verò pœnas dare debeat laicus, qui contra ius ac leges Ecclesiasticum adeat iudicem, cernere est in l. 2. & 3. titul. 8. libro. 1. Recopilationis, & in lege. 11. titulo. 1. libro. 4. eiusdem voluminis. Scias tamen, eas cessare, quãdo causa est mixti fori, quia vt ex superioribus satis es edoctus, tũ secularis iudex rectè aditur: ergo ex eo quod iure fit, pœna timeri non debet: & ita tradunt præter Classicos ibidẽ Anton. Gomez in dict. l. 55. Tauri, & Gutierrez practicarum quæstio. lib. 1. q. 45. Bobadilla quoque in Politica, lib. 2. cap. 17. num. 107. Illud quoque memineris, licet Clericus imprudenter agat & malè testimonium ferendo apud iudicẽ secularem sine sui iudicis copia, & facultate vt in cap. 1. de iurament. calumn. tamen si sponte sua testimonium tulerit in causa ciuili,

uili, validum erit, secundum Guid. decisione. 65.

SVMMARIVM. §. III.

Causæ omnes quæ non sunt Ecclesiasticæ, neque mixti fori, ad forum seculare attinent. num 1.

Res Ecclesiæ, vel Clerici, veniens sine violentia ad laicum, causa tractanda est apud iudicem secularem. num. 2.

Laicus conducens fructus beneficij Ecclesiastici, non est conueniendus pro mercede apud iudicem Ecclesiasticum, sed apud secularem. num. 3.

Iudex Ecclesiasticus non potest cognoscere de crimine adulterij, quando agitur apud personas seculares. num. 4.

Iudex Ecclesiasticus an possit in laicos publicè concubinarios animaduertere. num. 5.

Iudex Ecclesiasticus non debet ius dicere in laicos, nisi causa fuerit Ecclesiastica, aut spiritualis. num. 6.

Episcopus, aut eius Visitatores possunt recognoscere horrea publica, quando secularium Magistratuum magna esset desidia, ac socordia in illorum administratione. num. 7.

Ecclesia in integrum restitutionem petente aduersus cõtractum, quem cum laico percussit, an possit iudicem Ecclesiasticum adiri. numer. 8.

De potestate seculari cum Ecclesiastica nihil habente, commune.

§. TERTIVS.

SVperioribus ostendimus, quæ causæ essent Ecclesiasticæ, & quæ vtrique foro communes, superest vt dispiciamus, quæ causæ sint mere seculares, quæque dũtaxat ad forum attineãt seculare. Id autem si antea dicta tenuerimus, non difficile erit cognoscere, nam si intellexerimus, quæ causæ sint mere Ecclesiasticæ, & quæ mixti fori, simul intelligemus, quæ sint prorsus seculares ex sufficiente partium enumeratione, vt vulgo dici solet. Et in simili specie docet Iurisconsultus in l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & vt apertiùs dicã, omnes causæ quæ non sunt mere Ecclesiasticę, neque mixti fori, eas omnes dicendum est ad forum seculare attinere veluti tradunt Abb. & Felin. in dicto cap. cum sit generale, de foro compet. sub finem. Ex quo quidẽ multa possemus inferre ad iurisdictionis secularis amplificationem: sed nostri consilij non est omnia persequi, sed maxime necessaria.

1

Et primo infertur, si res Ecclesię, vel Clerici sine violentia ad laicum deuenerit, tractandam causam esse apud iudicem secularem, cum actor secundum iuris regulas forũ rei sequi teneatur: id quod placere video Innocent. Abb. & Felino in dicto cap. cum sit generale, de foro competenti, & probatur in cap. si Clericus laicum, eodem tit. de foro competenti, & illic tradit Felinus, tradit & Auend. licet nutans, in cap. correct. 1. par. cap. 4. num. 42. Estquè hæc sententia rerum vtilitati maximè consentanea: nam si aliud admitteremus, foret vt Ecclesiastica iurisdictio, ac secularis omnino confunderentur: quod à tota iuris ratione abhorrens esse, & nemo est qui ignoret, & animaduertit Bar. in l. Titia. ff. soluto matrim. & Abb. in d. c. cum sit generale n. 18. His autẽ par est, vt dicamus, si laicus conduxerit fructus beneficij Ecclesiastici, non esse conueniendum pro mercede apud iudicem Ecclesiasticum, sed apud secularem, vt est auctor Couarru. pract. quæst. 34. numer. 49. Sic etiam dicemus, Ecclesiasticum iudicem nõ posse cognoscere de crimine adulterij, quãdo agitur apud personas seculares, sicuti (vt paucos ex multis referam) placuit Innocen. in cap. tuæ, de procurat. Ioan. Andr. in ca. fin. de foro competent. Alciato in cap. 1. de offic. ordin. numero 1. Et hoc verius est, licet alij aliud velint apud Couarruu. in 4. Decreta. 2. part. cap. 7. §. 7. in fin. nam text. in cap. intellexim us, de adulterijs, cuius vtĩ tur argumento, loquitur, quando agitur ciuiliter de diuortio coniugum. Cæterum, si de criminis pœna agatur, non putauerim, Ecclesiasticum iudicem posse de ea re ius dicere in laicos, cũ sit causa merè temporalis, non Ecclesiastica. Minus etiam audiẽdi sunt qui putant, posse Ecclesiasticum iudicẽ animaduertere in laicos publice concubinarios, quos qui sint, refert Bobadill. in Politic lib. 2. cap. 17. num. 53. Cõtraria enim opinio verior est, vsuquè magis recepta, vt perhibet Auilef. in cap. Prætorum, cap. 47. verb. Clerigo: quod si qua sunt decreta iuris Pontificij, quæ innuant ad forum Ecclesiasticum pertinere, accipienda sunt, quando seculares iudices nimis negligentes fuerint in eo delicto puniendo, & ita conniueant,

2

3

4

5

vt

vt scandalum emergat in Rempublicam ex sententia Felini in cap. cum sit generale, de foro competent. & Alciat. in c. 1. de offic. ordin. Et denique (ne singularia referē do illiadem interam) idem probandum puto de aleatoribus, tabernarijsque & reliquis opificibus laicis qui minus syncere sua exercēt mercimonia: Dico enim, hos solūmodo puniēdos esse à iudice seculari, non ab Ecclesiastico: viderint quid liuadsentiūt, mea
6 sicest ratio. Atq; sic animo induco meo, vt nunquam credam, posse Ecclesiasticum iudicē ius dicere in laicos, nisi quando causa fuerit Ecclesiastica, aut spiritualis, aut tanta fuerit in Principibus secularibus socordia, vt Christiana labascat Religio, vt primo diximus paragrapho: alioqui foret, vt Ecclesiastica, & secularis iurisdictio cōsunderētur quas tamen iure diuino, & humano constet esse separatas, & seiunctas. Quibus consequēs est, vt dicam, quod scriptū est à Ioan. Gutier. viro alioqui satis docto, & perito loco superiori, posse Episcopum recognoscere, seu (vt ipse loquitur) visitare horrea publica (quæ vulgo Alhōdigas apellantur) lo cū tātūmodo habere, quando secularium Magistratuū magna esset desidia, ac socordia in illorum administratione. Atque insuper horrea ipsa alicuius defuncti voluntate in vsus pios essent, instituta, alioqui nō video, cur debeat Ecclesiasticus iudex in alienā messem falcē immittere Quandoquidē, & de solāditatibus laicorū nō posse eū ius dicere multorū testimonio superius cōprobauimus, & ipse quoque Ioan. Gutier. non
7 inficiatur, Cum autē superiora animo complector, haud facile dixerim, an probandam putem opinionem illorum qui aiunt Ecclesia in integrum restitutionem petente aduersus contractum quē cū laico percussit, posse iudicem Ecclesiasticum adiri: cuius opinionis auctor est Innoc. in c. cum sit generale, de foro compet. Innocentio autem adest Abb. in c. 1. de in integrum restit. Adsunt, & alij plures apud Marant. in spec. 6. part. n. 101. Etenim cum reus sit persona secularis, & causa sit de rebus temporalibus (vt sic dicam) non video cur actor sequi nō debeat forum rei, vt cuncta iura proclamāt. Et ita à communi opinione dissentit Couarru. lib. 1. variar. resolut. cap. 4. num. 2. & Caldas in l. si curatorem, verb. implorandum, num. 32.

SVMMARIVM. §. IIII.

Iudex laicus potest Clericum deprehensum in crimine, vel paratum ad delinquendum, comprehendere, in carceremque detrudere. num. 1.

Persona priuata an possit suum debitorem (siue is fuerit laicus, siue Clericus) deprehendere, & suo iudici sistere, si non adsit copia iudicis, & debitor sit suspectus de fuga. num. 2.

Iudex secularis potest auferre absque metu excōmunicationis arma Clerico, qua noctu portet hora prohibita. num. 3.

Iudex laicus potest cognoscere de clericis ex authoritate, vel degradatis. num. 4.

Iudex laicus potest cognoscere in clericos, seu Sacerdotes assassinos. num. 5.

Assassinus ipso iure sine reali degradatione priuatur ordine, honore, officio, & beneficio. num. 6.

Clerici an teneantur de contributionibus, quæ fieri solent in populis, & an ad id per seculares iudicēs compelli possint. num. 7.

Clerici tenentur ad contributiones, quæ sunt in populis pertinentes pluribus, vt singulis, nu. 8. & 9.

Clerici an teneantur ad contributiones pertinentes pluribus, vt vniuersis latè, & pro parte affirmatiua, num. 10. & 11.

Clerici ad has contributiones non sunt compellendi per indices seculares. num. 12.

Contributio quæ fit in macello carnario, aut piscario, tabernavè vinaria (quæ sisa vocatur) nihil aduersus immunitatem Ecclesiasticam agitur, cum clerici sua sponte annonā emant. num. 13.

Iudex secularis ius potest dicere de animalibus clericorum alienos agros depascentibus. numer. 14.

Iudex secularis poterit perdicem clerici aucupem in aucupatione deprehensam auferre, vt det pœnas legibus Regys statutas. num. 15.

Iudex secularis poterit obuiam ire clericis, qui seculari iurisdictioni vim inferunt, nu. 16.

Iudex laicus poterit in magna frumenti penuria in clericorū intrare horrea, & triticū quod illis superfit, auferre. num. 17.

Iudex secularis poterit clericum detrectantem reddere depositum, quod ab ipso acceperat ad restituendum cogere, non coertione personæ, sed rerum distractione. num. 18.

Clericus qui tāquam administrator bona Principis

cipis gerenda ſuſceperit, ab ipſo Principe ſponte ſua nominatus, conueniendus eſt apud iudicem Eccleſiaſticum ad reddendam rationem. num. 19.

Iudex laicus poteſt exigere vectigalia clerico qui accepit pradium, aut merces à laico in fraudē Regij vectigalis. num. 20.

Iudex laicus poteſt petere vectigalia à clerico qui vacat mercatura, etſi perſona eius capi non valeat pro vectigali exigendo, ab illius tamen bonis, præſertim qua mercimonij, cauſa habet, poteſt exigere. num. 21.

Clericus poſſidens poſſeſſiones aliquas iure prædonis, id eſt, titulo nullo, poteri conueniri à iudice laico, vt ſoluat reditus, quos debet ratione prædiorum, & ſi non ſoluerit, diſtrahere, num. 22.

Iudex laicus poteſt condemnare clericum apud ſe litigantem acceſſionis iure. num. 23.

Iudices ſupremi per querelam aditi cognoſcere poſſunt inter clericos de cauſis apud Eccleſiaſticos iudices pendentibus. num. 24.

Cauſa feudalis ad dominum feudi attinet, etiam contra clericum vaſſallum. num. 25.

Supremi Senatores Hiſpaniæ ius dicere ſolent de cauſa Regij iuris patronatus, etiam inter clericos. num. 26.

Clericus reconueniri poteſt à laico apud iudicem ſecularem. num. 27.

Clericus ob appellationē compromiſſi tenetur reſponderi apud iudicem laicum. num. 28.

Laici, omnes iudices, & Chriſti fideles, iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſummo honore venerentur. num. 29.

De poteſtate ſeculari, extraordinaria in Eccleſiaſticas perſonas.

§. QVARTVS.

QVanquam, vt ſuperioribus oſtendimus, Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ diuino iure nedum humano liberæ ſint à ſeculari poteſtate, incidunt tamen ſæpè cauſæ quibus permiſſum eſt laicis iudicibus de illis ius dicere, non ordinario quidem iure, ſed extraordinario: ſicut & aliàs conceſſum eſt aliquando incōpetenti iudici in extraneum ius dicere vrgentibus cauſis; quod, quid, qualeque ſit, exemplis oſtendamus oportet.

1 Et primum, poteſt iudex laicus clericum deprehēſum in crimine, vel paratum ad delinquendum (vulgo dicitur in fraganti) cō prehendere, in carcerēque detrudere, quando crimen eſt graue: & id genus, vt de fuga timeatur, dummodo intra 20. horas, aut certè intra 24. illum ad ſuum iudicem remittat. Huius opinionis fuit gloſ. in cap. cū non ab homine, de iudicijs, verb. deprehenſus: cui præter Claſsicos ibidem conſentit Ioann. Garſ. de noblitat. gloſ. 9. num. 3. & Marant. in ſpec. 4. p. diſtin. 11. n. 4. & Bern. Laur. in tractat. quem inſcripſit, quibus casibus iudex ſecularis cognoſcat de perſonis, & rebus clericorum, num. 19. Miretur hoc qui neſciat poſſe priuatam perſonam debitorem ſuum (ſiue is fuerit laicus, ſiue clericus) deprehēdere, & ſuo iudici iſtiuſmodi, ſi nō adſit copia iudicis, & debitor ſit ſuſpectus de fuga, vt eſt author Bar. in l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furtis, cui aſtipulantur Abb. & Fel. atque Alciat. in d. c. cum non ab homine, n. 38. Cacial. de debitore fugitiuo. q. 5. num. 18. Quibus conueniens eſt dicere, poſſe iudicem ſecularem auferre abſque metu excommunicationis arma clerico quæ noctu portet hora prohibita, ſecundum Aufrerium de poteſtate ſeculari. reg. 1. nu. 22. & Guilliel. Bened. in c. Rainūtius, verb. vxor. 2. n. 144. Eſtque id Regio iure ſtabilitum in l. 8. tit. 9. part. 7. & in l. 9. tit. 3. lib. 1. Recop. quarū ſenſum apprimè explanant Couarr. lib. 2. var. c. fin. ad fin. & in c. 33. pract. q. Dueñ. reg. 99. Auēd. indictionario, verb. armadura. Illud quoquè neminē præterit, in clericos ex autoratos, ſeu (vt vulgo loquuntur) degradatos, plenam ſecularem iudicem habere poteſtatem, iuxta cap. degradatio, de pœnis, in 6. & quæ abundè traduntur ab ſcriptoribus in cap. cum non ab homine, de iudicijs. Quin clericos, ſeu Sacerdotes Aſſaſsinos (idem de Religioſis dictū puta) etiam ſine degradatione actuali, ſeu Reali pena animaduertēdi data eſt à iure laico iudici poteſtas, ſecundùm Anchar. conſ. 128. & Cœpolā conſ. 11. teſtatur cōmunē Remig. de Gōni, de immunitate Eccleſiarū, fallen. 15. n. 10. & Iul. Clar. in praxi. §. fin. q. 36. aliique apud Couarr. variar. reſol. lib. 2. c. fi. n. 9 & apud Gutier. pract. q. lib. 3. quæſt. 7. num. 23. Huius rei illa eſt ratio, quia Aſſaſsinus ipſo iure ſine Reali degradatione priuatur ordine, honore, officio & beneficio, vt licet intelligere ex cap. 1. de homicidio, in 6. quis autē dicatur Aſſaſsinus, dicemus inferius different. 117. De cōtributionibus quæ fieri ſolēt in populis, an clerici teneātur, & an ad id per ſeculares iudices compelli poſsint, grādis eſt inter ſcriptores controuerſia, aliis aliud affirmantibus:

2

3

4

5

6

7

bus: quam, vt veteres omittamus, agitant ex noſtratibus Didacus Perez in l. 1. 1. titul. 3. lib. 3. ordin. Auileſ in ca. Prætorũ, cap. 23. verb. *orden*, Auen. de exequen. mandat. 2. p. cap. 14. Mexia de taxat. panis, concl. 5. Gu ties. practic. quæſt. libr. 1. quæſt. 3. Azeued. in l. 11. tit. 3. lib. 1. Recop. Sahagum in cap. decernimus, de iudicijs, §. 1. num. 25. Girõ da de gabellis in prælud. num. 29. qui alios multos authores, & iuris communis, & Regij allegant, adeò difficiles omnes in ea re, & perplexos, vt Caſpias portas eſſe memorant Coſmographi. Mihi vero, vt dicam, quod ſentio (fortaſsis enim, aut planiùs, aut certè breuiùs rem exponemus) diuerſa videtur eſſe cauſa earum contributionum, quæ ſunt pro vtilitate rerum particularium, quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis, putà, collationis quæ fit ad ſatisfacien dum mercedẽ cuſtodium vinearũ, aut gregium. Et diuerſa cauſa earum contributionum quæ fiunt pro rebus quæ ſunt commu nia pluribus, vt vniuerſis, finge, collectionis quæ fit pro reparatione fontium, pon-
8 tiũ, itinerum, aut murorũ. Etenim quod atti net ad contributionẽ quæ fit pro rebus per tinentibus pluribus, vt ſingulis, ſine dubita tione exiſtimo clericos teneri, quia id onus non perſonas clericorum reſpiciat, ſed ipſorum bona: & ita placuit Bald. in auth. nul lus. C. de Epiſcopis & clericis, & Cœpolæ de ſeruitio ruſtico. prædio. cap. 3. nu. 48. & alijs quàm pluribus, quos refert Tiraqu. de retract. linag. §. 32. gloſ. 1. num. 80. quibus re ſtipulatur ex noſtratibus Gregor. in l. 51 tit. 6. part. 1. verb. *Por razon*, qui vtiquè authores tradunt, eo caſu poſſe clericos ad cõ tributionem compelli per iudices ſeculares, non coactione perſonarum, ſed diſtratione rerum: quæ ſententia probatur apertiſsi mè in l. 12. tit. 3. lib 1. Recopi. & illic anno tat Azeuedo. Hæc de contributione quę fit
9 ad res quæ ſunt cõmunes pluribus, vt ſingu lis. Quod verò attinet ad contributionem earum rerum, quæ communes ſunt pluribus, vt vniuerſis, putà, pro refectione pontium, fontium, aut murorum, duę ſunt opiniones, ambæ communes, & ambæ ſibi in viam contrariæ: nam ad has contributiones clericos teneri deficientibus vniuerſitatis redditibus communem teſtatur opinionem Canoniſtarum, ac Legiſtarum, vt illius verbis vtar. Ripa reſponſ. 68. & Villalob. in ærario, litera. C. nu 3. Azeu. in l. 11. tit. 3 lib. 1. Recopil. a ſimrantes, legemad inſtru ctionem, C. de Epiſcopis, & clericis abroga tis non eſſe per iura Pontificia. Cæterum, clericos ab huiuſmodi contributionibus liberos eſſe communem affirmant Iaſ. & Alciat. in l. placet. C. de ſacroſ. Eccle. & Sahagum in cap. decernimus, nu. 27. de iudi. dicentes, legem illam ad inſtructionem corre ctam eſſe per cap. non minus, & cap. aduerſus, de immu. Eccleſ. ſed authores mitto: ſi enim quotquot ſunt vtriuſque partis recita re vellem, papirus me vtique deficeret, aut tempus: melius ergo erit, vt noſtram ſenten tiam in medium afferamus. Ego igitur prio 11
rem opinionem aduerſus clericos veriorem eſſe arbitror, quoniã ea expreſsim eſt recep ta noſtrati Regio iure, in l. 11. tit. 3. libr. 1. Recopil. atquè quando eſt dubium aliquod de iure Pontificio, id autem extat definitũ Regio iure ſtandum eſt Regiæ decriſioni, ſicuti placuit Palac. Rub. introduct. de dona. inter, & alios, quos nos allegauimus ſuperius differen. 5. §. 2. Ex quo, & illud dicen- 12
dum puto, non eſſe eo caſu clericos per iudicem ſecularem ad id compellendos, ſed per Eccleſiaſticum iudicem: nam etſi id quoque iure communi ſatis ambiguum ſit, vt ex citatis liquet authoribus, attamen id expreſsim extat definitum in l. 54. tit. 6. p. 1. Standum ergo illi erit legi, ſecundùm ſuperiorem concluſionem, per quam ex iure Regio hanc quæſtionem definiendam diximus: quanquam illud rectè defendi poſſe arbitror, nihil aduerſum immunitatẽ Eccleſiaſticam agi, quando huiuſmodi contributio ſit in macello carnario, aut piſcario, tabernavè vinaria (quæ contributio populariter, 13
Siſa, vocantur) nam cùm clericici ſponte ſua annonam emant, nihil de laicis conque ri poſſunt, qui quod ſuum eſt ſibiq; debitũ ab ſponte ſoluentibus recipiunt, in quod etiam placuit Azeued. in dict. l. 11. n. 7. nõ deſunt tamen qui reclament, ſed minus audiendi ſunt: nam Eccleſiaſtici ſunt ſuaſquè partes quo iure quaquè iniuria tuentur.

Iuxta ſuperiora igitur ſatis conſtat poſſe iudicem ſeculare ius dicere de animalibus clericorum alienos agros depaſcentibus, co 14
gentes eos, vt pœnas plebiſcitis ſtatutas ſoluant, aut noxæ dentur, ſicuti pluribus aſſeruit Gutier. practic. quæſtio. lib. 1. quæſt. 4. Quin, & priuata perſona clericorum pecora in alieno aberrantia recludere poterit, vt pœnas municipali ſtatuto definitas luãt: nam l. quintus, & ſequens, ff. ad legem Aquil. quæ hanc prohibent recluſionem, non habent locum quando ignoratur cuius ſint animalia, authore Speculat. titul. de actore, num. 59. vt omittam, vſu rerum populorumquè ſtatutis eas abrogatas eſſe, vt

15 nemo est qui ignoret. Poterit etiã secularis iudex perdicem clerici aucupem, in aucupatione deprehensam, auferre, vt det pœnas legibus Regijs statutas: non tamen poterit clericum ob eam rem punire, neque domũ quidem illius penetrare, vt perdicem tollat, sed per Ecclesiasticum iudicem res ea peragenda erit, vt rectè admonet Bobad. in Polyti. lib. 2. cap. 18. nu. 115. Illud quoque placet si clerici vim seculari iurisdictioni inferant, eamquè perturbent, putà, eximendo reos de carceribus, vel de manibus apparitorum, posse secularem iudicem illis obuiam ire, non solum comprehendendo eos, & ad suum iudicem remittendo, sed etiam eorum proscribendo bona, ex decisio. tex. in l. addictos, C. de Episcopali Audientia, & illic Paul. de Cast. nu. 6. & Greg. Lop. in l. 57. tit. 6. part. 1. Guiliel. Bened. in cap. Raynuntius, in verb. vxorem. 2. num. 139. Ioan. Garsia de nobilit. glo. 9. nu. 32. Sunt tamen (vt nihil est in iure sine controuersia) qui contrarium putent, in quibus est Azeued. in l. 3. tit. 1. lib. 4. Recopilat. & Doctor Sahagum in cap. decernimus, de iudic. §. 1. num. 39. qui alios eiusdem sententiæ assertores allegant: verùm ego priori opinioni, quæ seculari meritò fauet iurisdictioni, fauendum quoquè puto. Nequè dicendum est, laicos aduersum immunitatem Ecclesiasticam agere, iurisdictionem suam descendentes, cum defensio omni sit iure permissa, etiam aduersus clericos, vt est decisum in cap. 3. de sentent. excom. Sed & cum necessitatis tanta sit vis, ac potestas, vt leges figat, atquè refigat, vt habetur in reg. non est, de regul. iur. in Decretalibus, & in capit. 2. de obseruat. ieiun. & aliàs passim, permittendum erit iudicibus laicis in magna frumenti penuria in clericorum intrare horrea, triticumque, ac frumentum, quod illis supersit, auferre, & ægenis iusto pretio erogare, & impartiri, vt scriptum est à Barto. & Platea in l. 1. C. vt nemini liceat in venditione specierum se excusare, libr. 10. Mexia de rebus frum. siue de taxa panis, concl. 1. n. 60. Gutier. pract. quæst. lib. 1. q. 13. Sed quid multis? cùm id expressim cautum sit in l. 1. tit. 25. lib. 5. Recop. Sed nequè minus rectè agere dicemus, secularem iudicem, qui clericum de rectãtem reddere depositum, quod ab ipso iudice acceperat ad restituendum cogat, non coertione personæ, sed rerum distractione, vt tradunt Aufrer. de potestate seculari, reg. 1. num. 21. & Couar. practica. quæstio. cap. 23. Iul. Clar. in praxi, §. fin. q. 36. & ante eos Bald. & Salicetus in l. accep-

16

17

tum, C. de vsuris. Atquè idem probandum erit si à iudice laico tutelam minoris consanguinei acceperit, posse, scilicet, cogi, finito officio, ab ipso iudice laico rationẽ reddere, veluti scriptum reliquit Guiliel. Bened. in cap. Raynuntius, verb. vxorem, numer. 405. non ita, si tanquam administrator bona Principis gerenda susceperit, ab ipso Principe sponte sua nominatus, quia tum apud iudicem Ecclesiasticum ad reddẽdam rationem conueniendus erit, vt tradit Bertach. in tracta. de Epis. lib. 4. p. 1. n. 21. quia diuersum est, iuris authoritate administrationem suscipere, aut ab sponte offerente gerere: equè etiam si clericus acceperit prędium, aut merces à laico in fraudem Regij vectigalis, potestas datur iudici laico prædium, aut merces distrahendo exigere vectigal, secundum Grego. Lop in l. 51. titul. 8. part. 1. verb. *Por razon*, & Dida. Perez in l. 1 tit. 3. lib. 1. ordin. Mexia in tract. de taxa panis, concl. 5. nu. 42 quibus non parum suffragatur, l. 59. tit. 5. part. 5. & l. 11. titu. 10. lib. 5. Recop. & quæ affert Lal. in l. 1. C. ne liceat potentioribus, & Antibolus de muneribus, 3. part. §. 1. nu. 109. & §. 4. n. 69. Rectè igitur dicemus, si à clerico debeatur vectigal, nempè, quia vacat mercaturæ, etsi persona eius capi non valeat à iudice seculari pro vectigali exigendo, ab illius tamen bonis, præsertim quæ mercimonij causa habeat, exigi posse vectigal, ex sententia Chas sanei in consuet. Burgund. rubric. 11. titul. descendentes, §. 1. num. 9. & Azeu. in l. 11. tit. 3. lib 1. Recop. necnon Girõda de gabellis. 7. part. num. 30 Quin amplius dicẽdum est, si possessiones quas clericus habeat, debeant redditus aliquos, aut pensiones laico, posse secularem iudicem distrahere prædiũ vectigale pro solutione pensionis, si credimus Bald. in auth. sed & pericum, C. sine cẽsu, vel reliquis, cui se subscripsit Greg. Lop. in l. 51. tit. 6. partit. 1. verbo, *Por razon*, & alij apud Gutier. practic. libr. 1. quæstio. 4. num. 2. Quod intelligendum puto, quando clericus possideret iure predonis, id est, titulo nullo, aut improbo, sicuti diximus libr. 2. rerum quotidia. cap. fin. 2. part. §. 1. nu. 11. alioqui apud suũ iudicem conueniẽdum esse clericum putauerim, ex ijs quæ afferunt Abb. Felin. & reliqui in cap. generale, de foro comp. Illud quoque manifestius est quam vt nostra admonitione indigeat, posse secularẽ iudicem condemnare clericum temere apud se litigantem accessionis iure, ab illiusq; bonis exigere, vt scribit Marant. 4. par. distin. 4. & Gutier. pract. quæst. lib. 1.

20

21

22

23

lib. 1. quæst. 20. Hispaniæ quoque moribus, & vsu rerum antiquissimo datum est, Regi
24 nostro, suisque Prætorijs, & Regalibus Cancellarijs, vt per querellam additi cognoscant inter clericos de causis apud Ecclesiasticos iudices pendentibus, cum iustè appellantes opprimunt, (vulgò dicitur, *por via de fuerça*) vt habetur in l. 2. tit. 6. lib. 1. & in l. 36. tit. 5. lib. 2. Recop. In causæ autem cognitione hoc tantum versabitur, an iudex Ecclesiasticus iustè, necne appellationi non deferat, sicuti commodissimè tradit Couar. pract. quæst. c. 35. vers. & satis colligitur ex illa l. 36. & sequentibus, ad quarum intelligentiam præter Couar. loco modo citato, & Azeuedum ibidem cõsulito Greg. Lop. in l. 13. tit. 11. p. 2. Gutier. pract. quæs. lib. 1 quæst. 20. Boer. decis. 69. num. 23. Aflict. decis. 24. & in constitut. Neapolitan. lib. 1.
25 rubr. 67. Fœudi item causam ad dominum fœudi attinere, etiam contra clericum vassallum, quæstionis non est, cum sit id aperto iure definitum in capit. Cæterùm, de iudicijs, cuius sensum præter glossographos inibi explicat Iaso. in leg. placet. C. de sacrosanctis Eccles. & Guilielm. Benedict. in capit. Raynuntius, verbo, vxorem, 2. num. 32. Anto. Gomez in commentarijs, tom. 2.
26 cap. 10. Ex eodem autem iure solet Rex noster iuique supremi Magistratus ius dicere de causa Regij iuris patronatus, etiam inter clericos, vt refert Ioann. Garsia de nobilitate, gloss. 9. num. 23. Clericum etiam recõueniri posse à laico apud iudicem secularem, inter scribentes magis conuenit, vt cernere est apud glos. & reliq. in capit. 1. de mutuis petitionibus apud Dueñ. regu. 102. Iulium Clar. in praxi, §. fin. quæst. 36. Quid
multa? vnus sat erit pro pluribus, is est Doct. Sahagum in cap. at si clerici, de iudi. §. 2. num. 29. qui eam opinionem magis cõmunem, & vsu receptam pronuntiat. Illud quoquè constat, si clericus fecerit compro-
28 missum in laicum, posteaque ab illius arbitrio fuerit appellatum, adeundum esse laicum iudicem, ex sententia Speculatoris, tit. de compet. iudicis additione, §. generaliter, num. 27. Aufrer. de potestate seculari, regu. 4 num. 14. Couarr. lib. 2. variar. re resolut. cap. 12. quibus suffragatur lex. 33. titu. 4. part. 3. sunt & alij casus, in quibus potest iudex laicus de clericorum causis cognoscere, sicut videre poteris apud supradictum Aufrerium, & Laurentium Bernardũ in peculiari tractatu de ea re edito, volu. 9. tractatuum: quæ nos, ne longum faciamus,
29 prudenter omittimus. Illud tamen omnes laicos iudices, atquè adeò omnes Christi fideles admonitos esse velim, vt Ecclesiasticam iurisdictionem summo venerentur honore, parens enim nostra est mater alma Ecclesia, matri autem filij, etsi omne impenderint obsequium, non satis pro merito fecerit, vt Aristotel. est autor. Quod si de naturali matre dicitur, quid de cœlesti dicendum putas?

SVMMARIVM.
Differentiæ decimæ.

Cancellariarum Auditores de consilio Regio vocantur, nu. 1.

Hispaniæ tribunalia non omnino respondent prisco Romano Prætorio, nu. 2.

Iniectis in vrnam nominibus centum virorum declarabatur per sortem, quis futurus esset iudex, nu. 3.

Senatus Regius supremus, & Regales Chancellariæ, Curia vocantur, nu. 4.

Curia, siue Cohors apud Romanos beare, aut perdere poterat Imperatores, nu. 5.

A Prætoria Cohorte dictum est vulgò Corte, *locus ille vbi residet Rex, aut Imperator, numer. 6.*

Idem fuit principium, & origo Regij Senatus, & Regalium Chancellariarum, nu. 7.

Chancellarij nomen dictum ab eo Magistratu supremo, qui approbabat, aut chancellabat diplomata Regia, nu. 8.

Chancellarijs vtebantur, etiam alij Principis antiquiores, nu. 9.

Ex Chancellarij officio originem sumpserunt Regius Senatus, & Regales Chancellaria, numer. 10.

Chancellarijs data est Regij sigilli potestas, licèt in illis non resideat Rex, vt Regio nomine diplomata expedire possent, nu. 11.

Si sigillum Regis personam, etiam Rege absente, repræsentat, nu. 12.

Super sigillo Regio præstatur iusiurandum ab Auditoribus ad exercendum suum officium, num. 13.

Causæ quæ dicuntur, casos de Corte, non solum Regio Senatui, sed etiam Chancellarijs competunt, nu. 14.

Curia communis est patria, & ideò quisquis ibi repertus, potest in ea conueniri, etsi alibi contraxerit, nu. 15.

Regales Chancellariæ eadẽ fruuntur prærogatiua, vt illic reperrus eodem loci valeat conueniri, num. 16.

Relegatus patria, vrbe quoquè, id est, Roma, relegatus esse intelligitur, nu. 17.

Relegatus patria sua, Regia item Curia, & Regalibus Chancellarijs relegatus censetur, n. 18.

Chancellariarum Magistratus non possunt relegare a toto Regno, sed Supremus duntaxat Senatus, nu. 19.

Regij Consiliarij longo interuallo cæteri omnibus Magistratibus præstant, nu. 20.

In Regio Consistorio Rex ipse re vera præsens est, in cæteris autem Prætorijs ex authoritate sigilli, id est, per fictionem. nu. 21.

Regij Consiliarij Supremi Senatus Regis pars esse dicuntur, quia Rex ipse est de ordine ipsius Cõsilij, nu. 22.

Reges Hispaniæ bis in hebdomada ius populo reddunt, nu. 23.

Res ius dicere potest secundùm propriam conscientiam, & non tenetur dicere secundùm acta causæ, nu. 14.

Iudices debent ius dicere secundùm allegata & probata, non secundùm propriam conscientiam, 25.

Supremi Consilij Auditores, secundùm leges ius reddere debent, non pro suo arbitrio, nu. 25.

Sunt extraordinarij iudices, qui etiam de Consilio Regio appellantur, vt sunt Episcopi, & Magnates, num. 27.

De discrimine Regij Senatus, & Regalium Chancellariarum, & quid à vetusto Romanorum Prætorio distent.

DIFFERENTIA X.

SEd vt seculari Regiaquè iurisdictione dicere prosequamur, videamus oportet de discrimine Regij Senatus, & Regalium Chancellariarum: nequè immeritò id exquirimus, nam apud Gallos eam rem in diseriment vocaui Boer. in comment. quẽ edidit de authoritate magni consilij, & collatione Parlamentorum non paucis, nequè leuibus in hoc argumento vltro citroquè allatis authorum testimonijs & documentis. Quid quòd hodiè Chancellariarum Auditores de Consilio Regio inter acta iudicialia vocantur, neque sine causa: nam siue ius commune seruatri velimus, siue Regiũ vtrumque Auditorium eandem habuisse originem comperies. Nam, vt de iure communi primum dicamus, hæc Auditoria originem primitus habuisse videntur ex antiquissimo illo Romanorum Prætorio, de quo tanta in iure mentio habetur. Manent siquidem eius rei vestigia non leuia, enim vero perinde, ac olim Præfecto Prætorij appellandi ius non erat, sed supplicandi tantum, vt in l. 1. C. de sentent. præfect. Præt. & in l. 1 ff. eodem tit. & in authen. quæ supplicatio. C. de precibus Imper. off. Ita, & hodiè à sententijs quæ in his tribunalibus proferuntur appellandi potestas non datur, sed supplicandi tantum, vt notum satis est, & extat definitum in l. 17. tit. 23. part. 3. & in tit. 19. lib. 4. Recopil. Animaduerto etiam quæ de Curiarum, seu classium discretio apud nos est hodiè, Salas, vernaculo sermone vocamus, eadem quoque, & in vetusto illo Romanorum Prætorio fuisse, sicut intelligi datur ex Suet. in Octauiano Augusto, cap. 30. *Ad tres* (inquit) *iudicum Decurias quartã adiecit ex inferiori censu quæ ducenarioriũ vocaretur, iudicareq́, deduoviribus summis.* Appellabatur etiã Prætoriũ illud Romanorum, Auditoriũ, vt in l. lecta. ff. si cert. peta. Sic etiam nos vtriusq́, tribunalis Magistratibus Auditores appellamus, & Prætorium ipsum: Audiencia, quanquam iudicandi ordine, & iudicum numero hęc nostra tribunalia nõ omnino prisco illo Romano Prętorio respondeant. In illo siquidem Romano præter illas quatuor iudicum Decurias, centum viri ex Senatorum, equitumq́ùe ordine designati erant, qui de causis minoribus cognoscerent, vt tradit Pomponius Iurisconsultus in singulari illa lege. ff. de origine iuris, §. post aliquod, & tradit Budeus in l. 1. ff. de officio Præfect. Prætorio. Ex hoc igitur centenario numero litigatores, aut communi consensu iudicem deligẽbant, vt in l. si ex consensu. ff. de appellatio. Aut si inter eos non conuenisset, Prætor 3
fortito iudicem dabat: iniectis enim in vrnam centum virorum nominibus, sors declarabat quisnam futurus esset iudex, sicuti trãdit Budeus in l. fin. ff. de Senat. & in l. final, §. iudicandi. ff. de muneribus, & honoribus, & constat satis ex ipso Suetonio in Augusto Cęsare, cap. 29. quin & data erat litigatoribus potestas recusandi, si quos ex centenario numero suspectos haberent, vt ex Plinij verbis satis intelligere licet in Panagyr. ad Traianum: *Sors* (inquit) *& vrna fisco iudicem assignat, licet reijcere, licet exclamare, hunc nolo, & quæ præcipua tua gloria est, sæpius vincitur fiscus cuius vxquam mala causa est, nisi sub bono Principe.* Sed omissis quibus nostratia Auditoria à prisco illo Romano Aditorio, siue Prætorio distent, in quibus inter sese Senatus Regius, & Regales

les Cancellariæ conueniant, dicere proſequamur: conueniunt autem magnopere in illo, quod in vſu videmus, vt & Senatus Regius, & Regales Chãcellariæ, Curia, ſiue cohors appellentur: id enim ex vetuſto illo Romanorum Prætorio dimanauit Sciendum eſt enim, veteres Romanos (vt Auſonius ad Ciceronem eſt Autor) illum Magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellaſſe: vnde & tabernaculum eius, ſiue tentorium Prætorium dictum eſt, vt etiam animaduertit Alciatus in l. Vrbana prędia, ff. de verbor. ſignificat. hunc autem prætorem Præſidij cauſa armata militum cohors ſtipabat, quæ inde prætoria appellabatur: & quanquam poſtea Imperatoris munus caput incœpit eſſe exercitus, adhuc tamen cohors, quæ apud ipſum erat Imperatorem, prætoria vocabatur, vt animaduertit Budeus in l. 1. ff. de officio Præfecti prætorio. Huius autem cohortis tanta erat potentia, ſiue poteſtas, vt in illius ferè arbitrio poſitum eſſet, Imperatores, aut beare, aut perdere, ſicuti facilè intelligere licet, cùm ex omnibus Romanis annalibus, tùm ex noſtrati Petro Mexia in eleganti illo cõmentario, quem de Cæſarum chronologia vulgari ſermone edidit, præſertim in vita Tiberij Cæſaris, & Claudij Cæſaris. Ex hac igitur prætoria cohorte proculdubio emanauit in vulgus, vt locus vbi Rex, aut Imperator reſidet, appellaretur apud nos, *Corte*, vt in l. 27. titul. 9. partita 2. & apud Italos, Curte, vt in titul. quibus modis fœudum amittatur in §. finali. Nam a ruſticana curte vbi gallinę, ac aneres aluntur eam dictam eſſe (vt putauit Ioannes Garſia, de expenſis, cap. 12. nu. 24.) & inſulſum eſt, & à ratione alienum. Hæc quantum ad ius commune attinet. Ex quibus apparet, tàm Regiũ Senatum, quàm Regales Chancellarias vetuſtiſsimi illius Romani prætorij imaginẽ referre. Pergamus nunc ad Regia iura, & planè ſiue Regias leges, ſiue maiorũ mores ſpectemus: eadem incunabula, tàm Regio Senatui, quàm Regalibus Chancellarijs fuiſſe videtur. Etenim, vt ex Regijs legibus, & Hiſpanis chronicis cõſtat antiquitus, apud nos (præter ordinarios iudices, qui in Prouincijs ius reddebant, quoſquè Merinos, & Adelantados, vernaculo ſermone vocabant, vt apparet ex l. 1. tit. 4. partit. 3.) erat apud Reges anteceſſor, ſeu Magiſtratus quidam præſtantiſsimus qui Regi aſsiſtebat, Regemquè comitabatur quocunque iret, eiuſquè conſilio, & authoritate, quæ à Rege decernenda erant, expediebãtur. Ad huius igitur anteceſſoris, ſeu Magiſtratus officium incumbebat Regia diplomata recognoſcere, & quæ iuri, aut Reipublicæ cõtraria cognoſceret, corrigere, & cancellare: atque inde Chancellarij nomen acceperit, veluti declarat lex 4. titulo 9. partita 2. & intelligere licet ex chronica Regis Alphonſi Decimi, capit. 56. & 57. Hoc autem non ſine exemplo noſtrates Reges vſurparunt: nam & aliàs alij Principes iſtiuſmodi Chancellarij munere ſeu officio vſi ſunt, vt memorat Zaſius in l. 2. ff. de origine iuris, & Couarruu. practicar. quæſtio. capit. 4. in fine. Et ad eundem modum Romanus Pontifex auditorium ſuum Chancellariam vocat in cap. ad hæc, de reſcript. Ex huius igitur Chãcellarij officio, & Senatus Regius, & Regales Chancellariæ origine ſumpſerunt: nam cum aucto Regno, & ſubditis indies glijcentibus, Chancellarius ipſe ſuffice re tanto operi non valeret, neceſſe fuerit alij viri docti, ac integerrimi ad eam rem aſciſcerentur, vt habetur in l. 1. tit. 4. lib. 2. Recopilatio. Denique, quia difficile erat ciues ex longinquis, & remotis partibus curiam adire, Rex Ioannes eius nominis ſecundus, duo inſtituit commodis locis prætoria, ſeu Chancellarias vbi ius redderetur, alterum Valliſoleti, alterum in oppido, quod ciuitas Regia appellatur: quod poſtmodum Rex Ferdinandus Catholicus illius gener Iliberiam, ſeu Granatam modò à ſe deuictam tranſtulit, vt eſt videre in l. 1. & 2. tit. 2. lib. 2. Recopilatio. datąquè fuit illis Regij ſigilli poteſtas, atque vt Regio nomine diplomata expedirent. Atque proinde quanuis Curia, ſiue Cohors non dicatur, niſi vbi Rex Regiam habet, aut cum ſuis moratur Conſiliarijs, & primatibus, vt declarat illa lex 2. titulo 9. partita. 2. attamen huius Regij ſigilli tanta eſt poteſtas, vt etiam Rege abſente Chancellariæ Curia, ſeu Cohors appellentur, vt in l. 1. titul. 3. lib. 4. & in l. 1. titul. 21. lib. 8. Recopila. quaſi ſigillo ipſo Regis perſonam repreſentãte, & illius vices agente: nam, & alioqui iſtiuſmodi ſigilli maximam eſſe authoritatẽ apparet, cùm aliàs paſsim, tùm ex Geneſ. cap. 4. & Iudith capit. 3. necnon ex Iuſtino, libr. 12. & Macrob. lib. 7. cap 13. & deniq; ex alijs multis quos refert Valerian. in libello, cui titulus, de ſigilli ſymbolo. Itaquè in Regio illo ſigillo Regia repræſentatur perſona, ac perinde eſt, ac ſi Rex ipſe iſthic præſens eſſet, & iſthic Regiam, ſeu Regale ſolium haberet. Atque ita vſu videmus, vt iuſiurandum, de quo Magiſtratus, ſeu Regij Auditores

Chancellariarum in sui officij auspicijs rogantur, super hoc sigillo præfetur: propterea solemne est quando Curia alio transfertur, vt hic sigillus magno cum honore portetur, & pompa. Cum igitur, & Senatus Regius, & Regiæ Chancellariæ eodem fonte processerint, atque ex vno eodemq; corpore, tanquam in membra distincta sint, quin olim vno eodemque nomine promiscuè vocarentur, vt est videre in l. 6. titul. 5. lib. 2. Recopil. hinc vsu venit, vt multoties in iurisdictionis potestate Chancellariæ cũ Senatu Regio exequentur. Nam ecce spe-
14 cies illæ causarum (quos *Casos de Corte* appellamus) non tantum Regio Senatui, sed & Regalibus Chancellarijs competunt, vt est videre in l. 8. titul. 3. lib. 4. Recopilatio. quin hodie specialiter illorum cognitio spectat ad Auditores Chãcellariarũ, vt in l. 11.
15 tit. 5. lib. 2. Recop. Atq; id propterea, sicuti ad Romæ exẽplum Regia Curia cõmunis est patria, & id circo poterit in ea conueniri qui quis ibi repertus fuerit, & si alibi cõtraxerit, modo reuocandi domum ius non habeat, vt habetur in l. Roma. ff. ad munici. & in l. 2. §. legatis, ff. de iudi. l. 10. & 11. tit. 7. lib. 6. Recopi. & explanat adamusim, l. 4. tit. 3. part. 3. & Couar. practicar. quæstion. cap. Eodem quoquè modo non solùm vbi Rex Regiam habet, & Consilium Regium residet dicitur communis patria, sed etiam
16 Regales Cancellariæ eadem sunguntur prerogatiua, ita vt quisquis illic repertus fuerit, conueniri eodem loci rectè valeat, sicuti tradit Suarez in l. post rem, ff. de re iudic.
17 quæst. 5. num. 21. Quibus consequens est, vt dicamus, sicuti qui patria relegatus est, & vrbe quoquè, seu Roma relegatus esse intelligitur, iuxta text. in l. relegatum, §. interdicere, ff. de interd. & releg. quem mirabilem prædicat Bald. in l. executorem, C. de execut. rei iudicat. Non aliter & qui patria sua relegatus sit, & Regia item Curia, & Regalibus Chancellaris relegatus esse intelliga-
18 tur. Ex quo (vti obiter notemus) refellenda erit opinio Gregor. Lop. in l. 5. titu. 31. part. 7. glos. 10. dicentis, Regiarum Chan-
19 cellariaru ꝫ Magistratus non habere ius relegandi à toto Regno, sed id duntaxat supremi Senatus Auditoribus datum esse: atquè ita Gregorij opinionem minus obseruari videmus, & eam expressim refellit Matienç. in l. 2. tit. 1. lib. 5. Recop. glo. 3. Cùm igitur, vt vides Regij Senatus, ac Regalium Cancellariarum eadem fuerint primordia, atque ex eodem fonte profluxerint, non temerè de eorum discrimine quæsitum est à nobis. Verum enim vero, quanuis in multis conueniant, tamen longe differrè in propatulo est. Regios enim Consiliarios longo interuallo cæteris omnibus Magistratibus præstare notissima res est: quanuis enim Regalibus Prætorijs, seu Chancellarijs ex authoritate Regij sigilli Rex ipse (vt diximus) præsens esse intelligatur, verum id per fictionem fit: at in Regio Consistorio Rex ipse re vera præsto est, & id circo Consiliarij ipsi eius pars esse dicuntur, iuxta legem quisquis, C. ad leg. Iuliam Maiestat. s, & acutè, vt cætera, Baldus ait in l. multæ, C. de bonis quæ liberis: *Regij Consiliarij adhærent Principi, sicut stellæ suo firmamento.* Quantum igitur est discriminis inter verum, & fictũ, quantum inter imaginem, & rem ipsam: tantum Regi Consiliarij à cæteris Magistratibus distant. Atquè ex eo, si animaduertis, vsu venit, vt Rex, loquendo mentionem de Præsidibus Chancellariarum faciat, de Præside autem supremi Consilij non faciat. Ita enim loquitur, dicam Hispanè, vt dicam apertiùs: *Alos del nuestro Consejo, Presidentes, è Oydores de las nuestras Audiencias*, vt constat alias passim, tùm ex ipso proœmio Regiæ Recopilationis. Cur ita rogo? quia Rex ipse est de ordine ipsius Consilij, & illius caput est, & Præses, vt inquit Imperator in l. Ius Senatorum, C. de dignit. libr. 12. & tradit Boerius de authoritate magni Consilij, nu. 130. & Martinus Laudensis, de Consil. Princ. quæstio. 1. nam appellatione familiæ, & ipse pater familias continetur, vt in l. familiæ, ff. de verb. signif. quando igitur Rex sui Consilij caput est, consulto in loquendo Præsidem Consilij silentio præterit, significans nimirum, se sui Consilij caput esse, & Præfectũ: quid ni? cum & Reges ipsi Hispaniarum, (quæ sua est humanitas) hanc sibi vltro indixerint legem, vt in prima quaquè hebdomade bis, aut saltem semel, publicè ius populo reddant, vt cernere est in l. 1. & 2. tit. 2. lib. 2. Recop. Quod olim semper Reges, ac Imperatores factitasse ex omnibus annalibus constat. Quæ quidem animum meum inducunt, vt credam quod traditum est à Bart. in l. 1. C. quæ desunt Aduocatis, posse Regem ius dicere non secundùm acta causæ, sed secundùm propriam causam, hoc est, posse Regem iudicare secundùm ea quę priuatim nouerit, licèt acta aliud communiscantur: cuius sententiam, & reliqui quoquè amplectuntur, vt est videre apud Hipoly. singula. 272. licèt aliud scribat nullo iure Gutier. cano. quæst. lib. 2. c. 29. Pertinere (inquam) credam ad supremi Consilij

Magi-

Magistratus, non ad Chancellariæ Auditores, id quod mihi duæ Regiæ inuicem collatæ non obscurè probant: altera est l. 22. tit. 4. lib. 2. Recop. altera l. 6. titul. 5. eodem lib. Hæc enim statuit, vt Chãcelleriæ Auditores ius dicant secundùm iura legesq; : illa vero definit, vt supremi Consilij Senatores iudicent secundùm veritatem, sine strepitu, & figura iudicij, in hæc verba: *Tengan poder para conocer de los tales negocios, y los ver, y determinar simplemente, y de plano, sine strepitu, y figura de juyzio, solamente sabida la verdad.* Non dicit: *Segun la verdad que hallaren prouada en los tales pleytos*, prout in cæteris iudicibus dicit, l. 10. titul. 17. lib. 4. Recopilat. manifestè oftendens aliud hoc casu esse seruandum in supremi Consilij Magistratibus: quod igitur traditur à glos. in cap. 1. de
45 offic. ordina. debere iudices secundum allegata & probata, non secundum propriam conscientiam ius dicere: quæ & communis est omnium authorum sententia, teste Couar. lib. 1. varia. resol. cap. 1. nu. 6. Ad supremi Consilij Auditores nõ pertinet id, quod etiam placere video Guid. Papæ decis. 29. quod tamen hactenus intelligendum est, vt tamen secundùm legem ius reddere de-
46 beant, nam legibus contemptis pro suo arbitrio ius reddere, nequè eis quidẽ licebit, veluti rectè animaduertit Bobad. in Polytic. lib. 2. cap. 10. n. 17. alios in eandem sententiam referens. Verùm quoniã, & legibus Regijs, & rerum vsu satis constat, Regios Consiliarios longo interuallo cæteris præstare Magistratibus, ieiunum fuerit nos hic pluribus id persequi. Aliò ergo trãseamus. Sitamen illud adiecerim, præter ordinarios Consiliarios qui in supremo Cõsilio ius reddunt, esse quoque alios extraordinarios, qui etiam de Consilio Regio appellãtur: ij sunt
47 Episcopi, & Magnates titulares, militiarumquè ordinũ Tribuni, siue Magistri, vt habetur in l. 4. tit. 4. lib. 2. Recop. Inter eos etiam eadem vtitur prærogatiua Abbas Sanctinus, vt memorat Illescas in historia Pontificali lib. 5. cap. 15. Sed cur rogo isti de Regio appellantur Consilio? accipe cum authoritate rationẽ in l. 6. tit. 9. part. 2. quæ ait, Regem caput esse Reipublicæ, Proceresque ac Magnates illius esse membra, istorumquè sui esse officij in rebus arduis, ac difficilibus, Regem, quoad maximè possint ope, ac consilio adiutare. Etenim è Republica est maximè, ne Reges ardua negotia expediant priusquam ad proceres, & Magnates referantur, illorumque consilio regãtur, vt literis prodidit Ias. in l. placet, nu. 10 C. de sacros. Eccles. & cautum est apud nos in l. 2. tit. 7. lib. 6. Recopil. Atquè inde loci vidimus, cum Magnates titulares litibus suis ad sunt in Regio Senatu, vel Regalibus Chãcellarijs, sedere inter ipsos Regios Auditores in Regio Tribunali ad sinistram Præsidis: quòd si duo contingat ad esse Magnates, Præsidem medium tenent, veluti vsu satis compertum est, & memoria prodidit Otalora de nobilit. §. fin. num. 15.

SVMMARIVM.

Differentiæ vndecimæ.

Prætorium Vallisoletanum, & Granatense æqui parantur in omnibus, loco tantum differunt, medio Tago fluuio, nu. 1.

Flumina à natura quasi æterni regionum termini posita esse creduntur, nu. 2.

Flumina iudicis habent potestatem, dominium dant, atquè tollunt, nu. 3.

Agrorum dominia immutãtur ex fluminis mutatione, nu. 4.

Iurisdictiones flumine terminantur ex ipsius fluminis medio, quando flumen iurisdictionum est terminus, nu. 5.

Cognitio super maioratu ad quem pertineat, quando bona sita sunt in diuersis territorijs, num. 6.

Differentia inter Chancellariam Pintianam, & Granatensem cum Calleciana, & Hispalensi, nu. 7.

Chancellariæ Calleciana, & Hispalensis, non vtuntur Curiæ priuilegijs nisi in casibus à iure expressis, nu. 8.

Aliud est discrimen inter dictas Chancellarias, quod iudices Chancellariæ Pintianæ, & Granatæ, tanquam delegati à Principe possunt iuste subdelegare, alij vero non, nu. 9.

Officiales, qui ex altera dictarum Chancellariarum prodeunt ad munia obeunda, etiam in alterius Chancellariæ territorium suum exercent literæ officium, sine requisitorijs literis, num. 10.

Consiliarius Regius ad visitandum Prouinciæ Auditorium legatus à Rege, vter in honore potior sit Præsidi Prouinciæ, nu. 11.

Pater qui filium habet Magistratum vter viri cedere debet? nu. 12.

De discrimine Pintiani Prætorij, & Granatensi, & quatenus distent a cæteris Regijs Auditorijs, quorum iudices, etiam Auditores appellantur.

DIFFERENTIA XI.

VAllisoletanum Prætorium, ac Granatense quippe quæ ex eodem fonte profluxerint, parem per omnia iure dicundo formam, ac potestatem sortita esse, siue in iure dicundo, siue iudicum numero, siue cognoscendi ordine: & moribus satis constat, & intelligere licet, ex toto illo titul. 5. lib. 2. Recopilatio, loco itaquè tantum eo-
1 rum est distincta iurisdictio. Vtrumque enim Tagus fluuius discriminat, vt est comprehensum in l. 2. illius tituli quinti, libr. 2. Recopilatio. Meritò autem per fluuium facta est ista diuisio: nam alioqui in re ambigua iurisdictionum fines fluminibus intelliguntur esse diuisa, secundùm Paul. de Cast. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. & Gregor. Lop. in l. 2. titu. 1. partit. 2 verb. *de partidos.*
2 Flumina enim à natura quasi æterni Regionum termini posita esse creduntur, vt scribit eruditissimus Nebris. in chronic. Ferdinandi, & Elisabeth, in præfatione. Sic quoquè Cosmographi duobus amnibus, Nilo, & Tamnai, Mediterraneo interiecto, totius huius orbis plagas in tres partes distinguũt, vti scribit Mela de situ orbis, lib. 1. capit. 1. Quando igitur flumen deligendum ad eam rem fuit, meritò Tagus prælatus est, vt qui multis sit nominibus, & titulis clarus, & insignis, tum propter nobilia oppida, quæ perfluit, tum ob aureas arenas, quas in gurgite voluit; qua de causa miris modis tàm à Poetis, quàm à cæteris scriptoribus est vbiquè celebratus: vt est videre cũ apud alios, tùm apud præceptorem nostrum Vascum, quem honoris causa nomino, in chronico Hispaniæ, tomo priori, capit. 8. Sed quid, si Tagus naturali alueo derelicto, aliorsum fluere cœperit an termini mutentur, oberrantemque amnem sequatur, vel an potius antiquus erit spectandus alueus? Siquidem,
3 vt termini flumen sequantur, est argumento glos. in §. quod si naturali, verbo, incœpit, instit. de rerum diuisione, quæ ait, flumina iudicis habere potestatem: nam & dominium dant, tolluntquè. E cõtrario verò antiquum spectãdum esse alueum, suaderi potest ex eo, quod literis proditum est, terminos immobiles suapte natura esse; vt traditur in l. fin. ff. de termino moto, vt verè dictum sit à Platone aduersus eum qui terminos mouet. Hic immobilia mouet. Tractat autem hoc genus quæstionis Bart. in comment. qui inscribitur Tyberiadis, §. acquiritur: subobscurè tamen, præter morem suũ: sed illud velle videtur, ex fluminis mutatione antiquos iurisdictionum terminos non mutari. Haud scio tamen, an vera eius sit
4 definitio: nam ex fluminis mutatione, agrorum quoque immutari dominia, satis constat ex l. adeò, ff. de acquirend. rerum dominio, & aliàs sæpè, vt probanda sit Accursij opinio, dicentis, flumina habere iudicis potestatem, vt superius retulimus. Parumquè
5 secus Bartol. facit terminos immobiles esse; nam tametsi fluminis mutatus sit alueus, idem tamen flumen manet, & quoquo se vertat, idem tamen Tagus erit, l. proponebatur. ff. de iudicijs. Proinde magis mihi placet, cum iurisdictiones flumine terminãtur, ex ipsius fluminis medio, etsi aliò fluere cœperit, vtramque iurisdictionem demetiẽdam esse. Medium autem diximus, quia quãdo flumen iurisdictionum est terminus, vtraque iurisdictio ad medium flumen protenditur, secundum Bald. opinionem in cap. ex literis, ad fin. de probation. & Cœpolam de seruitutibus rusticorum prædiorum, capit. 75. Et deniquè hanc nostram opinionem veram esse apparet ex multis, quæ affert doctissimus Boer. cons. 24. num. 16. Sed quid
6 si lis super maioratu, cuius bona sita sint, pars cis Tagum, pars citra Tagum, vtrùm Prætotium ad eundum putas? Est illud statuendum iudico, vt si in illo maioratu sit oppidum aliquod, cui cætera maioratus bona respondeant, caput spectandum esse: ita enim lex illa 2. tit. 5. lib. 2. Recopilat. definit. Cæterum, si non sit caput quot sequamur, causam pertinere puto ad illam Chancellariam intra cuius limites maior bonorum pars extat, iuxta l. si fideicommissum, ff. de iudi. quod & per se aperta res est, & tradit Molin. lib. 3. de primogen. cap. 3. in fin. Hactenus de discrimine Pintiani Prætorij, & Granatensis: nunc dispiciamus quatenus hæ Chancellariæ distent ab alijs Regijs Auditorijs, quæ speciatim iuri dicundo aliquibus Prouincijs præsunt, qualia sunt Callecianum & Hispalense: & has Regales Chã-
7 cellarias per multum ab illis Regijs Auditorijs distare: & res manifesta est, & ex illo maximè apparet, quod Chancellariæ ex potestate Regij charamatis, seu sigilli quem habent,

habent, curiæ prærogatiua funguntur, ſicuti effuſiùs ſuperiori capite expoſitum eſt à
8 nobis. At illa altera Auditoria, cùm Regij charamatis poteſtatem non habeant, non vtuntur Curiæ priuilegijs, niſi in caſibus tã tummodo iure expreſsis. Proinde quipatria relegatus fuerit, non id propterea relegatũ eſſe dicimus à loco, vbi illa Regia Auditoria reſident, ſed neque illorũ Auditores, nec Prætores relegare poſſe dicemus ab alia Prouintia, quam cui præſunt, iuxta dictam legem relegatorum. §. interdicere. ff. de interd. & releg. & l. 5. tit. 31. p. 7. Illud quoq; inter hæc Auditoria notare poſſumus eſſe diſcriminis, quoniam qui à Chancellarijs delegantur iudices, tanquam à Principe delegati, ſubdelegare iuſtè poſſunt, iuxta l. à iudice. C. de iud. delegati verò ab illis inferioribus Auditorijs ſubdelegandi poteſta-
10 tem non habent. Atque eadem de cauſa, licet officiales, qui ex altera dictarum Chancellariarum prodeunt ad munia obeunda, etiam in alterius Chancellariæ territorium ſuum exerceant libere officiũ ſine requiſitoris literijs (vt paterno verbo vtar) vt moribus ſatis eſt compertum. Porrò inferiorum Auditoriorum officiales extra ſuum territorium, ſuum exequi officium non poterũt ſine literis requiſitoris. Deniquè cum propalam ſit, has Regias Chancellarias cæteraRegia Auditoria, quæ in Prouintijs reſident, magno interuallo antecedere, idque ex rerum experimentis vſu docente facilè cognoſces, ingratum fuerit id à nobis pluribus
11 verbis explanari. Quanquam illud, quia ſcitu digniſsimum eſt, operæ pretium erit, vt quæramus: quid, ſi Regius Conſiliarius ad recognoſcendũ, ſeu (vt vulgò loquuntur) ad viſitãdum Prouintiæ Auditores, legatus ſit à Rege, vter in honore potior erit: Conſiliarius ne Regius, an Præſes Prouintiæ? Quã quidem quæſtionem cogitatã nuper ſcio in ſupremo Senatu circa Callecianũ Auditorium, atque, vt accepimus, pronuntiatũ fuit ſecundum Prouintiæ Præſidem, quem Regentem vocant: & iure quidem, nam cum Præſes totius Prouintiæ perſonam repræſentet, merito Regio debet Conſiliario anteponi, cum in propria ſede quilibet ſit maior quicunque alio, iuxta gloſſ. in l. apud eũ ff. de manumiſ. & quæ tradit Boer. de authoritate magni conſilij, num. 54. Iamquè, vt vulgò iactatur, in domo ſua quilibet eſt Rex moderator. & arbiter, cap. duo iſta. 23. 1. q. 4. Quod accipiendum tamen putauerim Præſidi Prouintiæ cum Collegio ſuo ſimul aſtãte, alioquin priuatis actibus Conſiliario Regio eũm loco cedere debere putauerim, vt eſt argumento lex 36. tit. 2. lib. 3. Recopil. Non aliter etiam in quęſtione de patre priuato, qui filium habeat Magiſtratum, vter vtri cedere debeat, extat egregia diſtinctio Aulij Gellij, lib. 2 noctium Atticarum, ca. 2. dicẽtis, in locis publicis, publiciſquè actibus patris iura conquieſcere, in domeſtica autem re, priuatiſquè actibus, putà, conuiuio familiari, patrem iure ſuo vti debere. 12

SVMMARIVM.

Differentia duodecimæ.

Legum, canonum, ac municipum, ſeu populorum ſtatuta, quæ ritè, atquè rectè promulgata ſunt perinde ac in foro fori æquè, & in foro cœlitũ obligant, vimque ſuam habent, dummodo nõ ſuperfictione, ac præſumptione nitantur. numer. 1.

Leges, & canones an obligent tranſgreſſores ad peccatum? num. 2.

Inter forum poli, & forum fori.

DIFFERENTIA XII.

DIcamus nunc de differentia inter forũ fori, & forum poli, vt autẽ hæc differẽtia vndequaquè percipi valeat, illud primũ admonendi ſumus, legum, canonum, ac municipum, ſeu populorum ſtatuta, quæ ritè, atquè rectè promulgata ſunt, perinde ac in foro fori, æquè, & in foro cœlitum obligare, vimquè ſuam habere, dummodo non ſuperfictione, aut præſumptione nitantur: ex 1
omnium Iuriſperitorum, atquè item Theologorum ſententia. Ex Iuriſperitis hanc tradunt ſententiam Abb. Felin. & Decius in cap. 1. de conſtitut. Iaſſ. in l. nemo poteſt 2. lectura, num. 10. ff. de legat. 1. Greg. Lop. in l. 16. tit. 1. part. 1. Ex Theologis hanc amplectitur opinionem S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. Sylueſt. verb. Lex, quæſt. 8. Alphonſ. à Caſtr. de lege pœnali, cap. 4. Medina de reſtitut. quæſt. 36. Denique commune eſſe vtriuſquè profeſsionis hoc axioma perhibet Couarr. in cap. cum eſſes, num. 6. de teſtament. & Didacus Perez, magiſter noſter non pœnitendus, in quæſtionib. procemialibus ad leges ordina. qnæſt. 10. & Minchaca

chaca controuersiarum illustrium, lib. 1. cap. 29. Quinimò non solum legum, sed etiam communem Doctorum opinionem in foro poli, seu conscientiæ sequendam esse, scribit Anton. Maria in tract. de communi. opinione, lib. 2. num. 17. Et nemo quidem meritò dubitauerit, causas interioris fori de iudicandas esse secundùm leges exterioris fori, quæ super certo nitãtur: etenim vtriusquè fori communio magna est, & consortium, siquidem perinde, ac corpus, & anima magnam inter se habent coniunctionem, & affinitatem; ita & forum seculi, & forum animæ magnoperè sibi inuicem coniuncta sunt, cap. quo iure. 8. distinct. An verò leges omnes, & canones obligent transgressores ad peccatum, alia quæstio est, in qua Doctores discordes esse solent, vt licet videre cum apud alios, tùm apud Menchac. controuersar. illustri. lib. 1 cap. 29. & apud Mexiam de taxa panis, conclus. 4. numer. 41. & apud Alphons. de Castr. de potestat. legis pœnalis, lib. 2. qui graphicè quidẽ distinguit. Ex hoc autem nostro axiomate multa nobis, & ea quidem quotidiana, inferre licebit: sed duodecim tantum corolaria subiungemus ad rem maximè pertinentia, posteaque totidem vtriusquè fori subnectemus differentias, & eo pacto tota hæc materia erit locupletissime explanata.

SVMMARIVM.

§. I.

Leges quibus præscriptiones, seu vsucapiones rerum mobilium, ac immobilium introducuntur, prout in foro ciuili locum habeat, ita & in foro cœli obseruandæ sunt. num. 1.

Hæres institutus in minus solemni testamento, si hæreditatem possideat tenetur eam restituere legitimo hæredi. num. 2.

Testamentum minus solemne non habet vires in foro seculi, adeò quod si legitimus hæres confiteatur in iure, defunctum illius fuisse, nihil operatur. num. 3.

Testamentum alias nullum, valet, donec is cuia interest declarauerit, velle, vt sit nullum. numer. 4.

Testamentum nullum in foro ciuili, est nullum in foro conscientiæ. num. 5.

Hæres in minus solemni testamento institutus tenetur, tàm in foro ciuili, quàm in foro conscientiæ hæreditatem restituere. numer. 6.

Filius familias. qui non tenetur in foro exteriori soluere mutuum, quod in iussu patris accepit, ita nec in foro conscientiæ reddere tenetur. numer. 7.

Forum conscientiæ est forum æquitatis, & bonitatis. num 8.

Pater, aut mater, tutorvè an teneatur soluere mutuum, aut creditum factum filio, aut minori qui in studijs literis dat operam in foro seculi. num. 9.

Non debemus ita legis literæ assidere, vt sententiam illius amittamus. num. 10.

Actio datur creditori qui scholari iniussu patris in studio commoranti dedit mutuam pecuniam. num. 11.

Actio datur creditori aduersus patrem, qui necessaria subministrabat filio in studio, si ipse creditor istud ignorabat. num. 12.

Actio aduersus patrem, vel tutorem datur creditori, quando filius de consensu patris, vel tutoris moratur in studio, & creditor, illi, inopiæ satagenti, & laboranti, subuenit. numer. 13.

Necessitas facit licitum, quod alioquin non est licitum. num. 14.

Creditor habet actionem contra filium familiàs qui in studio mutuauit pecuniam. numer. 15.

De cautela tex. in l. filius familiàs. ff. ad Maced. remissiuè. num. 16.

Alienatio rei Ecclesiasticæ est nulla, nisi intercedat solemnitas requisita, num. 17.

Possidens rem minoris, aut Ecclesiæ minus solẽni titulo, non videtur moram in restituendo facere, anteaquam is, cuia interest, declarauerit, velle se, vt contractus sit nullus. numer. 18.

Contractus solemniter factus ab Ecclesia, vel minore quando dicatur validus in foro fori, vel in foro conscientiæ, si Ecclesia, vel minor læsi sunt. num. 19.

Prælatus non est tutus in conscientia qui iudicis authoritate priuauit emphyteutam emphyteusi, quia eo non interpellato alienauerat emphyteutica bona. num. 20.

Contractus factus à muliere non consentiente marito, nullus est quod ad forum exterius attinet. num. 21.

Leges, vel canones, quibus censuum conditiones præscribuntur, an valeant in fore conscientiæ. num. 22.

Pactum sponsionis (vulgo apuesta appellamus) an vim habeat in foro poli. num. 23.

Conditio si sine liberis quis decesserit, an desiciat quando institutus ingressus est Religionem,

quia

quia Monasterium habetur loco filij. numer. 24.

Mater excluditur ab hæreditate filij per substitutionem pupillarem, an hoc valeat in foro conscientiæ? num. 25.

§. PRIMVS.

In quo exponuntur. 12. casus, in quibus forum fori, & forum poli conueniant.

1. ILLATIO.

1 ET Primò infertur, leges quibus præscriptiones, seu vsucapiones rerum mobilium, ac immobilium introducuntur, prout in foro ciuili locum habent, ita & in foro cœli obseruandas esse, itaque qui bona fide præscriptionem cõpleuerit, tutus erit, & in foro fori, & in foro conscientiæ, tametsi postea resciuerit rem se alienam possedisse, veluti docet gloss. in capit. vigilan. & cap. fi. de præscrip. & illic Classici omnes Panor. & reliqua scriptorum schola, in cap. quia pleriquè, de immunit. Eccles. hæ enim leges præsumptione non fundantur, sed idcirco præsumptionem temporum introduxerunt, ne dominia rerum incerta essent neque incuria perirent dominorum, sicuti nos latiùs, ne bis eandem cantemus cantinelam, disseruimus lib. 1. rerum quotid. cap. 1. §. 3.

2. ILLATIO.

2 Infertur deinde, vt si quis in minus solẽni testamento hæres institutus hæreditatẽ possideat, teneatur illam legitimo hæredi restituere, quoniam contractus, aut testamẽtum in foro hominum, est etiam nullum in foro cœlitum, sicuti placuit Bald. Paul. Alexand. & Ias. in l. penult §. illo. C. de necessario seruo hærede instituendo, & eam communem esse opinionem fidem facit Couar. in cap. cum esses, de testam. num. 6. & Ant. Gom. in l. 3. Tauri. num. 123. Burg. de Paz eod. loc. num. 1430. & hanc post longam disputationem amplectitur Matien. in l. 1. tit. 4. lib. 1 Recop. glos. 10. num. 2. & magis communem testatur Gutier. cano. quæst. lib. 2. cap. 25. num. 11. Et quanuis contraria opinio sit etiam communis, vt testatur Oroscius in l. omnes populi, num. 63. ff. de iustit. & iure, & Mincha. de succes. & creat. §. 1. num. 23. hæc tamen mihi verior videtur opinio, secundùm nostrã principalem conclusionem, in qua tam ex Theologorũ, omniumque iurisperitorum sententia probauimus, leges, & canones statutaquè ritè, & rectè prolata vim habere in foro poli, sicut in foro fori. Testamentum autem minus solemne adeò nullas habet vires in foro seculi, vt etiam si legitimus hæres confiteatur in iure defunctum illud conficisse adhuc non possit condemnari, vt legata in eo cõtenta soluat, si alleget, inualidum esse testamentum propter solemnitatis defectum, vt præclarè scriptum est à Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiurand. num. 39. ab alijsque à nobis citatis lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 1. part. §. 4. num. 17. Meminerimus tamen moram in restituenda hæreditate possessorem non facere, donec legitimus hæres adierit hæreditatem, allegauerit que testamẽtũ esse nullum: nam testamentum aliàs nullum valet donec is cuia interest de. larauerit, velle vt sit nullum, velut datur intelligi ex l. filio præterito. ff. de iniusto rupto, irritoque facto testam. & illius argumento tradunt Boer. decis. 96. & Guill. Benedict. in c. Raynuntius, verb. eodem testam. 1. num. 84. Tiraq quoquè in l. si vnquam. C de reuoc. donat. in pri. num. 55. Quin vsquè ad litis contestationem dicendum est, eum moram in restituendo non facere, cum anteà non constituatur in mala fide, cap. illud: & illic gloss. & cæteri de præscrip. Non igitur omnino verum est quod tradit Dominicus à Soto de iustit. & iur. lib. 4. quæst. 5. art. 3. vsquè ad sententiam, posse eum hæreditatẽ retinere: nam cum per litis contestationem constituatur in mala fide, statim ac facta fuerit litis cõtestatio tenebitur restituere. Sed venia est danda viro Theologo, alioqui doctissimo, si litis contestationis, vim, & naturam non satis calluerit, quanquam illius error, & nonnullos ex nostris in errorem quoquè induxit, indistinctè illius sequentes sententiam, & in his Gutier. loco paulò ante citato, & Menoch. de præsumptionib. lib. 1. quæst. 88. num. 7. Hæc ergo mea sententia, vt testamentum nullum in foro ciuili, sic etiam nullum in foro conscientiæ, possessor tamen restituere non teneatur hæreditatem, nisi tunc demum, cùm fuerit conuentus, & lis fuerit contestata; post litem autem contestatam tenebitur statim restituere, cùm iam sit in mala fide constitutus: est tamen casus in quo hæres in minus solemni testamento institutus teneatur

3 4 6 6 m

tam

tàm in foro conſcientiæ,quam in foro ſecu li,hæreditatem reſtituere:pone ſi fidē dedē rit teſtatori de hæreditate reſtituenda ei, qui capax eius ſit,& cum quo ſit factum teſtamentum:*Nihil enim Iuriſconſultus inquit, magis congruit humanæ fidei, quam quæ inter homines placuerint ſeruari.* l. 1. de pacti. l. 1. ff. de conſtit. pecu. & videtur hoc quidem probare in §. inſtit. de fideicomm. hæred. & in text. qui(meo quidem iudicio) ſic eſt intelligendus in l. quæſtionem. C. de fideic. & hoc eſt quod Cicero ſcribit lib. 3. offic. *Mihi quidem* (inquit) *etiam veræ hæreditates non honeſtæ videntur ſi ſint malitioſis blanditijs officiorum, non veritate, ſed ſimulatione quæſitæ.* Et huc quoque reſpicit quod Plin. Iun. ſcripſit ad Annia. lib. 2. epiſt. his verbis *Ego propriam quandam legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates, etiam ſi iura deficerent, quæ ſi perfecta tuerer.*

3. ILLATIO.

7 Superioribus illud quoquè conſequens eſt, vt dicamus, ſicuti filius familiàs non tenetur in foro exteriori ſoluere mutuū quod in iuſſu patris accepit, vt in toto ad Macedonianum, ita neque in foro conſcientiæ reddere teneatur, ſecundùm Innoc. & Abb. in cap. quia plerique de immun. Eccleſ. quibus opitulatur. l. 22. tit. 11. lib. 5. Recop. quæ de hac eadem re agens, ait: *Por virtud dello no ſe pueda pedir en juyzion, ni fuera del.* Quod ita demum dicendū erit, niſi modo filius familias in ſuā vtilitatem mutuam pecuniam conuerterit, quia tunc in foro conſcientiæ reſtituere tenebitur, ſicuti placuit Abb. in d. cap. quia plerique, & Iaſ. in §. actiones, num. 35. inſtit. de actio. Alciat. in cap. nouit, de iud. num. 6. Anton. Gom. in l. 3. Tauri, num. 124. Gutier. in tract. de cō firm. iura. 1. part. cap. 43. n. 6. Matien. in d. l. 22. gloſſ. 1. tametſi quod attinet ad ius ciuile, ne hoc quidem caſu teneretur in foro exteriori filius familiàs, vt non obſcurè probatur in l. ſed etſi. §. hoc Senatuſconſultum ff. ad Maced. quam dicit illic mirabilem Paulus de Caſtro. Ceſſat igitur hoc caſu in foro ſeculi æquitas legis, ſi & me, & Titium. ff. ſi certum petat. qua cauetur ſi aliquid ad te ſine vllo iuſto titulo peruenerit, quod meum ſit, damnandum te eſſe, vt mihi reſtituas, tametſi mero iure actio mihi non detur: nam cum rigor iſte Macedoniani Senatuſconſulti ſit in ſpeciè ſcriptus, debet, quantum ad forum hominum attinet, præferri æquitati illi in genere ſcriptæ, iuxta ea quæ traduntur à Bart. & Paul. de Caſt. in l. 1. C. de legibus, & nos latius diximus ſuperiùs d. diffe. 2. Porrò in foro conſcientiæ hæc æquitas admittenda erit ex ſententia Abbatis in cap. Filius, num. 3. de teſtam. & Felin. in cap. Eccleſ. S. Mariæ, de conſtit. num. 52. quia forū 8
conſcientiæ eſt forum æquitatis, & bonitatis, vt Deus ipſe qui huic præ eſt tribunali æquiſsimus eſt, & æquitatis maximè gaudēs iuxta illud Pſalm. 10. *Iuſtus Dominus, iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius*: & tradit Guilielm. Benedict. in cap. Raynuntius, verbo, mortuo. 1. numer. 249. æquitati autem nihil tam congruit, quàm vt cum aliena iactura filius familiàs non locupletetur: & hoc duntaxat caſu eſt vera opinio Couarr. qui ſimpliciter, ſeu indiſtinctè voluit, filium familias in foro conſcientiæ ad reſtitutionem mutui accepti teneri, in cap. quāuis pactum. 2. part. §. 3. num. 4. & hæc egregiè pertinent ad interpretationem illius legis. 22. tit. 11. lib. 5. Recopil. quod ſi plena ad illius intelligentiam expoſcis vltra Azened. illic cōſulito Didac. Perez in l. 1. tit. 18 lib. 3. ordin. & Gutier. in auth. ſacram. puberum, num. 70. cum ſeqq.

4. ILLATIO.

Secundùm hæc, & illud quoquè deducitur, perinde hac in foro ſeculi nō tenetur pater, aut mater, tutorvè ſoluere mutuum, aut creditum factum filio, aut minori qui in ſtudio literis dat operam, vt habetur in l. 4. tit. 7. lib. 1. Reco. ita neque in foro cōſciē tiæ teneri illos. Quid ergo? ſi quis mutuam det pecuniam ſcholari ſtudioſo, & frugi quē in ſtudio peregrè commorantem neceſsitas inuaſit, fortitan quia pater, aut tutor in tempore ſuppeditare alimenta nequiuit, vel ob itinerum difficultatem, vel alias ob cauſas quæ in vita ſæpè accidere ſolent, iniquum ſanè videtur, & inhumanum, ſi creditori actionem denegamus, quam ſecundum vetera iura ei dari certum eſt, cùm in rem patris conſtet verſum eſſe, l. ſed Iulianus. §. quod dicitur. ff. ad Maced. l. Macedoniani. C. eod. titul. l. 3. §. proinde. ff. de in rem verſo. l. 6 tit. 1. part. 5. Sed neque hodie deneganda illi actio videtur, ne videatur legislator inhumanè, ac tantùm non immaniter opem tollere, & auxilium ſcholaribus, quos extra patriam literis vacantes multę ſolent ingruere calamitates, atque ærumnæ. *Quis enim eorum non miſereatur qui amore ſcientiæ exules facti de diuitibus pauperes ſemetipſos exinaniunt vitam ſuam multis periculis exponentes?* 9

tes? vt Imperator præclarè ait in authent habita. C. ne filius pro patre: neque enim
10 debemus ita legis literæ assidere, vt sententiam illius amittamus: quim eum sensum debemus admittere, & eam interpretationem, quam verisimile est legislatorem admisisset, si interrogatus fuisset, iuxta glos. satis laudatam in l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact. cui omnes assentiri scriptũ reliquit Tiraq. vt vnum pro multis referam in l. si vnquam C. de reuoc. don. in pri. nu. 55. Et huius nostræ sententiæ fuit ante nos Gregor. Lop. in l. 6. tit. 1. p. 5. verb. y aun demas: & Dueñ. reg. 370 limit. vlt. Gutier. in auth. sacram. pub. n. 8. Didac. Per. in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordin. Azeued. in l. 22. tit. 11. lib. 5. Recopil. Valdes. ad Suarez in l. post rem, limit. 3. à quibus aliquo modo dissentire videtur Matien. in d. l. 22 tit. 11. lib. 5. Recopil glos. 4. num. 4. quòd dicant, si id admittamus, frustra illam legem quartam de qua agimus, rogatam fuisse ea enim ratio (ni fallor) ieiuna est, nam multa quidem illa lex Regia introducit, multaque veteris iuris placita abrogat, aut certè multa Scriptorum documenta, seu potiùs dixeris, commenta, reiecit: atque in primis illud, quod nimium suis fauens discipulis tradit Accurs. in l. Iulianus. §. quòd dicitur. ff. ad Macedonian. etiam dari actionem creditori qui mutuam dedit pecuniam scholari, qui inuisu patris commoretur in studio, cui assentiuntur Faber. & Angelus in §. fin. instit. quod cum eo, & prædicat mirabile Bald. in l. Macedoniani. C. ad Macedonian. Enim verò id secundùm hanc nostram legem Regiam (cuius interpretationi incumbimus) minimè admittendum erit: siquidem ipsa denegat creditori actionem, vel quando consentiente patre filius commoratur in academia, quanto minus dare ei debet, quanto inuito patre commoratur. Æquè, & per illam Regiam legem
12 dicendum est, verum non esse, quod idem tradit Accursius in dict. §. quod dicitur, eitam aduersus patrem, qui necessaria sum ministrabat filio in studio, dari actionẽ creditori qui filio credidit, si ipse creditor ignorabat istud: id enim licet cæteri illic assentiantur Accursio recipiendum, haud est secundùm illam Regiam legem Recopil. vt taceam Accursij opinionem per legem septem partiti iuris non recipi, vt intelligere licet ex l. 2. tit. 19. part. 4. Denique vt semel dicam, dumtaxat dabimus actionem creditori aduersus patrem, aut tutorem, quando filius de consensu patris, aut tutoris moratur in studio, & creditori illi inopia satagenti, & laboranti subuenerit, iuxta quantitatẽ quam pater: ubministrare solitus est: neque credendum est velle Regiam legem hunc casum necessitatis excludere, cùm necessitati tantum prærogatiuæ impartiatur à iure, vt leges ipsa figat, atque refigat, ita vt quod alioqui non est licitum, necessitas 14
faciat licitum, vt in reg. quod non est, de regul. iur. in Decretalibus, & in capit. 2. de obseruatio. ieiun. & alibi passim: & hoc pacto nostrates authores alioqui dissidentes intelligendos, conciliandosque putauerim.

Hæc vero hactenus de actione aduersus patrem: de actione verò aduersus filiũ scholarem lex illa Regia actionem minime tollit: proinde aduersus eum agere poterit creditor, prout iure sibi cõpetat actio. Neque obstauerit l. 22 tit. 11. lib. 1. Recopilat. 15
quæ & aduersus filium actionem tollere videtur, siquidem illa l. 22. non pertinere ad mutuum studij causa factum, vt multis ostẽdit Gutier. in authent. Sacramenta puberum, num. 71. De cautela autem qua possit 16
pater circumscribi, seu obligari, vt soluat debitum à filio contractũ, credo te non ignorare textum illum celebrem in l. si filius familias. ff. ad Macedonian. ad illius tamen intelligentiam consulendus est. Angel. in §. Cæterum, numer. 13. instit. quod cum eo atque item Ias. in l. quæ dotis, numer. 9. ff. solut. matrim. Cæpol. cautel. 9. Illis tamen addi poterit textus singularis in l. fin. C. ne vxor pro marito, qua patet. quòd lex illa, si filius familias, definit, in patre ad matrem non pertinere.

5. ILLATIO.

Ex ijs quæ dicta sunt illud consentaneũ 17
est, vt dicamus, velut alienatio rei Ecclesiasticæ est nulla, nisi intercedat solemnitas iure requisita, vt habetur in c. fine exceptione. 12. quæst. 2. & in Extrauaganti ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienand. & quæ effusè ad illius interpretationem affert. Couarruu. lib. 2. variar. cap. 16. & Auendañ. in cap. correctio. 1. part. cap. 4. atque velut est nulla alienatio rei minoris sine debita solemnitate vendita, vt in toto titulo. ff. de rebus eorum. & in l. non solum. C. de prædijs minorum, ita & in foro animæ talem alienationem habendam esse pro nulla. Huius opinionis author est Innocent. in cap. quia plerique de immunitat. Eccles. & placet Rebuf. de alienatione rei Ecclesiast. num. 42. & Couarruu. in regul. non dimittitur pecca-

peccatum.2.part.§.3.num.9. Quibus ſe etiam ſubſcripſit Dominic.à Soto, de iuſtit. & iur.lib.4.q.5.art.3.nõ deſunt tamen qui contrarias partes tueantur, de quorum numero ſunt Anton.& Abb.loco paulò antea citato, & alij apud Gutierr. canon. quæſt.
8 lib.2.cap.21.num.10.Sed prior opinio verior mihi videtur ex noſtro axiomate ab omnibus, tàm Theologis, quàm Iuriſperitis, probato.Meminiſſe tamen debemus, qui rẽ ita minores, aut Eccleſiæ minus ſolemni titulo poſsidet, non videri moram in reſtituendo facere, anteaquam is, cuia intereſt, declarauerit, velle ſe vt contractus ſit nullus: nam contractus ſit nullus,tenet, donec is,cuia intereſt,declarauerit, velle ſe, vt ſit nullus, veluti multorum authoritate comprobat Iaſ.in l.2.C.de iure emphyt.num.6. Donec igitur poſſeſſor conuentus fuerit in iudicio, & lis conteſtata fuerit ſecurus erit in conſcientia,ſicuti in ſimili ſpecie de teſtamento minus ſolemni ſuperius diximus illatione 2.Quin.vt animaduertit D.Franciſc. Sarmient.reddit.Eccleſiaſt.1.part.cap.2.n. 6.non eſt dicendus poſſeſſor in reſtituendo moram facere, donec Eccleſia, aut minor reſunderint pretium quod acceperunt, in ſuãque vtilitatem conuerterunt: quo cum conſentit Gutierr.dict.cap.25.n.10.lib.2.canonic.quæſt.

6. ILLATIO.

19 Hæc item ratio facit,vt dicamus non aliter, atquè contractus ſolemniter factus ab Eccleſia,vel minore,in quo tamen læſi ſunt, validi ſunt in foro fori, quouſquè per in integrum reſtitutionem reſcindatur; eodem modo validum eſſe in foro conſcientiæ,donec per in integrum reſtitutionem reciſſus fuerit.Huius opinionis fuit Panormit. in c. 1.in integr.reſtitut.ad cuius ſententiam cõfluxerunt,& cæterorum vota, vt conſtat ex Couar. in reg. non dimittitur peccatum. 2. part.§.3.atquè ex Sarmiẽt.dereddit.Eccleſ. 1.part.cap.2.

7. ILLATIO.

20 Iam ergo ex ſuperioribus dubitauerit nemo,verum non eſſe quod reſpondit Ant.de Butr.conſil.49.non eſſe tutum in conſcientia Prælatum, qui iudicis authoritate priuauit emphyteutam emphyteuſi, quia eo non interpellato alienauerat emphyteutica bona,tametſi è veſtigio ipſe emphyteuta alienationem reuocauerat:ſequatur quanuis illum Felin.in ca.1. de conſtit.num.43.Etenim ſi emphyteutæ non profuit pœnitentia ad euitandum commiſſum, quod quando fiat,tradit Iaſ.in l.fin.num.135.C.de iure emphyt.dicendum eſt idem eſſe recipiendum in foro conſcientiæ, ſecundum noſtrũ axioma quod principio propoſuimus. Atdixerit quiſpiam,commiſſum pœna eſt,pœna autem in foro conſcientiæ locum non habet,ſecundum gloſ.vulgarem in cap.fraternitas.12.quæſt.2.ſit ita ſanè. Cæterum, opinio illius gloſ. locum non ſortitur quando pœna deſcendit ex contractu, authore Anchar.in reg.poſſeſſor malæ fidei, cui aſtipulatur Felin.in dicto cap.1.de conſtit. num. 43.& Padil.Meneſius in l.ſi.quis maior.C. de tranſact.iuraque ipſa canonica fatentur, non eſſe illicitum Prælato petere pœnam conuentionalem,vt colligitur ex ca.dilecti, de arbitr.& illic annotant Panorm.&reliq.

8. ILLATIO.

Sed redeamus ad leges Regias, & videamus de contractu facto à muliere,non conſentiente marito,aduerſus Regij iuris prohibitionem,vt habetur in l.1.& ſeq. tit. 3. lib.5.Recop. Et ſanè quod ad forum exterius attinet, extra quæſtionem eſt, contra- 21
ctum eſſe nullum,ſecundùm Roderic.Suar. in l.13.titulo de las ganancias, lib. 3. fori. Matienc.in l.2.tit.3.lib.5.Recop.gloſſ. 1. idem ergo iudicandum erit in foro animæ, iuxta noſtrum,imo omnium, Iuriſperitorũ & Theologorum axioma à nobis principio propoſitum: & in hac ſententia fuit etiam ante nos Couarr.in reg.non dimittitur peccatum.2.part.§.3. & Mincha. controuerſiar.illuſtr.libr.2.cap.104.& Anton.Gom. in leg.3.Tauri,num.124.Azeuedo in dict. leg.2.tit.3.lib.5.Recopilatio. Gutier.can. quęſt.lib.2.cap.25.num.10.Menoc.de præſumpt.lib.1.q.80. num.37. Meminiſſe tamen oportet,poſſeſſorem moram in reſtituendo non facere, niſi poſtea quam fuerit conuentus,& lis fuerit conteſtata: quia, vt ſuperius diximus illatione.5.contractus nũquam cenſendus eſt nullus,niſi is, cuia intereſt declarauerit, velle, vt ſit nullus. Quin amplius dicendum eſt,moram eum in reſtituendo non facere, niſi demum poſteaquã pretium ei reſtitutum fuerit,quod mulier in ſuam,vel mariti conuertit vtilitatem, iuxta ea quæ accutè affert Sarmien. loco citato, id eſt,de reddi.Eccleſ.1.part.cap.2.numer. 6. Non me clam eſt aliosin alia opinione fuiſſe, vt eſt videre,apud Tiraq. de legibus

con-

connubialibus, glos. 2. num. 21. & Gutier. dict. capit. 25. cæterum eorum sententia, secundùm hanc nostram distinctionem (quæ verissima quidem est) accipienda erit.

9. ILLATIO.

22 Par est etiam ijs quæ dicta sunt, vt probandum sit, leges, canonesquè, quibus censuum conditiones præscribuntur, putà, in extrauagãtibus Martini, & Calixti, de emptione & venditio. & in l. 6. titu. 15. lib. 5. Recopilat. & in foro conscientiæ, eas vim suam sortiri, sicuti effusius tradit Nauarr. in commentario de vsuris. § 22. & Emanuel Roderic. Franciscanus, in peculiari tractatu de eà re ædito, & alij aliàs passim.

10. ILLATIO.

Ex his igitur hæreo, an probandum sit,
23 quod Palac. Rub scribit in cap. per vestras, q. 9. pactum sponsionis (vulgo apuesta appellamus) in foro poli vim non habere, cũ videam illum foro ciuili probari in l. si rẽ, ff. de præscr. verb. & alias quas allegat Bẽuenut. de mercat. 2. part. n. 213.

11. ILLATIO.

Hæc etiam omnia maximè me mouent, vt verum non esse credam, quod respondit
24 doctissimus alioqui Alciat. cons. 53. lib. 9. id quod iure cautum est, conditionem, si sine liberis decesserit, deficere: quando instituens ingressus est Religionem, quia Monasterium habeatur loco filij, vt habeatur in authent. et si rogati C. ad Trebel. & in cap. in præsentia de probat. locũ non sortiri in foro animæ. Etenim iuxta nostrum axioma ab omnibus receptum, quo statuitur leges humanas in foro conscientiæ locum habere, vt principio diximus, non est cur illorũ iurium definitiones in foro cœli locum nõ demus perinde, ac in foro ciuili, ac Pontificio. Proinde ab Alciato meritò dissentit Manti. de coniectur. vltim. volum. lib. 11. tit. 7.

12. ILLATIO.

Postremò, si superiora nobis constant; & illud quoquè probandum est, à vero abhorrens esse, quod traditum est à doctissimo alioqui Archidiacono in cap. si pater, de testament. leges, quibus extat, per pupillarem substitutionem matrem à filij legitima excludi (quas quæ sint, neminem latet) locum non habere in foro animæ: nam secundùm nostrum axioma, nostramquè conclusionem, quam tot modis, torquè exemplis testatam, probatamquè reliquimus, dicendum est, iura illa, & in foro animæ vim suã habere: quã nobrem ab Archidiaconi opinione meritò dissentit Socin. in l. 2. ff. de vulg. & pup. col. 8. & Greg. Lop. in l. 7. tit. 5 part. 6. verb. del modo, & Ant. Gom in commentarijs tom. 1 cap. 4. num. 7. qui alios in eandam sententiam allegant: Archidiaconi tamen opinio recipienda tãtùm foret, quando pater substituisset filio personas infames, contẽptis consanguineis quos habeat, veluti placuit Palac. Rub. in c. per vestras. § 7. cuius vera videtur opinio ex l. fratres. C. de in offic. testament. 25

SVMMARIVM.

§. II. diff. 12.

Leges quæ præsumptione nituntur, licet in foro fori habeant vim nullam habent in foro cœli tum, num. 1.

Filius sciens se esse ex adulterio conceptum, tenetur in foro poli abstinere ab hæreditate, & eam legitimis relinquere. num. 2.

Leges introducentes præscriptione temporis aduersus actiones personales non habent locum in foro animæ, licèt valeant in foro sæculi. numer. 3.

Licèt secundùm leges nostras debitores liberentur in foro sæculi à solutione salarij debiti Aduocatis procuratoribus, & alijs famulis elapso triennio, tamen in foro animæ tenentur id soluere. num. 4.

Hæredibus ignorantibus solutum sit, necne, huiusmodi debitum proderit præscriptio. numer. 5.

Non habet locum in foro Dei regula illa, res iudicata pro veritate habetur in eo qui scierit rẽ alteram possidere, licèt possideat per sententiam. num. 6.

Sententia, & res iudicata rescinditur, etiam in foro sæculi, quando is pro quo lata est fatetur fuisse iniustam. num. 7.

Nemo tenetur in foro animæ præstare culpam leuem, vel leuissimam, licet in foro sæculi teneatur, quandoque quis præstare. num. 4.

Magna est differentia inter latam culpam, & leuem

lenem, ac leuissimam, quia illa præstatur in vtroquè foro cum dolo comparetur, non vero leuis, & leuissima, ex qua nec mortale generatur peccatum in foro animæ, numer. 9.

Is qui peccat lata culpâ, non punitur, tam grauiter, quam is qui peccauit dolo: tamen si occiderit hominem lata culpa, puniri potest in personam. num. 10.

In foro fori tenetur creditoribus hæreditarius hæres non conficiens inuentarium, etiam vltra vires hæreditatis, non tamen ad id tenetur in foro poli. num. 11.

In foro animæ potest quis rem suam, vel sibi debitam à possessore rapere, vel furari, si aliter nõ valeat recuperare: hoc autem non habet locõ in foro seculi. 17.

Contrahens in foro animæ resarcire tenetur quãcumque lasionem, quam alteri contrahenti intulerit, quod est diuersum in foro seculi. numer. 13.

Pretium diuiditur in riguroſum medium, & infimum, & non tenetur in foro poli, neque in foro fori resarcire dãmnum qui hos gradus non excessit in contrahendo. num. 14.

In foro seculi impunè potest maritus occidere vxorem, & adulterum in crimine deprehensos, non tamen in foro animæ. num. 15.

Leges pœnales obligant in foro fori, non tamen in foro poli, nisi post legitimam iudicis sententiã condemnatariam. num. 16.

Intellectus glos. celebris in cap. fraternitatis. 2. q. 2. vbi multa scitu digna referuntur, in quibus Iurisperiti, & Theologi conueniunt. numer. 17.

Amplectitur Soti opinionem, asserentis pœnam, etiam ipso iure a lege impositam locum non sortiri in foro conscientiæ. num. 18.

Pœna publicationis, seu confiscationis bonorum quam ipso iure incurrit hæreticus exigi à fisco, non potest ante sententiam iudicis competentis declarantis, eum esse hæreticum, numer. 19.

Hæreticus declaratus à iudice, etiam si nihil dixerit de bonis, neque declarauerit ad fiscum pertinere, tenetur ea fisco restituere, contra opinionem Caietani. num. 20.

Mulier quæ diuertit à viro, quia post contractum matrimonium cognouit se esse consanguineam mariti, tuta est in foro conscientiæ, licèt à iudice excommunicetur in exteriori foro. num. 21.

In foro animæ pœnitentia à Sacerdote iniuncta, non liberat delinquentem à pœna per legem humanam impoſita, v. g. periuro, aut blasphemo, num. 22.

Iurisdictionis defectu contingit interdum, vt quis sit absolutus ab excommunicatione in foro interiori, & in exteriori non sit. num. 23.

Tutus est in foro conscientiæ electus ad beneficiũ seu Episcopatum, quando sine fraude, & dolo facta est electio, licèt in foro seculi aliquis defectus sit in solemnitate. num. 24.

Candidati qui accedunt ad lauream literariam securi sunt in foro conscientiæ, si idonei sint ad illum gradum, etiam si defectum aliquem patiantur secundum Academiæ statuta, aut leges Regias, secundum quas in foro sæculi excluderentur. num. 25.

§. SECVNDVS.

In quo subijciuntur 12. differentiæ inter forum fori, & forum poli.

HÆC autem cum ita sint adhuc tamen multas in iure reperire licebit diferentias inter forum fori, & forum poli. Et primò differũt, quoniã leges quę præsumptione nituntur, tametsi vim suam habeãt in foro seculi, at in foro cœlitum nullam habẽt, authore Ioann. Andr. in cap. 18. qui fidem, 1 de sponsalib. & illic. Abb. & Felin. in capit. 1. deconstitutio. & vt semel finiam, tradunt omnes, quos principio huius. §. retulimus. Huius autem rei fingere nobis licebit exẽplum in l. cum definimus. ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni iuris, qua definitum extat, filiã natum ex vxore, præsumendum esse filium esse mariti, etsi magis vxor sit impudica, atquè adeo, etiam si constet eam cum alijs rem habuisse, sicuti illic tradunt Bart. & reliq. Etenim in foro cœlitum si filius 2 sciuerit se ex adulterio conceptum, abstinere debet ab hæreditate putatiui patris, vt sic dixerim, eamque legitimis relinquere debet hæredibus, text. in cap. officij, de testamen. & illic tradunt Abb. Couar. & cæteri Classici, quanquam is tamen filius in quã putatiuus (vt id interim admoneamus) credere non tenetur matre affirmanti ipsum ex adulterio esse natum, vt traditum est à Bart. in d. l. definimus, & à Iasso. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posth. & constat communem esse ex Couarr. in dict. cap. officij, atquè ex Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 1. num. 89.

Differ. 2. Ex eadem quoquè radice, & illa quoquè exurgit differentia, quòd licèt le 3 ges introducentes præscriptionem temporis aduersus actiones personales validæ sint in

in foro seculi, vt ostendimus lib. 1. rer. quotid. cap. 1. §. 11. num. 14. vbi hanc opinionem vsu, moribusque magis receptam esse mostrauimus: porrò in foro cœlitum leges illæ locum minimè fortiuntur ex omnium Scriptorum sententia, quos ibidem citauimus. Huius diuersitatis illa est ratio, quia leges illæ admittentes præscriptionem temporis aduersus actiones personales, fundantur in præsumptione solutionis, præsumunt etenim, creditorem intra tam longum tempus debitum exegisse, debitoremque exoluisse. Atqui legis in præsumptione nitentes non habere locum in foro animæ multis superiùs monstratum est à nobis. Secundùm hæc igitur (vt ad nostrates accomodetur oratio) licèt secundum eas debitor, qui intra viginti annos non soluit præscriptione temporis liberetur in foro hominum, & similiter famuli tabernarij, & cœteri mœchanici lapso triennio petere non possint mercedem, neque pretium mercium venditarum, neque item aduocati, & procuratores suum honorarium, vt est constitutum in l. 6. & 9. & 10. titul. 15. libr. 4. Recopilatio. Verùm in foro poli debitores soluere tenen
4 tur, quod se debere sciunt, id quod (si in re aperta testibus opus est) tradit Dueñas reg. 6. Minchac. controuer. cap. 74. Mexia de taxa panis, conclus. 1. n. 143. Hæredibus autem ignorantibus solutum sit, nec ne, pro-
5 derit talis præscriptio secundùm Minchac. & alios, quos citauimus dicto §. 11. De præscriptione vero aduersus actionem in rem aliud diximus superiùs, §. 1. illatione 1. quia scilicèt leges introducentes præscriptiones aduersus res mobiles, aut immobiles non fundantur præsumptione, vt illic latiùs recensuimus.

3. Differen. Ex eodem quoquè dimanat, quòd licèt res iudicata in foro hominum pro veritate habeatur, vt dictat regula illa, res iudicat. ff. de regulis iur. adeò, vt res iudicata faciat de nigro album, de albo nigrum, de vero falsum, de falso verum, vt Ias. scribit in l. Iulianus, num. 2. ff. de condit. indebit. Cæterum in foro Dei diuersum est, minimè
6 enim securus est in hoc foro qui scit rem alienam possidere, etsi secundùm se iudicatum fuerit, veluti tradunt Abb. Felin. & Alciat. in cap. nouit, de iudi. estque omnium Scriptorum votis ea sententia testata, quia rei iudicatæ authoritas præsumptione magis nititur, quàm mera veritate, quam assequi non semper iudex potest, cum inferenda sententia quandoque fallatur. Quin & in foro ciuili bellissimè scribit Innocen. capi. quia plerique, de immunita. Eccles. cæteris non repugnantibus, si quis fateatur sententiam secundùm se latam, iniustam fuisse, in causa esse, vt sententia, & res iudicata rescindatur.

4. Different. Magna est præterea differentia inter forum fori, & forum poli, de eo quod de lata culpa leui, vel leuissima præclarè scriptum est ab Innoc. in cap. sicut dignũ, de homicidio, licèt in foro seculi teneatur quandoque quis præstare culpam leuẽ, vel leuissimam, vt exponitur cùm aliàs passim, tùm in tex. & glos. §. item is cui, instit. quibus modis re contrahitur obligatio. Cæ 8
terùm in foro animæ licèt præstare teneatur culpam latam, quia dolo exequatur, at culpam leuem, vel leuissimam præstare in hoc foro cœlitum tenetur nemo, secundùm Innocentium, cui cæteri omnes suffragantur teste Siluestro in Summa, verbo, culpa. num. 6. vt mirandum sit doctissimum alioqui Nauarrum contrarium sæpiùs respondisse, cùm alibi, tùm in manuali, cap. 17. n. 184. Cuius authoritas, vt est magna alios quoquè induxit in errorem, & inter eos Emanuelem Rodericum Franciscanum in sua Summa, 1. tomo, cap. 22. & Magistrum Bañez Dominicum, de iust. & iur. quæst. 62. art. 6. Huius autem discriminis multas reddit rationes Felin. in d. c. sicut dignum, quæ tamen mihi nõ omnino satisfaciũt; illaquè mihi verior videtur esse ratio, quod peccata venialia non sunt materia fori interioris, sed duntaxat mortalia, vt est inconfesso apud omnes, tàm Iurisperitos, quàm Theologos, vt liquet ex S. Thoma in 4. distinct. 16. & 17. & Siluest. verb. confessio. 1. num. 14. Cùm igitur ex culpa leui, vel leuissima non generetur peccatum, cessat in foro cõscientiæ restitutio, quæ ex hac causa in foro hominum fieri solet, & inde est, quamobrẽ
9 in foro animæ lata culpa præstetur, prout in foro seculi secundùm ipsum Innocentiũ, & reliquos, quia videlicèt ea dolo comparatur, & mortale solet inducere peccatum, cap. Apostolica, de Clerico excommunicato ministrante, & quæ illic copiosè tradunt glossa, & glossographi. Accedit etiam pro hac sententia, quod à nostris communiter traditur, quòd licèt secundùm ciuilia iura is qui peccat lata culpa non puniatur, tàm
10 grauiter, quàm is qui peccauit dolo; attamen placet illis, eum qui lata culpa hominem occiderit, posse etiam in personam puniri, velut accuratè resoluit Marantha in suo vtilissimo speculo, 4. part. distinctio. 1. num. 57.

5. Differ. Illud quoquè disident forum poli, & forum fori, quia in foro fori hæres, qui non confecit inuentarium, tenetur creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditatis, l. fin. §. etsi præfatam, C. de iure iurand.
11 l. 5. titu. 6. part 6. Non ita in foro cœlitum, vt multis comprobat Matienç. in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. glos. 10. Proinde minimè est ferendus Minchaca contrarium astruens, de succesio. & creat. §. 1. num. 96. alioqui dicendum esse, pœnas legum in foro conscientię locum habere, cum longè diuersum sit, vt paulò post ostendemus.

6. Differ. Distant præterea: nam licèt quod ad forum humanum attinet, non possit creditor impunè debitum à suo debitore inuito, aut inscio accipere, aliqui debi-
12 tum perderet, vt in l. creditoris, C. ad legem Iuliam de vi priuata, l. 1. titul. 17. lib. 5. Recopil. Atqui in foro cœlitum sine peccato id facere poterit ex sententia glos. in cap. ius gentium. 1. distinct. ex qua omnes magna cum laudis prædicatione docent, posse me impunè, quod ad forum animæ attinet rem meam, vel mihi debitam à possessore rapere, aut furari, si difficulter in foro exteriori nanisci eam à possidente non valeam, vel propter meam inopiam, vel propter aduersarij potentiam, aut propter probationis defectum: & in hanc opinionem concorditer omnes, tàm Theologi, quàm Iurisperiti pedibus ijsse constat ex Palac. Rub. in cap. per vestras, notab. 1. §. 1. n. 14. atque ex Menes. in l. cum quis, C. de iuris, & facti ignora.

7. Differ. Non mediocrem item discrepantiam faciunt, ac constituunt nonnulli inter forum cœlitum, & forum hominum circa læsionem cõtingentem in emptione, & venditione vltra dimidium iusti pretij, dicentes cessare in foro animæ decisionem illius legis secund. C. de resc. vend. debere. que contrahentẽ in foro isto resarcire quãcunq; læsionem, quam alteri contrahenti intulerit: & in hac opinione fuit Innoc. in c. in ciuitate, de vsuris, & Bald. in c. cum causa, de testibus, vbi mercatores irridens, seu potius miseratus, subiunxit: quo igitur ibit anima mercatoris? & hanc magis communem esse opinionem intelligere licèt, ex Tiraquel. in legib. cõnubialibus, 9. part. n. 11. licèt etiam ex Couar. var. lib. 2. cap. 4. atq; ex Pinelo in l. 2. de rescindend. vendit. 11. part. cap. 1. & denique, ex Matienç. in l. 1. titul. 11. lib. 5. Recopil. glos. 1. num. 6. non defuerunt tamen alij, & non leues quidem opiniones, qui contrarias partes tueantur, in quibus est idem Bald. sibi vt solet parum constans in authentic. at hæc, C. de vsuris, Aretin. in cap. cum causa, de testib. Dueñas regul. 148. & Padill. in l. 2. C. de rescind. vendit. num. 73. qui alios per multos eiusdem simultatis citant authores. Sunt & 13
alij, qui in ea re distingue. dum esse putant hoc pacto, vt siquidem dolus fuerit adhibitus ex proposito, id est, adhibita fraude, aut mendatio, tum vera sit prior opinio, & teneatur in foro conscientiæ qui contrahentem decepit, restituere illi illud in quo eum decepit, etiam si læsio sit intra dimidium iusti pretij: at si re ipsa inciderit dolus, nempè non adhibita consulto fraude, tum sit vera ista secunda opinio, neque teneatur in foro animæ contrahens: perinde ac non tenetur in foro seculi, si læsio non sit vltra dimidium iusti pretij. Huius distinctionis author est Calderin. in rep. c. nauiganti, de vsuris, & placet Panor. in cap. in ciuitate, eod. tit. Felin. in cap. cum causa, de testib. Salice. in authent. ad hæc. C. de vsur. Deci. in cap. 1. de constituto. & nostrati. Anto. de Burg. in cap. dilecti, de emptione, & venditione. Et hæc mihi verior videtur opinio, neque enim credendum est, Pontificia iura, quibus de anima præcipua cura est, vt in non dissimili specie tradit Panormit. in cap. filius. de testamen. hanc toleraſſent læsionem intra dimidium iusti pretij, si ea cum pecca
14 to quicquam habere commune: & tamen eam tolerare videmus in capit. dilecti, & in cap. cum causa, de empt. & vendit. Illud tamen admonendi sumus, pretium iustum (quod scilicet, taxatum lege non sit) latitudinem in se habere, & tanquam gradus quosdam moderationis cõtinere. Aut enim est pretium supremum, seu rigurosum, aut medium, aut infimum, authore Soto in 4. sententiar. distinct. 15. quæst. 2. Conradus, de contractibus, 3. part. quæst. 16. Nauar. in cap. qualitas, de pœnitent. distin. 5. Couar. lib 2. variar. capit. 3. Qui igitur hos gradus moderationis non fuerit prætergressus, neque in foro fori, neque in foro poli læsionẽ præstare tenetur: quoniam non est dicenda læsio, quæ iustum pretium non egrediatur, vt authores omnes superiùs relati testãtur, & Sõtus de iustitia, & iure, lib. 6. q. 2. art. 3. & Matienç. in d. l. 1. glos. 1.

8. Differ. Ilthæc insuper fora diuinum, & humanum, illa non mediocriter separat differentia, quod secundum leges humanas maritus impunè potest occidere vxorem, & adulterum in crimine deprehensos, vt habetur in l. Gracus. C. ad l. Iuliam, de adulterijs, &

rijs, & in legibus septem partiti iuris, & Recopilation. eodem titul. Cæterum in foro animæ id minimè licere, docet glos. vulgaris in cap. inter hæc, 33. quæst. 2. cui cæterorum authorum calculos accessisse cernere est apud Tiraquellum de legibus connubialibus, l. 13. numer. 18. hunc dum cito, scito me longam scriptorum nomenclaturam recitare, ideò alios omitto referre: sunt tamen qui, & in foro animæ liberent maritum à peccato, de quorum numero est Ruynus cons. 4. lib 5. & Iul. Clar. in §. homicidium, num. 50. Menchac. controuersiarum, capit. 42. Et hæc opinio fortasse verior est, alioqui dicendum esset peccare carnificem, qui iudicis authoritate reum strangulauerit, quòd longè secus est, nemo enim. vt ait August. peccat authoritate legis, cap. qui peccat, 23. quæst. 4. Paruiquè refert, quòd reus causa cognita capite plectitur adultera in dicta causa necatur. Nam in notorijs iudiciarius ordo necessarius non est: Quis autem inficias, ibit non satis esse notorium delictum, cum adulteri in ipso crimine deprehenduntur? Euidentia enim rei manifestam rem facit, cap. 2. & cap. fin. de cohabit. cleri. & mulier. tradit Bosius in praxi, tit. de crimine notorio, num. 1.

15

9. Differ. Illud quoque palam est differre forum fori, & forum poli quod leges pœnales quæ quotidie versantur in foro secu-
16 li, minimè locum habent in foro animæ, antea quam quis legitimè sit condemnatus: vt extat de ea re glossa celebris in capit. fraternitatis, 12. quæstio. 2. quæ ab omnibus feræquè Iurisperitis, & Theologis recipitur: teste Felino, & Decio, in capit. 1. de constitut. Illius tamen glossæ conclusio intelligenda est, quod attinet ad ipsam pœnã:
17 nam quod attinet ad damnum, quod contra legis prohibitionem proximo illatum est, forum quoque conscientiæ de eo iudicat, vt asserit Alphonsus à Castro de lege pœna. lib. 1. cap. 9. finge exemplum in eo qui frumentum vendidit pluris quam lege Regia taxatum est. Nam & in foro conscientiæ reiarcire tenebitur pretium, quod pluris vendidit, sicuti tradit ipse Castro, & Mexia, in tractatu cui titulum fecit de taxa panis, conclusione 1. Illud tamen inter ipsos scribentes magnopere controuerti solet, an illius glossæ sententiæ cesset. Quando pœna irrogatur à lege ipso iure, vel ipso facto: quod par est. Siquidem, quando lex ipso iure pœnam infligit, & in foro animæ locum sortiri, Abb. in capit. 1. de constit. cui illic restipulantur. Felin. & Decius. Sunt tamen alij non leuis authoritatis qui contrarias partes tueantur, & inter eos est Bart. in l. eius qui delatorem, ff. de iure fisci Archidia. Anchar. & Franc. in cap. cum secũdum leges de hæreticis in 6. Sed quid agimus? Quid, crambem bis coctam proponimus: cum in nostra memoria hanc quæstionem nobis pueris ex professo agitauerint duæ facræ Theologiæ vertices: alter est Alphõsus à Castro Franciscanus, alter est Dominicus à Soto, dominicę professionis, lib. 1. de iust. & iure, quæst. 6. artic. 6. in contrarias tamen atque diuersas discesserunt opiniones: nam Castr. Abb. amplectitur opinionem, Sotus autem contrariam fouet, atque propugnat, constanter asserens pœnam etiam ipso iure à lege impositam locum non sortiri in fo 18
ro conscientiæ, & planè, vt viri isti erant vterque doctissimi, & acutissimi contis remisquè partes suas magnis vltro citroque iactis argumentis tuentur. Cæterum) vt breuiter finiamus) Soti opinio, vt est magis pia & humana ita plures, imo omnes ferè posteros in sua traxit sententiam; illius enim sententiæ se subscripsit Simancas vir sanè acris ingenij in catholicis institutionibus, titul. 9. numer. 77. Qui fortiter, & acute Castri satisfacit argumentis, & Anton. Gomez in commentarijs, tomo 3. titul. de confiscation. bonorum, numer. 3. Minchaca controuersiarum, cap. 28. num. 14. Matienço in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. glo. 10. num. 12. Didaci Perez in l. fin. titul. 3. libr. 2 ordina. qui hanc magis cõmuniter approbari testatur, idemquè facit Menesius in lege si maior, num. 47. C. de transact. & hanc opinionem ego apertis vlnis amplector: nam, vt quod potentissimum est, semel dicam, ea non obscurè probatur in capit. cum secundùm leges de hæret. in 6. vbi definitur, pœnam publicationis, seu confiscationis bonorum quam ipso iure incurrit hæreticus exigi à fisco non posse priusquam declaratum sit per sententiam iudicis competẽtis, eum esse hæreticum, & idem definitum extat in l. 77. Tauri est hodiè lex 10. tit. 9. lib. 5. Recopil. si igitur in exteriori foro hoc recipitur multo magis est recipiendum in foro interiori animæ, quid constat esse multo mitius, & benignius. Quid vero si iudex pronuntiauit esse hæreticum, sed more Laconum (qui breues esse solẽt) nihil aliud dixit, neque declarauit, bona ad fiscum pertinere, an hoc casu dicemus in foro conscientiæ debere eum bona fisco restituere? mouet hoc Caietanus, verbo, pœna, & affirmat 20
etiam eo casu, pœnam non habere locum

in foro conscientiæ, sed Caietano repugnat, vtroque cornu iurisconsultus in l. 1. §. 1. ff. ad Senatusconsultum, Turpilianum in hæc verba inquiens: *Si condemnauit, quamuis nihil de pœna subiecerit tamen legis potestas aduersus eũ exercebitur: nam vt Papinianus respõdit, facti quidem quæstio in arbitrio iudicantis est, pœnæ verò persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur.* Et ita à Caietan. dissentiunt reliqui teste Alphons. de Castr. dicto libr. 2. de lege pœnali, capit. 10. sed ignoscamus homini Theologo alioqui doctissimo qui iuris dogmata præsertim tam exoterica, non tàm exactè didicit.

10. Different. Singularis est etiam illa differentia inter forum fori & forum poli, quę colligitur, ex capit. literas, de restitut. spoliat. atquè ex cap. inquisitioni de sentent. excommunic. vbi mulier quæ diuertitur à viro, propterea quod post contractum matrimonium cognouit se esse consanguineã mariti intra gradum prohibitum, excommunicatur à iudice donec reuertatur ad virum. Et tamen in foro animæ non tenetur cohibitare cum viro, neque illi debitum reddere coniugale. Ad quorum iurium intelligentiam præter classicos ibidem consulendus est Nauarr. in cap. si quis autem, de consecrat. dist. 6. num. 104.

11. Differ. Constat, & alia differentia, ex gloss. in cap. de his, de accusat. quæ ait, pœnitentiam à sacerdote iniunctam in foro animæ non liberare delinquentem (pone periurum, aut blasphemum) à pœna per legem humanam imposita: Quin nihilominus poterit in foro seculi accusari, & pœnas dare: cum glossa autem consentiunt, & reliqui, vt fidem facit Couarr. lib. 2. variar. cap. 10. nu. 3. Hoc autem nulla alia de causa contingit, quam ex defectu iurisdictionis, secretum enim illud, & priuatum iudiciũ, quod apud sacerdotem conscientiarum censorem peragitur, non ampliorem quidem habet potestatem, quam quæ sit necessaria animas Deo reconciliandas. Porro publica secularis fori potestas latiùs patet, ideò enim insontes, & delinquentes animaduertunt leges, vt debitas luant pœnas, & cæteri illorum exemplo commonefacti à peccando deterreantur. Sic etiam & defectu iurisdictionis contingit interdum, vt quis sit absolutus ab excommunicatione in foro interiori, & tamen in exteriori foro non sit absolutus, velut cum excommunicatus contsentiente parte fuit absolutus à sacerdote in foro animæ, ex potestate Bullæ, quæ sub titulo Crucis concedi solet; nam in foro seculi non habetur pro absoluto, sicuti (ne rem actam agamus) tradit Couarru. in capit. Alma mater, 1. part. §. 12. numer. 16. & Gutierrez, allegat. 9. & latiùs canonicarum quæstionum, lib. 1. cap. 2. & nos quoquè dicemus: hoc opere cum de excommunicatione egerimus.

12. Different. Illud postremo forum fori, & forum poli longe distant, quod scriptum est ab Innocentio subobscurè tamen, & nutanter vt solet, sed cum cæterorum tamen magno consensu in capit. quod sicut, de elect. num. 8. tutum esse in foro conscię tiæ electum ad beneficium, seu Episcopatum, quando sine fraude, & dolo facta est electio, licèt aliquid in ea defuerit solemnitatis. Quid ais? recordare te in alienatione rei Ecclesiasticæ, vel minoris minus solemniter facta, contrarium paulò antè probasse illatione 5. Recordor sanè, cæterum si animaduertis longa est vtriusquè rei differentia. Quid ita quæso? quia in alienatione rei Ecclesiasticę, vel minoris est persona certa, cui facienda sit restitutio, in electione non est persona certa, cui facienda sit: deinde in alienatione rei Ecclesiasticæ, vel minoris, siquid defuit solemnitatis vtriusque contrahentibus imputari culpa potest, cui id non præcaueri curauit. At in electione siquid defuit solemnium electoribus imputandum est, electo autem nihil impingi culpæ potest, cum in eius non fuerit potestate id præcauere. Deniquè in electione rei Ecclesiasticæ, vel minoris iustitia versatur commutatiua. Contra in electione iustitia versatur distributiua, atqui inter iustitiam commutatiuam, & distributiuam longa est differentia, vt superiùs diximus differ. 8. Quod nostros interpretes, atquè item Theologos viros, alioqui doctissimos, & acutissimos nõ perpexisse miror. Secundùm hæc igitur, & illud quoque probandum erit, quod scriptum est à Nauar. in additio. ad Manua. vulgari sermone edito, & si aliquid solemnium defuerit ijs candidatis, qui ad lauream literariam promoti sunt, de ijs quæ, aut academiæ statutis, aut legibus Regijs exiguntur, pone in l. 5. cum seqq. tit. 7. lib. 1. Recopila. Attamen si ij idonei fuerint tutos esse in conscientia. Non difficilè foret aliàs, quam plures inter forum fori, & forum poli reperire differentias: quas ego sciens, prudensque omitto, ne longum faciam, & excedam mei instituti modum, qui breuis esse laboro.

SVM-

SVMMARIVM. Differentia decimatertia.

Beneficium propriè, & strictè acceptum differt à priuilegio: quia beneficium est concessio facta à Principe secundùm legem, numer. 1.

Priuilegium est concessio facta à Principe contra ius commune, nu. 2.

Priuilegium dicitur quasi lex priuata, nu. 3.

Rescriptum latè acceptum comprehendit priuilegium, & dispensationem, nu. 4.

Rescriptum propriè, & strictè dicuntur literæ, quibus Princeps aliquid rescribit ad obseruãtiam iuris communis, nu. 5.

Rescriptum vulgo appellatur breue, quod nomẽ Latinum est, nu. 6.

Dispensatio est prouida iuris communis relaxatio vtilitate, seu necessitate pensata, nu. 7.

Inter beneficium Principis, priuilegiũ rescriptum, & dispensationem, differentia. 13.

1 BEneficium, si latè accipias, priuilegium complectitur, rescriptum, & dispensationem, vt declarant Bart. Ias. & reliqui in l. beneficium, ff. de constitut. Principum, glos. & Abb. in capit. olim tibi, de verbor. signific. sed stricti̇m, & propriè accipiendo beneficium differt â priuilegio: quia beneficium dicitur concessio facta à Principe, secundum legem, vel prẽter legem, vt author est Bart. in dict. l. beneficium, & ibidem Ias. num. 25. Paulus de Castr. in l. maritum, ff. solut. matrimo. Prateius in lexicon, verbo, beneficium. Vulgo beneficium appellatur gratia, vt in capit. gratia, de rescript. in 6. &
2 alibi sæpè. Priuilegium verò est concessio facta à Principe contra ius commune, authore Bart. in l. 1. C. de iuris, & facti igno. & in l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. Alexand. in l. quia tale, ff. solut. matrimon. Ias. in dict. l. beneficium, num. 27. Di-
3 citur autem priuilegium quasi lex priuata, cap. priuilegia distinct. 4. & tradit etiam Aulus Gelius noctium Atticarum, lib. 10. cap. 20. & ante eum Cicero pro domo sua: tametsi alias ethymologias scribat Rebuf. in praxi beneficiorum, lib. 1. titul de differentia inter rescriptum, & priuilegium. Sed prior ethymologia, & verior est, & probatur apud nos in l. 2. titul. 18. part. 3. Iurisconsulti frequentiùs vtuntur nomine immunitatis quam priuilegij, vt est cernere cùm alibi, tùm in toto titul. ff. de iure immun. Rescriptum si latè accipias comprehendit priuilegium, atquè dispensationem, vt tradunt Bart. & Ias. in dict. l. beneficium. ff. de constitutio. Principum. Nihil enim 4
aliud est rescriptum, quàm literæ, quibus Princeps respondet ad ea quæ sibi de iure consuluntur, vt intelligere licèt cùm aliàs passim, tùm ex l. rescript. C. de precibus Imperat. offer. Allucinatur igitur Ripa (doctissimi viri Pace dixerim) in capit. de rescriptis, numer. 10. dicens, rescriptum dici: quia bis scribatur, etenim rescribere non dicitur, quia bis scribatur, sed quia ad scriptum respondetur, vt omnia vbique authorum commentaria demonstrant. Et illud Ouidij epist. 1.

Nihil mihi rescribas: attamen ipse veni.

Sic etiam respondere, & restipulari dicuntur, non quia bis promittatur, sed quia ad sponsionem, & stipulationem respondemus, vt in §. præterea, institut. de inutilibus stipulat. & in l. fin. C. de relationibus. Rescriptum autem propriè accipiendo dicun- 5
tur literæ, quibus Princeps aliquid rescribit ad obseruantiam iuris communis, vt tradunt Bart. Ias. in dict. l. beneficium, ff. de constitut. Princip. Panormitan. & Felin. & reliqui in rubr. de rescript. Vulgò rescriptum appellatur breue, quod nomen item Latinum esse apparet, ex l. excellentia, C. de 6
millitaris annonæ erogatione, & in l. 1. C. de exactionibus tributorum, lib. 10. Dispẽ 7
satio est prouida iuris communis relaxatio, vtilitate, seu necessitate pensata, vt definit Speculator titul. de dispensatione, §. 1. & Ias. in dicta l. beneficium, ff. de constitut. Principum, num. 30. Alciat. lib. 2. ff. de verbor. signific. Rebuf. in praxi beneficiorum, 1. part. tit. de dispensatione. Differt itaquè à priuilegio: quia in priuilegio nõ est necessaria causa, vel vtilitas, in dispensatione est necessaria, vel verius (vt ego quidem sentio) priuilegium est perpetuum, vel saltem ad longum tempus, quia cum lex sit priuata perpetua esse debet, non momentanea, dispensatio verò est ad breue tempus, vt facilè intelligere poteris ex omnibus exemplis, quæ de priuilegis, & dispensatione occurrunt.

(**)

SVMMARIVM. §. I. differ. 13.

In beneficio Principis latissima est facienda interpretatio, nu. 1.

In priuilegio, & dispensatione stricta facienda est interpretatio, nu. 2.

In rescripto distinguendum est: nam si datur ad lites, strictam, si ad iuris communis obseruationem, latam accipit interpretationem, numer. 3.

Donationes, seu mercedes Enriqueñas, beneficium Principis non priuilegium dici debent, vnde adiecta illis est clausula, vt possessore decedente sine filio legitimo bona redeant ad Regiam coronam, nu. 4.

Sicuti succedit filius in bonis Henriqueñis succedit etiam nepos, nu. 5.

Fœminæ etiam succedunt in bonis vulgo dictis, Enriqueños, nu. 6.

Extenditur ad transuersales vltimi possessoris, qui sine liberis decessit dummodo descendant a primo donatario, nu. 7.

Concessiones quæ à Rege fiunt bonorum vacantium, anteaquem ad fiscum sint delata, strictim interpretandæ, nu 8.

Gratia facta à Rege Sacerdoti, vt possit filio suo spurio legare, strictè est interpretanda cum dispensatio sit, nu. 9.

Intellectus ad leges Regias, quibus cautum est, ne filij legitimati, seu natalibus restituti fruãtur nobilitate parentum, nu. 10.

§. PRIMVS.

IN vsu autem iuris per multum interest, inter beneficium, priuilegium, rescriptum, & dispensationem, siquidem in beneficio Principis latissima est facienda interpretatio: quia nimirum secundùm iura conceditur, aut præter ius, dicta lex beneficiũ, ff. de constit. Principum, capit. cum dilecti, de donationibus, cap. olim tibi, de verbor. signifi. Crauet. consil. 45. nu. 9. Beroi. cons. 70. volu. 1. Ruyn. cons. 161. lib. 5. Roland. consil. 50. vol. 3. cõtra in priuilegio, quoniã aduersus iura profertur, & ideò stricta faciẽda est in eo interpretatio, l. si quando, C. de inoffic. testament. l. si verò, §. de viro, ff. solut. matrim. glos. in cap. 1. de const. in 6. & illic Classici omnes, & superiores tradunt authores: idemquè in dispensatione probãdum est: cum ea (vt diximus) iuris communis relaxatio sit, textus, & interpretes in capit. 1. de filijs presbyteror. in 6. cap. quia dilecto, de consangui. & affinita. ita, vt ne ex maiori quidem ratione sit admittenda in dispensatione argumentatio, secundùm Felin. in cap. postulasti, de rescript. Couarr. in 4. decret. cap. 8. §. 8. & Gutier. cano. quæst. lib. 2. cap. 15. num. 25. Alcia. ff. de verbor. signif. lib. 2. In rescripto autem distinguendũ est: nam aut datur ad lites, & strictim interpretandũ est, odiosum enim est, quia ordinariã derogat iurisdictionem, cap. cum dilecta, de rescript. glo. in c. olim, de verborũ signifi. Sin autem detur ad iuris communis obseruationem, latam accipiet interpretationem, l. falso, C. de diuersis rescript. tradit Iaſ. in dict. l. beneficium, ff. de constit. Princip. num. 34. Abb. & Felin. in d. cap. cum dilecta, de rescript. & in rubr. eiusdem tit. Ex his autem nonnulla in pragmaticorũ vsum inferre nobis licebit, & infertur primo ad donationes factas à Rege Enrico II. quæ vulgo appellantur bona Enriqueña, in quibus illa est ab ipso Rege suo in testamento adiecta conditio, vt possessore decedente sine filio legitimo bona ad Regiam redeant coronam, vt cernere est in l. 11. tit. 7. lib. 5. Recopila. Dicendum est enim latam interpretationem in hac clausula faciendam esse: quia beneficium Principis est, non priuilegium. Siquidem quando Rex facit donationem ob benemerita non dicitur priuilegium, sed beneficium, vt notant scribentes in cap. grandi, de supplenda negligẽtia Prælatorum, in 6. & probatur in l. fin. C. de prępositis agentium in rebus, libr. 12. & apud nos in l. 1. titul. *de las donaciones*, lib. 5. Recopil. tradit Greg. in l. 5. tit. 5. partit. 2. & in l. 14 tit. 9. partit. 6. verbo *señalados*. Couar. in practicis quæstionibus, cap. 1. conclusione 10. Mieres de maioratu, 4. parte, limitatione 3. Igitur licèt lex illa Regia loquatur de filio, intelligenda quoque est de nepote, itaque si vltimus possessor decedat sine filijs, relicto nepote legitimo dicendum est, deficere cõditionem, nepotemquè rectè in illis bonis succedere, quippè cum in his quę sunt fauore digna appellatione filiorum veniunt nepotes, Bart. in l. libellorum, ff. de verborum significatione, & illic Alciatus, Alex. cons. 37. volu. 6. Tiraquellus de primogenitis, quæst. 40. & in illius clausulæ interpretatione omnes nostrates recipiunt, vt est videre apud Palacium Rubeum in repetitione rubricæ, §. 69. numer. 29. & Molina de primogenitis, libr. 1. c. 6. nu. 21. Quim & ad fœminas, quoquè porrigendum placuit

1 2 3 4 5 6

7 placuit Matienço in eadem l.glo.8.num.6. & ibidem Azeuedo:amplius,& ad transuer sales vltimi possessoris, qui sine liberis defunctus est,modo descendant à primo donatario,placuit Molinæ d.lib.1.cap. 6.& Matienço dicta gloss.8. in fine.Quanquam dicant difficulter id obtineri posse:quia,scilicet, fœliciter semper cadunt Iobis taxili, vt vetus dictat prouerbium.Quibus magno pere opem fert,quod Rex sanxit,vt donatarij bona illa possideant iure maioratus, sequi igitur debent naturam aliorum maioratuum huius Regni,iuxta ea, quæ tradunt Couarru.lib.3.variarum resolutio.capit.5. Atque proinde cum Rex ipse Henricus loquatur cum primis donatarijs,in quos beneficium contulit, & omnes illorum successores vocasse videtur, quandoquidem titulo maioratus bona eos habere voluit. Verum, quia hæc quæstio Regiam videtur postulare definitionem siquidem priuilegiorum interpretatio ad eum pertinet,qui ea cõtulit, cap.cum venissent,de iudicijs, tradit Ioan.
8 Garsia de nobilit.gl.1.§.1.n.79.Hæc satis superquè de Henricia clausula. Infertur deinde,concessiones,quæ à Rege fiunt bonorum vacantium antea, quam ad fiscum sint delata,strictim esse interpretandas:quia aduersus leges conceduntur,l.1.de petitionibus sublatis,l.13.tit.10.lib.5.Recopilationis,quarum legum abrogatio miror cur non fiat in his literis,quæ de bonis vacantibus concedi hodie solent, vt necesse est fiat in his,quæ aduersus iura conceduntur, iuxta l.fin.C.si contra ius,vel vtilitatem publicam,& l.29.tit.18.par.3.Proinde necessarium videtur,vt clausula,non obstantibus, in illis concessionibus bonorum vacantium adijciatur. Infertur quoque ad gratiam factam à Rege sacerdoti,vt possit filio suo spu
9 rio relinquere tot,fortè quingenta:quia dispensatio cùm sit,strictim est interpretanda, quanquam adhuc intelligendam illam gratiam puto:vt eam quantitatem habere possit filius spurius, vltra quincuncem, quem pater ei legare poterat.

Ne alioquin inutilis omnino gratia sit contra capitulum porro,de priuilegijs,& l. si quando,C.de inofficioso testamento. Infertur deinde ratio ad leges Regias, quibus
10 cautum est,ne filij legitimati, seu natalibus restituti fruantur nobilitate parentum, eæ sunt lex 12.tit.2.lib.6.& lex 20.tit.11.lib. 2.Recop.Ratio enim est: quia legitimatio (vt vulgari,verbo, vtar) dispensatio est,& proinde strictim accipiẽda erit, vt est latius videre apud Grego.Lop.in l.9.tit.18.part. 3.verbo, *non auia.* Et in l.4.tit.15. part.4. verbo,*todas las honras*, Auendañus in dictionario,verbo.*hijo natural*.Dueñas regul.69. Padilla in l.naturalis, ff.de præscriptis verbis,num.12.Boerium decis.127.num.21. Ioannem Gutierrez in repetione,§.sui,nu. 189.Quibus addito legem quæritur, ff.de naturalibus restituendis. Hanc autem definitionẽ intellige procedere de iure Regio: nam secundum ius commune legitimatos nobilitate parentum potiri placuit multis, quos refert Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum,lib.11.tit.30.nu.37. refertur præterea interpretatio ad Bullam, quæ sub titulo Crucis concedit à Romano solet Pontifice:nam quatenus est præter ius, puta esse indulgentijs quas concedit: quia beneficium est,latè est interpretanda,quatenus verò est contra ius, veluti in quadragesima oua, & lacticinia comedere liceat: quia contra ius est,vt habetur in cap.de esu carnium, distinction.3. cum alijs eiusdem distinctionis: quia priuilegiũ est, stricto est modo accipienda, vt declarat Manuel Rodericus in explanatione eiusdem Bullæ vulgari sermone ædita,dubitatione 2.Quapropter licentia,quam Bulla illa concedit eligẽdi confessorem,non debet porrigi ad confessionem,quæ sub Paschate fieri debet,ne præiudicium fiat Parochis contra cap.omnes vtriusque sexus de pœnitentijs,& remissionibus, & contra Clementinam dudum de sepulturis. Infertur etiam ad rescriptũ, seu breue,quo facultas data est puellæ illustri,vt in Monasterio monialium commorari valeat:dicendum est enim non posse ipsam secum famulam deferre, nisi aliud dictum sit in breue:quia aduersus iura est huiusmodi licentia,vt constat ex cap.finali,de statu monachorum,atque ex proprio motu Gregorij Decimitertij.

SVMMARIVM.

§. II. Different. 13.

Priuilegium, quod Alphonsus Rex Legionensis concessit Christophoro Perez,ad fœminas illarumq; descendentes extenditur,nu.1.

Verbum,descendentiam,fœminas etiam ex propria significatione comprehendit, nu.2.

Priuilegium quantumuis sit strictè interpretandum, propriam non respicit significationem, num.3.

Priuilegium hoc pertinet ad fœminas etiam

matrimonio iunctas, num. 4.

Intellectus ad textum in l. 1. §. fin. ff. de iure immunitatis, nu. 1.

Fœminæ non sunt de genere, neque familia proprie loquendo: quia sunt suæ familiæ, vel generis principium, & finis, nu. 5.

Diuersa est ratio legis, 1. ff. de iure immunitatis, atque huius priuilegij: quia datum est descendentibus, quod fœminas etiam comprehendit, numero, 8.

§. SECVNDVS.

INfertur insuper ad priuilegium, quod Alphonsus Legionensis Rex concessit Christophoro Perez, vulgo appellantur del inserto, cuius hæc sunt verba.

Alphonsus Dei Gratia Legionensis Rex, tibi Ioanni Roderico vassallo meo mandato tibi firmiter, quod tu non lues petitum de filijs, neque de filiabus, neque de nepotibus, neque de bisnietibus de Christophoro Petri, neque de ipsis, qui descendunt de ipsis: quia ipsi monstrauerunt mihi chartam per quam sunt liberi à petito.

1 Quæsitum ex facto sæpè fuit, an hoc priuilegium ad descendentes ex fœminis porrigatur, & quanquam in varias itum est sententias, mihi magis placet, & ad fœminas illarumque descendentes priuilegium attinere: nam verbum descendentium, & fœminas ex propria significatione complectitur,

2 Authent. de hæredibus ab intestato venientibus in principio collatione 9. Dominicus in cap. statutum 2. de hæreticis in 6. Paul. de Castro in l. 1. C. de conditio. insertis. Priuilegium autem quantumuis sit stricti interpretandum propriam non respicit significationem, Angel. & Ias. in dicta l. beneficium, de constitut. Princip. Aretinus in lege cum lege, ff. de testam. Antonius in cap. olim de verbor. significat. & in simili priuilegio idem respondit Alexand. consil. 60. volum. 2. & Decius consi. 223. atque, ex nostratibus idem fecit Burgos de Paz cõs. 23.

3 Quin illud probãdum est, priuilegium hoc pertinere ad fœminas, etiam matrimonio iunctas, quanuis enim Bartolus in l. quoties, C. de priuilegijs scolarium scriptum reliquerit, priuilegium concessum alicui pro se, & suis descendentibus non comprehendere fœminas nuptas, & sequuntur illum quam plures: verior est tamen contraria opinio. & à complurimis recepta, vt illius modi priuilegio, etiam fœminæ nuptæ potiantur, vt videre est apud Emanuelem Suarez in thesauro receptarum sententiarum, verbo, descendentibus, & apud Pinelum in l. 3. C. de bonis maternis, num. 34. & quanquam ipse affirmet Bartoli opinionem numero prævalere, cæterum illam veram non esse liquido constat, ex l. 13. titul. 18. lib. 9. Recopil. quæquidem in tanta Doctorum simultate, ac discordia plurimi est facienda: sed neque nos conturbare debet textus in 5
l. 1. §. fin. ff. de iure immunitatis, vbi Vlpianus in hęc verba inquit: *Personis datæ immunitates hæredibus non relinquuntur, sed & generi, poterisque datæ ad eos qui ex fœminis nati sunt non pertinent*: Nam, vt ommittam multifariam, mulsisque modis ab interpretibus illam legem accipi: vt est cernere apud Decium in regu. fœminæ, ff. de regulis iuris, & apud Tiraquel. de retractu linagier. §. 1. glossa 9. Pinelum de bonis maternis, l. 3. nume. 34. Ioannem Garsiam de nobilitate, §. 1. glossa 5. num. 40. Mieres de maioratu, 1. part. quæstio. 51. Diuersa res est (vt ego 6
quidem sentio) siquidem in illa l. 1. fuit datum priuilegium generi posterisque fœminæ autem propriè accipiendo non sunt de genere, neque de familia: quia fœminæ suæ familiæ, seu generis principium, & finis sunt: lex familiæ, § 1. ff. de verbor. significic. §. 1. institut. de legitima agna. tutela, lex. 3. titul. 21. part. 2. Quod si aliquando fœminæ dicuntur ex genere, vt in l. 1. ff. de liberali causa, & quæ latiùs affert Tiraquel. de retract. linag. §. 1. gloss. 9. numer. 240. solummodo sortitur locum in his quæ fauore digna sunt. Proinde cum lex illa, 1. ff. de iure immu. loquatur in priuilegio, quod strictam recipit interpretationem, neque verba priuilegij fœminas propriè comprehendant, nihil mirum, quod lex illa fœminas excludat, quia non sunt de genere cui priuilegium datum est. At in priuilegio de quo agimus, contra est: quia datum est descendentibus, quod verbum etiam fœminas ex propria significatione comprehendit, vt diximus, & aperte probatur in illa lege 13. tit. 18. lib. 9. Recopilat. Cæterum: quia priui- 7
legij vsus magnam habet in definiendo authoritatem, lex cum de interpretatione, ff. de legibus, Bart. in l. vsum aquæ. C. de aquæ ductu, libr. 10. Alexand. consil. 69. volum. 5. ex vsu, & longa consuetudine, quid sequendum sit decernendum erit, vt superiùs diximus, & tradit Ioann. Garsia de nobilitat. gloss. 1. §. 1. numero 32.

SVM-

SVMMARIVM. §. III. diff. 13.

Priuilegium ad non soluendum portorium (vulgo pedagium) solum prodest ad Regia portoria, non ad pedagia Magnatum, seu vniuersitatum. num. 1.

Tam beneficium, quam priuilegium Principis reuocari potest à Principe si hoc, aut illud dã nosum incipiat esse Reipublicæ. num. 2.

Sufficiens causa reputabitur ad hoc, si necessitas magna Principem, aut Rempublicam inuasserit. num. 3.

Antona Garsia vxor fuit Ioannis de Monroi, nõ pastoris cuiusdam, vt reliquit scriptum Illescas, in quo deceptus fuit. num. 4.

Diuersum est priuilegium pastoris à priuilegio Antonæ Garsiæ. num. 5.

Per reuocationem generalẽ priuilegiorum, quæ sunt in corpore iuris inclusa, num. 6.

§. TERTIVS.

ILlud autem commune est inter beneficium, & priuilegium, quod vtrumquè intelligitur datum à Principe sine tertij præiudicio. l. 1. §. merito, & §. si quis à Principe. ff. nequid in loco publico, cap. ex tuarũ de authoritate, & vsu pallij, tradunt Iaso. & reliqui in dicta, l. beneficium. ff. de constitutionibus Principum. Ex quo probandum
1 videtur, id quod à nonnullis nostratium traditum est: priuilegium, quo quis eximitur à soluendo portorio (vulgo pedagium appellatur) solummodo prodesse ad Regia portoria non ad pedagia Magnatum, vel vniuersitatum. In qua sententia fuit Gregor. Lopez in l. 11. titul. 18. part. 3. verbo, donde lo deue auer, & Ioann. Garsia de nobilitate, glos. 1. §. 1. num. 76. Intellige tamen præiudicium magnum esse debere, nã propter paruum præiudicium non est derogandum priuilegio secundum Iassonem in
2 l. quo minus. ff. de fluminibus, num. 80. & ibidem Ripa. Illud quoque commune est inter priuilegium, & beneficium Principis, quod si hoc, aut illud incipiat esse damnosum Reipublicæ, reuocari à Principe rectè poterit pro parte, autin totum, vt res exegerit, authore Iassone in lex facto. ff. de vulgari, & pupillari, & Guillelmo Benedicto in capit. Raynuntius, verbo, & vxorem, numer. 125. Suarez allegatione. 8. & 9. Acosta in quæstione de patruo, & nepote, 1. part. §. 1. numer. 2. Tantumdemquè erit, si
3 necessitas tam magna Principem, aut Rempublicam inuaserit, vt id fieri iuadeat secũdum Baldum in l. iubemus nullam. C. de sacrosanctis Ecclesijs, & Iassonem in §. item Seruiana, num. 108. Institutа de actionibus: Cuius rei habemus apud nos exempla non vulgaria in leg. 4. tit. 10. libr. 5. & in l. 31. & 32. tit. 18. lib. 9. Recopilat. Ex illa autem posteriore lege (vt id interim admoneam) apparet, virum illius Antonæ Garsiæ de cuius priuilegio illic agitur appellatum fuisse Ioannem de Monroi.

Constat igitur deceptum fuisse Illescam 4
(virum alioqui per doctum scriptoremque sanè, quam diligentissimum, & quem honoris causa nominatum esse volo) dum scriptum reliquit in historia Pontificali, libr. 6. fuisse illam vxorem cuiusdam pastoris priuilegium enim pastoris diuersum est ab hoc priuilegio Antonæ Garsiæ, & vtriusque causa diuersa fuit. Huius enim datum fuit, quia à Portugalensi Rege iniustè occisa fuerit, ptopterea quod in fide Regis nostri Ferdinandi constanter perstitit. Pastori autem datum est priuilegium propterea quod aperuit nostris aditum ad Taurinam ciuitatem ab ipsis Lusitanis occupatam. Quo pastore duce nostri per rupes cautes, & abruta itinera ducti murum transcendentes in vrbem irruperunt, & Lusitanorum custodijs trucidatis eam expugnauerunt, vt refert Antonius Nebrisensis in Chronico Regum Ferdinandi, & Elisabet, lib. 6 cap. 1. & ob eam rem pastoris priuilegium, vulgo appellatur de la guia. Itaque est diuersum ab illo Antonæ Garsiæ, de quo leges Regiæ loquuntur, quod quoniã à nostrarum legum interpretatione alienum non est, ingratum tibi amice lector videri non debet. Illud etiã admo- 6
nendi sumus per reuocationem generalem priuilegiorum non videri reuocata priuilegia, quæ in corpore iuris clausa sunt, vt tradit Palacios Rubeus in repetitione Rubricæ de donationibus. §. 16. n. 11. & Iass. in l. 1. ff. de cõstitutionibus Principum. n. 16. Cacialupus de debitore fugitiuo q. 5. n. 10. quibus addito Benedictũ in cap. Rainuntius, verbo mortuo secundo, nu. 173 Sed quid agimus? succurrunt tanta in priuilegiorum materiam, vt nos in campum vocent habenas, quæ laxare suadeant, sed sistam gradũ, nam nostri libelli institutum statutos cancellos transgredi nos non patitur.

SVMMARIVM.
Differentia 14.

Codicillorum appellatione plur liter non in ſingulari proferri notiſsimi inris eſt. num. 1.

Palmarum folijs vtebantur antiqui ad libros cõ ſcribendos, & inde pagina librorum filiorum nomen acceperunt. num. 2.

Nonnuli membranis vtebantur ad eundem effectum. num. 3.

Corticibus arborum, ſeu dolatis lignis vſi ſunt Italiæ populi rudes poſt membranas, & pergamenos. num. 4.

Liber propriè pars corticis eſt quæ ligno adhæret. num. 5.

Codex eſt pars exterior arboris, liber verò pars interior. num. 6.

Papyrus eſt frutex grandiuſculus: & inde charta dicta eſt papyrus. num. 7.

Ex pergameni chartis prolongis, & anguſtis mutuo conſutis acta iudiciorum conſici ſolebant: quas vulgo tyras vocabant. numer. 8.

Teſtamento hæreditas dari, atque adimi poteſt: Codicillis verò, non poteſt. num. 9.

Is cui hæreditas in codicillo relinquitur, petere poteſt hæreditatem iure fideicommiſſi: licèt directo iure ab hærede petere prohibeatur. num. 10.

Sicut filius exhæredari non poterat veteri iure in codicillis: ita neque hodie poteſt. numer. 11.

Directa ſubſtitutio ſicut fieri olim codicillis non poterat, ita neque hodie. num. 12.

Sicut veteri iure non poterat codicillis adijci conditio per quam adimeretur hæreditas data teſtamento, ita neque hodie. num. 13.

Tutor mero iure codicillis non relinquitur, ſed neceſſe eſt, vt à iudice confirmetur. numer. 14.

Melioratio trientis, & quincuncis codicillis rectè relinquitur. num. 15.

Fœminæ in codicillis ſecundum ius commune idoneæ ſunt teſtes. num. 16.

Iure Regni non ſunt fœminæ teſtes legitimi in codicillis. num. 17.

In teſtamento atque in codicillis ad pias cauſas fœminæ idoneæ ſunt teſtes. num. 18.

Inter teſtamentum, & codicillos, differentia. 14.

ANteaquam de teſtamenti, & codicillorum diſcrimine dicam illud adnotandum duxi: Codicillorum appellatione pluraliter proferri non in ſingulari, l. non eſt fine liberis, num. 148. ff. de verborum ſignificatione tradit Valla elegantiarum, lib. 3. c. 5. idque declarat apud nos titulus ille, ff. de iure codicillorum, & aliàs paſsim id obſeruare apud Iuriſconſultos licebit, rarò què in ſingulari reperitur. 1

Huius autem rei cauſa, altius repetamus, ſciendum eſt, veteres in ſcripturis conficiendis varia materia pro regionum, & temporum varietate vſos fuiſſe. Nam principio alij palmarum folijs vti ſolebant, vnde librorum paginæ foliorum nomen acceperunt, quæ GræcePhiluræ dicũtur ſecundum Pirotum ad Martialem Epigramma. 3. 2

Alij tabulas ad eam rem vſurparunt: aut cocreas, aut plumbeas, quæ pugillares appellabantur, vt tradit Plinius. lib. 3. cap. 11. & 12. naturalis hiſtoriæ, & apparet ex l. 1. ff. de bonorum poſſeſsione ſecũdum tabulas, & in l. librorum. ff. de legatis. 3. atque item ex l. 17. titul. 1. part. 6. Nonnulli chartas, ſeu mẽbranas in vſu habuere, quæ ex animalium corijs fieri ſolebant. Hæ quoniam partim è Tiro (quæ Charta dicta eſt, atque vnde Dido oriunda fuit) afferebantur: chartæ appellatæ ſunt: Partim verò è Pergamo, vt ad Cromatium Diuus ſcribit Hieronymus; Inde pergamenum appellabantur. 3

Rudes autẽ illi Italiæ populi, quos Caſcos Ennius appellat, vt ad Niceam idem ſcribit Hieronymus ante chartæ, & membranarum vſum, aut inde dolatis, ex ligno codicillis, ſeu in corticibus arborum mutua epiſtolarum eloquia miſsitabant, inde dicti ſunt codices, & codicilli: 4

liber enim propriè pars corticis eſt, quæ ligno adhæret, vt declarat Alexand. ab Alexandro dierum genialium, lib. 2. cap. 30. & Policianus Miſcellaneorum, c. 72. vbi agunt de intellectu illius legis librorum. ff. de legat. 2. 5

Eſt itaque codex pars exterior arboris, liber verò pars interior per quem ſuccus arboris fluit, velut declarat Seruius ad Virgilium Egloga. 5. Poſt hæc Alexander ille Magnus Alexandria condita (vt Varro author eſt) in Ægypti paludibus, Niliquè ſtagnis papyrum inuenit, accommodatiorem multo ad eam rem materiam eſt autem papyrus (vt Plinius loco ſuperiori tradit) frutex grandiuſculus, etiam ad nauigia tegenda nõ inutilis: 6 7

tilis:à papyro itaquè frutice charta est papyrus appellata, quod nomen etiã materia ipsa obliterata ad hanc vsque diem durat; nam papyrum adhuc appellamus chartarũ genus, quo nunc vtimur mortales omnes: quod quidem non ex papyro, sed ex linteis contulsis, præloquè compressis compaginatur, vt nemo non scit. Quoniam vero (vt ad codicillos reuertamur ad scripturam conficiendam pro ipsorum corticum breuitate pluribus opus erat codicillis, ideò in plurali proferri solitum est: cui simile quippiam est,& apud maiores nostros obseruatum accepimus. Namquè ex pergameni chartis prolongis eisdemquè angustis mutuo consutis acta iudiciorum confici
8 solebant, (has vulgo tiras vocabant) quarum quaternæ paginam papyraceam qua hodie vtimur implebant,vt explicat lex 23. titulo.20.lib.2.Recopilat.funiculus autem ille teres, in quo glomerabantur chartæ rollo appellabatur, vt idem apparet, ex lege 10.§.10.titul.19.lib.2.eiusdem Recopilationis,& aliàs passim, quod genus scripturæ,& olim apud antiquos in vsu fuisse apparet. Ex Apocalypsi Ioannis,cap.6.vbi inquit:

Et cœlum recessit sicut liber inuolutus.

His igitur ex positis, quæ, & si antiqua sunt, à nostratium tamen legum non sunt aliena;videamus de differentia testamenti: & codicillorum,& in illo sanè secundum vetera iura distant, quod in testamẽto septem testes necessarij erãt:in codicillis vero quinque sufficiebat,lex hac consultissima. C. de testam.l.fin.C.de codicillis.l. fin. titul.12. part.6.

9 Deinde testamento hęreditas dari,atquè adimi potest:codicillis non potest.§.fin.institit.de codicillis. l. si idem. C. eodem titul. Hodiè vero iuxta legem tertiam Taur.quæ est hodiè l.2.tit.4.lib.5.Recopil testamentorum,atque codicillorum solẽnia per omnia exæquata sunt; proinde merito dubitari poterit,an obliteratis eorum differentijs hodie in codicillis, perinde ac in testamentis hæreditas relinqui,aut adimi; quod placere video Gregor.in l.2.tit.12.part.6. verbo,herederos,& Burg.de Paz in l.3. Tauri. 4.part.num.1332.&Menesio,in l. eam quã num.78.C.de fideicommissis, & Matienç. in l.2.titul.4.num.18.lib.5.Recop. Ab eis tamen dissentit Molina de primogenitis, lib.2.capit.8.num.28.& Doctor Spino in speculo testamentorum gloss. 32.num. 27. Ceruantes in l.3.Tauri,numer.153. & notissimè Ceual. Toletanus in speculo,quęst. 264.numer. 4. Quorum mihi verior videtur opinio:quoniam non est credẽdum tot differentias à Iurisprudentium acumine excogitatas, vnico velle Regem verbo subuertere,lex si quando. C.de inofficioso testamento. Meminisse tamen debemus eum, cui hæreditas in codicillo relinquitur,quã- 10
uis directo iure ab hærede petere hæreditatem non valeat, non prohiberi tamen eam iure fideicommissi petere,itaque hæres retenta quarta Trebellianica tenetur restituere cætera bona illi cui hæreditas codicillis data est, vt non obscurè definitum extat in leg.2.§.fin.ff.de iure codicillorum, & in l. Scœuola.ff.ad Trebel.atque de iure Regio in l.2.tit.12. part. 6. id quod latiùs prosequitur Spin.loco superiori,num.23. Ex his 11
etiam illud infertur, quod sicut veteri iure exhæredari filius in codicillis non poterat. §.codicillos,inst.de codicillis,ita neque hodiè:deducitur etiam,quod sicuti olim directa substitutio codicillis fieri non poterat,l. si idem.C.de codicillis:ita nequèhodie.Sed 12
& illud consequens est dicere: perinde ac iuxta vetera iura non poterat adijci codicillis conditio,per quam hæreditas data testamento adimeretur,l. 2. C. de codicillis, 13
lex diuus.ff.de iure codicillorũ: ita neque hodiè. His illud superadde, tutorem vi ipsa iuris,seu mero iure codicillis non rectè relinqui,sed necesse esse postea à iudice con- 14
firmetur.l.testamento. Et illic Bald.ff.de testamentaria tutela.

Cautela quæ codicillis adijci debet.

Melioratio autem trientis,& quincuncis 15
codicillis rectè relinquitur,vt scriptum reliquit Azeued.in l.1.numer. 9. titul. de las mejoras,lib.5.Recopilat.vt autem hæ iuris euitentur ambages consulto fecerit testator, si codicillis adiecerit, vt valeant tanquam testamentũ, ac si non, vt testamentũ, valeant vt codicilli; atquè alio meiori iure quo possit,primumquè testamentum,quod fecit vult,vt valeat tantum in eo,in quo codicillis aduersum non est.

Per hanc enim clausulam fiet,vt testamẽtum,& codicilli rata sint iuxta ea quæ tradũtur in l.cum proponas.C.de codicill. Illud prætereà inter nostrates non mediocriter controuersum est,an hodiè fœminę sint 16
idonei testes in codicilis. Enim vero quod ad ius commune attinet interscribentes magis cõuenit fœminas in codicillis legitimos esse testes.gloss.in l.fin.C.de codicill.cui se se omnes subscripserunt interpretes,excepto Fulgoso, vt illic refert Iason ideò referendus:quia bellissimè scribit,si in testamẽ

to adiecta fuerit clauſula codicillaris, valere in vim codicillorum, etſi fœminę fuerint in teſtes adhibitæ, cuius ſententiæ acceſsit ex noſtratibus Menchaca de ſucceſsio. creat. §. 12. nu. 68. Cęterum an ea communis opinio ſit recipienda noſtrati iure Regio inter noſtrates non ſatis conuenit, eo quod l. 3. Tauri, quæ eſt hodiè l. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. eandem ſolemnitatem expoſcat in codicillis, quæ in teſtamentis requiritur. Quo circa pluribus ex noſtratibus placuit, hodiè fœminas non eſſe legitimos teſtes in codicillis, inter quos fuit Caſtellus in d. l. Taur. verb. ſiete, & Tellus ibidem 4. part. numer. 22. Spino in ſpeculo teſtamentorum. gloſ. 32. num. 36. Matienç. in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilatio. gloſ. 9. nume. 14. Azeuedo in eadem lege num. 35. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 8. numer. 25. Eſt iſta inter noſtrates authores magis communis ſententia: proinde non ſunt audiendi Anton. Gom. & Burgos de Paz contrarium affirmantes in d. l. 3. Tauri: ille num. 70. hìc num. 1344. Memineris tamen in teſtamento ad pias cauſas nedum in codicillis, fœminas idoneos teſtes eſſe, vt oſtendit Tiraquel. de priuilegijs piæ cauſæ priuilegio 5. & communem eſſe conſtat ex Couarru. in cap. relatum. 1. de teſtament. num. 5. Atquè ex Iulio Claro. §. teſtamentum, quæſt. 6. num. 24. Ad piam autem cauſam factum eſſe intelligere debemus, quãdo fit principaliter fauore piæ cauſæ: ſecus ſi minus principaliter pia cauſa in eo adjiciatur, vt bellè declarat ipſe Couarr. in dict. cap. relatum, num. 2.

7

SVMMARIVM. differ. 15.

Teſtamentum in ſcriptis dicitur cum quis in ſcriptura clauſa ſuum condidit teſtamentum, ita vt teſtes etiam ignorent in eo contentum. numer. 1.

Nunenpatiuum teſtamentum eſt, quando teſtator, aut ſcripto, aut ſine ſcriptura ſuam teſtibus manifeſtat voluntatem. num 2.

Teſtamentum nuncupatiuum non eſt, niſi teſtes ſaltim hæredis cognouerint inſtitutionem. num. 3.

Legitimum eſt teſtamentum, in quo defunctus dixit, velle ſuam eſſe hæredem quem codicillis ſcripſit. num. 4.

Codicilli pars teſtamẽti eſſe intelliguntur. nu. 5.

Intellectus legis quoties. §. ſiquis nomen, & legis nemo dubitat. ff. de hæredibus inſtituendis num. 6.

Intellectus legis. 1. & 2. tit. 1. part. 6. num. 7.

Teſtamentum in ſcriptis dicitur, quando clauſis tabulis factum eſt. num. 8.

Nuncupatiuum teſtamentum dicitur, quando teſtes ſciunt quæ in eo continentur. numer. 9.

Teſtamentum nuncupatiuum non valet, niſi eaſdem habeat in ſolemnitates, quas teſtamentũ in ſcriptis num. 10.

Teſtamentum nuncupatiuum dicetur, & vt tale valebit, cum quis in vltima voluntate corã notario, & legitimis teſtibus nuncupauit voluntatem, licet antequam lectum fuerit, animam egerit. num. 11.

Inter teſtamentum in ſcriptis, & nuncupatiuum, differ. 15.

TEſtamentum aliud eſſe in ſcriptis, aliud nuncupatiuũ longequè diuerſamvtriuſque eſſe formam, & ſolemnitatẽ, nemo eſt qui ignoret, quid igitur diſcrepent videamus: & ſanè ſi communem vulgi ſequamur opinionem, illud diſtant, quod teſtamentũ in ſcriptis dicitur, cũ quis in ſcriptura clauſa, & inuoluta ſuum condidit teſtamentum ita vt teſtes quid in eo contineatur, ignorent. Nuncupatiuum verò dicatur, quando teſtator, aut ſcripto, aut ſine ſcripto ſuam teſtibus patefecit voluntatem: quæ quidem vulgaris opinio non obſcurè probari videtur in lege hac cõſultiſsima, & lex iubemus C. de teſtament, atquè in l. hæredes palam. ff. eodem titulo, & in §. fin. inſtit. de teſtamentis, & apud nos in l. 1. & 2. tit. 1. part. 6. & in l. 3. Tauri, quæ eſt hodiè l. 2. titul. 4. lib. 5. Recopilat. quæ adeò quidem planiſsimæ ſunt, vt nullam omnino videantur relinquere dubitationẽ: verũ quia in iure noſtro nihil eſt tam apertè definitum, quod Scriptorum non ſit miſere diſſenſsione turbatum, ita vt quod de Camellis dicitur. Nos item niſi turbidas non poſsimus bibere aquas, factum eſt interpretum diſcordia, vt quid hoc loco ſequendum ſit, vix percipere valeas. Alij namquè ſuperiorum legũ definitioni adhærentes aiunt: teſtamentum nuncupatiuum non eſſe niſi teſtes ſaltem, hæredis cognouerint inſtitutionem: alioqui aiunt teſtamentum non valere, niſi interceſſerint ſolemnitates ad teſtamentum in ſcrip-

1

2

3

scriptis necessariæ ; negant igitur legitimum esse testamentum illud, in quo testator dixit: *Volo mecum esse hæredem quem scriptum relinquo in schedula, quam tradidi Præfecto, seu Guardiano Sancti Francisci.* Quamquam legata eo relinqui posse modo inficias non eant. Huius sententiæ fuit Iacobus de Belouiso Doctor antiquus, cui se etiam subscripserunt Franciscus de Aretio in dict. l. hæredes palam. ff. de testamen. Imol. & Raphael Cumanus in l. vbi autem. §. sed qui vinum. ff. de verborum oblig. atquè item Iaſ. in d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem, & Guillielm. Benedict. in capit. Raynuntius, verbo in extremis, ad finem, quia lios in eandem sententiam allegant, & eam communem esse opinionem perhibet Iaſs. in l. certum. ff. si certum petat. & Albertus Brunus in tractatu de implemento formæ, colum. 12. & nuper hanc opinionem multis comprobat Ceruantes in l. 3. Taur. num. 69. Alij è contrario aiunt, si quis prolato testamento clauso, & inuoluto profiteatur coram legitimis testibus illud suum esse testamentum, etsi testibus ne hæredem quidē nuncupaueri st valere, vt testamentum nuncupatiuum, tametsi solemnitates testamenti in scriptis deficiant, modo non dixerit, velle se in scriptis testari: nam si id dixerit, obseruare debet solemnitates necessarias in testamento in scriptis, fatētur itaque isti, valere institutionem illam hæredis scriptam in schedula, quam dixit testatur relinquere apud Guardianum Diui Francisci. In hac sententia fuit Baldus in l. asse toto. ff. de hæredibus instituendis. & Paul. de Cast. in l. hæredes palàm. ff. de testament. & hanc magis communem esse opinionem esse apparet ex ijs quæ affert Greg. Lop. in l. 2. tit. 1. part. 6. verbo, en poridad, & Tell. in l. 3. Taur. 5. part. & eodem loco. Burg. de Paz 2. concl. num. 153. & Iul. Clarus in §. testamentum quæst. 4. Atque Menoc. de præsumptionibus, lib. 4. præsumpt. 2. Secundum hanc igitur opinionem testamentū in scriptis non potest distingui à nuncupatiuo, nisi quando defunctus dixit, velle se testari in scriptis, nā eo casu sunt necessariæ solemnitates testamenti in scriptis, alioqui si id non dixerit, sufficiunt solemnitates testamenti nuncupatiui, & si testes non nouerint quæ in testamento continentur. Quamquam ego (vt ingenuè proferam, quod sentio) priorem opinionem vero magis accedere puto: quippe quæ manifesta legum definitione probetur. Contraria verò argumento tantum eisdēque parum fortibus nitatur. In ciuile autem (ne iniquum dixerim) est lenibus quibusdam argumentis, & facile diluendis ab aperta legum definitione decisere: vt autē intelligas illorum, quā infirma sint argumenta, illis breuiter satisfaciam. Et primum parum nos mouet. l. asse toto. ff. de hæredibus instituend. qua est definitum, legitimum esse testamentum in quo defunctus dixit, velle suum esse hæredem quem codicillis scripserit, hoc enim ideò statutum fuit, quia codicilli pars testamenti esse intelliguntur, & quia ea quæ in codicillis scribuntur perinde habētur, ac si in testamēto scripta essent, lex sicut. ff. quemadmodum testamenta aperiant. l. 2. §. & lex quidem. ff. de iure codicillorum. Nequè item me mouet. l. quoties. §. si quis nomen, & l. nemo dubitat. ff. de hæredib. instituend. nam illic tam indubitabili signo testator instituit, hæredem, vt testes certo scirent, quem nam reliquisset hæredem. Lex autem prima, & 2. tit. 1. part. 6. tantum abest, vt eis opitulet- tur, vt è contrario pro nobis magnas suppetias ferant: lex enim prima ait, tam scripto, quam sine scripto nuncupatiuum testamentum fieri posse, modo testator palā suam testibus manifestauerit voluntatem: testamentum autem in scriptis ait scripto tantum fieri posse: Cum igitur scriptura, tam testamento in scriptis, quam testamento nuncupatiuo communis sit, lex secundà id explicans, ait: si quis velit in scriptis testari, id secreto facere eum debere, idest, ita vt testes non intelligant quæ testamento cōtinētur, subijciatquè solemnitates quæ ad testamentum in scriptis requirantur. Itaquè apertè velle videntur illæ leges, nuncupatiuum esse testamentum, quando testes sciunt quæ in testamento continentur: in scriptis autem dici, quando testes ignorent quæ testamento scribuntur, quo circa duæ illæ Regiæ leges pro nobis maximè faciūt. Sed & quod Bart. scribit in l. si ita scripsero. ff. de condit. & de monst. & in l. fin. C. de fideicomm. de schedula relictà apud Cœnobiarcham Diui Frā ciſci, ad nostram quoque sententiam magis accedit, quia loquitur de legatis, non de hæredis institutione: apparet igitur contraria argumenta parum nobis negotij facessere. Quinimo pro nobis magis facere. Concludamus igitur, testamentum in scriptis dici, quando clausis tabulis factum est, ita vt quod in eo contineatur testes ignorent, vel saltem hæredis institutionem non intellexerint. Nuncupatiuum autem dici, quando testes sciunt quæ in eo continentur, aut certè hæredis non eos lateat institutio, vti leges

4 5 6 7 8 9

prin-

principio à nobis allegatę ostendunt manifestè, vt interim omittam nuncupandi verborum ipsum significare, nihil enim aliud est nuncupare quam viua voce defunctum suam propalam ostendere voluntatem, veluti apparet ex l. fin. ff. de iure codicill. atque ex l. si ita. ff. de bonorum possessione, secundum tabulas ostendunt, & alia non pauca loca apud Prateium, verb. nuncupare, & verb. testamentum, quæ ne multus sim hic recensere super sedi. His autem (vt aliquid in gratiam forensis vsus dicamus) illud consequens est dicere, testamentum ita factum, vt testes, quod in eo contineatur non intelligant, minimè valere nisi testamenti
10 in scriptis solemnitates habeat; quod tamē, & ipsum accipiendum est, nisi modo adiecta in eo fuerit clausula codicillaris, nam tunc satis est, si nuncupatiui tastamenti nō defuerint solemnia, ex his quæ scribit Alexand. consil. 176. volumine 5. Gregorius Lopez in dicta lege 2. titulo 1. part. 6. Idem què iuris erit, si ad pias causas factum fuerit testamentum, ex ijs quæ affert Iulius Clarus in §. testamentum, quæstion. 6. Sed & illud probandum puto, quod ex facto Consultus respondit Paulus de Castro consil.
11 307. volum. 1. Cum quis ad vltimam discumbeus valetudinem suam coram legitimis testibus, & notario nnncupasset voluntatem, sed anteaquam lectum fuisset testamentum, animam exalasset, tanquam nūcupatiuum validum esse testamētum testibus, illud ante iudicem comprobantibus, cum ad nuncupatiuum testamētū, (vt diximus) scriptura opus non sit, sed testimonia tantū sufficiant, è Pauli autem responso subscripsit se quoque Couarru. in capit. relatum. 1. de testamentis, numer. 11. & alij quos retulimus, libro. 2. rerum quotidian. cap. 20. numero. 14.

SVMMARIVM.

§. vnici, differ. 15.

In testamento facto tempore pestis necessarij sunt septem testes, secundum veriorem opinionem licet alij dicant sufficere quinque testes, sicut in testamento rustici. num. 1.

Si tempore pestis plures requisiti sunt testes, & soli tres venire voluerunt hi sufficient. num. 2.

Si timore contigij tempore pestis adesse voluerint testamento apestati nisi tres testes, tres soli sufficient. num. 3.

Non valet institutio haredis facta à minore in fauorem sui curatoris. num. 4.

Testamentum factum ad pias causas in articulo mortis, nullum est, si infirmus cōualuerit. numer. 5.

Non sunt idonei testes consanguinei haredis instituti in eo testamento, in quo hæres relinquitur. num. 6.

Consanguinei integri non sunt testes in testamento, quando sunt sub potestate eiusdem parentis. num. 7.

Si partim testium sint in consanguineo haredis partim non nisi de genere, fidem facient in testamento. num. 8.

Testes instrumentales repulsam non patiuntur si tamen tabellio consanguineus sit hæredis, vitiat testamentum. num. 9.

§. PRIMVS.

DE testamēto facto tempore pestis quę- 1
ri solet, præsertim hoc anno 1599. In quo (quæ nostra sunt peccata) dira hæc lues totam fermè Hispaniam miserè grassata est? Et duæ sunt de ea re inter iuris communis interpretes opiniones ambæ communes, & ambæ sibi inuicem repugnantes, vt est videre cum apud alios, tum apud Ripam de peste. §. de priuilegijs vltimæ voluntatis, numero 1. & apud Burg. de Paz in lege. 3. Tauri, num. 645. Iulium Clarum. §. testamentum, quæst. 56. Altera opinio habet, vt sufficiant tempore pestis quinque testes prout sufficiunt in testamento rustici, vt est cautū in l. finali. C. de testam. Altera vult, vt tempore pestis non remittantur testamentorum solemnitates, sed adhuc sint necessarij septem testes veluti aliàs generaliter requiritur in lege hac consultissima. C. de testament. Et hæc posterior receptior videtur opinio, quod ad ius commune attinet, vt fatetur Iulius Clarus dicta quæstio. 56. numer. 3. & verior sanè videtur, ex text. in leg. casus. C. de testament. præsertim si legamus (vt legendum puto) morbo oppręssis, legis enim sententia, ita legendum esse suadet. Hanc igitur sequentes, quid iure Regio statuendum sit videamus: & plane cum nostrates leges in testamento nuncupatiuo solum postulent quinquè testes, aut saltem tres, si plures in loco reperiri nequeant, dicendum mihi videtur, vt si tē pore pestis cū plures testes requisiti essent. 2

adesse

adesse noluerunt: nisi tres qui testamento interfuerunt, eos tres sufficere, si vero plures requisiti non fuerunt, & in oppido plures erant non valeat testamentum; quoniã quinque secundum legem Regiam necessarij sunt, si in loco reperiri queat, & hãc distinctionem sentire videtur nostrates præsertim Anton. Gomez, & Azeuedo in dict. l. 3. Tauri, hic n. 84. ille num. 48.

Illud autem minus mihi placet, quod voluerunt Ripa loco superiori, num. 10. & Spino in speculo testamentorum in rubrica. 3. part. num. 6. necesse esse hoc casu, vt pestis sit seuissima quæque passim strages faciat, ita vt plerique municipum ciuitatem deserant, fuga salutem quærentes: Satis enim mihi videtur. vt pestis quælibet serpat in eodem loco, & quod testator ictus peste decumbat in lecto, ita vt testes pestis terrore perculsi ad eum accedere non audeant, verum est enim hoc casu plures reperiri testes non potuisse, quandoquidem plures requisiti timore pestis accedere noluerunt. Illud etiam notandum duxi, quod scripsit Dueñas, regula. 31. ampliatione. 6. institutionem hæredis factam à minore in fauorem sui curatoris non valere, aduersatur enim illi lex finalis. C. si quis aliquem testari prohibuerit: tantum igitur dabimus locum Petri Dueñæ opinioni quando dolo, aut motu minorem fuisse allectum à suo curatore constabit, aut quando importunis precibus aut nimijs blanditijs cum alium instituere, vellet hæredem exorauit, vt se relinqueret, iuxta ea quæ affert Afflictus decisio. 69. Sylua nuptialis lib. 4. num. 39. Suarez allegatione. 1. Castellus in lege 3. Tauri, verbo, no hagan fee. Cæteris in casibus Dueñæ opinionem longè à iure abhorrentem esse puto, cum legam apud iuris interpretes, deficientibus cæteris hæredibus, tutorem esse legitimum successorem minori, vt est videre apud Iassonem in leg. 1. C. vnde vir, & vxor, & apud Boerium consil. 48. Sed neque illud verum puto, quod scriptum est à Bart. in l. 1. C. de sacrosanctis Ecclesijs, num. 41. Sequatur quanuis illum Guilielmus Benedictus in c. Rainuntius, verbo in extremis, n. 2. dicens esse mirabile, testamẽtum factum ad pias causas in articulo mortis, si infirmus conualuerit esse irritũ, & nullũ: refragator enim illis l. fin. C. de posthumis hæredibus instituendis, & cap. fin. de successionibus abintestato, & alia multa, quæ in fauorem piæ causæ cumulat Tiraq. in peculiari tractatu de priuilegijs piæ causæ, atque ita à Bartolo dissentiunt Bald. Salicetus, & Iasson in dicta l. 1. C. de sacrosanctis Ecclesijs, & illic cæterorum communis caterua. Proinde verius dixisset Benedictus Bartoli dictum esse falsum, quam esse mirabile. De testamento agentibus negligentiæ credo adscriberetur nobis si mentionem non fecerimus de lege vndecima, titulo. 1. partit. 6. qua cautum est, consanguineos eius qui hæres testamento relinquitur idoneos testes non esse, quæ quidem lex quoniam à iurisplacitis aliquanto decessisse videtur, oportet, vt quoad fieri possit ad ius commune reducamus. Tribus igitur modis mihi intelligenda videtur. Primo, vt accipiatur secundum ius commune, idest, quando consanguinei sunt sub potestate eiusdẽ parentis, vel si emancipati sunt, degunt simul in eadẽ domo: quoniam eo casu etiam iure cõmuni receptũ est, eos integros testes non esse in testamento, vt est videre in §. sed neque Instituta de testamentis, & illic tradunt Faber. & Platea. Secundo, vt habeat locum lex illa Regia, quando omnes testes in testamento adhibiti sunt consanguinei hæredis instituti: secus si partim sint consanguinei partim degeneres: quia eo casu fidem facient etiam in testamento, ex eo quod vulgo tradi solet, quando vnus testis non est integræ fidei, suppleri illius defectum per testem qui sit omni exceptione maior, vt cernere est apud Iassonem in l. 1 C. de sacrosanctis Ecclesijs, & Felinum in capit. 1. de præscription. summusque est de ea re inter scriptores consensus, vt liquido constat ex Antonio Gabriele in volumine communium opinio. libro 1 titulo 1. de testibus, conclusione 5. Non me fugit Gregorium Lopez illius legis Paraphrastem contrarium illic scriptum reliquisse. Cæterum sua opinio non satis iure probatur. Tertio, lex illa Regia accipiet locum, quando testamentum non fuit confectum apud tabellionem, sed testibus tantummodo eius comprobatur fides, veluti placuit Burgos de Pace in l. 3. Tauri. 1. part. concl. 4. n. 555. cui opido fauet, quod est apud Baldum in l. parẽtes. C. de testibus testes instrumentales repulsam non pati, si tamen tabellio etiam consanguineus esset, est dubium eodem laborare vitio testamentum.

SVMMARIVM.

Differentia decimasexta.

Legatum est donatio quædam à defuncto relicta ab

ab hærede præſtanda. num. 1.

Prælegatum dicitur reſpectu teſtatoris qui legat: perceptio autem reſpectu legatarij, qui rē legatam accipit. num. 2.

Nomen prælegati, & perceptionis rectè conuenit verbo melioratiōnis, quo nunc vtimur. num. 3.

In donatione traditur res à donante, vel fit obligatio de tradendo. num. 4.

In re dubia melioratio facta à patre, intelligitur facta in trienti potius quam in quincunce. num. 5.

Si pater legauit cuidam ex filijs domum, valet legatum, etiam ſi alteri legauerit tertium, & quintum. num. 6.

Si pater in teſtamento fecit meliorationem tertij, & quinti, & poſtea eodem teſtamento, vel codicillis totam meliorationem legatis exhauſit, habebit filius melioratus quartam partem omnium legatorum. num. 7.

Pater poteſt in teſtamento mandare vxori, vt meliorationem faciat in filium quem ipſa voluerit. num. 8.

Si mater non eligat, nullus filiorum meliorationem habebit, niſi pater titulo maioratus meliorationem reliquerit, nam tunc maior habebit meliorationem etiam matre non eligente. num. 9.

Pater poteſt facere meliorationem defuncta vxore de bonis quæ conſtante matrimonio acquiſierunt. num. 10.

Pater ex filiorum bonis poteſt vni facere meliorationem dummodo ex proprijs faciat alijs compenſationem. num. 11.

Inter legatum, & prælegatum, præceptionem, & donationem cauſa mortis. Differentia. 16.

LEgati appellatio latiùs patet; ſiquidem prælegatum, & præceptionem in ſe cõtinet l. 2. ff. de dote prælegata, & in principio Inſtituta ad legem falcidiam, *Eſt enim legatum donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præſtanda*: vt definit Imperator in §. legatum inſtit. de legatis: & adeò quidem legandi verbum latè patet, vt ſi adiectum fuerit aſsis, vel hæreditatis parti, pro inſtitutione hæredis habeatur, ſicuti tradit Paul. de Caſtro in leg. 1. nnmer. 2. ff. de legat. 1. & ibi c Iaſſon numer. 5. & probatur in capit. Rayanutius de teſtamentis. Prælegatum autem, & præceptio re nihil differunt, vt colligitur, ex dict. l. 2. §. fin. ff. de dote prælegata, & ex lege Sextiam. 31. ff. de legatis 3. Differunt autem à legato: quia cum legatum generale nomen ſit; prælegati, & præceptionis appellatio dicitur tantum, quando teſtator vim ex hæredibus præcipuum aliquid reliquit, vel quando legat alicui id quod iam legatarius ipſe habebat, velutī intelligere licet, ex toto illo titulo. ff. de dote prælegata. Atque ex l. filia. §. 1. & l. ſi maritus. ff. familiæ herciſcundæ, & ita intelligi debet textus in §. ſed olim Inſtituta de legatis, vbi fit mentio de hoc genere legati, quod per præceptionem relinquitur, cuius interpretationem proſequitur etiam Alciatus Parergon, lib. 3. cap. 1. Dicitur autē 2
prælegatum reſpectu teſtatoris qui legat: præceptio autem dicitur reſpectu legatarij qui rem legatam accipit. Sed & illud eſt diſcriminis inter prælegatum, & præceptionem, quod præceptio non tantum dicitur quando res ſingularis legatur, ſed etiam quando pars aliqua hæreditatis relinquitur hæredi, leg. 3. §. quidam. ff. ad Trebellianum leg. limites. §. fin. ff. de legatis 2. At prælegatum non dicitur quando aliqua pars hæreditatis relinquitur, ſed duntaxat quando res ſingularis legatur, ſicuti ex legibus ſuperius allegatis apparet. Vtrunquè autem nomen prælegati, & præceptionis rectè conuenit, verbo melioratiōnis, quo nunc vtimur, vulgo dicitur melioratio triētis, & quincuncis, quanquam rectius dici poſſet quadrantis, & quincuncis, iuxta §. hæreditas Inſtituta de hæredibus inſtituendis. Legatum verò a donatione cauſa mortis, quid diſtet, tractat Accurſius 4
in l. 1. ff. de mortis cauſa donationibus, & hoc intereſſe ait, quod in donatione traditur res à donante, vel fit obligatio de tradendo: quando vero neutrum iſtorum fit, dicitur legatum. Ex quo multæ inter hæc exurgunt in iure differentiæ, vt eſt videre apud ipſum Accurſiū, & reliquos in l. Marcellus, §. fi. ff. de mortis cauſa donatio, & in §. 1. Inſtituta de donationibus, & apud Gregorium Lop. in l. fin. tit. 4. part. 5. Porro, vt aliqua ſingularia de prælegato, ſeu melioratione dicamus, meminiſſe debemus in re dubia meliorationem factam à patre intelligi factam in triente potiùs, quam in quincunce fauore animæ, vt tradit Palatius Rubeus in cap. per veſtras, §. 22. incipit. In conſtituenda, numero 13. idemquè fauor animæ effecit, vt priùs deducendum ſit quintum, quam tertium, vt definit lex ſtyli. 214. Quam vſu receptam eſſe nemo eſt 6
qui neſciat, ſed & illud memoria dignum

eſt;

est, si pater legauit cuidam, ex filijs domum, posteaquè legauit alteri ex filijs trientem, & quincuncem, non minui legatum domus per legatum trientis, & quincuncis, quinpotius legatum domus deducendum est ex melioratione quadrantis, & quincuncis, vt scribit D. Francisc. Sarmient. Selectarum, lib. 8. ad §. cui certum, num. 26. Porrò si pater fecit meliorationem in testamento trientis, & quincuncis, posteaquè eodem testamento, vel codicillis, totam meliorationem legatis exhausit, habebit filius melioratus (vt ita dixerim) quartam partem omnium legatorum ad exemplum quartæ falcidiæ, veluti placuit Pelaez de maioratu, 1. part. quæstion. 28. num. 3. & Azeuedo in leg. 1. titul. 6. libr. 5. Recopilatio. num. 18. quorum opinionem rerum vtilitati magnopere consentaneam esse intelligo. 7

Sed & illud sciendum est posse patrem suo in testamento mandare vxori, vt pro eo meliorationem faciat in filium quem velit, veluti placuit Couarruu. in capit. cum tibi de testament. numer. 11. neque eo nomine dicendum est, captatoriam esse voluntatem, vt explicat Menesius in lege cum quidam, numero 28. ff. de legat. 2. & apertiùs Mieres de maipratu, lib. 1. quæstio. 48. estquè hæc nostratium communis opinio. Cæterum, si mater non eligat, nullus filiorum habebit meliorationem, nisi, titulo maioratus meliorationem faciendam, præter reliquerit: nam tùm etiam matre non eligente filius maior habebit meliorationem, vt est author Peralta in lege vnum ex familia, ff. de legat. 2. cui se subscripsit Aluaradus de coniecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. numer. 17. Sed neque illud erit obliuiscendum, posse patrem facere meliorationem defuncta vxore de bonis, quę constante matrimonio acquisiuerunt, modo in cæteris suis bonis detur alijs filijs compensatio, lex ferui electione, §. fin. ff. de legat. 1. lex cum filius, §. dominus, ff. de legat. 2. tradit Ioannes Garsia de expensis, cap. 13. numer. 20. & cap. 22. num. 32. & Matiençio in l. 3. tit. 6. lib. 5. Recopilat. glossa 1. num. 4. 8

Parum hoc etiam, ex proprijs filiorum bonis potest facere meliorationem vni ex filijs, dummodo in alijs suis bonis pater compensationem alijs filijs faciat, vt bellè scribit Rodericus Suarez in lege quoniam in prioribus, ampliatione 7. num. 4. cuius sententiam commodè illic explicat Baldesius illius scholiastes. An vero in vita vxoris possit maritus eam meliorationem facere, ea non consentiente, tradit Tellus in l. 19. Taur. numer. 10. & Molina de Primogen. libr. 2. capit. 10. num. 65. 9

SVMMARIVM.

§. vnici, differ. 16.

Maritus legare potest vxori aliquem fundum licet excedat quintum bonorum, si eam grauauerit, vt filios suos alat, nu. 1.

Pater dicens, melioro filium meum Ioannem, melioratio est intelligenda de tertio, & quinto bonorum, nu. 2.

Verbum dono in filio importet meliorationem, si adijciatur illi, vt vltra legitimam habeat id quod donatur, etiam si non sit verbum, melioro, nu. 3.

Verbum, præcipuum, meliorationem sonat, numero 4.

Verbum, habeat Ioannes filius meus extra fratres suos talem domum, vel villam, meliorationem, etiam importat, nu. 5.

Prælegatum, seu melioratio facta filio à marito in testamento de bonis proprijs vxoris suæ, non valet etiam si præsente vxore fecerit meliorationem, num 6.

§. VNICVS.

SEd ecce maritus legauit vxori suæ fundum, vt se suosquè sustentaret filios, sed legatum excedit valorem quincuncis, qui relinqui vxori solummodo potest: quæritur an filiorum causa imputandum est, quod supereſt de quincunce in summa trientis, quem prælegari à patre filijs iure potuit? Et hoc mihimagis videtur: nam non debet inspici, cum quo testator loquatur, sed potius in quem voluntatis suæ effectum contulerit: vt probatur in l. cum pater, §. donationis, ff. de legat. 2. Abb. in capit. cum contingat, numero. 6. de iure iurando, & eodem pertinent, quæ affert Bartolus in leg. finali, ff. de ijs quæ pro non scriptis habentur, & Bald. in l. hæredibus, ff. de hæredibus instituend. Quid vero si pater tantummodo dixerit: *Melioro filium meum Ioannem*, neque amplius adiecit: an videatur meliorationem, & feciſſe trientis, & quincuncis? & id magis est, vt sequamur secundum Anton. Gomez in commentarijs, titu. de qualitatibus contractuum, nu. 11. versic. *ex superioribus*, licet aliud vellet Peralta in 1

2

leg. Mœuio, num. 10. ff. de legat. 2. Cui consentit Mieres de maioratu, 1. part. quæstio. 51. numer. 20. Sed Gometij opinio verissima est: nam vt omittam quæ ille docte affert, satis conuincit illud vulgare: *Omne analogum per sesumptum debet stare in potiori significato*, capit maiores, de baptismo, & eodem pertinet lex. 1. §. si ex fundo, ff. de hæredibus instituendis, & lex titul. 3. part. 6. 3 Meliorationem autem fecisse pater intelligitur, non solum si vsus fuerit, verbo, meliorandi, sed etiam si alijs idem significantibus vsus fuerit, veluti si dixerit: *Dono filio meo Ioãni fundum Seianum, vt illud vltra legitimam* 4 *suam habeat.* Nam illud verbum, vltra, meliorationem præsefert, text. & illic Bartol. in l. qui ita, ff. de dote prælegata: Idemquè iudex erit si dixerit: *Dono filio meo Ioanni villam Seianam, vt illam præcipuam habeat*: Nam & verbum præcipuum meliorationem sonat, lex final. ff. de legat. 2. lex vxorem, §. 3. 5 ff. de legat. 3. Neque aliud probãdum erit, si dixerit: *Filius meus Ioannes habeat extra fratres suos villam Seianam.* Vt satis est argumẽto, quod memoratur de Iacob Geneseos, capit. 48. Et probat lex, cum Responso, C. de legatis, succurrunt, & de melioratione alia quam plura, quæ omnia capituli angustia capere non potest, satius proinde duxi prætermittere, quam inferius exequi.

Quanquam illud, quia notatu dignum est temperare me non potui, quin dicerem, quòd scriptum est à Roderico Suarez doctissimo alioqui viro in lege quoniam in prioribus, limitatione 5. ad legem fori, numero 14. si maritus faciat in testamento prælegatum, seu meliorationem filio de bonis, quæ vxoris suæ sunt, propria ipsa vxore præsente, & consentiente, non posse postea vxorem reuocare meliorationem à marito defuncto factam, hæc enim Suarez opinio vera mihi nullo modo videtur, ex definitione legis si liqueat, C. de inofficiosis donationibus, qua probatur, consen- 6 sum datum ab eo, qui alterius dispositioni consentit, perinde haberi, ac si ipse qui consentit, dispositionem fecisset: quam legem ad hanc sententiam singularem esse prædicat inhibi Bald. & idem facit Salicetus. Igitur perinde, ac si mulier meliorationem filio in testamento fecisse reuocare eam posset, ita & reuocare poterit meliorationem de suis bonis à marito factam. Neque memouent, quæ pro se affert Suarez nam loquuntur in contractibus qui reuocari non poterunt, nostra quæstio versatur in testamento, quod reuocabile esse palam est, neque me præterit, illam legem si liqueat, in suas partes ascisere Suarez cum casu quandoque cõtingat aduersarium suo met gladio iugulari.

SVMMARIVM.

Differentia 17.

Fideicommissum verbis precarijs relinquitur, num. 1.

Legata, & fideicommissa in omnibus, & per omnia exæquantur secundum Iustinianum, num. 2.

Sinonyma sunt legatum, & fideicommissum secundum Iustinianum, nu. 3.

Rebus non verbis imponitur lex: atque quibuscunque verbis vsus fuerit testator promiscuè legatum, & fideicommissum censendum est, num. 4.

Impugnatur Iason, quia differentias constituit inter legatum, & fideicommissum, nu. 5.

Fideicommissa vniuersalia, & legata particularia differunt inter se, num. 6.

Inter legatum, & fideicommissum,

Differentia 17.

INter legatum, & fideicommissum quid veteri iure interfit, non satis inter scribẽtes conuenit, alij nanque illud interesse putant, quod in legato verba diriguntur ad legatarium puta: *Titio fundum do lego.* At in fideicommisso verba diriguntur ad hæredem, qui legatario præstare grauatur veluti: *Titius hæres centum Seio dato.* Hæc differentia placuit Paulo de Castro in l. 1. ff. de legat. 1. num. 3. & illic Alex. num. 5. & Iasoni, num. 8. & Antonio Gomez in commentarijs titulo de legatis, num. 1. Placuit etiam Guillelmo Benedicto in cap. Raynuntius, verbo, si absque liberis, 2. nu. 137.

Alij è contrario: (quorum mihi verior vi- 1
detur opinio) illud interesse putant, quod fideicommissum, verbis precarijs relinquatur, quod si alijs verbis relinquatur, etsi ad hæredem dirigantur verba, aiunt non fideicommissum esse, sed legatum. Hoc placuit Alciat. libr. 3. Parergon, cap. 1. & Dareno libr. 2. disputationum, capit. 9. atque item Spino in Speculo testamentorum, glossa 24. num. 4. Quibus sanè magnus fert suppetias, ipsius verbi Ethymologia, &

text.

text. in §. fin. instit. de singulis rebus per fideicom. relictis, ait enim: *verba fideicommissorum hæc maximè in vsu habentur, peto, rogo, volo, mando, fidei, tuæ committo.* Et confirmãt Vlpiani verba (si is fuit) in titulo de legatis in extraordinarijs commentarijs qui vulgo circunferuntur, porrò hoc verborum discrimen qualequale illud fuerit penitus Iustinianus subtulit legata, ac fideicommissa per omnia exæquando, vt est videre in l. 2. C. communia de legatis, & in §. nostra Insti. eodem titulo: aduersus quæ iura offert sese statim obex non paruus, in quem etiam oculatissimi impinguntis est textus in l. 1. ff. de legatis 1. vbi sub Vlpiani numine traditur: *Legata per omnia exæquata sunt fideicommissis*: si igitur digestorum iure iam exæquata erant, quid est quòd Iustinianus inquit se num primum ea exæquare? Qui nodus ita difficilis visus est nostris, vt ad exemplum Gordij nexus dissoluere non valentes præcidere potius curent: Alij namque, vt Accursius cui etiam accedit Eguinarius in dicto §. nostra, & Antonius Augustinus emendationum, libr. 3. ad finem, aiunt, eos qui pandectarum Copilationi operam nauarunt nonnulla verba ex Vlpiani scriptura subtraxisse: Alij è contrario in quibus est Alciatus in dict. lege 1. num. 7. & Cuiatius in notis ad Vlpianum, titulo de fideicommissis aiunt, verbum illud. Per omnia, adiectum fuisse à Compilatoribus digestorum: alij denique prorsus negant, legem illam primam esse Vlpiani, inter quos est Viglius in §. legatarius, Inst. de testamentis, & Duarenus in l. Iuris gentium, §. adeò, ff. de pactis, & Couarru. in capit. Rainaldus, §. 10. num. 3. de testament. Et postremo alij aliter hunc nodum dissoluere conantur. Mihi autem (si inter tot tãtosque viros sentẽtiam dicere licet) illud verisimilius videtur, quod licet tempore Vlpiani legata, & fideicommissa exæquata essent, quantum ad hoc, vt pari iure valerent, adhuc tamen nomine differebant, aliudque erat legatum, & aliud fideicommissum, atque proinde eueniebat, vt agendo nonnullæ adhuc inter ea exurgerent differentiæ, quas quæ sint, latè referunt Ripa in rubrica, ff. de legat. 1. numer. 11. & Alciat. ibidem, & Parergon libr. 3. cap. 1. & Duarenus, libr. 2. disputationum, cap. 19. At Iustinianus ne nomine quidem ea differre voluit, sed omne penitus auferens, inter illa discrimen sanxit, vt synonima essent: itaque quibuscunque verbis testator vsus esset promiscuè voluit, vt legatum, & fideicommissum dicatur hoc sanè, ita esse ipsum Iustinianũ auditore apertis tibijs hoc enuntiantem, in dict. l. 2. C. communia delegatis: ita enim exorditur.

2

3

Omne verbum significans testatoris legitimũ sensum, legare, vel fideicommittere volentis, vtile, atque validum est, sine directis verbis, quale est, volo, rogo, mando, fideicommitto: & in fine: *Et si specialiter legati tantum faciat testator mẽtionem, hoc legatum, & fideicommissum intelligatur: et si fidei, hæredis, vel legatarij aliquid cõmitatur, hoc, & legatum esse videatur, nõ enim verbis, sed ipsi rebus legem imponimus.*

Quapropter non est audiendus Accursius qui ait in dicta lege 1. ff. de legatis 1. adhuc hodie legatum, & fideicommissum nomine differre: apertè enim illi refragantur Iustiniani verba, quæ superiùs retulimus. Neque item ferendus est Iason qui illic putauit, num. 72. nonnullas adhuc esse hodie differencias inter legatum, & fideicommissum, licèt illi accedat inibi Alciatus in rubrica, numer. 7. nisi fortè Iustinianus id statuere non potuit, aut nos nostris potiùs debemus opinationibus auscultare, quam Imperialibus definitionibus obedire. Quanquam illud inficias non ibimus, adhuc hodie esse differentiam inter fideicommissa vniuersalia, & legata particularia, vt docet Accursius in dict. l. 1. ff. de legat. 1. & illic Iason, num. 97. Etenim intelligendum est legata particularia exæquata esse fideicommissis particularibus, non vero fideicommissis vniuersalibus, vt & illic docet Alciatus, & eodem loci Iacobus de Nigris complures subnectit differentias inter legata vniuersalia, & particularia in repetitione, quæ hic referre longum esset, & ingratum.

4

5

6

SVMMARIVM.

§. vnici, differ. 17.

Impensæ litis de re legata pertinent ad hæredem legantis, si oriatur ante traditionem rei legatæ: si post traditionem vero pertinent ad legatarium, nu. 1.

Legatarius non potest agere de euictione rei legatæ euictæ contra vẽditorem, à quo defunctus emerat, nisi ei legatæ sint actiones, nu. 2.

Quantum ad cessionem nihil interest inter actionem personalem, & realem, nu. 3.

Quando eadem summa in eodem testamento bis eidem personæ legatur, dicendum est duplicari non repeti legatum, nu. 4.

Si in diuersis testamentis, vel codicillis eadem summa legetur, vel diuersa, sentiendum est cum Anton. Gom. tom. 1. tit. de legat. nu. 53. num. 5.

Rogatus in testamento restituere rem aliquam, non videri debet grauatus restituere, nisi post mortem, nu. 6.

Si legatum relictum cum onere non valeat in totum, sed pars euincatur, onus quoque pro rata minui debet, nu. 7.

Expressio causæ restringit legatum, nu. 8.

Si quid post testamentum factum adiectum fuerit fundo legato, augmẽtum legato cedit. n. 9

Si testator lusos illicitos edere iubeat, quæstus ex eis procedentes non lucro hæredum cedere, sed in alios publicos vsus conuerti debent, nu. 10.

De iure Regni transit dominium in legatarium mortuo testatore, etiam ante aditam hæreditatem, num. 12.

§. VNICVS.

ATque vt aliqua non contemnenda de legato dicamus illud memineris, cum lis superlegato oritur, si lis succedat antea quam res legatario tradatur impensas litis pertinere ad hæredem legantis, sim verò
1 post rem traditam lis orta sit impensas pertinere ad legatarium, l. is verbis. numer. 100. ff. de legatis 3. & illic glossa, & reli-
2 qui tradit Ioann. Garsia de expensis, capit. 17. nume. 10. Quod si res legata fuerit euicta, non poterit legatarius agere de euictione aduersus venditorem à quo defunctus emerat, nisi ei ab hærede cessæ fuerint actiones, l. si res. ff. de euictionibus, vbi Pomponius Iurisconsultus in hæc verba, inquit: *Si res quam à Titio emi, legata sit à me, non potest legatarius Conuentus à domino rei venditori meo denuntiare, nisi cessæ rei fuerint actiones, vel si quo casu hypothecas habeat.* Quod autem ait: *Legata sit à me*, exponè à me testatore: loquitur enim Iurisconsultus, tanquam si testator viueret, vt aliàs sæpè facit: errat itaque Accurs. dum exponit à me, id est, à me hærede instituto. Illam autem legem singularem esse prædicat Bart. in l. 1. C. communia de legatis, Bald. in l. 1. C. de rerum permutatione, Imola in l. Iulianus, §. 1. ff. de verborum
3 oblig. Sed & quod lex illa ait: *Vel si quo casu hypothecas habeat*: intellige, quia defunctus legauit, etiam ius hypothecarum aduersus venditorem: nam quod ad cessionem attinet, nihil interest inter actionem personalem, & realem, vt est expressum in l. fin. C.
4 de hæreditate, vel actione vendita. Illud deinde admonendi sumus cum eadem Summa in eodem testamento alicui personæ bis legatur, videri legatum duplicari non repeti, l. quinquaginta, ff. de probationibus, cuius sensum commodissimè aperit Alexand. consilio 4. volumine 1. Quid verò si in di- 5
uersis testamentis, aut codicillis eadem, vel diuersa summa legeretur, vide Antonium Gomez in commentarijs, tomo 1. tit. delegatis, num. 53. Illud itidem memoria dignum est, rogatum in testamento restituere rem aliquam non videri in dubio grauatum restituere, nisi post mortem suam, l. Epistolam, ff. ad Trebellianum. Sed & illud non obliuiscaris, si legatum relictum cum onere non valeat in totum, sed pars euincatur, onus quoque minui pro rata, l. ei qui amplius, ff. de donationibus, & eodem pertinet, textus in cap. quanto, de censibus: expressio quoque causæ restringit legatum, l. medico, §. final. ff. de annuis legatis. Sed etsi quid post testamentum factum adiectum fuerit fundo legato, etiam augmentum legato cedit, l. quod in rerum, §. si quis post, ff. de legatis 2. tradit Bartol. in l. si ita, in fine, ff. de auro. & argento legato, Iason in l. serui electione, §. final. ff. de legat. 1. atque ex nostratibus Anton. Gomez in commentarijs, tomo 1. cap. 12. num. 16. Tellus Fernandez in l. 19. Tauri, num. 10. Est quoque 10
non minus memoria dignum, quod si testator lusos illicitos edere iubeat, summa illa quæ ad eam rem legata est, non debet lucro hæredum cedere, sed in alios publicos vsus conuerti, l. legatum, ff. de vsu, & vsufructu legato, quod pertinet ad lusus taurorum, & constitutiones quibus cauetur, vt in doctoratus laurea taurorum lusus celebrentur: nam si lege prohibeantur (vt fecit pridem Pius V. Pontifex maximus vere pius atque iuxta sanctus) tenetur laureandus, seu candidatus conuertere in alios vsus, quod expendẽdum erat in taurorum exagitatione. Atque vt vlterius in legatorum materiam progrediamur, animaduertendum erit, quanquam apertissimi iuris sit dominium rei legatæ recta via transire in legatarium à morte defuncti, l. à Titio, & illi omnes, ff. de furtis, id tamen intelligit illic Accursius non verè transire, sed fictè: ait enim non verè transire, nisi demum adita hæreditate: & licet multi Accursianæ accedant sententiæ, & in his Dueñas regula 110. alios quam plures referens: attamen nostrati Regio iure tenendum est, statim mortuo testatore ante aditam hæreditatem dominiũ transire in legatarium, ex definitione legis 12
primæ,

primæ.tit.*de los testamentos*,lib.5.Recopila. qua cautum est,valere legata etiam si hæres hæreditatem non adeat,id quod placere vi deoGregorio Lopez in l.34.tit.9.partit.6. verbo,*el señorio*,& Burg. de Paz in l.3.Tauri,conclusione 7.num.99.Hoc autem multum pertinet ad definiendum, quod sæpè quæri solet,an fructus rei legatæ statim debeantur, vel an à tempore moræ, vt rectè explicat Angelus in l.4.tit.5.glos.6. lib.5. Recopilationis. Et Licentiatus Ceuallos in speculo,practicarum quæstione 79.

SVMMARIVM. Differentia 18.

Maioratus est fideicommissum quodam in perpetum familiæ relictum cum primogeniti prærrogatiua,nu.1.

Fideicommissum in testamento tantum,aut codicillis relinqui potest,nu.2.

Maioratus tàm contractu,quàm testamento instituipotest,nu.

Fideicommissarius vniuersalis propria authoritate fideicommissum capere non potest: neque dantur illi actiones vtiles,nec directæ, nu.4.

Qui in maioratu succedit,statim maioratum illiusque possessionem nanciscitur,nu.5.

Maioratus neque est contractus,nec vltima voluntas,sed tertiam quandam constituit speciem,nn.6.

Nouæ semper negotiorum exoriuntur species,& pro varietate temporum alia,atque alia exurgunt contractuum genera,nu.7.

Inter maioratum, & fideicommissum, Differentia 18.

MAioratus natura vsque adeò tantam cum fideicommisso affinitatem habet,& coniunctionẽ,vt plerisquè ex nostra 1
tibus placuerit nihil aliud esse maioratum, quam fideicommissum quodam imperpetuum familiæ relictum cum primogeniti prærrogatiua: senserunt hoc Palatius Rubeus in repetitione, cap.per vestras, §.44. & Couar.lib.1.variar.resolut.cap.15.nu. 21.Menesius in rubrica;de fideicommissis, nu.7.& D.Fr.Sarmientus Selectarum, lib. 3,cap.4.necnon Minchaca de succes.creation.lib.1.§.10.Balascus de iure emphyteutic.q.50.num.28.Et sanè quanquam in ficias iri non possit maximam esse inter hęc coniunctionem,& affinitatem, legesquè de fideicommissis loquentes ad maioratus argumentum plurimum valere, & ideò sicut commissarius habet dominium vtile,& directum,ita & maioratus possessor vtrumq; habere censendus est secundum Molinam de primog.lib.1.cap.12.num.16. Attamẽ non paululum inter ea esse discriminis non 2
paucis rerum docemur exemplis. Etenim fideicommissum in testamento tantum, aut codicillis relinqui potest,in contractu non potest,lex sequens quæstio.70.ff.de legat. 2.& illic Bart.& reliqui.Maioratum autem non minus contractu quam testamento institui posse in comperto est, lex 4.tit.7.lib. 3
9.Recopilat.& aliàs sepè.Deinde fideicommissarius(vniuersalis,scilicet,) propria authoritate fideicommissum capere non po- 4
test,neque dantur illi actiones vtiles,nec directæ,nisi demum,aut re,aut verbo restituta illi fuit hæreditas,l.1.& l.restituta, ff.ad Trebellia.Porrò qui in maioratu succedit, statim ac successionis conditio extitit absque aliqua decessoris restitutione maioratum illiusquè possessionem nanciscitur, vt aperto est iure comprehensum in lege 45. Tauri,quæ est hodie lex 8.titul.7.libr.5. Recopilation.referunt has differentias,Peralta in l.3.§.qui fideicommissum,num.27 ff.de hæredib.instit.& Molina de primog. lib.1.cap.1.num.16.& cap.4.num.4.referunt alias non paucas,Simancas disputationum,cap.5.necnon Ioannes Garsia de expensis,cap.16.nu.3. & Spino in speculo te 6
stament.glos.27 num.42.Proinde si maioratus naturam altiùs perscrutemur, magis dicendum videtur,neque illum esse contractum, neque vltimam voluntatem, sed tertiam quandam constituere speciem,sicuti etiam sentit Molina de primogenitis,lib. 7
1.cap.12.Etenim rerum natura ita comparatum est,vt nouæ semper negotiorum exoriantur species, atque progentium nationumquè,ac temporum varietate alia atquè alia exurgant contractuum genera,lex natura,ff.de præscriptis verbis,Authent.de fide instrumentorum,in principio,collat.2. id quod vetustissimo iure cernere est,in venditione,& permutatione:vt docet Iurisconsultus in lege 1.ff.de contrahen.emptione. Atque item in emphiteusi,vt ostendit Iustinianus Imperator in §.adeò inst.de locato, & nouissimè declarat feudi nomen neotericum,& nouum,& post Gothorum dunta xat principatum inuentum,sicut statim dicendum est à nobis differentia sequenti.

SVMMARIVM. differentiæ 18.

Filius primogeniti ex eoquè descendentes repræsentando patris personam præferũtur patruo, nisi contrarium in institutione maioratus expressum sit, nu. 14.

In maioratu, del Conde de Lemos, *patruus præfertur nepoti, nu. 2.*

Intellectus singularis ad legem Tauri, quando patruus præfertur nepoti, nu. 3.

Quotiescunquè Rex concedit alicui bona titulo Ducatus, vel Comitatus velle videtur, vt bona illa sint indiuisibilia, & de maioratu. n. 4.

Opinio Molinæ de diuisione bonorum maioratus impugnatur, nu. 5.

Maioratus natura est, vt in perpetuum bona indiuisibilia permaneant apud primogenitum: quod Hispaniæ vsu comprobatur, nu. 6.

Vna eademquè res non debet diuerso iure censeri, num. 7.

§. PRIMVS.

ET quoniam maioratus tam ampla, & diues materia nos solicitat, vt aliquid de ea dicamus: illud primum annotandum duxi. Quæstionem illam de patruo, & nepote, id est, an filius primogeniti defuncti in vita patris, præferendus sit patruo, id est, patris sui fratris? adeò difficilem apud veteres fuisse, & controuersam: vt non valentibus eam iurisprudentibus sua doctrina, & scientia definire, nonnunquam armorum conflictu, & discrimine sopita sit, vt est relatum apud Iassonem in lege maritum vitium, C. de liberis præteritis, & exhæred. & apud Tiraquel. de primogen. quæstion. 40. olim autem apud nos definita fuit in Regia successione per legem secundam, titulo 15. part. 2. Et pridem generaliter in omni maioratu eam profligauit lex 40. Taur. quæ
1 est hodie lex 5. tit. 7. lib. 5. Recopil. qua sancitum est, vt filius primogeniti ex eoquè descendentes repræsentando pattis personam præferantur patruo: nisi modo in institutionem maioratus aliud expressim cautum fuerit. Ex ipsius igitur legis definitione satis constat, si institutione maioratus aliud sit statutum, id sequendum esse. Qua-
2 le statutum esse accepimus in maioratu de Lemos, id est, patruum præferendum esse nepoti. Eam tamen conditionem cessare, ego putauerim, quando primogenitus mortuus est in acie, seu belli cõflictu: quoniam, *Ij qui in bello occiderunt, per gloriam viuere intelliguntur*, § filij, institu. de excusat. tutorum, lex bello amissi, ff. eodem titulo, neq; nos vni in hac sententia sumus, sed etiam nobiscum conuenire comperimus Romanum consilio 29. & Nicolaum Milit. in repertorio, verbo, mortuus Tiraquelum dict. quæst. 40. & Manuelem Acostam in quæstione de patruo, & nepote, num. 34. Sed & Taurinæ illius legis definitio cessare videtur, quando nepos non fuit natus, aut con- 3
ceptus in vita aui, nam tunc patruus præferendus erit iuxta sentẽtiam Guilielmi Bene dicti in cap. Raynuntius, verbo, *& soboles*, num. 45. Sed planè Benedictus effingit casum, qui (ni ego fallor) euenire nunquam poterit: nam quæstio de patruo, & nepote tunc succedit, quando primogenitus mortuus est in vita patris sui: nunquam igitur nepos esse poterit, nisi qui in vita aui conceptus, aut natus fuerit, vt omittat opinionem Benedicti locum non sortiri in bonis maioratus, vt dicemus infra differ. 24.

Illud deinde sciendum est, quotiescunque Rex concedit alicui bona titulo Ducatus, 4
aut Comitatus, aut Marchionatus, eo ipso velle videtur, vt ea bona sint indiuisibilia, & iure maioratus ad primogenitum attinere, veluti senserunt glo. Ioan. Andr. & Abb. in cap. licèt, de voto, idem Abbas consilio. 3. part. 2. nu. 3. & 4. vbi non semel hanc perhibet communem esse opinionẽ, quæ probatur in §. præterea, de prohibita feudi alienatione, in hæc verba: *Præterea Ducatus, Marchiæ, Comitatibus, de cætero non diuidantur.* Eiusdem opinionis fuit Bart. cons. 72. & Decius cons. 389. Atque ex nostratibus hanc amplectitur opinionem Grego. Lop. in lege 12. titul. 1. partita 2. verbo, *heredamiento*, & Burgos de Paz consil. 9. num. 3. Molina de primogen. lib. 1. cap. 11. Peguera de feudis, versicul. Sexto, nu. 75. & quam non desunt qui reclament, vt est videre apud Tiraquel. de primogenitis, quæst. 40. & apud Curtiũ in tractatu de feudis, 4. part. quæst. 30. & apud Dueñam regul. 316. Atqui apud nos hæc opinio rerum vsu comprobata satis est, vt nostrates referunt. Hanc vero communem, & receptam sententiam Ludouicus Molina vir mehercle doctissimus, quiquè pro multarum rerum experiẽtia maioratuum naturam apprimè caluit, duobus modis limitandam, & restringendam esse putat. lib. 1. cap. 11. num. 26. Primo, quando Princeps alicui oppida habenti, seu

ti, seu castra concesit, vt ea haberet titulo Ducatus, aut alio titulo simili pro se, ac suis descendentibus, nam tum ait Molina non mutabunt bona ista conditionem suam, sed remanebunt libera perinde, ac antea erant. Secunda limitatio Molinę est, quando Princeps concedit oppida alicui cum dignatione, seu titulo Ducatus, aut Comitatus, vt perpetuo ad suos deueniant successores. Nam eo casu ait Molina si sint in donatione plura oppida diuersæ iurisdictionis, primogenitus solummodo habebit oppidum illum, in quo dignitas Ducatus, aut similis dominationis collocata est, cętera autem oppida inter fratres diuidenda sunt. At ego
5 (quod doctissimi viri Pace, & venia dictum esse velim) nō putauerim, communem opinionem has recipere limitationes: etenim communis opinionis sensus, ac sententia hæc est, vt cum Princeps facit gratiam, vt aliqua bona titulo Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus possideantur, eo ipso videatur velle, vt titulo maioratus habeantur, & possideantur. Si igitur titulo maiorarus cōcessa sunt, & concessa esse censentur, iam primœuam naturam, iamque indiuisibilia permanent, cum maioratus hæc sit natura, vt in perpetuum bona indiuisibilia permaneant apud primogenitum.

6 Neque vnquam in nostra Hispania vsuenit, vt Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus diuidantur, sed in eodem statu integra apud primogenitum deueniant, & ideò Status vulgo appellantur: id quod ipse Molina (vt ipsum suo gladio iugulem) fatetur eodem capite, nu. 16. Deinde Molinæ magnopere aduersatur vulgaris illa regula. *Vna*
7 *eademque res, non debet diuerso iure censeri*, lex iam iure, ff. de vulg. & pupillari lex eum qui ædes, ff. de vsucapio. veri. si quis sunt, authores qui Molinæ opitulantur, loquuntur sanè secundum consuetudinem Germaniæ, & Galliæ, vbi hæ dignitates inter fratres diuiduntur: apud nos vero aliter se res habet: secundum quam consuetudinem nō est credendum voluisse Principem, vt alia bona donationis sint libera, alia vero adiecta maioratui, nisi aliud expresim dixerit. Quapropter ego, vt animo complector, existimo communem opinionem has Molinæ non admittere limitationes. Solummodoquè fratres primogeniti posse ab eo alimenta desiderare: nam primogenitum debere fratres pro dignitate sustentare, nemo est qui ignoret.

SVMMARIVM.
§. II. differ. 18.

Hæres primogeniti qui censum ex Regia facultate vendidit, tenetur ex bonis liberis, quæ primogenitis defunctus reliquit, censum redimere, nu. 1.

Facultates Regiæ possessori maioratus concessæ, vt bona maioratus obligentur, non possunt, nisi bonis liberis deficientibus, nu. 2.

Pater non potest exhæredare filium qui successurus est ei in maioratu, nu. 3.

Pater dissipans bona maioratus ad filium pertinentis priuatur eorum administratione. n. 4.

Successor maioratus vendicare potest rem alienatam à suo antecessore, nu. 5.

Causa maioratus si magni momenti sit, referenda est inter casus Curiæ, nu. 6.

§. SECVNDVS.

SOlet autem plerumquè maioratus possessor, qui ære alieno grauatur impetrare à Rege, vt super bonis maioratus censum constituere valeat, quæritur, an si is decedens bona libera relinquat, teneantur illius hæredes censum redimere? & eo iure 1
vtimur, vt hæres primogeniti, qui censum ex Regia facultate vendidit, teneatur ex bonis liberis, quæ primogenitus defunctus reliquit censum luere: bonaquè maioratus repignorare, ex argumento legis pater filium, ff. delegat. 3. authent. res quæ, C. communia delegatis, & quæ effusè congerit Molina de primogenitis, lib. 4. cap. 7. Cui con 2
sequens est dicere, facultatem Regiam, qua permissum est possessori maioratus, vt ad dotem, quam acceperit possit sui maioratus bona obligare, solummodo pordesse, quando bona libera deficiant, vt constanter asseuerat Sarmientus Selectarum, libr. 7. capit. 5. Sed & illud quæri solet, an possit pater exhæredem facere filium, ex iusta causa, qui est sibi successurus in maioratu? In qua quæstione scriptores non satis inter se consentiunt, vt cernere est apud Anton. Gomez in l. 40. Tauri, num. 71. & apud Molinam de primogenitis, lib. 1 cap. 9. Sed verior est eorum opinio, qui aiunt 3
non posse eum exhæredare: nam vt cætera omittam, id expresim probatur in l. filius familias, §. cum pater, ff. de legat. 1. cuius ad eam rem interprete non meminisse

4 miror. Sed & illud non est omittendum si pater dissipet bona maioratus ad filium pertinentis, eorum esse administratione priuãdum, l. Imperator. ff. ad Trebellianum, cui præter Classicos ibidem addito Iassonem in l. si constante, num. 196. ff. soluto matrimonio, Dueñas regula 376. Molina de pri-
5 mogenitis, lib. 1. cap. 16. Illud etiam admonendi sumus, posse successorem maioratus vẽdicare rem à suo decessore alienatam etsi ipsius decessoris sit hæres, quanuis enim dubius in ea re fuerit, & anceps Gregor. Lop. in l. 24. tit. 3. partit. 5. verbo, *Entonces*: Attamen hanc veriorem, & magis receptam esse opinionem testatur, Pinelus in l. 1. C. de bonis maternis, 3. part. num. 99. cuius opinionem, & si labefactare conatus fuerit Molina de primogenitis, lib. 4. cap. 1. attamen ipsemet eodem capite, num. 30. eam vsu fori prævaluisse affirmat. Neque nos conturbare debet textus in dicta l. filius, §. cum pater. ff. de legatis 1. nam loquitur de fideicommisso temporario, & de re quæ ipsius erat hæredis: quoniam alij eam non erat restituere grauatus (vt vulgari verbo, vtar) hæredem autem ipsum rem vendicantem de euictione teneri pro rebus hæreditarijs, & superiores authores animaduertunt, & inficiabitur nemo, sed & illud videamus,
6 quod est apud Gregor. Lop. in l. 5. tit. 3. par tit. 3. an causa maioratus sit referenda inter casus Curiæ, & placet illi non esse de casibus Curiæ. Mihi tamen contraria sententia sedet, modo maioratus magni sit momenti magnæquè æstimationis, & qualitatis: Tùm, quia causæ graues pertinent ad Regis cognitionem, cap. vt debitus, de appellat. lex finalis, C. vbi Senatores, vel clarissimi: tùm, quia lex quarta, tit. 1. lib. 3. Recopilat. in qua Gregorius nititur, potius cõtrarium ostendit, cum dicat posse intendi in Regio Prętorio Calleciano, aut Vallisoletana Chãcellaria causas illas, quas exprimit. Deniquè hæc nostra sententia pertè probatur in l. 9. tit. 7. lib. 5. Recopilatio. ad finem.

SVMMARIVM.

Differentia 19.

Feudum, nomen nouum est, & apud Iurisconsultos incognitum, atque à Gottis originem traxit, num. 1.

Feudi, atque maioratus diuersa est natura, quippe feudum diuiduum est, maioratus autem nullo modo diuisionem recipit, nu. 2.

Fœmina non repellitur à maioratu masculis deficientibus, nu. 3.

Hispaniæ primogeniti, Duces, Comites, & Marchiones, non solum, vt cæteri ciues, sed peculiari panagio, seu homagio Regi obsequuntur, num. 4.

Primogeniti Hispaniæ certis anni diebus tenentur osculari manus in signum subiectionis, quod originem traxit, ex vetustissimo more Romanorum, nu. 5.

Gentilitiæ hæreditates, siue maioratus bona, non iure feudi, sed hæreditario iure possidentur, num. 6.

Hispanorum Regum præcipua laus, quod Regnum à maioribus suis deperditum, ab inimicis recuperauerunt, nu. 7.

Iure post liminij nostrum esse dicitur, quod amissum erat, & ab hostibus recepimus, numero, 8.

Hispaniarum Rex dicitur possidere Regnum in re gleba, nu. 9.

Rex, & Imperator, dominus dicitur quantum attinet ad iurisdictionem, & protectionem Regni, non vero ad rerum priuatarum dominium, nu. 10.

Feudi ad maioratum non rectè sumitur argumentum, nisi modo par ratio vtrobiquè versetur, nu. 11.

In feudo non succedit mutus, & surdus, numero, 12.

In maioratu succedit mutus, & surdus, modo nõ sit mentecaptus, aut furiosus, nu. 13.

Inter feudum, & maioratum, Differentia 19.

FEudi originem nonnulli ad vetera iura referunt, fingentes quodam clientelæ genus, quam clientelam illis feudis respondere autumant: in quibus est Budeus in l. Herennius, ff. de euictio. & Zazius in l. 2. ff. de origine iuris. Atque item Eguinarius in §. per traditionem, instit. de rerum diuisione, & alij quos refert Ioannes Garsia de expensis, cap. 12. num. 13. Sed verius est, nouum hoc esse nomen Iurisquè Consultis penitus incognitum. Atque primum cum Gothorum principatu traxisse principium, sicuti placuit Aluaroto in Summa de feudis, quæst. 4. Baldo in cap. quæ in Ecclesiarum, colum. 10. de constit. atquè Iasoni in vsibus feudorum, num. 33. quos etiam ex recentioribus sequuntur Carolus Molinéus ad consuetudines Parisienses in principio, nu. 12. & Franciscus Connanus in commenta-

rijs

rijs iuris libro 2. capit. 9. Atque item Otomanus in commentarijs de feudi, & Iulius Clarus, tit. de feudis, quæst. 1. necnon Balasc us de iure emphyteutico, quæst. 39. Quan uis autem placuerit aliquibus, feudo cũ ma ioratu tantam esse cognationem, vt de vno ad alterum rectè procedat argumentum, veluti placuit Socino, cons. 47. lib. 3. Pari-
2 sio consil. 72. lib. 4. Diuersam tamen vtriusquè esse naturam, quam plurimis demonstrari potest exẽplis, tametsi breuitati cosulentes pauca de multis subijciemus, quibus, vt opinor, res aperte demonstrabitur. Nam quid rogo magis diuersum esse potest, quã quod feudum diuiduum sit, inter hæredesque diuidatur, cap. 1. de succes. feud. in vsibus feudo: maioratus autem nullo modo diuisionem recipit: quippè qui ad primogenitum duntaxat attineat, vt in cap. licet de voto. Quid itẽ: quod in feudo fœmina eiusquè filij regulariter non succedunt, vt est constitutum in num. 1. §. hoc autem, & in cap. 1.
3 de succes. feudi in vsibus feudorum. Porrò à maioratu fœmina masculis desideratis, seu deficientibus, non repellitur, vt in cap. significauit de rescriptis, & in l. 2. tit. 15. part. 2. Et (ne vos morer) feudum subiectionem quandam præfert, quippè cũ feudatarius iure feudi personale domino debeat obsequiũ vt in cap. 1. de forma fidelitatis, & aliàs passim. At nostræ Hispaniæ primogeniti: *Du-*
4 *ces, Comites, & Marchiones*, quamquam ex naturæ præscripto debeant Regi, vt & cæteris ciues, honorem, & obsequium, tenean turquè domi belliquè illius tutare dignitatem, tueriquè personam, vt in l. 4. tit. 24. p. 4. & l. 5. tit. 15. part. 2. debeãtque præcipuè in primis Regijs auspicijs panagium illi facere: hoc est iusiurandum præstare fidei, & obedientiæ, & homagium Feudistæ vocãt)
5 vt declarat Paulus Emilius de rebus Francorum, lib. 6. teneanturque in signu subiectionis illi statis diebus ex osculari manus, vt exponitur in leg. 22. & 23. tit. 13. par. 2. & in l. 5. tit. 25. p. 4. Quem osculandarum manuum morem (vt id obiter dicam) iam inde veterrimo Romanorum ritu obseruatum fuisse constat ex Valerio Maximo, lib. 2. tit. de maiestate, & multo ante ex Ecclesiastico, cap. 29. & Regũ. 3. & 19. tenentur denique nostrates primates ex Iurisplacitis ad alia non pauca, quæ recensentur in l. 23. & 24. tit. 13. & in lege. 1. tit. 18. part. 2. &
6 in l. 6. tit. 25. p. 4. Cæterũ gentilitias hæreditates, siue maioratus bona, quæ possidẽt non iure feudi, nisi aliud illorum tituli sonẽt, sed iure hæreditario, seu proprio eos nactos, & adeptos esse probãt, & nõ obscure, lex 12. tit. 1. & lex 23. tit. 13. p. 2. vbi clara voce definitur, Duces, Comites, & Marchiones, iure hæreditario sua possidere primogenia. At verbum illud iure hæreditario, diuersam rem esse à feudo, ostendunt, l. 8. tit. 1. & lex, 23. & 24. & tit. 13. p. 2. & lex 2. tit. 26. part. 4. & sentit Suarez in lege quoniam in prioribus in primo dubio super Comitatu de Valentia, & Molina de primogenit. lib. 1. c. 13. num. 47. tametsi Ioannes Garsia de expensis cap. 15. in cõtraria residere sententia videatur: est nimirum Regibus nostris (si alicuicũquè Principi) maximæ laudi, & virtuti tribuẽdũ, quod Regnũ maiorũ suorũ ignauia, & socordia deperditum ab hostibus recuperarent, & in pristinam restituerũt libertatem: At huius laudis, & gloriæ, & nostri, quoque maiores participes esse debent, qui multo labore incredibilique fortitudine, & constantia rem bellicam gerentes Regibusque suis in officio maximè assidui periculisquè sese passim obiectantes meruerunt, vt pleno iure donationes eorum, quæ habent à Regibus acciperent, veluti significat lex 17. sub fine tit. de las mercedes, libr. 5. Recopilat. & lex. 1. titul. de las prẽscriptiones, lib. 4. eiusdem voluminis: vt taceam bello amissum
8 quod est, si postea recipiamus, post liminij iure nostrum esse, perinde ac si nunquam in hostium venisset potestatem, lex post liminium cum sequentibus. ff. de cap. & postlim. reuers. cap. prima actio 16. quæstio. 3.
9 Quod igitur ab aliquibus eleganter traditur, Hispaniarum Regem possidere Regnum iure glebæ, tanquam res in bello captas, vt est videre apud Felinum in cap. cum non liceat de præscript. & apud Petrum Bellugam in speculo Principum, rubric. 14. eo pertinet, vt intelligamus nostrum Regem nulli, neque Principi, neque Imperatori subesse, iuxta glossam in capit. cum Adrianus. 63. distinct. non eo vero, vt rerum priuatarum dominus ipse sit; cum palã sit, Regem, aut Imperatorẽ dominum dici, quãtum attinet ad iurisdictionem, & Regni protectionem, non quantum ad rerum priuatarum dominium, glossa, & reliqui in lege à Cenone, C. de quadriennij præscriptione Hostiensis, Ioann. Andr. & reliqui, in capit. nimis de iure iurand. Decius consil. 403. Gregor. in leg. 1. titul. 18. part. 2. verbo, de derecho. Superest igitur, vt dicamus, feudũ ad maioratum rem diuersam esse: Proinde
10 ex vno ad alterum non sat cõgruum sumitur argumentum, nisi modo par ratio vtrobiquè

biquè versetur:id quod placuit Palac.Rub. in repetitione.rubric.de donat.§.69. numero. 30. Suarez in l. quoniam in prioribus, dubio 1.super Comitatu de Valencia,Burgo de Paz in proœmio legum Taur. num. 72.Mol.de primogen.lib.1.cap.17.&Couarr.lib.1.c.15.variar.resol. n. 14. ex quo multa quidem inferri possent,sed illud tantum dicamus:quod licet in feudo non succedat mutus,& surdus,vt in tit.an mutus, vel aliàs imperfectus.§. 1. in vsibus feudorum & in lege 6.tit.26.part.4. Attamen in maioratu succedet mutus, & surdus, modo nõ sit mentecaptus,aut furiosus, sed perspicacis ingenij,vt rectè resoluit Molina de primog.lib.1.cap.13.num. 46.& 58.

SVMMARIVM. Differentia 20.

Falcidiâ pertinet ad legata, seu fidei commissa singularia,seu particularia.num.1.

Trebellianica pertinet ad fideicommissa,vel legata vniuersalia.num.2.

In falcidia ea solum imputantur,quæ iure hæreditario capiuntur,in Trebellianica vero ea etiam,quæ hæres alio iure, quam hæreditario accepit,num.3.

Inter falcidiam, & Trebellianicam, Differ.ent.20.

INter legem falcidiam,& Senatusconsultum,Trebellianum tanta estcognatio,& similitudo, vt altera pro altera frequenter accipi soleat,vt ex authorum omnium scriptura facilè intelligi potest,&ostenditBart. in l.3 ff.ad Trebellianum,num. 5.Illud tamen distant,quod falcidia pertinet ad legata, seu fideicommissa singularia, seu particularia, veluti cum fundus domus, aut alia res singularis,vltra dodrantem legatur, vel fideicommittitur. Senatus autem Consultum Trebellianum pertinet ad fideicommissa,vel legata vniuersalia, puta, cum hæres,aut totam hæreditatem,aut partem hæreditatis,vltra dodrantem restituere rogatur. Hanc differentiam sequutus est Azo.in rubrica. C. ad legem falcid. & amplectitur Accurs.in rubrica.C.ad Trebellianum, & denique communem testatur Iason. in rubrica.ff. ad Trebellianum, num.6.& Rolãdinus in tractatu qui inscribitur.Flos testamentorum,rubrica.28.num. 4. & doctissimus Spino in speculo testamentorum,glos. 27.num.9.& illis quoque consentire videntur Regiæ leges,vt intelligere licet, ex lege prima,& 8.titul.11. part. 6. Quanuis autẽ legata, & fideicommissa exæquata sint, & eorum sublata sit differentia, vt habetur in l.2.C.communia de legatis, & diximus superiùs differentia 17. Nihilominus hęc differentia falcidiæ, & Trebellianicæ durat, quippe cum scribentibus placeat, singularia legata, vel fideicommissa adhuc hodie vniuersalibus exæquata non esse, vt docet Accursius in l.1.ff.de leg. 1. & illic probat Iason num.72.& Alciat. num. 9. & tradit luculenter Ripa in l.in quartam,ff.ad legem falcidiam,num.2.atquè 3. & 6. & nos paulò ante tradidimus dicta differentia. 17. in fine.In vsu autem iuris,siue fori permultum interest an detrahatur Falcidia,an Trebellianica,cum propter alia multa,tum propter imputationem faciendam. Nam in falcidia non imputantur ea,quæ alio iure,quã hæreditario capiũtur.In Trebellianica vero imputantur,etiam ea quæ hæres alio iure,quam hæreditario accepit, vt traditur in l.in quartam.ff.ad legem falcidiam, vbi *Ripa* copiosè differit,num. 3.& 6. atque 24. necnõ.86.Proinde insulsum fuerit me hic repetere.Quando vero hodie secundum patrias leges falcidia, & Trebellianica locum sortiantur, traditum est luculenter à nobis lib.1.rerum quotidianarum.c.11.tradit,& Molin.de primog.lib.1.cap.17.

SVMMARIVM. Differentia.21.

Bonorum possessio iuris est genus quodam successionis introductum de iure Prætorio. num.1.

Bonorum possessio est ius persequendi,retinendique patrimonij,siue rei, quæ cuiusquè fuerit cum moritur.num.2.

Bonorum possessio,quæ iuris, & facti est, ius est insistendæ rei non prohibitæ possideri.num.3.

Inter bonorum possessionem, & possessionem bonorum.Differ. 21.

Inter bonorum possessionem, ac possessionem

sionem bonorum, quid interſit variæ fuere authorum opiniones, vt eſt videre apud Fabrum, & Portium in rubrica de bonorum poſſeſsionibus; & apud Alciatum Parergõ, lib. 3. cap. 3. Ego vero ſic breuiter diſtinguendum arbitror: bonorum poſſeſsio alia
1 eſt iuris, alia eſt iuris & facti: bonorum poſſeſsio iuris, eſt genus quoddam ſucceſsionis introductum de iure Prætorio: *Nihil enim aliud eſt hæc bonorum poſſeſsio ſecundum Iuriſconſultum, quàm ius perſequendi, retinendique patrimonij, ſine rei quæ cuiuſque cum moritur*
2 *fuerit*, l. 3. ff. de bonorum poſſeſsio. Quàm Iuriſconſulti definitionem aduerſus Bartolum defendit Alciat. in rubrica. C. qui admitti, nu. 5. Bonorum autem poſſeſsio, quæ iuris, & facti eſt nihil aliud eſt, quam ius inſiſtendæ rei non prohibitæ poſsideri, veluti definit Bart. in l. 1. ff. de acquirend. poſſeſsione, cuius magis eſt recepta à cæteris defi
3 nitio teſte Ripa ibidem, num. 26. Parui autem referri, an dicamus bonorum poſſeſsionem, an poſſeſsionem bonorum. Nam hæc bonorum inuaſio rei mutare ſubſtantiam non poteſt, ex ſubiecta itaque materia intelligendum eſt de vtra bonorum poſſeſsione tractetur, vt intelligere licet ex l. 4. §. fin. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio & l. in honorarijs, ff. de actionibus, & obligationibus, nec non ex lege ſi minor, n. 6. ff. de acquirẽda hæreditate, & docet Faber. in rubrica, Inſtituta de bonorum poſſeſsionibus, quot autem ſint bonorum poſſeſsionum ſpecies, quæ ad ſucceſsionem pertinẽt traditur à Iuſtiniano in illo titulo Inſtituta de bonorum poſſeſſ. & nos in ſequentibus capitulis non nihil de illarum natura, & differentia diſſeremus. Proin hic non amplius.

SVMMARIVM. Differ. 22.

Hæreditas, & bonorum poſſeſsio tantundem in iure ſonant quo ad rei ſubſtantiam attinet. num. 1.

Hæreditas eſt de iura ciuili, bonorum autem poſſeſsio de iure prætorio: & hoc eſt inter eas diſcrimen. num. 2.

Bonorum poſſeſsio in proprio hæreditas appellatur. num. 3.

Iure ciuili per additionem hæreditatis hares omnia iura, ipſo iure ſine adminiculo Prætoris nanciſcitur. At vero bonorum poſſeſsio à Prætore decernitur, vt hæres omnia iura vtiliter adipiſcatur. num. 4.

Non eſt idem bonorum poſſeſsionem concedere, ac hæredem in bonorum poſſeſsionem mittere. num. 5.

Titulus de poſſeſſoria hæreditatis petitione ſolum differt à titulo de petitione hæreditatis, quod hic eſt de iure ciuili, ille de Prætorio. numer. 6.

Tam iure antiquo, quam iure nouo bonorum poſſeſsio à Prætore cauſa cognita decerni debet. num. 7.

Hæreditas nihil aliud eſt quam ſucceſsio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis. num. 8.

Hæreditas per procuratorem adiri non poteſt, bonorum autem poſſeſsionem per procuratorem agnoſcere recte poſſumus. nu 9.

Aditio hæreditatis facta à filio familias, ſine cõſenſu patris irrita eſt, nec valet gratificari, ſecus in bonorum poſſeſsione. num. 10.

Hæredis appellatione bonorum poſſeſſor comprehenditur ſecundum communiorem, & veriorem opinionem. num. 10.

Inter hæreditatem, & bonorum poſſeſsionem. Differ. 22.

HÆreditas, & bonorum poſſeſsio quãtum ad rei ſubſtantiam attinet, tantundem in iure ſonant. l. hæreditatis appellatio. 119. ff. de verborum ſignificat. l. quia autem. § proinde. ff. quæ in fraudem creditorum. l. vltima, C. qui admitti, tradit Alciatus in dict. l. hæreditatis, & Duarenus ad librum. 37. pãdectarum, cap. 37. & Cuiatius lib. 4. obſeruationum, cap. 16. Couarr. lib. 3 commentariorum, cap. 2. Coſta in l. Gallus §. & quid ſi tantum. 3. par. num. 23. ff. de liberis, & poſthum. Tiraquel. in tractatu de morte faiſit. 2. part. numero. 7. Quodſi quid 2
inter eas diſcriminis eſt, ex eo eſt, quod hæreditas eſt de iure ciuili: bonorum autem poſſeſsio eſt de iure prætorio. Introductæ enim ſunt bonorum poſſeſsiones à Prætore emendãdi, ſupplendique iuris ciuilis gratia. Prætoris enim is eſt ſcopus, ſeu finis, nequis ſine legitimo ſucceſſore moriatur; atque ideò anguſtiſsimis olim finibus conclusum legibus duodecim tabularum ius percipiendarum hæreditatum Prætor ex bono, & æquo introducto, hoc bonorum poſſeſsionum remedio dilatauit, & ampliauit, ſicuti explicat Iuſtinianus in principio, & in §. adhuc

huc instit. de bonorum possessionibus. Ea propter bonorum possessio impropriè hæreditas appellatur l. 1. ff. de possessoria hæ-
3 reditatis petitione, cui enim bonorum possessio defertur, non directus, sed vtilis dicitur hæres. l. qui in potestate. ff. de legatis præstandis, l. in conditionibus. §. si patronus. ff de conditionibus, & demonstrationibus.

Quia Prætor ipso iure, ideſt, recta via hæredes facere non potuit. §. quos autem Instit. de bonorum possess. idcirco indirectè, & per circuitum bonorum possessiones introduxit, per quos vice hæredũ bonorum pos-
4 sessores constituit, lex cum emancipatus. ff. de bonorum possess. contra tabulas. Etenim quemadmodum iure ciuile per aditionem hæreditatis hæres omnia iura ipso iure, ideſt, sine adminiculo Prætoris nanciscitur, vt in l. cum hæredes. ff. de acquirend. possess. & lex placet. ff. de acquirend. hæredit. ita & cui bonorum possessio à Prætore decernitur, omnia iura hæreditaria vtiliter adipiscitur, vt declarat Iurisconsultus in dicta leg. 1. & 2. ff. de possessoria hæreditat. petitione. Itaquè non idem erat bonorum possessionem concedere, ac hæredem in bonorum possessionem mittere, & hoc planũ
5 est, si cecutire noluerimus, nam posteaquam delata erat hæredi bonorum possessio, necesse habebat hæres, si vellet in possessionem hæreditatis mitti, experiri interdicto quorum bonorum, vt possessionem adipisceretur, vt habetur in l. 1. ff. quorum bonorum, & in lege 1. C. eodem titulo, & similiter si vellet proprietatem petere, agere debebat possessoria hæreditatis petitione, vt exponit Iurisconsultus in l. 1. ff. de possessoria hæreditatis petitione: qui titulus hoc tãtum differt à titulo de petitione hæreditatis, quod hic est de iure ciuili, ille est de iure
6 Prætorio, & in hoc deceptus est vigilantissimus alioqui Viglius in. §. siue Instit. de exhæredatione liberorum num. 5. qui putauit bonorum possessionem decernere, nihil aliud esse, quam in bonorum possessionem mittere. Cuius opinionis fuit, & ante eum Alciatus Parergon, lib. 3. cap. 3. manifestus sanè error, sicuti ex superioribus satis apparet. Ex his autem fit, vt dicamus adire hæreditatem, & agnoscere bonorum possessionem, hoc ideo, quia datam nobis à lege hæreditatem adimus, ipsoquè iure nobis transfertur hæreditas: promissam autem à Prætore bonorum possessionem petimus, seu agnoscimus, lex 2. § si duo. ff. de bonorum possession. secundum tabulas, lex nõ putauit. §. 1. ff. de bonorum possess. contra tabulas, lex ea quæ. §. cum vero. C. de temporibus in integrum restitutionibus, olim enim bonorum possessio non aliter effectum habebat, quam si causa cognita decerneretur à Prætore, vt in l. 3. §. si causa. ff. de bonorũ possession. Et adhuc hodie nouissimo iu 7
re coram Prætore, seu iudice cognosci necesse est, vt expositum est in l. fin. C. qui admitti.

Cum interim ad adeundam hereditatem manifestissimi iuris sit, præsentiam iudicis necessariam non esse. Atque hinc quoque prouenit, vt non eodem modo hæreditas, & bonorum possessio definiantur à Iurisconsultis: *Nam hæreditas nihil aliud est, quam succes-* 8
sio in vniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis, lex hæreditas. ff. de regulis iuris.

Bonorum autem possessio, vt antea diximus, est ius persequendi retinendique patrimonij, siue rei quæ cuiusquè, cum moritur fuisset, vt definit Iurisconsultus in leg. 3. ff. de bonorum possessio. Hæc etiam diuersitatis causa inter hę 9
reditatem, & bonorum possessionem efficit, vt per procuratorem adiri hæreditas nõ possit, lex Paulus per procuratorem. ff. de acquirend. hæredit. Bonorum autem possessionem per procuratorem agnoscere rectè posimus lex 3. §. acquirere. ff. de bonorum possession. nam cum aditio hæreditatis negocium sit, quod cum alio non geratur, sed à nostra nuda, meraquè pendeat voluntate. §. item extraneis Instit. de hæredum qualitate, & differentia: superuacue ad eam rẽ constituitur procurator, cum eo ipso quod eum constituimus videamur hæreditatem adire, vt rectè animaduertit. Accursius in dicta lege Paulus. ff. de acquirend. hæredit. atque ibidem Bartolus, & reliqui. At in petenda bonorum possessione cum iudice opus sit, non vtilis est procuratoris constitu- 10
tio, ex quo intelligere etiam possumus, quã obrem aditio hæreditatis facta à filio familias sine consensu patris irrita sit, neque ratificari valeat: bonornm autem possessio rata haberi possit, vt est definitum in lege qui in aliena. ff. de acquirend. hæredit. nam si per alium adiri hæreditas non potest, vt ex superioribus, patet rata haberi quemadmodum rogo potest? Bonorum possessio cum per alium agnosci possit rata haberi rectè potest: in qua ratione exquirenda miris modis insudant, & excruciantur interpretes, tum illic, tum in lege. 1. C. qui admitti, vbi Riminaldus, numer. 479. decem plus minusvè diuersitatis rationes congerit, sed (ni fallor)

fallor) hæc quã rediddimus vero magis accedere videtur. An vero leges de hærede loquentes locum habeant in bonorum possessione, tractatatur à nostris, sed vario modo, alij enim negant hæredis appellationem ad bonorum possessorem pertinere inter quos est Decius in rubrica. C. qui admitti Lancellotus Polytus de substitutionibus, tit. de substitutione vulgari, versiculo. 3.

Et denique (ne auctores recitando fastidium generem) hanc prohibet comunem esse opinionem Ripa in l. 1. §. bonorum. ff. ad Trebell. Alij vero ex diuerso aiũt; hæredis appellatione, & bonorum possessorem comprehendi, cuius opinionis fuit ille legũ
11 vertex Bartolus inquam in d. l. 1. §. bonorum. ff. ad Trebel. & Cagnolus in lege Prætor bonorum. ff. de reg. iuris, & hanc quoque communem testatur Iasson in l. 1. ff. de vulgat. & Tiraquel. *in tract. lemort. sayſir.* 2. part. declaratione. 2. Quibus ego magis accedo sequutus Iurisconsulti sententiam in leg. 2. ff. de bonorum posses. qui in hæc verba, inquit. *In omnibus vice hæredum bonorum possessores habentur.* Hoc autem cognoscere interdum vtilè erit, nã bonorum possessiones, etiam hodie quandoque locum habent. vt sequenti explicabimus differentia.

SVMMARIVM.

Differentiæ 23.

Edictalis bonorum possessio dicitur ex verbis, & sententia edicti nobis defertur bonorum possessio. num. 1.

Decretalis bonorum possessio appellatur, cum deficientibus edicti verbis, & sententia, ratio, & æquitas decernit. num. 2.

Decretalis, & edictalis possessio differunt tanquam actio directa, & vtilis. num. 4.

Decretalis bonorum possessio adhuc hodie locum habet, num. 4.

Quæ dicatur bonorum possessio litis agnoscendæ gratia. num. 5.

Ad ordinandum iudicium petitionis hæreditatis, necesse est præcedat aditio. num. 6.

Ad querelam inofficiosi testamenti ordinandam necesse fuit, vt filius emancipatis exhæredatis, hæc litis agnoscendæ bonorum possessio detur. num. 7.

Hæc bonorum possessio non tribuit ius, sed tantum viam aperit ad querelam inofficiosi testamenti intentandam. num. 8.

Hæc bonorum possessio litis agnoscendæ peti debet intra annum, querela autem inofficiosi intra quinquennium proponi debet. num. 9.

Successorium edictum, ius est succedendi in locum primi hæredis qui est exclusus, aut repudiatione, aut tempore num. 10.

Ex singulari effectu successorij edicti, etiam si filius sit iustè exhæredatus, nepos rumpit testamentum aui, recuperatque hæreditatem. numer. 11.

Intelligenda est doctrina proximè dicta quando nepos est natus, aut conceptus in vita aui. numer. 12.

Resoluitur an hodie iure Regni Hispaniæ harum bonorum possessionum remedia antiquata sint num. 13.

Consultius esset si lege Regia remedia hæc ad ius commune reducerentur, siue Regium. numer. 14.

Iure ciuili aditio hæreditatis non nisi triginta annorum præscriptione excluditur, de iure autem præterito breuiora sunt spatia. n, 15.

Inter bonorum possessionem edictalem, atque decretalem, ac litis agnoscendæ, necnon successorium edictum, Differens. 23.

INter bonorum possessionem edictalem, ac decretalem illud interesse tradit Acursius in leg. 1. gloss. fin. ff. de possessoria hæreditatis petitione, & in lege 1. §. decretalis, ff. de successorio edicto: quod edictalis dicitur, quæ à Prætoris mortui edicto defertur: decretalis vero quæ à Prætore viuo decernitur Acursio vero veteres ad vnum assentiũtur interpretes teste Guilhelmo Benedicto in cap. Raynuntius verbo mortuo, numer. 124. & Menochio de adipiscenda possessione, remedio. 1. num. 10. Cæterum ab Acursio fere omnes recentiores dissentiunt, & in ijs Alciatus in lege delatam. ff. de verbor. significat. Forcatulus Dialogo 11. num. 6. & Duarenus ad titulum de bonorum possessionibus, capit. 15. Cuiatius ad Affricanum tractatu 4. Roncegallus in §. fin. Institut. de bonorum posses. Antonius Costonius singularium quæstionum, cap. 11. n. 7. Alfanus in collectaneis, c. 535. necnon Cæsar Costa libr. 1. variarum ambiguitatum, cap. 33.

Quibus placet, edictalem bonorum pos- 1
sessionem dici cum ex verbis, & sententiæ edicti nobis defertur bonorum possessio.

Cæte-

2 Cæterum cum deficientibus ædicti verbis, & ſentia ratio facit, & æquitas, vt nobis decerni pebeat poſſeſsio, tum decretalis bo-
3 norum poſſeſsio appellatur. Differunt igitur tanquam actio directa, & vtilis de iure ciuili, quarum differentia inferius tractã da eſt à nobis. Suffragatur autem huic poſteriori opinioni, l. ex duobus, §. fin. ff. de bonor. poſſeſ. contra tabulas, lex ſtricto, ff. de legatis præſtandis, l. ventre præterito, ff. de acquirend. hæred. quæ eſt num. 38. De-
4 cretalem igitur bonorum poſſeſsionem, ad huc hodiè locum habere poſſe dicendum eſt: licet aliud placuerit Accurſio in l. 1. ff. de poſſeſſor. hæred. peti. cuius opinio vera eſſet, ſi ſuam ſequeremur opinionem, ſed quoniam recentiorum opinio verior, eſt, vt diximus, ſecundùm eam decretalem bonorum poſſeſsionem hodiè locum habere magis probandum eſt. Quæ autem dicatur bo-
5 norum poſſeſsio litis agnoſcendę gratia (de qua meminit Iuriſconſultus in lege Papinianus, §. 1. ff. de inofficioſ. teſtamento) videamus. Et Accurſius illic nullo certo magis argumento autumat fuiſſe ſymbolum, ſeu ſignum quodam, quòd à Prætore dabatur ijs qui iure ciuili erant incogniti, putà emancipatis, vt ad querellam inofficioſo teſtamenti facilius admitti poſſent. Sed veriùs eſt quod (Græcos ſequutus interpretes) ſcribit Viglius in §. tam autem, inſtitut.
6 de inofficioſo teſtamento, dicens, quemadmodum ad ordinandum iudicium petitionis hæreditatis neceſſe eſt præcedat aditio. Et ad poſſeſſoriam hæreditatis petitionem intentandam neceſſe eſt, decernatur prius bonorum poſſeſsio, lex quemadmodum, ff. de inofficioſo teſtamẽto: quia videlicet omnis actio aliquo ſubniti iure debet: ita ad querelam inofficioſi teſtamen. ordinandam
7 neceſſe fuit, vt filijs emancipatis exhæredatis hæc litis agnoſcendæ bonorum poſſeſsio detur, quæ aditionis vice fungatur: quippe cum contra tabulas bonorum poſſeſsio emancipatis filijs exhęredatis non detur, vt in leg. 1. & lex non putauit, ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. Neque adire queant hæreditatem de iure ciuili, quoniam eo iure non admittuntur emancipati, vt in §. emancipa
8 tis, inſtit. exhæredatione liberor. Atquè ita hæc bonorum poſſeſsio, quæ litis ordinandæ cauſa dicitur eis ius non tribuit, ſed tantum viam aperit ad querelam inofficioſi teſtamenti intentandam, vt tradit Viglius in §. tam autem, inſtit. de inoffic. teſtament. & eius amplectuntur ſententiam Oroſcius in l. cognitio. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio, & Conanus lib. 9. commentariorum, cap. 8. Briſonius de verbor. ſignificat. verbo, bonorum poſſeſsio, atque nouiſsimè Baldeſius ad Suarez in l. quoniã in prioribus, ampliat. 10. Debet autem hæc bono 9
rum poſſeſsio litis agnoſcendæ cauſa peti intra annum, poſteaque querela inofficioſi teſtamenti intra quinquennium debet proponi, vt benè declarat Antonius Gomez in commentar. tomo. 1. capit. 11. numer. 34. Hæc de bonorum poſſeſsione ædictali, atq; decretali, litiſquè agnoſcendæ cauſa. Nunc diſpiciamus de ſucceſſorio ædicto, quod ab his differre incomperto eſt. Eſt enim ſucceſ 10
ſorium ædictum ius ſuccedendi in locum primi hæredis, qui eſt excluſus, aut repudia 1
tione, aut tempore aliavè de cauſa, quod & ipſum Prætoris eſt beneficium, vt docet luriſconſultus in l. 1. ff. de ſucceſſorio ædicto, & Imperator in §. cum igitur, inſtitut. de bonorum poſſeſsionibus, & in l. fin. ff. de ſucceſſorio ædicto, & tradunt copioſè gloſ. & cæteri claſsici in rubrica, C. eodem titul. de ſucceſſorio ædicto, Faber. & Angelus in §. placebat, inſtitut. de legitima agnatorum ſucce. explicat etiam luculenter ex noſtratibus Suarez in l. quoniam in prioribus, ampliat. 10. num. 59. & illic illius ſcholiaſtes Baldeſius, & Matienç. in l. 2. tit. 4. gloſ. 14. lib. 5. Recopilatio. Succeſſorij autem ediçti magnus eſt effectus: nam & ſi filius iuſtè 11
fuerit exhęredatus, nepos ex ſucceſſorio ędicto rumpit teſtamentum aui, hæreditatemquè habebit, Accurſius, & Bart. in l. ſi quis filium, C. de inofficioſo teſtamento, idem Bart. & reliqui in l. illud, §. 1. ff. de bonorum poſſeſsionibus contra tabulas, & quanuis non deſint qui repugnẽt apud Antonium Gomez in commentarijs, tom. 1. c. 11. Et apud Zeuallum in Speculo, quęſtio. 101, hanc magis communem eſſe opinionem, perhibet Gutier. in l. pater filium, nu. 22. ff de inofficioſ. teſtament. & Baldeſ. ad Suarez in l. quoniam in prioribus, ampliat. 10. verſic. 3. Quod accipiendum tamen eſt, 12
quando nepos eſt natus, aut conceptus in vita aui: nam qui concepti non ſunt, vel nati tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, vel tempore deſtituti teſtamenti nõ habent ius ſuccedendi, l. ſi quis filio exhæredato, §. 1. de iniuſto rupto, irritoquè facto teſtamento, Guill. Bened. in cap. Raynuntius, verbo, vxorem, num. 604. & verbo, ſobolem, numer. 48. Ex hoc item ſucceſſorio ædicto dicendum eſt, excluſa matre ab impuberis filij ſucceſsione: quoniam illi non dederit tutorem, & rationem tutelæ geſtæ,

antea

antea quam ad secundas transiret nuptias, vt habetur in l. omnem. C. ad Senatusconſ. Tertyl. cæteros filios, id est, defuncti fratres illis succedere excluso fisco, l. fin. §. fin. ff. ad Tertullianum, glo. fin. & illic cæteri classici in l. sciant cuncti. C. de legitimis hæredibus, quod memoria dignum quidem est: nã alioqui cum hereditas aufertur ab indigno, fisco defertur, l. si inimicitiæ. ff. de his quibus, vt indignis l. Statius Florus. §. Cornel. ff. de iure fisci. l. hæreditas. & illic Bart. & cæteri. C. de his quibus, vt indignis Guillielm. Benedict. in capit. Raynuntius, verb. condidit. 2. n. 16. Sed & (vt ad bonorum possessiones reuertamur) illud est tractandum, an
13 hodie nostrati Regio iure horum bonorum possessionem remedia exoleuerint antiqua taquè sint? id quod placere video Gregor. Lop. in l. 19. tit. 1. part. 6. & in l. 2. tit. 6. eadẽ partita, verbo, nueue meses. Quod dicat nullam de eis toto nostro Regio iure mentionẽ fieri. Sed eius mihi, nequè ratio, nequè sententia placet, nã neque in toto Authẽticorũ volumine de eis mentio habetur, & tamẽ nemo scriptorum eas iure ciuili obliteratas esse dixit. Dicamus igitur, quæ hactenus apud nos Iurisconsultorum valet authoritas eatenus & in bonorum possessionibus valere, hæc quanta sii diximus superius, differ. 6. Quanquam autem iure communi bonorum possessionũ vsus necessarius admodum non sit, aliquãdo tamẽ incidere poterit casus, vt bonorum possessio sit necessaria. Nã tametsi Acursius, paucis in speciebus eas necessarias esse demonstret, in l. fin. C. vnde legitimi, attamen viginti plus, minusvè casus, quibus ex vsu esse possint, conglomerauit Angel. in princ. inſtit. de exhæred. liber. n. 5. Quin & ipsemet Greg. Lop. adhuc hodiè in quadã specie, quam refert, existimat bonorum possessionem nececessariam esse, est locus Gregor. in l. 1. tit. 7. p. 6. verb. el tenedor. Igitur quibus in casibus leges Regiæ præbent hæredi bonorum possessionem dicemus cessare remedia bonorum possessionum, quæ iure communi dantur: cæteris vero in casibus, quibus leges Regiæ non subueniunt hæredi: iura verò communia subueniũt, dicemus esse necessarias, etiã hodiè bonorũ possessiones perinde, ac iu-
14 re ciuili. Non me præterit consultius forè, si lege Regia statueretur, vt harum bonorũ possessionum remedia ad ius comune, siue Regium reducerẽtur, omneque quicquid, hic est discriminis toleretur. Verum interea, dum hoc decernitur, nos his, quæ in præsentiarum statuta sunt, non possumus non obsequi. Plurimum autẽ refert, an successio competat iure ciuili, an iure honorario, siue Prætorio. Nam iure ciuili aditio hæreditatis, nonnisi triginta annorum præscriptione excluditur l. licet. C. de iure de liberan. bonorum autem possessionibus breuiora sunt spatia à Prætore præscripta putà anni, vel centum dierum, iuxta. l. 1. §. 1. ff. quis ordo in bonorum possessione seruetur. 15

SVMMARIVM.

Differentiæ. 24.

In successione bonorum quæ libera sunt, non datur locus repræsentationi post fratres, fratrumque filios. num. 1.

In successione maioratus defuncto primogenito, viuo maioratus possessore primogeniti filius locum parentis sortitur. num. 2.

Intellectus legis Tauri de successione patrui, & nepotis in maioratu. num. 3.

Bona libera libere alienari, bona autem maioratus alienari nequeunt. num. 4.

Verbo alienationis continetur locatio ad longũ tempus, seu ad decem annos. num. 5.

Non ita adhærere debemus literæ, vt sensum amittamus: cum sensus potior sit verbis. numer. 6.

Leges partitæ interpretandæ sunt, vt ad iura cõmunia reducantur. num. 7.

Maioratus possessor non potest illius bona vltra nouem annos locare. num. 8.

Reprobatur limitatio eorum, qui dicunt, superiorem regulam de locatione vltra nouem annos cessare in Principe potentiori ipso maioratu.

Inter successionem maioratus, atque eorum bonorum quæ libera sunt. Differ. 24.

INter successionem gentilitiæ hæreditatis (quam maioratum vulgò vocamus) itaquè inter successionem bonorum eorum quæ libera sunt, lõgè interest. Nã in successione bonorum quæ libera sunt, post fratres fratrumquè filios repræsentationi locus nõ datur: itaque est qui gradu proximus est defuncto, in hæreditate præfertur: vt extat definitum in authentic. cessante, & in authentic post fratres. C. de legitimis hæred. & in l. 5. titul. 13. partita 6. Diuersum in successione maioratus, nã defuncto primo- 2
genito,

genito, viuo maioratus poſſeſſore, primogeniti filius locum parentis ſortitur, neque minus iuris habet, quam haberet, ſi pater ſuus ſuperuiueret vltimo poſſeſſori, ſicuti latius eſt comprehenſum in leg. 40. Tauri quæ quinta eſt hodie, titul. 7. lib. 5. Recopilatio per quam ſublata eſt quæſtio illa de patruo, & nepote, adeò in iure difficilis, & controuerſa, vt armis quãdoque fuerit ſopita, vt eſt videre cum apud alios, tum apud Iaſſo. in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis, & exhæreditatis, & apud Acoſtã in peculiari libello de patruo & nepote: quã quam vero lex illa Taurina hanc prærrogatiuam primogenito conceſſam, expreſsim dicat, etiam locum habere in transuerſali linea, ſeu ſtipite, adhuctamen (vt nihil eſt in iure, ita planum, quod non ſolicitam recipiat dubitationem, ſecundum Iuſtinianum, in authent. de tabellionibus, in principio) non deſunt, qui autument illius Regiæ legis deciſionem ceſſare; quando qui ex primogenito deſcendit, non ſolum eſt trãſuerſalis vltimo poſſeſſori, ſed etiam primo, qui maioratum inſtituit, tum enim aiunt, non eſſe dandũ repræſentationi locum, ſed ex cuiuſquè gradus propinquitate rem diiudicandam eſſe? huius opinionis author fuit Ant. Gomez in l. 8. Tauri, n. 2. & eadẽ quoque accedit Gregorius Lopez in leg. 2. tit. 15. partit. 2. ſed cum Taurinæ legis verba tam latè pateant, apertaque ſint, ita enim profatur: *Lo qual no ſolamente mandamos ſe guarde, y platique en la ſucceſsion del mayorazgo a los aſcendientes: pero aun en la ſucceſsion de los mayorazgos à los tranſuerſales.* In ciuile
3 prorſus mihi, & inſulſum videtur eã ad has tricas, & ambages adigere. Atque ita ab ea diſſentit Couarruu. practicarum quæſtionum, cap. 38. numer. 10. & Acoſta in dicta quæſtione de patruo, & nepote, num. 30. & nouiſsimè doctiſsimus Molina de primog. lib. 3. c. 7. num. 9. Qui ita pronuntiatũ fuiſſe in Granatenſi Prætorio fidem facit, ſic etiam & nos idem obſeruatũ fuiſſe in noſtro Valliſoletano Prætorio teſtari poſſumus, me has partes defendente, & hanc quoquè ſententiã poſt hac probauit Gutierr. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 66. num. 11.

Illud quoquè permultum intereſt inter bona libera, & bona maioratus, quod bona
4 libera libere ab alienari poſſunt. §. 1. inſtitut. quibus modis res alienari val. lex in re mandata. C. mandati. At bona maioratus alienari non poſſunt, lex filius familias. §. dui. ff. de legat. 1. l. 2. C. communia. ff. de legatis. Adeo quidem, vt etiam ſi teſtator nõ adiecerit prohibitionẽ alienationis, ſatis ſit ſi dixerit velle ſe, vt bona ſint maioratus, ve lut eleganter tradit Couarr. lib. 3. variarum reſolut. cap. 5. num. 4. & in eadem ſententia eſt Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. part. 2. verbo maioria, & Simancas in libello de primo genitis capit. 25. Molina de primogen. lib. 1. cap. 4. id quod non obſcurè probatur in lege finali, tit. 7. lib. 5. Recopil. Alienationis antem verbo, & locatio ad longum tempus, ſeu ad decem annos continetur, gloſſ. verb. ſuperficiem in leg. 1. ff. de ſuperficiebus, & illic Bartol. Eſtquè omnium par, cõmuniſquè ſententia, vt liquet ex Iaſſone in lege fin. C. de iure emphyteot. n. 8. atque ex Tiraq. de retractu lignagier, §. 1. gloſſ. 14. n. 82. Atquè itẽ ex Duen. regul. 40. ampliat. 12. & regula. 240. limitat. 2. Et ſic eſt accipienda. l. 19. tit. 8. part. 5. quæ ſignificare videtur longi temporis alienationem dici, quando ſit ad vitam. 5

Nam non ob id videtur negare locationem ad decem annos eſſe alienationem. Ne 6
que enim ita debemus adhærere literæ, & ludaicè verba interpretari, vt legis ſenſum amittamus: nam ſenſus potior eſt verbis, lex non aliter. ff. de legatis 3. Quim leges 7
ſeptem partiti iuris ita debemus interpretari, vt quoad fieri poſsit, & ratio probatur ad iura communia reducantur, vt noſtrates vbiquè tradunt, hoc ideo dixerim: quia Gregor. Lopez, quanquam nutans vult diſcedere à communi opinione ductus illius legis argumento: proinde merito ab ipſius interpretatione diſcedunt. Couarr. libr. 2. variar. reſolut. cap. 15. num. 2. & Anton. Gomez in commentarijs. 2. tomo, tit. de locato, & Dueñas dict. reg. 240. limitatione. 2. 8
Maioratus igitur poſſeſſor non poteſt illius bona vltra nouem annos locare, vel fruenda dare, vel precario concedere, vt reſoluit Molina de primogen. libr. 1. cap. 21. num. 18. Qui idem eodem capite numer. 28. ſcribit, ſi in longius tempus data fuerint, valere locationem ad nouem annos, ne ſcilicet, vtile per inutile vitio detur. Ait etiam illic, numer. 30. etiam ad modicum tempus potentiori bona maioratus locari non poſſe: quia videlicet regulariter eſt receptum, quæ prohibita ſunt alienari ſi aliquo caſu alienari valeant eam alienationem in potentiorem fieri non poſſe, tenet illic Iaſſo. in l. finali. C. de iure emphyteotic. ſubiungit tamen Molina ceſſare id, quando potentior degit ſubditione eiuſdem Principis, ſub quo, & poſſeſſor maioratus habitat: nam tunc placet illi in potentiorem fieri alienationem poſſe:

Sed

Sed ea limitatio minus mihi quidem placet: nam & si sub eodem Principe vterquè degat, adhuc non cessat prohibitionis causa, quæ illa quidem est, quod soleant potentiores gratia, & opibus technis, & calumniationibus aduersariorum ius, & iustitiam disturbare, aut certè in longius tempus differre. Deniquè leges quibus occurritur aduersus potentiorum insolentiam, & in ijs, qui sub eodem Principe degunt locum sortiri, constat, cùm aliàs, tum ex l. 1. C. ne liceat potentioribus, ac ex cap. 2. de alienat. iudicij mutandi causa facta. 9

SVMMARIVM.

§. I. Different. 24.

In bonis liberis coniux habet partem sumptuum, qui fiunt in refectione bonorum alterius coniugis, sicut habet, etiam partem lucri durante matrimonio, nu. 1.

In bonis maioratus mulier habet fortunas communes, non vero sumptus, qui eroganter in ædificijs ædium maioratus, arciumvè, numero 2.

Quod disponitur de arcibus maioratus dicendum est de ædificijs factis in solo ipsius arcis contiguo, nu. 3.

In bonis liberis fœminæ, & masculi nulla est distinctio, sed promiscuè eis successio defertur in bonis maioratus masculus semper præfertur fœminæ, nu. 4.

In bonis liberis simul succedunt vocati omnes, in bonis autem maioratus non succedunt simul sic vocati, sed ordine successiuo, numero, 5.

In bonis liberis non succedunt qui non sunt nati, aut concepti tempore mortis testatoris: in bonis autem maioratus succedit, etiam si post mortem natus sit, aut conceptus, nu. 6.

In bonis liberis non datur successio inter consanguineos, nisi vsquè ad decimum gradum: in bonis vero maioratus in infinitum succeditur, num. 7.

In bonis liberis præfertur frater vtrinquè coniunctus: secus autem in maioratu, nu. 8.

§. PRIMVS.

ILlud quoquè magnam facit discrepantiam inter bona libera, & bona maiora- 1
tus, quod in bonis liberis coniux communes matrimonij fortunas agnoscens, siue acceptans, habet partem sumptuum qui facti sunt in refectione bonorum alterius coniugis: vt constanter toto titulo *de lus gratias*, l. 6. Recop. longè secus in bonis maioratus. nam etsi mulier communes matrimonij 2
agnouerit fortunas, nihil habebit, ex sumptibus qui erogati sunt in ædificijs ædium arciumvè maioratus, vt est latius comprehensum in l. 46. Tauri, quæ hodiè est l. 6. tit. 7. lib. 5. Recop. Ad cuius intelligentiam consulito Palat. Rub. in repet. rubric. de donat. §. 62. nu. 16. & Ioan. Garsiam de expensis, cap. 13. nu. 4. Molinam de primog. lib. 1. n. 27. Et rursus cap. 26. Didacum de Paz, q. 9. Ayorá de partitio. 1. p. cap. 10. Illud tamen 3
non omiserim, quod lex illa definit de arcibus principalibus ipsius maioratus, recipiendum quoquè esse in ædificijs factis in solo ipsis arcibus contiguis, ex ijs quæ affert Guilielm. Benedict. in capit. Raynuntius, verbo, & hortum, id quod latius disputat Molin. de primog. lib. 1. cap. 26. Iam illud nemini obscurum est, longè differre bona libera à bonis maioratus: quia in bonis liberis fœminæ, & masculi nulla est distinctio, sed promiscuè eis successio defertur, lex maximum vitium. C. de l. bet. prete. & exher. Contra in bonis maioratus, in qui 4
bus masculus semper præferri solet fœminæ, quod quoniam copiosius à nobis alibi expositum est, id est, quæstione prima, importunum fuerit hic repetere. Bona item libera & bona quæ sunt maioratus separatim illud quod quando plures sunt vocati collectiuo modo, inter quos cadit ordo charitatis, seu affectionis sine necessitate tamen instituendi, veluti cum testator instituit fratrem, & illius filios, censentur vocati in bonis liberis, simul non ordine successiuo, iuxta magis communem, & veriorem opinionem, vt est videre apud Iasso. & reliquos in l. Gallus, 5. & quidam rectè. ff. de liberis & posthum. & apud Iulium Clar. §. testamentum, quæst. 80. Menchac. de successione, & creatione, §. 10. num. 120. At in bonis quæ 5
maioratus vinculo relinquuntur, non succedunt sic vocati simul sed ordine successiuo, cum vnus tantum debeat esse possessor, veluti ostendit Molina de primogen. lib. 1. cap. 6. & Spino de testament. gloss. 33. nume. 26. Differunt deinde, quia in bona liberis non succedunt ij qui non sunt nati, aut concepti tempore mortis eius, de cuius agitur successione, l. si quis filio exhæredato, §. 1. ff. de iniusto rupto, irritoquè facto testamento. Tiraquel. de retractu linag. §. 1. glo. 9. nu. 80. At in bonis maioratus, etiam 6

qui conceptus, aut natus eſt poſt mortem teſtatoris ſuccedit: quia ſcilicet, à teſtatore intelligitur vocatus, lex Paulus, §. Paulus, ff. de bonis libert. Gregor. Lop. in l. 2. titul. 15. part. 2. verb. *el mas propinquo.* Pelaez de maiorat. 2. part. quæſt. 8. in fin.

Quantum deinde differant bona libera, & bona maioratus, oſtendit illud, quod ab omibus probatum eſt, licet inter conſanguineos non detur ſucceſsio in bonis liberis, niſi vſque ad decimum gradum, §. fin. de cogn. ſucceſ l. 6. titul. 13. partit. 6. At in 7 bonis maioratus in infinitum ſuccedit, Bartol. Bald. & reliqui in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure, Iaſſo. in l. finali, C. vnde legitim. Præterea in bonis liberis præfertur frater vtrinque coniunctus, vt in authentic. 8 ceſſante, C. de legitim. hæredibus: non ita in maioratu, vt conſtat ex tiraquel. de retract. linagier. §. 11. gloſſ. 1. num. 14. & exemplo demonſtrat Greg. Lopez in l. 5. tit. 13. part. 6. gloſſ. fin. in fin.

SVMMARIVM.
§. II. diff. 24.

In bonis liberis habet locum præſcriptio decem, aut viginti annorum, in bonis maioratus præſcriptio longi temporis non habet locum, numer. 1.

Præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum locum habet in bonis maioratus, ſed non nocebit primogenitis qui nati non ſunt tempore præſcriptionis, nu. 2.

Reprobatur Ioannes Garſia dicens, rem maioratus acquiri non poſſe præſcriptione immemoriali, etiam mille annorum, nu. 3.

Res maioratus alienari poteſt multis de cauſis, vel certè ſola Principis voluntate, vt quotidiè fit, por lo que llaman facultades, *numero 4.*

Refellitur Auendañus dicẽs, rem publicam præſcribi non poſſe, nec poſſeſſorem deferendi immemoriali præſcriptione nu. 5.

Laici poſſidentes decimas Eccleſiaſticas defendi poſſe per immemorialem, ſi allegent ante Concilium Lateranenſe ſibi fuiſſe conceſſas, numer. 6.

In bonis liberis locatio, & conductio obligant contrahentes, & illorum hæredes ſecus autem in bonis maioratus, nu. 7.

Sicut ſucceſſor in maioratu non tenetur ſtare locationi, niſi ſit hæres locatoris, ita & cõductor non tenetur inuitus ſtare conductioni, nu. 8.

Quoties defunctus iuſſit, vt bona poſſiderentur, ab vna ſola perſona, tunc ad primogenitum ea bona ſpectant, niſi aliud expreſſerit numero 9.

§. SECVNDVS.

MAgna eſt etiam differentia inter bona libera, & ea quæ ſunt maioratu, quantum attinet ad præſcriptionem temporis: nam in bonis liberis habet locum præſcriptio longi temporis decem, vel viginti annorum, l. fin. C. de præſcriptione longi temporis. At in bonis maioratus præſcriptio lon- 1
gi temporis locum non habet, l. fin. §. ſin autem. C. communia delegatis. Admittunt tamen bona maioratus præſcriptionem 30. vel 40. annorum, iuxta l. ſicut in rem, & l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, quanquam hæc præſcriptio non nocebit primogenitis qui nati non ſunt tẽpore præſcriptionis, vel qui iuſto impedi- 2
mento agere nõ potuerunt, nam his immemorialis duntaxat nocebit præſcriptio: hãc enim magis veram, & receptam eſſe opinionem apparet, ex Suarez allegat. 3. & illius ſcholiaſti Valdeſio, atque ex Grego. Lop. in l. 10. tit. 26. part. 4. verb. *no empece*, ad fin. ex Anton. Gom. in l. 40. Tauri, num. 6. ex Pinel. in authen. niſi tricẽnale, C. de bonis maternis, nu. 23. & 50. ex Molina de primog. lib. 4. cap. 10. Mieres de maiorat. 4 p. q. 21. Proinde haud eſt audiendus Ioan. Garſ. vir 3
alioqui in primis doctus, in tract. de nobilitat. glo. 12. num. 82. tradens, rem quæ conſtat eſſe maioratus, neque immemoriali quidem præſcriptione, etiam mille annorum acquiri poſſe, omnes enim ſcribentes contrarium ſentiunt, authoritates autem quas in ſuam citat ſententiam Garſia loquuntur de re ſacra, vel religioſa, quæ nec Principis quidem voluntate profana fieri poteſt, authore Felin. in cap. accedentes, de præſcriptionib. & Decio conſilio 418. & Balbo de præſcriptionib. 4. part. quæſtion. 9. Sed in noſtro caſu diuerſa eſt res, cum multis de cauſis res maioratus alienari valeat, vel certè ſola Principis voluntate, quotidiè vi- 4
demus, & ideò per tempus immemoriale præſumendum eſt iuſto titulo rem primogenij alienatam fuiſſe, capit. ſuper quibuſdam, cum ſimilib. de verborum ſignificat. Proinde eodem errore labi dicendum eſt Auendañum in capit. correctorum, 1. part. cap. 12. num. 6. dicentem: Si probetur, rem 5
eſſe publicã, neq; immemoriali præſcriptio

ne

ne possessorem defendi posse. Et rogo, quid magis abhorrens esse videtur, vt laici decimas possideant Ecclesiasticas? & tamen eas possidentes, defendere possunt per immemorialem possessionem, si allegent ante Concilium Lateranense sibi fuisse concessas, iuxta ea quæ affert Balbus de præscriptio. 5. part. quæst. 7. & Couarr. lib. 1. variar. cap. 17. Illud quoque & non leue est disidium inter bona libera, & bona maioratus, quod in bonis liberis locatio, & conductio non solum obligat contrahentes, sed etiam illorum hæredes, §. penult. instituta de locato. Aliter in bonis maioratus: nam sicut successor in maioratu, nisi sit hæres locatoris non tenetur stare locationi à suo decessore factæ, secundum Gregorium Lopez in l. 2. tit. 8. partit. 5. verbo, *el heredero*, & testatur communem Gutirrez Canonicarum quæstionum, cap. 36. num. 8. ita & conductor non tenetur inuitus stare conductioni, ne scilicet claudicet contractus, auctore D. Anton. de Menses Padilla in l. præses, C. de transactionibus, & probatur in l. qui fundum, ff. locati, quam ipse non allegat. In promptu erat nos alias quam plures inter bona libera, quæ sunt maioratus congerere differentias, sed nostri consilij non est omnia, quæ possumus effundere, sed ea tantum modo, quæ ad rem elucidandam magis atti nere videbuntur. Illud tamen temperare me non potui, quin dicerem, quoties defunctus iussit, vt bona possiderentur ab vna solummodo persona, tunc ad primogenitum ea bona spectare, nisi aliud expresserit, vt bellè tradidit Suarez in l. quoniam in prioribus, ampliatione 10. numer. 26. & eiusdem sententiæ fuit Gregor. Lop. in l. 2. titulo 15. partita 2. verbo, maior. & Mieres de maioratu 1. part. quæst. 48. num. 26.

SVMMARIVM.

Differentia 25.

Anima alia est vegetatiua, alia sensitiua, alia rationalis, nu. 1.

In homine vna, & eadem anima est, vegetatiua, & sensitiua, & rationalis. nu. 2.

Rationalis anima sicut habet diuersas operationes, ita habet diuersa nomina, nu. 3.

Deus quotidie nouas creat animas, & infundit nouis corporibus, & infundēdo creat, & creā do infundit, nu. 4.

Anima in purgatorio existentes à Deo exaudiū tur, atque ideò obtinuit inter populares, res deperditas illis commendare, nu. 5.

Inter animum, & animam, & mentem. Differentia, 25.

ANima alia est vegetatiua, qualis est arborum: alia est sensitiua, qualis est brutorum: alia est rationalis, siue rationis compos, qualis est hominis, vt latius traditur ab Aristotele in lib. de anima, & ab alijs passim Philosophiæ professoribus. Animaduertendum est tamen, in homine non tres esse animas. sed vnam tantum, rationalem, scilicet, quæ eadem est, simul vegetatiua, sensitiua, & rationalis, sicuti edocet Diuus Thomas 1. part. quæstio. 76. artic. 3. & est definitum in Concilio Constantinopolitano 8. Canon. 2. Proinde cautè legenda est glossa in Clementina vnica, de Summa Trinitate, quæ contrarium docet, sicuti rectè admonet Nauarr. in manuali Latino, prælud. 2. Hæc autem rationalis anima prout diuersos habet in hac vita actus, seu operationes, ita & diuersa sortitur nomina, vt Diuus edisserit Isidorus Ethimologiarum, lib. 1. Nam dum inquit, viuificat corpus, anima est, dum vult, animus est, dum scit, mens est, dum recolet, memoria est, dum rectè iudicat, ratio est, dum spirat, spiritus est: conuenit autem cum Isidoro Diuus Chrysostomus, in libro qui inscribitur de reparat lapsi, & Philon Iudæus in libello de opificio mundi. Quantum verò ad animæ creationem attinet, vt id interim admoneamus, fides nostra, vt inquit glossa ab omnibus recepta in capit. quod vero 32. quæst. 2. Hæc est quod quotidie Deus nouas creat animas & infundit nouis corporibus, & infundendo creat, & creãdo infundit. Credere enim ex traduce materia, vt corpus ex corpore, ita animam ex anima procreari hæresis est, vt glossa illa decreti testatur, & Thomas loco superiori, & ostendunt illa Prudentij Poetæ Hispani Carmina:

Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
Transfundi in sobolem credatur, fons animarū
Sãguinis exemplo, cui texta propagine vena est:
Non animas anima pariunt, sed lege latenti
Fundit opus natura suum.

Animarum igitur diuinus est factor, diuinum est & semen, diuina quoque erit, & fruges: si nos vnde, & quo orti, & procreati simus ex animo pẽsantes à diuina nõ degene-

remus prosapia. Et quoniam de anima sermo est nobis, loci opportunitas nos monet, vt dispiciamus, verum ne sit quod scriptum reliquit Thom. 2. 2. quæstio. 83. articul. 11. ad tertium, animas in purgatorio existentes, nihil nobis suis precibus apud Deum adiumento esse posse: etenim videor mihi videre Diuum Thomam, virum alioqui doctissimum, ac perinde sanctissimum, iniurium esse (si in tanto viro tale cadere nomen potest) in animas purgatorij. Etsi sequatur illum Abulensis super Matth. cap. 6. quæstio. 87. nam si mortalium preces in hoc seculo existentium, modò sint in gratia, fatemur, potes esse nobis prodesse erga Deum, cum interim gratiam illam amittere queant, iniurium est, negare istud animabus in purgatorio existentibus, quæ extra omnem fortunæ aleam iam Dei gratiam obtinentes, prope diem eo fruituræ sunt, & in quas Sathanas omne iam ius perdidit. An non est iniuria? negare id animabus, quæ corporis molle liberatæ, tanta mentis acie valent, vt dici vix queat, veluti (vt nostros omittam (ostendit Cicero, tùm alibi, tùm in Tusculanis, & in somno Scipionis, quod concedimus mortalibus, quorum mentes huius corporis maceries tantopere hebetat, & euirat, vt dicat Apostolus ad Rom. 8. 5 *Omnis creatura vanitati subiecta est.* Stat pro animabus etiam vulgo persuasio, omnes enim populares sibi persuasum habent, animas in purgatorio existentes, à Deo exaudiri, ac proinde magna fide, ac magna fiducia res deperditas illis commendant, & sibi profuisse cum laudis prædicatione testantur. Quin ipsemet Abulensis scribens loco superiori de Episcopo quodam iam defuncto, qui erat in purgatorio, narrat, ad illius preces Deum isthic fecisse miraculum. Hanc autem communem totius plebis persuasionem, haud floccipiendam esse non est dubitandum, vt in cap. Ecclesiasticarum distinctione vndecima. Parum autem me mouet, quod ipse Thomas inquit, manes illas in purgatorio existentes, nihil posse illic, aut mereri, aut demereri: nam id quidem, & Angelis, & Sanctis in cœlo commorantibus commune est, & tamen nemo inficiabit, istorum preces multum nobis opis ferre, & adiumenti: proinde ego vulgarem opinionem (quid enim dubitem vera fateri) magis quàm Thomæ probandam puto, sicut etiam facit Ioann. de Medina, pridem Compluti publicus sacræ Tgeologiæ professor, super. 4. sententiarum, quæstion. 4. cui etiam consentit Fr. Petr. Aragonius super ipsum Sanct. Thomam, locò superiori: tametsi Nauarr. pro Thoma calculum tullerit in libello de oratione, capit. 20. numer. 9. fatendo tamen vulgarem opinionem inter disputandum sustineri posse. Hæc nos ita sentimus, salua tamen sacrosanctæ, atquè Catholicæ Ecclesiæ authoritate, ac censura, quam nos, vt filij obsequentissimi, semper magni fecimus, & pro virili, vsque ad vltimam libitinam, sartam tectam, seruaturos esse, terque quaterque testamur.

SVMMARIVM.
§. vnici, Differen. 25.

Proponitur quæstio, an totus quincunx Hispanè, Todo el quinto, *expendi debeat pro anima defuncti decedentis abinteſtato? nu. 1.*

Si decesſit ſine liberis, neque ascendentibus affirmatiuè respondetur quæstioni, si reliquit liberos, aut ascendentes, expendatur pro qualitate personæ, & pio modo facultatum quas reliquit, nu. 2.

Cum moritur infans non totum quincuncem pro anima expendendum esse: nam cur dicemus suffragij opus habere eum qui ante septenium peccare nequiuit, nisi fortè malitia suppleſſet ætatem, nu. 3.

Quincunx non clericis, sed hæredibus defuncti competit, factis iustis expensis funeris, numero 4.

Maior pars quincuncis expendit debet in Ecclesia illa, in qua corpus defuncti sepelitur, iuxta Euangelium: Vbi fuerit corpus, ibi congregentur & aquilæ.

§. PRIMVS.

HInc etiam non intempestiuè quæritur de impensa funeris. Videamus igitur, quod identidem quæri solet, An totum quincunx sit expendendus pro anima quando, scilicèt, defunctus mortuus est abinteſtato: nam si facto testamẽto moriatur, eius voluntas, quæ iuri aduersa non sit, obseruanda erit. Et hæc quæstio (ne longè abeamus) distinctionem recipit: nam aut defunctus qui abinteſtato mortuus est, reliquit liberos, aut ascendentes, & totus quincunx expendendus non est, sed pro cõditione & qualitate defuncti, & pro modo facultatũ, quas reliquit, facienda sunt iusta, seu exequiæ,

quiæ, l. si quis sepulchrorum, §. sumptus, C.de religiosis,& sumptibus funerum. Aut
2 defunctus,qui abinteſtato mortuus est,non reliquit ascendentes, neque descendentes, & eo casu totus quicunx expendendus est pro anima. Hæc distinctio non obscurè probatur in l.36.Tauri,quæ est l.10.titul. 4.lib.5.Recopilatio.& illic tradunt Tellus & Rojas,de successoribus abinteſtato, cap. 9.num.24.quanquam Anton.Gom.& Castellus aliter sentiant,atquè item Angulus, quibus magnas fert suppetias, l. 3. titul. 9. libr.1.Recopilat.at ista,l.3. accipienda est secundùm illam l.36.Tauri. Cum vtraquè in fauorem animæ promulgata sit. Nequè me mouet,quod illa l.36. loquatur, quando defunctus relinquit executorem testamentarium, cùm non sit nouum in iure, vt quod in vno casu statuitur, ad alios similes trahatur, l. non possunt, & l.nam vt, ff. de legibus. Ideoquè l.ex casu emergenti statuitur,regula autem ex multis legibus similibus conficitur,secundùm Anton.Mass.de exercitione Iurisperitorum,num.15. Iamquè nõ minus mortuus abinteſtato dicitur, qui nullo facto testamento moritur, quàm qui irrito facto testamento mortuus est,l.1. ff. cuiusque vniuersitatis nomine,§.1. Affli ctis decision.66. & hanc nostram opinionem moribus magis prævaluisse experientia didici. Illud enim meminisse oportet,cũ infans moritur, non totum quincũcem pro anima expendendum esse: nam cur dicemus suffragijs opus habere eum,qui ante septennium peccare nequiuit, nisi fortè malitia suppleſſet ætatem? glos. in cap.omnis vtriusquè sexus de pœnitentijs & remissionibus, & in cap.1.de delictis puerorum, & illic Panormitan.& Couarru.in 4.decretalium 2. part.cap.5.sic enim legimus in Euangelio: *Sinite paruulos venire ad me, istorum est enim*
4 *Regnum cœlorum.* Atquè vt sacerdotum occurramus auaritiæ, qui enixè contendunt quincuncis distributionem sibi competere, sciant eam non sibi attinere, sed hæredibus defuncti,vt probatur in capit.tua nos,& in cap.si hæredis,de testamentis,& in l.7.titu. 10. part. 6. & ostendit non obscurè illa, l.
§ 10.Recopil.Hi autem hæredes,quanquam pro suo arbitrio exequias facere valeant, vel in Ecclesia, vbi iacet cadauer defuncti, vel alibi, ratio tamen facit, vt maior pars quincuncis,expendatur in Ecclesia, vbi defuncti corpus sepultum est,cùm iuxta Euangelium,vbi fuerit corpus, ibi congregentur,& aquilæ. Et huc spectant quæ tradunt Bart.& reliqui in l. quæ conditio, §. fin. ff. de conditio.& demonstratio. & in l. si quis ad declinandam.C.de Episcop.& Clericis, de distributione facienda inter pauperes, aiunt enim facienda esse,vbi testator domicilium habuit non alibi.

SVMMARIVM.
Different.26.

Ciuilis sola vera est possessio, naturalis vero detentatio tantum,nu.1.

Ex Iureconsultorum sententia,naturalem possessionem habent colonus,inquilinus,& vsufructuarius, & is qui commodato,deposito, vel precario accepit,nu.2.

Ciuilissima possessio dicitur possessio,quæ ipso iure sine facto hominis transfertur,nu.3.

In rebus incorporalibus non appellatur possessio, sed quasi possessio, nu.4.

Possessio est rei corporalis detentio,quasi possessio vero est,rei incorporalis vsus,nu.5.

Ponitur discrimen inter possessionem corporalium rerum,& quasi possessionem incorporalium,tàm in acquirendo, quàm in amittendo,num.6.

Rerum incorporalium quasi possessio perditur, si mulatquè quis vnica,etiam prohibitione sua, quasi possessione vti prohibetur,nu.7.

Si dominus territorij probauerit prohibitionem pastus, repellet contrariam præscriptionem, num.8.

Hæc quasi possessio non solum datur pro rebus incorporalibus.sed etiam pro iure personarum, secundùm Baldum,nu.9.

Quasi possessio etiam datur pro iure patronatus, num.10.

Pro redditibus annuis,seu pensionibus detur quasi possessio,nu.11.

Possessio plus habet iuris quam facti,vt ex proposita differentia infertur, nu.12.

Infertur definitio possessionis,qua est ius insistendi rei non prohibitæ possideri,nu.13.

Refellitur Alciatus,dicens, possessionem ciuilẽ, & naturalem,non differre in substantia, sed eiusdem esse generis,cum differant substantia specie,& genere,nu.14.

Deducitur ratio ad l.clam possidere, §. quid ad nundinas.ff.de acquirenda possessione,quæ de ciuili possessione intelligitur,nu.15.

Naturalis possessio in absentia animo non retinetur,nu.16.

Naturalis possessio ad præscriptionem temporis sufficit, 17.

Locator eijcere potest conductorem finita locatio-

tione, numero 18.

Impugnatur Accursius dicens, reiuendicatione conueniri non posse habentem ciuilem possessionem, sed eum qui naturaliter possidet, cum contrarium ex supradictis appareat, nu. 19.

DIFFERENT. 26.

Inter possessionem ciuilem, & naturalem quasi possessionem, & ciuilissimam possessionem.

CIuilis, & naturalis possessionis mentio in iure subinde habetur, quid igitur discrepent conueniens est, vt dispiciamus.
1 Permultum autem, mea quidem sententia, differunt: ciuilis namquè sola vera est possessio, naturalis autem non vera est possessio, sed detentatio tantum quæ facto tenus consistat non iure. Hoc autem verum esse ex Iurisconsultorum placitis, luce clariùs apparet, si æqui iudices sumus, quippè cum ipsamet personas, quas Iurisconsulti tradunt, naturaliter possidere, easdem rursus sæpè sæpiùs negant vllam possessionem ha
2 bere. Etenim naturalem possessionem habere aiunt colonum, & inquilinum, item vsufructuarium, & eum qui commodato, deposito, vel precario accepit, l. communi diuidundo, §. neque colonus, ff. communi diuidundo, l. 3. §. fin. ff. ad exhibendum, l. 2. §. quod vulgo, ff. pro hærede. At rursus hos ipsos nullam possessionem habere Iurisconsulti ipsi varijs in locis clara voce demonstrant, vt intelligere poteris, ex l. certè, ff. de precario, atque item ex l. officij, ff. de reiuendicatione, necnon ex l. non solum, §. quod vulgo, ff. de vsucapionibus. Ostendit etiam, l. Celsus, §. Iulianus, ff. ad exhibendum, & l. acquiritur, ff. de acquirendo rerum domin. Verum quoniam res hæc est à nobis alibi, id est, in lib. 1. rerũ quotidianarum, capit. 9. ex professò exposita, importunum fuerit pluribus hic repetere. Est etiam ciuilissima possessio, quæ iuxta neothericorum traditionem dicitur pos-
3 sessio quæ ipso iure sine facto hominis transfertur, veluti apud nos in l. 40. Tauri, & illic nostrates, & latiùs Tiraquel. in tractat. quem inscripsit, le mort seisit, & Menoch. de remed. possess. remed. 4. Hæc quantum ad res corporales attinet. In rebus autem incorporalibus, veluti in vsufructu, & cæteris seruitutibus possessio propriè non cadit, quia in corporalia apprehendi nullo modo possunt, ac proinde possideri propriè non possunt. Vnde fit, vt in rebus in- 4
corporalibus non appelletur possessio, sed quasi possessio, vt in l. quoties, ff. de seruit. & l. 1. tit. 30. part. 3. Differunt itaquè possessio, & quasi possessio, secundum Theophyl. in prin. instit. de interdictis, quod possessio est rei corporalis detentio: quia quasi 5
possessio vero est rei incorporalis vsus, vt latiùs explicat Couarru. in regu. malæ fidei possessor in initio secundæ partis, nume. 6. Longum autem est discrimen inter possessionem corporalium rerum, & quasi possessionem incorporalium, tàm in acquirendo, quàm in amittendo: nam corporalium rerum possessionem acquirimus, simulac in possessionem corpore, & animo venimus, 6
vt in l. 3. ff. de acquirenda possessione. Incorporalium autem rerum quasi possessio non acquiritur, nisi per aduersarij patientiam, l. quoties, ff. de seruitutibus. l. 2. C. de seruitutibus, & aqua. Rursus in amittendo corporalium rerum possessio non amittitur, nisi defundo deijciamur, illiusvè possessionem sponte omittamus, vt in l. 1. ff. de vi, & vi armata, & l. 1. ff. vti possidetis. Porrò 7
rerum incorporalium quasi possessio perditur continuò, ac quis prohibetur sua quasi possessione vti, & si vna tantummodo interceserit prohibitio, cap. auditis, de præscriptionibus, l. idemquè, §. pen. & fin. ff. de vi & vi armata, & docet eleganter Barto. in l. naturalis, num. 27. ff. de vsucapio. & Gregor. in l. 15. tit. 31. part. 3. verb. *contradizièdo*, Couarruu. in dict. regul. malæ fidei possessor. 2. part. num. 8. quod egregiè quidem pertinet ad quæstiones, quæ de terminis 8
compascuis quotidiè in foro nascũtur: nam si dominus territorij probauerit prohibitionem pastus, vel ab actis aduersariorum pecoribus, vel pignoribus ab eis capitis repellet contrariam præscriptionem, quippè quæ per huiusmodi præscriptionem interpollata sit. Hæc autem quasi possessio non solum datur pro rebus incorporalibus, sed etiam pro iure personarum, secundùm Baldum in l. non ignorat. C. qui accu- 9
sare non possunt, putà pro iure filiationis, aut pro iure patronatus (vt suo modo loquar.) Datur etiam quasi possessio pro iu- 10
re patronatus Ecclesiastico, vt in capi. examinata, de iudicijs: quia datur pro redditibus annuis, seu pensionibus, vt expositum est in c querelam, de electione. Quanquam 11
iuris ciuilis interpretes dicant, capitulum

quere-

querelam non carere querela, vt est videre apud Baldum in rubric. de causa possessionis, & propriet. & in l. etiam, C. de executione rei iudic. col. 2. & Affictū decis. 395. sed illius capituli decisionem obseruari, fereque apud omnes iudices, tam Ecclesiasticos, quàm seculares asserit Fab. in §. 1. in institut. de interdictis. Ex hac autem differentia, quam proposuimus, inter possessionem ciuilem, & naturalem infertur ratio, ad id quod Iurisconsulti dicunt, possessionem plus habere iuris, quam facti, l. possessio. 49 ff. de acquirend. possess. glos. in l. 1. C. eodem titulo: loquuntur enim de vera, id est, de ciuili possessione, non de naturali, quæ cum sit tantum detentio, vt diximus, non tamen est iuris, quàm facti. Infertur deinde possessionis diffinitionem, quam tradunt Bart. & reliqui in l. 1. ff. de acquirend. pos-
13 sessio. dicentes: *Possessionem esse ius insistendi rei, non prohibita possideret.* Intelligendam esse de possessione ciuili, non de naturali, quę iuris quidem non est, sed magis facti. Deducitur prætereà verum non esse, quod Alciat. scribit in l. quinque pedum, C. finium regundorum, possessionem ciuilem, & naturalem non differre in substantia, sed eiusdem esse generis: nam imò differunt in
14 substantia, ac specie, & genere, cum naturalis possessio non sit vera possessio, sed detentatio quędam quæ facto consistat, non iure, impropria autem sub diffinitione non continentur. Bart & reliqui in l. 1. ff. de testa-
15 ment. Deducitur similiter ratio ad l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. possess. vbi qui iuit ad nundinas, retinet possessionem licet alius eo absente ingrediatur fundum; intelligitur enim de ciuili possessione, is autem qui ingreditur duntaxat habet naturalem, id est, detentationem: proinde qui ciuilem habet, rediens ex nundinis potest illum continuo deijcere, nequè vim commisisse dicitur, vt illic Accursius, & cæteri interpretes copiosè commentantur. Necnon Anton. Gomez in l. 45. Taur. num. 102. Ex hoc etiam intelliges verum non esse, quod Bart. cæteris approbantibus, docet in l. 1. ff. de acquir. posse. num. 13. naturalem possessionem animo in absentia retineri: nam cum ipse, suique fautores illic fateantur, detentionem in absentia animo non retineri, consequenter dicen-
16 dum est, naturalem possessionem in absentia animo non retineri, cū, vt diximus, & verissimum est naturalis possessio nihil aliud sit, quàm detentatio cuædam, id quod probatur in l. ii Colon. ff. de acquir. posse. Apparet quoquè ex nostra conclusione abhorrens esse à Iurisplacitis, quod Minchac. vir alioqui cum primis doctus scriptū reliquit controuersiarum illustrium, cap. 57. nu. 15 naturalem possessionem ad præscriptionē 17
temporis sufficere, cui etiam cæterorum turbam renidere ex ipsiusmet scriptura cōpories. Ex eadem quoq; ratione apparet, veram esse Accursij sententiam in l. emptorem, C. de locato, dicentis. posse locatorem eijcere conductorem finita locatione, ne- 18
què vim committere. Id quod exactiùs intelliges, ex l. Colon. & l. cum fundum, ff. de vi, & vi armata, atquè ex Ias. in l. 2. C. de iure emphyteot. nume. 10. Apparet etiam ex superioribus, probandam non esse opinionem eiusdem Accurs. in l. 2. C. vbi in rem actam dicentem, reiuendicationem conueniri non posse habentem ciuilem possessionem, sed esse conueniendum eum, qui natu 19
raliter possidet, ex superioribus enim constat contrarium verum esse: quid quod Accursio, vel ipsa l. 2. C. vbi in rem actio contraria est, vt cætera ommittam, atquè item lex. 29. titul. 2. partit. 3.

SVMMARIVM.
§. vnici, Differen. 26.

Possessio apprehenditur non solùm per corporalem apprehensionem, sed etiam per visum, numer. 1.

Clauibus traditis, transfertur possessio earum rerum, quæ sub clauibus continentur, necnon traditione instrumenti, & alijs modis, numero 2.

Modus seu cæremoniæ, quibus nunc vtimur in apprehensione possessionis alicuius fundi: secus rei corporalis, nu. 3.

In apprehensione possessionis diuersarum rerum separatarum non sufficit vnius pro omnibus accipere possessionem, sed omnium sigillatim accipienda est, nu. 4.

In rebus maioratus sufficit vnius rei possessionem apprehendere pro cæteris, etsi sint apud tertium possessorem. nu. 6.

In apprehendenda iurisdictionis possessione necessarius est aliquis actus pertinens ad iurisdictionem. nu. 6.

Beneficij Ecclesiastici quasi possessio quemadmodum apprehendi debeat, nu. 7.

Partis incertæ si tradatur possessio, nullius est momenti traditio talis possessionis, nu. 8.

Possessionis iudicialis immissio non recte proba-

tur, niſi per inſtrumentum, ſeu ſcripturam, numer. 9.

Ius exequendi non tollitur, niſi præſcriptione decennij, ſicut decretum de immittendo inpoſſeſſionem non peribit, niſi lapſo decennio, nu. 10.

§. PRIMVS.

ATquè ne ſtatim à poſſeſsione diſcedamus, ſciendum eſt, poſſeſsionem apprehendi poſſe, non ſolum per corporalem apprehenſionem, ſed etiam per viſum, ſi poſſeſſor in conſpectu fundi poſſeſsionem alteri tradat, l. quod meo, §. venditorem, ff. de acquirend. poſſeſsio. & declarat commodiſsimè Anton. Gom. in l. 45. Tauri, num. 33. & 45. clauibus etiam traditis transfertur poſſeſsio earum rerum, quæ ſub clauibus continentur, l. clauibus, ff. de contrah. empt. l. 2. C. de periculo, & commod. rei venditæ. Transfertur etiam traditione inſtrumenti, & alijs multis modis, quos (vt cæteros taceam,) refert Tiraq. in tract. conſtituti, & Anton. Gomez in dict. l. 45. Taur. num. 45. & Couar. libr. 3. variar. capit. 16. Hodiè verò moribus gentium vſurpatum eſt in apprehenſione poſſeſsionis, vt is qui in poſſeſsionem inducitur, ingrediatur fundum, & teſtatus ſe poſſeſsionem apprehendere, modicum terræ manu accipiat, vel in extremo pallio, vt refertur in cap. 2. de conſuetudine: neque enim neceſſe eſt omnes glæbas fundi circumambulare, ſed ſufficit quamlibet partem eius fundi intrare, dum ea mente, & cognitione ſit, vt totum fundum vſque ad terminum velit poſsidere, vt Iuriſconſultus tradit in l. 3. ff. de aquirend. poſſeſsio. Illud tamen meminiſſe debemus, cùm plurium rerum quæ diuerſæ, & ſeparatæ ſunt, apprehendenda eſt poſſeſsio, non ſufficere vnius prædij pro omnibus accipere poſſeſsionem, ſed neceſſe eſſe, vt ſigillatim de ſingulis accipiatur, gloſſ. in l. 3. ff. de acquirend. poſſeſsion. Specul. in tit. de 1. & 2. decreto, §. iam defectu. Iaſſo. in dict. l. 3. num. 30. qui authores reprehendunt exècutores, ſiue apparitores, qui inducentes creditores in poſſeſsione rerum, quæ ſibi pro debito additæ ſunt, ſolent mittere eam in poſſeſsionem vnius rei, nomine cæterarum: & meritò reprehendunt, nam & hodiè non raro eos in ea re peccare comperies. Hoc autem adeò verum eſt, vt etiam ſi ſit accipienda poſſeſsio de multis rebus ſub vniuerſitate comprehẽſis, puta, de hæreditate peculio, aut dote, non ſatis ſit apprehendere poſſeſsionem vnius rei pro vniuerſis, vt eſt author Bartol. Alexand. & Iaſ. in dict. l. 5. ff. de acquir. poſſeſ. & Anto. Gom. in l. 45. Taur. num. 39. Mieres de maioratu, 1. par. quæſt. 34. Gut. in quæſt. pract. lib. 3. quæſt. 64. in rebus tamen maioratus diuerſam cauſam eſſe puto: quin ſatis eſſe arbitror, vnius rei poſſeſsionem apprehendere pro cæteris quæ vacent, nequè apud tertium ſint poſſeſſorem, ex deciſ. l. 45. Taur. qua cautum eſt, mortuo deceſſore maioratus, poſſeſsionem rerum ipſius maioratus ciuilem, & naturalem, continuò tranſire in ſucceſſorem primogenij. Satis erit igitur, ſi iudex declarauerit primogenitum ius habere, abſque alia poſſeſsionis apprehenſione: nam, vt Iuriſconſultis inquit: *Facti quidem quæſtio in arbitrio iudicantis eſt: pœnæ vero perſecutio non illius voluntati mandatur, ſed legis authoritati reſeruatur*, l. 1. ff. ad Senatuſconſ. Turpil. & eodem pertinet lex Pomponius, §. ſi iuſſu. ff. de acquir. poſſeſs. multò ergo magis ſufficiet vnius rei, putà domus principalis, poſſeſsionem apprehendere cæterorum bonorum nomine quæ ad maioratum pertinent. Et hoc quoquè attinere exiſtimo ad iuriſdictionis apprehenſionem: nam lex Taurina vtitur latiſsimo verbo, dum ait: *de las coſas del mayorazgo*, quod latiſsimam conſtat habere ſignificationem, l. rei appellatio. ff. de verborum ſignif. alioqui verò in apprehendenda iuriſdictionis poſſeſsione, neceſſe eſt is qui apprehendit, exerceat aliquem actum ad iuriſdictionem pertinentem, vt latè tradunt Innocentius in cap. dilectus, de capellis Monach. Faber. in §. æquè ſi agat, numer. 15. inſtit. de actionib. Bart. Iaſ. & reliqui in dict. l. 3. ff. de acquiren. poſſeſ. & Anton. Gom. in dict. l. 45. Taur. num. 42. Beneficij autem Eccleſiaſtici, quaſi poſſeſsio quemadmodum apprehendi debeat, ſi ſcire velis, adeundus eſt Couarruu. lib. 3. variarum, capit. 16. Sed & illud admonendi ſumus, etiam qui iuſtum habeat titulum, putà, emptionis, vel donationis non poſſe ſua authoritate apprehendere poſſeſsionem rei, niſi domino conſentiente, alioqui vim committit, l. ex ſtipulatione, ff. de acquirenda poſſeſsio. l. minus, C. eodem titulo, l. cum fundum, ff. de vi, & vi armatâ: adquarum legum intelligentiam præter gloſſographos, mihi conſulito Alexandrum, conſi. 33. volum. 6. num. 6. Bart. in l. creditores, num. 10. C. de pign. Fabr. & reliq. in §. venditæ, inſtitut. de rerum diuiſ. Sed & illud non minus eſt memoria dignu, ſi patris incer tetradatur poſſeſsio, nullius

lius esse momenti : verbi gratia, si dicas: Concedo tibi quicquid iuris in eo fundo habeo, sed dicere debes: Concedo tibi tertiã, vel quartam partem quam in illo fundo habeo l. locus, ff. de acquir. possess. Alex. cõsil. 108. volu. 6. adeò quidem, vt nihil ad præscriptionem tẽporis talis incerta possessio prosit, secundum Bald. Angel. & Ias. in l. si sic. §. mihi. ff. de legat. 1. Boer. decis. 239. Tiraq. de iure constituti, limit. 19. Sed ne-
9 què illud te fallere volo, possessionis iudicialis immissionem non rectè probari, nisi per instrumentum, seu scripturam, glos. in l. fi. C. de ædict. D. Adri. tollend. verb. testificatione, & illic Bar. sub finem: nã actus omnis iudicialis probari debet per scripturam, vt constat ex Matienç. qui plures allegat in l. 1. tit. 7. lib. 5. Recop. glos. 2. num. 12. Demũ illud notandum duxi, quod scriptum est ab Angelo in §. quadrupli, institut. de actionibus, n. 47. decretum de immittendo in possionem non durare vltra biennũ: hoc ego, quod attinet ad nostrates leges Regias, verum esse non puto, quipè cum per illas cautum sit ius exequendi non tolli, nisi præscri-
10 ptione decennij, ergo & decretum de immittendo in possessionem non peribit, nisi lapso decennio, id quod, & secundum iuris cõmunis regulas verum esse liquet ex Tiraq. de iure constituti, limitatione. 21. Hæc de possessione cõpendia sectantes, dixisse sufficiat, cætera quæ longiora sunt, quàm quæ ad nostrum institutum pertineãt, aliorsum petito, præsertim apud Menoch. qui peculiari tractatu effusius hoc argumentum persecutus est.

SVMMARIVM.

Differentia 27.

Dominium est ius fere semper cum vsufructu cõiunctum: proprietas est ius ab vsufructu separatum. num. 1.

Deducitur ratio, quare vsusfructus est pars dominy, & non est pars proprietatis. num. 2.

In populari significatione promiscuè vsurpatur proprietas, & dominium. num. 3.

Inter Dominium, & proprietatem, Differentia. 27.

Dominij, & proprietatis discrepantiam non satis iuris interpretes caluere : illa au- 1
tem verissima est, quod dominium est ius ferè semper cum vsufructu coniunctũ: proprietas contra est ius ab vsufructu seiunctum, & separatum: sunt etenim proprietas, & vsusfructus (vt rem exemplis demonstremus) relatiuorum instar, sicut nox & dies mors & vita, &c. Id genus, quæ quanquam alterum alterius respectu dicatur simul tamen esse non possunt. Hæc differentia colligitur apertissimè ex leg. 3. & 4. atque item 6. ff. de vsufructu, & fere ex omnibus legibus illius tituli, necnon ex leg. si vsusfructus, & leg. cum in fundo, ff. de iure dotium, & vt verbo dicam, hanc differentiam obseruare licebit apud cuncta Iurisconsultorum monumenta, vbicunque vsusfructus & proprietatis mentio habita fuerit, quod quoniam libro primo Rerum quotidianarum, capit. 4. latius est à nobis explicatum, hic longius repetere superuacuum fuerit, & otiosum. Ex his autem intelligere facilè poteris quare Iurisconsultus dixerit vsumfructum esse partem dominij, & non dixit esse partem proprietatis. l. 4. ff. de vsufructu : cuius intellectum aperit eleganter Pinelus de bonis maternis, l. 1. 3. part. in principio, & non minus acutè Ioan. Garsia de expensis, capite. 10. Illud tamen non omiserim, apud nos in communi vsu loquẽdi proprietatem, & dominium promiscuè vsurpari, nihilquè in populari significatione differre, vt ostendit lex 27. titulo. 2. partita 3. Cum igitur communis vsus loquendi spectandus potiùs sit, quàm verborũ proprietas, l. cum delanionis, §. asinam, ff. de fundo instruct. dicendum est, si quis in edenda actione, seu libello concipiendo rei vendicationem intendens, dicat, fundi proprietatem ad se pertinere, non propterea vsum esse vsumfructum à se abdicare. 2 3

SVMMARIVM.

Different. 28.

Dominium est ius de re corporali perfectè disponendi. num. 1.

Directum dominium est illud, quod verus habet dominus, quodque nullum alium recognoscit, num. 2.

Vtile dominium est illud, quod ita domino competit, vt tamen alium recognoscat. numer. 3.

Docendi cauſa noua aliquando confingere licet vocabula.num.4.
Quaſi dominium eſt, quod ex publiciana actione competit.num.6.
Vtile dominium non acquiritur ex longi temporis præſcriptione.num.6.
Ex temporali præſcriptione, neque directum, neque vtile dominium acquiritur.num.7.
Diſcrimen inter rei vendicationem, & publicianam.num.8.
Verba Iure dominij, *ad rei vendicationem reſpiciunt, verba vero,* Vel quaſi, *ad publicianam ſpectant.num.9.*

Inter dominium directum, & vtile, & quaſi dominium, & inter rei vendicationem, & publicianam, Differentia. 28.

1 DOminium eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, vt definit Bart. cæteris conſèntientibus in leg. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſsion. Dominium autem bifariam diſtribui ſolet: in directum, & vtile: directum dominiũ eſt illud, quod verus habet dominus, quodquè nullum alium recognoſcit: Vtile autem eſt illud, quod ita domino competit, vt tamen alium recognoſcat: quales ſunt emphyteuta, ſuperficiarius, & feudatarius, & is qui ad longum tempus conduxit, ſicuti latiùs tradunt Bart. Paul. cæteriquè in dicto §. differentia, Gregor. Lopez in l. 1. tit. 28. partit. 3. verbo, Señorio. Anton. Gomez in leg. 45. Tauri, numer. 7. & Menchaca controuerſiar. illuſtr. cap. 17. Non deſuerunt tamen qui putarũt nullum aliud eſſe dominium præter directum, quoniam dicũt iuri aduerſum eſſe, vt duo inſolidum habeant dominium. Emphyteutam igitur, & ſimiles aiunt habere ius in re, non vtile dominium: huiusopinionis fuit Ioannes Doctor antiquus, vt refert Accurſius in l. 1. ff. ſi ager vectigalis, vel emphyteut. petatur, & illi aſſentiuntur cæteri vltramontani: atque ex recentioribus illi quoque accedunt Duarenus libr. 1. diſputation. cap. 17. & Pinel. in Authent. niſi tricennale. C. de bonis maternis, numero. 38. & alij. quos refert Valaſcus de iure emphyt. c. 3. &
4 Villalobos in ærario, litera D. numero 129. Verum, quoniam, vt alibi diximus (& tradunt Horatius, & Quintilianus) docendi cauſa in vnaquaquè diſciplina neceſſe eſt, atque expedit, vt noua aliquando confingãtur vocabula, quæ rem dilucidius explicẽt, facilioremque reddant non inuitus hanc vtilis, & directi dominij differentiam probauerim, præſertim cum iure Regio eam receptam eſſe videamus, cum alibi tum in leg. 13 tit. 11. lib. 5. Recopilationis. Quaſi dominium autem eſt, quod ex publicana actione competit, ſicuti apparet ex toto illo titulo. ff. de publiciana in rem actione, & tradunt DD. in §. ſed iſtæ quidè, inſt. de actionibus, & Valaſc. de iure emphyt. q. 13. nu. 7. Sed hoc nouum dominij genus non facit, quia impropria ſub definitione non comprehenduntur ſecundũ Iaſſon. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſ. Quod autem à Doctoribus identidẽ traditur vtile dominium ex longi temporis præſcriptione acquiri, omnino falſum eſt: nam licet ex vſucapione (quæ in rebus tam 6
mobilibus, quã immobilibus locũ habet) dominiũ directum acquiratur: at ex temporali præſcriptione, neque directum, neque vtile dominium paratur, ſed tantum excep 7.
tio quædam, quæ ad excipiendum valet, ad agendum nihil valet, ſicuti latiùs expoſitũ eſt à nobis, libro. 1. rerum, cap. 1. per totũ. Ex his autem intelliges, quid ſit diſcriminis 8
inter rei vendicationem, & publicianã: nã rei vendicatio datur habenti dominium, ſiue vtile, l. 1. ff. de rei vendic. l. 1. ff. ſi ager emphyteut. vel vectig. petatur, l. 1. ff. de ſuperficiebus. Publiciana autem actio datur habenti bonam fidem, & titulum idoneum ad transferendum dominium, licet reuera illud translatum non ſit: quia, ſcilicet, is à quo titulum habuit, verus non erat dominus, vt exactius expoſitum eſt, tam apud Iuriſconſultos, quam apud iuris interpretes, in §. ſed iſtæ quidem inſtitut. de action. & in toto titulo. ff. de publiciana in rem actione. Nos hodiè agendo, vtramque ſolemus actionem libello comprehendere: dicimus enim rem ad nos pertinere iure dominij, vel quaſi: illa enim verba iure dominij, ad 9
rei vendicationem reſpiciunt: illa verò altera, vel quaſi, ad publicianam ſpectant, vt apparet ex textu, & gloſſ. in cap. Abbate, de re iud. in 6. tradunt multo ſermone interpretes, præſertim Iaſſon. numero. 7. in dicto §. ſed iſtæ quidem, inſtitut. de action. & Bald. in l. executorem. C. de re iud. vbi copioſè, & acutè declarat deciſionem illius capit. Abbate.

SVM-

SVMMARIVM.
§. vnici, differ. 29.

Vsusfructus est ius à proprietate separatum, numer. 1.

Vsusfructus est ius alienis rebus vtendi fruendi salua rerum substantia. num. 2.

Differunt vsusfructus, & annuum legatum, ex eo quod ille ad totam vitã, hoc autem ad certos annos, relinquitur. num. 3.

Ayora impugnatur, dicens, vsumfructum legatum vxori à marito pro toto tempore vitæ, non esse intelligendum de vsufructu formali. num. 4.

Non potest testator statuere aduersus naturam vsusfructus. num. 5.

Mortuo filio familias, non amittit pater vsumfructum, quem ex persona filij habet. num. 6.

Vsufructuario alienante vsumfructum, ipse vsusfructus extinguitur, & redit ad proprietarium. num. 7.

Vsufructuarius potest vsusfructus commoditatẽ extraneo, & non proprietario cedere, vendere, aut donare, siue locare. num. 8.

An vsusfructus vendi possit, an commoditas tãtum. num. 9.

Impugnatur Ayora dicens, quod vsufructu legata non extinguitur capitis diminutione. num. 10.

Mulier non tenetur æstimationem restituere vestium, & supellectilium quæ accepit in vsufructu. num. 11.

An is qui ad vitam hæres instituitur sit verus hæres, vt tenet communis opinio quorundam? num. 12.

Magis probatur opinio dicentium, hunc non esse verum hæredem, sed vsufructuarium tantummodo. num. 13.

Discrimen inter vsufructuarium, & hæredem grauatum restituere hæreditatem. numer. 14.

Onus soluendi censum annum incumbit hæredi ad vitam instituto, aliàs vsufructuario. num. 15.

Tributum super bonis constitutum vsufructuarius ex ipso vsufructu soluere tenetur. numer. 16.

Si vsufructuarius redimat, potest hæres ipsius retinere bona, donec proprietarius sortis pretiũ sibi reddat, num. 17.

Si vsufructuarius emerit proprietatem fundi, in quo habet vsumfructũ, extinguitur vsusfructus. num. 18.

An facta donatione alicui omnium bonorum ab vtroque coniuge, sibi reseruato vsufructu, altero coniuge mortuo, superuiuens habere debeat totum vsumfructum iure accrescendi, an partem tantum. num. 19.

In legato vsusfructus omnium bonorum non cõprehenduntur ea, quæ mercis causa testator comparata habebat. num. 20.

Legato vsufructu, & grauatis hæredibus de satisdando pro legatario, an hæres qui aliquid ex fideiussoria causa soluit, finito vsufructu, habeat actionem contra cohæredes. numer. 21.

Vsufructuarius quid restituere, & cauere debeat. num. 22.

Vsufructuarius qui re legata vtitur, boni viri arbitratu liberatur, restituendo rem etiam deteriorem factam. num. 23.

Vsufructuarius tenetur ad æstimationem rei legatæ, si vsu res consumpta est, etiam sine dolo ipsius vsufructuarij. num. 24.

Inter vsumfructum causalem, & formalem, & annuum legatum. Differ. 29.

VSusfructus, iuxta communem nostrorum traditionẽ, alius est causalis, alius formalis: causalem vocant, qui cum proprietate cõiunctus est, quoniam à sua causa id est, dominio, pendeat: formalis est, qui à proprietate separatus est, qui vsusfructus seruitus personalis dicitur. Hanc differentiã docet Accursius in §. 1 inst. de vsufruct. in eamquè veteres interpretes summo consensu pedibus ierunt, vt apparet ex Iasone in §. æquè si agar, num. 4 inst. de actio. atque ex Pinelo in l. 1. C. de bonis matern. 2. part. numer. 9. Eam verò contis remisquè recentiores refutant atque in primis Eguinarius in §. inst. de vsufruct. & Corras. Miscellan. lib. 5. c. 3. & idem facit Connan. cõment. lib. 4 c. 3. & meritò illi quidem: nam, vt superius diximus, vsusfructus est ius à proprietate separatum, neque vllo modo potest cum proprietate esse coniunctus: id quod (vt cætera omittam) vel sola ipsius nominis definitio luce clarius demonstrat: eo do enim, quid aliud est vsusfructus, quàm ius alienis rebus vtendi fruendi, salua rerum substantia, vt in principio inst. de vsufructu? quod, sicuti apud Iurisconsultos fit mẽtio, de vsufructu cum proprietate cõiuncto, veluti in l. cum testamento. §. cum fundũ, ff. de excep. rei iud. & in l. vsufructu. ff. soluto

matri-

matrim. idſi habita relatione ad tẽpus prę-
teritum, quod non rarò multis alijs in re-
bus contingit: ſic etenim, & inſula dicitur,
non quæ nunc eſt, ſed quæ deſijt eſſe, & pe-
culium dicitur, non quod nũc eſt, ſed quod
olim fuit, l. inſula, in fi. ff. de acquir. rerum
domin. lex 1. §. neque. ff. de collat. bon. &
vxor quæ non eſt, ſed olim fuit, appellatur
vxor, vt multis oſtendit Tiraqu. in libello,
ceſſante cauſa, nu. 7. Stricta igitur ratione,
meroque iure hanc vſusfructus diſtinctio-
nem legibus aduerſam eſſe nulla dubitatio
eſt: docendi tamen gratia, vt Pinelus loco
ſuperiori ſubiecit, non malè recipi poterit:
dum tamen intelligamus vſumfructum illã
cauſalem, abuſiuum eſſe vſumfructum, &
3 improprium. Differunt etiam vſusfructus,
& annuum legatum, quia vſusfructus ad to-
tam vitam relinquitur. §. finitur, inſt. de vſu
fructu, annuum verò legatum ad certos an-
nos relinquitur, l. cum in annos, ff. de an-
nuis legatis. Deinde vſusfructuarius fructus
ſuos non facit, niſi ante mortem eos collexe
rit, lex defuncta. ff. quibus mod. vſusfruct
amit. atque annuum legatum habet, etiam
non collectos fructus cedentis anni conſe-
quitur, vt beliſsimè tradit Iuriſconſ. in l. in
ſingulos. 8. ff. de annuis legatis. Ex ſuperio-
ribus autem improbandum eſſe puto, quod
ſcriptum eſt ab Ayora Aduocato Granatẽ-
ſi, per docto alio qui viro, in tract. de parti-
tionibus 2. part. q. 24. cum maritus legat v-
xori vſumfructum bonorum ſuorum pro to
to tempore vitæ ſuæ, non eſſe intelligendũ
de vſufructu formali, ſed de vſufructu ſimpli
ci in facto conſiſtenti, ſecundum quod vul-
gus intelligit, ex quo nonnulla infert corol
laria. Hoc ego Ayoræ axioma vt cum illius
venia, & bona pace dixerim) verum nõ eſſe
4 puto, ſed longe à iuris regulis alienum, cum
verba intelligenda ſint prolata eſſe à teſta-
tore, ſecundum propriam verbi ſignificatio
nem, l. fin. C. de verborum ſignificat. l. non
aliter. ff. de leg. 3. & alias paſsim. Quod ſi
Ayoræ admitteremus interpretationem,
foret, vt penes omnes leges de vſufructu lo-
quentes ſubuerterentur: quod nimis inciui
le foret, & abſurdum: quid quod? Ne ipſe
quidem teſtator aduerſus naturam vſusfru-
ctus ſtatuere poteſt? putà, iubendo ne vſu-
fructuarius caueat, ne vè inuẽtarium faciat,
lex 1. C. de vſuct. gloſſ. & reliqui in §. conſti
tuitur, verb. ſatis, inſtit. de vſufruct. Boerius
5 deciſ. 19. num. 5. Pinelus in l. 1. C. de bonis
matern. 2. part. num. 76. vt omittam aduer-
ſam conſuetudinem, nullomodo poſſe pro-
bari, cum quotidianis experimentis videa-
mus, quæſtiones de vſufructu contingentes
ſemper à iurisprudentibus, ac iudicibus de
finiri, ſecundum iuris regulas: & palam ſit
Regias leges de vſufructu loquẽtes, ſemper
loqui de vſufructu formali, vt eſt videre in
leg. 22. cum ſequẽtibus, titul. 31. partita 3.
& in l. 48. Tauri. Deſtructo igitur rupto,
irritoque facto Ayoræ fundamento, diſpicia
mus, vtrum ſua corollaria vera ſint, & an
alia iuris ratione ſuſtineri valeant: quod eo
libentiùs faciam, quoniam ad vſusfructus in
telligentiam maximè cõueniat, & quia eius
rei cognitio vſui nobis magnopere eſſe po-
terit: & primo inquit Ayora, infertur, quod
ſi maritus ſponſæ ſuæ nondum cognitæ le-
gauit vſumfructum, eaquè patrem habeat,
non habebit pater vſumfructum defuncta
poſteà filia, ceſſabitquè deciſio legis finalis.
C. de vſufructu, qua definitũ eſt, vt mortuo
filio familias non amittat pater vſumfru-
ctum quẽ ex perſona filij habet. Et hæc qui-
dem Ayoræ opinio vera eſſe poteſt, quan- 6
do contemplatione ſponſæ ſponſus legauit
illi vſumfructum, aliter atque ſi contempla
tione patris, ideſt, ſoceri ſui, ſponſus vſum-
fructum legaſſet, quia tum non amittet pa-
ter vſumfructũ in vita ſua, ſicuti diſtinguũt
Bart. & reliqui in dicta l. fin. C. de vſufruct.
Alioqui falſa eſt opinio Ayoræ, quia & fun-
damentum in quo nititur falſum eſt. Secun
dò inquit Ayora, quod mulier poterit cede-
re vſumfructum extraneo, neque cum pro-
prietate conſolidabitur. Et hæc Ayoræ opi
nio pugnat cum communi interpretum opi
nione, qua receptum eſt, vſufructuario alie-
nante vſumfructum alteri quam proprieta-
rio, ipſum vſumfructum extingui, & redire
ad proprietatem: ita enim magis communi
ter inter Doctores conuenit, vt intelligere
licet ex Ant. Gom. in commẽt. tom. 2. cap.
15. num. 15. ex Ioann. Garſ. de expenſis, c.
10. num. 27. atque ex Lara in l. ſi quis à libe
ris. §. parens, n. 60. ff. de liber. & poſthum. à
qua communi opinione licet reſileat Pinel.
in leg. 1. C. de bonis mater. 3. part. nu. 38.
Molineus in labyrintho legũ lib. 16. c fin.
Cuiacius ad Paul. lib. 3. ſententiarum titul.
6. Attamen communis opinio ſequenda no
bis eſt, quandoquidem ea eſt probata in leg.
24. tit. 31. part. 3. Vera igitur non eſt Ayorę
opinio, quia aduerſus iuris communis, & iu
ris Regij pugnat opinionem, dummodo in-
telligamus, quamuis vſufructuarius vende- 8
re, cedere, aut donare vſumfructum extra-
neo non valeat, poteſt tamen vſusfructus cõ
moditatem extraneo, ideſt, aliquo proprie-
tario cedere, vendere, aut donare, ſiue loca-
re, ſi-

re, ſicuti placuit Baldo, Angelo, & cæteris in l. arboribus. ff. de vſufruct. & alijs, quos referunt Anton. Gom. & Pinelus loco paulo ante citato, & Matienç. in l. 13. titul. 11. lib. 5. Recop gloſſ. 3. in fin. & Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 8. num. 7. atque item Gregor. Lop. in d. l. 24. tit. 21. part. 3. & ſecundum hanc diſtinctionem reducuntur in cõcordiam leges iuris communis, quæ mirum in modum contrariæ inter ſe erant, aliæ tradẽtes vſumfructũ extraneo cedi poſſe, aliæ cõtra negantes. Longè autẽ intereſt, an vſus fructus vendi poſsit, an commoditas tantũ? nam ſi vendi poſſet vſusfructus, non finiretur per mortem venditoris, ſed per mortem emptoris. Secus quando venditur commoditas, quia tum finitur vſusfructus, non per mortem emptoris, ſed per mortem venditoris, vt declarant ſuperiores auctores præſertim Ant. Gom. Tertio infert Ayora, quod vſufructu legato non extinguitur capitis diminutione, licet aliud ſit ſtatutum in §. finitur, inſtit. de vſufructu. Sed illis opinio vera non eſt, cum illius axioma verum non ſit: nulloquè iure illius poteſt opinio ſuſtineri. Quartò infert Ayora, quod veſtiũ, & ſupellectilium, quæ mulier accepit in vſufructu, non tenebitur æſtimationem reſtituere, ſed ſatis erit ſi eadem bona vſu deteriora facta reſtituerit. Et illius opinionem veram eſſe iudico, non ex ipſius quidẽ axiomate, quod iuri aduerſum eſſe diximus, ſed ex l. ſi vſusfructus. §. fin. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat. & l. hac ædictali. §. his illud. C. de ſecundis nupt. & alijs, quæ paulo poſt afferemus. Atque vt ad vſusfructus materiã viam extremamus, illud dicere non omittã, quod ex facto incidit, & ſæpè incidere ſolet, ad vſusfructus intelligentiam apprimè conducit: eſt autem ſpecies huiuſmodi, Titius ſuo teſtamento ita ſanxit, Relinquo bonorum meorum hæredem ſororem meam Eliſabeth, vt bona mea per totum vitæ ſuæ tempus poſsideat, poſt eius autem mortem relinquo hæredem meorum bonorum Petrum filium fratris mei, debebat autem Titius cenſum annuum ſuper bonis ſuis: quærebatur vtri incumberet cenſus penſitatio? Hoc vt rectè definiri valeat, ſciẽdum eſt, inter ſcriptores non ſatis cõuenire, an in propoſita ſpecie is qui ita ad vitam hæres inſtituitur, ſit verus hæres, alijs aliud affirmantibus. Illud tamen magis inter eos conſtat, is qui ita ad vitam hæres inſtituitur, quamuis ſit verus hæres, teneri tamen poſt mortem ſuam reſtituere bona ſecundo hæredi, tanquam per fideicommiſſum, vt cernere eſt apud Laſſo. in l. extraneum. C. de hæredibus inſtituendis & apud Gregor. Lop. in l. 15. tit. 3. part. 6. verbo falta. Molin. de primog. lib. 1. c. 14 n. 11. Ant. Gom. in comment. tom. 1. cap. 2. num. 9. Mihi tamen verior videtur opinio eorum, qui putãt eum, qui ita ad vitam hæres inſtituitur, non eſſe verũ hæredem, ſed tantum modo vſumfructuariũ ſicuti placuit Paulo de Caſtro, conſil. 460. & Paul. de Montepico in l. Titia. §. Titia cum nuberet. ff. de leg. 2. quos refert, & ſequitur Couarr. lib. 2. var. cap. 2. num. 5. Perm multum vero intereſt, an ſit vſufructuarius, vel an ſit hæres grauatus reſtituere hæreditatem, nã ſi eſſet hæres in reſtituenda hæreditate, retinere poſſet quartã, deducto ære alieno ex bonis hæreditarijs, non ita ſi eſſet vſufructuarius, vt conſtat ex titulis ad Senatuſconſultum Trebellianum, & vſufructuarius quemadmodũ caueat. Hoc igitur cognito dicendum eſt in propoſita ſpecie onus ſoluendi incenſum incumbere hæredi, qui ita ad viram inſtitutus fuit, ſeu vt ego interpretor, ad vſumfructuarium: nam licèt vſufructuarius non teneatur ex vſufructu ſoluere æs alienũ, ſed ſit ſoluendum ex bonis hæreditarijs, ſecundum magis receptã opinionem, vt reſoluimus lib. 2. rerum quotidianarum, c. ſi. 4. p. §. 2. n. 8. Attamen tributum, ſeu cenſum ſuper bonis cõſtitutum, vſufructuarius ex ipſo vſufructu ſoluere tenetur. l. hactenus. ff. de vſufructu, & illic Alber. & probat l. 22. tit. 31. part. 3. Si tamen ipſe vſufructuarius cenſum redimat, poteſt hæres eius retinere bona, donec proprietarius ſortis pretiũ ſibi reddat, iuxta Bart. cæterorũque ſententiam in l. idem Iulianus. §. hæres. ff. de legat. 1. quod ſi vſufructuarius nolit pẽſionem, ſeu cenſum pẽdere, ſed patiatur executionem à creditore fieri in bonis vſufructus, in arbitrio proprietarij extat bona redimere, ſibique habere ſoluto pretio. Atque vt alia non contemnenda de vſufructu dicamus, ſciendum eſt, quòd ſi vſufructuarius emerit proprietatem fundi, in quo habet vſumfructum, extinguitur vſusfructus, cum nequeat cũ proprietate eſſe cõiunctus: adeò quidem, vt ſi poſtea vſufructuarius perdat proprietatem, putà, qui defecit conditio, ſub qua vẽditor fundum natus erat, nõ recuperabit vſumfructum, vt definit rex ſingularis in l. ſi tibi ff. quib. mod. vſusfruct. finia. cui congruit l. 24. tit. 31. p. 3. Illud etiã identidem quæri ſolet, maritus, & vxor facere donationem Titio bonorum ſuorum, reſeruato ſibi vſufructu: moritur deinde mulier, quæſtionis eſt, an maritus habere debeat

10 11 12 13 14 15 17 18 19

debeat totum vſumfructum iure accreſcendi, vel tantum habeat partem, & altera pars pertineat Titio. Hanc quæſtionem definit Iuriſconſultus in l. inde Neratius, ff. de vſu fructu accreſcendo, vbi ait, non habere locum ius accreſcendi, ſed donatarium habere partem vſusfructus, videlicet, eorum bonorum, quæ ad vxorem attinebant: id quod etiam proba l. dominus, in fin. ff. de vſufructu titul. generali: & eodem ſpectant quæ affert Bald. in rubric. C. quando non petentium partes, & Guido Pap. quæſtio. 204. & Anton. Gom. tom. 1. cap. 10. num. 6. & Caldas Luſitan. de nominatione emphyteotica, quæſtio. 3. numer. 6. Notabile eſt etiam quod Iuriſconſultus ſcribit in l. generale, ff. de vſufruct. legat. §. vxori, in legato vſus-
20 fructus omnium bonorum non comprehendi lanas, neq; purpuras, & cætera quæ mercis cauſa teſtator comparata habebat, quem ſingularem perhibet Ayora de partitionibus, 2. part. quæſtio. 23. Et eſt ſanè notabilis memoriaque digna, multos tamen habet ſimiles, idemque probantes, quos refert illic Acurſius, verbo, mercis cauſa: ſed & illud non eſt minus fideli memoriæ mãdandum, quod reſpondet Papinianus in l. tribus, ff. de vſufructu earum, quæ vſu conſumuntur.

21 Si teſtator legauit Titio vſumfructum, & iuſsit vni ex hæredibus pro legatario ſatisdaret, ſi finito vſufructu, hæres qui ſatisdedit, aliquid ex fideiuſſoria cauſa ſoluit non habere actionem contra cæteros hæredes, quem dicit mirabilem Bald. in l. indebitã, ff. de condict. indeb. Iaſ. in l. quod dictum, ff. de pact. numer. 10. Fabian. de Monte, de empt. & vendit. 3. part. in princip. num. 63. Quod autem in legatario vſusfructus Iuriſconſultus definit, & in cæteris cauſis recipiendum eſt: nam ratio quam reddit Iuriſconſultus generalis eſt: non enim, inquit, ſuſcepit mandatum, ſed magis voluntati paruit teſtatoris: & ita ſentiunt ſuperiores authores, & Roman ſingul. 798. & Segura in l. ſi ex legati cauſa, numer. 73. ff. de verbor. obligattio. & hac quidem via facilè poteſt teſtator legans vſumfructum eludere, ſeu fraudem facere deciſione illius legis primę. C. de vſufruct. qua cauetur, ne poſsit teſtator prohibere, vt vſufructuarius non ſatisdet: nam iubendo, vt hæres pro vſufructuario ſatiſdet, ceſſabit illius legis prohibitio.

cautela per quã poſſet teſtator facere, ne vſufructuarius ſatisdet.

22 Quid verò vſufructuarius reſtituere debeat, atquè cauere, quæri ſolet? in rebus autem ſoli, ſeu immobilibus illud expeditum eſt, ſatis eſſe, vt cabeat boni viri arbitratu vſurarum, fruiturũ, vt in l. 1. vſufructuarius quemadmodum caueat. Sic etiam in rebus, quæ conſiſtunt pondere, numero, & menſura, certi iuris eſt, debere eum reſtituere res eiuſdem quantitatis, vel qualitatis, vel earum eſtimationem, l. ſi tibi vim, dict. tit. ff. vſufructuarius, quemadmodum caueat, & in §. fin. inſtitut. de vſufruct. Cæterùm, in rebus mobilibus, quæ non continentur numero, pondere, vel menſura, putà, in iumentis, pecudibus, veſtimẽtis, ſuppellectilibus. dubium eſt, quid reſtituere vſufructuarius obligetur, eſtque in ea re non parua inter interpreres controuerſia, vt eſt videre apud Pinelum in l. 1. C. de Bonis maternis, 2. p. ad finem. Mihi autem magis placet, vt vſufructuarius boni viri arbitrio vti debeat: ſi verò ſic non vtatur, æſtimationem præſtare debeat, l. 1. ff. Vſufructuarius quemadmodum caueat, l. ſed etſi, §. & veſtimentorum, ff. de vſufructu. Si verò boni viri arbitratu 23
vtatur, id eſt, tanquam re ſua vtatur, rem vſu deteriorem factam, reſtituendo liberatur, l. ſi vſusfructus, §. fin. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat, & l. fin. eiuſdem tituli, & probat etiam text. in l. hac ædictali, §. his illud, C. de ſecundis nuptijs, vbi gloſſ. verbo, legum, voluit, vt deterioration is æſtimationem vſufructuarius reſtituere debeat, & illi ibidem conſentit Bald. ſed refragatur illis illamet lex, & dict. l. ſi vſusfructus, atquè ratio illa, quod vſufructuarius ſatis eſt, ſi vtatur, fruatur, ſalua rerum ſubſtantia, Intelligenda eſt igitur glo. quando vſufructuarius malè re vſus fuerit: porrò ſi vſu res omninò perierit, conſump- 24
taquè ſit, etiam ſine dolo vſufructuarij æſtimatio eius reddenda eſt, quia vſufructuarius vti debuit ſalua rerum ſubſtantia; & in circò oportet cum vſufructuarius cauet, res mobiles æſtimentur, vt in l. 1. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat, & in dict. l. hac ædictali, §. his illud, & in §. conſtituitur, inſtitut. de vſufructu: nempè, vt in caſibus, qnibus conſtiterit vſufructuarium, non ſatisfacere rem reſtituendo, teneatur æſtimationem reſtituere: quæquidem æſtimatio fit, habita conſideratione ad tempus quo vſusfructus recipitur, vt placuit gloſſ. in dicto §. conſtituitur, & Alexand., conſil. 58. volumin. 3. numer. 5. quibus addito legem penultimam, titul. *de las ſeruidumbres*, part. 3.

(***)

SVM-

SVMMARIVM. Differ. 30.

Diffinitionis appellatio quid comprehendat, & quando appelletur descriptio, nu. 1.

Proprium cuiusquè rei quid sit, & quæ dicatur ethymologia, nu. 2.

Omnis diffinitio in iure periculosa est, obidquè Iurisconsultos descriptione potiùs, quam diffinitione vti, nu. 2.

Analogia, quid sit, nu. 4.

Analogia, seu argumentum à paritate, vel maioritate rationis, an habeat locũ in legibus odiosis, & pœnalibus, nu. 5.

Ex Analogia, seu æqualitate rationis fit extensio in correctorijs: secus autem in pœnalibus, num. 6.

Taxa frumenti, an extendatur ad contractum permutationis, legesquè pœnales in venditione loquentes, ad permutationem non extendi,

Præcedens conclusio limitatur, si fraus legi fiat, & qualiter fraus fiat, per exempla ostenditur, nu. 8.

Qui frumentum pro re permutauerit, quæ plus valeat quàm frumentum, secundùm taxam pragmaticæ, non pœna ordinaria, sed mitiùs puniendus est, & quod legis ambiguitas excusset, nu. 9.

Lex Regia 25. titul. 11. libr. 5. Recopilationis, quæ prohibet salis coemptionẽ, ad cõtractum permutationis non extenditur, nisi legi fraus fiat: & ex hac sententia similiter declaratur lex titul. 8. libr. 5. Recopilationis, numero 10.

Pœna legis prohibentis frumentum vltra legitimum pretium vendi, non comprehendit emptores, & explicatur titulus, C. de cupressis ex luco Daphnes, libr. 11. numero 11.

Pœna taxæ frumenti comprehendit vxorem sine iussu viri vendentem frumentum vltra pretium legitimum, & in hoc Grondæ opinio refutatur, nu. 12.

Venditor incidit in pœnam legis, licèt contractus sit nullus, nu. 13.

Vxor si iussu viri frumentum vendiderit vltra pretium legitimũ, non tenetur pœna legis, sed eius maritus: si autem id fecerit sine iussu viri, ipsa tenetur, nu. 14.

Inter definitionem, descriptionem, ethymologiam & analogiam. Differentia 30.

DEfinitionis appellatio latè patet, aliquando enim rei substantiam, seu naturam demonstrat, veluti, ius est ars boni, & æqui, l. 1. ff. de iustitia & iure, & tunc pro- 1
priè dicitur definitio, aut verò non rei naturam, sed proprium ipsius ostendit, veluti acceptilatio est imaginaria solutio. §. 1. instit. quibus modis tollitur obligatio, & descriptio appellatur. Est autem proprium id 2
quod alicui speciei soli, & semper conuenit. Aut vero verbi deriuationem, seu significationem exponimus, vt testamentum est testatio mentis, donatio est doni datio. §. 1. instit. de testamentis, & l. 1. ff. de transactionibus, & ethymologia tum propriè vocatur. Hæc vt paucos ex multis referam, tradunt Aristoteles Ethycorum, lib. 5. & 6. Quintilianus lib. 6. institutionum, Boetius ad topica Ciceronis, Bart. in l. 1. ff. de testam. Bald. in l. maximum vitium, C. de liberis præteritis, & exhæredatis, Petr. Andr. in Logica legali, lib. 1. quoniam vero omnis definitio in 3
iure periculosa est, vt in l. omnis definitio, ff. de regulis iuris, hoc ideò Iurisconsulti potius vt solent descriptione, quàm definitione, vti scribit Petrus Andreas loco superiori, & Neuizan. in sylua nuptiali, lib. 1. num. 72. Et nos itidem in nostro hoc opusculo illorum sequutus exemplum, non tam definitione, quàm descriptione, vti volumus. Analogia verò est æqualitas rationum, seu 4
proportionum, vt Budeus interpretatur in l. ius ciuile, ff. de iustit. & iure, ex Arist. lib. 5 Ethycor. & docet etiam Quintilianus, libr. 1. institutionum, C. de Grammatica: erit pro exemplo, l. illud, ff. ad legem Aquiliã, vbi quod circa furtum à familia factum iure cautum erat, trahitur ad damnum à familia datum ex analogia, seu æqualitate: aliaque multa exempla, si placet, videre poteris apud gloss. in l. non possunt, ff. de legibus.

Illud autem inter scribentes longè con- 5
trouersum est, an analogiæ argumẽtum (nostri appellant argumentum à paritate rationis, seu à maioritate rationis) locum habeat in legibus odiosis, & pœnalibus, id est, an leges odiosæ, veluti correctoriæ, & pœnales extendantur ad casus similem rationem habentes? nam eas ad casus similes non extendi placuit gloss. in capit. in fidei fauorem, de

hære-

hæret.in 6.verb.inquiſitioni,& alijs, quos refert Tiraq.in l.ſi vnquam.C.de reuoc. donat.verb.libertis,num.27.Econtrario verò eas ad ſimiles caſus porrigendas eſſe ſcribit glo.in cap.1.de tempo.ord.lib.6.ver.Italicum, prædicat ſingularem Palac.Rub.in repetit.rubr.de donat.inter.§.16.num.4. Franc.Sarmient.ſelecta lib.1.cap.12.ſequũtur & alij non pauci relati à Tiraq.loco ſuperiori,n.44.& apud Aymon Crauet.de antiquit.tempor.4.part.num.85.Quin nonde-
6 fuerunt qui dicerent, leges pœnales fauore dignas eſſe,quia ſanctum, & religioſum ſit delicta puniri:in his fuit Iaſ.in l.non dubiũ. C.de legibus,nu.44.ſed horum ego diſcordiam ita componendam eſſe arbitror, vt in correctorijs dicamus locum habere extenſionem ex analogia,ſeu æqualitate rationũ: in pœnalibus autem dicamus nõ hahere locũ ad extenſionẽ ad caſus in lege non expreſſos,etſi eandem habeant rationem,vel fortaſsis maiorem: quam ſententiam multorũ teſtimonio, & legũ authoritate probat Iaſ. in l.cum quidam.ff. de liber. & poſthu. numer.10.& Alciat.in tit.de verborum ſignif. lib.2.num. 60. idem Iaſ. in authentic. quas actiones.C.de ſacroſanct.Eccleſ. n.21. Et idem facit Aymon Sybillanus,qui idem Crauetæ loco paulò ante citato 4.part. §.1.& 2.ex quibus tractari poteſt opportunè quæ-
17 ſtio illa(quam à noſtris in proprio loco omiſſam fuiſſe piget)an leges Regiæ,quibus ſtatuitur, ijs qui vltra Regiã taxationẽ frumentũ vendũt, pertineant ad contractum permutationis,putà, ſi permutetur hordeũ pro frumento aut veſtis pro tritico. Et magis dicendum eſt, eas huiuſmodi cõtractum non comprehendere,iuxta opinionem quã magis receptã modo diximus:deinde, quia frequens eſt inter noſtros interpretes ſententia,leges pœnales de venditione loquentes ad contractum permutationis non extẽdi, vt eſt videre apud Tiraq.(aliosquè plures ex more allegantem)in tract. lignagier.
8 §.1.gloſſ.14.num.30.Quod ita demũ dicendum erit, niſi modò legi fraus ſit cogitata,pone,quia pro frumẽto permutetur mors quæ ter aut quater pluris valeat quã frumẽtum:nam legi fraudem fieri nõ debere, leges,omnes iuraque omnia proclamant, leg. non dubium,C.de legibus,lex.4. ff. ad Senatus conſult.Maced.lex 2.§.fin. verſicul. Quid ſi curatores.ff.ad Senatuſconſult.Tertillia.& in hac eadem ſpecie tradit D. Franciſc.Sarmient.ſelectar.lib.1.cap.12.num.
9 6.Quanquam,ne hoc quidem caſu putauerim, reos pœna ordinaria plectendos eſſe, ſed mitius cũ eis agendum eſſe:nam ſi alioqui quælibet honeſta cauſa excuſat àpœna, multo magis legis ambiguitas excuſationẽ præſtare debet,gloſſa in l.plagis.C. ad legẽ Iuliam,de plagiarijs,& quæ copioſè affert Tiraquel.de pœnis temperandis,cauſa.11. numero.3. Quod autem de frumento dicimus,& de ſale dicendum quoque erit,ideſt, 10
legem Regiam,qua ſalis prohibetur coemptio,ea eſt lex 25.titulo 11 lib.5. Recopilation.ad contractum permutationis non pertinere,niſi,vt dictum eſt,legi fraus cogitata fuerit.Tantundemque dicemus de lege.6. titulo.3.lib.5. Recopilation. qua prohibitum eſt,ne venditio ſtat à conſanguineis filio Clerici:dicendum eſt enim, ad permutationem legis prohibitionem non extendi, fraude,ſcilicet,ceſſante. Sed & illud hic tra 11
ctari poteſt, an leges illæ Regiæ punientes eos qui vendunt frvmentum vltra legitimũ pretium,emptores quoque complectantur? Et forſan cuipiam videbitur earum pœnã emptores quoque complecti, ex ſententia Bartoli in leg.1.C.de cupreſsis,lib.11. qui illius argumento ductus,ſcribit leges venditores vindicantes, & emptores quoque cõprehendere:cuius doctrinã interpretes magno conſenſu vbiquè amplectuntur teſte Iaſone in leg.lege,numero.10. C. de in dicta vidui. tollend. ſed non eſt ita, nam Bartoli ſententia,tùm demum ſortitur locum,quãdo legis prohibitio æquè reſpicit emptorẽ, ac venditorem, vt tradit Alciatus de verbor.ſignificat.lib.2.numer.40.veluti in ſpecie illius legis primæ,C.de cupreſsis ex luco Daphnes,vel Perſeidis per Ægyptum non excidendis, vel vendendis. Etenim lucus ille Daphnes, præterquam quod multis erat cupreſsis alijſquè amenis arboribus conſitus,multiſquè limpidiſsimis exornatusfontibus habebat templum inſigne ab Ethnicis ſuo Apolloni ſacratum,vt conſtat ex Papinio in Thebaide, & alijs ſcriptoribus, quos eodem loci refert eruditiſsimus Alciatus:itaquè Religio loci,tam eptores,quã venditores ex æquo reſpiciebat:ſecus in noſtra quæſtione de re frumentaria: nam venditor pluris legitimo pretio vendens, in lucro verſatur: emptor verò in damno,diuerſa itaque vtriuſque cauſa eſt, proinde diuerſum ius eſt ſtatuendum. Sed longiores hoc loco ſumus,quam neceſſe eſt, cum habeamus Regiam legem id expreſsim probantem,ea eſt lex 4.titulo 25.libr.5. Recopila 13
tion. qua conſtat,pœnas eo caſu impoſitas venditoribus, emptores non comprehendere.Sed & illud anteaquam hinc habeam,

notan-

notandum putaui, verum non esse, quod tradit Gironda (vir alioqui sanè quam doctus) de gabellis, 9. part. numero 24. illarum pœnas non comprehendere vxorem iniussu mariti vendentem frumentum pluris quam est Regia lege sancitum, quia dicat contractum esse nullum. Hæc enim ratio perpetua non est, quin iure comparatum est, venditores contra legem vendentes, incidere in penas legis, etsi contractus sit nullus, sicuti est autor Bart. cæteris non reclamantibus, in l. non dubium, C. de legibus, num. 13. Auendañus autem, quem pro se citat Gironda, respondo. 33. alia in specie loquitur. Quid quod & ipse Auendañus fatetur, incidere mulierem in pœnam legis, quatenus in mariti dispendium pœna non vertatur: & ita nostræ minimè est contrarius opinioni, quæ verissima quidem est, nisi fortè mulieres iniussu maritorum peccantes, pœnam non merentur, quod longè secus est, l. obseruandum, §. proficisci ff de officio Præsidis capit. decreuit, de hæret. in 6. & alijs passim. Mulier igitur, aut iussu marito vendendo, legem transgressa est, & maritus, non ipsa tenebitur, l. ad ea, ff. de regul. iuris: aut ipsa iniussu mariti vendidit, & ipsa tenebitur, non maritus, l. 112. titul. 10. libr. 5. Recopilation. & in titul. C. ne vxor pro marito, aut maritus pro vxore.

13

14

SVMMARIVM. Differen. 31.

Genus qualiter à Iureconsultis accipiatur, numer. 1.

Inter genus & speciem quid in iure inter sit, & quod debitor speciei, per empta specie, liberetur, secus debitor generis, nu. 2.

Species legatæ, si non reperiantur, neque dolo hæredis do esse probentur, peti à legatario non possunt: secus in pecunia legata, nu. 3.

Quid inter populum, & plebem inter sit, numero 4.

Plebis appellatione, quia contineatur, nu. 5.

Plebis appellatione nobiles non contineri, sed ignobiles tantum, nu. 6.

An officia, & honores sint æqualiter distribuenda inter nobiles, & plebeios, nu. 7.

Hodie apud nos lege Regia disponi, vt officia æqualiter inter nobiles, & ignobiles diuidantur, nu. 8.

Officiales nobiles in sedendo ignobilibus præferri, idemq; esse de illorum suffragijs, nu.

Nobiles qui conduxerunt magnatum vectigalia, vel fideiusserunt pro conductoribus nobilitatis non amittere immunitatem, nisi vectigalia locuta sint cum conditionibus Regij vectigalis, num. 10.

Inter genus, & speciem plebem, & populum. Differentia, 31.

GEnus, & speciem aliter Dialectici, aliter Iurisconsulti accipiunt: apud Dialecticos enim genus dicitur, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, putà, animal contractus: species autem dicitur, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero, vt homo, emptio, fundus. Non ita apud Iurisconsultos, qui ferè semper genus recipiunt pro specie, speciem autem pro individuo, putà, Sthycus, aut Pamphilus: hoc tradunt glossa, & glossographi in lege 2. §. 1. si certum petatur. Bartol. in l. Mœuius, §. duobus, ff. de legatis 2. Petrus Andeças in Logica legali, libr. 3. Zasius in singularibus intellectibus, capit. 1. & alij alijs passim. Quare autem aliter Philosophi, & aliter Iurisconsulti his vocibus vtantur, & reddit, ratione D. Francis. Sarmient. Selectar. libr. 2. capit. 5. numer. 8. Sed & in viu iuris non parui interest inter genus, & speciem: nam si speciem debeam, putà, argenteum cyphum, illumque per famulum bonæ existimationis tibi mittam, famulusque cum cypho aufugiat, liberatus sum, l. argentum, ff. commodati: alia causa est si pecuniam debeam, cap. significante, de pignor. vbi Abbas diuersitatis rationem reddit. Eodem pertinet lex, si ex legati causa, ff. de verbor. obligatio. & lex incendium, C. si certum petatur, tradit etiam Mexia in libel. de taxa panis, conclus. 6. num. 57. Simili quoque modo si species nominatim legatæ non reperiantur, neque dolo hæredis deesse probentur, peti à legatario non possunt, l. cum ita, §. species, ff. de legat. 2. Diuersum si pecunia legata sit, vt definitum est in l. si pecunia, eodem titul. tradit effusè Ripa in l. quod te mihi, numer. 25. cum sequent. ff. si certum petatur. Quæ autem differentia est inter genus, & speciem, eadem est inter plebem, & populum: nam populus genus est, plebs autem species, itaquè appellatione populi vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam Patricijs, & Senatoribus. Plebis autem appellatione sine Patricijs, & Senatoribus, cæteri ciues significantur, sicuti ad verbum explicat Iustinian.

2

3

4

5

tinia in §. plebs, instit. de iure naturali gentium, & ciuili: cui etiam conuenit lex, plebs 137. ff. de verbor. significat. ad quorum intelligentiam, præter classicos ibidem, consulto Aulum Gelium noctium Atticarum lib. 10. cap. 20. & Alexand. ab Alexandro dierum genialium, lib. 6. cap. 23. Tiraquel. de nobilitate, cap. 37. num. 24. vbi multa, & illa quidem egregia, ad illorum iurium intelligentiam affert, quæ nos, ne rem actam
6 agamus referre supersedimus. Plebis itaquè appellatione nobiles non continentur, veluti præter superiora iura, probat etiam cap. lex est, distinct. 2. & illic glossa & Bart. in l. 1. C. de dignitat. lib. 11. Bald. in l. cum seruus, C. de conditione causa data, colum. 2. Itaquè cum plebeios dicimus, ignobiles, intelligimus, vt multis ostendit Tiraquel.
7 dicto capit. 37. numero 24. Hic igitur locus me admonet, vt tractem, an officia, & honores sint distribuenda ex æquo inter nobiles, & plebeios, in his, videlicet, locis, in quibus officia, & Magistratus dantur à populo? Et nobiles præferendos esse plebeis, scriptum reliquit Angelus in Authen. de defensoribus ciuitatum, §. 1. collatio. 1. vbi illius textus argumento ait, ciuitas regimen apud nobiles esse debere: cui consentit Gregor. Lop. in l. 9. titul. 18. partit. 2. verbo, *sobre otros*. Consentiunt etiam quam plures apud Tiraquel. de nobilitate, capit. 20. num. 51. quibus suffragatur text. in dicta Authentic. de defensoribus, & lex 2. C. prædijs curialibus, & lex honores, ff. de De
8 curionibus, qua prohibentur plebei, de Decurionum fungantur honoribus. Moribus autem apud nos prævaluit, vt officia Reipublicæ æqualiter inter nobiles, & plebeios diuidantur, vt datur intelligi in l. 1. titulo 13. lib. 8. Recopilation. & fidem facit Burgos de Paz consil. 11. numer. 6. & Ioannes Garsia de nobilitat. glossa 35. numer. 3. Quod & olim apud Romanos magnas post simultates, & seditiones obtinuisse apparet, ex l. 2. ff. de origine iuris, §. deinde, in hæc verba: *Deinde, inquit Iurisconsultus, cum placuerit creari etiam ex plebe Consules, cæperunt ex vtroque corpore constitui.* Constat etiam ex Plutarcho in vita Catonis Censorij, vbi ait, cùm super censuræ Magistratu disceptatio esset inter plebeios, & nobiles, conuenisse inter eos, vt alter censor crearetur ex nobilibus, alter ex plebeis. Meminisse tamen debemus, in assessu, seu in sedendo, & cæteris prærogatiuis plebeios Magistratus nobilibus suis collegis cedere loco debere, id est, nobiles officiales dextera habituros, plebeios verò sinistram. Parique modo si suffragia, (quæ vota appellamus) fuerint numero æqualia, nobilium suffragia potiora esse debere, ex ijs, quæ affert Boerius in tract. de authoritate magni Consilij, num. 135. & Palac. Rub. in repet. Rub. de donat. inter. §. 9. num. 13. & Tiraquel. in supradicto tract. de nobilit. cap. 20. Et quoniam de nobilibus agimus, neque il- 10
lud erit prætermittendum, quia foro assiduum est. An quod lege Regia statutum est, vt nobilis propter conductionem Regalium vectigalium, possit in carcerem detrudi? ea est lex 4. titul. 1. lib. 6. Recopi. habeat locum in ijs nobilibus qui Magnatum vectigalia conduxerunt, aut pro conductoribus fideiusserunt? Et distinguendum quidem putauerim, an Magnatum vectigalia locata fuerint cum conditionibus Regalium vectigalium, an non: nam si non fuerint ea conditione locata, non debet nobilis suam perdere immunitatem: quia magnatum vectigalia Regalium priuilegijs non vtuntur: at si locata fuerunt cum conditionibus Regalium vectigalium, cessabit nobilitatis prærogatiua, quia quæ dicta est lex, conductioni seruanda est: sic etiam, & in simili causa distinguit Auend. in cap. correctorum, 2. part. cap. 12. nu. 11. cuius sententiam nos secuti sumus, lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 3. part. §. 13. nu. 17. secutus est etiam Doctor Gironda de gabellis, 2. part. §. 1. num. 9.

SVMMARIVM.

Differentia. 32.

Quid sit actio, & quod in iure consistat, nu. 1.
Quid sit intentio, & quod in facto consistat, numer. 2.
Postulare, quid sit, & quod in facto consistat, numer. 3.
Libellus, quid sit, & circa hoc Alciat. refutatur, num. 4.

Inter actionem, & intentionem, postulationem, & libellum. Differentia. 32.

INter actionem, & intentionem nihil esse
1 differentiæ nonnullis placuit, in quibus est Zasius in intellectibus singularibus ad leg. qui se debere, ff. de cõditione sine causa,

& Al-

1 & Alciat. in l. quinque pedum, C. finium regundorum. Sed (si quid iudico) aliter se res habet: actio siquidem consistit in iure, cum nihil aliud sit quàm ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, vt in princip. instit. de actionibus, & in l. nihil, ff. de action. & obligation. Intentio verò consistit in fa-
2 cto, est enim ipsius actionis apud iudicem propositio, seu persecutio, l. si quis intentione ambigua, ff. de iud. l. 1. ff. si mensor falsum modum dixerit, §. omnium, instit. de actionibus, l. neque intentio. C. de transact. l. pater filium, ff. de inofficios. testam. capit. examinata, ff. de iudic. l. 2. ff. de except. vbi Accursi. & reliqui rei ignoratione non mediocriter labuntur: atque item in Rubr. C. de exceptioni. quos meritò reprehendit Za-
3 sius loco superiori. Postulandi autem verbum, licèt, & in facto consistat, latiùs tamè patet, quam intentio. Est enim postulare, vt Iurisconsultus, inquit, desiderium suum, vel amici in iure apud eum exponere, vel alterius desiderio contradicere, l. 1. ff. de postulando. Libellus autem est scriptura, seu formula in qua intentionem, seu postulationem nostram iudici exponimus, l. ampliorem, §. in refutatorijs, C. de emptoribus appellatio. cap. 1. de libelli oblatione. Fallitur igitur doctissimus alioqui Alciatus in lege quinque pedum, §. fin. C. fin. regundor. qui intentionem, & libellum idem esse significat: differunt etenim tanquam continens, & contentum: continens est libellus, intentio porrò est contentum.

SVMMARIVM. Differentia, 33.

Causa, quid sit, nu. 1.
Actio, quid sit, nu. 2.
Titulus, quid sit, & qualiter à causa discernatur, num. 3.

Inter actionem, causam, & titulum. Differentia, 33.

1 ACtio, & causa, quid distent, multis verbis, & ad satietatem vsque versant interpretes, in principio instit. de actionibus: quorum argutijs omissis, illa mihi videtur verior esse differentia: quod causa est factum, seu res ex qua oritur ius, quod pretendimus: sic enim, & Cicero in libello de Fato inquit: *Causa est quæ id efficit, cuius est causa.* Colligitur etiam ex Vlpiano in l. 1. ff. de positi, & tradit Tiraquel. in tractat. cessante causa, in princip. Itaque qui causam habet, ius habere, vel non habere potest: quoniam, vt diximus, causæ appellatio non ius, quod habemus, sed quod habere pretendimus significat. §. aliæ, instit. de actio. l. Cel-2 sus. ff. de vsucapio. Porrò qui actionem habet, ius habet, cum (vt sæpè dictum est) nihil aliud sit actio quàm ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, l. nihil, ff. de actionib. & oblig. & in princi. instit. de actionibus. Titulus autem à causa sic discerni-3 tur, quod titulus est index, seu nomen eius iuris, quod pretendimus, vel habemus, vel operis alicuius, quod facturi sumus, aut fecimus, veluti titulus pro empto, pro donato, pro soluto, vt in titulo pro soluto, cum sequentib. ostendit etiam Sueton. in Caligula: *in secretis, inquit, eius reperti sunt duo libelli diuerso titulo, alteri gladius, alteri pugio, index erat.* Valerius Maximus libr. 9. cap. 4. loquēs de quodam Rege auaro: *Hic, inquit, proculdubio non possedit diuitias, sed à diuitijs possessus est, titulo Rex insulæ, animo verò pecuniæ miserabile mancipium.* Ex causa igitur, siue contractu nascitur obligatio, ex obligatione oritur actio, ex actione exurgit intentio, ex intentione conficitur libellus, glos. in §. final. instit. de obligationibus.

SVMMARIVM. differentia 34.

Iudicis officium, aliud est nobile, aliud mercenarium: & quod dicatur nobile, & quod mercenarium, nu. 2.
Officium iudicis nobile, in quo differat ab actione, per exempla declaratur, nu. 2.
Quando competit actio reus constituitur in mora per interpellationem extraiudicialem: at verò quādo competit officium iudicis nobile, necessaria est interpellatio iudicialis, nu. 3.
Reconuentio habet locum, quando experimur actione, secùs quando experimur officio iudicis nobili, nu. 4.
Quæ inciderter in causa criminali petuntur, veniunt officio iudicis nobili: & in causa criminali non admittitur reconuentio, nu. 5.
Quando actione experimur, solum citari debent qui in libello continentur: at quando experimur officio iudicis nobili, citandi sunt omnes quia interest, nu. 6.

Lite mota per viam actionis, iudicis iuriſdictio prorrogari valet, ſiue tacito, ſiue expreſſo partium conſenſu: aliter ſi per officium iudicis nobile, nu. 7.

Inter officium iudicis nobile, & mercenarium, quid interſit, nu. 8.

In cauſis non magni momenti, in quibus defertur iuramentum in ſupplementum probationis, poteſt iudex parte non petente illud deferre, nu. 9.

Officium iudicis, & perſecutio in quo differant, & quod perſecutio eſt remedium extraordinarium, num. 10.

Inter actionem, & officium iudicis, & perſecutionem. Differ. 34.

1 OFficium iudicis aliud eſt nobile, aliud eſt mercenarium: nobile eſt quod datur loco actionis, vel exceptionis: mercenarium autē eſt, quod deſeruit actioni, vel exceptioni: tex. & interpretes in §. fin. de offi. iud. Iaſ. & reliqui in l. 1. ff. de iuriſdi. omn. iud. idē in §. præterea, inſtit. de act. Bartoli enim adijcientis etiam officium aduerſariū, iam ab omnibus, tàm veteribus, quàm recentioribus eſt exploſſa ſententia, vt appareat ex ipſo Iaſ. in d. l. 1. ff. de iuriſ. omn. iud. atque ex Eguinario in princ. inſt. de officio
2 iudicis. Mercenarium autem officium quid ab actione diſtet, dubitauerit nemo. Nobilis ergo differentiam diſpiciamus: & illud quidem intereſt, quòd actio obligationem præſupponit: quippè cum ex obligatione oriatur actio, l. licèt, §. obligatio. ff. de procurator. At officium iudicis nobile nullam præſupponit obligationem, l. qui per collu ſionem, §. fin. ff. de action. empt. l. quintus, §. 1. ff. de annuis lega. ſuccurrunt exēpla, in integrum reſtitutione petenda in alimentis liberis exibendis, vel tutoribus excuſatione præſtanda, aliiſque multis exemplis, quæ longius perſequitur Speculator, titu. de officio iudic. necnon Fabe, Angel. & Iaſo. cæterique Claſsici, in princip. inſtit. de action. Ex quo, & in vſu forenſi non paucæ exurgunt rerum differentiæ, quas omnes referre, neque huius eſt loci, neque temporis, quanquam tres, aut quatuor, plus minusvè, quia ſingulares ſunt, dicere non omittam.
3 Prima autē eſt, quod quando cōpetit actio, reus conſtituitur in mora per interpellationem extra iudicialem: at in officio iudicis non aliter, quam ſi authore iudice interpellatio facta fuerit: id quod ſuperiores authores copioſius proſequuntur, & probatur in l. videamus, §. in Fabiana, ff. de vſuris. Alte 4
ra eſt differentia, quia quando actione experimur, habet locum reconuentio, vt in Authentic. & conſequenter, C. quomodo, & quando iudex, & in capit. 1. de mutuis petit. Contra quando agimus officio iudicis nobili: nam non admittitur reconuentio, 5
gloſſ. & Bald. in l. ſed etſi reſtituat, ff. de iudic. verbo adierit, Bart. in l. 1. §. fin. ff. de varijs, & extraordin. cog. Innocent. in cap. 1. de mutuis petit. Ex quo illud annotabis, quod ad praxim & fori aſſuetudinem ſingulariter adducit, quod ſi agam criminaliter de vi mihi illata, & incidenter (vt fieri ſolet) fundum mihi reſtitui petam, non dabitur locus reconuentioni: quoniam ea quæ incidenter in cauſa criminali petuntur, veniunt tantum officio iudicis nobilis, vt eſt auctor Bart. in l. interdum, §. qui furem, ff. de furtis, & in l. 2. ff. vbi bonorum raptorum. Adde, quod in cauſa criminali non admittitur reconuentio, l. neganda, C. qui acuſare non poſſunt, gloſſ. & gloſſographi in cap. at ſi Clerici, de iudi. verbo, non tenet. Tertiò differunt actio, & officium iudicis 6
nobile: nam ſi actione experiamur, ſufficit citari eos qui libello continentur: at quandò agitur officio iudicis, citandi ſunt omnes cuia intereſt, ſecundum Alexand. conſ. 85. volum. 6. num. 6. Quartò diſcrepant, quod 7
quando intenditur actio, iuriſdictio iudicis alioqui non competentis prorogari poteſt ex tacito, vel expreſſo litigantium, conſenſu, l. more maiorum, ff. de iuriſdictio. omn. iudic. porrò ſi officio iudicis lis moueatur (finge, agendo ex inquiſitione de delicto commiſſo) iuriſdictio incompetentis iudicis neque ex tacito, neque ex expreſſo litigatorum conſenſu non prorrogatur, vt bellè reſpondit ipſemet Alexand. conſil. 216. volum. 6. ſub fin. Inter officium autem nobi- 8
le, & mercenarium illud præcipuè intereſt in vſu fori, quod nobile non impartitur iudex ad vtilitatem priuatam, niſi parte petente, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto, & illic latè Bartol. Iaſon quoque in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. Porrò mercenarium impartitur iudex, quotieſcunquè proſpexerit, id ad veritatem indagandam neceſſarium eſſe, l. ædiles, §. ſciendum, ff. de ædilit. edict. cap. indicantem, 32. quæſt. 5. Clem. ſæpè, de verb. ſignific. Proinde in 9
cauſis non magni momenti, in quibus defertur iuramentum in ſupplementum probationis, poteſt iudex, etiam parte non petente, id deferre, ſecundum Greg. Lop. in l. 2. tit. 11. partit. 3. verb. *Dene el juzgador*: &

ante

ante eum Iaſ. in l. admonendi, ff. de iureiur. nu. 158, Marant. in ſpec. 4. p. diſ. 9. n. 29. & hęc mihi verior videtur opinio, licet Capic. deciſ. 10. & 35. velit contrarium: nam, vt cętera omittã, ſufficit ad hoc quòd pars à principio litis petat iuſtitiam ſibi miniſtrari, vt ex more fieri ſolet. Hæc actenus de differentia actionis, & officijs iudicis, nũc videamus quemadmodum officium iudicis, & perſecutio differant: & diſputãt id interpretes in l. actionis verbum 34. ff. de actio. & obl. vbi Alciat. exiſtimat perſecutionem, & officiũ iudicis nihil differre. Mihi autem illud differre videntur, quòd officium iudicis conſiſtit in facto, l. Imperator, ff. ad municipalẽ. Officium enim, vt definit Ariſtoteles lib. 1. Ethicorum, eſt animi actus rationi conſentaneus. Perſecutio autem conſiſtit in iure, vt quæ ſub actionis appellatione comprehendatur, vt declarat illa lex, actionis verbo. ff. de verbor. ſign. Eſt enim perſecutio re medium extraordinarium, putà, fideicommiſſorum, etſi qua alia ſunt, quæ extra ordinem auctoritate iuris expediãtur, l. pecunię 178. §. 1. de verbor. ſignificatio. Officium itaquè nobile ſubſeruit perſecutioni, ſicut officium mercenarium ſubſeruit actioni: perſequi itaquè dicitur, qui officium nobile implorat, leg. cui præcipua, 57. §. fin. ff. de verbor. ſignificat. & illic Alciatus.

SVMMARIVM. Different. 35.

Plura eſſe contractuum genera in quibus reperitur actio directa, & contraria, & nullam eſſe cõtrariam, niſi quæ à lege expreſſa ſit, n. 1.

Actio directa, & contraria cui detur, nu. 2.

In actione directa iuratur in litem: ſecùs in contraria, & ſi directa eſt bonæ fidei, idem dicendum eſt de contraria, nu. 3.

Inter actionem directam, & actionẽ contrariam. Differ. 35.

1 NOn pauca ſunt cõtractuum genera, in quibus repetitur actio directa, & actio contraria, & hi fermè ſunt, depoſitum, l. is apud quem, ff. depoſiti: mandatum, l. ſi verò, §. contrario, ff. mandati: commodatum, l. rem mihi, ff commodati: tutela, l. 1. ff. de contrario iudicio tutelæ: negotiorum geſtorum, l. 2. ff. de negotijs geſtis: pignoratitia, l. ſi neceſſarias, ff. de pignorat. actio. Nequæ ſunt aliæ actiones contrariæ præter illas, quæ ſunt expreſſæ à lege, ſecundùm Accurſ. in l. omnino, ff. de impenſis in rebus dotalibus factis: quamobrem verò ſic appellentur, & quemadmodum diſcernantur, tradit multo ſermone Accurſius in l. conſenſu, ff. de action. & oblig. & in §. fin. in ſtit: pro ſocio, cui illic reliqui magno cõſenſu aſſentiuntur. Sed verius videtur, quod tradidit Corraſio lib. 6. Miſcell. c. 6. directam dari his qui domini ſunt, aut cuia principaliter intereſt, ipſius contractus implementum origine ſpectata. Contrariæ verò dantur horum aduerſarijs, cuia minus principaliter intereſt, & ideò non ex ipſo contractu directa illis datur actio, ſed ex æquitate per legis extenſionem datur cõtraria actio, quia nempè cõtrariorum eadem debet eſſe diſciplina, vt ecce, deponẽs habet directam actionem, vt res depoſita ſibi reſtituatur: depoſitarius autem habet contrariam, vt impenſæ in re depoſita factæ refarciantur ſibi, vt in dict. l. ei apud quem. ff. depoſiti: ſic & debitori datur directa ad reperendum pignus: creditori autem contraria, vt ſibi ſoluatur debitum, vel ſi qua in pignore fecit impendia, l. 1. ff. de pignorat. action. In rerum autem vſu, & harum actionum extat differentia: nam in actione directa, iuratur in litem, in contraria non iuratur, ſicut tradit Corraſius loco ſuperiori, cap. 7. Illud autem inter ſe maximè conueniunt, actio directa, & contraria: quia ſi directa eſt bonæ fidei, & contraria erit bonæ fidei, gloſſ. in l. Age, cum Geminiano, verbo, iudices, C. de tranſactionibus. 2 3

SVMMARIVM. Differentia. 36.

Actio in perſonam quâ dicatur, & quæ actio in rem, nu. 1.

Reivendicatio publiciana confeſſoria, & pignoratitia quando competant, nu. 2.

Actio in perſonam tantummodò datur aduerſus debitorem, illiuſque hæredes, non autem aduerſus ſingularem ſucceſſorem, nu. 3.

Actio realis ſequitur rem penes quemcũque poſſeſſorẽ, & aſſignatur ratio differentiæ, nu. 4.

Actio realis acquiritur domino per procuratorẽ ſine ceſſione, ſecùs perſonalis, nu. 5.

Hipothecaria actio perſonali accedẽs nõ acquiritur dño per procuratorem ſine ceſſione, nu. 6.

Hodie ex l.2.tit.16.lib.5.Recopil. in qualibet actione, siue reali, siue personali, siue hypothecaria, acquiritur actio domino per procuratorem sine cessione: & hodie etiam actio personalis non transit in singularem successorem, num.7.

Actio personalis, etiam quæ ratione rei competit, non transit sine cessione in singularem successorem: & in hoc praxis notariorum cõmen datur, nu.8.

In actione reali veniunt quandoque fructus ante litis contestationem, secùs in personali.n.9.

Vbi agitur actione personali, debet reus conueniri in suo foro: si verò actione reali, potest conueniri in loco vbi res sita est, nu.10.

In legato liberationis tantum venit quod actione personali peti poterat, non quod reali, nu.11.

Vendens fundum cum pacto de retrouendendo, an possit fundum retrahere à secundo emptore, cui primus emptor fundum vendidit ante diem pacto adiectam? breuiter, & eleganter disputatur, nu.12.

Traditur cautela, vt in superiori quæstione venditor possit rem venditam retrahere à quolibet tertio possessore, nu.13.

In rem scripta actio, quæ dicatur, & aliquæ in rem scriptæ ponuntur, nu 14.

Actio retractus ratione rei familiaris, aut communionis, est in rem scripta, num.15.

Stylus antiquorum prætorum in sententijs ferendis traditur, & subtiliter explicatur, nu.16.

Inter actionem in rem, & actionem personalem, necnon actionem in rem scriptam. Differentia, 36.

1 ACtio in personam dicitur, cum aliquis obligatus est nobis ex contractu, malefício, uel quasi, l. actionum genera, ff. de actionibus, & obliga. l. corruptionem, C. de vsufructu. Cæterum, actio in rem dicitur, cum ius habemus in re: nam si dominium habemus directum, aut vtile, datur rei vẽdicatio: si quasi dominium, datur publiciana: 2 si seruitutem, datur confessoria: si hypothecam, pignoratitia, sicuti exactius edisserit Iustinianus in §. omnũ, inst. de actionibus, cum seq. & apparet ex l.1.ff. si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur, & l.1.ff. de superficiebus, atque ex titulis de publiciana, & pignoratitia actione, tradit Corras. Miscellaneorum lib.6.cap.5. Hinc alia non leuis dimanat differentia, quòd actio in perso- 3 nam tantummodo datur aduersus debitorem, illiusque hæredes: at aduersus tertium seu singularem successorem nõ datur, quia, videlicèt, nobis obligatus non est, l.fin. §. fin. ff. de contrahenda emptione, l. possessio. §. fin. ff. de acquir. possess. textus singularis in l. dolus, C. de rescindenda venditione, tradit Couarru. lib.2. variar. resolutionum, cap.3. num.10. & Pinel. in l.2. C. de rescindenda vendit. 2. part. cap.1. nu.30. Econtrario, actiones Reales, rem quocunquè vadãt, 4 sequuntur, etsi per mille manus transeat illa, vt inquit Iurisconsultus in dicta l. actionum genera, & tradunt Iason, & reliqui glossographi in dicto §. omnium instit. de actionibus. Diuersitatis hæc ratio est, quia actio personalis adhæret personæ, & ideò personam non egreditur debitoris, vel ipsius hæredis, qui defuncti personam repræsentat: dominium autem cohæret rei, vt anullus digito, sicuti eleganter tradit Baldus in l. fin. C. de legatis, num.3. Illud etiam dif § ferunt actio realis, & personalis, quod actio realis acquiritur domino per procuratorem sine cessione, lex 1. C. per quas personas nobis acquiritur: at personalis actio domino non acquiritur per procuratorem sine cessione, l. possessio. §. etsi possess. ff. de acquirend. possessio. & illic tradit Alexand. Pari quoque ratione cum hypothecaria a- 6 ctio personali accedat, non acquiritur domino per procuratorem sine cessione, l. solutum, §. per liberam, ff. de pigno. actione, ediderit latiùs Anton. Negusantius de pignor. 3. part. membro 1. nu.39. Hodie tamẽ (si nostrum ius Regium spectamus) dicendũ 7 est perinde, ac in actione reali, ita & in personali, & hypothecaria ius acquiri domino per procuratorem sine cessione, ex decisione legis Regiæ, qua absenti actio quæritur, ea est lex 2. tit. 16. lib. 5. Recop. sicuti in simili statuto respondet Alexan. consil. 126. lib. 5. & probant nostrates, vt relatum est à nobis, lib. 2. rerũ quotid, cap. 3. nu. 27. Adhuc tamen hodie actiones personales non transibunt in singularem successorem sine cessione, vt superius diximus. Adeò quidem, vt etiam ratione rei competentes per- § sonales actiones non transeant sine cessione in singularem successorem, putà, emptorẽ, aut donatarium, sed tantum exceptiones, l. si res quam, ff. de euictio. tradit Anto. Gom. in commentar. titul. de emptione, num.29 & Ioann. Garsia de expensis, capit. 7. nũmer. 12. & 13. idcircò vtilis est illa clausula, quam Tabelliones in instrumentis inscribere solent, dicentes: *Et transferimus in te omnes actiones reales, & personales, quæ nobis illius rei ra-*

vi ratione competunt, aut competere possunt. Hoc quoquè interest actio realis, & personalis, quod in reali veniunt, quandoq; fructus etiam ante litis contestationem, vt est latiùs expositum per Iurisconsultum in lege, qui scit, ff. de vsuris. Per contrarium in actione personali nunquam veniunt fructus, nisi post litem contestatam, vt declarat text. in l. videamus, §. in Fabiana, ff. eod. tit. de vsuris: ad cuius intelligentiam, præter classicos, ibidem consulto Fabrum, & Angelum in §. actionum, instit. de actio. ille. nu. 5. hic numer. 3. & Corras. Miscellaneorum, lib. 2. cap. 8. Discrepant præterea actio in rem, & actio in personam: quia vbi agitur actione personali, debet reus conueniri in suo foro, id est, vbi domicilium habet. Porrò si actione in rem agatur, poterit etiam conueniri vbi extat res ipsa, de qua iudicium mouetur. Quam differentiam exponit lex finalis, C. vbi in rem actio: cui conuenit cap. sanè, de foro compet. & lex 32. titul. 2. partit. 3. Quorum argumentum, seu materiam præter classicos, ibidem copiosè persequitur Baldus in l. vt Clericos, C. de Episcopis, & Clericis, & Ioan. And. in cap. dilectus 2. de rescript. & Socin. regul. 10. Differunt etiam actio in rem, & actio in personam, quia liberatione legata, legatum videtur id quòd personali actione peti potest, non id quod actione reali, l. Aurelius, §. Mœuia, ff. de liber. legat. & illic Accurs. Bart. & reliqui classici, & tradit exactiùs Couar. lib. 2. variarum resolut. capit. 14. nu. 1. Hic commodè tractari potest illud quod ex facto sæpè quæri solet, Titius vēdidit Seio fundum cōtracta fiducia, id est (vt hodiè loquimur) cum pacto de retrouendendo. Seius autem ante diem pacto adiectam Caio fundum distraxit: quæstionis est, an Titius possit à Caio, pretio, oblato fundum retrahere perinde poterat aduersus Seium primum emptorem? Et in hac quidem quæstione alius iuris rigor postulat, aliud æquitas: nam si iuris rigorem spectamus, deneganda erit Titio actio aduersus Caium: quoniam, vt paulo ante diximus, actio personalis nō datur aduersus singularem possessorem: actio autē hoc casu Titio competens, est personalis, scilicèt, exempto, vt in l. 2. C. de pact. inter emptorem, & venditorem. E contrario si æquitatem respicimus, videtur actionem dandam esse Titio, quia iniquum videtur, Caium contra pactionem rem distractam possidere, lex, & si me, & Titium, ff. si certum petatur. Sunt igitur interpretes in hac re discordes, & varij, alij rigorem amplectentes, alij æquitatem: multos enim iuris rigor in suas partes rapuit, & non paucos æquitas ad se pellexit: pro rigore enim calculum tulere Raphael Fulgos. in l. si cum venderet, ff. de pignoratitia actio. Et (ne sim prolixus) sequuntur alij quàm plures apud Tiraquel. de retract. conuentionali, §. 1. gloss. 7. numer. 6. & ex nostratibus has partes secutus est Anton. Gom. in comment. tit. de empt. & vendit. num. 29. Pro æquitate verò stat Paulus de Castro in dicta l. si eum venderet, ff. locati, & alij quam plures, quos refert Tiraquel. superiori loco, & Pinelus in l. 2. C. de rescindend. vendit. 2. parte, capit. 3. numer. 20. & ad eius accesserunt opinionem ex nostratibus Gregor. Lop. in l. 42. tit. 5. partita 5. verbo, *el comprador*, & Couar. lib. 3. variarum resolut. cap. 8. nume. 3. qui eam magis communem esse narrat, & seruandam fore dicit, eamque ego aliquando in iudicando secutus fuisse memini, & à Præside Prouinciæ confirmatam fuisse sententiam. Ad has tamen difficultates obuiandas, consultius fuerit, vt venditio contrahatur cum pacto legis commissoriæ, vt animaduertit Tiraquel. loco modò citatò, vel adijciatur in venditione, ne emptor possit fundum vendere intra diem datum ad retrahendum, vt animaduertit Suarez in l. post rem, limitatio. 1. ad legem Regiam, num. 9. Hæc de actione in rem, & personali: nunc dicamus de in rem scripta. In rem scriptæ actiones dicuntur, quæ licèt mero iure personales sint, vt quæ ex contractu, vel maleficio procedant, verum quia legis verba in rem diriguntur, aduersus quemcūquè possessorem dantur, & ea de causa in rem scriptæ dicuntur, l. metum, §. animaduertendum, ff. de eo quod metus causa, explicat effusiùs Corrasius Miscellaneorum, lib. 1. capit. 12. Sunt autem in rem scriptæ, actio quod metus causa, vt in dict. §. animaduertendum: item actio ad exhibēdum. l. 3. §. final. ff. ad exhibendum. Et apud nos etiam actio retractus ratione rei familiaris, aut communionis, vt tradit Montalus in l. 13. titul. 10. lib. 3. fori in glo. magna, & Tiraquel. de retract. linag. §. 8. gloss. 5. num. 6. atque item Anton. Gom. in l. 70. Taur. numero 36. Antiquitatis etiam ergo illud adijciendum est, veteres in agendo solitos esse (vtpotè prisco illo, & rudi seculo) verborum quadam superditiosa (ne ridiculam dixerim) solemnitate vti, sicuti nostros ridens Iurisconsultos memorat Cicero in Oratione pro Lucio Murena. Prætor etiam in re iudicanda tribus illis vtebatur verbis,

bis, Do, Dico, Abdico, vt refert Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 16. & lib. 5. capit. 1. ex quo intelligi potest, qui sibi velint illa Ouidij carmina Fastorum libro 1.

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur.
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Quorum sententiam interpretatur Tiraquellus ad Alexandrum ab Alexand. lib. 4. capit. 20. & Alciat. in leg. quinque pedum, C. finium regundorum, in responsione ad Nicolaum Regium, vbi ait, illa tria verba, Do, Dico, Abdico, ita distinguit: vt Do pertineat ad actiones personales; Dico ad Reales; Abdico, ad executionem rei iudicatæ: quanquam, si fas est dicere, quod sentio, Do magis videtur pertinere ad actiones Reales; Dico, ad personales, ex §. appellamus, in stitut. de actionibus. Sed, & aliam horum verborum rationem, & fortassis veriorem, videre poteris infrà differentia 69.

SVMMARIVM.

Differentiæ 37.

Actio directa, & vtilis, quæ dicatur, numero 1.

Actio in factum, seu præscriptis verbis, quando detur, nu. 2.

Actio præscriptis verbis, & actio in factum, vna, & eadem est, eaque vtilis: & quare in factum, & præscriptis verbis appelletur, numero 3.

Inter actionem directam, & vtilem, quid interest, num. 4.

Actiones directæ, & vtiles, quibus competant, num. 5.

Directas actiones non transferri in cessionarium, & veterum ratio refutatur, nu. 6.

Traditur vera ratio, quare directæ actiones non transferantur in cessionarium, & optimo exemplo confirmatur, nu. 8.

Cessis actionibus cessionarium constitui procuratorem in rem suam, & ad ipsum vtiles transferri, directas apud dominum manere: & cessionarium suo nomine vtilibus, nomine domini directis experiri, nu 8.

Quid interest an cessionarius vtilibus suo nomine, directis nomine domini experiatur, vtiliter explicatur: & quod personalis à reali Quoad cessionem nihil differat, nu. 9.

Inter actionem directam, & vtilem, & actionem in factum, seu præscriptis verbis, & intercedere actionē & mandare actionem

Differ. 37.

DIrecta actio dicitur, cum venit ex mente, & verbis legis, l. actio. ff. de negotijs gestis. 1 Sin vero veniat tantum ex mente legis, non ex verbis, dicitur vtilis, non directa, l. 1. ff. de æstimatoria actione, §. final. instit. de lege Aquilia, tradit glos. in lege actionis, ff. de actionibus, & obl. Cuius mihi verior videtur opinio, quam Bart. in l. curatores, ff. de negotijs gestis, dicentis, etiam quando veniat ex mente legis directam dici. Cùm verò actio non veniebat ex verbis neque ex mente legis, conueniret tamen vi rationis aliquam actionem dari, tunc dabatur actio vtilis: quæ tamen non sortiebatur nomen directæ actionis, sed dicebatur actio in factum, seu præscriptis verbis, l. si obstetrix, ff. ad legem Aquiliam, l. quoties, & l. quia, ff. de præscriptio. verb. l. cum res, 3 C. si aliena res pignor. detur. Actio itaquè in factum, & actio præscriptis verbis, vna eademquè est actio, non diuersa: estque vtilis, non directa, l. si tibi polienda, & l. Titius, ff. de præscriptis verbis: dicebatur autē in factum, quia dabatur ex facto: præscriptis autem verbis dicebatur, qua iuxta verba præscripta à Magistratu, apud quem legis erat actio, agendum erat vti latiùs explicant Eguinar. Cuiatius, & Balduinus in princip. instit. de locato, & luculenter quoque explicatum est à nobis, lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. §. part §. 1. In vsu autem iuris 4 multum interest inter actiones vtiles & directas: nam contra vtiles multæ dantur exceptiones, quæ non dantur contra directas, vti latiùs edisserit Iason in l. 1. C. de transactio. num. 7. Hæc autem, quæ actenus diximus, intellige, quando actio directa, vel vtilis oritur ex legē. Cæterum si considere- 5 mus actionem directam, vel vtilem, quatenus proficiscitur ex facto hominis, ibi actio directa dicitur, quæ competit domino, seu creditori: vtilis autem dicitur, quæ competit illi, cui cessæ sunt actiones, l. 1. & illic interpretes. C. de actionib. & oblig. nam directæ semper remanent apud dominium cedentem: vtiles autem transeunt in procuratorem in rem suam, quem vulgò cessionarium appellamus, l. 3. ff. pro socio, l. qui seruo, ff. de peculio. Directas autem actiones 6

idcir-

idcircò non transferri in cessionarium, aiũt interpretes, quia dicant, adhærere ossibus creditoris instar diuinorum Sacramentorum, gloss. in d.l. 3. ff. pro socio, & illic reliqui, & Ioann. Gars. in tractatu de cession. §. sed nimis duriter (ne quidgrauius dicam) faciunt interpretes, ciuiles actiones Sacramentis comparando: nam Sacramenta, diuina operante gratia, imprimunt characterem in anima, ea quæ recidiua non sunt, seu non sunt reiterabilia, vt nostri loquuntur: at ciuiles actiones, quid rogo? commune habẽt cum diuina gratia? quæ enim est communio lucis ad tenebras? aut quæ participatio sacri, & prophani? Iamquè si interpretũ vera esset ratio, directæ actiones ad creditoris non transirent hæredes, sed cum ipsius creditoris cadauere, & ossibus sepelirentur. Ratio igitur vera quare actiones directæ non transferuntur in cessionarium, illa est, quia tradi nullomodo possunt: incorporalia enim tradi non posse palam est, l. seruus. §. incorporales. ff. de acquirẽdo rerũ dominio. Sicut igitut dominium rerum corporalium siue in rem actio sine traditione non transfertur, etiam si præcedat titulus legitimus, l. traditionibus. C. de pactis, eodem modo, quia actiones directæ tradi non possunt, cõsequenter trãsferri nõ possunt in cessionariũ, & ideò lex loco directarum tribuit actionem vtilẽ, quæ illius viam suppleat, ac re præsentet: quoniam, vt diximus, & sæpè est dicendum, quãdo deficit actio, & suadeo ratio, vt detur, lex dat vtilem actionẽ. Sed vt hæc materia, alioqui nimis subtilis, & obscura, tibi claresçat, sit habeto: Cũ ceduntur aut mandantur actiones: cessionarius constituitur procurator in rem suam: directæ itaquè actiones remanent apud dominum, seu creditorem: in cessionario vero transeunt vtiles, & exercitium directarum, in hunc sanè modum: vt vtiles suo possit cessionarius nomine exercere, directas autem nomine domini. Bart. & reliqui in l. 1. C de actionibus & obligationibus, glossa, & glossographi in l. emptor. C. de hæreditate, vel act. vẽd. Ioã. de Gars decisione iuris, & actione. §. 5. Sed dices, cum actio directa, & vtilis effectu nõ differant. l. actio. ff. de negotijs gestis, quid interest an cessionarius vtatur directa nomine domini, an vtili nomine suo? Multũ per omnẽ modũ, tum propter defensionẽ principalis, vt in l. si quis in rem. ff. de procuratoribus, tùm propter iuramentum de calumnia: & denique, quia multæ exceptiones dantur contra vtiles quæ non dantur contra directas, gloss. in l. quoties. ff. de administratione tutorum, Ias. in l. 1. C. de trãsactionibus, num. 7. Quid quod possunt non multi crescere vtiles suo nomine, qui non possunt alieno exercere directas. l. qui stipẽdia. C. de procuratoribus. l. non solum. §. qui alieno. ff. eodem tit. & vtrobiquè Doctores latè discutiũt. Præterea, si cessionarius agat directa nomine, si licèt, domini, tenetur ante omnia fidẽ facere de cessione: secùs si vtili agat suo nomine Bar. & reliqui in dicta l. stipendia. C. de procuratoribus Iafred. in volumine communium opinionum tom. 3. centuria. 1. conclus. 45. Neque his casibus facienda est differentia, an cedatur actio personalis, an in rem: nam quod attinet ad cessionem, nihil personalis actio à reali differt leg. fina. C. de hæreditate, vel actione vendita.

SVMMARIVM.

§. Primi.

Venditio, aut donatio nomine, seu actione, an vtilis sine cessione transferatur in emptorem, seu donatarium, verior eligitur opinio. numer. 1.

Traditur verus intellectus ad l. fi. ff. de donat. & quod tempore Iurisconsultorum donatio non valebat, nisi res donatæ statim traderentur, aut donatarius eas haberet in sua potestate. num. 2.

Quando expresse venditur, seu donatur nomen, seu actio vendita, aut donato nomine, seu actione, vtiles actiones in emptorem, vel donatarium sine vlla cessione transferri. numer. 3.

Vendito, vel donato fundo, qui est penes tertium possessorem, vtilem in emptorem, vel donatarium non transferri sine cessione: & an vtilis sit datiua, vel natiua remissiue. num. 4.

§. PRIMVS.

HÆc cum ceduntur actiones, quid vero si nomen, vel actio venditur, aut donetur, an transeat vtilis actio in emptorem, vel donatarium sine cessione? Et sunt de ea re duo opiniones communes, & sibi inuicẽ contrariæ. Accursius enim in l. emptor. C. de hæreditate, vel actione vendit. secutus Martinum Doctorem antiquũ, tradit, sine cessione transire in emptorem actionem vtilem, & hanc testatur communem opinio-

nem GuidoPapæ in l. 1. C. de actionibus, & obligat. Porrò in contraria opinione fuit Iacobus Butricarius in l. 1. C. de verb. oblig. & pro eo calculum tulerunt Cynus, & Azo ibid. & hanc teſtatur etiam communem Tel IusFerdinãdus in l. 17. Taur. n. 51. Ego verò priorem opinionem veriorem eſſe arbitror, ideſt, vendito, aut donato nomine, ſeu actione vtilem actionem tranſire in emptorem, ſeu donatarium: videò enim quam plurima iura id apertiſsimè probare, atquè in primis l. emptor. C. de hæreditate, vel actio vendita, cuius hæc ſunt verba. *Emptor hæreditatis actionibus mãdatis eo iure vti debet, quo is cuius perſona fungitur, quamuis vtiles etiam aduerſus debitores hæreditarios actiones emptori tribui placuit.* Et apertius (ſi quid apertiùs dici potuit) oſtẽdit l. 2. C. de actio. & oblig. in hæc verba. *Nominibus in dotem datis, quamuis neque de legatio præceſſerit, neque litis contestatio ſecuta ſit: vtilem tamen marito actionem ad ſimilitudinem eius qui nomen emerit, dari oportere ſæpè reſcriptum eſt.* Neque minus c larè probat lex vltima. C. quando Fiſcus, vel priuatus, & l. ex legato. C. de legat. Neque te moueat textus in l. fin. ff. de donationibus, nam idcircò illic donato peculio, tàm in nominibus, quàm in mouentibus, & numerato non translatæ ſunt actiones vtiles, quia ſecundum temporadigeſtorum (ſeu, vt proprius loquar, Iuriſconſultorum) donatio non valebat, niſi res donatæ ſtatim traderentur: aut donatarius illas in ſua haberet poteſtate, l. 1. & l. abſenti, & l. qui ſaxum. ff. de donationibus: ſecus hodie ex l. ſi quis argẽtũ. C. de donationibus: quia igitur libertus nomina in ſua poteſtate non habebat, neq, tradi ei poterãt, quia incorporales res (vt diximus) tradi non poſſunt: idcircò cũ nulla eſſet donatio, actiones vtiles trãſferri non potuerunt ex contractu nullo: & ita intellexit illic Bart. & communis, & eſt veriſsimus intellectus. Textus autem in l. 1. C. de action. & oblig. tantum abeſt, vt nobis refragetur, vt imo pro nobis magnopere faciat. Textus item in l. 3. ff. pro ſocio, & l. quid ergo. ff. de peculio, nihil nobis afferre præiudicij paulo poſt oſtẽdemus. 3 Tenẽtũ eſt igitur generaliter, vendito, aut donato nomine, ſeu actione trãſferri vtiles actiones in emptorem, vel donatarium, etiam nulla ſecuta ceſsione. Hæc autem quando expreſsim venditur, aut donatur nomen, ſeu actio aliter atque ſi fundus, aut prædium ad quẽ 4 comperit actio vendatur, aut donetur: finge, quia fundus aut prædium erant apud tertium poſſeſſorem: nam eo caſu non transfertur vtilis actio, neque emptor aut donator agere poteſt, niſi ſibi cedatur actio: Baldus, & Alex. in l. ex legato. C. de leg. Iaſſ. in l. apud Iulianum. §. ſi Titius, n. 23. ff. de lega. 1. probatur in l. ſi res. ff. de euiction. & hæc eſt cauſa quamobrẽ in l. 3. ff. pro ſocio, & in l. quid ergo, ff. de peculio translatæ nõ ſunt actiones ſine ceſsione. An vero vtilis actio ſit datiua, an natiua vide Bart. in l. 1. ff. de actio. & oblig. & an ſubſtantia differat à directa apud Bal. in l. ex legato. C. de leg.

SVMMARIVM. §. ſecundi.

Veterum interpretum ſententia explodituir circa differentiam inter mandare, & cedere actiones. num. 1.

Cedere actiones indifferenter accipitur, ſiue quis ſua ſponte, ſiue iuſſu iudicis compulſus illas cedat: mandare tamen actiones is tantum dicitur, qui ſua ſponte id facit. num. 1.

Hoc verbum, Mando, ſpontaneam mandantis voluntatem præſupponit. num. 3.

Improbatur opinio dicentium mandatis actionibus tantum exercitium directarum concedi. Et quid ſignificet procuratorem effici dominũ litis per conteſtationem. num. 4.

Lex 3. C. de nouat. concordatur cum l. procuratore in rem ſuam. ff. de procuratoribus. nunum. 5.

Procurator in rem ſuam ſponte mandantis conſtitutus, poterit reuocari, niſi in caſibus exceptis in l. 3. C. de nouat. at vero procurator, cui ex neceſsitate ſunt ceſſa iura, nunquam poterit reuocari. num. 6.

§. SECVNDVS.

HIS igitur cognitis diſpiciamus, quid 1 interſit inter Mandare actiones, & cedere actiones, fuit autem de ea re magna inter veteres interpretes cõtrouerſia, vt eſt relatum apud Accurſium in l. 1. C. de action. & oblig. verb. mandatum: inter illos tamen magis conuenit, vt reſpectu cedentis, aut mandantis nihil ſit diſcriminis inter actiones cedere, & mandare, quia ſemper actiones directæ remaneãt penes cedere, & mandare; quia ſemper actiones directæ remaneant penes cedentem, vel mandantem, lex 3. ff. pro ſocio, l. ſi Stycho. ff. de peculio.

Reſpe-

Respectu vero cessionarij (id est, eius cui facta est cessio) differre aiunt, quia cū mandātur actiones, placet illis, duntaxat transferri exercitium directarum, quas cessionarius exercere debeat nomine mandantis, sed cū ceduntur actiones, aiunt interpretes, transferri vtilem actionem, quā cessionarius suo possit nomine exercere. Hanc differentiam amplectitur Bar. in d. l. 1. C. de actio. & obligat. & illic Bal. & reliqui, idem Bald. in l. ex legato. C. de legatis, atque ex recentioribus amplectitur Practeius in Lexicon, verb. cedere actiones. Cæterum, hæc differentia mihi minimè satisfacit, & illam potius veram esse differentiam putauerim, quod cedere actiones dicitur in differenter, siue quis sua sponte, vel aliàs iuris, aut iudicis authoritate compulsus transfert actiones: at mandare actiones nō dicitur, nisi cum quis sua sponte transfert actiones de cessione, quando fit ne cessitate iuris, aut iudicis, habemus exempla in l. quoties. ff. de admin. tut. & in l. cum mandato, & l. cum is. ff. de fideiussor. Quando autem fit cessio sua sponte, habemus exēplum in l. per diuersas, & l. ab Anastasio. C. mandati, & in l. illam. C. de donation. Porrò, quando mandantur actiones, quod hoc tantum dicatur, quando vltro, & sponte sua quis cedit, non iuris, aut iudicis necessitate compulsus, probatur in l. 1. C. de actio. & obli. & in l. 3. C. de nouationibus, atque in l. si Stycho. ff. de peculio, & alibi sæpè. Neque viquam reperies (si me memoria nō fallit) vbi mandare actiones dicatur, quando ex necessitate iuris, aut iudicis ceduntur: siquidem, quanuis aliquando legamus, actiones mandatas esse ab hærede, hoc ideò est, quia contractus sponte sua factus fuit à defuncto, defunctus autem, & hæres vna eadēque reputantur esse persona. 3 Ratio autem huius differentiæ extat in promptu, si animaduertis, namque verbum Mandandi, siue personam mandantis respicias, siue personam mandatarij, semper meram voluntatē præsefert, lex 1. & per totum. ff. mandati, lex inuitus. C. de procur. Et hanc differentiam si paulò contempleris ostendit Iurisco sultus in l. Modestinus, ff. de solut. vbi quādo ex necessitate præstantur actiones, vtitur verbo cedendi: quando verò ex mera volū- 4 tate, vtitur verbo Mandandi. Sed & quod aiunt interpretes, mandatis actionibus tantum exercitium directarum concedi, verum non est, alioqui nihil cessionarius, seu procurator in rem suam differret à simplici procuratore: inter quos Magnum discrimen esse nemo est qui non videat, & docet glos. in l. 1. ff. de procurat. verb. aliena. Nam quod dicitur procuratorem per litis contestationem effici dominum litis, intellige, litis, id est, instantiæ, vt exponit glos. in l. si procurator. & l. nulla. C. de procurat. & Bart. in l. ab executore §. fin. ff. de appellat. recept. Ex his autem redigere possumus inconcordiam duas leges, alioqui sibi 5 maxime aduersantur, altera est lex 3. C. de nouat. qua cautum est, mandatis actionibus reuocari posse mandatum, nisi in tribus casibus ea lege expressis: altera est lex procuratore in suam. ff. de procurat. contrarium expressim definiens, illius enim huiusmodi sunt verba: *Procuratore in rem suam dato, præferendus non est dominus procuratori in litem mouendā, vel pecuniam suspiciendam, qui enim suo nomine vtiles actiones habet, rite eas intēdit.* Etenim illa lex 3. C. de nouat. loquitur, quando mā datæ sunt actiones, id est, ipsōte cessę sunt, & ideò reuocare poterit creditor mandatum, nisi in illis tribus casibus: quia in his iam res non videtur integra. At quando ceduntur actiones ex causa necessariā, tùm non licet creditori reuocare mādatum, iuxta illam l. procuratore, ff. de procurat. Procurator igi- 6 tur in rem suam reuocari poterit, quando sponte fuit constitutus, nisi in illis tribus casibus legis tertiæ. C. de nouat. At si ex causa necessaria cōstitutus sit, reuocari nullo modo potest, iuxta illam leg. procurarore in rē suam. ff. de procurat. Et hæc intentio aliis rationibus non ita firmis placuit Paul. de Castr. id l. quę omnia. §. plane. ff. de procur. Et verissima mihi videtur.

SVMMARIVM.

§. tertij.

Quotiescumque in rebus corporalibus est necessaria traditio ad acquirendum dominium, siue ad agendum, est necessaria cessio in incorporalibus, vt actor agere valeat. num. 1.

Quod operatur traditio in rebus corporalibus, idem operatur litis contestatio in incorporalibus, num. 2.

An melioratio facta à patre in nominibus, seu debitis, aut annuis censibus, non ex causa necessaria, possit reuocari?

Superior quæstio contra Tellum, & Molinam, resoluitur. num. 4.

An cedere, vel concedere actiones differant? veterum sententia refellitur. num. 5.

§. TER-

§. TERTIVS.

EX ſuperioribus item intelligi poteſt, an verum ſit quod communiter à Doctoribus traditur, quod facit traditio in rebus corporalibus, idem facit ceſsio in incorporalibus, gloſ. & gloſſographi in l. fi. ff. de don. verb. portionibus, Ang. & Corn. in l. 1. C. de action. & oblig. Etenim illud verum eſt, quotieſcunquè in rebus corporalibus eſt neceſſaria traditio ad acquirendum dominiũ, ſiue ad agendum, in incorporalibus eſt neceſſaria ceſsio, vt actor agere valeat, vt probatur in l. 3. ff. pro ſocio, & in l. quis ergo, & l. ſi Stycho. ff. de pecul. atque in illa l. vlt. ff. de donat. Sed nõ idcircò ſequitur, quod ceſsio tantum habeat effectus in incorporalibus quantum traditio in rebus corporalibus: nam per traditionem plenum ius acquiritur accipienti, l. traditionibus. C. de pactis ita vt deinceps reuocari non valeat contractus, l. quoties. C. de rei vend. l. fi. §. Lucius. ff. de donatio. At qui in nominibus, ſeu rebus incorporalibus, in quibus traditio non cadit, etiam facta ceſsione reuocari poterit ceſsio, ſi facta ſit non ex cauſa neceſſaria, ſed ex mera voluntate, niſi in tribus caſibus expreſsis in illa l. 3. C. de nouationibus. Melius igitur dixiſſent interpretes, quod operatur traditio in rebus corporalibus, idẽ operarur litis conteſtatio in incorporalibus: nam per litis conteſtationem plenum ius acquiritur ceſsionario, ita vt deinceps reuocari ceſsio non queat l. delegare. ff. de nouat l. 3. C. eod. tit. l. 2. C. de actio. & oblig. l. illam C. de don. Interpellatio autem hoc caſu habet effectum litis conteſtationis in illa l. 3. C. de nouatio. ex ratione Iuriſconſulti in l. ſed & ſi lege. §. etiam. ff. de petit. hæred. Ex his etiam (vt ad noſtras leges Regias accommodetur oratio) definiri poteſt quęſtio, quã agitat Tellus in l. 17. Taur. n. 49. an ſi melioratio facta ſit à patre in nominibus, ſeu debitis, aut annuis cẽſibus, nõ ex cauſa neceſſaria, reuocari valeat? Et putat Tellus, ſi in donatione expreſsim facta ſit ceſsio, reuocari melioratiõnẽ non poſſe: quia, inquit, idẽ facit ceſsio in rebus incorporalibus. Et licet Tellum ſequatur Molina lib. 4. de primog. c. 2. n. 14. ego contrariũ puto, imò existimo talẽ meliorationẽ in nominibus, ſeu annuis cenſibus factam, etiam ſecuta ceſsione, reuocari poſſe, niſi ſit facta ex cauſa neceſſaria, vel tradita ſint inſtrumenta, vel lis ſit conteſtata, vel interueniant illi caſus excepti in illa l. 3. C. de nouationibus: quoniã vt diximus, & abũ dè probauimus, cũ ceſsio fit ex voluntate, poteſt reuocari, niſi in illis tribus caſibus quos illa lex 3. de nouationibus excepit. Sed & illud videamus, quod DD. tractant, an aliquid ſit diſcriminis intercedere actiones, & concedere actiones? & gloſſa, Bart. Paulus, & reliqui in l. fin. ff. de donationibus, in princ. illud intereſſe putant, quod cedendo actiones, transferantur vtiles: porrò concedendo, vtiles non tranſferantur. Sed errant ſanè doctiſsimi iſti viri indifferenter enim Iuriſconſulti ſuis verbis vtuntur, vt apparet ex l. quis ergo. ff. de peculio, atque ex l. in concedendo, & l. ſequenti. ff. de aqua pluuia arcenda, idemque apparet ex libro iudicum, cap. 19. neque quicquam illis opitulatur, l. illa fin. ff. de donatio. nam illic non nititur definitio Iuriſconſulti in verbo concedẽdi, ſed in eo, quod donatio perfecta non fuit, vt paulò ante explicauimus. Promiſcuè etiam Iuriſconſulti vtuntur, verbo præſtandi actiones, vt eſt videre in l. 3. ff. pro ſocio, & in l. ſi marito. ff. mandati, & in dict. leg. vltim. ff. de donation, & aliàs crebrò. Alia multa de ceſsione vide infrà Different. 50. §. 1. & plura lib. 2. Rerum quotidian. cap. fin. 3. part. §. 4.

1

2

3

4

5

SVMMARIVM.

Different. 38.

Inter præſcriptionem, & exceptionem an ſit differentia? num. 1.

Quæ differentia ſit inter exceptionem, & præſcriptionem. num. 2.

Apud Iuriſconſultos, quæ ſit forma excipiendi. num. 3.

Præiudicij verbum, tam actiones, quam exceptiones præiudiciales comprehendit. numer. 4.

Præiudicij vera definitio traditur. num. 5.

Defenſionis verbum, exceptionem, præſcriptionẽ & præiudicium complectitur. num. 6.

Præſcriptio decem, vel viginti annorum non currit contra minores, niſi poſt annum 25. at vero præſcriptio 30. annorum currit poſt pupillarem ætatem num. 7.

Mala fides non nocet hæredi de iure ciuili, de iure vero canonico mala fides defuncti nocet hæredi, ita vt nullo tempore poſsidere poſsit, licet à ſe vellit poſſeſsionem inchoare. num. 8.

Qui tenebatur fructus reſtituere ex triennij præſcrip-

criptione, à restitutione fructuũ defenditur. num. 9.

Quæ iure familiaritatis, aut amicitiæ fiunt, præscriptionem non inducunt. num. 10.

Conclusio præcedens ex incidenti casu confirmatur.

Inter exceptionem, præscriptionem, præiudicium, & defensionem, Differentia. 38.

PRæscriptionis nomen adeò frequenter pro exceptione vsurpatur in iure, vt pla
1 cuerit ferè omnibus nostri iuris interpretibus, nihil inter ea esse discriminis, placuit id Ang. in princip. instit. de exception. Decio, & reliquis eodẽ titulo, in decretalibus: quo rum sententiam amplexus est etiam Couar. in reg. malæ fidei possess. in init. n. 2. Verum nonnihil inter eas esse discriminis placuit, & rectè Alciato in l. quinque pedum. C. finium regundorum & apparet ex Quintiliano libt. 7. institutionum, capite. 5. vbi in hæc verba, inquit. *Cùm ex præscriptione lis pèdet, de ipsa re queri non est necesse, ignominioso patri filius præscribit, de eo solo iudicatio est, an liceat, quoties tamen poterimus, efficiendum est, vt de re quoque bene sentiat iudex.* Secundum quem videtur dicendum, in præscriptio-
2 ne controuersiam non agitari de ipso facto vnde processit actio, seu intentio de qualis est, quoniam præscriptio extrinsecus venit ob aliàs causas à iure introductas: & ideò dicimus: *Præscriptionem temporis*, vt in titulo, Codice de præscript. longi temporis: & dicimus: *Præscriptionem fori*, lex fin. C. de exceptionibus, & dicimus: *Præscriptionem moratorium*, lex 2. C. de precibus Imperatori offerendis, & dicimus: *Præscriptionem lenocinij, & præscriptionem militiæ*, lex 1. C. ad legem Iuliam, de adulter. l. ita. C. de procurator. Hoc ideò, quia in istis præscriptionibus non ex facto principali oritur defensio, sed ex alijs causis extrinsecus à iure introductis. At in exceptione tota controuersia est de facto ipso inde processit actio, seu intentio, vt etiam apparet ex leg. 2. ff. de except.
3 Proinde moris est apud Iurisconsultos, vt formula excipiendi concipiatur cum dictione illa, Si non, aut similibus, vt est videre cũ aliàs sæpè, tum in l. 1. ff. de flumin. & in leg. fin. ff. quod vi, aut clam, & in leg. si quis rẽ. ff. de except. rei iudic. id quod etiã animaduertit Bud. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. &
4 Alciat. in dict. l. quinque pedum. C. fin. reg. Hæc de except. & præscript. nunc de præiudicio videamus, quod verbum, tam actiones quam exceptiones præiudiciales complecti tur. l. actionis verbo. ff. de action. & obligat. glos. in rubr. ff. de except. & præiudic. verũ quantum ad exceptionem, de qua agimus, præiudiciũ, omissis multis definitionibus quæ à Doctoribus variè tradi solent, est (vt ego quidem sentio) defensio proueniens ex 5
lite mota, vel mouenda, cuius cognitio natura sua præcedere debet causam, quæ nunc mouetur, vt colligitur ex l. fundi, & l. fundũ ff. de except. atq; ex Angelo Aretin. in rubr. instit. de except. itẽque ex Alciato in d. l. quinque pedum. C. fin. regun. Cuius rei finge, e nobis licèt exemplum in l. 1. & fin. C. de ordine iudiciorum, & in ca. 2. de ordine cognitionum, atque in l. nulli. C. de iud. nec non in cap. Lator, qui filij sint legitimi, & alias passim. Defensionis autem verbum la 6
tiùs his omnibus patet, nam, & exceptionẽ, & præscriptionem, atque præiudicium cõplectitur, vt apparet ex glos. in cap. 1. de litis contestat. in 6. & multis verbis tradit Couarr. in d. reg. malæ fidei possessor, in init. n. 4. Cæterum, vt de præscriptione temporis, quoniam foro nimis assidua est, aliqua perstringamus, illud memineris, licet præscriptio longi temporis, scilicet, decem, vel viginti annorũ, non currat minoribus, nisi 7
post viginti quinque annos. l. fin. C. de præscript. longi temporis: & in l. fi. C. in quibus causis in integr. restit. non est necess. Attamẽ præscriptio 30. vel 40. annorum currit post pupillarem ætatem l. omnes, & l. sicut in rẽ, C. de præscript. 30. aut 40. annorum. tradit Bart. cons. 129. & Alex. cons. 89. vol. 2. nu. 11. & probatur apud nos in l. 5. tit. fin. part. 6. Sed neque illud minus est notabile, licet, 8
quod attinet ad ius ciuile, mala fides defuncti non noceat hæredi qui ex sua persona lõgissimo tẽpore, id est, 30. vel 40. annis, præscriptionẽ acquisiuit, vt in auth. malæ fidei. C. de præscriptione longi temporis. Verum Pontificio iure mala fides defuncti nocet hæredi, ita vt nullo quidem tempore possit præscribere, etiamsi à seipso velit auspicari præscriptionem, vt est auctor Panorm. in c. diligenti, de præscript. cui se subscripsit Alexand. cons. 84. vol. 1. & hanc communẽ esse opinionẽ testis est Balbus de præscript. 2. part. 3. princip. quæst. 12. n. 12. & eodem pertinent quæ latè affert Duen. reg. 13. limit. vltim. Illud etiam contemnendũ 9
nõ est, fructus qui restituere tenebatur, defendi à restitutione triennij duntaxat præscriptione, auctore Bart. in l. sequitur. §. fructus.

ctus.ff.de vſucap.& conſtat eſſe communẽ ex Tiraqu.de retract. linag.§.15.gloſ.2.n. 12.atque ex Balbo de præſcript. 4. parte: ſed refragatur illis text.in c.conſtitutis, de Relig.domibus, vbi poſſeſſor condemnatur ad reſtitutionem fructuum 40.annorũ, ſed illic fortaſsis mala fides poſſeſſori nocuit.Sed & illud dignum eſt, vt ſilẽtio non prætereamus,quæ iure familiaritatis,ſeu amicitiæ fiunt,præſcriptionem non inducere.l.qui iure familiaritatis.ff.de acquir.poſſeſsio,Innoc.& Abb.in c. cum Eccleſia Sutrina de cauſ.poſſeſs.& propriet.adeò vt ne tempore quidẽ immemoriali, ſed conſuetudine id acquiri poſsit, vt extat definitum in l.12.titul.22.part.1.tametſi aliud ſecundũ ius commune tradat Balbus de præſcript.4. part.5.principalis,quæſt.1.nu.2.ideſt,immemoriali conſuetudine id acquiri poſſe: ſed legi Regiæ nobis obtemperandum eſſe indubitatum eſt,præſertim quod idem ſecundum ius commune notandum putat Cœpola de ſeruitutibus,tit.de ſeruitute aquæductus.Erit exempli cauſa, quod ex facto agitatum accepimus in ſpecie , huiuſmodi. Erat conſuetudo in quodam oppido ex tẽpore, quod hominum memoriam excedebat,vt Curio,ſeu Sacerdos die inferiarum, ſeu defunctorũ cõmuaret parochianos ſuos ex ijs oblationibus panis, & vini , quas ipſimet parochiani afferebãt ad Eccleſiam: porrò præſens Curio recuſauit id facere: lite igitur inter parochianos,& Sacerdotem obortа,Curio per ſententiam , ſeu rem iudicatã abſolutus eſt, quia, videlicet, magis id officij,& amicitiæ gratia factum eſſe videbatur quam ſeruitutis , ſeu tributi iure, ſeu titulo: & eodem pertinet lex ſi certis annis. C. de pactis.

SVMMARIVM.

§. Primi.

Iuri adeundi ex diuerſis titulis, quanto tempore præſcribatur.num.1.

Tempus adeundi quod habet hæres ab inteſtato, non incipit currere donec hæres ex teſtamento repudiatione, aut alia cauſa excluſus ſit. num.2.

Hæredi ab inteſtato agenti petitione hæreditatis, nocet præſcriptio.30.annorum, niſi exinde ex quo hæres ex teſtamento excluſus eſt. numer.3.

Tributa quæ recipiũt Magnates a ſuis vaſſallis, poſſunt immemoriali præſcriptione defendi, num.4.

Superior concluſio limitatur, quando tributum eſſe contra bonos mores, tunc enim neque per immemorialem deberi probatur.num.5.

Conſuetudo Magnatum quam habent de hoſpitandis famulis in domibus vaſſallorum, tantum procedit in hoſpitio modici temporis,numer.6.

Tributum quod vulgo luctuoſa vocatur, immemoriali præſcriptione defendi poſſe probatur ex veriori, ſententia.num.7.

Tributum, de quo in ſuperiori concluſione, reſtringitur.num 8.

Laici poſsidentes decimas, an ex immemoriali defendantur.num.9.

Non eſſe producendum titulum vbi eſt immemorialis, vtiliter conſulitur,num.10.

§. PRIMVS.

ILlud item dignum eſt memoria, tametſi iuri adeundi præſcribatur 30.annis,iuxta textum,& gloſſam in l.licet.C.de iure deliberandi attamen id non habere locum, quando hæres habet ius adeundi ex diuerſis cauſis,puta,ex teſtamento , & abinteſtato:nam ſi ſit excluſus à iure adeundi ex teſtamento,habet alios 30.annos,vt poſsit adire ab inteſtato,atque ſimili modo ſi ſit excluſus 30.annis a iure adeundi,ex titulo,vnde liberi, habet alios 30.annos,vt poſsit adire,ex titul.vnde legitimi.Hanc ſingularem limitationem ad illam legem,licet,ſcriptam reliquit Baldus eodem loci,& aſſentiuntur illi illic Alexand.& Iaſſo.& Guillielmus Bened.in cap.Raynuntius,verbo, duas habens filias,num.24.ſequitur etiam Suarez, affirmans eſſe communem,tit. de las herencias, num.52.Sed illud te meminiſſe velim, per hoc non abrogatum eſſe, quod legibus definitum extat,petitioni hæreditatis præſcribi 30.annis,lex,hæreditatis.C.de petitione hæreditat. lex hæreditatem. C. in quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio,lex finalis,tit.14.part.6.veluti placuit Alexandro cõſilio.89.volum.2.cui aſtipulatur Balbus de præſcriptio.4.parte, quartæ principalis,quæſtione 19.numer,7.Qua propter limitatio Baldi,quæ communis eſt,parui eſt momenti,quando ius adeundi ex diuerſis capitibus concurrit in eadem perſona, vt omittam refragari communi ſententiæ, lex penultima.ff.quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur,& l.1.& 2.ff. ſi quis omiſſa cauſa

causa testamenti. Quando verò ius adeundi 2
concurrit ex diuersis capitulis in diuersis
personis, tùm limitatio Baldi vera est, mag-
nique erit momenti, finge, cum vnus est hæ
res ex testamento, & alter ab intestato, nam
hæredi ab intestato non curret tempus ad-
eundi, nisi posteaquam hæres ex testamento
fuerit exclusus, aut repudiatione, aut alia de
causa: quia impedito agere non currit præs-
criptio. l. 1. ff. de succes. edict. l. 1. §. fi. ff. de
annali exceptione. Et consequenter hæredi 3
ab intestato agenti petitione hæreditatis
non nocebit præscriptio 30. annorum, nisi
exinde ex quo hęres ex testamento exclusus
est: quod quoniã singulare est, non inuitus
feci, vt hoc loco in medium afferrem. Illud 4
quoque obliuione dignũ non est, quanuis
Regia lege definitũ extet, tributa quæ Mag
nates recipiunt à suis vassallis, posse imme-
moriali præscriptione defendi: ea est lex 8.
tit. 15. lib. 4. Recopilation. quam optime ex
planat Couar. in regula malæ fidei posses-
sor. 2. part. §. 4. Attamen id admittendum 5
non esse, quando tributum esset contra bo-
nos mores, vel eius generis, vt præstaret oc-
casionẽ peccandi, quia eo casu, ne immemo
rialis quidem præscriptio quicquam prodes
set domino, seu Magnati, cap. ex parte, & c.
fin. de consuetud. tradit Cardinalis Alexan-
drinus in cap. frustra 8. distinct. Qualefuerit
quod narrat Boerius decis. 297. ex facto cõ-
tigisse in Curia Vituricensi, postulasse enim
ait Sacerdotem, seu Curionem plebis pri-
mum concubitum recens nuptæ, quia dice
ret immemoriali consuetudine ita compara
tum esse, nisi scilicet, maritus mallet pretio
hoc dedecus redimere, referrquè iudicum
suffragijs huiusmodi consuetudinem exhibi
latam fuisse, & meritò, nam & inter paganos
seu infideles simile non toleraretur oppro-
brium, nedum inter Christianos. Ex quo
etiam probandum puto, quod scriptum re-
liquit eruditissimus Gregor. Lopid. in l. 6. ti
tulo 25. part. 4. verb. *Ca deuen*, consuetudi- 6
nem quam domini, seu Magnates habent
hospitandi, seu diuertendi famulos suos in
domibus vassallorum, et si sit immemorialis
admittendam duntaxat fore, quando hospi-
tium peteretur ad paucos dies, velut in trãs
migrando, id est, in transitu, vel aduentu do
minorum, non quando exigitur hospitium
ad longum tempus, quia inde fœminarum
pudicitiæ, quæ in domo patris familiàs sunt
periculum immineret, propter frequentem
masculorum, & fœminarum conuersationẽ
vnde mala multa suboriri solent, vt in cap.
1. & seqq. de cohabitatione Clericorum, &
mulierum. Ex his etiam in discrimen vocari 7
solet, tributum illud, (vulgo vocatum Lu-
ctuosa) quod nonnulli Magnates solent exi
gere in morte suorum vassallorum. Sunt igi
tur qui putent huiusmodi tributi genus ne
immemoriali quidem præscriptione defen-
di posse, quia dicãt id improbum esse, & cõ
tra bonos mores: in his est Burg. de Paz in l.
1. Taur. n. 311. alij cõtra sentiũt, inter quos
est Couarr. lib. 1. variar. c. 17. n. 3. & Ioann.
Garsia de expensis, c. 9. n. 7. Et ea probabi-
lior mihi videtur opinio, cum videam esse
receptam à Pontificijs in cap. ad Apostoli-
cam, de symonia. In hoc tamen tributo exi- 8
gendo modus tenendus est: nã si vir & vxor
simul decedant, vna duntaxat exigi luctuo-
sa potest, neque item exigi potest à filiorum
bonis, quorum nonnulli ante factam pater
næ hæreditatis diuisionem cœlibes defuncti
sunt: nam si omnes moriantur, vna dunta-
xat defungẽtur luctuosa, vt est speciatim de
finitum in pragmatica quadam sanctione da
ta à Regina Ioanna eiusquè patre Ferdinan
do ad Proceres Regni Calleciæ, & probatur
etiam in l. 5. tit. 33. lib. 9. Recop. quibus ad-
dito legem sed hi, C. de filijs familias, & lex
finalis. C. de muneribus non continuandis,
lib. 10. & legem pronuntiatio. §. familię. ff.
de verborum significatione. Fabrũ in §. itẽ
tria onera, inst. de excusa. tut. Benedict. in c.
Rainunt, verb. mortuo, n. 43. Castellum in
l. 64. Taur. n. 55. ex quorũ doctrina decide
re facile poteris quæstiones circa hoc tribu
ti genus emergentes. Sed neque illud tempe 9
rare me potui, quin dicerem, laicos possidẽ
tes redditus, seu decimas Ecclesiasticas, si à
Clero impetantur, obtinere non posse, nisi
allegent habere se ex Pontificia concessio-
ne obtenta ante Lateranense Conciliũ, im-
memorialemquè probent præscriptionem,
vt animaduertit Ioann. Andr. in c. cum Apo
stolica, de his quæ fiunt à Prælatis, & Balbus
de præscript. 5. part. q. 7. n. 21. Couar. quo-
que lib. 1. var. c. 17. n. 5. Ioan. Garc. de ex-
pens. cap. 9. n. 60. Sed & illud te admonitũ
esse volo, vt si possessionem immemorialem
habeas, non exhibeas titulum, quia si fortas
sis est improbum, nocebit præscriptioni e-
tiam immemoriali, vt etiam admonet Ripa
in l. quo minus. ff. de fluminibus, & Guill.
Benedict. in c. Rainuntius, verb. & vxorem,
n. 1004. atque item Auend. in c. Correctorũ
1. part. cap. 12. num. 32.

SVM-

SVMMARIVM. Different. 39.

Traditur consuetudinis diffinitio. num. 1.

Plures esse inter præscriptionem, & consuetudinem differentias. num. 2.

Consuetudo ius in populum inducit, præscriptio agentem in iudicio expellit ab actione proposita: & quod consuetudo ius in suos, præscriptio vero etiam in exteros, introducat. numer. 3.

Consuetudo ius publico tribuit, præscriptio priuato. num. 4.

An vt consuetudo valeat, necesse sit bis secundũ eam iudicatũ esse. num. 5.

Diuersa temporum spatia consuetudini, & præscripioni statuta esse. num. 6.

Tempus immemoriale necessarium esse, quando aduersus Regalia præscribitur. num 7.

Ad consuetudinem inducendam sufficit tempus decem annorum de iure ciuili. num. 8.

Ad consuetudinem contra ius Canonicum, & cõtra Ecclesiam quadraginta anni necessarij sunt. num. 9.

Consuetudinem à statuto in eo differre, quod cõsuetudo sine scripto, statutum verò in scriptis sit. num. 10.

Inter consuetudinem, præscriptionem, & statutum. Different. 39.

CONsuetudo & longi temporis prescriptio longè differunt, id quod non difficulter ex illorum definitionibus comprehèdere licet. Consuetudo enim (vt omissas faciamus definitiones traditas à Ioãne Andr. & alijs in cap. final. de consuetudine) secũdum Ciceronem lib. 2. de inuentione, est ius 1
quod voluntate ciuium sine lege vetustas comprobauit, vel secundùm diuum Isidorum, consuetudo est ius quodam moribus vtentium institutum, quod pro lege susscipitur, cùm deficit lex, capit. Consuetudò, dis. 1. quibus consonat text. in §. Ex nõ scripto, instit. de iure naturali, & l. 2. tit. 2. part. 1. Præscriptio autem, vt antea diximus, est exceptio quæ datur à iure, propter lapsum temporis à lege definiti. Diuersa igitur sunt sed quia ad consuetudinem necesse est longi temporis vsus, seu, vt neotherici loquuntur consuetudo necesse est vt sit præscripta. Nonnullam inter se affinitatem habere videntur præscriptio, & consuetudo. Proinde Doctores non paucas inter eas contexunt differentias, vt est videre apud Balbum de præscript. 1. par. § fi. n. 8. & apud Aym. Cravet. de antiquitatibus temporum. 4. part. 2
Sed illa mihi verior videtur esse differẽtia, 3
vt ex superioribus colligitur definitionibus quod cõsuetudinis effectus est inducere ius in populũ, quod vicẽ legis habeat: præscriptionis autẽ effectus, vt agẽtẽ in iudicio expellat ab actione proposita. Deindecõsuetudo ius in suos ciues introducit, non in exteros: præscriptio autẽ tẽporalis, & in suos, & inalienigenas vim suam habet l. fin. C. de lõgi temporis præscriptione. c. vt animarum, de cõstitutio in 6. & hoc est quod dicere voluit Panorm. in cap. fin. de consuetud. num. 11. *Consuetudo ius publico tribuit, præscriptio priuato.* Et hoc est idem quod dicere, voluit Paul. de Castr. in l. cum consuetudine. ff. de legibus: *Consuetudo est morum, præscriptio rerum.* Et hoc est etiam quod dicere voluit Ias. in l. de quibus. nu. 17. ff. de legibus. 4
Præscriptio tendit ad tollendum ius iam in esse productum: consuetudo tendit ad inducendum ius de nouo. Cum ergo consuetudo, & præscriptio temporis tam longe distẽt, nequicquam quæritur ab scriptoribus, an ad consuetudinem sit necessarius titulus, & bona fides: illudque melius quærerent, an consuetudo iuri vel rationi aduersa valida sit? id quod definit lex 2. C. quæ sit longa consuetudo, & c. fin. de consuetudine. Illud autem 5
rectè ab illis quæritur: An vt consuetudo valeat necesse sit bis secundùm eam iudicatũ esse, quod quidem necessarium esse scriptum reliquit Azo in titul. C. quæ sit longa consuetudo, numero 3. & illius opinionem (vt aliàs sæpè facere solet) amplectitur vix Alphonsus in lege 5. titulo secundo, part. 1, Porrò vt lex illa consuetudini præiudiciũ non faciat, & ne iuri communi contraria esse videatur, multis modis nostrates legis illius conclusionem interpretantur, vt est videre præter Gregor. ibidem apud Auendañum in Dictionario, verbo, *costumbre*, & apud Burg. de Paz in l. 1. Taur. num. 247. & apud Molinam de primog. lib. 2. cap. 6. nu. 27. Sed prout diximus, cum consuetudo, & præscriptio temporis longè discrepẽt, in illo maximè distant: quod diuersa temporum spatia vtrique præscripta sunt: nam præscriptioni aliquando dantur decem, vel viginti anni, velut cum præscribitur actioni in rem, l. fin. C. de longi temporis præscriptione, aliquando dantur triginta, vel quadraginta, 6
veluti

veluti cum præscribitur actioni personali, vel hypothecariæ, l. omnes, & l. cum notissimi, C. de præscript. 30. vel 40. anno. Aliquando est necessarium tempus immemoriale, putà, quando aduersus Regalia præscribitur, capit. super quibusdam, de verbo-
8 rum significa. Cæterum, ad consuetudinem decem annorum spatia satis sunt, quando agitur de iure ciuili, Bartol. in l. de quibus, num. 14. ff. de legibus, & ibidem Iason, nu. 41. Panormit. in cap. de consuet. nu. 11. probat apud nos, l. 5. tit. 2. part. 1. & illic tradit Greg. tradit & Auend. in Dictionario, verbo, *costumbre*, & Dueñas regul. 38. Diuersum quando agitur de iure Canonico: nam si consuetudo sit præter ius Canonicum, decem etiam anni sufficiunt: porrò si con-
9 suetudo sit contra ius Canonicum, vel contra Ecclesiam, quadraginta anni necessarij sunt, vt placuit Abbati, in dicto capit. fin. de consuetudine, num. 11. & testatur commu nem esse opinionem Rochus, ibid. nu. 293. & Aymon de antiquitatibus temporum, 4. part. num. 7. & Dueñas regul. 140. Statu-
10 tum à consuetudine illud distat, quod consuetudo est sine scripto, statutum verò in scriptis, vt in §. ex non scripto, instit. de iure naturali: statura verò populorum vires non habent, nisi à Rege fuerint confirmata, l. 14 titul. 6. lib. 3. Recopilat. in populis tamen Magnatum satis est, si ab ipsis dominis confirmentur, secnndū Auend. in cap. Correct. 1. part. capit. 8. num. 6. & Gutierr. de confirmat. iuram. 1. part. cap. 38. quibus addito Gregor. in l. 12. tit. 1. partit. 1.

SVMMARIVM. Differ. 40.

Fides, quid sit, nu. 1.

Fides consistit in intellectu, spes autem in voluntate: & quæ sint intellectus, & voluntatis obiecta, nu. 2.

Qui tenet fidem implicitam, credendo quicquid credit Ecclesia, sed ratione naturali motus opinatur, patrem esse maiorem filio, an sit hæreticus, nu. 3.

Hæresis non in opere, sed in errore intellectus consistit, nu. 4.

Laicum de fide Catholica disputare neque publice, neque priuatim iure Canonico prohiberi, num. 5.

Quare Abraham tantoperc de fide laudetur, ex diuo Paulo, bellissimè probatur, nu. 6.

Perinde, ac in Deo ipsiusque magna misericordia sperare nos debere, nu. 7.

Tempore mortis Christi duodecim in Asia ciuitates corruerunt, ex qua ruina centū, & sexaginta millia hominum perierunt, nu. 8.

Deus omnia cognoscit, non discursu, vt homo, sed vno intuitu, vnaque mente omnia præterita, præsentia cognoscit, ac futura, nu. 9.

Inter fidem, & spem. Differentia, 40.

FIdes, & spes, qui distent non otiosè quærimus, siquidem ita inter se cohærent, 1
& inuicem reciprocantur, vt in fidei definitione Apostolus ipse spem quoque comprehendisse videatur, ita inquiens ad Hebræ. 11. *Fides est substantia separandarum rerum, argumentum non apparentium*: Atque similiter in Symbolo Catholico, quod quotidiè in Ecclesia decantatur, dicimus: *Et specto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi.*

Differunt tamen, nam fides consistit in 2
intellectu: spes autem in voluntate: cum autem obiectum intellectus sit verum, voluntatis autem obiectum sit bonum, vt Philosophi omnes, ac Theologi testantur: inde fit, vt intellectu credamus ea quæ vera esse Catholica docet Ecclesia: voluntate autem speremus ea quæ speranda esse Fides ipsa Catholica docuit, quæ suaptè quidem virtute res omnes sperandas nobis complectitur, sicuti exquisitiùs hæc edisserit Angelicus Doctor, id est, sanctus Thom. cum alibi, tùm 2. 2. quæstio. 4. articul. 1. & quæstion. 17. articul. 6. & 7. & Dominicus Sotus de natura, & gratia, capit. 7. & Petrus de Aragon super sanct. Thom. loco mo dò citato, Fredericus quoque Nausea in Catechismo Christiano, lib. 3. capit. 1. Spes 3
igitur sine fide esse nō potest, vt Augustinus tradit in libro sententiarum, & tradit etiam Chrysostomus super Genes. homil. 22. Quoniam igitur, vt diximus, fides consistat in intellectu, inde consequitur, verum esse sententiam illam celebrem Innocentij in cap. firmiter: in fin. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, dicentis: Si quis teneat fidem implicitam, credendum quidquid credit Ecclesia: sed falsò opinatur, ratione naturali motus, quod pater maior, vel prior sit filio, nō est hæreticus, imò neq; peccat, dummodo hunc errorem suum non pertinaciter defendat, sed parat⁹ sit corrigi: & hoc ipsum credit, quia credat Ecclesiam

ita tenere. Innocentij autem opinionē amplectuntur illic Abbas, & reliqui, & Palac. Rub. in allegatione hæresis, §. 4. & Boer. de cis. 340. Huius rei ratio est, quia cum (sicut diximus) fides consistat in intellectu, ita & hæresis consistat, necessa est in errore intellectus: itaq; necessarius est ad constituendā hæresim error in intellectu, ita vt nullum factum absolutè, quanuis horrēdum sit, & exe crabile, absque errore intellectus faciat aliquem hæreticum, cùm hæresis non in opere, sed in errore intellectus consistat, cap. di xit Apostolus 24. quæst. 3. Alphonsus à Castro de iusta hæreticorum opinione, lib. 1. cap. 1. Simancas Catholicorum institutionum, c. 31. nu. 7. Iul. Clar. in praxi crimina li, §. Hæreseos, & Roxas de hæretic. 1. part. num. 33. vbi quam plures huius rei assertores recitat. His illud adiecerim, prohibitum esse iure Pontificio, ne quis laicus publicè, vel priuatim de fide Catholica disputare valeat sub excommunicationis pœna, vt habetur in cap. 2. §. prohibemus, de hæret. in 6. quòd ideò in memoriam refricauerim, quia recordor nobis pueris in illa inclyta Salmanticensi Academia omnium bonarum literarum emporio, Doctorem quendam laicum, magni quidem nominis, pro meridianis horis interpretari publice cœpisse titulum illum de Summa Trinitate, & fide Catholica in decretalibus: post primam autem aut alteram prælectionem, ego, vt ex more fieri solet, ad fores Gymnasij interrogaui illum, quamobrem illius tituli interpretationem aggressus esset, quoniam impedimentum videbatur illi esse supradictus paragraphus prohibemus: & quanquam ille impresentiarum nonnullas excusationis causas attulit, cæterum postridiè cessauit à prælegendo. Ita casu quandoquè contingit, vt pueri magnos arguant viros, vt de Alcibiade puero, & illius auunculo Pericle narrat Valerius Maximus libr. 3. capit. 1. Sed neque illud silebo, quoniam paucis notum esse suspicor, quid fuerit in causa, vt Abraham tantopere laudetur: nam quod iussus à Domino filium occidere, obtemperauerit, magis ad obedientiam respectare videtur quam ad fidem? Ratio hæc est, quoniam cum antea dixisset Deus Abraham daturum se illi filium Isaac, ex cuius semine futuræ essent nationes, & Reges, Genes. 17. Pro certo credidit Abraham, quod etsi filium occideret, continuo à Deo resuscitandus esset, vt Deus ipsum promissum impleret. Vnde hoc tibi? non ex triuio, vel anilibus fabellis, sed ex ipso vasse electionis Paulo Apostolo ad Hebræos, cap. 11. *Fide*, inquit, *obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones, ad quem dictum est: Quia in Isaac vocabitur tibi semen: arbitrans, quia, & à mortuis suscitare potens est Deus.* Hæc 7 quòd attinet ad fidem. De spe autem vt aliqua dicamus, illud transiens admonuisse oportebit, perinde ac in Deo ipsiusque magna misericordia sperare debemus: ita illius timere iustitiam: nam, vt Salomon inquit Eccles. c. 1. sine timore nemo poterit iustificari: misericors quidem Dominus est, & multum misericor, & miserationes eius super omnia opera eius, vt habetur Psal. 144 & alibi legitur, Initium sapientiæ timor Domini, Psal. 112. Cæterum, iustitiæ non obliuiscitur, quippe, quo etiam in Cruce pendente ab homine liberandum contigit, vt in terræmotu illo, qui in ipsius cruenta 8 morte occurrit, duodecim corruerunt ciuitates in Asia, qua ruina centum sexaginta millia hominum perierunt, veluti colligere poteris ex Plinio Iustino, & Suetonio, habita ratione temporis, quo ipsi factum esse memorant. Si igitur id contingit tempore, quo tantopere misericordia exuberabat diuina, quid aliàs futurum esse speras? contemplaret Ionatham, iustum alioqui virum, vt ob tantilli mellis delibatum totius Israelis copias nutare fecerit, vt habetur Reg. 1. capit. 15. Memineris etiam patris eius Saulis, qui minimo transgressu ita Deum offendit, vt se suasque fortunas pessundederit omnes, vt eodem libro refertur. Ridiculum est autem, quod aliqui Philosophorum apud Plinium libro 1. naturalis historiæ opinati sunt, Deum, tanta rerum molle occupatum, non habere memoriam vlciscendi scelera omnia, quæ in mundo passim admittuntur: nam qui mundum vniuersum vno verbo fabricatus est, quemadmodum obliuionem, aut quid aliud imperfectum in eum cadere posse dicemus? Deus enim vnà, 9 ac simul omnia cognoscit, non discursu, vt nos homuntiones: itaquè vno intuitu, vnaque mente omnia præterita, præsentia cognoscit, ac futura, veluti Angelicus Doctor, id est, diuus docet Thom. 1. parte, quæstione 14. articulo 7. & 13. Non solum autem timere debent peccatores, sed etiam iusti, quoniam, vt Apostolus scribit: *Nemo scit, an odio, an amore dignus sit.* Vt igitur duobus gradimur pedibus: ita Dei amore, & timore pergimus in cœlum. Sed forsasis dices: Quid est igitur, quod legimus apud Diuum Ioannem, epistol. 1. *Qui time non est in chari-*

charitate, perfecta enim charitas foras mitti timorem? Planè illic loquitur Apost. de timomore seruili non probando eum, sed significando amorem filialem, qui est perfecta charitas, mittere foras timorem imperfectum, id est, seruilem, vt latiùs illic declarat D. August. & lib. 21. de Ciuit. Dei, ca. 24. S. quoquè Tho. 2. 2. q. 19. ar. 6. quorum doctrina, si amplius de a re scire velis, te instruere poterit: latior enim est res quam quæ ad nostrum institutum pertineat.

SVMMARIVM. differentiæ 14.

Fides accipitur pro concientia, nu. 1.
Inter fidem, & conscientiam, differentia traditur, nu. 2.
Bona fides, quid sit, nu. 3.
Mala fides, quid sit, nu. 4.
Ignorantia crassa, & supina, quæ dicatur, numero 5.
Ignorantiam crassam, & supinam, & latissimam culpam, dolo comparari ostenditur, numer. 6.
Inter bonam & malam fidem, non esse medium contra communem probatur, nu. 7.
Error iuris, quando producat malam fidem, numer. 8.
Tutulus acquisitus cum iuris ignorantia non prodest ad vsucapionem, seu tempore præscriptionem, nu. 9.
Error facti qui non sit, ex ignorantia crassa, & supina, producit bonam fidem, & titulum, pro suo, nu. 10.
Titulus, pro suo, & generalis, & specialis, & qualis sit, vterquè declaratur, nu. 11.
Bona fides sine titulo, an sit aliquando consistere, num. 12.
Bona fides præsumitur, licèt de titulo non constet, nu. 13.
Bonam fidem allegari necesse esse, & quo tempore sit allegarda, nu. 13.
Qui allegat præscriptionem, bonam fidem intelligitur allegasse, nu. 15.
Dicens se rem pro sua, & tanquam suam possidere, bonam fidem, & titulum intelligitur allegare, nu. 16.
In præscriptione immemoriali bona fides semper præsumitur, nu. 17.
In præscriptione immemoriali absquè bona fide illud tantùm exigitur, an possessio habita sit vi, clam, vel precario, nu. 18.
Malam fidem ex coniecturis præsumi, nu. 19.

Inter fidem, & conscientiam, Differentia, 43.

FIdes præter communem illam significationem, de qua superiori capite actum est à nobis, nonnunquam apud graues authores accipitur pro conscientia, vt illud Pauli ad Rom. cap. 14. *Omne quod non est ex fide, peccatum est*: ibi enim fides pro conscien 1
tia accipitur, vt diuus interpretatur Ambrosius in cap. quærat, §. etsi fides, de pœnitentia, dist. 3. & ostendit text. in l. quod Nerua, ff. depositi, & eodem pertinent Ciceronis verba Officiorum lib. 3. *Præclarum*, inquit, *accepimus modum rogandi, si cum teneremus quæ salua fide facere possis.* Quod vulgo igitur iactatur in vsucapione, seu temporali præscriptione bonam fidem esse necessariam, capit. fin. de præscript. & aliàs passim, de bona conscientia intelligendum est. Illud tamen discriminis inter fidem & cons- 2
cientiam esse puto, quòd fides in bonam plerumquè partem accipitur, conscientia ex diuerso plerumquè in malam, l. 1. ff. de his qui mortem sibi consciuere. Sic etenim verbum conscire, vnde conscientiam originem traxit, in malam partem ferè sonat, vt illud Horatij:

Hic murus aæneus esto,
Nihil conscire sibi, nullaquè palescere culpa.

Quandoquè tamen in bonam partem accipitur, vt illud Cicer. de senect. *conscientia bene actæ vitæ, multorumquè beneficiorum recordatio, iucundissima est.* Videtur itaque vocabulum esse medium sicut, & venenum, & valetudo, de quibus in l. qui venenum, ff. de verborum significatione, & in l. 3. C. qui morbo se excusant, libr. 10. Et quoniam in bonæ fidei mentionem incidimus, videamus quid sit bona fides, & quid mala fides: nam interpretes non definiunt, si satis recordor. Bona fides igitur (vt ego existimo) est 3
bonus animi motus, quem possidentes rem alienam habent, putantes rem suam esse, aut dubitantes non ex ignorantia supina, aut crassa, probatur hæc conclusio in l. bonæ fidei, ff. de verb. significatio. 100. & in l. 3. ff. ad legem Iuliam, de plagiarijs, & in cap. Apostolicæ, de Clerico excommunicato ministrante. Mala fides est malus animi 4
motus, quem possidentes rem alienam habent, scientes rem suam non esse, aut dubitantes ignorantia crassa, ac supina: probatur hæc definitio, seu maius descriptio, in cap. fin. de præscrip. & in l. quemadmodum

de agricolis, & censitis, libro 10. & aliàs identidem. Quod autem diximus de dubio procedente, ex ignorantia crassa, & supina, probatur in l. nec supina, & in l. regula, ff. de iuris, & facti ignorantia, & in dicto cap. Apostolicæ, de Clerico excommunicato, quibus definitum extat, ignorantiam crassam, & supinam, non excusare à peccato. Ignorantiam autem crassam, & supinam interpretatur illic Abbas, & rectè, quando potuit non difficulter indagare veritatem, & noluit, id quod etiam sentit glo. in dict. c. fin. de præscript. verb. nulla. Hoc 6 autem verissimum esse iudico, quia ignorantia crassa, & supina, & latissima culpa, dolo æquiparantur, lex 1. §. 1. & illic Bart. ff. de eo qui testa. libe. iussus est, & lex 1. ff. si mensor falsum. mod. dix. §. 1. lex Magna negligentia, ff. de verbor. significatio. Quid multis? veritas patet ipsa per se, neque multis testibus eget, vt inquit Quintilianus. Ex his autem 7 constat verum esse, quod aduersus communem multis verbis ostendere conatur Minchaca controuersiarum Illustrium, capit. 77. numer. 6. inter bonam, & malam fidem medium non dari: nam quod aliqui arbitrantur, dubitantem esse medium inter bonæ, & malæ fidei possessorem, verum non est: nam aut dubitat ignorantia non crassa, neque supina, & erit bonæ fidei possessor: aut dubitat ignorantia supina, & crassa, & habendus erit pro malæ fidei possessore. Ex his etiam deducuntur in concordiam duæ opiniones sibi inuicem aduersæ in quæstione illa, An error iuris producat malam fidem: nam alijs placet, errorem iuris malam fidem producere, alijs contra videtur, vt intelligere est, ex Balbo de præscriptionibus, 2. part. 3. principalis, quæstione 2. atque ex Couarru. in regul. malæ fidei possessor. 2. part. §. 7. num. 7. & apud Minchacam, dicto cap. 77. Illustrium controuersia 8 rum num. 16. Ego enim distinguendum puto, aut error procedit ex ignorantia crassa, & possessor iudicandus est pro malæ fidei possessore: aut procedit error iuris ex ignorantia non supina, sed de his quæ plerosquè fallere potest, & habendus erit pro bonæ fidei possessore. Et hùc pertinet, quæ nos attulimus de aduocato in iure errantem, libro 1. rerum quotidianarum, cap. 2. & quæ affert Alciat. de præsumptio. regul. 9 3. præsumptione 30. Illud tamen te latere nolo, titulum acquisitum cum iuris ignorantia, nihil ad vsucapionem, seu temporis præscriptionem prodesse, textus apertus in l. iuris ignorantia, ff. de iuris & facti ignorant. num. 4. cuius hæc sunt verba: *Iuris ignorantia in vsucapione negatur prodesse, facti verò ignorantia prodesse constat*: cui congruit lex nunquam, ff. de vsucapionib. tradunt Bart. & reliqui in l. sed etsi lege. §, scire, ff. de petit. hæred. Diuersum in errore facti: nam er 10 ror facti, modò non sit ex ignorantia crassa, & supina, non modò producit bonam fidem, sed etiam titulo pro suo, lex fin. ff. pro suo. Hoc vt intelligas, scire debes, titulum, 11 pro suo, aliquando esse generalem, aliquando specialem: generalis est, quando concurrit cum cæteris titulis, putà, pro empto, pro donato, & reliquis, lex 1. ff. pro suo; & illic Accursius, & Bart. Angel. quoque de Aretio in §. istæ quidem num. 8. instit. de actionibus. Specialis est, quando deest alius titulus, sed is qui possidet iusto errore ductus, putat se habere titulum, quem non habet: nam eo casu ille titulus imaginarius, seu (vt nostrum more loquar) putatiuus, est titulus pro suo, vt declarat Iurisconsultus in dict. l. vltima, ff. pro suo. Exempli causa, Mandaui seruo, aut procuratori meo, vt fundum emeret; is cum non emisset, dixit mihi se emisse: ego autem fidem ei habens cœpi possidere, dicor pro suo possidere, vt latiùs declarant Accurs. & Bartolus in lege Celsus, ff. de vsu capionibus. Hoc autem fallere nos non oportet: nam in aliquibus temporalibus præscriptionibus, seu vsucapionib. requiritur titulus, & bona fides in alijs sola bona fides sufficit, vt latè expendit Balbus de præscriptionib. 4. part. princi pali, & nos quoque exactiùs explicauimus. libr. 1. rerum quotidianar. cap. 1. §. 9. Constat igitur bo- 12 nam fidem sine titulo haberi aliquando posse, id quod tradit glossa in l. si quis emptionis, verbo, tenuerit, C. de præscriptionib. triginta, vel quadraginta annorum, & communem fatetur Alciat. de præsumptionibus, regula 3. præsumptione 5. numer. 2. & Minchaca controuersiarum, libr. 2. capi. 79. num. 15. & probatur in l. vbi lex, & in lege Celsus, ff. de vsucapion. Bona autem 13 fides semper præsumitur, glossa communiter recepta in cap. si diligenti, de præscriptionib. adeò quidem, vt etsi titulus non ostendatur, bona fides præsumatur, secundum Tiraquelus, de præscriptionibus, §. 1. glossa 2; oportet tamen vt bona fides allegetur, vt est videre apud Balbum, de præscriptio- 14 nibus, 2. part. 3. principalis, quæst. 6. & ab omnibus pariter recipitur, teste Alciato loco modò citato: sufficit tamen hanc bonã fidem etiã post causæ conclusionem allegare finge, in informatione iuris, secundum Azeuedum

uedum in lege 1. titulo 15. libr. 4. Recopilationis, numer. 27. qui alios teſtes in eandem ſententiam citat. Informationis autem verbum (vt id obiter dicamus) in hac ſignificatione Latinum eſſe conſtat ex Iuſtino hiſtorico libro 18. Quin ſcribit Panormitanus in cap. finali, de præſcriptionibus, nu. 13. allegando, quem præſcriptionem videri, etiam bonam fidem allegaſſe: cui ſe ſub-
15 ſcripſit Alexand. conſil. 76. volumin. 2. & praxim illi ſuffragari teſtatur illic Felin.
16 numer. 8. Illud tamen extra dubitationem eſt, ſi dixit ſe rem pro ſua, & tanquam ſuam poſsidere, ſatis titulum, & bonam fidem allegata videri, ex l. Celſus, ff. de vſucapion. ac l. final. ff. pro ſuo. & conſtat ex Angel. in dicto §. ſed iſtæ quidem, inſtitut. de actionibus, num. 8. In præſcriptione autem immemoriali bonam fidem exigere, religio
17 eſt: (vt Terentiano, verbo, vtar,) quis enim ſuper tot temporum curricula poſt tot perſonarum viciſsitudinem malam fidem præſumat? cum immemorialia præſcriptionis tanta ſit vis, ac poteſtas, vt titulum inducat, & priuilegium, cap. ſuper quibuſdam, de verbor. ſignificatio. & aliàs paſ-
18 ſim. Ego verò in præſcriprione immemoriali illud exigam, ac requiram, an vi, an clam, an precario poſſederit? bonam fidem non exigam, neque enim aliud Iuriſconſultus requirit in l. 1. §. fina. ff. de aquâ pluuia arcenda, & ita conuenſendos putauerim interpretes, qui de ea re in duas ſimultates, ſeu communes opiniones partiti ſunt omnes, vt intelligere licet ex Felino in capit. cum nobis, columin. 1. de præſcriptionib. Boer. deciſio. 39. num. 7. Aymon, de antiquitate
19 temporum, 4 parte, num. 19. Poſtremò illud non obliuiſcaris, malam fidem ex coniecturis præſumi, & argumentis, auctore Abbate in cap. illud, de præſcriptionibus, numer. 16. quale fuerit ſi nouos titulos affectauerit poſſeſſor, ſecundum Capicium, de ciſione 86. numero. 12.

SVMMARIVM.
Different. 42.

Actiones bonæ fidei, quæ ſint? nu. 1.

Actiones bonæ fidei, quare ſit magis quàm aliæ nuncupentur, eleganter diſputatur, nu. 2.

Differentia ratio inter actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris, ex auctoris ſententia nouiter aſſignatur, nu. 3.

Contractus non reſpectu partium, ſed iudicis, bonæ fidei dicuntur, nu. 4.

In bonæ fidei contractu debentur vſuræ à tempore moræ: at verò in contractibus ſtricti iuris non debentur, niſi poſt litem conteſtatam, numer. 5.

In bonæ fidei contractibus, dolus dans cauſam contractui, irritat contractum: ſecùs in contractibus ſtricti iuris, nu. 6.

Etiam ſecundum ius Canonicum differre actiones bonæ fidei ab actionibus ſtricti iuris, ex communi contra Bald. oſtenditur, numero, 7. 9

Actiones arbitrariæ ab actionibus bonæ fidei, an differant? quæritur, & in quibus, nu. 8.

In arbitrarijs actionibus qualiter iud dicandum, explicatur, & duas ſententias ferri pro batur: priorem, ſcilicèt, interlocutoriam, alteram verò diffinitiuam, nu. 9.

In arbitrarijs fructuum reſtitutionem non venire, niſi ſpecialiter in ſententia contineatur. num. 10.

Superior concluſio, intelligitur in fructibus collectis ante rem iudicatam, non in collectis poſt eà, quia veniunt in executionis iudicium, numero 11.

Inter actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris, necnon arbitrarias
Different. 42.

ACtiones omnes, aut bonæ fidei ſunt, 1
aut ſtricti iuris, aut arbitrariæ, vt exactiùs docet Iuſtinianus in §. actionum, cum ſequentibus, inſtit. de actionibus. Quæ autè bonæ fidei ſint exprimit ipſe Iuſtinianus loco modò citato, & breuiter comprehenduntur illis verſibus:

Empti, conducti, mandati, depoſitique,
Pignora, ciſcundæ, communi, pro ſocioque
Dotis, etharedis, tutelæ, commoda, geſta,
Præſcriptis verbis, ſi mutuat, ſiue licetur,
Iſta bonæ fidei ſunt, ſtricti cætera iuris.

Sed illud meritò quæritur, quamobrem 2
ſupradicti contractus magis hanc bonæ fidei appellationem meruere, quam reliqui? cum in iure nullo, non in contractu, bona fides exigatur, l. bonam fidem, C. de action. obligatio. In hac autem quæſtione diuerſi diuerſa ſenſerunt, etenim Franciſcus Duarenus in l. actionibus, ff. de in litem iurand. ideo dici bonæ fidei exiſtimauit, quia Prætores in formulis, quas auctoribus dabant, addere ſolebant clauſulam, vt in his contractibus ex bona fide iudices cognoſcerent

quam rationem amplectitur etiam Couar. in regul. malæ fidei possessor. 2. part. §. 6. num. 4. Verùm hæc ratio non omnino satisfacit: nam id quidem est, quod quærimus, quamobrem Prætores magis in his contractibus qui bonæ fidei dicuntur, hanc clausulam de bona fide adiecerint, quam in alijs, qui appellantur stricti iuris. Aliam igitur rationem quæramus. Petrus igitur de Bellapertica, & Faber in dicto §. actionum, putant hoc ideò dici bonæ fidei, quia supradicti cõtractus vsu frequentiores sint: quamobrem, alios referens, secutus est nuper Felicianus de censibus lib. 1. cap. 3. nu. 4. Baldus autem in cap. 1. de plus petitionibus, in fine, hoc ideò bonæ fidei dici putat, quia sunt iuris gentium, cæteri autem stricti iuris, quia sint de iure ciuili. Ioannes item Garcia de expensis capit. 23. num. 11. putat ideò bonæ fidei dici, quia in eis publica versetur vtilitas: cæteros autem esse stricti iuris, quia priuatæ sint vtilitatis. Sed repugnat his omnibus mutui contractus, quippe qui, & iuris gentium sit, & publica in eo versetur vtilitas: non minus autem frequentiorem esse, quam cæteri manifesta res est. Proinde Iasso. & reliqui superiori loco, rei difficultate victi, fatentur, hoc casu nullam idoneam diuersitatis rationem reddi posse: aiunt itaque isthic, verum esse, quod à Iurisconsulto traditur in l. non omnium, ff. de legib. *Non omnium quæ à maioribus constituta sunt ratio reddi potest.* Quod antea scripserat Plato, dialogo primo de legibus. Nos verò in tanta scriptorum disidentia non desperemus, sed ingeniolum nostrum periclitantes, aliquam congruam diuersitatis rationem inuestigemus: solet enim (vt Iustinianus inquit) vnius, & forsan deterioris, sententia multos, & maiores in aliqua re superare, l. 1. C. de veter iure enucleando. Et illam quidem veram diuersitatis rationem esse conijcio, 3
quod contractuum, quæ bonæ fidei sunt natura, multiplicis solet esse negotij, & in quibus non omnes quotquot emergere possunt quæstiones, pacta, & conditiones contrahentes impresentiarum, & exprimere valeant. Proinde rei æquitas facit, vt iudex ea supplendo, quæ contrahentes satis cauere non potuerunt ex bono, & æquo definit. l. quæro, ff. locati, l. bona fides, ff. depositi, l. at si quis, §. hæc actio. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, l. 2. §. final. ff. de precario. At stricti iuris contractus simplicioris sunt naturæ, breuibusque comprehendi pactionibus possunt: ac proinde quas contrahentes non expressere, conditiones, pacta omisisse videntur, quapropter iudex difficilis esse debet in supplendo, & quicquid dubitationis emerserit, summo debet iure definire, leg. quicquid astringendæ, ff. de verborum obligat. l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus eodem titul. l. quia tantundem. ff. de negot. gestis. Non igitur respectu 4
partium contractus bonæ fidei dicuntur: nam, quod ad partes attinet, contractus bonam fidem exigunt omnes: sed respectu iudicis dicuntur bonæ fidei: & inde est quoque quamobrem bonæ fidei, etiam iudicia appellentur, vt in dicto §. actionum, instit. de actionibus. Et inde quoque est qua de causa contractus, qui non sunt bonæ fidei, non dicuntur contractus malæ fidei, sed stricti iuris: quia, nempè, cum respectu iudicis dicantur, non malæ fidei appellarentur. Ex hac autem differentia multa exurgunt discrimina inter actiones bonæ fidei, 5
stricti iuris, velut illud quod in contractibus bonæ fidei debentur vsuræ ex tempore moræ: in stricti verò iuris non debentur, 6
nisi post litem contestatam, l. videamus, ff. de vsuris. Item in bonæ fidei contractibus dolus dans causam contractui, irritat contractum: non ita in stricti iuris, glossa, & Doctores in l. eleganter, ff. de dolo, tradit Corras. Miscellan. lib. 2. cap. 8. Couarru. dicta regul. malæ fidei possessor. §. 6. Sunt & alia multa discrimina, quæ prolixiùs referunt gloss. & Scribentes in dicto §. actionum, & in dicto cap. cum venerabilis, de exceptio. vbi in promptu est videre. Sed hic 7
occurrit egregia dubitatio, an Pontificio iure hæc sublata sit differentia? & placuit id quidem Baldo in capit. 1. de plus petitionibus, in fin. vbi ait, omnes contractus de mũdo esse bonæ fidei, secundum æquitatem Canonicam. Sed refragatur illi textus in dicto capit. cum venerabilis, de except. & ita ab eo cæteri dissentiunt interpretes, vti apparet ex Alciato in Rubr. de verbor. oblig. num. 5: tomo 4. & ex Couarru. in loco superiori, atque item ex D. Francisco Sarmiẽto Selectar. libr. 3. capit. 3. Sed hæc actenus de actionibus bonæ fidei, & stricti iuris. Videamus nunc de arbitrarijs, quas quæ sint explicat Iustinianus in §. prætereà quasdã, instit. de action. Verum hæc nihil à bonæ fidei actionibus discrepare videntur, cum vtraquè ab arbitrio iudicis pendeant, sicuti declaratur in dicto §. actionum, & dicto §. prætereà: & inde loci variè Scribentes hanc profligare conantur difficularem post Accursi. verbo, satisfieri. Sed illud mihi 8

veriùs

veriùs videtur, quod in bonæ fidei actionibus arbitrium iudicis versatur circa cõdemnationem, id est, ex bono, & æquo arbitratur iudex, quanti reus damnari debet, vel actor illi teneatur, totaquè res vna sententia
9 finitur. At in arbitrarijs arbitrium iudicis versatur circa modum satisfactionis, id est, ex bono, & æquo, secundum cuiusquè rei, de qua actum est, naturam, arbitratur iudex quemadmodum reus, quod debet actori satisfacere debeat: negotiumque non vna sententia, sed duabus terminatur: nam primum quidem iudex præcipit reo quemadmodum satisfacere debeat, quod si is paruerit, absoluitur, sin autem non paruerit, condemnatur secundo definitiuè, aut quadrupli, aut quanti res est, aut quanti actor in litem iurauerit, sicuti latiùs intelligere licet ex ipsomet Iustiniano locis superioribus, atque ex Iurisconsulto in l. si cum exceptione, §. quatenus, ff. quod metus causa, & in l. arbitrio, ff. de dolo, & illic tradunt verb. suis, interpretes omnes, apud quos grandis est dissensio, an illæ duæ sententiæ, quæ in arbitrarijs feruntur, sint ambæ definitiuæ? & est receptiùs priorem esse interlocutoriam, alteram verò definitiuam, vt ostendit Eguinarius in illo §. præterea, Instituit. de action. & Ludouicus Ca-
10 rondas verisimilium, lib. 3. cap. 4. Ad extremum illud admonuisse oportebit, sententiã esse stricti iuris, l. 1. & 2. C. si pluris vna sententia fuer. cond. l. sæpè. ff. de re iudicata. Proinde si iudex in sententia iusserit, rem restitui, & non dixerit, cum fructibus, fructus non erunt restituendi, Alexand. in l. ex diuerso, §. vbi. ff. de reivendicatione, Bertachinus, verb. condemnatio fructum, in fin. Couar. lib. 1. varia. resol. cap. 3. num. 1. quorum opinio verior mihi videtur quã Baldi contrarium tradentis in Rubric. C. de fructibus, & litium expensis: nam quod dicitur verbum, restituere, fructus quoque comprehendere. l. videamus, §. in Fabiana, ff. de vsuris, l. in condemnatione, fin. 1. ff. de reg. iur. in legibus locum habet: quarum lata est facienda interpretatio, nisi pœnales sint, aut odiosæ, l. non possunt, ff. de legibus: secus in sententia, quæ, vt diximus, stri-
11 cti iuris est. Hoc autem ita accipiendum est, vt fructus non sint restituendi, nisi in sententia exprimatur, quòd attinet ad fructus qui collecti sunt ante rem iudicatam: nam qui post rem iudicatam nati sunt, reo moram facienti in restituenda re, veniunt in executionis iudicium, §. sed si rem, & illic omnes, Instit. de offic. iudicis: & hoc est, quod dicere voluit Bald. in l. ab executione, C. quorum appellat. non recip. in causa executionis nominem à fructuum restitutione excusari, etsi magis iustam habuerit litigandi causam.

SVMMARIVM.

Differentia 43.

Arbiter iuris quis dicatur, nu. 1.

Ab arbitrio iuris appellatur, & ipse recusari potest, nu. 2.

Arbiter iuris vir bonus appellatur, nu. 3.

Virum bonum à iudice constitui in causis in facto consistentibus, traditur, nu. 4.

Arbitri, seu boni viri iudicium dicitur arbitrium, nu. 5.

Centum viri apud Romanus quibus causis præpositi fuerint, ostenditur, nu. 6.

Arbiter compromissarius, quid sit, nu. 7.

Inter arbitrium, & arbitratorem, quæ sit differentia, nu. 8.

Docendi gratia nouo confingi vocabula oportere traditur, nu. 9.

Compromissarius arbiter, quare receptus nuncupetur, nu. 10.

Arbitrum, & arbitratorem promiscuè assumi super lite, & super contractu contra Abbatem, probatur nu. 11.

Arbitri qui recipiuntur in iudicio familiæ erciscundæ, dicuntur arbitri iuris, nu. 12.

Centum differentiæ inter arbitrum & arbitratorem remissiuè traduntur nu. 13.

In dubio compromissum tanquam in arbitratorem factum præsumi, nu. 14.

Arbiter tenetur iuris ordinem seruare, arbitrator autem secùs, nu. 15.

Inter arbitrum & arbitratorem.

Differentia, 43.

ARbitratorum duo sunt genera, alter est arbiter iuris, alter est arbiter compro- 1
missarius: arbiter iuris ferè nihil aliud est, quã delegatus quidam iudex qui ad causam cognoscendam ab ordinario iudice delegatur, lex arbitrio, ff. qui satisdare cogantur, lex fina. ff. à quibus appellare non liceat: & ideò ab eo appellatur. Et recusari quoque 2
potest lex à Diuo Pio, ff. de re iud. l. si ex consensu, ff. de Episcop. & Clericis. Is autem arbiter iuris Iurisconsultus vir bonus appellatur, vt in l. Continuus, §. 1. ff. de ver-

3 bor. obligatio. & in l. fin. ff. rem pupilli saluam fore: ea quidem de causa, quia ex bono, & æquo non summo iure causam definire debeat, vt scribit Philosophus Ethicorum, lib. 5. & Cicero in oratione pro Roscio
4 Commodo. More autem maiorum is arbiter, seu vir bonus dari à iudice solebat in omnibus ferè negotijs, & causis, quæ facto magis, quàm iure cõstabant, velut in iudicio familiæ erciscundæ, vel communi diuidundo, cæterisquè eiusdem generis, l. Mœuius. §. arbiter, & l. arbitro, ff. famil. erciscund. tradidimus & nos libro 2. rerum quotidianarum, capit. fin. 1. part. §. 2. nu-
5 mer. 2. Huius autem arbitri, seu viri boni iudicium dicebatur arbitrium, vt in dict. leg. fin. ff. Rem pupilli saluam fore, & in Rubric. C. Arbitrium tutelæ, & alias non raro, inuitus autem partibus is iudex delegari non potest, vt tradit Speculator in titulo de legat. §. iam nunc, num. 3. & ostendit Cicero pro Aulo Cluentio, his verbis: *Neminem voluerunt maiores nostri, non modò de existimatione cuiusquã, sed ne de pecuniaria re quidem minima esse iudicium, nisi qui inter aduersarios conuenisset.* Proinde aut ambarum partium consensu, aut sorte is arbiter as-
6 sumebatur. Etenim (vt altiùs res repetatur) olim apud Romanos destinati erant centum viri ad has causas, quæ facto magis, quàm iure, constabant, cognoscendas: ex his verò, si qui suspecti essent, recusabantur, cæterorumque nomina mittebantur in vrnam, atque inde sorte iudex accipiebatur: id quod satis declarant Plinij iunoris verba in Panagerico ad Traianum: *Sors*, inquit, *& vrna iudicem assignat*: & latiùs explicat Budeus in l. fin. ff. de muneribus & ho-
7 noribus. Hæc de arbitro iuris. Arbiter autem compromissarius est eis, quem partes non iudice authore, tanquam bonum virum & amicum disceptatorem inter se elegerũt, l. 3. §. 1. ac per totum illum titulum, ff. de receptis arbitris. Huius autem arbitrij duo quoque sunt genera, alterum quod in suo nomine stat, appellaturque simpliciter
8 Arbiter. Alterum verò appellatur Arbitrator, inter quos illud interesse plerisquè placuit, quòd arbiter dicatur, quando ad eum eo pacto itum est, vt secundum iuris definitionem audiat, sententiamque dicat. Arbitratoris autem latior est potestas, quippè cùm tam facto, quàm iure diiudicet, atque ceu quidam amicus interuentor litem non tam iure, quàm ex bono & æquo suo arbitratu componat. Hanc arbitri & arbitratoris differentiam non obscurè ostendit Iurisconsultus in l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio, & illic tradunt Bart. & reliqui, atque Abbas in cap. Quintaualis, de iure iurand. estque ab omnibus ferèque scriptoribus probata sententia, nisi ab vno Corratio Miscellaneorum lib. 4. c. 18. vbi Arbitratoris nomen neothericorum Iurisperitorum inuentum esse affirmat; & tametsi verum dicat, attamen facilioris doctrinæ gratia hanc vocum differentiam improbandam non
9 puto. Etenim docendi gratia, dum res postulat, in cuiusquè artis disciplina permissum est, & consuetum, noua aliqua vocabula ad rem luculenter demonstrandam confingero, vt tradit Horatius, atque item Fabius Quintilianus: quid quod hæc differentia recepta est nostrati iure Regio, tam in l. 27. t. t. 4. part. 3. quàm in l. 4. titu. 22. lib. 4. Recopil. Compromissarius autem arbiter
10 receptus dicebatur, quasi à partibus receptus, ad differentiam eius qui dabatur à iudice, vt in l. à Diuo Pio, ff. de re iudicata, & in l. idem Pomponius. § recipisse, ff. de receptis arbitris. Proinde vulgata litera que habetur in illo tit. digestorum de receptis arbitris, verax est, & ita legendum est, licet Corras. lib. 5. Miscell. cap. 1. dum hanc vocum differentiam non assequitur, de receptis arbitrarijs legendum putet.

Ex his autẽ constat verum non esse quod scribit Abb. in cap. Quintaualis. nu. 8. de iureiur. & Baptista à S. Blasio in tract. de arbitris, nu. 55. arbitrium dici, quando assumitur super lite; arbitratror vero quando sumitur super cõtractu: nam & arbitratror super lite quãdoq; assumitur, & arbiter quãdoq; super contractu, sicuti (vt iuris communis rationes missas faciant) intelligere licet, ex l. 23. & sequenti, tit. 4. par. 3. atq; ex l. 4. tit.
11 21. lib. 4. Recopilat. Apparet etiam ex superioribus minus verũ esse, quod scribit Ayora, vir alioqui perdoctus in tracta. de partitionibus, 1. part cap. 4. nu. 9. arbitros qui re-
12 cipiuntur in iudicio familiæ erciscundæ, seu super diuidenda hæreditate, non esse arbitros iuris, neque arbitratores: nam arbitros iuris illos esse apparet, ex l. arbitro, & l. arbitrum, ff. famil. erciscun. atque ex leg. si soror. C. de collat. & alias passim. Centum au-
13 tem differentias inter arbitrũ, & arbitratorem congerit Baptista à S. Blasio in dict. tract. de arbitris. Præter has igitur etsi quæ aliæ in iure reperiantur, cætero qui arbiter, & arbitrator indiscriminatim exequantur, vt est Autor Panormit. in c. penult. de arbitris, cuius sententiæ se subscripsit Gregor. Lopez in l. 29. tit. 4. parti. 3. verbo, *Hon bre bueno*.

bueno: obliuiscēdum tamen non est, quod si ex compromisso non constet, an fuerit
4 factum in arbitrum, an in arbitratorem, præsumendum esse in arbitratorem factum fuisse, vt scriptum reliquit Lanfrancus ab Oriano in tract. de arbitris. 7. part. nu. 4. In cognoscendo autem maximè differunt arbiter & arbitrator, nam arbiter, nisi aliud conue
5 nerit, tenetur iuris ordinem seruare: arbitrator autem etiam extra ordinem cognoscere potest, atque adeò diebus feriatis ius dicere vt docet Bart. in l. societatem. §. arbitrorū. ff. pro socio, & Abb. in dicto cap. Quintaualis, num. 9. & Baptista à sancto Blasio, in dict. tractat. de arbitris, num. 77.

SVMMARIVM.

§. *Primi.*

Reductionem ad boni viri arbitrium dari contra sententiam arbitratoris, non vero contra arbitri sententiam. num. 1.

Differentia superioris conclusionis hodie non procedit de iure Regio ex quo potest appellari ab arbitri, & arbitratoris sententia. numer. 2.

Reductio ad arbitrium boni viri quo tempore sit petenda. num. 3.

Si non appelletur, aut reductio petatur intra tempus ad appellandum constitutum, omologatur sententia siue arbitri sit, siue arbitratoris, numer. 4.

Fœmina potest esse arbitrator, arbiter vero non. num. 5.

Monachus similiter arbitrator esse potest, non arbiter. num. 6.

Idem de minore 25. annorum. num. 7.

De iure Regio maiorem 14. annorum minorem 25. posse arbitrum constitui. num. 8.

Neminem compelli arbitri, vel arbitratoris officium suscipere: si tamen sponte susceperit sententiam dicere cogendum esse. num. 9.

Tertius qui in arbitrum eligitur, propter aliorū discordiam potest à iudice compelli, vt officium suscipiat, & sententiam dicat. numer. 10.

Compromissum factum à pago, seu vico subiecto alicui ciuitati, non valet, nisi interueniat ciuitatis consensus. num. 11.

Quæ sint obseruanda à pago, seu vico facto à tutore. num. 12.

§. PRIMVS.

Distāt deinde arbiter, & arbitrator, quia 1
contra arbitri sententiam non datur reductio ad arbitrium boni viri, sed, vt diximus, metu pœnæ, secundum ius commune parendum erat illi, vt in l. 1. C. de arbitris: at contra arbitratoris sententiam datur reductio ad arbitrium boni viri, vt copiosè declarat Bart. in dict. §. arbitrorum, & Lanfrācus in tract. de arbitris. 7. part. q. 20. & Maranttha in speculo, tit. de appellationibus. num. 12. Quanquam hodiè apud nos secundum 2
nostrates Regias leges hæc differentia nullius ferè est vsus atque momenti: nam cum ex Matritia lege detur actio iudicati, tam ex sententia arbitri, quàm arbitratoris, ea est l. 4. tit. 21. lib. 4. Recop. inde fit, vt tam à sententia arbitri, quàm arbitratoris appellari valeat, secundùm Bartoli, Baldi, Pauliquè sententiā in l. 1. C. de arbitris, & Greg. Lop. in l. fin. tit. 4. par. 3. verb. *del juyzio*. Proinde 3
reductio ad arbitrium boni viri, & intra tēpus appellationi præscriptum, petenda est, & peti debet apud eum iudicem, qui aliàs de appellatione cognoscit, vt tradit Couarr. lib. 2. variar. resol. c. 12. n. 2. & Auend. in c. correct. 1. p. cap. 1. & Villalob. in ærario, verbo, reductio. Quæ res facit, vt hodiè in vsu fori fereque, tam in arbitrorum, quam arbitratorum sententijs appellatione vtamur, & apud iudicem appellationis reductio petatur: quod si non appelletur, aut reductio petatur intra tempus appellandi, sententia arbitratoris perinde, ac arbitri omologatur, hoc est: trāsit in rem iudicatam, velut copiosius explicauimus lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 1. part. §. 2. num. 23. Hodiè igitur, si vnquam verum est, quod Iurisconsultus scripsit, arbitria redacta esse ad instar iudiciorū, lex 1. ff. de receptis arbitris. Discrepant 5
deinde arbiter, & arbitrator, quia fœmina, nisi dignitate sit prædicta, hoc est, iudicandi habeat potestatem, arbiter esse non potest, arbitrator tamen esse potest, auctore Abbate in d. c. Quintaualis: n. 13. & Baptista à sancto Blasio loco superiori, n. 17 & 23. neque ad eam rem puto esse necessarius mariti consensus, iuxta ea quæ nostrates cōmentantur in l. 54. Tauri. Et simili modo Monachus potest esse arbitrator: arbiter autem 6
se non potest, vt ijdem tradūt auctores eodē loci, & Lanfrancus in tract de arbitris, 2. p. n. 5. In Monacho tamen superioris cōsesus est necessarius, vt habetur in c. fin. de test. lib. 6. Item minor viginti annis arbiter esse 7
non

non poteſt, arbitrator eſſe poteſt, ſi maior ſit decem octo annis, ſecũdum Baptiſtam loco citato, n. 21. Apud nos tamen extat lex Regia, qua ſtatuitur, qui maior ſit quatuordecim annis arbitrum eſſe poſſe: quã tam in arbitrio, quam in arbitratore accipiendam eſſe puto, cum generaliter loquatur. Illud autem meminiſſe debemus, qui electus eſt arbiter, ſeu arbitrator non eſſe inuitus cogendus, vt officium ſuſcipiat: ſi tamen ſpõte ſua ſuſceperit, cogi poterit, vt ſententiam dicat, vt placuit Bart. & reliquis in §. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. & id expreſsim extat definitum in l. 29. tit. 4. p. 3. quibus addito Sarmientum, & Padillã in l. in arbitrũ. ff. de legat. 2. Si tamen arbitris diſſentientibus eligatur tertius, is inuitus cogi poteſt à iudice, vt arbitrium recipiat, ſentẽtiamque dicat, l. ſancimus 1. de aduoc. diuer. iudiciorum, gloſ. in l. item ſi vnus. §. principaliter, verb. parcatur, ff. de receptis arbitris, & illic Bart. & Bald. nimirũ, quia curandum nobis eſt, vt res potiùs valeat, quam pereat: & quia publice intereſt, ne iudicia incæſum recidãt quæ ratio ceſſat in arbitris primis electis. De compromiſſo autem facto ab Eccleſia, vniuerſitate, ſeu populo quid obſeruã dum ſit, & quas vires habeat, legito quæ attulimus lib. 2. rerum quotid. c. fin. 1. part. §. 2. Quibus illud tamen addere poſſumus, cõpromiſſum factum à pago, ſeu vico ſubiecto alicui ciuitati, nullius eſſe momenti, niſi ipſius ciuitatis, cui vicus ille reſpondet, acceſſerit conſenſus, vt reſpondit Burg. de Paz cõſil. 11. num. 15. cui ſuffragatur quod traditũ eſt ab Auend. l. part. c. correct. c. 19. nu. 10. populum ſubiectum ciuitati non poſſe ſtatum facere ſine ciuitatis aſſenſu. Sed neque illud præteream, quando compromiſſum faciendum eſt à tutore, citandos eſſe tutoris conſanguineos, vt de ea re conſultent, ſicuti reſpondit Celſus conſil. 22. n. 21. allegãs in eam ſententiam Bart. in l. ſcire oportet. §. fi. ff. de tutoribus datis ab ijs. Porrò Bart. Ius id non dicit, neque l. 25. tit. 4. part. 3. id exigit, neque moribus id obſeruari non video, ſed cum decreto iudicis, cauſa cognita res peragitur, proinde Celſi non mihi recipienda videtur opinio.

8 9 10 11 12

SVMMARIVM. §. ſecundi.

Diſſentientibus, arbitris, ſeu arbitratoribus, tertius electus an teneatur alterius ſententiæ adhærere: an vero poſsit diuerſo modo ſuam ſententiam proferre, diſputatur. num. 1.

Arbitris diſcordantibus, an ab ipſis, vel a iudice ſit tertius eligendus? num. 2.

Tertij ſententia non habet paratam executionem, ſi fuerit petita reductio ad boni viri arbitrium, vel ab ea fuerit appellatum. numer. 3.

Tertius poteſt alterius arbitri ſequi iudicium in vno capitulo, & in alijs capitulis alterius etiã ſequi iudicium. num. 4.

§. SECVNDVS.

SEd quid ego hoc loco plura? cum apud ſuperiores authores res ſit plenè, & lucu lenter tractata, & nos quoquè non pauca de eadem re diximus dicto lib. 2. rerũ quotid. c. fin. 1. part. §. 2. & 6. Illud ergo. & diſpicia 1
mus, quod vſu plerumquè venire ſolet, diſſentientibus arbitris, ſeu arbitratoribus, eligitur tertius, qui rem componat: quæſtionis eſt, an iſte tertius neceſſe habeat, alterutrius ſententiæ adhærere? vel an poſsit diuerſo modo ſententiam dicere? Et mouet hanc quæſtionem Accurſius in l. item ſi vnus. §. fi. ff. de receptis arbitris, verbo *Authoritate*, & varias refert opiniones: ſed poſtremo placet illa, huius tertij ſententiam, quã uis ab vtroque arbitro diſsidentem, ratam fore, & conſentiunt Accurſio ibidem Bart. & Baldus, conſentit & Ioannes Baptiſt. Bartoli gener. in tractat de arbitris lib. 9. cap. fin. Et in eam ſententiam ego procliuior ſum: magnopere enim opitulatur illi Iuriſconſultus in dicto §. principaliter, ita inquiens: *Sed tamen vſitatum eſt etiam in duos compromitti, & debet Prætor cogere arbitros, ſi non conſentiant, tertiam per ſomnam certam eligere, cuius authoritati pareatur.* Meminerimus tamen, quod Iuriſconſult. illic ſcribit. tertiũ eligendum eſſe ab arbitris diſcordantibus; cui congruit etiam l. 29. tit. 4. part. 3. vſu fori non eſſe receptum, ſed moribus magis increbuit, vt iudex hunc tertium deligat, cuius vſus ſeu ſtyli (vt vocant) teſtimonium etiam fert Ayora de partitionibus. 2. part. c. 4. qui eodem loco alia nõ pauca ad hãc rem pertinentia affert, quæ ni fallor, ſecundum hanc noſtram diſtinctionem, accipienda eſſe arbitror. Meminiſſe etiam debemus, cum 3
ita iſte tertius diſſentit à duobus arbitris, eius ſententiam executioni non eſſe mandãdam, ſi ab ea fuerit appellatum, vel reductio ad arbitrium boni viri fuerit petita, nam l.

Matri-

Matritij tum arbitrorum sententiã exequẽ dam esse præcipit, cum fuerint conformes, ea est, l. 24. tit. 21. lib. 4. Recop. Quod si ius commune spectes, neque eo casu habet locum executio, auctore Abbate in d.c. Quintaualis, n. 41. In arbitrio tamen erit huius tertij, cum plura sint rationum capitula, partim vnius arbitri sequi sententiam, partim alterius, secundum quod iuris rationem exposcere senserit, & tunc executioni locus erit, quoniam magis eum conformem dicere debemus, quam discordem, iuxta ea quæ affert Alexand. consil. 77. vol. 2. & Boerius decis. 73.

4

SVMMARIVM. Differ. 44.

Compromissum quid sit. num. 1.
Compromissum quare ita nuncupetur. num. 2.
Transatio quid sit. num. 3.
Arbitramentum, seu arbitrium fieri potest etiã nihilo dato, vel retento, & quod transactio genus sit sub se arbitramentum, seu arbitrium comprehendens. num. 4.
Procurator cui datum est mandatum ad transigendum, potest compromittere in arbitrium, vel arbitratorem, secus contra. num. 5.
Procurator cum libera potest transigere. numer. 6.
An in transactione competat remedium legis secundæ. C. de rescindend. vend. num. 7.
Transactio an rescindatur propter læsionem enormissimam? num. 8.
Transactio etiam à lege confirmata rescinditur prætextu læsionis enormissimæ. num. 9.
Qualiter in transactione probanda sit læsio remissiue. num. 10.
Qui transactionem impugnat debet ante omnia restituere quidquid ab aduersario accepit causa transactionis. num. 11.
Transactio super hæreditate ante apertas tabulas testamenti non valet. num. 12.
Transactio facta intra nouem dies à morte testatoris irrita est. num. 13.
Per compromissum, aut diuisionem ius substitutionis non censetur remissum. num. 14.
Leges, & sententia non extenduntur ad causam antea transactione finita. num. 15.
Litis æstimatio quid sit, & qualiter fiat. numer. 16.
Litis æstimatio ab alterutro litigatore soluta licet si similis emptioni, vera tamen non est venditio, sit genus quodam transactionis. numer. 17.
Ex litis æstimatione vectigal non debetur. numer. 18.

Inter compromissum, transactionem, & litis æstimationem. Differentia. 44.

COmpromissum est conuictio, qua potestatem damus arbitro, siue arbitratori, vt litem, seu cõtrouersiam, quæ inter nos est, dirimat. l. 3. §. 1. ff. de receptis arbitris. 1

Dicitur autem compromissum ex eo, quia in arbitro eligendo vltro, citroque pœna compromittebatur, ita vt si pœnã compromissa non esset, nullius momenti, esset arbitrium, sicuti facilè intelligere licet ex l. litigatores, & l. non distinguimus. ff. de receptis arbitris, & traditum est à nobis lib. 2. rerum quotid. c. fi. 1. part. §. 2. 2

Transactio verò est coniunctio qua mutuo consensu à lite dubia, seu controuersia incerta discedimus aliquo dato, vel retento. l. transactio. C. de trã sactio. & tradit Speculator tit. de pactis, & transactionibus, §. 1. Arbitramentum tamen, seu arbitrium fieri potest nihilo dato, vel retento, vt tradunt Bart. Iaf. & reliqui in d. l. transactio. Illud tamen verum est, transactionem esse genus sub se arbitramentum, & arbitrium comprehendens Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. de pro socio. nu. 13. Abbas in c. Quintaualis. n. 8. de iureiur. 4

Et inde fit, vt procurator cui datum est mandatum ad transigendum, nisi certa ei forma data fuerit ad transigendum, possit compromissum facere in arbitrum, vel arbitratorẽ: cui verò est datum mandatum ad compromittendum, transigere nõ possit, quæ Curt. Iun. fuit opinio in d. l. transactio. n. 7. C. de transactionibus, licet alij aliud illic sentiãt, vt refert D. Padilla inibi. nu. 7. Illud tamen meminisse oportet, procuratorem cui datũ est mandatum cum libera, & generali administratione, posse transactionem facere, glo. in d. l. transactionis placitum, & illic Paul. & Iaf. nostrasque Padilla, & pro hac sententia extat. l. 7. tit. 14. part. 5. Cui addito Alex. cons. 22. vol. 1. n. 8. & 9. & Iaf. in l. iusiurãd. quod ex conuentione. ff. de iureiur. §. fi. & Boer. decis. 283. Sed illud videamus quod identidem quæri solet, an in transactione detur remedium legis. 2. C. de rescindend. vend. In qua re male inter se interpretes cõueniunt, adeò vt duas reperias opinionum simultates, ambas communes, ambasque sibi inui- 5 6 7

bi inuicem contrarias, veluti (ne rem actam agamus) intelligere licet, cum ex alijs, tum ex Cagnolo, Pinelo, & Padilla in d.l.2.C.de rescind.vend. Etenim Bart. in l. si quis cum aliter.ff.de verbor.obligat. in ea fuit sententia, vt existimaret, etiam in transactione locum sortiri remedium illius legis secundæ, & eius opinionem magis communem esse, fidem facit Cagnolus in d.l.2.n.29. Econtrario illius legis secundę remedium non admittendum esse in trãsactione, placuit glossæ in ipsamet l.2. & in c.cum causa, de emptione, & venditione, & hanc quoque cõmunem esse opinionem, testatur Parisius cons. 96.lib.1.n.60. & huic magnopere adstipulatur, quod transactionis exceptio, est exceptio litis finitæ.l.causas.C. de transact.ca.1. de litis contestatione in 6. Et non mediocriter illi quoque opitulatur Iurisconsulti locus in l Lucius.§.fi.ff.ad Trebell. & deniq; pro hac opinione clara voce calculum tulit l.34.tit.14.p.5. proinde necessario nobis il
8 li obtemperandum est. Hanc tamen Regiã decisionem ego porrigendam non putauerim ad eam læsionem, quæ enormissima fuerit. Enormissima etenim læsio, ita legibus est inuisa, & odiosa, vt iura & pacta per quæ remedium læsionis excluditur, non videantur excludere enormissimam læsionẽ secundum Abbatem in c.cum contingat, de iure iur.n.23. & illic Alciat.n.77. & Couar.var. resolutio.lib.2.c.4. & Sarmientus selectarum lib.1.ca.11.num. 4. Non me præterit, Gregor.Lopidez illarum legum paraphrastem, virum sanè solidæ doctrinę, ita large illam Regiam legem accepisse, vt dicat, etiam enormissimę læsionis remedium eam excludere voluisse, quod, dicat legis verba, latè patere, dum ait: *Quãto quiera que montasse aquella parte que quitasse el demandador.* Sed animaduertere debuisset Gregorius, quod statim.l. ipsa excepit transactionem dolo factã in enormissima autem læsione res dolo acta intelligitur iuxta Bart. & reliquos in leg. si quis cum aliter.ff.de verb. oblig. Quin idẽ probandum puto, etiam si a iudice, vel adeò
9 ab ipsomet Rege (vt quod potentissimum est dicam) fuerit confirmata transactio, nisi modo causa cognita id factum fuerit, ex his quæ affert idem Greg. in l.56.tit.5.part.5. verb, *menos*, in fine, & quæ nos attulimus lib.2.rerum quotid.c.4. n.49. Enormissima autem læsio quæ dicatur, aperiemus inferius in loco proprio. Sed & quemadmodũ
10 in transactione probari debeat læsio, aperit Pinelus in d.l.2.1.p.nu.27. proinde non repetam, ne fastidio sim lectori. Illud etiã annotandum erit, qui transactionem impug- 11
nat, ante omnia debere restituere quidquid ab aduersario causa transactionis recepit l.si diuersa.C. de transactio. l. cum te fundum: C.de pactis inter empt.& vend. Aflict. decis.220.num.4.Molin.de primogen.lib.4. c.9.num.43. Neque minus illud est notabile, transactionem factam, super hæreditate, 12
anteaquam apertæ sint tabulæ testamenti, non valere, l.de his.ff. de transactionibus l. 1.tit.2.part.6. Parum hoc, etiam intra no- 13
uem dies post mortem testatoris facta transactio irrita est, vt expressim est definitum in auth. vt cum de appellat.cognoscit §. me minimus, & in l si.tit.3.p.6. atque item in l. 14
13.tit.9.p.7. Memoria quoque dignum est per compromissum, aut diuisionẽ nõ videri partes remisisse ius substitutionis, l. cum pater.§.hæreditate 2.ff.de l.2. & tradit Boer. 15
decis.147.n.2. Sed neque illud indignũ est recordatione, leges, ac pragmaticas, itemque sententias, seu res iudicatas nunquam extendi ad eas causas, quæ iam antea transactione sopitæ sunt, vt est tex.singularis in c. exposita, de arbitris, & probatur in authentico, vt cum de appellatione cognoscitur in principio, & latè differit Decius consil.198. n.3. & 4. Iasson. in l.causas.C. de transact. Aymon.consil.188.num.7.

Hæc de compromisso & transactione, inter quæ multas differentias videre poteris apud Iasonem, Alciat. & reliquos in d.leg. transactionis placitũ. C.de transactionibus. 16
Nunc dicamus de litis æstimatione. Litis æstimatio secundum *Prateium* in Lexicon, est rei quæ in controuersiam adducta est, vna cum eo quod propter eam actoris interfuit, ad certam summam reductio. Quanquã ego clausulam illã quã adiecit, de eo quod interest, submouendam esse arbitror: quippè cum rei æstimatio non ad id quod interest, sed ad veram rei æstimationem referatur, secundum Iurisconsultum in l.verba, & in l.inter hæc verba.ff.de verb. signif. vt igitur breuiter finiam, litis æstimatio, est pretium quod pro re litigiosa datur: fit autem vario modo, nã aut fit iuris authoritate, velut quando reus culpa, aut dolo desijt possidere, & denique quandocunque in litem iuratur.l.etsi res.ff. de publiciana, & leg. si propter.ff.rerum amota, & in toto tit.ff. de in litem iurando. Aut fit à reo qui iuris nihil habens, oblato pretio decidit cum actore, vt in l.eius rei.ff.de rei vend. Aut fit ab actore, qui fugiens litis sumptus, rei æstimatione contentus fuit, velut exemplis ostendũt Bart. & Paul.in l. 1. ff. pro emptore. Licet

autem

autem litis æstimatio ab alterutro litigatore soluta, similis sit emptioni. l. 1. & leg. æstimatio, dicto tit. pro emptore, & aliàs passim vera tamen non est venditio, sed transactionis potius genus quodam, vt appareat ex illa. l. eius rei. ff. de rei vendic. & quæ tradunt Bartol. & Paulus loco modo citato. Proinde magis placet, ex ea, sicut ex transactione vectigal non deberi, vt dictum est à nobis lib. 1. Rerum quotidian. cap. 3. §. 2. nu. 47. nisi forsan propter fraudandum vectigal, litis color fuerit quæsitus, vt per se satis notum est, & tradit Lassarte de decima, capit. 17. nu. 51. & Gironda de Gabellis. 10. part. num. 2.

SVMMARIVM. Differentia. 45.

Tabellio, quid sit? num. 1.
Notarius quid sit. num. 2.
Tabularius quid sit? num. 3.
Librarius quid sit? num. 4.
Tabellionem, non esse seruum publicum, neque pro absentibus stipulari posse, contra communem defenditur. num. 6.
Officium tabellionatus ad beneplacitum à Principe concessum, an possit ab ipso concedente, vel eius successore submoueri. num. 7.
Tabellionum errores ne falsi arguãtur, posse multipliciter excusari, remissiue. num. 8.

Inter tabellionem, tabularium, notarium, & seruum publicum. Differentia 45.

1 TAbellionem, & notarium, vulgus iuxtà ponit, sed non est ita: tabellio, vt nemo non scit, est officialis, qui munere publico instrumentis rogandis præficitur, vt constat cum aliàs passim, tum in authent. tabellio. collat. 2. Notarius autem propriè accipiendo, est, qui ab alio dictata literis excipit, vt significant illa Martialis Carmina libr. 14. epigrammate 208. vbi de notario sic inquit.

2 *Currant verba licet, manus est velocior illis.*
Nondum lingua suum dextra peregit opus.

Notarius itaque propriè accipiendo, est tabellio qui alterius mandato instrumenta conficit, veluti, qui Regis, aut cancellarij mãdato priuilegia, & diplomata exped t, vt declarat. leg. 7. tit. 9. part. 2. & ita intelligẽdus est titulus, Codicis de primicerio, & notarijs lib. 10. Tabularij autem genus est quodam 3
tabellionum, ad quorum officium spectat publicas conficere rationes, vt in tabulario seu archiuo publico recõdantur, qui idem verbo Græco Logographi appellantur, vt habetur in l. 1. C. de tabularijs, lib. 10. & illic tradit luculenter Alciatus, Budeus cuisque in l. fin. ff. de muneribus & honoribus, 4
necnon Curtasius Miscellano lib. 3. cap. 11. Librarius verò is est, qui libros, ac monumẽta ex exemplaribus trãscribere solet. l. si librarius. ff. de verb. significat. quorum opera tam frequens, quam necessaria erat olim, antequam pretiosa isthæc calcographorum impressoria ars adinuenta esset. Horum autem nominum vnde origo processerit, diuus explicat Hieronymus ad Nicæam, his verbis: *Ante chartæ & membranarum vsum, aut in dedolatis ex ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epistolarum alloquio mittebant vnde & portitores earum, tabellarios, & scriptores, à libris arborum, librarios vocauere.* Seruus autem publicus erat seruus à municipi 5
bus, seu republica constitutus qui absentiũ nomine, cùm ex re erat, stipularetur. Nam cùm olim alter alteri stipulari posset, nemo nisi forsan seruus domino, aut filius familiàs patri, vt in l. stipulatio ista. ff. de verb. obligat. §. alteri, in principio, instituta de stipulatione seruo. moris erat propter publicam vtilitatem, vt seruus à municipibus, seu vniuersitate deputaretur, qui pro absentibus vicarias stipulationes ageret, vt non difficulter intelligere licet ex l. si seruus reipublicę. ff. de stipulatione seruor. atque ex l. 4. ff. tẽ pupilli saluam fore, atque item ex l. non aliter. ff. de aption. Cum itaque seruus iste à 6
Republica deputaretur, publicus appellabatur. Decipiuntur igitur qui putant, quem Iurisconsulti seruum publicum appellant eum tabellionem fuisse, in quibus est Tiraquel de nobilitate, cap. 30. num. 6. & Couar. practicarum, cap. 19. num. 5. Neque minus errant, qui tradunt tabellionem pro absentibus stipulari posse: cum id nunquam iure caueatur, in quibus est Bald. in cap. post cessionem, de prouationibus, & Oldr. consil. 75. Atque vt aliquid in gratiam forensis 7
vsus dicamus: quęramus illud quod non raro quęri solet: an officiũ tabellionatus, quod Princeps, aut Magnas dedit notario pro tẽpore, quod sibi placuerit, vulgo dicitur ad beneplacitum, possit ab ipso qui dedit, aut ipsius successore submoueri? Versant autem

hanc

hanc quæstionem ex auctoribus iuris communis Afflict.decis. 101. & 128. Guilliel. Bened.in c.Rainuntius,verb.duas,n.37.Paris de Syndicatu.§.successor.c.2.n.6.Boer. decis. 147. Capicius decis. 136. Versant quoque ex nostratibus Gregor. Lopez in l. 2.tit.15.p.2.glossa magna,*Versiculo,& nota*, Molin.de primog.lib.1.c.15.n.17.Burg.de Paz consil.21.Mieres de maiorat.4.p.q.10 Bobadill.lib.2.Polit.c.16.n.44. Sed vario modo sentiunt,magis tamen inter eos conuenit non posse illi officium submoueri,nisi qnid peccauerit propter quod submoueri debeat.Quæ opinio non obscurè probatur in l.2.tit.3.lib.2.Recop. Multa autem ad excusandos tabellionum errores ne falsi arguuntur,cum opus fuerit videre poteris apud Alexand.consil.74.vol.1.Bald.in rub. 8 de fide instrumentorum, Lanfrancum in c. quoniam contra num.23. Socinum consil. 94.volum.1.

SVMMARIVM. Differentia,46.

In interpretatione verbi Dedere communiter Doctores labi.num.1.

Vera significatio verbi Dedere traditur. numer.2.

Deditio propriè dicitur,cum hostes se victori tradunt.num.3.

Serui deditiij vnde dicantur.num.4.

Inter verbum Dandi, & Dedendi. Differentia 46.

QVid inter dare, & dedere inter sit, vt exponam,admonet me cõmunis scriptorum error in §.præterea, instituta de actionibus,cuius paragraphi istius modi sunt verba:*Præterea quasdam actiones arbitrarias, id est,ex arbitrio iudicis pendentes appellamus, in quibus nisi arbitrio iudicis is, cum quo agitur, actori satisfaciat,veluti rem restituat,vel exhibeat,vel solvat,vel ex noxali causa seruum dedat condemnari debeat.* Etenim interpretes dum illius verbi,Dedat,naturã,& proprietatem ignorant,ad quasdam nenias conuertuntur,dicentes,eam esse veteris Grammatices loquendi formam, vt est videre apud Fabium,& Iassonem ibidem, in quo misere allucinantur (vt tantorum auctorum pace, & venia dixerim) etenim cum dandi appellatio latè pateat, dedendi propriè accipitur, cum aliqua persona alterius imperio,& potestati subijcitur. Cuius rei passim apud bonos auctores suppetunt exempla:sed vnum aut alterum ad rem demonstrandam sufficiet,Cicer.2.de legibus:*Necesse est* (inquit) *eam præstare patriam qua Romanus populus omen vniuersæ ciuitatis est,pro qua mori, & nos totos dedere,& in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus.* Iustinus historicus, lib.16.*Demetrius quoque à tot exercitibus circunuentus,cum posset honestè mori, turpiter se dedere Seleuco maluit*, apparet etiam ex l.final.ff.de delegationibus,& aliàs subinde apud Iurisconsultos. Hinc deditio dicitur,cũ hostes tradunt se victori. Idem Iustinus lib. 1.*Qui exercitum acceptum statim Cyro per deditionem tradidit.* Et inde dicitur noxæ deditio, vt in l.1.ff. de publicanis, & vectigalibus, & inde quoque dicebantur serui deditij,qui se alterius imperio,& potestati dederant,de quibus in l.1.C.de Latina libertate tollenda,& in §.sed dedititiorum,instit. de libernitinis,& explanat Alexand. ab Alex. dierum genialium,lib.4.cap.11.Ex his igitur iure legere poteris l.1.ff. de noxalibus, aliasque multas illius tituli, quæ de seruorum deditione pro damno dato, frequenter mentionem faciunt.

SVMMARIVM. Different.47.

Quæstio iuris,& facti quæ dicatur.num.1.

Res facti,& iuris quæ dicatur, & quæsit differentia.num.2.

Contractus,in quibus aliqua iuris solemnitas exigitur,si sine ea fiant irriti sunt:secus in contractibus in quibus nulla iuris solemnitas desideratur.num.3.

Inter facti, & iuris quæstionem, atque inter res facti,& iuris Differ.47.

FActi quæstio dicitur, cum dubium est, quid inter partes actum sit:itaque de facto quæritur non de iure:quæstio vero iuris dicitur,cum de facto certi sumus,sed de iure dubitamus.l.eũ qui Kalendis ff.de verb. oblig.

obl. l. 1. ff. ad Senatus cons. Turp. l. vlt. ff. de iureiur. Ex quibus intelligere poteris multa iura, in quibus fit mentio de quæstione iuris, & facti quorũ non pauca refert D. Frãcis. Sarm. selectarum. lib. 3. c. 10. in fi. Quæ vero sit differentia inter res facti, & iuris, res est, quę nostros interpretes maxime torquet vt est videre cum aliàs passim, tũ apud Alc. in l. quinque, C. finiũ regundorum, & apud Couar. in reg. malæ fidei possessor in princ. 2 2. p. n. 3. Mihi vero illa verior videtur esse differentia, quod res facti dicit, cum effectus quem habet magis procedit ex ipso facto, quam ex iure, veluti in possessione l. 1. ff. de acquir. poss. atque idem in solutione venditione, & traditione. l. consilio. §. fi. ff. de curatore furiosi. Iuris autem res dicitur, quando effectus quem habet procedit magis ex iure, quam ex facto, vt in stipulatione. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis, atque item in arrogatione, emancipatione, acceptilationeque. l. actus legitimi. ff. de reg. iuris. Res itaque iuris dicitur, in qua aliqua 3 iuris requiritur solemnitas. Res autem facti, cum nulla iuris requiritur solemnitas, sed factum tantum spectatur, vt superioribus exẽplis intelligere licet. Nam si perspicis, in stipulatione, acceptilatione, arrogatione, & emancipatione, aliqua iuris in contrahendo requiritur solemnitas, quæ si non obseruetur, actus nullius erit momenti, vt in 2. Institut. quibus modis tollitur obligatio. Diuersum in cæteris cõtractibus, in quibus nulla iure desideratur solemnitas. l. Sthicũ. §. naturalis. ff. de solution. Hæc autem egregiè conueniunt ad intelligentiam legis Regiæ, qua cautum est, vt in quæstionibus iuris non decernantur à iudicibus ad definiẽdum arbitri, seu rationales, sed tantum in quæstionibus facti: eaest l. 50. tit. 5. lib. 2. Recopilat.

SVMMARIVM. Differen. 48.

Nubere ad fœminam, ducere ad virum pertinere. num. 1.

Cum didicimus, virum nubere, intelligimus eũ in fœminam degenerare. num. 2.

Collocare ad patrem, qui marito filiã tradit, spectat. num. 3.

Explicatur locus Concilij Trid. sess. 24. cap. 1. de reformatione matrim. num. 4.

Parochi præsentia sufficit, etiam si authoritatem matrimonio non impartiatur, modo intelligat quod agitur. num. 5.

Matrimonium contractum præsente parocho, licet inuito, tenet, etiam si contractũ sit post iudicis decretum, ne lite pendente contraheretur. num. 6.

Præsentia exigitur illius parochi, in cuius parochia matrimonium celebratur, siue sit sponsi, siue sponsæ. num. 7.

Parochus alterutrius contrahentis celebrans matrimonium in aliena parochia, peccat: matrimonium tamen tenet: si autẽ esset parochus vtriusque non peccaret. num. 8.

Matrimonium contractum in loco, vbi contrahẽtes non sunt vicini, licet in præsentia parochi loci, non tenet etiam sibi recreationis causa cõmorentur, num. 9.

Inter ducere vxorem, nubere, & collocare. Differentia. 48.

NVbere ad fœminam pertinet, ducere vero ad virum, vt satis vno versiculo 1
declarauit Terentius in Phormione: *Lex est* (inquit) *vt orbæ, qui sunt genere proximi, his nubant, & illos ducere eadem lex iubet*, declarat etiam elegans illud Martialis epigrãma ad Priscum lib. 8. hisce verbis:

Vxorem quare locupletem ducere nolim.
Quæris? Vxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo sit Prisce marito.
Non aliter fiunt fœmina, virque pares.

Ex quo datur intelligi, cum dicimus virũ 2
nubere, intelligere nos eum in fœminam degenerare. Vnde intelligere poteris, quid sibi velint Imperatoris verba illa: *Cum vir nubit in fœminam catulos parituram*, l. cum vir. C. ad legem Iuliam de adulterijs. Nam criminis atrocitatem, & turpitudinem erubescens Imperator, voluit hac paraphrasi, id est verbis non proprijs, crimen nefandum significare. Collocare autem propriè ad patrẽ qui filiã marito tradit, spectat, l. qui liberos, & l. si quis officium. ff. de ritu nuptiarum, Vxorem autem ducere, expediat necne, tra 3
ctat latè, & eruditè Neuizanis in sylua nuptiali, nec minus docte Tiraquelus in legibus connubialibus. Moribus autem satis compertum est, qui vitam cœlibes in seculo ducant, si non se religioni obstringant, contemptui haberi, nam vt Metellus Numidicus inquit apud Gellium noctium Atticar. libro. 1. cap. 6. Si sine vxore possumus, Qui

rites

ites eſſe, omnes ea moleſtia careremus: ſed quoniam ita natura tradidit; vt neque cum illis ſatis commode, neque ſine illis vllo modo viui poſsit, ſaluti perpetuæ potius quam breui voluptati conſulendum eſt. Cæterum vt de matrimonio, (quoniam res frequentiſſima eſt) nonnulla perſtringamus, conueniens eſſe putaui, ſi exponerem verba illa Sacri Concilij Tridētini ſeſs. 24. cap. 1. de reform. quibus præſcribitur forma, quæ in cō trahendo matrimonio obſeruanda ſit, ea autem illius modi ſunt: *Qualiter quam præſenti parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi ſeu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos, & inhabiles reddit: & huiuſmodi cōtractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit, & annullat.* Et illud in primis annotandum erit, quòd cum decretum illud duntaxat parochi, ſeu eius Vicarij præſentiam expoſcat, tot adhibitis teſtibus, authoritatem autem parochi non expoſcat dicendum eſt valere, matrimonium coram teſtibus, præſente parocho, tametſi is authoritatem ſuam illi non impartiatur. Nam cum lex præſentiam tantum poſtulet parochi, ea ſufficit, etſi is authoritatem non præſtet. Quin etiam ſatis eſt, ſi vel inuitus parochus ipſe adſit, modo intelligat quod agitur, nam ſi dormiat, vel ebrius ſit, non ſufficit, vti locuples præſtat argumentum textus in l. coram Titio. ff. de verb. ſign. n. 209. cuius hęc ſunt verba: *Coram Titio aliquid facere iuſſus, non videtur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat: itaque ſi furioſus, aut infans ſit, aut dormiat, non videtur coram eo feciſſe. ſcire autem, non etiam velle is debet, nā & inuito eo rectè, fit quod viſum eſt.* Et in eadem ferè ſpecie tradit Bart. in l. Modeſtinus. ff. de donationibus, & Baldus in cap. ex parte Epiſcopi, de reſcriptis. Franc. Aretio in l. ſi quis mihi, §. moram. ff. de acquirenda hæreditat. & Tiraq. in legibus connubialibus gloſ. 7. & in noſtra quæſtione, ſeu in proprijs terminis, vt noſtri lóquuntur, tradit Nauarr. conſil. 20. lib. 4. titulo de ſponſalibus. & Enriquez in ſumma 2. parte, libro 11. capit. 3. qui alios citat, & ita Cardinalium decreto definitum eſſe refert: & idem facit Ceballos in ſpeculo practicarum, quæſt. 66. & 67. Atque multis exemplis compertum eſt, ratum fuiſſe matrimonium contractum corā teſtibus præſente parocho, eo non ſolum authoritatem denegante, ſed etiam inuito & repugnante, atque adeo etiam cum interdictum fuerat à iudice ne lite pendente contraheretur matrimonium, quanquam eo caſu, tam contrahētes, quàm teſtes pœnas non mediocres dediſſe conſtet iuxta, capit. 1. & 2. de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.

4 5

Parochus autem qui intereſſe matrimonio debet, oportet ſit is, in cuius parochia matrimonium celebratur, paruique refert, an ſit parochus ſponſi, aut ſponſæ, vt placuit Albornoz de contractibus libro 4. titulo 8. Seguræ in tractatu ſacerdotali 1. part. capit. 16. Cuco libro 5. inſtitutionum, titulo 11. numero 29. Sed ſi parochus alterutrius contrahentis celebraret matrimonium in aliena parochia, peccaret matrimonium tamen valeret, quia concilium ſolum modo expoſcit præſentiam parochi, de loco autem nihil curat. Quod ſi ſacerdos eſſet parochus vtriuſquè contrahentis, non peccaret, etſi in aliena parochia celebraret matrimonium veluti tradit ſupradictus Enriquez loco ſuperiori, numero 2. Porrò ſi cō-

7 8

trahant matrimonium alio loco, vbi non ſunt vicini, neque habent domicilium coram parocho eiuſdem loci, non valet matrimonium, quia Concilium exigit præſentiā proprij parochi: neque refert, an recreationis cauſa illic commorentur contrahentes, cum ob id non ſortiantur illic domicilium, vt in cap. 2. de ſepulturis libr. 6. tradit Menoch. conſil. 398. lib. 4. tradunt, & alij plures apud Ceballum in ſpeculo, practicar. q. 604. num. 61.

9

SVMMARIVM.

§. Primi.

Locum Concilij, de quo ſupra, non pertinere ad ſponſalia de futuro, num. 1.

Matrimonium quod non tenuit ex defectu ſolēnitatis Concilij, an ſaltem habeat vim ſponſaliorum de futuro, negatiue reſoluitur. numer. 2.

Superior concluſio in impubere matrimonium contrahente contra formam Concilij, limitatur, num. 3.

Sponſalia de futuro, etiam ſequuta copula, nullo tenus hodie tranſire in matrimonium de præſenti. num. 4.

§. PRIMVS.

HVius autem Tridentini decreti definitionem non pertinere ad ſponſalia de futuro 1

futuro, sed vt antea, in sua vi, suaque potestate remanere inter nostrates magis cõuenit, vt est relatum apud Gutierrez de confirmatorio iuramento, 1. part. c. 51. & apud Azeued. in l. 1. tit. 1. lib. 5. Recop. num. 1. Nam cum istud decretum sit derogatorium iuris antiqui, trahendum nõ est extra casum quo loquitur, iuxta ea, quæ affert Iason in authentica quas actiones, C. de sacrosanctis Ecclesijs, & alias passim, tradentes, derogatorias leges strictim interpretandas esse. Id quod multo magis accipiẽdum est in materia matrimonij, quæ amplianda potius est, quam contrahenda, cap. licet ex quadam, de testibus. Sed quid multa, cum sit id iam Pontificia definitione decisum à Collegio sacrorum Cardinalium, qui ad tollendas dubitationes illius œcumenicæ synodi delecti sunt? Verba autem Senatusconsulti ab ipsis Cardinalibus prolata, vt superiores Auctores referunt, istius modi sunt: *Decretum Concil. Trident. Sess. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij. A nullo tantummodo contractus matrimonij per verba de præsenti. sponsalia autem per verba de futuro relicta in terminis iuris communis, præterquam quod per copulam dicta sponsalia non transibunt in matrimonium.* Illud tamen inter nostrates est magnopere controuersum, an quando matrimonium fuit nullum, quia sacri Concilij forma defuit, puta, quia parochus non adfuit, an saltem contrahentes remaneant, tanquam per sponsalia de futuro? Et vt id quod sentio ingenuè proferam, verius mihi videtur, sic cõtrahentes, neque tanquam spõsalia de futuro remanere obligatos, quoniam sacri Concilij verba, tanquam data forma eiusmodi contrahentes inhabiles reddit, & tales contractus irritos, & nullos esse decernit, cuius etiam sententiæ fuit Gutierrez de iuramento confirmatorio, 1. par. c. 51. num. 26. & Azeuedo in l. 1. tit. 1. lib. 5. Recopil. num. 23. Neque me mouet regula illa, si non valet quod ago, vt ago, valeat, vt melius valere possit, l. fin. C. de codicillis: nam id locum non habet, quando pro forma aliquid à lege requiritur, vt est auctor Bart. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. num. 1. cui se illic subscripsere Zasius, & Alciat. nu. 38. Proinde non sunt audiendi, qui contrium tenent, quos qui sint, refert frater Antonius de Corduba in summa, quæst. 52. Horum tamen sententia vera esse poterit in impuberibus sic contrahentibus, ne alioqui corrigere videamur antiqui iuris statuta, quibus cautum est, matrimonium contractum ab impuberibus, etsi non valeat, vt matrimonium valere tanquam sponsalia de futuro, vt est videre in cap. 1. §. de desponsatione impuberum, nu. 6. nam circa spõsalia de futuro nihil immutatum est à sacro Concilio Tridentino, vt antea diximus, excepto eo, quod per copulam non transeunt in matrimonium de præsenti. Et in hoc tantum vltimo casu dicendum est, abrogatum esse illum, §. 1. de desponsatione impuberum in 6. id quod latius discutit Gutierrez sic intelligendarũ canonicarum quæstionũ, lib. 1. c. 8. & sic quoq; intellexit Spino in speculo, glo. 15. nu. 75.

SVMMARIVM. §. secundi.

Matrimonium contractum coram parocho, & testibus, valet, etiam si denuntiationes non præcesserint, nu. 1.

Ex iure veteri matrimonium clandestinum tenet, licet contrahentes puniantur, nu. 2.

Lex quadragesimanona Tauri, an habeat locum post Concilium Tridentinum, opiniones contrariæ recitantur, nu. 3.

Superior quæstio resoluitur, & ex auctoris sentẽtia distinctiones quædam opiniones ad concordiam reducuntur, nu. 4.

§. SECVNDVS.

QVid autem si matrimonium contractũ fuit corã testibus præsente parocho, sed deiuerunt denuntiationes, quæ præcedere debet iuxta prædictum decretum Concilij, atque iuxta cap. cum inhibitio, de clandestina desponsatione, an irritum sit matrimonium? & validum esse tale matrimonium, quanuis clandestinum, inter nostrates magis conuenit? id enim placuit Rojas de successionibus abintestato, cap. 2. n. 22. Matien. in rub. de matrimonio, qui primus est, lib. 5. Recop. glo. 1. nu. 34. Gutierr. qui alios in eandem sententiam citat de confirmatorio iuramento, lib. 1. c. 51. nu. 25. Etenim decretum Trid. Conc. propter huiusmodi defectum non irritat matrimonium, dummodo alia substantialia obseruentur: sequendum est igitur ius vetus, secundum quod matrimonium clandestinũ tenet licet contrahentes puniantur, vt habetur in cap. 1. de clandestina desponsatione, & illic classici omnes, & edisserit latè Couarr. in 4. decretal. 2. part. cap. 6. nu. 7. & D. Franciscus

Sarm. Selectar. lib. 1. capit. 6. num. 7. Ex his
3 autem poterit extra negotium dissolui quæstio illa, an pœna legis quadragesimænonæ Tauri, quæ est hodiè l. 1. tit. 1. lib. 5. Recopila. per quam clandestinum contrahentes matrimonium puniuntur, habeat locum nunc, id est, post Concilium Tridentinum? De qua quæstione nostrates discordes esse video: nam Molina de primogenijs, libr. 2. cap. 16. nu. 16. in ea est sententia, vt existimet, etiam hodiè locum habere legis pœnã. Contra vero sentit Matienç. in d. l. 1. glo. 7 num. 3. cui ad stipulatur Azeued. inibi. nu. 4. Ego vero sic mecum statuo, & sic distinguendum arbitror, vt si matrimonium fuerit clandestinum, fuerit tamen validum, pone quia coram testibus, & parocho contractũ fuerit, sed denuntiationes publicæ defecerunt, neque ab ordinario remissæ sunt, & eo casu puto legis Taurinæ pœnas locum
4 habere. Porrò si matrimonium non solum fuerit clandestinum, sed etiam fuerit nullum, putà, quia aut testes defuerunt, aut parochus tunc nõ existimo esse locum pœnis Regiæ legis, sed plectendos esse delinquentes iuris Canonici pœnis, quibus puniuntur matrimonia clandestina contrahentes: siquidem quando actus est nullus, quia legis forma omissa fuit, cessat legis pœna, secundum Bart. in l. vbi pactum: C. de transactionibus, & Bald. in l. ea quidem, C. si mancipium, ita fuerit alienatum, ad quorum sententiam accesserunt quam multi apud Feli. in cap. ex tenore, de rescript. & plures apud Tiraquel. de retractu linag. §. 1. gloss. 2. & huius nostræ sententiæ videtur fuisse Didacus Perez in l. 1. tit. 1. libr. 5. ordinamenti, gloss. fin in fine.

SVMMARIVM. Differ. 49.

Nomen Cælebs, quid propriè significet, numero 1.

Nomen Cælebs, ad fœminas non pertinere, numer. 2.

Orbus est qui liberos amisit, nu. 3.

Lege duodecim tabularum cælibatum prohiberi, a censoribusque senes cælibes multari, num. 4.

Qui duodecim olim habebat liberos ab omni munere, & tributo immunis erat, numero 5.

Habens hodie duodecim liberos, à quibus tributis, seu impositionibus immunis sit, numero 6.

Superior conclusio ad habentem filias duodecim extenditur, nu. 7.

Obtenta immunitas propter duodecim liberos, aliquo defuncto non inde cessat, nu. 8.

Immunitas habenti duodecim liberos concessa, non estenditur ad ipsius filios, nu. 9.

Conclusiones præcedentes in legitimis tantum liberis obtinere ostenditur, nu. 10.

Inter cælibem, & orbum. Differentia 49.

CÆlebs non significat castum, vt vulgus falso opinatur, sed nequè eum, qui nec nunc, neque antea vxorem duxit, vt putauit Valla elegãtiarum, lib. 4. cap. 106. sed propriè significat eum, qui vxorẽ nunc non habet, siue eã antea habuerit, siue non; vt apertè colligitur, ex Suetonio in Galua. capit. 5. *Verum* (inquit) *amissa vxore Lepida duobusque ex ea filijs, remansit in cælibatu.* Est itaque cælebs relatiuum mariti, vt apertè significat Quintil. *Non interest* (inquit) *clarus an obscurus, liber an seruus, maritus an cælebs parens liberorum, an orbus sit.* Pertinet autẽ pro priè nomen cælibis masculo, non fœminæ: nam fœmina si soluta sit, aut puella appellatur, aut vidua, vt est intelligere, ex l. fin. C. de in dicta viduitate toll. Dicuntur autem cælibes authore eodem Quintil. lib. 1. c. 9. quasi cœlites, quia onere grauissimo vacẽt: orbus autem est, qui liberos amisit, vt Quintiliani verba superius relata satis declarant, & tradit Valla loco superiori: lege autem duodecim tabularum cælibatus prohibitus erat, ita enim cautum erat: *Cælibes esse prohibento*, refert Cicero lib. 3. de legibus: proinde qui vsque ad senectam cælibes permansissent à Censoribus mulctabantur, vt memorat Valerius Maximus libr. 2. cap. 4. Cælibes quoque atque item orbos lex Papia Poppea mulctabat, sicuti latius referunt Alciat. libr. 3. disputationum, capit. 3. & Ant. Augustin. emendationum, lib. 3. cap. 8. & Couar. in 4. Decretalium, 2. part. cap. 8. Sed has pœnas postea Imperatores antiquarum, tam in l. 1. & 2. C. de infirmandis pœnis cælibatus, quàm in l. fin. C. de edicto Diui Adriani toll. id quod latius prosequitur Petrus Vanderanus de priuilegijs credito. capit. 5. & Licenciatus Pareja in ocio quadrimesti. 2. part. Sicut autem antiquitas cælibes odio habebat; ita eos qui liberis procreãdis dabant operam, non vulgari

pro-

prosequebatur honore, vt est videre, cum alibi, tum in l. 1. ff. de albo scribendo, adeo
5 quidem, vt eum qui duodecim habuit filios, immunem faciunt ab omni munere, & tributo, vt habetur in l. si quis Decurion. C. de Decurionibus, lib. 10. Neque putauerim legis illius definitionem temporis vetustate obliteratam esse, nam, & hodiè apud nos in Regio supremo Senatu decerni solent Regia diplomata ad hanc immunitatem tutandam, teste Auendaño in cap. correctorum, 1. part. cap. 19. num. 26. & Rojas de successionibus abinteſtato, cap. 16. nu. 9. Necnon Azeuedo in l. 2. tit. 18. lib. 9. Recopil. num. 28. Atque vt illius legis definitionem ampliemus, scire debes, licet ea de Decurione loquatur, generaliter tamen, & ad cæteros omnes duodecim habentes filios attinere, vt est par inter omnes Scriptores sententia, auctore Couarruu. in quarto Decretalium, 2. part. cap. 8. Intelligas dein de, illius legis definitionem non solum sorti ri locum in muneribus personalibus, sed etiam in patrimonialibus, veluti placuit illic Accurs. Bart. & Plateæ, ad quorum sententiam, & alij communiter confluxere, vt perhibent Couarr. & Rojas locis paulò cita
6 tis. Ergo apud nos qui duodecim habeat filios, immunis erit à tributis illis, quæ vulgo appellamus, *pecho, y moneda forera*: id quod nostrates fatentur locis superioribus, præcipuè Azeuedo, ideò repetendus, quia putat, & ad vectigalia hoc priuilegiũ attinere, in quo subsisti, propter legem priman, titulo, *de las alcaualas*, libr. 9. Recopilation. quæ neminem ab hoc tributo immunem esse vult: tantundemquè putauerim de contributionibus, quæ fiunt ad pontium, fontiumquè reparationem, ne scilicet plus valeat accidentalis, & extraordinaria immunitas, quam naturalis, qualis est nobilium, & clericorum, quos tamen ab his functionibus immunes haud esse constat, ex l. 11. tit.
7 3. lib. 1. Recopila. Quanquam verò lex illa filiorum vtatur nomine, & filias quoque ad eam immunitatem prodesse in pro patulo est, quoniam sub masculino fœminas quoque comprehendi, præsertim in his, quæ fauoris sunt: certissimi iuris est, l. 1. ff. de verbor. significatio. tradit latè Tiraquel. de retract. linag. §. 1. glos. 9. num. 179. & in hac nostra quæstione tradit glos. in l. 3. C. de his qui numero liberorum se excusant, lib. 2. & illic Bart. & reliqui. Sed etsi aliquis ex filijs
8 post obtentam immunitatem fato absumpti fuerint, obtentæ immunitati non obesse, sed adhuc priuilegium durare, auctor est Ioannes Andreas in regul. decet, de reg. iur. cui se subscripsit Ias. in l. sciendum, §. fin. ff. qui satisdare cogan. & illic Socinus testatur, communem esse opinionem, explosa Alexandri opinione qui vnus contrarium sentit, & idẽ facit Villalobos in ærario, verb. f. num. 378. & hæc mihi magis sequenda videtur opinio: tametsi Alciat. de præsumptionibus, regul. 1. præsumpt. 36. Alexandrum defendere pergat, sed illius Scholiastes nihi 9
lominus communem sequendam esse monet, tàm in iudicando, quàm consulendo. Sunt etiam qui putent, & filios ipsos huius paternæ immunitatis participes esse: sed eam opinionem, neque iure, neque moribus probari, testis est Rojas in d. tracta. cap. 16. Etenim cum hęc immunitas patri concedatur, personam non egreditur, l. 1. ff. de iure immunit. Filios autem hoc casu ex legitimo matrimonio natos esse oportere, spurios itaquè, ac naturales nihil ad immunitatem proficere, auctor est Accursius, nemine retinente in dict. l. 3. cap. qui numero liberorum se excusant, lib. 10.

SVMMARIVM.

Differentiæ, 50.

Æs meum, & as alienum, in quo differant, numer. 1.

Creditum, & debitum, quid sint, nu. 2.

Nominis appellatio, quid propriè significet, numero 3.

Debitum quod annua, bima trima die debetur, tribus annis soluendum esse, quolibet anno pro rata parte, nu. 4.

Soluens pro debitore, sine illius mandato, habet negotiorum gestorum actionem secus si illo inuito soluerit, nu. 5.

Tutor, vel curator de suo soluens pro pupillo, vel minore, aduersus minorem non potest actionẽ à creditore accipere, nu. 6.

Nouatio, quid sit, nu. 7.

Per nouationem prior actio penitus perimitur, num. 8.

Nouatione facta, hypothecæ, & pignora liberantur, vsuræque non currunt, nu. 9.

Nouato contractu, an ex secundo debeatur gabella, nu. 10.

Retractui rei familiares facta nouatione, an cedat à die primi, vel secundi contractus? numer. 11.

Inter æs meum, & æs alienum, debitum, & creditum, & inter nouationem, cessionem nominis, & delegationem. Differentia 50.

1 ÆS meum, & æs alienum, debitum, creditum, & nomẽ licet re ipsa idem significent, hoc est, id quod debetur; in vtendo tamen non mediocriter dissentiunt: nam æs meum est, quod mihi debetur, æs autẽ alienum est, quod ego alijs debeo, l. cedere diẽ, §. æs, ff. de verb. signifi. id quod fugit dissertissimum alioqui Erasmum, Adagio 11. Chiliadis prim. centuria 7. Sed multo magis mirandum est, id nostrum non intellexisse Accursium, qui in l. pacto successorum, C. de pactis, etiam lege illa citata (qua si pluspuam Iurisconsultum sapere vellet,
2 contrarium scriptum reliquit. Creditum autem ad creditorem, debitum ad debitorem referri, vel ipsum vtriusque nominis etymon ostendit, & probatur in l. 1. §. creditum, ff. si certum petatur, & in l. planè, ff. familiæ erciscund. Nominis autem appellatio quanquam, & ad creditorem spectet, l. periculum nominum, ff. si certum petatur, l. 2. C. arbitrum tutelæ, propriè tamen ad eos tantum debitores pertinet, quorum nomina in codice, seu calendario scripta erant, vt tradit Asconius ad Ciceronem in Verrẽ lib. 3. & probat l. fin. ff. de pactis conuentis, & significat non obscurè idem Cicero in epistol. ad Atticum. *Maximè verò* (inquit) *me angit ratio reliquorum meorum, quæ quanquam explicata sunt, tamen quod Dolabellæ nomen in eis est, & in attributione mihi nomina*
3 *ignota, conturbor*. Nominis itaquè appellationem hodiè accommodare rectè possumus ijs debitis, quæ instrumentis publicis comprehensa sunt (vulgo obligationes appellamus.) Debitum autem quod annua, bima, trima die debetur (vt id quoquè dicamus) soluendum est tribus annis, quolibet anno pro rapta parte, vt satis apertè declarat Iurisconsultus in l. 3. de annuis legatis: dies enim illic, vt & aliàs sæpè, pro termino, seu dilatione solutionis accipitur, vt in d. l. cedere diem, ff. de verbor. signifi. Quod hic notandum duxi, quia Prateus, author, alioqui doctus, & diligens id minus commodè explanauit in Lexicõ, verbo, Annua. Proinde non est mirum, si id non satis perceperit Valla elegantiarum libr. 4. cap. 80.
5 Illud etiam admonendi sumus licet qui pro debitore, sine mãdato eius soluit, actionem negotiorum gestorũ habeat aduersus eum pro quo soluit, vt in principio instit. quibus modis soluitur obligatio: at si debitore inuito, & renitente soluat, nullam aduersus eum habebit actionem, secundum Bart. contra glo. ibid. in l. si prote, ff. mandati. Sed ne 6
que illud est obliuiscendum, si tutor, aut curator soluat pro pupillo, etsi de suo tutor, aut curator soluat, non posse actiones aduersus minorem à creditore accipere, vt bene est definitum in authent. minoris, C. qui tutores dare possint, & in authent. vt is qui obligatas, §. quod si quis, collat. 6. Cuius rei rationem reddit Accurs. illic verbo, valere cessant, quia dicat, cessionem factam in potentiorem, esse iure prohibitã, l. 1. C. ne liceat potentior. Tutor autem respectu sui minoris potentior est. Et tametsi hæc ratio legitima sit: mihi tamen magis arridet ratio quam illic reddit Imperator, ne scilicet tutores hoc titulo, seu colore fraudem machinentur in minorum facultates. Vt dicamus 7
nunc de nouatione, & delegatione, nominisque cessione, & quid inter se distent. Nouatio, vt Iurisconsultus definit, est prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, 8
vel naturalem transfusio, atque translatio, l. 1. ff. de nouatio. Quod ita intelligendum est, vt sic prioris obligationis in secundam fiat transfusio, vt prior obligatio penitus perimatur, sicuti non obscurè probat text. in l. 2. C. de nouationibus, dum ait: *Iure nouationis vetustior contractus euanuit*: & idem ostendit, l. si causa, C. de transactionibus, & l. nouationes, ff. de nouationibus. Ex quo apparet, lapsum esse doctissimum alioqui Paul. de Castro in l. 1. ff. de nouationibus, existimantem per nouationẽ non perimi ex toto præcedentem obligationem: expressim enim repugnant illi superiores leges: repugnãt etiam quam multa iuris exempla, quibus docemur, cum vna res in aliam transfunditur, primœuam mutare naturam, & assumere naturam illius rei in quam trãsfunditur, l. eum qui ædes, & l. rerum natura, ff. de vsucapionibus, cap. quod in dubijs, de consecratione Ecclesiæ, vel altaris, tradit Bartol. in l. 1. ff. de damno infecto. Sed quid tam multis aduersus Paulum? cum expressim illius refellat opinionem text. in §. præterea, instituta quibus modis tollitur obligatio, sic enim inquit: *Præterea nouatione tollitur obligatio, veluti si id quod tibi Seius debebat, à Titio dari stipulatus sis: nam interuentu nouæ personæ noua nascitur obligatio, & prima tollitur translata in posteriorem*, &c.

Quid,

Quid, quod Paulus ipse melius sentiens à seipso desciuit in l. Valerianus, ff. de Prætorijs stipulationibus. Maneat itaque per nouationem, primariam obligationem in totum extingui, & in secundam transfundi.
) Magnus est igitur nouationis effectus: nam nouatione legitimè facta hypothecæ liberantur, & pignora, vsuræque non currunt, l. nouatione, ff. de nouatio. cui tamen non mediocriter repugnat, l. 3. ff. qui potiores in pignore habeantur. Sed huic difficultati nos iam pridem satisfecimus, libr. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 1. part. §. 12. limit. 7. proinde hic non repetimus, ne eandem bis canamus cantilenam: si tamen plura de
.o ea re videre velis, adeunto Capicium decisio. 183. Ex hoc autem (vt aliqua ad forensem vsum accommodemus) deducitur interpretatio ad leges Regias vectigalium, quæ vulgo appellantur, *de las alcaualas*, dicendum est enim, cum contractus nouatur, vectigal deberi ex secundo contractu, etsi solutum fuerit ex priori nouato, quæ Bart. fuit opinio in l. iuris gentium, §. adeò, ff. de pactis, tradidimus, & nos, lib. 1. rerum quotidianar. cap. 3. §. 5. nu. 41. tradit, & Lassarte de decima, §. 13. nu. 11. Quod intelligendum est in contractu, scilicet, venditionis, permutationis: nam in alijs contractibus nostrati iure Regio vectigal non debetur, vt ex ipsis vectigalibus legibus satis apparet, & omnibus manifestum est. Inferre etiam ad
11 leges Regias, quibus conceditur retractus rei familiaris: dicendum est enim, cum duo contractus interceserunt, & dubitatur, à quo tempore dies cedat retractus, interesse, an nouatio prioris contractus finita sit, necne: nam si nouatio facta non sit, cedit dies retractus à priori contractu: sin autem sit facta nouatio, cedet à posteriori contractu: id quod satis constat ex Bart. Paulo, & Ias. in dict. §. adeò.

SVMMARIVM.

§. Primi.

Cessio est translatio actionis, quam quis habet, & quid sit delegare, nu. 1.

Cessio sit contra debitorem etiam ignorantem, & inuitum: delegatio vero non fit, nisi debitore, contra quem ceditur actio, consentiente, numer. 2.

Cessio, & delegatio dicitur, librança, *nostro sermone, 3.*

Delegatio dicitur, librança acetada, *cessio vero dicitur*, librança antes de acetada. *n. 4.*

Cessio, quæ fit præcedente iudicio, dicitur, carta de lasto, *nu. 5.*

Qui delegatur, dicitur ex promissor, nu. 6.

Ille cui fit cessio, dicitur procurator in rem suã, numer. 7.

§. PRIMVS.

HÆc actenus de nouatione: nunc videa 1
mus de cessione, & delegatione nominis seu debiti, & quid inter se distent: hoc autem percipi melius non potest, quam ex ipsorum nominum definitione. Cessio igitur est translatio actionis quam quis habet, l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mandati, l. Iulianus, ff. de petitione hæred. Delegare vero est vice sua alium rerum creditori dare, l. delegare, ff. de nouatio. Nihil ergo differre videntur, cum vtroque casu translatio fiat actionis, quinimo per multum dif 2
ferunt: nam cessio fit contra debitorem, etiam ignorantem, atque adeò inuitum, delegatio autem non fit, nisi debitore, aduersus quem ceditur actio, consentiente, l. 1. & l. neque creditoris, C. de nouationibus, l. nomen, C. quæ res pignori obligari possunt. 3
Quinimo iure veteri necessaria erat stipulatio, vt delegatio fieret, dict. l. delegare, ff. de nouatio. & illic subijciunt exempla gloss. Bart. & Paulus. Porrò nostrati Regio iure nudo pacto fieri potest delegatio: quippè cum omnia quæ iure veteri per stipulationem fiebant, hodiè nudo pacto tranfigantur, vt habetur in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopi. cuius argumẽtum nos copiosè prosecuti sumus, lib. 2. rerum quotid. c. 3. vtrumq; autẽ, & cessio & delegatio vocatur nostro vernaculo sermone *Librança*, velut apparet ex l. 14. tit. 7. & l. 9. tit. 16. lib. 9. Recop. Delega 4
tio igitur dicitur, *librança acetada*, cessio vero dicitur, *librança antes acetada*. Sed, & 5
cum cessio fit præcedente iudicio, appellatur, *carta de lasto*: deducto nomine ab acceptilatione, vt animaduertimus, libr. 2. rerum quotidianarum, capit. fin. 4. part. §. 7. nu. 8. Is autem qui delegatur, dicitur ex promis- 6
sor secundum Accursium in Authent. de fideiussor. & mandat. in princip. collat. 4. & diximus d. lib. 2. cap. fin. 1. par. §. 12. nu. 49 Is autem cui fit cessio, seu delegatio appella
tur à Iurisconsultis procurator in rem suã, 7.
l. procuratore in rem suam, ff. de procuratoribus, à neothericis autẽ Scriptoribus appellatur cessionarius, Bartol. & reliqui in l. 1.

C.si certum petatur. Speculator dict.tit.de cessione iurium, & actionum.§.1. Ioan.de Garl.eod.tract.2.part.id quod latiùs prosecuti sumus superius differ. 37. ideoquè superuacuum fuerit hic repetere.

SVMMARIVM. §. secundi.

Per cessionem, an fiat nouatio, nu. 1.
Procurator in rem suam semper potest reuocari, nisi in casibus exceptis in l.3.C.de nouat.numer. 2.
Per delegationem nouatio fit secundum iura Digestorum, nu. 3.
An superior conclusio procedat stante, l.3.C.de nouat.nu. 4.
Hodiè ex iure nostro nouationem per delegationem non fieri probatur, nu. 5.
Lex 15.*tit.*14.*p.* 5. *non obtinet in tribus casibus d.l.*3.*C.de nouat.nu.*6.
*Lex nona generaliter loquens non corrigit casus speciales legis antiquæ, nu.*7.
*Cessionarius negligens in exigendo debito, suo periculo rem agit, neq; aduersus debitorem qui cessit, regressum habet, nu.*8.
*Cliens quid propriè significet, nu.*9.
Cessio, & delegatio sunt species nouationis, numero, 10.

§. SECVNDVS.

1 His igitur prænotatis, videamus an per cessionem, vel delegationem nouatio fiat? Et hanc quæstionem definit textus singularis in l.3.C.de nouatio. vbi ait, per cessionem non fieri nouationem, nisi in tribus casibus, nempè quando creditor, cui facta est cessio, exigit partem debiti à debitore debitoris sui, vel litem cum eo contestatus est, aut si ei denuntiauerit, vt sibi soluat, nõ alij. Porrò, quia lex illa nimis singularis est, vt illic prædicat Bart. & vt ante oculos illius habeas verba, ita se habent: *Si delegatio non est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud te remanserunt, quanuis creditori tuo aduersus eum solutionis causa mandaueris actiones: tamen antequam litem contestentur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori tuo denuntiauerit, exigere à debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, & eodem modo tui creditoris actionem contra eum inhibere. Quod si delegatione facta, iure nouationis tu liberatus es, frustra veteris, ne eo quod quasi à cliente suo non faciat exactionem, ad te periculum redundet, cum per verborum obligationem voluntate nouationis interposita debito liberatus sis.* Igitur se- 2
cundum hanc legem, procurator in rem suam reuocari semper potest, nisi illis tribus casibus, quos lex illa excepit: id quod placuit gloss. in l. procuratore in rem suam, ff.de procuratoribus, & alijs quos nos citauimus lib.2.rerum quotidianar. cap. fin.4. 3
part.§.1.num.16.id quod latius expendimus differ.37. Videamus igitur de delegatione, an per ea nouatio fiat. Et planè si Digestorum tempora inspiciamus, & cætera iura ante legem finalẽ fin.C. de nouationibus, aperti iuris erat, nisi aliud dictum esset, nouationem per delegationem fieri, vt probat l.illa 3.& docet illic Accurs. gloss.1. & communem fatentur illic Paul. & Fulgos. Cæterum, an id abrogatum sit per illam l. 4
fin.C.de nouatio.qua cauetur, ne vnquam intelligatur facta nouatio, nisi expressim dictũ sit, ambigi inter Scriptores solet, & magis inter eos conuenit, etiam post illam legẽ finalem, per delegationem fieri nouationẽ, vt est videre apud Iaso.in l.singularia, ff.si certum petat.num.137. & apud Afflictum decisio.353.& apud Loffred.cons.18. Porrò secundum nostrates Regias leges, contraria opinio verior est, id est, per delegationem non fieri nouationem, nisi expressim dictum sit, vt cedens liber à debito remaneat: ita enim apertis tibijs annuntiat lex 15.tit.14.part.5.cuius argumento ita tradit illic Greg.Lopez, verbo, *abiermente*, & Auend.in dictiona. verbo, *Delegacion*, necnon Villalobos in antynomia, verbo, *nouatio*. idemque facit Gutierrez de confirmatorio iuramẽto, 1.part.c.61.nu.5. Ista tamen lex Regia, vt ego quidem sentio, accipienda est, & limitanda, vt locum non habeat in illis tribus casibus, quos illa lex 3.C.de nouationibus excipit: nam si cessione facta nouatio locum habet, in illis tribus casibus, multo magis in delegatione eam locum habere dicendum est, cum delegatio maioris sit momenti, & efficaciæ, quam cessio. Neque est dicendum, illam l.3. quod attinet ad illos tres casus, abrogatam esse per illam l fin. C.de nouatio. neque per illam legem 7
septem partiti iuris: siquidem lex noua generaliter loquens non corrigit casus speciales legis antiquæ: gloss. in l.3.C.de silentiar. lib.10.Bart.in l.fed & posteriores, ff.de legibus, & ibidem Oroscius Magister noster non pœnitendus. Iason quoque in l.sciendum, in princip.nu.4.ff.qui satisdare cogã- 8
tur.

tur. Magnus est autem hoc casu nouationis effectus: nam præterquam, quod vt antea diximus, per nouationem pignora, & fideiussores liberentur, & vsuræ non currant, l. nouatione, ff. de nouatio. si cessionarius fuerit negligens in exigendo debito, sui periculi rem agit, neq; aduersus suum debitorem qui cessit, & iam debito deliberatus est regressum habet vllũ, vt apertissimè declarat illa l. 15. tit. 14. p. 5, & probãt etiam l. 2. C. de nautico fœnore, tradit Bald. in rub. de constit. pecunia, & Benuenutus de mercatoribus, lib. 1. cap. 3. & satis apparet ex illa l. 3
9 C. de nouatio, in vers. *quod si delegatione facta*, vbi Accursius nõ sat bene interpretatur verbum illud Clientis, accepit enim pro debitore, vel seruo, cum secundum propriam significationem cliens familiarem sonet, vel eum quem quis sub suo suscepit patrocinio, quales sunt hodiè vassalli, & feudatarij, vt declarat Budeus in l. Herennius, ff. de eui ctionibus, & Eguinarius Varo in §. per traditionem, institut. de rerum diuisione. Sensus igitur illius legis tertiæ est, quod cessionarius distulit exigere debitum à debitore cedentis, quia suus erat cliens, seu familiaris, & ideò sui periculi rem fecit, quia delegatio facta fuerat. Et denique vt hunc locum concludamus, nouatio differt à cessione, & delegatione, tanquam genus ab specie, vt
10 tradit Accursius in d. l. 3. C. de nouationibus, glo. 1. Sunt itaque cessio, & delegatio species nouationis, quando per eas nouatio fieri contigit, quod quando fiat, nos ni fallimur, & breuius, & planius tradidisse videmur, quam antea quisquam fecerit. Ex his autẽ intelligere poteris, an debitore detrectãte implere, quod in posteriore obligatione cõuenit, possit creditor priori obligatione vti: nam si prior obligatio fuerit nouata, non poterit ea vti: sin autem nõ fuerit nouata, vti poterit, sicut latius tradit Dec. consi. 265. & 580. & Ias. in l. debitorum pactioni bus. C. de pacti, num. 9. & Couar. lib. 1. var. cap. 14. nu. 6. & nos quoque altius de eare egimus lib. 2. rer. quot. cap. fin. 1. par. §. 12. limit. 12. quibus addito leg. 41. tit. 14. p. 5.

SVMMARIVM. differentiæ 51.

Inter crimen & reatum, quæ sit differentia, numer. 1.

Lex, si diutino, ff. de pœnis, explicatur, nu. 2.

Ordo priscorum Iurisconsultorum in criminalibus traditur, nu. 3.

Solemnitas iuris antiqui, quando aliquis recipiebatur inter reos, nu. 4.

Abolitio vnde sumpserit originem, nu. 5.

Reatus ex iure antiquo quando diceretur, numero, 6.

Inter crimen, & reatum. Differentia, 51.

INter crimen, & reatum nihil interest, vul 1
gus Iurisperitorum, atquè etiam Grãmaticorum opinatur: sed decipiuntur non mediocriter, siquidem crimen est peccatum ab homine commissum, vt scitũ omnes: reatus autem est status ille in quo est reus inter eadum aut condemnatur, aut absoluitur, l. fin. § fin. ff. de his qui ante sententiam sibi mortem consciuere, l. 3. §. quod pater. ff. de mu- 2
neribus & honor. l. is qui, ff. ad leg. Iuliã maiest. *Is qui* (inquit) *in reatu decedit, integri status decedit.* Ex quo intelligi par est, quid sibi velit Iurisconsul. in l. si diutino, ff. de pœnis: *Si diutino* (inquit) *tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius sublexanda erit.* Non vult enim Iurisconsultus, vt diuturnitas post commissum delictum pœnam minuat, sed vt qui diù in carcere fuerit, subleuandus sit: sordes enim illæ, squalor carceris diù à reo perpesta, in causa sunt, vt mitius cum eo agatur: estque is verissimus, ac iuxta planissimus illius legis intellectus: licet aliter illic interpretetur Accursius, sequanturquè cæteri antiqui, atque ex recentioribus Anton. Gom. in comment. tom. 3. cap. 1. num. 8. & Iul. Clar. in praxi. §. fin. quæst. 60. nu. 32. in quos merito inuehitur Budeus in dict. l. si diutino, & Corras. Miscellanearum libr. 2. cap. 20. Alciat. quoque Parergon lib. 2. cap. 10. Quanquam illud, quoniam recentiores isti omisserunt, adijciendum esse putaui, ve tusto illo Iurisconsultorum tempore in causa criminis illum ordinem obseruari solẽne fuisse, vt principio de causa prescriptionum disceptaretu, scilicet, an legitimus sit accu- 3
sator, an competens sit iudex, aliisquè huiusmodi, quæ dilatoriæ exceptiones vulgo vocantur postquã vero constaret locum accu- 4
sationi fore, tunc reus recipiebatur inter reos, id est, nomen eius scribebãtur in codice reorũ, qui ad eam rẽ destinatus erat, qui propria veste exutus, pullam induebatur vestem: quod si postea crimen ei condonari contigisset, nomen eius delebatur de libro, vnde abolitionis verbũ frequẽs est in iure. 5

Hæc demonſtrant nobis quam plures iuris loci, preſertim lex ſi maritus, 15. ff. ad l. Iul. de adulterijs, & l. adulteram, C. eod. tit. l. 1. & ſeq. ff. de abolitionibus. Liquet etiam ex Sueto. in vita Aug. Cæſaris, cap. 32. *Diutur norum* (inquit) *reorũ, & ex quorum ſordibus nihil aliud, quam voluptas inimicis quæreretur, nomina abolebit.* Quod autem de pulla veſte diximus, cõſtat ex Plutarcho in vita Cicer. his verbis: *Quare actus in iudicium Cicero huius criminis reus, neque à mediocris potentiæ viris oppreſſus veſtem atram aſſumit, & profluen te coma plebẽ orare, & ſupplex ambire cogitur.* Igitur inter medium illud tempus in quo
6 erat reus, poſtquã recipiebatur inter reos, donec aut abſolueretur, vel condemnaretur, reatus dicebatur. Ex quo etiam liquet, rei appellationem non ſignificare delinquẽtem, ſed eum qui criminis accuſatus eſt: porrò non omnes qui accuſantur, delinquentes ſunt: quod & ſatis oſtendit Cicer. libr. 2. de Oratore: *Reos* (inquit) *appello nõ modo eos qui arguũtur, ſed omnes de quorum re diſceptatur.*

SVMMARIVM.

§. *Primi.*

Qui effracto carcere fugiunt, diuerſo modo puniuntur, nn. 1.

Puniendus non eſt qui aperto carcere re inuento, animo reuertendi lapſus eſt, ſi non multa mora facta reuertatur, nu. 2.

Mulier quæ virum ſuum de carceribus exemerit, non punitur: & quia in patre filium, eximente, nu. 3.

Qualiter ſit intelligenda ſuperior concluſio, & diſtinguitur, an per induſtriam, an vero per conſpirationem & carceris effractionem vxor, aut pater, maritum, vel filium liberauerit, & an carceratus nocens ſit, vel innocens, num. 4.

Cuſtos carceris, cuius lata culpa carcerati euaſe runt, qualiter puniatur, nu. 5.

§. PRIMVS.

1 ATque vt aliquid de his qui in reatu, ſeu incarcere ſunt, dicamus, ſciendum, eſt leges imponentes pœnas his, qui effracto carcere effugerint, vario modo in hoc ſtatuere: hæc ſunt, l. 1. ff. de effractoribus, & l. in eos ff. de cuſtodia reorum, l. 13. tit. 29. part. 7. & l. 7. tit. 26. lib. 8. Recopilatio. Sed quemadmodum conciliandæ ſint, præter claſsicos ibidem, conſulito Anton. Gom. in l. 76. Tauri, num. 12. & in titulo de captura reorum, num. 11. Auend. reſp. 15. Olanum in concordia iuris: litera, F. num. 106. Iulium Clarum in praxi criminali, quæſt. 21. nu. 26. Boer. dec. 213 cum tribus ſeq. Illud tamen non obliuiſcaris, ſi quis reuerten 2
di animo elapſus fuerit è carcere, quem fortè apertum inuenit, & ſtatim non multa mora facta reuertatur, puniendum eo nomine non eſſe, Bald. in l. 1. C. de ſeruis fugitiuis, Faber, & Angel. in §. pauonum, inſtit. de rerum diuiſion. teſtatur communem Iulius Clarus in praxi, quæſt. 21. num. 28. Et hinc eadem cauſa erit eiuſque aufugerit è carcere, ſuperioremquè adierit iudicem, vt eſt argumento text. in cap. dilecti, de appellatio. & tradit Calcialupus de debitore fugitiuo, ſub principium. Ceſſabunt etiam illarum le 3
gum pœnæ in muliere, quæ virum ſuum de carceribus exemerit, vt placuit Dec. conſil. 773. volum. 4. num. 12. Caſtello in procemio, l. Taur. verbo, ruyna, Auiles in capit. Prætorum, cap. 7. verbo, carcer. Ignoſcendum eſt etiam patri, qui filium eruerit à carcere, vt ſcriptum reliquit Corſetus de poteſtate Regia, quæſt. 25. num. 34. in perſona eius qui manu armata exemerat filiũ de carceribus, qui erat morti addictus: & tamen propter affectionem, pietatemq; paternam impunè tuliſſe ait. Verum ego hæc ſic accipienda eſſe putò, vt ſi pater, aut vxor, qua ar 4
re, aut vafritie fruſtrati vincula, eripuerint maritum, aut filium de carceribus, pœnas non pendant: cuius rei exemplum refert Valer. Maxim. lib. 4. cap. 6. de mulieribus Minijs, quæ maritos à Lacedemonijs capite damnatos inuiſentes, tanquam vltimum vale dicturæ, commutata cum eis veſte, è carcere eripuerunt, ipſæque in carcere remanſerunt. Et idem facinus patraſſe referunt Hiſpaniæ annales, Comitiſſam Sanctiam, quæ illuſtrem illum Ferdinandum Gundiſaluum coniugem ſuum, quem Sanctius Legionenſis Rex in vinculis habebat, eripuit è carcere, cõmutata cum eo veſte. Habemus etiam ſimile exemplum apud Palacium Rubeum in repetitione rubricæ de donatio. inter. §. 50. de muliere Caſtellana, quæ ſimili techna, ſeu fallacia maritum eripuit à morte: hoc enim caſu, ac ſimilibus ego mulierem, patremquè abſoluendos eſſe putauerim. Cæterum a vi adhibita, ſubſiſto, diſtinguendumquè exiſtimo. Aut reus eſt innocens, & etiam putauerim patrem, vxoremquè illum è carceribus eximentem, quanuis

rei,

rei, modo non cuenta, impunè esse laturos quia permissum cuique est, nudũ patri, aut vxori, innocentem eripere à morte, text. in c. non in inferenda 23. q. 3. cuius sensum exactè expendit Nauar. in peculiari tractatu de ea re edito, & eodem spectãt, quæ affert Couarr. resol. lib. 1. c. 2. n. 12. & Gutierrez Canonicarum quæst. lib. 2. cap. 24. sub finẽ. Hoc tamen ita erit, nisi facta conspiratione carcer fuerit effractus, nam conspiratione facta, etiam insontes pœnas pendũt effracti carceris, iuxta luris consultum in l. in eos, ff. de custodia, & exhibitione reorũ. Porrò si reus iuste fuerit detentus in carcere, nõ impunè (mea quidem sententia) laturi sunt pater, aut vxor illum vi eximentes l. addictos. C. de Episcopali audientia, alioqui futurum esset, vt publica carceris custodia ludibrio haberetur, si quæ certum est iust tiam administrari non posse. l. nemo carcerem. C. de exact. tributorum lib. 10. Alias non paucas exceptiones, in quibus cessat pœna effracti carceris, legitore apud Soci. reg. n. 163. & apud Dueñ. reg. 393. Sed & illud non obliuiscaris custodem carceris, seu commentariensem, cuius lata culpa factum est, vt custodiæ
7 carcere euaserint, debere pœna mortis puniri, scilicet, cum custodiæ capitaliter erant puniendi, l. milites. ff. de custodia, & exhibitione reorum, tradit Marantha in speculo 4. par. dist. 1. num. 64.

SVMMARIVM.

§. secundi.

Lex 22 tit. 1. part. 7. explicatur. num. 1.

Transactio super homicidio, an sit facienda cum omnibus consanguineis occisi? an vero sufficiat cum proximioribus, breuiter, & eleganter disputatur. num. 2.

Ius vindicandi mortem defuncti, incumbit omnibus hæredibus. num. 3.

Propinquiores tantum consanguinei posse homicidæ necem condonare, ex communi resoluitur. num. 4.

Transactio super homicidio, an fieri sufficiat cũ hæredibus occisi, licet cum consanguineis non fiat, num. 5.

Mater potest mortem filij vindicare, licet pater occisi necem condonauerit. num. 6.

Reus tenetur seruare pacta, quæ promisit in pace ineunda. num. 7.

Reo non obseruante promissa, aduersus eum accusator pro illis obseruandis potest actionem instituere, non veterem accusationem refricare. num. 9.

L. 22. tit. 1. part. 7. non procedit, vbi crimen fuerit tam enorme, vt necesse sit ad publicum exẽplum, reum aliqua animaduersione puniri. num 9.

§. SECVNDVS.

CÆterum vt de abolitione, de qua mentionem fecimus aliquid dicamus, habemus apud nos egregiam quandam legem, eandemque maiorem in modum vtilissimã qua cautum est, vt reus qui abolitionem, seu remissionem impetrauit ab aduersarijs, nõ puniatur pœna mortis, aut alia corporali, ea est l. 22. tit. 1. p. 7. cuius argumentum luculenter tractauit Doctor Villalpando Legionensis aduocatus peculiari de ea re edito commentario, seu repetitione vt vocãt, vbi ait, illam legem sic communiter intelligi, & cum eo plerosque ex nostratibus conuenire video. Potissima autem quæstio quæ 2
circa illam legẽ incidere solet, ea est, an vt beneficium illius legis locum sortiatur, sit facienda transactio cum omnibus consanguineis occisi, vel an satis sit à propinquioribus veniam impetrasse? Quæ quidem quæstio, vt mihi videtur, tres habet articulos. Primus articulus est de venia impetrãda ab hæredibus: secundus de venia impetranda à consanguineis: tertius est articulus, an sufficiat pacem fecisse cum hæredibus, vt necesse non sit veniam à consanguineis impetrare? In primo autem articulo de hæredibus duæ sunt opiniones communes, & sibi inuicem repugnantes: alijs siquidem placet satis esse, factam esse pacem cum maiori parte hæredum, neque omnium hæredum veniã esse necessariam. In hac sententia fuit Bart. in l. 2. §. Cato, ff. de verb. oblig. eiusque opinionem communem esse perhibet Curtius in l. transigere. C. de transact. n. 34. & alij apud Iulium Clarum in praxi. §. fi. q. 58. nu. 34. Alij contra putant, omnium hæredum veniam impetrandam fore, & hanc quoque communem testatur Felin. in c. cum omnes, 3
de constit. n. 27. & Ripa in d. §. Cato: n. 15. & hæc mihi magis arridet opinio, quoniam ius vindicandi mortem defuncti, ex æquo omnibus videtur incumbere hæredibus, vt in l. 1. ff. ad Syllanianum. Secundus articulus est de venia, seu abolitione à consanguineis impetranda. In qua quæstione inter nostrates magis conuenit, non esse necesse, vt

omnes consanguinei necem cõdonent, sed satis esse, si propinquiores condonauerint. In hac sententia fuit Greg. in d. l. 2. verbo, *consus aduersarios*, & iterum glossa magna, & ibidem Villalpando 2. part. §. 25. num. 4. & eiusdem sententiæ videtur esse Couar. lib. 2. variar. cap. 10. num. 5. & Ant. Gom. in Comment. tom. 3. cap. 3. num. 61. & Padilla in repetitione legis transigere. C. de transactionibus, num. 12. Didacus Perez in l. 1. tit. 11. lib. 1. ordin. Matien. in l. 2. tit. 1. lib. 1. Recopil. gloss. fin. & illic Azeued. n. 7. Et horum mihi verior videtur opinio, quoniam leges non faciunt copiam accusandi omnibus cõsanguineis defuncti, sed propinquioribus tantũ. l. si plures. ff. de accusat. l. 3. §. si plures. ff. de sepulchro violato. l. 1. & 5 12. tit. p. 7. l. 14. tit. 8. eadem part. Quod autem attinet ad tertium articulum, nempè an sufficiat venia hęredum, neque sit necessaria abolitio consanguineorum, nostratibus magis placere video, sufficere; pacem factam esse cum hæredibus, neque esse necesse, quod venia à consanguineis impetretur. In hac sententia fuit Anton. Gom. in Commẽ tarijs tom. 3. cap. 3. n. 64. Cui se subscripsit Matienç. in d. l. 3. tit. 1. lib. 5. Recopil. glo. fin. & illic Azeuedo, qui in suam sententiam acciscunt Franciscum de Rip. in l. 2. §. Cato. ff. de verb. oblig. ad finem. Ego verò hæreo, an hæc vera sit opinio, cum videam leges ciuiles, & Regias admittere ad accusandum non solum hæredes, sed etiam cœteros consanguineos occisi, velut apparet ex legibus modo citatis, atque aliàs passim. Ripa verò (cuius authoritate nostrates in errorem inciderunt) loquitur in statuto, quo cõprehensum erat, vt homicida occideretur, nisi pacem obtinuisset ab hæredibus occisi: at legis regiæ verba latius patent, nam aduersariorum veniam postulat, seu abolitionem, atque ita diuersa res stat. Stat etiã pro nobis Bartoli sententia in leg. si filius. ff. de vulgari, & pupill. substitut. in fine, vbi ait, ius vindicandi mortem defuncti, nõ esse hæreditarium, sed sanguinis. Bartoli autem opinionem communem esse, & ipse Ripa testatur in dict. §. Cato. numer. 101. Denique mediocriter nobis opitulatur. leg. 2. C. de abolitionibus criminum, quæ non solum hæredum, sed etiam cognatorum abolitionem necessariam esse ostendit. Quibus conueniens est dicere, veram esse sententiam Salic. in l. vxor. C. qui accusare non possunt dicentis, si pater condonauerit mortem filij, posse adhuc matrem ius suum persequi: & eodem pertinent quæ affert Boer. decis. 120. & 333. nam etsi maritus nolit mulieri præstare authoritatem ad accusandum, poterit iudex ex iusta causa illam præstare, ex l. 57. Tauri, & quæ affert Ias. in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iud. col. 4. An vero filij spurij impetranda venia sit, tractat Greg. Lop. in l. 6. tit. 23. p. 3. verbo mancilla, & an fœminarum etiam venia obtinenda sit, tractat Campecius de dote. 5. p. §. 49. n. 2. & an tu tutoris venia sufficiat sine minore, tractat Auend. in c. correct. 2. p. c. 10. n. 43. & denique multa alia ad illius Regiæ legis interpretationem attinentia. affert Iul. Clar. in prax. q. 58. ideò nos hic missa facimus. Illud 7
tamen non omisserim, conditiones, & pacta quæ reus in pace ineunda seruare promisserit, validas esse, authore Ioan. Gutier. in authentica Sacramẽta puberum. n. 137. Illud tamen quia Gutierrez omisit, in memoriã refricabo, reo pacta concordiæ non obser- 8
uante, haud posse accusationem redire, sed postulari potius debet, vt cogatur reus placitis obedire, sicuti definit Imperator in l. quamuis. C. ad Senatusconsultum Turpillia, proinde consilium erit, vt in pactis concordiæ hoc exprimatur, ideſt, adijciatur, vt reo non obtemperante conditionibus appositis, possit actor ex integro ius suum perse- 9
qui illud quoque non erit omittendum, il- 6
lius Regiæ legis 22. definitionem cessare, quando crimen fuerit tam enorme, & graue tantumque in plebem spargere scandali, vt necesse sit ad publicum exemplum, vt reus aliqua animaduersione puniatur, velut placuit Villalpando eodem loco, §. 6. & Greg. ibidem, & Auend. in c. correct. 2. p. c. 16. n. 23. Sed testubus minimè opus est, cum id expressim sit definitum in l. 10. tit. 24. lib. 8. Recop. cuius sensum commodissimè explicat Olanus in concordia iuris, verbo accusator. n. 33. & 37. erit pro exemplo, si monialis rapta sit, non erit enim eo casu tanti momenti venia consanguineorum, vel ipsius Abbatissę, vt reus mortis pœnam non luat.

SVMMARIVM.

§. primi.

Iniuria ex conuersatione censetur remissa. numer. 1.

Maritus vxori reconciliatus censetur ignouisse adultero. num. 2.

Iniuria ceuſetur remiſſa per conuerſationẽ, quãdo conuerſatio præcedit accuſationem: ſecus ſi poſtea ſequatur, num. 3.

Maritus vxori reconciliatus poteſt vxorem in idem, vel aliud adulterium prolapſam iterũ accuſare. num. 4.

In abolitione à Principe impetranda quid ſit obſeruandum remiſſiue. num. 5.

Per Principis abolitionem tollitur delicti non infamia à iure cõtracta, niſi ſpecialiter infamiæ ſordes aboleatur. num. 6.

§. TERTIVS.

1 ALiud eſt etiam abolitionis genus cum is qui iniuriam accepit, conuerſatur cũ eo qui iniuriam fecit, eo ipſo ſiquidem videtur iniuriam remiſiſſe. §. final. inſtitut. de iniurijs, lex 22. titul. 9. partita 7. Proinde ſi maritus cum adultero conuerſatus fuerit, non ignarus adulterij, iniuriam condonaſſe intelligendus eſt, lex mulier. §. finali. ff. de a-
2 dulterijs. Quin illud probandum eſt, ſi vxori reconciliatus fuerit, & adultero ignouiſſe videri, vt eſt Auctor Cifuentes in lege 80. Tauri, quæſtione 6. & illic Antonius Gomez, numero. 72. Placuit etiam Gregorio Copin. in l. 22. titulo 1 partita 7. verbo, *el marido*. Hoc autem, quod diximus per con-
3 uerſationem, videri iniuriam remiſiſſe, accipiendum eſt, dummodo conuerſatio fuerit ante accuſationem criminis, aliter atque ſi poſt accuſationem cõuerſati fuerint, nam eo caſu non videtur remiſſa iniuria, quæ iam in iudicio delata fuerit ſecundum Abbatem in capite olim numero 6. de iniurijs cui illic aſſentitur Marianus Socinus, numero 45. & Capella Toloſana, deciſione. 233 id quod lex illa nona ſeptem partiti iuris ſatis ſignificare videtur dum ait. *Que de alli adelante no pueda demandar enmienda de tuerto, y deshonra que le huuieren antes fecho*, & poſt hanc noſtram ſcripturam reperi idem placuiſſe Azeuedo in lege ſecunda titulo. 10. lib. 8. Recopilationis, num. 187. Proinde ſequenda hæc erit opinio, tametſi Gregor. Lop. anceps fuerit illic verbo reſpondetur.

Illud etiam meminiſſe oportebit, ſi mari
4 tus mulierem adulteram reconciliauerit, nihilominus poſſe eam poſtea in idem, vel aliud adulterium prolapſam iterum accuſare, vt docet Palac. Rub. in repetitition. cap. per veſtras. §. 9. num. 18. & Villalpando in l. 22. tit. 1. part. 7. §. 13. merito diſcedentes ab Archidiacono, in cap. de Benedicto. 32. q. 1. & à Saliceto, in l. quoniam. Alexandrũ. C. de adulterijs contrarium affirmantibus, qui ſane circunuenti ſunt ex argumento illius capituli de Benedicto, quod tantũ abeſt illorum opituletur ſententiæ, vt contrariũ apertè ſignificet, dum ait: *Nullum ei duntaxat ſimile committenti periculum illaturus*: illa enim dictio duntaxat non obſcurè Palac. Rub. probat ſententiam: probat etiam lex 8. titul. 17. part. 7. & illic annotat Gregorius Lopez. Solet etiam abolitio criminis à Rege impetrari, vt habetur in l. 1. titul. 33. part. 7. In ea vero impetranda quid obſer- 5
uandum ſit plene eſt expoſitum in l. 2. titul. 25. lib. 8. Recop. cui addito, licet per huiuſmodi Regiam abolitionem tollatur pœna delicti, infamiam tamen qua reus iure notatus eſt minimè tolli: vt eſt definitum in l. fin. C. de abolitione generali, & tradit Paris de ſyndicatu. §. 3. de tortura. cap. 2. quæ res facit, vt reus ita infamia notatus Curiam Regiam intrare, non valeat: ſiquidem infames Regia Curia interdicuntur, vt patet in l. Prętor ait. §. fin. ff. de his qui notantur infamia & denique patietur omnes pœnas, quas per leges patiuntur infames. Cautio igitur erit, vt in impetranda à Rege hac criminis indulgentia, aboleatur etiam infamiæ ſordes.

SVMMARIVM.
Different. 52.

Noxia quid ſit num. 1.

Noxa quid ſit. num. 2.

Quadrupes occidens hominem, occidendus non eſt. num. 3.

Qua de cauſa occidatur animal, cum quo homo coiuit. num. 4.

Inter noxam, & noxiam. Differentia 52.

INter Noxam, & noxiam illud intereſt, 1
quod noxia eſt delictum, vnde prouenit damnum, quod præſtandum eſt, aut pro eo corpus, quod peccauit, putà ſeruus, aut quadrupes. Noxa eſt pœna dãni dati hoc eſt corpus ipſum, quod nocuit, quo dominus maluit defungi noxæ, ſeu pœnæ dedendo, quã litis æſtimationem ſufferre, ſicuti expoſitũ 2
eſt à Iuſtiniano in principio inſt. de noxalibus

bus actionibus,& Iuriſcõſulto in l.1.ff.eodem titulo,& in l.1.ff.ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur,quæ loca dum Valla nõ ſatis intellexit,temere, vt ſolet, in noſtros blateratIuriſconſultos,libro 6.elegantiarũ cap.35. Proinde merito eum carpit Alciatus lib.4.ff.de verborum ſignificatione, n. 3 135.In tractatu autem de noxa illud quæri ſolet, an ſi quadrupes hominem occiderit occidendus ſit? Et quamquam aliqui in exẽplum id vſurpent,in criminis,videlicet,deteſtationem,verius eſt tamen,debere iudicẽ ab hoc genere pœnæ abſtinere: vt eſt relatũ apud Couarr.variar.reſolutio.lib.2.cap.8. num.1.& apud Iulium Clarum in praxi criminali,quæſt. 99. & expreſsim extat apud nos definitum in l.fi.tit.10.lib.7. Recopil. quia nimirum pœna non poteſt cadere in 4 his quæ ratione,& intellectu carent. Diuerſa cauſa eſt,quando homo coit cum bellua, quia tunc ne hominis flagitium in memoriam refricetur,atque vt illius penitus obliteretur recordatio,cautum eſt iure,tam diuino,quam humano,vt animal etiam morte mulctetur,vt habetur in Leuit.c.20.& in c.mulier 15.q.1.& in l.2.titu.21.p.7.& eo iure vtimur.

SVMMARIVM.

§.*Primi.*

An paſcuorum cuſtodi cum iuramento aſſeuerãti,ſe aliquem in noxia comprehendiſſe, credẽdum ſit.num.1.

Paſcuorum cuſtodi non eſſe plenam fidem adhibendam,ſi ſit leuis exiſtimationis, vel debeat habere partem condemnationis.num.2.

Dominus agri non poteſt aliena pecora includere quæ inuecerit in ipſius agro.Hodie vero innoxia deprehendi poſſe probatur, donec pro eis offerantur pignora.num.3.

Dominus agri includẽs aliena pecora tenetur domino pecorum præſtare,ſi quid damni, aut detrimenti ſua culpa acceſſerit.num.4.

§. PRIMVS.

1 SEd & illud dubitari ſolet,an pubico paſcuorum cuſtodi (qui vno verbo Saltuarius Latinè appellatur) plena ſit habenda fides,quando adiuratus declarat,ſe aliquem in noxia comprehẽdiſſe? Tractatum eſt autem hoc apud Antibolum de muneribus,§. 4.in fine,& apud Auendañum in cap. Correctorum 1.part.capit.1.& apud Doctores in c.cum parati de appellationibus,& apud Tiraq.in tract.linag.§.8 gloſ.9.& Capicii deciſ.45.Quibus magis placet credendum ei eſſe:opitulaturque illis quod à noſtris cõmuniter traditur in his quæ rure,ſeu cremo committuntur,non tam exactam exigi probationem,quã cæteris in cauſis,ſed ſatiseſſe eo caſu veritatem præſumptionibus & argumentis comprehendi,Bart.in l.ſi quis ex argentarijs. §. & an hæredi. ff. de edendo. Suffragatur etiam huic opinioni.l.3.tit.15 lib.3 & l.7.tit.4.lib.4.fori legum.Hanc tamen opinionem accipiendam putat Antibolus in illo ſuo extremo libello de muneribus,niſi ſaltuarius ſit leuis exiſtimationis, vel ex conſuetudine, aut municipali ſtatuto partem habere debeat de condemnatione,ſeu mulcta:nam eo caſu plena non eſt ei habenda fides,niſi alia accedant argumenta,& præſumptiones,neque exiſtimat Antibolus ferendas eſſe leges municipales contrarium ſtatuentes tanquam iuri rationiquè repugnãtes,& hæc Antiboli diſtinctio maiorem in modum mihi arridet, opitulaturque illi,l.1.tit.7.p.3. in fine. Illud quoque admonuiſſe oportebit,quod ſcriptum eſt à Iuriſconſulto in l.quintum cum ſequenti. 3 ff.ad legem Aquiliam,non poſſe dominum agri includere pecora aliena,quę ſuo in prędio offendit:cui conuenit l.24.tit.15.part. 7.moribus gentium,& populorum ſtatutis exoleuiſſe:hodiè enim eo iure vtimur, vt animalia innoxia deprehenſa includi poſsint donec pecorum dominus offerat pignora pro eis,quodvulgo dicimus,*dar prẽdas mueras por las vinas*.Auendañus in cap. Correctorum.1.part.c.13.Matienço,& Azeuedo in l.1.tit.17.lib.5.Recop.verbo,*perſonas publicas*,& ante eos Affictis in conſtitutionibusSicilianis,lib.3.rubr.36.&37.&Pet. Lenauderi,de Doctoribus 4.p.q.81. Capicius deciſ.41.extatque apud nos de ea re text.in l.12.tit.7.lib.7.Recopil.Debet tamen is qui pecora iucludit nõ maligne abigere alioquin ſi quid damni,aut detrimenti ſua culpa acceperint, tenebitur domino præſtare ſecundum Prudent.de Syndicatu §.negligentia,cap.5.num.6.& ſuperiores auctores tradunt, His illud adiungi poteſt, quod eſt apud Palac. Rubeum in capit. per veſtras.§.18.n.34.ſi pecora reperiantur nõ in agro de paſto,ſed ſecus agrum, ſatis eſſe ad condemnationem,niſi econtrario probetur damnum ab alijs eſſe datum,cui ſuffragatur. 4

gatur l. 11. ti. 23. lib. 8. Recop. & quæ affert Guido Pap. in tractatu de indicijs, & tortura num. 29.

SVMMARIVM. Differentia. 53.

Vsus quid sit? num. 1.
Vsura quid sit? num. 2.
Quare vsura in mutuo tantum locũ habeat, redditur singularis ratio. num. 3.
Reprehenditur opinio dicentium, vsuram ad quemlibet contractum pertinere, fœnus autẽ ad mutuum tantum. num. 4.
Inter vsuram: & fœnus nihil intereſſe, ſed eſſe nomina ſynonima. num. 5.
Sinonima quæ dicantur. num. 6.

Inter vſum, vſuram, & fœnus. Differentia 53.

1 VSvs nihil aliud eſt quam ius vtendi ſalua rerum ſubſtantia, gloſſa in l. 1. ff. de vſu & habitatione, & definit expreſsim Romanus Pontifex in Extrauaganti. Ad condi-
2 torem, de verbor. ſignificat. Vſura autem eſt vſus improprius, diciturque de ijs rebus, in quibus vſus propriè non cadit, veluti de tẽpore, de vita, & cæteris illius modi. Cicero
3 Tuſculanarum lib. 1. *Natura dedit vſuram vitæ, ſicut pecuniæ, nulla præſtituta die.* Seneca in declamationibus: *Si mihi vnius diculæ vſuram permiſiſſet*, cum autem in mutuo (ideſt his rebus, quæ pondere, numero, menſura vè conſtant) vſus propriè non cadat, ſed potius dicatur abuſus, vti liquido apparet ex l. hoc Senatuſconſulto. §. 1. ff. de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſumuntur, & in l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiurand. ſit vt in mutuo vſura propriè nomen habeat in cęteris vero contractibus, in quibus vſus propriè cadit, veluti in locato, & conducto, non habeat: id quod etiam tradunt Innocent. Abbas, & reliqui in rubrica de vſuris. Quam rationem latius proſecuti ſumus lib. 2. rerũ quotid. cap. 2. n. 2. ideò
4 hic pluribus non repetam. Inter vſuram autem, & fœnus illud inter eſſe nonnulli opinantur, quod vſura latè pateat, adomneſquè contractus referatur: fœnus autem ad mutui tãtum contractũ reſpiciat: eſt in hac opinione Sotus de iuſtitia, & iure, lib. 9. q. 1. art. 1. cui acceſsit Didacus Perez in rubr. de vſuris lib. 8. ordin. Sed non ſatis (quod bona eorũ venia dixerim) rem percepiſſe videntur, cũ vſuræ appellatio ad mutuum duntaxat, aut expreſſum, aut tacitum ſpectet, vt ſuperiores tradunt auctores. Putò igitur nihil inter hæc eſſe diſcriminis, ſed ſynonima eſſe nomina, id quod non obſcurè oſtendit Iuriſconſult. in l. nihil intereſt, de nautico fœnore, in hæc verba: *Vtrobique igitur maius legitimæ vſuræ fœnus non debebitur.* Dicuntur autem ſynonima (ne quid obſcurum relinquamus) cum diuerſa verba eandem omnino rem declarant, vt docet Quintil. lib. 10. inſtitut. c. 1. Synonima autem, ſiue æquiuo 6
ca dicuntur, cum idem verbum, aut nomen plura ſignificat: quod & oſtendit illud Mancineli diſtichon:

Dictio multa notans dicitur æquiuo cum eſſe,
Quæ vnum ſignant, dic eſſe ſynonimæ voces.

SVMMARIVM. §. primi.

Venditio facta pro iuſto pretio, etiam cum pacto de retrouendendo, vtroque iure valida eſt. num. 1.
Venditio facta minimo pretio, an cenſeatur vſuraria, & recitatur opinio tenentium partem affirmatiuam. num 2.
Contractum non cenſeri vſurarium ex modico pretio, niſi in ſolitis fœnerari, ex veriori opinione reſoluitur. num. 3.
Superior concluſio auctoritate legis Regiæ comprobatur. num. 4.

§. PRIMVS.

DE vſuris autem cum multa ſuccurant, 1
pauca tamen dicam, cum, & nimis longus eſſe nolim, atque ex multorum ſcriptis id facilè cognoſci poſsit, nec non ex ijs, quæ exactius diximus, lib. 2. rerum quotidian. cap. 2. Atque illũ primũ diſpiciamus, quod in vſu fori ſæpe venire ſolet, cum venditio facta eſt adiecto pacto de retrouendendo (quam fiduciariam venditionem veteres appellabant, auctore Budeo in l. poſteriori. §. venditias ff. de origine iuris (an vſuræ labetalis contractus impingi poſsit? Et planè ſi iuſto pretio facta ſit venditio, indubitati iu-

ris eſt

ris est, validam esse vtroque iure, tam diuino, quam humano, leg. 2. C. de pactis inter emptor. & venditor l. 42. tit. 5. part. 5. & illic interpretes omnes. Porrò si pretium fuerit modicum, ideſt, minus quam dimidium iusti pretij, hic maxima est inter iuris interpretes concertatio, an contractus sit iudicã
2 dus vsurarius. Huius disputationis magnus est effectus: nam si contractus est vsurarius, poterit venditor perpetuo illius petere rescisionem, cum alioqui intra præscripta à iure tempora experiri valeat, vt intelligere licet ex illa l. 2. atque ex illa Regia lege. Deinde si contractus vsuræ labe laboret, tenebitur emptor fructus perceptos restituere, cũ cætero qui emptor fructus suos faciat, vt superiores satis dant intelligere. Vt igitur proposita absoluamus quæstionem, secundũ est, gloſſam in cap. conqueſtus, de vsuris, in ea fuisse sententia, vt existimaret, talem vẽditionem minimo pretio factam, vsurariam censeri, cui accesit illic Abbas, ac item in capit. ad nostram, de emptione, & vẽditione, & hanc perhibet communem esse opinionem idem Abbas consilio 76. lib. 1. & magis communem testatur Martinus Gribaldus in volumine communium opinionum libro 6. verbo fœneratitius, & Boerius consil. 12. & alij relati à Couarruuias lib. 3. variarum, capit. 8. num. 4. & ab Azeuedo in l. 4. tit. 6. lib. 8. Recopilationis, num. 24 Verum autem fundamentum totum est ex capit. ad nostram, de empt. & vendit. atque ex
3 cap. illo vos, de pignoribus. Contrariam verò opinionem, nempè non fore præsumendum contractum esse vsurarium ex modico pretio, & pacto retrouendendo, nisi cũ emptor solitus est vsuras exercere, tradunt Iacobus de Arenis, Cynus, & Salic. in l. ab emptione. C. plus valere quod agitur, & hãc (ne longius abeamus) maioris authoritatis patronis, fautoribus quæ defendi, testatur Cœpola de simulatione contractus, casu sexto, adijciens, non esse ab ea discedendum, neque iudicando, neque cõsulendo: idemquè facit. Tiraq. de retract. conuẽtionali, in præfactione, nu. 5. Mascard. de probationibus, tom. 1. conclus. 447. & Decian. responso 2. vol. 1. num. 177. & hanc ego (si quid tamen mea valeat authoritas) probandam magis esse puto, quoniam animaduerto, contrariã opinionem minimè probari in d. c. ad nostram, neque in illo capitulo, illo vos, loquũtur enim textus illi, quando cum pacto de retro vendendo, & modico pretio adiectæ fuere aliæ clausulæ, quæ vsuræ suspicionem præ se ferebant, vti ex ipsis colligere licet, & tradunt Cœpola. Tiraqu. & Couarr. locis paulo ante citatis. Si igitur in illis capitulis contraria non probatur opinio, par est, vt non debeamus iuris inducere correctionem sed magis sequi debeamus definitionem legum, quibus expresim hoc pactum de retro vendendo approbatur, præsertim cum omnia iuris exempla nos doceant, in re dubia non esse præsumendum delictum, sed potius præsumendum esse, contractum esse licitum, quam vsurarium, secundun Iassonem in l. 1. num. 26. C. de seruis fugitiuis, & denique, vt quod potentissimum est, non omittam, hãc opinionem videtur apud nos
4 recipere. l. 4. tit. de las vsuras, lib. 8. Recop. vbi agens legislator de hoc pacto de retro vendendo esse censendum, quã si sic fuerit factum non aliter definit, illud vsurarium, vt non liceat venditori redimere, nisi post certum tempus, & interim emptor fructus lucrifaciat; certum est enim illius legis conditorem non latuisse istorum Doctorum factionem, & controuersiam, & tamen non damnat vsurę contractum, nisi illi accedant pactiones illæ ab ipsa lege improbatæ.

SVMMARIVM. §. secundi.

Re vendita in diem pretio riguroso, an ante diem vel prope diem, licitum sit venditori eandem rem habere ab emptore, pretio minus riguroso? & Nauarri opinio recitatur. num. 1.

In præcedenti quæstione auctoris opinio quantum ad forum conscientiæ ponitur. num. 2.

Contractum, de quo in capite quæstionis, quoad forum iudiciale, illicitum esse probatur. num. 3.

Frumentum vendi potest habita fide pretij, eo pacto, vt solutio fiat ex pretio in mense Maij, & contra testimonium de pretio à notario præstitum, reus admittendus est ad probandum de maiori pretio. num. 4.

In superiori casu debitor non tenetur ad solutionem maioris pretij, sed communis. num. 5.

Venditor non tenetur deducere impensas quas erat facturus in conseruatione frumenti. nu. 6.

Si pretium frumenti immoderate creuerit, reduci debet ad tolerabilem æstimationem. n. 7.

Vndenarium numerum in malam partem accipit, & qua de causa num. 8.

§. SE-

§. SECVNDVS.

SEd & illud hoc loco videndum est verũ
1 ne sit, quod est apud Nauarrũ in Manuali, cap. 17. num. 242. Quæritur enim apud illum an venditor qui riguroso pretio in diẽ vendidit, possit statim, vel propediem eandem mercem emere ab eodem emptore pretio minus riguroso? Quid sit pretium riguroſum, quid medium, quid infimum, non te latere suspicor, & ideò dicere omitto, & Nauarrus ipse distinguit, num. 225. Aut venditor pactus est cum emptore, vt statim, vel propediem minoris vendat, & peccatum est cum vsura coniunctum: aut nihil de ea re tẽpore venditionis conuenit, sed postea emptor vltro ad venditorem redijt, venditionẽ
2 offerens, & ait Nauarrus, sine peccato id fieri posse. Interrogas, quid ego de hac re sentiam? & sanè, quod attinet ad forum conscientiæ sit in medio, fortasis enim non tam lucri causa, qua charitate motus id fecit venditor, quo casu aberit peccatum, secundum Syluestrum, verbo vsura 2. §. 4. & Franc. Ludou. Lopez in Instructorio conscientiæ,
3 cap. 207. Cæterum quod attinet ad forum hominum, ego huiusmodi genus commertij nullo modo probandum puto, animaduerto enim hoc genus cõtractus malè audire, tam apud homines, quam apud leges: apud homines enim hæc calliditas appellatur mohatra, odiosum sanè, & infame nomẽ apud leges vero pœnarum animaduersione ita contrahentes puniuntur, vt habetur in l. 29. tit. 4. lib. 3. Recopil. iam & iure communi hæc explodituꝛ vafritia ex sententia Iurisconsulti in l. illicitas. ff. de officio præsidis, in hæc verba. *Item nequis lucrum iniquum, aut dãnum sentiat; Præses prouinciæ prouideat.* Quid, quod nõ desunt qui putent, etiam in foro poli huiusmodi mercimoniũ quo quomodo factum peccati, non esse immune. In his est Metina in libello quem inscripsit Instructio confessorum, fol. 139. & Couarruꝛ.
4 lib. 2. variar. resolut. cap. 3. num. 6. Eadem quoque ratione explodendum esse puto, quod paucis ante annis in consuetudinem trahi video, vt vẽditoris frumenti, qui habita fide pretij vendunt paciscantur pretium sibi solutum iri mense Maio, prout cõstiterit venijsse in foro publico ex alicuius tabellionis testimonio: nã qui iudices solo tabellionis testimonio allecti forsan decimæ causa ad electionem pergunt: quæ sanè iniquitate, & iniustitia non caret, nam tametsi id contractus genus vsurarium censeri non debeat, quando erat dubium an mense Maio pluris minorisvè frumentum valeret, & vẽditoris propositum erat antea minoris non vendere, iuxta cap. in ciuitate, & cap. nauiganti, de vsuris, atqui frumenti pretium in vnius duntaxat notarij fidem collocare, res est iniqui exempli, & fraudis vndique plena proinde non obstante pacto illo, audiendũ esse iudico debitorem probare volentem, frumenti pretium minoris fuisse, quam Tabellionis contineatur testimonio. Quin eo 5
casu non est dãnandus emptor soluere pretium maius quo frumentum venijt in foro, sed medium, id est, neque riguroſum, neque infimum, sed commune, secundũ Syluestrũ, verbo *vsura*, §. 2. vers. 3. & Couarr. lib. 2. variarum resolutio. cap. 3. num. 6. Neque non Nauarr. in Manua. cap. 17. num. 241. & Gutierr. Canon. quæst. lib. 1. cap. 39. num. 6. qui omnes eiusdem sententię allegant auctorem S. Bernardinum sermone 34. art. 1. Pa- 6
rum etiam in hac specie iuste desiderabit emptor, vt è communi pretio deducantur impensæ, quas facturus erat venditor in conseruando frumento auctore Ioanne Maiore in 4. dist. 15. quæst. 32. cui se subscripserunt Couarruu. & Gutierrez locis modo citatis. Plus adijciam, si forsitan aliquo fortuito casu, qui rarissimè contingere soleat, factum 7
fuerit, vt pretium immoderatè creuerit, reducendum esse ad tolerabilem estimationẽ ex ijs quæ affert Iasso in l. sceleſti. §. quæsitũ ff. si quis cautionibus, & Ripa in tractat. de peste 2. par. num. 75. & in proposita specie scribit Auend. sic ni fallor intelligendus, resp onso 33. concluſ. 8. Sed & antequam hinc 8
abeam, aliud quęsierim quare alicubi vulgus fœneratores istos, seu vsurarios, oncnarios appellet. Et huius quidem rei rationem reddet acutissmus, idèque sanctissimus Augustinus lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 20. dicens, quia vndenarius numerus in malam partẽ semper accipitur: nam cum diuina præcepta denarso numero claudantur, atque proinde decalogi nomẽ acceperint, inde fit, vn denarius numerus, quod quoniam denariũ numerum transgreditur, legis transgressionem significet.

SVMMARIVM.
Differen. 54.

Fluminis & riui differentia. num. 1.
Fons, & puteus in quo distent. num. 2.

Publicum flumen quid sit. num. 3.
Flumen priuatum quid sit. num. 4.
Priuatum flumen, stillicidium non esse, contra Prateium ostenditur. num. 5.
Cœpolæ interpretatio fluminis priuati reijcitur. num. 6.
Ex flumine publico cuilibet licet haurire aquã. num. 7.
Castellum, fistulæ, formæ quid sint: & Alciati interpretatio refutatur. num. 8.

Inter flumen, riuum, & torrentem, puteum, & fontem, differentia. 54.

1 FLumen apud Iurisc5sultum à riuo magnitudine discernitur, aut circumcolentium existimatione: torrẽs autem est flumẽ, quod hyeme tantum fluit l. 1. ff. de fluminibus declarant etiam Ouidij, carmina, de remedio amoris:

Flumine perpetuo torrens solet altius ire,
Sed tamen hæc brevis est, illa perennis aqua.

2 Fons autem à puteo quid distet Diuus edisserit Augustinus super Ioannem, c. 4. in hæc verba: *Omnis puteus fons, nõ omnis fons puteus: vbi enim de terra aqua manat, & vsum præbet hauriẽdi fons dicitur: sed si in promptu, & superficie sit, fons tantum dicitur: sin autem in alto, & in profundo sit, ita vocatur puteus, vt fontis nomen non amittat.* Ex quibus intelligere poteris legem primam. ff. de fonte, & alias multas, in quibus de fonte, & puteo mentio habetur. Fluminum autem (vt aliquid in gratiam forensis vsus dicamus) quædam publica sunt, quædam priuata: publicum flumen 3 est secundum Iurisconsultum, quod perẽne est l. 1. ff. de fluminibus: perenne autem accipias, vt interpretatur Accurs. quod perpetuum est, vel vt ego interpretor, quod nunquam desinit, donec mare influat, aut per se aut cum alterius accessione. Priuatum autẽ flumen, quid sit, Iurisconsultus ipse non aperit: sed intellige, priuatum esse flumẽ, quod 4 perenne, seu publicum nõ est, hoc est, quod ad priuatos vsus tantummodo deseruit, pone quia intra priuatos labitur agros, & in illis inter moritur. l. diligenter. C. de aquæductu, lib. 11. & tradit Iasson in l. quominus. ff. de fluminibus, nu. 37. & Ripa ibidem in in princ. Cœpola de seruitutibus rusticorũ prædiorum, c. 31. & 32. Eguinarius quoque 5 Varo in §. flumina, institnta de rerum diuisione. Cœcutit autẽ hoc loco Prateius acutus alioqui auctor, & satis diligens in Lexicon, verbo flumen, accipiens priuatũ flumẽ prostillicidio, nam hic non agimus de seruitutibus fluminis, & stillicidij, sed de flumine in sua propria, & vulgari significatione assumpto, id est, pro amne, seu fluuio. Sed neque omnino mihi placet, quod Bartholomæus Cœpola in suo perutili commẽtario, 6 & erudito de seruitutibus c. 32. de seruitutibus rusticorum prędiorum, priuatum flumẽ dici, quando flumen nascitur ex fonte qui in agro tuo oritur, & per tua dilabitur prædia, vsque dum publicum flumen ingrediatur, aut mare: namque hoc casu, aut fontem dixeris, aut riuum priuatum: aut si flumen est, publicum erit, alioqui omnia ferè flumina essent priuata, quoniam omnia, aut intrant in alia flumina, aut in mare. Ex flumine igitur publico cuilibet licet haurire aquã, aut 7 ducere, l. 1. & 2. ff. de fluminibus. §. flumina instituta de rerum diuisione, nisi modo respublica in proprios vsus aquam ducat, putà per castella, fistulas, & formas, seu matrices, quia tunc alij ducere non licet, nisi cui Princeps cõcesserit, aut Senatus d. l. 1. & 2. ff. de fluminibus, & l. eos. & toto illo titulo. C. de 8 aquæductu, lib. 11. Est autem castellum, receptaculum in quo aqua ex flumine, vel fonte primitus ducta colligitur. Fistulę sunt canales, rut testaceæ, rut ligneæ, lapideæ, aut plumbeæ, per quas aqua ducitur. Formæ autẽ sunt minora receptacula, in quibus aqua recipitur, vt iterum fluat, vt intelligere licet ex l. 1. §. fin. ff. ne quid in flumine publico, & l. eos. C. de aquæductu, lib. 11. l. fistulas. ff. si seruitus vendicetur, tradunt Budeus in l. fundi. ff. de actionib. empt. Cœpola de seruitut. vrban. prædio c. 49. Et ne te differã, atque vt faciliùs me intelligere possis, castellũ dicitur nostro vernaculo sermone, almacen, ò madre del agua, fistulæ dicũtur *caños*, formæ verò, seu matrices, *las arcas*. Nimis autẽ argutulus est Alciatus, vir alioqui raræ doctrinæ, raræque prudẽtiæ, in interpretatione illius legis, eos. C. de aquæductu, lib. 11. qui pro formis putat legendum forinis, atque pro matricibus, mastis, cum & formas & matrices in ea significatione de aquæductu legamus, tã apud Iurisconsultos, quàm apud cæteros probos authores: facit autẽ ille inciuiliter, atque si apertius est dicendum imprudenter, qui tot voluminum autographorũ authoritate neglecta, pro notissimis, & receptis communiter vocibus peregrinat ingerat, & obsoletas, proinde ab illo merito dissentit Couarr. pract. quæst. c. 19. n. 2. & Prateius in Lexicon, verbo forma.

SVM-

SVMMARIVM. §. primi.

Consuetudinem esse obseruandam in diuidenda aqua communi ad irrigandos agros municipum, nu. 1.

Deficiente consuetudine, ille præfertur in cuius agro nascitur aqua, nu. 2.

Post dominum fundi in quo oritur aqua, præfertur qui primo illam præoccupauerit, numero 3.

Si aqua omnibus municipibus sufficiat, aqua diuidenda est pro rata inter eos, qui conterminos agros habent, nu. 4.

Vbi agitur de possessione, vel quasi in ea tuendus est, qui superiori anno aquam duxit, non vi, non clam, non precario, nu. 5.

An si habeam aquæductum ad fundum meum, & per emptionem alterius fundi illum augeam, possim fundum nouiter emptum ad quem antea aqua non ducebatur, aquam ducere? contra Bald. resoluitur, nu. 6.

Lex 1. §. illud Labeo, ff. de aqua quoti. & æstiua subtiliter explicatur, nu. 7.

Postquam aqua ingressa est fundum meum possum quo velim ducere, inuito eo, qui iter debet ad aquam ducendam, nu. 8.

Aquæ vsus immutari non potest cum incommodo vicini qui eadem vtitur aqua, nu. 9.

§. idem Labeo, iterum explicatur, nu. 10.

Pulchra quæstio ex facto emergens resoluitur, numer. 11.

§. PRIMVS.

1 HÆc quasi præfatim videndum est de quæstione illa, quæ nõ solum iure, sed etiam pugno, & interdum armis decidi solet. Hæc est, quemadmodum aqua qua ad irrigandos agros, prata, & hortos vtimur diuidenda sit inter municipes. Et illud in primis est tenendum, consuetudinem quæ in ea re longo tempore obtinuerit obseruandam es-
2 se l. Præses, & l. manifestæ, C. de seruitutibus, & aqua, l. 1. & l. vsum, C. de aquæductu, lib. 11. l. 1. C. de municipijs, & colonis. & l. vsus, C. de fundis rei priuatæ, eod. libr. l. si quis diuturno in princi. & §. 1. ff. si seruitus vendicetur. Docet Bartol. atque item Iason in l. quominus, ff. de fluminibus, quæst. 14. Sin verò non exter consuetudo, vel ea anceps fuerit, aut obscura, vel non legitimo tempore valata, tunc præferendus erit in vsu aquæ dominus in cuius prædio nasci-
tur. *Nam dirum est, & crudelitate proximum* 3
ex tuis prædijs aquæ agmen ortum, scientibus agris tuis, ad aliorum vsum vicinorum iniuria propagari, vt inquit Imperator in capit. Præses, C. de seruitutibus, & aqua: ad cuius intelligentiam consulendus est omnino Cæpola in tractat. de seruitutib. rusticorum prædiorum, cap. de aquæ ductu, num. 51. & 4
Iaso. in dict. l. quominus, num. 93. & ibidem Ripa num. 21. Post dominum autem prædij, in quo oritur aqua, dandus est locus illi, qui primo vsum aquæ præoccupauit, iuxta Bartoli sententiam in dict. l. quominus, ff. de fluminibus, quæst. 5. & illic latè Iaso. & Ripa, Cæpola quoque loco superiori. Hæc autem ita erunt, quando aqua omnibus non sufficit: nam si aqua omnibus sufficiat municipibus, pro rata diuidenda est inter eos, qui conterminos agros habent l. lucet, ff. de aqua quot. & æstiua, lex 2. ff. de varijs, & extraord. cog. glos. & Bart. in l. si in concedendo, ff. de aqua pluuia arcend. glos. & glossographi in l. aquam, C. de seruitut. & aqua. Hæc autem intelligas vellem, 5
quod attinet ad petitorium: nam si de possessione, seu quasi possessione agatur tuendus est in quasi possessione is qui superiori æstate aquam duxit non vi, non clam, non precario, iuxta legem primam, ff. de aqua quotid. & æstiu. sed quid si habeam a- 6
quæductum ad fundum meum, posteaquè fundum hunc alio confine empto, latiùs augeam, an ad fundum emptũ, qui alioqui eo aquæductu non irrigabatur, possim ducere aquam inuitis, scilicet, vicinis, qui ea aqua vti solent? Mouet autem hanc quæstionem Baldus in l. aquam, C. de seruitutib. & aqua, & putat me infundum emptum posse ducere aquam, quia inquit, postquam aqua fundum meum est ingressa, possum de illa id quod vellim facere, allegatquè in suam sententiam legem primam, §. illud Labeo, ff. de aqua quotidiana, & æstiua, cuius hæc sunt verba: *Ergo & si forte actor confinem agrum emerit, & ex agro in quem hoc anno aquam duxerit postea fundi empti nomine vellit aquam ducere: ita demum rectè enim hoc interdicto vti, vt de itinere actuquè vti putant, vt semel in fundum suum ingressus, inde egredi qua vellit possit, nisi ei nocitum sit, ex quo aquam duxit.* Sed planè non satis Baldus (quod tanti viri pace dixerim) Iurisconsulti sensum percepit, expressim enim Iurisconsultus (si vellimus animaduertere) contrarium definit, dum ait, *nisi ei nocitum sit à quo aquam duxit.* Vult itaque Iurisconsultus sic me posse aquam ad fundum emp-

rum ducere, dummodo non fiat cum damno eius qui eadem aqua vti solet. Verum vt illius legis sententiam percipias, animaduertere debes, cum aquam perfundum alienum duco, duplicem seruitutem considerandam esse: nempe seruitutem itineris per quod ducitur aqua, & seruitutem aquæ ducendæ, id est, vsum aquæ qui cum alijs fortè communis est: diuersa enim hæc res est, vt constat ex l. fin. ff. de aqua quotidian. & æstiu. Igitur quod attinet ad seruitutem itineris, postquam ingressa est aqua fundum meum, possum quo vellim ducere, inuito eo, qui iter debet ad aquam ducendam: sicuti qui itineris seruitutem habet, suum prædium ingressus, potest quo vellit, & possit egredi, vt illic respondet Iurisconsult. & in l. si prius, ff. de aqua pluuia arcenda. At quod pertinet ad aquæ vsum non possum infundum emptum, si ex eo sentiat damnum is qui eiusdem aquæ vsum habet, vt ipse Iurisconsultus satis significat in supradictis verbis. Nisi ei nocitum sit à quo aquam duxit: & aliàs est passim definitum, non posse quemquam inmutare aquę vsum cum incommodo vicini, qui eadem vtitur aqua, vt in l. 1. & toto illo titulo, ff. de aqua quotidiana, & æstiua, & in l. 1. ff. ne quid in flumine publico, atque item in l. 1. ff. de riuis, & hanc nostram sententiam videtur sentire glossa in l. ex meo, ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum, quæ dictum §. illud Labeo, ita intelligendum sentit, & in hunc sensum videtur quoque illum accepisse Cœpola in dicto cap. 4. de seruitutibus rusticorum prædiorum, num. 51. Vt interim omittam à Labeonis sententia discessisse Proculum, & Pomponium Iurisconsultos, vt apparet ex dicta l. ex meo, ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. Atque vt prorsus dictus §. illud Labeo explanetur, illud obiter annotabis, quod Iurisconsultus illic non dicit, vt qui seruitutem habet itineris, aut actus possit regredi, scilicet, per fundum vicini, sed dixit egredi: nam si dixisset regredi manifesta fieret iniuria debenti seruitutem itineris, aut actus, quoniam eo inuito constitueretur seruitus prædio nunc recens empto, quod ab omni iuris ratione abhorrens esse constat. Illa item quæstio orta est inter vicinos cuiusdam pagi, seu villæ rusticæ, & necessem vulgare illi nomen reddere, *Aldea*, vulgo vocatur. Erat illi fons superiori loco oppidi, ex quo omnes bibebant: superiores autem vicini perinde, ac inferiores vnusquisque è regione domus suæ lauare lintea, seu pannos solebat, renidebant inferiores, dicentes non licere superioribus ibidem lauare, quia iure prohibitum sit expurcitia, aut immundicia aquam publicam deturpare, siue polluere, l. 1. ff. ne quid in flumine publ. At contra superiores respondent, non debere ipsos peiores esse conditionis, quam inferiores qui è regione ædium suarum lauant, quique si vellint possunt ex capite fontis aquam haurire limpidissimam. Et mihi sanè magis placet pro his calculum ferre, certi iuris est enim superioris loci maiorem esse prærrogatiuam, quam inferioris, l. 1. §. 1. ff. de aqua pluuia arcenda. Verum his de rebus magistratus suo ordo Decurionum statuet pro re nata, quod magis è Republica pro locorum conditione fore prospexerit.

SVMMARIVM.
§. secundi.

Molendinorum genus duplex esse, nu. 1.

Quæ sint communia, quæ publica, quæ vniuersitatis, nu. 2.

Aqua fluminis dupliciter consideratur, numero 3.

In flumine publico non tantum vicinus, sed etiã alienigena piscari potest, nu. 4.

Flumen quatenus ex alueo constat, non ad omnes gentes pertinet, sed ad eos tantum quorum terminos flumen abluit, nu. 5.

Alienigenæ, licet rete, & hamo piscari possint, canalibus tamen non possunt, & ratio redditur, nu. 6.

Molendinum, quod fit ex nauium concatenatione, à quolibet, licet aduena, fieri potest, dummodo flumen sit nauigabile, neque cum alterius præiudicio fiat, nu. 7.

Molendinum cuius ædificium contingit alueum, vel ripas, à municipibus tantum fieri potest, num. 8.

Quæ requirantur, vt quilibet ciuis possit molendinum, quod vulgo, azeña, dicitur ædificare, num. 9.

Molendinorum ædificia impedire non debent propter leue, seu modicum damnum, numero 10.

In molendinis ædificandis, neque Principis, aut Senatus consensus requiritur, & apud nos flumina non sunt Regis, sed publica, numero 11.

§. SE-

§. SECVNDVS.

1 SEd de molendinis videamus, quia ex facto sæpè de eis quæri solet. Porrò, quia Bart. in l. quominus, ff. de fluminibus acuratissimè hunc tractatum executus est duo de viginti propositis quęstionibus, itavt authore illic Iaſ. ac item Rip. magis aliis scribendi materiam prępripuisse videatur, quam prę stitisse, paucis me expediam. Molendino-
2 rum, quæ quotidiano vsu apud nos versantur, quædam extant in medio flumine (quæ *azeñas* vulgo appellantur) quædam secus ripas fluminũ. Quod autem attinet ad primũ genus, an cuilibet sine Principis, aut Senatus licentia ædificare liceat in medio flumine molendinum, aliqua nobis præmittenda sunt: principia siquidem solent rebus difficilibus magnam afferre claritatem. Et illud imprimis præmittendum est, quod Imperator scribit in §. 1. & in §. flumina instituta de rerum diuisione. Quædam naturali iure communia esse omnium gentium, quædam publica, quædam vniuersitatis. Communia omnium gentium sunt aer, aqua profluens, & mare: publica sunt flumina, & portus: vniuersitatis quæ in ciuitatibus sunt, theatra, studia, & his similia. Quoniam verò Imperator non satis se aperit, & interpretes vario modo accipiunt sic vellim intelligas.
3 Aqua fluminis dupliciter considerari potest, aut per se, aut tanquam flumen: nam flumen non solum constat ex aqua, sed etiam ex alueo & ripis, l. 1. §. item ille alueus, ff. ne quid in flumine publico, & tradit Ripa in dict. l. quominus, ff. de fluminibus, nu. 21. Igitur si aquam fluminis per se accipias, cõmunis est omnium gentium naturali iure.
4 Proinde in flumine publico nauigare, hamo, aut rete piscari non solum concessum est ijs vicinis, per quorum fines flumen transit, sed etiam aduenis, & alienigenis, velut ostendit Imperator in d. §. flumina, & probat apud nos text. sic intelligendus in l. 6.
5 tit. 28. part. 3. Cæterum si aquam accipias, tanquam flumen quod ex aqua alueoq; constare diximus, & ripis, tunc flumen publicum non pertinet ad omnes gentes, sed ad eos tantum, quorum fines, seu terminos flumen alluit, hoc enim distat publicum à cõmuni, vt ex superioribus satis datur intelligi, & constat ex l. 1. ff. ne quid in flumine publico, atq; in l. 1. §. huius studij, ff. de iustitia & iure, & tradit Bald. in l. si plures, C. de conditio. insertis, & Ripa in d. l. quominus,
6 nu. 53. Quibus consequens est vt dicamus, licet alienigenis in nostro territorio hamo, & rete piscari liceat, vt antea diximus, canalibus tamen eis piscari non licet, quia priori casu aqua liquido vtuntur, secundo alueo, & ripis fluminis vtuntur, quod ciuibus solis conceditur, vt ex superioribus constat.
Hoc cognito, vt propositam absoluamus 7
quæstionem de molendino, quod fit in medio flumine, distinguendum est, aut fit supra vndam fluminis, ita vt materia ex qua fit alueum, seu solum fluminis non attingat, neque item ripas, velut fieri solent in flumine Pado ex nauium contignatione, seu vt nostri loquuntur ex nauium concatenatione, vt refert Bart. in dict. l. quominus, quæst. fin. & etiam Romæ in Tiberi, vt refert Pau. de Castr. in l. fluminum, ff. de damno infecto, & hoc casu, quoniam, vt diximus, aqua communis est omnium gentium iure naturali, fas est cuique istiusmodi facere molendini genus, non dico municipibus tantum, per quorum fines flumen transit, sed etiam aduenis, & alienigenis, modo flumen non fit nauigabile, neque cum alterius incõmodo fiat, & ad hanc sententiam accedere videntur Bart. Iaſ. & Rip. in dict. l. quominus, quæst. 18. & Pau. de Castro in d. l. fluminũ, 9
ff. de damno infecto. Aut molendinum fit in medio flumine, sed ita vt ædificium alueum contingat, aut ripas, & hoc facere permissum est solis municipibus, non cæteris: quoniam vt diximus, solũ, seu alueus publicus est. Secundum hæc igitur fas est ciuibus molendinum in medio flumine construere, quòd vulgo, *azeña*, vocatur, modo flumen non fit nauigabile, vel aliud nauigabile ex ea efficiatur, & dummodo id sine alterius incommodo fiat: id quod latius ostendunt Bartol. Iaſ. & Ripa in dict. l. quominus, quæstio. 10. & 11. & probatur apud nos in l. 8. titul. 28. part. 3. Quando autem dicatur fieri cum alterius incommodo, tradit effusè Bart. in d. l. quominus, quæst. 4. & 5. vndecima, & decimatertia, & ibid. Iaſ. & Ripa, quæ quoniam longiora sunt, quanquam ad hunc locum attineant, illa prudens missa facio.
Illud tamen dicere non omittam, incommodum hoc nõ paruũ esse debere, sed magnũ: 10
nam parui, seu leuis incommodi habenda ratio non est, vt colligitur ex l. 1. §. sunt qui putant, ff. ne quid in flumine publico, & annotat Rip. in dict. l. quominus, nu. 82. & eodem spectant, quæ affert Faber in tit. instit. de lege Caninia tollenda. Sed neque ad hoc quidem necesse erit Principis, aut Senatus consensus, sed satis est auctoritas iuris gentium, quo iure flumina, & eorum vsus sunt publica, sicuti placuit Bart. in dict. 11

l.quominus, quæstio.3. Cuius sententiæ se subscripserunt ibid. Iaſ. num. 45. & Ripa num.42. Neque nos mouere debet, quod dicitur in titulo, quæ sint Regalia, in vsibus fęudorum, flumina esse Regalia: nam id magis ad consuetudinem referẽdum est, quam ad vim iuris, quo constat flumina esse publica: quid, quod apud nos flumina Regis non sunt, sed publica, vt scriptum est à Gregor. Lop. in l.68.titul.18. partit. 3. verbo, *rios*, teste vtique satis locuplete.

SVMMARIVM. §. tertij.

Riparum vsus publicus est, earum tamen proprietas illorum est, quorum prædij inhærent, num.1.

Molendinum, quod secus Ripam ædificatur, debet ædificari sine alterius incommodo, numer.2.

Molendinum, ducendo aquam per locum publicum, non potest ædificari sine Principis, aut Senatus assensu, nu.3.

Facultate ædificandi molendinum à Senatu denegata, superior iudex aditus qualiter possit facultatem concedere, declaratur, nu.4,

Cum damno mei molendini, non potest aliud molendinum ædificari siue infrà, siue suprà fiat, etiam si ædigcetur in proprio ædificantis fundo, nu.5.

Et superiori conclusione improbatur Baldi sentẽtia in l.aquam, C. de seruit. & aqua, nu.6.

Magnates, an possint prohibere piscationem in fluminibus sui territorij remissiuè? ad idque plurimum præscriptionem immemorialem valere, num.7.

§. TERTIVS.

SEd hæc hactenus de molendinis, quæ fiunt in medio flumine, vulgo, *azeñas*, appellamus: sed ne in profundo fluminis mergamur, enatantes ripas appellamus, videamusque de molendinis, quæ secus fluminũ ripas construuntur. Cui quæstioni, vt viam muniamus, sciendum est, licet riparum vsus publicus sit iure gentium, illarũ tamen proprietatem eorũ esse, quorum prædijs inhærent. §. Riparum, instit. de rerum diuisione, & l.6. tit.28.part.3. declarat ex nostris luculenter Auend. in cap. Correctorum. 1. p. cap.12.nu.13. Secundum quod dicendum est, posse quẽpiã ex flumine publico, quod non sit nauigabile aquam per ripam sui fundi ducere, atque illic, id est, in suo fundo, vel ripa eius molendinum ędificare dum modo id non fiat cum alterius damno, seu incommodo, id quod probatur in d.l. quominus, & illic tradit Bart. quæst. 2. & quæst. 12. & Iaſ. nu. 45. & Rip. num. 42. probaturquè iure Regio in l.8.tit.28.3.part. idemq; probandum erit si in fundo tuo velis ædificare molendinum, ducendo aquam per locum publicum, hoc est, non posse te ædificare sine Principis, aut Senatus assensu, nisi modo aliud consuetudine fuerit comparatum secũdum Bart. d.l. quominus, num.29. Porrò si Senatus, aut ordo Decurionum iniustè id abneget, potest superior iudex per appellationem, vel per querelam aditus, impositio salario, seu tributo Rei publicæ, solummodo facultatem ædificandi concedere, ex textu singulari in l.1.§. permittitur, ff. de aqua quotidiana & æstiua, vbi probatur, cum negatur alicui ex publico, quod alijs concedi solet, rectè appellari posse, cui conuenit l. congruit, & lex prædia, C. de locatione prædiorum, libr. 10. quibus ex iure Pontificio concinuit etiam cap. bonę memorię, de postulat. prælator. & cap. nullus, de iure patronat. & illic tradunt glossographi omnes. Quod autem diximus de censu in fauorem Reipublicæ imponendo, ne sine lege loqui videamur, est argumento l. si ligatum, ff. de operibus publicis, l.23. tit.32.part.3. Sed illud est dubitationis, an si habeam molendinum legitimè factum in flumine publico, aut ripis eius, possis tu infrà, aut suprà aliud facere molendinum, quæritur id apud Bart. in dict. l. quominus. quæstio. 1.3. & 4. & respondit, nõ posse te facere, si cum meo damno, meique molendini incommodo facias. Ad cuius sententiam accesserunt illic Iaſ. num. 51. & Rip. nu. 43. accedunt etiam Alex. consil. 204. vol. 6. & Afflict. decis. 388. & Ant. Gom. in l.46. Tau. nu. 10. & deniq; Bart. sententia recepta est nostrati Regio iure in dict. l.28. tit.32. part.3. Cuius definitionem intelligas velim, etiam si in tuo proprio fundo ædifices molendinum: nam non est permissum, ibi facere, si priori meo molendino damnum inferas, vt bellè tradit Bart. in dict. l. quominus, quæst.3. num.8. cui communem opinionem restipulari auctor est Viuius in vol. commun. opin. lib.2. opin.181. id quod apertè probatur in d.l. septem partiti iuris. Proinde non est audiendus Baldus, qui in l. aquã. C. de seruit. & aqua, scribit posse te ædificare molendinum infe-

1 2 3 4 5 6

inferius, etiam si facias restagnare aquã mei molendini, quod superius legitimè ædificatum habeo, apertè enim ille refragatur, tum communis Doctorum sententia, tum lex illa Regia, quæ singularis quidem est. Verum quia his de rebus plenius instrui poteris apud Bart. & reliq. in dict. l. quo minus, iam flumina relinquamus, & ripas, si illud tamẽ admonuerimus, si scire velis an Magnates
7 possint prohibere piscationem in fluminibus publicis, quæ sua præterfluunt territoria, consulendos esse Fabrum, & reliquos in §. flumina, ff. de rerum diuisione, Xuarez allegat. 16. & 17. Gregor. Lopez in l. 9. tit. 28. partit. 3. verbo, *pertenecen*. Auend. in ca. Correct. 1. part. cap. 12. nu. 12. Diuturnos autem mores, id est, immemorialem consuetudinem, seu præscriptionem multum ad eam rem valere, & vsu satis compertum est, & superiores tradunt Scriptores, atque itẽ Boer. de custodia clauium, nu. 74. & decis. 352. & Guido Papæ decisione, 814.

SVMMARIVM.
Differentiæ, 55.

Inter lacum, & stagnum, differentia, nu. 1.
Mare, non tantum dicitur mare magnum, quo totus circumluitur orbis, sed qualibet aquarum congregatio, & id exemplis comprobatur, nu. 2.
Statio est locus in mari vbi nauis in tuto stare potest, & portus quid sit, & in quo differãt? n. 3
Sinus, quid sit? nu. 4.

Inter lacum, & stagnum, mareque, portum, stationem, & sinum, Different. 55.

1 LAcus ab stagno illud distat, quod lacus perpetuam habet aquam, stagnum autem temporalem ibidem stagnantem, quæ plerumque hyeme colligitur, l. 1. ff. si quid in flumine publico: idem igitur videtur esse stagnum, & palus: quãquam palus, vt ex probatissimis auctoribus colligimus, magis spectat ad aquas fluminum in eorum ripis stagnantes, & significat Plinius lib. 13. cap.
2 11. Maris autem appellatione non solũ significatur mare illud magnum, quo totus circumluitur orbis, sed omnis insuper congregatio aquarum: sicuti, vt alia omittamus, apparet ex Genesaret, & ille alter Tiberiadis, qui illustres in Iudæa sunt, non male apud sacra eloquia maria appellantur: quanuis enim ex illo mari magno originem non habeant, & ideò dulces habeant latices: aquarum tamen congregationes sunt; proinde rectè maria appellantur, idem & de Caspio mari dicendum est, nam hoc ex illo mari magno non habet ortum, sed ex complurium fluminum confluxu eòdem prolabentium, & ideò dulces quoque habet haustus, sicuti aduersus antiquos notat Olibarios ad Pomponium Mellam libr. 1. cap. 1: verum hæc ad Geographos magis spectant. Proinde nos ad nostros Iurisconsultos rédeamus, videamusquè de statione, & sinu, de quibus nostra iura tractant, & hoc sanè differunt, quia statio genus est, significatquè omnem in mari locum, vbicunque naues in tuto stare possunt, l. 1. §. stationem, ff. de fluminibus. Portus vero locus est conclusus, quo portantur merces, & inde exportantur, l. portus, 59. ff. de verbor. signif. Cæterum si stationem in specie accipias in 3
illo differt à portu, quia portus est locus apricus, tutusque, & in quo naues hyemare solent: statio vero non est, ita locus tutus, at 4
que ea propter naues duntaxat ad tempus ibidem manere solent vulgo, playam, appellamus. Sinus autem dicuntur litora curua, id efficientibus promontorijs quasi brachijs mare amplectentibus: Vulgo, *golfo*, appellatur, lex 8. titulo 33. part. 7. Nam sinus propriè dicitur pars illa, quæ est intra pectoris brachiorumquè complexum sicuti scribit Valla elegantiarum, lib. 4. capit. 37. & hanc differentiam satis significant Virgilij Carmina Æneidos, 2. & illic Seruius, quæ huiusmodi sunt:

Insula dives opum Priamidum regna manebant,
Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis.

De mari autem, quod attinet ad vsum fori, si plura scire velis, consulito Suar. allegation. 17. quæ quoniam in promptu sunt ocioſum fuerit, nos hic repetere.

SVMMARIVM.
Different. 56.

Remediũ legis 2. C. de rescind. vend. datur propter inquitatẽ pretij: actio vero redhibitoria,

vel quanto minoris propter vitium rei, numero 1.

In remedio legis 2. datur reo electio supplendi iustum pretium, vel rem restituendi: secus in redhibitoria, & quanto minoris, nu. 2.

Remedium l. 2. & redhibitoria, tempore differre traditur, nu. 3.

Remedium l. 2. re perempta, expirat: secus redhibitoria, & ratio assignatur, nu. 4.

Tex 56. tit. 5. part. 5. explicatur, nu. 5.

Bonis dotalibus æstimatis reducuntur ad verũ, & iustum valorem, etiam si non sit deceptio vltra dimidiam, nu. 6.

Inter remedium l. 2. C. de rescindenda venditione, & actionem redhibitoriam, seu quanto minoris, differ. 56.

1 INter remedium legis secundæ, C. de rescindenda venditione, & actionem redhibitoriam, seu quanto minoris nõ parum est discriminis: nam remedium legis secundæ datur propter iniquitatem pretij, quia scilicet, excedit dimidium iusti pretij; vt satis constat, ex l. illa 2. C. de rescind. vendit. Cæterum, actio quanto minoris datur propter vitium rei ob quòd res minoris valet, vt facilè intelligere licet ex toto illo titulo, Co-
2 dice, & Digestis de ædilitio ædicto. Deinde in remedio legis secundę datur electio reo, vtrum malit, rescindere contractum, an iustum supplere pretium, sicuti liquet in illa l. 2. atque item ex cap. cum causa, & cap. dilecti, de empt. & vendit. Porrò in actione redhibitoria non datur reo talis electio, vt significat Iurisconsultus in l. illud sciendũ,
3 ff. de ædilitio ædicto. Tertio, remedium legis secundæ datur intra quadriennium, vt habetur in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopila. atqui actio quanto minoris datur intra annum duntaxat, vt in l. sciendum, §. quod si nolit, & §. fin. ff. de ædilitio ædicto. Quarto, reme-
4 dium legis secundæ cessat statim, ac res empta extincta fuerit, vt declarat l. 56. tit. 5. p. 5 Non idem in actione quanto minoris: nam etiam re extincta competit, vt liquet ex l. ædiles, §. sciendum, ff. de ædilitio ædicto: sed cur tam diuersum in hoc posteriori casu? hoc ideò, quia re extincta iam tollitur electio, quæ iure datur reo in læsione vltra dimidium iusti pretij: in actione autem
5 quanto minoris, non tollitur, quia iure non datur electio reo, vt modo diximus, quæ cum ita sint, aperitur egregius intellectus ad illam l. 56. tit. 5. part. 5. per quam est definitum: re extincta, cessare remedium læsionis vltra dimidium iusti pretij, dicendum est enim, legem illam non sortiri locum in actione quanto minoris; & id quod [illegible] mi est momenti, nam hac via succurrendum emptori, cui res extincta est, dummodo intra annum actio intendatur: & æquitas eadem facit, vt si succurramus, cum alioquin duplici damno prematur, & iniquitate tij, & iactura rei: hoc autem tanto est magis memoria dignum, quoniam actio quãto minoris non solum datur pro [illegible] bus, sed etiam pro reb[illegible], qui vitio laborant, puta si pestilens [illegible]er, vel scamate, vel salsugine emarcuerit, vt habetur in lege etiam in fundo, ff. de ædilitio edicto, & in l. 4. C. de ædilitijs actionibus. Illud postremo te latere nolo, in bonis quæ æstimata in dotem dantur, quamcunque læsionem rescindendam esse, etsi ea dimidium iusti pretij non excedat, vt est definitum in lege iure succursum. ff. de iure dotium, & apertius in l. 16. tit. 11. nu. 4. quibus addito Mathæum de Afflict. decis. 270.

SVMMARIVM. Different. 57.

Pignus dicitur cum res traditor creditori, hypotheca cum non traditur, nu. 1.

Pignoratitia, & hypothecaria in agendo, seu actionem proponendo, differunt, nu. 2.

Pignoratitiam, seu hypothecariam intentãs, quid probare teneatur, nu. 3.

Intentans pignoratitiam, seu hypothecariam aduersus tertium possessorem, necesse habet probare pignoris obligationem, & rem pignori nexam, tunc temporis fuisse in dominio debitoris, nu. 4.

Agens aduersum tertium possessorem nõ tenetur principalem debitorem citare, nu. 5.

Debitor agens aduersus creditorem vt rem restituat, probare tenetur rem à se pignori datam, num. 6.

Consilium authoris, vt debitor onus probandi in creditorem reum transferat, nu. 7.

Defunctus potest bona sui hæredis obligari. n. 8.

Venditor in venditione pacisci potest, vt res vendita sit obligata alicui creditori emptoris, qui creditor in re illa præferendus est anterioribus, nu. 9.

Potest quis obligare operas suas quousque debitum solutum sit, nu. 10.

In pig-

In pignoribus valet pactum legis commissoriæ, si res iusto pretio per arbitros taxato, venditæ re maneat, & pulchro exẽplo cõprobatur, n. 11

Qui sit effectus pignoratitiæ, seu hypothecariæ actionis? nu. 12.

Creditor petens, vt debitori assignetur dies intra quem pignus luat, aliter autem vendatur, & ex pretio sibi satisfiat, audiendus est, nu. 13.

Inter pignus, & hypothecam. Differentia. 57.

INter pignus & hypothecam quãtum ad actionem hypothecariam attinet, nihil interest, num de qua re inter creditorem, & debitorem conuenerit, vt sit pro debito obligata, vtraquè hac appellatione continetur: sed in alijs differentia est, nã pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ simul traditur creditori: maximè si mobilis sit, at eam quæ sine traditione nuda conuentione tenetur propriè hypo-
1 *thecæ appellatione contineri dicimus.* Hæc ad verbum Iustinianus Imperator in §. item Seruiana, institut. de actionibus, qui in summa illud velle videtur, vt pignus dicatur cum res traditur creditori: hypotheca autem cum non traditur, & idem probat lex si rem alienam, §. 1. ff. de pignor. actione, & lex plebs 237. ff. de verborum significatio. Quibus magnopere refragatur, l. 5. ff. de pignor. vbi ait pignus, & hypothecam tantum nominis sono differre, cuius argumento placuit nonnullis, pignus, & hypothecam esse synonima, nihilque differre, in quibus est Budeus in l. penult. ff. de pignor. & Laurentius Valla elegantiarum, libr. 6. cap. 57. & Prateius in Lexicon, verbo, hypotheca. Balduinus de pignoribus cap. 1. sed magis est, vt Iustiniani definitionem sequamur, ex sententia Alciat. in dict. l. plebs, ff. de verbor. signific. & Mainerij lib. 2. actionum, capit. 16. & Neguſantij de pignor. 1. part. num. 4. atque item Couarru. practicar. quæst. cap. 13. nam textus in dicta. l. 5. ff. de pignor. est accipiendus iuxta ipsius Iustiniani distinctionem in dicto §. item Seruiana, vt quantum atticet ad obligationem, actionemquè acquirendam, nihil differant, nomine tamen differant: quia pignus dicitur cum res traditur creditori, hypotheca cum
2 non traditur. Differunt etiam quandoque pignoratitia, & hypothecaria in agẽdo, seu actionem proponendo, vt latiùs ediſſerit Bartol. in proœmio digestorum, §. tertij, & Angelus in §. actionum, num. 52. institu. de actio. & Neguſ. de pignoribus, in princ. nu. 5. Et quoniam pignoratitiæ, seu hypothecariæ actionis materia foro sanè quam assidua est, opere pretium fuerit, nonnulla ex pluribus hoc loco delibare, quæ pragmaticis credo ingrata non fuerint, & illud imprimis videamus, quid creditor pignoratitiam, seu hypothecariam intendens probare teneatur, & distinguendum est, an agat aduersus debitorem, an aduersus tertium possessorem: nam si agat aduersus debitorem, satis est probare pignoris obligationem, & debitorem tùm temporis rem obligatam bona fide possedisse secundum glos. Bart. & reliquos in l. cũ res, C. quæ res pignor. oblig. possunt. Porrò si agat aduersus tertium pos- 4
sessorem, necesse habebit probare pignoris obligationem, & rem pignori anexam tum temporis fuisse in dominio debitoris, velut tradunt Angel. & Ias. in §. item Seruiana, instit. de actio. Alex. consil. 115. vol. 6. Afflictis decisio. 389. qui testatur communem esse opinionem, quę quidem non obscurè probatur in l. 18. tit. 13. part. 5. & illic animaduertit Gregor. Lop. In quo, & illud 5
memineris, cum creditor agit aduersus tertium possessorem, non esse necesse principalem debitorem ad hoc iudicium citari, Authore Alexand. consil. 85. vol. 6. num. 5 id quod etiam placere video Gregor. Lop. in l. 14. titul. 13. partit. 5. Hæc cum creditor experitur: at si debitor agat aduersus creditorem, vt rem restituat, probare tenetur, 6
rem à se pignori datam, vt in dicto §. item Seruiana, & in toto titulo, ff. de pignorib. actione, alioquin succumbet, quia actor probare tenetur id quod asseuerat, l. actor, C. de probat. & actore non probante, reus debet absolui, l. 1. C. commodati, capit. 1. vt Ecclesiastica beneficia, sine diminutione confert. Cautio igitur erit, vt debitor non 7
agat hypothecaria, seu pignoratitia, si forsan probationes de pignore non habeat, sed rei vendicationem potius intẽdat: nam hoc modo adiget creditorem, vt pignoris probet conuentionem, aut rem restituat: hanc cautionem tradit eruditissimus Panormit. in cap. ex literis, de iure iur. nu. 1. Et ante eum tradit apertè Imperator in l. 1. C. si pignoris conuentionẽ, neq; est mirandum, quod illius legis nõ meminerit Panor. nam omnium habere memoriam diuinum, potius est quam humanum. Hãc autem cautelam, & alios quoquè contractus accommodare poteris, veluti quotidie te forensis admonebit vsus. Illud quoq; est memoria dig- 8
num, posse defunctum bona sui hæredis obligare, Bart. in l. continuus, §. fundus, ff. de

verbor.oblig. Afflictis deciſ.111.num.15.

9 Quin illud probandum eſt, poſſe venditorem adijcere in venditione, vt res vendita ſit obligata alicui creditori emptoris, & licet is creditor ſit poſterior, erit præferẽdus in re illa anterioribus emptoris creditoribus, vt belliſsimè tradit Anto. Neguſantius de pignor. 4. part. num. 3. Illud etiam eſt notabile, quod tradit Bald. in l. 1. colu. fin. C. qui bonis cedere poſſunt, poſſe debitorem obligare omnes operas ſuas creditori, do-

10 nec omne debitum exolutũ fuerit. Atq; illud rurſus te latere nolo, quanuis pactum legis commiſſoriæ ſit improbatum in pignoribus, vt in l. fin. C. de lege commiſ. ade, vt efficaciter iuramento tale pactum non confirmetur, ſecundum magis communem opinionem, vt eſt relatum à Gutier. de iuramẽto confirmatorio, 1. part. capi. 33. Attamen

11 valebit hoc pactum legis commiſſoriæ, ſi in hunc modum adijciatur, vt ſi debitor intra diem ſtatutam pignus non luat, ſeu repignoret, ſit empta iuſto pretio, prout fuerit taxatum per arbitros ab eis electos: velut expreſsim probatur in l. ſi fundus, §. fin. de pigno. & nõ minus apertè in l. 41. tit. 5. part. 5. tradit Couarruu. lib. 3. variar. reſolut. capit. 2. num. 8. Iuxta quod probandum eſt, ſi ſuper aureis nummis mutuauero tibi argenteos nummos, ea adiecta conditione, vt ſi intra certam diem aureos nummos non repignoraueris, ſint mihi addicti pro iuſto pretio, quod pendent, validum eſſe hoc pactum. Alias non contemnendas limitationes ad illas legere videre eſt apud Anton. Neguſ. de pignor. 4. part. principali, & apud Baldum Nouellum de dote, 6. part. priuil. 54. necnon apud Palac. Rub. in capit. per veſtras, notab. 5. num. 16. & Pinelum in rubri-

12 ca de reſcinden. vend. 2. par. num. 27. Cum autem pignoratitiæ actionis, ſeu hypothecariæ ille ſit effectus, vt creditor poſsideat rem pignori anexam, donec ex illius fructibus, ſeu redditibus illi ſatisfactum ſit, vt in §. item Seruiana, inſtitut. de action. & tradit Bartol. in l. rem alienam, ff. de pignor.

13 Scire tamen debes, ſi malit creditor pignus vendere, quam ex fructibus ſibi ſolutum iri, iuſtè poſtulare à iudice, vt debitori dies ſtatuatur, intra quam luat pignus ſibi addictum, alioqui detur ſibi facultas pignus venundandi, ſicuti vſu obſeruari teſtatur Couarruuius libro 3. variar. reſolut. cap. 18. num. 4. cui etiam conſentit Molin. de primogen. lib. 4. cap. 5. num. 8. quorum ſententia non obſcurè probatur in authent. de alienat. & emphyt. §. ſi vero noluerit, collat. 6. quam ipſi non allegarunt: ſed hæc ſatis hoc capite de pignoribus, quoniam plura ſequenti à nobis repetenda ſunt.

SVMMARIVM.

Differentiæ, 58.

Pignus conuentionale quid dicatur? nu. 1.
Pignus prætorium, quid dicatur? nu. 2.
Iudiciale pignus, quid ſit? nu. 3.
Legale & conuentionale pignus, in quo differãt? num. 4.
Taciti, & expreſsi pignoris eandem eſſe vim, ac poteſtatem: in multis tamen differre, nu. 5.
In pignore conuentionali creditor habet poſſeſsionem non ſolum naturalem, ſed etiam ciuilem, in prætorio vero naturalem tantum, nu. 6.
Pignoris conuentionalis, & prætorij nouem ponũtur differentiæ remiſsuè, nu. 7.
In prætorio pignore vno creditore in poſſeſsionem miſſo, cæteri miſsi videntur, in iudiciale vero ſecus, quia primo immiſſus eſt cæteris in poſſeſsione præferendus, nu. 8.
Pignoris prætorij hodie plurima eſſe immutata, numer. 9.

Inter pignus conuentionale, prætoriũ, iudiciale, & legale, Differentia 58.

PIgnorum quatuor ſunt genera, conuentionale, prætorium, iudiciale, legale. 1
Conuentionale dicitur, quod partium conuentione conſtituitur, de quo titulis de pignoribus, & pignoratitia actione, tàm in Codice, quàm in Digeſtis. Prætorium verò dicuntur, cum ante ſententiam propter rei contumaciam actor in bonorum poſſeſsionem mittitur, de quo in titulo, ff. de bonis auctoritate iudicis poſsidendis, & in l. fin. C. de prætorio pignore, & in titulo de eo qui mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ in Decretalibus. Iudiciale eſt quod in cauſam iudicati (quam executiuam cauſam appellamus) accipitur, de quo in l. à Diuo Pio, ff. de re iudica. & in titulo, C. de prætorio pignore, tradit eorum differentiam Bart. in l. 1. ff. pignorib. action. & Iaſo in §. item Seruiana, inſtitu. de actio. in principio gloſſæ, & reliqui in l. cum notiſsimi, verbo, conſtituto, C. de præſcript. 30. vel 40. ann. & Anton. Neguſant. de pignoribus, 3. part. 2 3

Diffe-

4 Differunt autem in vsu fori pignus legale, & conuentionale, nam conuentionale dicitur expressum, quia expressim obligatur à debitore legale vero dicitur tacitum, quia videlicet non inducitur à parte, sed ab ipsamet lege, velut in contractu dotis, & alijs multis causis, quæ recensentur in titulo Digestis, & Codice quibus causis pignus tacitè contrahitur, & alijs non paucis, quas comodissimè cõpilauit. Anton. Negusantius de Fano, in illo suo vtilissimo tractatu de pignoribus. 2. part. membr. 4. Licet autem inter tacitum, & expressum idem soleat esse iudicium, vt iuris dictat axioma l. cum quid. ff. si certum petatur, & proinde tacita hypotheca eiusdē sit potestatis, & vigoris, ac ex-
5 pressa secundum Bart. & reliquos in l. assiduis. C. qui potiores in pignore habeantur, & l. 15. tit. 13. part. 5. & explicatio cupletissimè Couarr. lib. 1. variarum, cap. 7. multas tamen reperire licebit in iure differētias inter pignus tacitum, & expressum, vt est videre apud interpretes in d. l. assiduis, & a-
6 pud Negusantium in dict. tractatu de pignoribus. 2. p. membr. 4. Multæ quoque à Doctoribus tradi solent differentiæ inter pignus prætorium, & cõuētionale: vt illa quod in pignore cõuentionali habet creditor possessionem non solum naturalem, sed etiam ciuilem, l. 1. §. per seruum, & Bart. & Alex. ff. de acquirenda possess. l. serui nomine, eodem titul. tradit late glos. in l. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de prescriptione 30. vel 40. annorum, Negusant. de pign. primo membro. 3. part. nu. 29. At in pignore prætorio creditor solum habet naturalem possessionem, id est, nudam detētionē, quam te nutam Itali appellant, nos tenētiam, Gallí recredentiam, veluti tradit glos. in l. 1. ff.
7 de pignoratitia actione. Et ne sim prolixus alias nouem, aut decem differētias inter pignus prætorium, & conuentionale congerit Negusantius supradicto tract. 3. part. mēbr. 2. n. 29. Similiter inter pignus prætorium, & iudiciale multas reperire licebit in iure differentias, atque illam imprimis, quod in prętorio pignore vno creditore in possessio-
8 nem immisso, & cæteri quoque creditores immissi videtur. l. cum vnus. ff. de bonis auctoritate iudicis possid. l. fi. C. eodem titulo non ita in pignore iudiciali, nam creditor qui primum immissus est, cæteris præfertur in possessione. l. 2. C. qui potiores in pignore habeantur. l. in iudicati. ff. de re iudicata, id quod latius disputat Xuarez in l. post rē, quæst. 7. §. vlterius nota, & Greg. in l. 6. tit. 15. part. 5. & in l. 11. tit. 14. eadem partita, verb. no han demanda. Quod verò attinet 9
ad pignus prætorium nostrati iure, multa immutata sunt de iure antiquo, vt cernere licet in l. 1. tit. *de los assentamientos*, lib. 4. Recopilation. veluti præter classicos ibidem ostendit Auendañus in peculiari tractatu de ea re ædito, id est, de primo & secundo decreto.

SVMMARIVM.

§. primi.

Qui prior est tempore, prior est iure. num. 1.

In prælatione pignoris tempus contractus conspiciendum est. num. 2.

Superior conclusio est limitanda, quando contractus perfectio pendent à solutione. num. 3.

Præcedens limitatio habet locum in tacita hypotheca. num. 4.

Prioritas à contractu tempore regulatur, licet nondum venerit dies solutionis, & posterioribus in contractu dies solutionis venerit. numer. 5.

§. PRIMVS.

IN tractatu autem de pignoribus multæ succedere solent quæstiones inter creditores, quisnam eorū potior habeatur, & prę 1
cipua est regula, qui prior est tempore, potior est iure, vt in regula sexti habetur, & probatur, cum aliàs passim, tum in l. creditores, & l. qui Balneū, ff. qui potiores in pignore habeantur. Prior autem dicitur, vel qui hora, atque adeò momento prior est, secundum Felinum in cap. capitulum sanctæ Crucis de rescript. num. 27. Sed statim succedit quæstio subdificilis, an sit inspiciendum tempus contractus? an tempus solutionis? & respondet acutissimus Papinianus in l. 1. ff. qui potiores in pignore habeantur, tempus contractus inspiciendum esse. Quā- 2
uis autem Cynus in l. cum tibi. C. qui potiorus in pignore habeantur, vellit illius legis definitionem esse specialem propter fauorem dotis: cęterum illam legem generaliter accipiendam fore magis communiter est receptū, teste Negusantio de pignor. 2. part. membr. 4. num. 77. & idem testatur Boer. decis. 331. Eiusdemque est sententiæ Capicius decis. 182. nu. 16. Verum vt illius legis primę sensum exenteremus, siue aperiamus 3

superiorem cõclusionem intelligere debes, quando contractus fuit ab initio perfectus: cæterum si ab initio non fuit perfectus, sed penderet illius perfectio à solutione, esset q, positum in arbitrio debitoris, accipere pecuniam, aut dimittere, veluti in mutuo eo casu non esset inspiciendum tempus contractus, sed tempus solutionis, vt est textus apertus in l. Titius. ff. quæ res pignori obligari possunt, id quod, & ipsemet Papinianus nõ obscure explicat in dicta l. 1. ff. qui potiores in pignore habeantur, nam postquam dixit, tẽpus contractus inspiciendum esse, subiungit hæc verba: *Alia causa est eius, qui pignus accepit ad eam summam, quam intra diem tertium numerasset, ac fortè prius quam numerasset, alij res pignori data est.* Hoc ideò, quia mutuum re contrahitur, neque antea perfectum est, quam pecunia numerata sit vt in principio instituta, quibus modis re contrahitur obligatio, quia in potestate fuit debitoris mutuã
4 non accipere pecuniam. Hæc autem cõclusio, quæ expressim probatur in d. l. 1. ff. qui potiores in pign. habeant, scilicet, vt inspiciendum sit tempus contractus: amplianda est, vt habeat etiam locum in tacita hipotheca: nam licet glossa in l. assiduis, verbo hypothecam. C. qui potiores in pignore habeantur, voluerit, illam legem primam tantummodo fortiri locum in expressa hypotheca, verior est tamen opinio Bartoli illic dicentis, idẽ iuris esse in tacita, ac in expressa: Bartoli autem opinionem magis receptã esse testatur Socin. consil. 209. vol. 2. & Anton. de Fano dicto tractatu. 2. parte, membr. 4. numer. 80. & Boerius decis. 331. numer. 1. & in eadem sententia residere videtur Anton. Gom. quanquam nutans in l. 50. Tauri, numer. 38. Adeo vero in hypotheca est inspiciendum tempus contractus, non tempus solutionis, vt in concursu creditorum
5 audiendus sit is, qui est prior tempore contractus, quanuis nondum dies venerit solutionis: & prẽferendus sit ijs qui sunt posteriores tempore: tametsi illis tempus iam venerit solutio eis, vt est textus singularis in l. quæsitum. ff. de pignoribus, & tradit Iason. in leg. pecuniam, numero. 9. ff. si certum petatur, & latius Xuarez in l. post rem, limit. 7. Castellus in l. 64. Taur. num. 97.

SVMMARIVM.

§. *secundi.*

Qui dominium habet in re, præferendus est omnibus quibuscunquè creditoribus. num. 1.

Superior conclusio exemplificatur in muliere dotem petente & in domino proprietatis rei emphyteuticaria. num. 2.

Vendita re dotali, & facta à marito vxori pro pretio obligatione spectandum est tempus dotis, & non secundæ obligationis. numer. 3.

Fiscus præfertur pro tributo omnibus creditoribus in re super qua debetur tributum. numer. 4.

Dominus præfertur in fructibus qui colliguntur in prædio vectigali, vel emphyteutico pro pensione, cæteris omnibus creditoribus. numer. 5.

Creditor depositæ pecuniæ apud numulariũ præfertur omnibus anterioribus, qui non deposuerunt, sed pecunias crediderunt. numer. 6.

Depositarium pro deponente accipi in l. si hominum. §. quoties. ff. depositi: regulariter autem depositarium accipi pro sequestro. numer. 7.

Vendito pignore à debitore de consensu creditoris, pignus non reuiuiscit, licet postea iterum res deueniat in ipsius debitoris potestatem. num. 8.

Per emptionem à creditore factam hypotheca, seu pignus non extinguitur. num. 9.

Creditor vendens rem pignoratam, quam emerat, repelitur exceptione de dolo, si pignoratitia egerit aduersus secundum emptorem, nisi in venditione pignoris sibi prospexerit. numer. 10.

Si minor emit prædium, ea lege, vt quoad vniuersum pretium solueretur, esset pignori, inutilis est pignoris constitutio, conclusio est textualis, & vnica. num. 11.

Consilium authoris, vt pignoris constitutio in præcedenti casu vtilis sit. num. 12.

§. SECVNDVS.

SEd & illud animaduertendum erit, eum 1
qui dominium habet in re, prẽferendum esse in eadem re cæteris omnibus creditoribus, quicunque illi fuerint, quoniam nulla causa antiquior esse potest quam dominij. l. ex facto. ff. de peculio. l. etiam. ff. qui potiores in pignore habeantur, atquè, si testibus opus est in re manifesta docet Bald. in auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nuptias, & in l. pro debitor. C. de bonis author. iudi 2
cis possiden. vbi bellè rem aperit: fingere autem licet exemplum in domino agẽte aduersus emphyteutam pro canone, seu pensione,

sione, vel in muliere aduersus maritum dotem petẽte, nam dominus proprietatis præferendus est in re emphyteutica, & mulier in ipsa re dotali cæteris omnibus creditoribus, etsi istorum contractus anteriores sint
3 adeò quidem, vt si maritus vẽdiderit fundũ dotalem, fecerítque vxori obligationem pro pretio, spectandum sit in concursu creditorum tempus dotis, & non tempus posterioris obligationis, vt bellè respondit Baldus, vir præter ingentem iurisperitiam, fori quoquè peritissimus, in dicta authent. sed
4 iam necesse. C. de donat. ante nupt. Et hinc est quòd fiscus pro tributo præfertur cæteris creditoribus, in re ipsa pro quia debetur tributum, vt apparet ex l. 1. C. si propter publicas pensitationes, quin hodie etiam in
5 fructibus qui colliguntur in prædio vectigali, vel emphyteutico præfertur dominus pro pensione cæteris omnibus creditoribus vt est definitum in noua pragmatica lata Matriti, comitijs in fauorem agricolarum c. 3. cuius argumentum nos paulò post longius explanaturi sumus. Atque ex hac item ratione iure comparatum est, vt si quis pecunias deposuerit apud argentarium, seu nummula
6 rium, vel aliam personam, præferatur cæteris alijs creditoribus etiam anterioribus, qui non deposuerunt, sed pecunias crediderunt vt est textus nunquam obliuiscendus in l. si hominem. §. quoties foro. ff. depositi, vbi ait inter ipsos depositarios rationem temporis non habendam quod deposuerũt, sed æquo eos iure concurrere. Ad illius porrò legis intelligentiam præter Paulũ de Castro ibidẽ conferendus est Ripa in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credito. Benuenuto de decoctoribus postrema parte, num. 1. Illud
7 autem obiter annotabis ex d. §. quoties foro, depositarium illic accipi pro deponente cum aliàs ferè semper accipiatur pro sequestro, seu eo apud quem depositum est, vt in l. fi. ff. depos. Illud etiam est memoria dignum, quod si debitor vendat pignus de cõsensu creditoris, & si postea res pignorata redeat in potestatem ipsius debitoris, non
8 reuiuiscet hypotheca, seu pignus, quia nempè actio semel extincta nunquam reuiuiscit & quod semel factum est alienabile, semper remanet alienabile: textus est singularis in l. fi. C. de remissione pignoris quẽ illic magnopere extollit Salicetus. Quid verò dicemus, si creditor emat pignus an extinguetur
9 hypothecaria? sunt variæ de ea re sententiæ apud glossam & glossographos in l. eleganter. ff. de pign. action. & apud Capic. decis. 43. Ego autem veriorem existimo Paul. de Castr. sententiã in l. debitor. ff. ad Treb. affirmantis, per emptionem à creditore factam hypothecam, seu pignus non extingui video enim eam expressim probari in l. 1. C. si anterior creditor, & in l. ex sextante. §. Latinus. ff. de exceptione rei iudicatę. Si igitur iste creditor rursus vendat rem pignoratam quam emerat, secundus emptor defendet se ex pignoratitia actione, quæ primo creditori, ideſt, suo auctori competebat aduersus cæteros creditores: habebunt autem isti posteriores creditores ius offerendi iuxta illam l. 1. C. si anterior creditor, & quæ tradũt ab Affli. t. decis. 16. Quod si ipsemet 10
creditor qui vendidit aduersus illum agere velit, repellet eum, vel actione de dolo, vel de euictione, nisi in venditione pignoris sibi cauerit venditor iuxta legem si cum venditor. ff. de euict. & l. debitor. §. in vendit. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur. Alia quam plura quæ in concursu creditorum notandæ sunt, diximus, lib. 2. rerũ quotid. c. fi. 1. p. §. 11. num. 61. proinde hic non repetam. Illud tamen silentio non præteribo, quod bellissimè scriptum est à iurisconsulto in l. 1. §. si minor. ff. de rebus eorum, si minor. emit prædia ea lege, vt quoad vsuersum pretium exolueretur, essent pignori oblata, pignoris obligationem inutilem esse: redditque eius rei rationem Iurisconsultus quia vbi primum (ait) minor exemptione dominium sibi quæsiuit, iam amplius non potest rem pignori dare. Memorabile quidẽ dictum, quis enim prima facie contrarium non responderet? ad illius tamen legis intelligentiam consulito Tiraq. de retractu conuentionali ad finem tituli, & Pinel. de bonis maternis, l. 1. 3. p. num. 52. Quod si velis vt 12
Iurisconsulti cessat responsum, facias me authore, vt minor ante venditionem obliget prædia venundanda, nam tunc cessabit Iurisconsulti ratio, & consequenter cessabit illius definitio.

SVMMARIVM.

Differentia. 59.

Fideiussor quid sit? num. 1.

Mandator quid sit? num. 2.

Fideiussor ante, & post obligationem accipi potest: mandator autem ante obligationem tantum. num. 3.

Fideiussor verbis obligatur, mandator vero solo consen-

consensu.num.4.
Expromissor quis dicatur? num. 5.
Expromissor à sponsore in quo differat.num.6.
Qui de constituta pecunia tenetur, in quo differat à fideiussore, expromissore, & sponsore. numer.7.
Vbi principalis obligatio non tenet propter alicuius legis prohibitionem, nec fideiussor tenetur, expromissor autem tenetur, nisi illum tangat legis prohibitio.num.8.
Præcedentis conclusionis optimum exẽplum traditur.num.9.
Expromissor dotis, quam pater non poterat constituere, quia legitimam excedebat, lege id fieri prohibente recte obligatur, nisi pater dotans in eodem contractu repromittat eum indemnem præstaturum.num.10.
In casu præcedenti licet pater dotas repromittat, se præstaturum indemnem expromissorem, si hoc fiat in contractu separato, tenetur expromissor, num.11.
Expromissor aduersus patrem nullam habet actionem.num.12.
Vas est qui promittit alterum de iudicio sistendo. num.13.
Prædes qui dicantur? num.14.
Obses qui dicatur? num.15.

Inter fideiussorem, mandatorem, expromissorem, reum debendi, sponsorem, constitutam pecuniam, prædem, vadem, obsidem. Different. 59.

1 FIdeiussor est qui pro reo obligatur, fidemque suam pro illo interponit, vt in principio institut. de fideiussorib. & illic Theophylus. Dicitur enim fideiussor, quoniam in fideiuuendo, ita stipulationis
2 verba concipi solebant: *Fide tua esse iubes?* atque ita restipulari, seu responderi: *Fide mea esse iubeo*, l. quæro. ff. Locati. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiussoribus. Mandator autem est is, qui mandauit, rogauitve alicui, vt alteri pecuniam crederet, qui sanè tanquam fideiussor accipientis pecuniam mandati obligatur creditori, l. si mandato, & l. si fideiussores. §. fin. & l. Vrannius. ff. de fide-
3 iussorib. & mandato. Sed vt verbo hæc nomina differunt, ita & re nonnihil dissentiũt: nam fideiussor ante, & post obligationem accipi potest. §. fideiussor, institut. de fideiussorib. l. stipulatus. 7. ff. de fideiussoribus. Mandator autem ante obligationem tantum interuenit. l. si vero remunerandi. §. si post creditum. ff. mandati, tradit glos. in authent. de fideiussoribus, & mandatoribus, in principio. Deinde fideiussor verbis obligatur. l. 4
Blanditus. C. de fideiussor. mandator vero vel solo consensu, l. si hæreditatem. §. 1. ff. mandati, atque pro vtroque contingit, vt obligatio fideiussoris strictiuris sit, mandatoris vero bonæ fidei, sicut docet Bartol. in Rub. de fideiussor. Expromissor vero dicitur is, qui totam in se obligationem transtu 5
lit, ita vt is qui erat obligatus, vel obligãdus liber omnino remaneat. l. si quis accepto tu ler. & illic Alex. ff. de condit. ob causam, l. aliquando, & illic Francis. de Aretio. ff. ad Vel leianum, l. eleganter. ff. de dolo tradit glos. in d. authent. de fideiuss. in princ. Is autem expromissor apud nos Regio iure appellatur Manero, vt est videre in l. 2. & 15. titul. 14. part. 5. Atque in eo ab sponsore differt, 6
quod sponsor ita obligationem in se suscepit, vt tamen is, ad quem res attinet, adhuc remaneat obligatus. l. si quis 46. ff. mãdati, l. sponsio. 7 ff. de verbor. significat. & in authent. de fideiuss. & mãd. §. 1. Itaque is reus debendi non malè appellari poterat, nisi quod reus debendi simul cum reo principa li obligatur, sponsor vero per se tantum, vt in princ. instit. de duob. reis. Ab his autem 7
superioribus is qui de constituta pecunia tenetur, ita separatur, quia cum illi superiores solemni stipulatione obligentur, veteri, scilicet, iure, hic nudo etiam pacto obligabatur de eo quod iam antea debitum erat, vt apparet ex §. constitut. institut. de action. atque ex toto illo tit. de constit. pecun. Sed 8
& in vsu fori permultum interest inter fideiussorem, & expromissorem; nam si forsan principalis obligatio non valeat, finge propter alicuius legis prohibitionẽ, frustra quoque obligatur fideiussor, cum accessorium naturam sequi debeat principalis, l. cum lex ff. de fideiussor, & in §. fideiussores, institut. eod. tit. Diuersa causa est expromissoris, nã cum illius obligatio per se stet, neque ab alia obligatione pendeat, rectè obligatur, si cum legis non tangat prohibition. l. eandẽ. §. fi. ff. de duob. reis. l. vir vxori, §. mulier. ff. ad Senatusconsul. Vellei. Tradit Faber in d. §. fin. instit. de duob. reis, Bald. in l. fi prædict. C. de iur. dot. Vt ecce, exempli gratia cauetur lege Regia ne pater filiæ doti dicere pos 9
sit plus quam illius legitima valeat, ea est l. 1. tit. 2. lib. 5. Recopil. sanè si pater plus legitima doti dixerit, fideiussoremque dederit, frustra obligabitur fideiussor. l. fideiussori eius. ff. de donat. Expromissor autẽ cũ eũ legis

10 gis prohibitio nõ tangat, rectè obligabitur, glos. in d. auth. de fideiuss. tradit latius Baeça de nõ melior. fil. ab. c. 35. quod accipias velim, nisi pater in eodem cõtractu repromittat eum indemnem prestaturum, nam tunc verè esset fideiussor, & nulla expromissoris esset obligatio lege refragante, vt declarat gloss. in dict. auth. de fideiuss. in princ. quæ
11 singularis est, & memoriæ mandanda: secus est si in alio contractu separatim indemnitatem repromittat pater expromissori, quia
12 cum ea res non sit contracta cum sponso, parare ille præiudicium non potest, l. ab emptione ff. de pact. Sed neque expromissor aduersus patrem actionẽ habebit vllam, cum aduersus legem pater obligari se non potue
13 rit, l. non dubium. C. de legibus. Vas est qui promittit alterum de in iudicio sistendo, est enim vadimonium sponsio de in iudicio sistendo, vt latius declarat Bud. in l. 2. ff. de o-
14 rigine iuris. Prædes sunt fideiussores qui Rei publicæ obligantur, aut Principi pro ijs qui publicam pecuniam dispensant quos receptores, seu thesaurarios, vulgo vocamus, id est, illos qui pro ijs intercedunt, appellan
15 tur prædes. Obses autem est is qui alterius traditur imperio sub conditione, vt si datur obsidis à fide recedat, sit ius recipienti in caput, & vitam obsidis, quod præcipuè inter potentes bello dimicaturos cõueniri solet, vulgo appellamus, rehenes, vt docet Valla elegant. lib. 6. c. 31. & probatur in l. diuus, & seqq. ff. de iure fisci, & in l. obsides. ff. de testament.

SVMMARIVM. differentia 60.

Fideiussor sistendi iudicio causa datus, exhibendo in iudicio reum liberatur. num. 1.

Si reus semel exhibitus fugerit è carcere, nõ propterea tenetur iterum illum exhibere fideiussor sistendi iudicio causa datus num. 2.

Si reus decesserit, liberatur prædictus fideiussor. num. 3.

Si reus fuerit absolutus ab obseruatione iudicij, liberatur fideiussor. num. 4.

Fideiussor de iudicato soluendo nõ liberatur, nisi solutione facta. num. 5.

Fideiussor iudicio sistendi causa obligatur, vel reum exhibere, vel iudicatis parere. numer. 6.

Lege Regia decissum esse ne tabelliones in concipienda forma fideiussionis de iudicio sistendi coniunctè obligent fideiussorem. num. 7.

Fideiussio concepta cum clausula, duntaxat iudicio sisti, valet. num. 8.

In concipiendis fideiussionis verbis, nihil interest an dicatur iudicatum solui, vel solui iudicatum. num. 9.

Inter fideiussorem de iudicio sisti, & de iudicato soluendo, elegans differentia. numer. 10.

Lex 66. Tauri, vtiliter explicatur. num. 11.

Inter satisdationem iudicio sistendi, & inter satisdationem iudicatum soluendi. Different. 60.

SAtisdatio iudicio sistendi causa, & satisdatio de iudicato soluendo longè differunt, etenim fideiussor sistendi iudicio causa datus (qui vulgo appellatur dela haz. l. 10 tit. 29. p. 7.) exhibendo in iudicio reum, liberatur, l. Græcè. §. 1. ff. de fideiuss. itaque si fideiussor semel reũ in ius exhibuerit, isque postea vincula frustratus aufugerit liber remanet ab obligatione, secundum Angel. in l. 2. §. qui exhibendi. ff. de custodia reorum, Auilef. in c. Correct. c. 4. verb. entregar, nu. 15. Suarez in tit. de fideiussore in causa criminali: æquè si reus decesserit, liber erit fideiussor de iudicio sistẽdo, vt est textus vulgaris iuxtaque singularis in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. cui cõgruit l. 19. tit. 12. p. 5. Quinimo si reus fuerit absolutus ab obseruatione iudicij, liber erit fideiussor de iudicio sist. glos. in l. penult. C. de fideiuss. cuius opinio communis est, secundum Hypol. in rubr. q. 11. At fideiussor de iudicato soluendo, non nisi solutione facta liberatur, vt est definitum in §. 1. instit. de satisdatio. & in l. 1. & in l. iudicatum solui. ff. iudicatũ solui. Fideiussor igitur iudicio sistendi causa disiũctè obligatur, ideſt, aut reum exhibere, aut iudicatis parere, vt ostendit illa lex Græcè. §. 1. ff. de fideiuss. & constat ex Bart. in d. l. fideiussor. §. in fideiussore. ff. qui satisd. cogant. atque ex Suarez, tit. *de los emplaçamientos.* Proinde consulto lege Regia cautum est, ne tabelliones in concipienda forma fideiusionis de iudicio sistendo obligent fideiussorem coniunctè, ea est l. 7. tit. 20. lib. 2. Recop. Cui cõsequens est, dicere, si aliter concepta fuerit fideiusio, in clausulã, Duntaxat iudicio sisti, vim habere. l. si vsusfructus. §. final. ff. vsufructuarius quemadm. caueat.

ueat, vbi probat, fideiusionem datam à reo, intelligi datam secũdum formam præscriptam à iure, & in hac specie expresim tradit
9 Albornoz, de contractibus, tit. 11. c. 11. In concipiendis autem fideiusionis verbis nihil interest, an dicatur iudicatum solui, vel solui, iudicatum, vt animaduertit Fabr. in rubr. insti. de bonor. possess. Illa quoque inter satisdationem de iudicato soluenda lon
10 ga est differentia, ac discrepantia, quia satisdatione iudicio sisti liberatur is qui bona dotalia duntaxat habeat, l. sciendum. §. si fundus. ff. qui satisdare cog. & perinde liberabitur qui possideat bona restitutioni subiecta, vel quæ maioratus sint, secundum Angel. in d. §. si fundus, cui se subscripsit Suarez, tit. *de los emplaçamientos*. §. 1. n. 25. Porro qui tenetur satisdare de iudicato soluẽdo, nõ liberabitur, si tantummodo habeat bona dotalia, vel restitutioni subiecta, secundum glos. &
11 reliquos, in dict. §. si fundus. Hoc ideò, tàm variè, quia in satisdatione iudicio sisti, hoc tantum agitur vt sistatur reus, qui credẽdus est non abfuturus, ne derelinquat bona dotalia, aut restitutioni subiecta, quæ possidet at in fideiussore de iudicato soluendo cauetur de re iudicata stipulatori restituẽda, qui minime est securus de bonis dotalibus, vel restitutioni subiectis, cum in illis non possit rei iudicatæ executionem petere. Hæc autẽ egregiè pertinent ad intelligentiã legis 66. Tauri, quæ est hodie l. 3. tit. 16. lib. 5. Recopil. qua cauetur vt reus coniunctus non possidens immobilia teneatur satisdationem actori præstare: nam intelligãda est de satisdatione iudicio sisti, non de satisdatione iudicatum solui, sicuti præter classicos ibidẽ verbo, suis disputat Suarez, tit. *de los emplaçamientos*, §. vlterius.

SVMMARIVM. differentia. 61.

Titulus ff. vsufruct. quemad. cauea. & alij tituli explicantur. num. 1.

Cautio nudam promissionem significat sine pignoribus, & fideiussoribus. num. 1.

Cautio pignora, & fideiussores continet, si adiectum sit vt plenè, vel sufficienter caueatur. numer. 2.

Satisdatio fideiussores exigit. num. 3.

Qui satisdare debet, iuratoria cautione remittendus est si non habeat pignora, aut fideiussores. numero. 4.

Tutor tenetur præstare fideiussores, rem pupilli saluam fore. nam. 6.

Qui tenetur certum fideiussorem dare, liberatur si alium æquè idoneum dederit. numer. 7.

Per satisdationem de iudicio sisti datam iurisdictio in competentis iudicis non prorrogatur. num. 8.

Inter cautionem, & satisdationem, atque repromissionem, Differentæ. 61.

CAutio nudam promissionẽ significat, hoc est, sine pignoribus, & fideiussoribus, l. sancimus. C. de verborsignific. tenetur tamen qui cauere debet, solemnem interponere stipulationẽ de adimplendis coniunctis, bonaque omnia sua ad idem obligare, secundum Iaſ. in d. l. sancimus, num. 2. quæ repromissio in iure dicitur, vt in l. satisdationis, n. 71. ff. de verb. signific. & illic Alciat. & probat etiam l. 1. h. stipulationũ. ff. de prætorijs stipulat. Hoc tamen ita, nisi 2
dictum fuerit, vt plenè, vel sufficienter cauere teneatur, nam tunc pignora, aut fideiussores præstare tenetur, iuxta text. in l. si mandato Titij 57. ff. mandati, tradit etiam glos. in cap. ex transmissa, de restit. spoliat. & in cap. de Benedicto. 22. q. 1. Satisdatio autem 3
fideiussores exigit, vt apertè tradit Iurisconsultus in l. 1. ff. qui satisdat. cog. adeò quidẽ, vt non sufficiat pignora dare, vt est tex. elegans in l. prætoria stipulat. 7. ff. de præt. stip. cuius hæc sunt verba: *Prætoriæ stipulationes personas desiderant pro se interuenientium, & neque pignoribus quis, neque pecuniæ, vel auri, vel argenti depositione in vicem satisdationis fungitur.* Licet Accurs. & cæteri ibidem interpretes vim manifestam Iurisconsulto inferentes, contrarium tradant, ex argumento legis primæ, §. iubet. ff. de collatione bonorum, quæ (mea quidem sententia) in speciali casu loquitur, scilicet, in collatione bonorum quæ cũ certa sint, quo satisdatione rectè pignoribus defunguntur hæredes: at in cæteris prætorijs stipulationibus, cum res ex futuro litis pendeat euentu, non idoneè pignoribus satisdatur, cum in præsentiarum haud sciri possit, quantæ æstimationis pignora esse debent. Sed & illud meminisse debemus 4
cum is qui satisdare debet, pignora aut fideiussores non habet, suæ iuratoriæ cautione remittendum esse, iuxta text. in authent. cui reli-

relictum. C. de in dicta viduitate tollenda, & illibi tradit Bald. & Paul. de Castr. Iaff. quoquè alios plures referẽs in d. l. sancimus C. de verbor. signif. limit. 6. & copiosius in
5 l. 1. ff. qui satisdare cogantur. n. 23. Ex his autem quam plurium legum aperitur intelectus, nam ex hoc intelliges titulum illum digestorum, qui inscribitu. Vsufructuarius quemadmodum caueat, & illum alterum de satisdatione tutorum, in institutionibus: nã vsufructuarius non tenetur fideiussorẽ præ-
7 stare, sed satis si ipse de restituenda re obligetur. At tutor tenetur præstare fideiussores, rem pupilli saluam fore, hoc ideò tam diuisum, quia vsufructuarium duntaxat cauere lex iubet, tutorem autem satisdare præcipit. Sed antea quam hinc abeamus memineris, quod is qui certum tenetur dare fideiussorem, putà, Titium, liberatur dando aliũ æque idoneum l. illius. ff. quod metus causa, & illic Bald. & tradit Pinel. in l. 2. C. de rescindenda vendit. 2. p. num. 23. Sed neque illud obliuiscendum est, quod scriptum est à
8 Bartolo in l. si nõ cõuenerit. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in l. vir bonus. ff. rem ratã haberi per satisdationem de iudicio sisti, da tam à reo iurisdictionem incompetentis iudicis non prorrogari: cogita tamen, an verũ sit, nam mihi modo per valetudinem non licet.

SVMMARIVM. Different. 62.

Nihilominus affirmat, nihilomagis negat. numer. 1.

Inter nihilominus, & nihilomagis, Differentia 62.

1 DE nihilominus, & nihilomagis differentia non inuitus feci, vt dicere, quia ad plurium legum, & authorum intelligentiã necessaria est, sic autem differũt, quod nihilominus affirmat, nihilomagis negat, vt liquet ex princ. inst. quibus nõ est permissum facere testamentum, & tradit Accurs. in l. 1. C. de pignor. sunt autẽ de nihilominus apud Legislatores, & cæteros authores passim certissima exempla: de nihilomagis autem sufficit illud Terentij in Hecyra: *Nocte illa prima virginem non attigit. Quæ consecuta est nox, eam nihilomagis.*

SVMMARIVM. Differentiæ, 63.

Reciprocum sui vel suus refertur ad suppositum eius personæ, qua principaliter in oratione inest. num. 1.
Reciprocare quid sit. num. 2.
Dictio, Is, vel Eius, refertur ad suppositum personæ, quæ minus principaliter inest in oratione, quia non est dictio reciproca. num. 3.
Lex Albio, ff. de vsufruct. accrescen. contra gloss. & Bartol. subtiliter explicatur. num. 4.
Lex Tauri 8. explicatur. num. 5.
Lex 27. Tauri declaratur num. 6.
Inter Huius, & Illius differentia traditur. numer. 7.

De discrimine Sui, & Eius, Huius, & Illius. Differ. 63.

DE horum nominum differentia non dicerem, ne quis putaret de Grammaticis rudimentis curam esse nobis, nisi intelligerem, eam ad quam plurium legum multo rumquè authorum intelligentiam maximi esse momenti, inter Sui igitur, & Eius magnum est in loquendo discrimen: nam Sui, siue Suus reciprocum est. Is verò non reciprocatur, qua propter Sui, siue Suus refertur ad suppositum eius personę, quæ orationi præest, seu quæ principaliter in oratione inest. Reciprocare enim nihil aliud est, quam re- 2
dire rem eò vnde profecta est. Is autem cum 3
non sit reciprocum, refertur ad suppositum eius personę, quæ minus principaliter in oratione inest, sicuti latius intelligere licet ex peculiari illo libello, quem de ea re edidit Valla, qui inscribitur. De reciprocatione Sui & Suus, tametsi obscurè, & confusè rem egerit: sed ex subiectis exemplis fortasis hæc nostra distinctio facilius apparebit, Quintil. lib. 1. institutio. *Tradito sibi puero docendi peritus, ingenium eius imprimis naturamque respiciat.* Suetoni. in Tyberio cap. 52. *Quin & Illi ensium legatis paulò ferius mortem filij consolantibus, quasi obliterata doloris memoria irridens, se quoque respondet vicem eorum dolere,*

quod

quod egregium ciuem Hectorem amiſiſſent: Iu-
4 riſconſult. in l. ex facto. ff. ad Trebel. 17. in princip. *Senatus*, inquit, *cenſuit rogare quidem vt aliquem hæredem faciat, non poſſe, verum videri per hoc rogaſſe, vt hæreditatem ſuam ei reſtituat.* Ex quibus aperitur ſenſus ad l. ſi quis Actio. ff. de vſufruct. accref. quæ ita exordi-tur: *Si quis Accio, & hæredibus ſuis vſumfructum legauerit, dimidiam Accius, dimidiam hæredes eius habebunt.* Illa namquè verba, Hæredibus eius, non ad hæredes Accij, ſed ad hæredes teſtatoris referuntur, licet de ea re dubitauerit illic Accurſius, atquè item Bartolus, qui falſò illic pro Accio legit Titio, Accio enim legendum eſt. Antiqui ſiquidem promiſcuè his nominibus Accio & Titio vtebantur, ita vt eſſet in prouerbio: *Idem ius eſt Accio quod Titio*, vt refert Gellius noctius
5 Atticarum lib. 3. cap. 16. Ex ſuperioribus item non minus illuceſcit intellectus ad legem octauam Tauri, quę eſt hodie lex 4. tit. 8. lib. 5. Recop. cuius hæc ſunt verba: *Mandamos que ſucedan los ſobrinos con los tios ab inteſtato a ſus tios, in ſtirpem y no in capita*: Illa enim verba. *A ſus tios*, non ſunt referenda ad patruos patruorum, ſed ad cõſobrinos, qui principaliter in oratione inſunt, alioqui foret vt in ſuccedẽdo vltra fratres, & fratrum filios repræſentationi daretur locus, toto iure, & communi & Regio refragantibus. A-
6 peritur etiam intellectus ad legem 27. Tauri, quæ eſt hodie lex vndecima tit. 6. lib. 1. Recop. illa enim verba: *Entre ſus deſcendientes legitimos*, ad teſtatorem referenda ſunt, qui principaliter in oratione præeſt, non ad ſubſtitutos, qui minus principaliter inſunt orationi, ſicuti illic noſtrates tradunt Interpretes, ſolo Velazquez immeritò contradicente; tradit etiam Gutierrez in quæſtionibus practicis 2. part. l. b. 3. c. 53. Hæc de diſcrimine Sui & Eius. Nunc videamus de differentia Huius, & Illius, quæ non minus eſt vtilis ad quam plura Iuriſconſultorum loca explananda, quam ad cæteros authores in-
7 telligẽdos. Illud autem differunt, quòd hic refertur ad proximum, ille ad remotiorem, cuius rei exempla apud omnes ferèque authores ſubinde ſuccurrunt, ſed illum vnum ſufficiet Naſonis de triſubus, Elegia 4.

Quid fuit vt tutas agitaret Dedalus alas.
Icarus immenſas nomine ſignet aquas?
Nempè quòd hic alte, demiſſius ille volabat,
Nam pennas ambo non habere ſuas.

Oſtendunt etiam apertè hanc differentiam verba Iuriſconſulti in l. cum delanionis. ff. de fundo inſtructo, quæ huiuſmodi ſunt: *Neque multum refert inter cacabos, & ahenum quod ſupra focum pendet, hoc aqua ad potandum caleſit, in illis pulmentarium coquitur.*

SVMMARIVM.

Differentia. 64.

Inter patronum, & aduocatum quid inter ſit. num. 1.
Dicere cauſam, ad reum pertinet. num. 2.
Agere cauſam eſt, & rei, & actoris. num. 3.
Pragmatici nomen quid comprehendat. numer. 4.
Pragmaticæ ſancio quæ dicatur? num. 5.

Inter aduocatum, patronum, ac pragmaticum cauſam dicere, & cauſam agere, differentia 64.

PAtronus pertinet ad eum qui in cauſa criminali reum defendit, Aduocati appellatio latius patet, vt latè tradit Valla elegantiarum lib. 4. cap. 12. Sic etiam dicere 1
cauſam ad reum pertinet, vt apparet ex l. 1. C. de cuſtodia, & exhibitione reorum, & aliàs crebro: in dicta igitur cauſa iudicare, eſt inauditum reum condemnare, id quod etiã animaduertit Bud. in l. 2. ff. de origine iuris. 2
Agere verò cauſam tam actoris, quam rei proprium eſſe apud omnia iura, & authores, ſubinde obſeruare licebit: & oſtendit etiam facetum illud Martialis Epigramma libr. 1. ad Attallum, quod huiuſmodi eſt: 3

Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper.
Eſt, non eſt, quod agas, Attale ſemper agis.
Si res, & cauſa deſint, agis Attale mulas,
Attale, ne quod agas deſit, agas animam.

Pragmatici nomen, tam Aduocatos, quam 4
procuratores: & cęteros alios qui alienis cauſis in foro promouendis ſtudent comprehẽdit, vti apparet ex Quint. lib. 3. c. 6. atque ex 5
Cicerone de Oratore lib. 1. Pragmaticæ igitur ſancio propriè dicitur, quæ ad litium præſentium definitionem promulgatur, vt in l. fin. C. de diuerſis reſcriptis, atque ex l. vltim.

vlti. C. de proximis sacrorum scriniorum.

SVMMARIVM.

Differentia, 65.

Votum, quid sit? nu. 1.

Iuramentum homini fit Deum in testem vocando, & vltra humanam promissionem adhibetur, etiam diuinum testimonium, numero, nu. 2.

Quæ ex voto fiunt, maioris sunt meriti apud Deum, quam ea quæ sponte, nu. 3.

Votum Religionis factum ab infirmo grauissima infirmitate, si mentis compos sit, valet, numero, 4.

Ingressus Religionis ob paternam reuerentiam valere, ex veriori sententia defenditur, numero, 5.

Iuramentum vim habet rebus sic stantibus, nec extenditur ad incognita, nu. 6.

Iurans non alibi lauream Doctoratus accipere, quam vbi Licenciati gradum dum accepit, iusta vrgente causa quo velit Doctorari, potest, & est immunis à iuramento, nu. 7.

Inter votum, & iuramentum, differentia, 65.

1 VOtum, & iuramentum in tantũ affinia sunt, vt alterum pro altero nõnunquã accipiatur, vt illud Prophetæ: *Vouete, & reddite Deo iuramenta vestra.* Differunt tamen, nam votum est promissio simplex Deo facta directè, aut in directè, vt cõstat ex Cicer. 2. de leg. *Diligentia*, inquit, *votorum satis in lege dicta est, ac voti sponsio, quia obligamur Deo*: & constat ex toto illo titulo de voto,
2 & voti redemptione in Decretalibus. Iuramentum autem homini fit, Deum in testem inuocando, itaque vltra humanam promissionem adhibetur, etiam diuinum testimonium. velut tradit sanctus Thom. 2. 2. quæstio. 88. art. 3. & quæst. 89. & Sotus de iustitia, & iure, lib. 8. quæst. 1. art. 8. quanquam voto interdum iuramentum quoque accedere solet. Porrò, quia id quod à Deo votis exposcimus, enixè desideramus, inde fit, vt desiderium istud appellemus votum, Valerius Maximus, lib. 4. cap. 2. *Votis exposcimus, quod non impetrasse melius foret.* Seneca ad Lucillum, epit. 45. *Pro bonis mala amplectimur, optamus contra id quod optauimus: pugnant vota nostra cum votis, consilia cum consilijs.* Et quoniam de voto agimus illud memineris, quæ ex voto fiunt maioris esse meriti, seu 3
momenti ergà Deum, quam ea quæ sponte, & mera voluntate fiunt, gloss. magna in capit. 1. de reliquijs, & veneratione Sanct. in 6. Alphonsus de Castro aduersus Omay hæreses, lib. vltim. §. votum. Memoria quoque dignum est, quod scripsit gloss. in capit. 4
Sicut tenor, verb. extra mentem, de regulatibus, valere votum Religionis factum ab eo qui grauissima decumbat infirmitate, si modo mentis compos sit: cui reliqui illic consentiunt interpretes. Ex quo (vt obiter 5
dicam) dicendum est, veram non esse opinionem glossæ in cap. præsens, 20. quæst. 3. verb. *Patrem*, tradentis, ingressuum Religionis factum ob reuerentiam paternam, irritum esse: licèt enim quam plures illi subscripserunt apud Menchacam controuersiarum illustrium, cap. 35. num. 17. Cæterum, illam à iuris tramite diuertere ostendit Couarru. in 4. Decretalium, 2. part. cap. 3. §. 6. num. 7. & idem facit Anton. Menesius in l. interpositas, C. de transactio. numer. 17. & meritò: nam si mortis metus non est impedimento, quominus votum Religionis veleat, multò minus debet esse impedimentum paterna reuerentia. Cætera de voto præter locos communes vide apud Sotum de iustitia, & iure, libr. 7. quæstio. 1. & apud Gutierrez Canonicar. quæst. lib. 2. cap. 22.
Quod autem attinet ad iuramentum, illud 6
est memoria dignum, iuramenti obligationem intelligendam esse vim habere, rebus sic stantibus, aliter atque si rerum sit facta vicissitudo seu immutatio, ita vt mens iurantis ad eum casum incogitatum non videatur respexisse. gloss. in cap. 2. de renunciatione, & illic Abb. & Imola, & reliqui glossographi, probatur etiã in c. non quemadmo. de iure iur. & in cap. venerabilem, de elect. in fin. tradit Tiraquel. in l. si vnquam, C. de reuocandis donatio. in præfat. num. 166. atque ex nostratibus, tradit etiam Gutierrez in quæstionibus practicis, libr. 3. quæst. 42. num. 38. Quod egregiè pertinet ad iu- 7
ramentum, quod de more præstare solent candidati, non se alibi accepturos Doctoratus lauream, quam in eadem Academia: dicendum est enim, si noua successerit causa, quæ illum vrgeat, vt alibi accipiat Doctoratus insignia, liberum esse à iure iurando præstito. Id quod etiam tradit Iason in l. Nulli, num. 10. C. de iudicijs, & Alciatus in tract. de præsumptio. reg. 2. præsumptione 16. num. 7.

SVMMARIVM.
Differentia 66.

Sepulchrum, quid sit? nu. 1.
Sepultura est actus sepeliendi, nonnunquam tamen accipitur pro ipso sepulchro, nu. 2.
Monumentum est res memoriæ causa in posterũ prodita, nu. 3.
Mausoleum, quid sit, & vnde dicatur? nu. 4.
Sarcophagus, quid sit? nu. 5.
Cenotaphium, quid sit? nu. 6.
Epitaphium appellatur titulus sepulchri in laudem defuncti, nu. 7.
Bustum, quid sit? nu. 8.

Inter sepulchrum, sepulturam, monumentum, mausoleum, bustum, cenotaphium, sarcophagum, & tumulum, differentia, 66.

1 SEpulchrum locus est vbi cadauer, seu corpus hominis defuncti sepelitur, humoquè tegitur, l. 2. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum. Sepultura autem propriè
2 est actus ille sepeliendi, Cæsar libr. 1. de bello Gallico: *Cùm & propter vulnera militum, & propter sepulturam occisorum nostri triduum morari, eos sequi non potuissent.* Cic. 1. Tuscul. *Vt aliquid etiam de humatione, & sepultura dicendum existimo.* Et probatur etiam in l. cum in diuersis, ff. de Religios. & sumpt. funer. Nonnunquam tamen sepultura pro ipso sepulchro accipitur, vt in toto illo titulo de sepulturis, in Decretalibus. Monumentum autem latiùs patet, est
3 enim res memoriæ causa in posterum prodita, l. Monumentum, eod. titul. de Relig. & sumpti. funer. Statuæ igitur, instrumenta, atquè tituli, aliaquè huiusmodi, quibus præteritorum admonemur, monumenti appellatione comprehenduntur: proinde si sepulchrum non habeat titulum, qui nos admoneat, cuius sit, minimè dicitur monumentum, vt docet Valla elegantiarum libr. 4. capit. 75. & non obscurè ostendit Iurisconsultus in dict. l. Monumentum. de Re-
4 ligio. & sumpt. funerum. Mausolum, sepulchrum est lautius ædificatum, dictum à vetusto illo inclitoquè sepulchro, quod Artemisia Regina marito Mausolo struxit, tanta arte, & magnificentia, vt inter septem or bis, miracula numeretur; vt apparet ex Valerio Maximo libr. 4. capit. 6. atquè ex Plinio libr. 36. capi. 5. Sarcophagus autem de 5
quo meminit Iurisconsultus in l. Libertis, §. fin. ff. de alimen. & cibarijs legatis, & in l. Funeris sumptus, 27. ff. de Relig. & sumpt. funer. est lapis Troade frequens, vbi corpora defunctorum condita intra quadragesimum diem absumuntur, exceptis dentibus, vt refert Plinius naturalis historiæ libr. 30. capi. 17. & diuus Isidorus Etymologiarum lib. 16. cap. 4. Cenotaphium autem Budæo
6 authore in l. in tantum, ff. de rerum diuis. & Alciato Parergon lib. 10. cap. 12. imaginarium est sepulchrum: pone, cùm absente cadauere exequiarum causa honorarius tumulus defuncto erigitur, quale apud Virgilium legimus in eodem libr. 3. Andromachem mortuo fecisse marito, id est, Hectori, cuius loci meminit Iurisc. in supradict. in l. tantũ. Titulus autem qui sepulchro in laudem de
7 functi inscribitur, Epitaphium appellatur, vt declarat Seruius in loco Virgilij modò citato, & Alex. ab Alex. dierum genialium, lib. 6. ca. 14. Bustum verò dicebatur locus,
8 in quo cineres defuncti veteri more combusti condebantur, hoc Græcè Tymbon appellatur, vt scribit Cicero libr. 2. de legib. atque inde in vulgus emanauit, vt sepulchri operculum Tumba apud nõs appelletur. Tumulum etiam pro sepulchro vsurpari, nemo est qui ignoret, & ostendunt illa Martialis carmina lib. 1. de Cleopatra, in quibus ait, viperam habuisse nobiliorem tumulum, quam Cleopatram Reginam Ægypti, cum reperta esset vipera in lapide inclusa; quia concrescente petra, vipera intus inclusa temansit: sunt autem carmina istiusmodi.

Ne tibi Regali placeas Cleopatra sepulcro,
Vipera si tumulo nobiliore iacet.

SVMMARIVM.
§. Primi.

Quilibet potest sibi eligere sepulturam, nu. 1.
Filius familias pubes potest inuito patre sibi eligere sepulturam, nu. 2.
Vxor inuito marito, potest eligere sepulturam, numer. 3.
Sepulturæ electio duobus tantum testibus probabari potest, tanquam causa pia, nu. 4.
Episcopus etiam extra Ecclesiam Cathedralem, potest sibi eligere sepulturam, nu. 5.

Damna

Damnati ad mortem hodie possunt sibi eligere sepulturam, nu. 6.

Rei mortis quando habere debeant sepulturam, num. 7.

Sepultura eligenda est in loco sacro, nu. 8.

Hodie non fit locus sacer, nisi per cõsecrationem, aut benedictionem Episcopi, nu. 9.

Sepultura est eligenda in Ecclesia quæ habet populum, seu parochiam, nu. 10.

Sepultura eligi debet in loco sacro, cõsecrato, aut benedicto, nu. 11.

Quid inter sit inter cõsecrationem, & benedictionem, nu. 12.

Quando quis fuit fraude, vel dolo inductus ad eligendam sepulturam, an in ea debeat sepeliri, nu. 13.

Impubes non potest eligere sepulturam, nu. 14.

Monachi non possunt eligere sepulturam, numero, 15.

Excommunicati, & interdicti non possunt sibi eligere sepulturam, nu. 16.

Qui se ipsum interfecit non debet in loco sacro sepeliri, nisi antequam decesserit, signa contritionis ostenderit, nu. 17.

§. PRIMVS.

SEd quoniam de sepulchro agimus, & sepulturarum materiam, vsum, plerumq; vehementer [illegible] est satis iuris ciuilis studiosis exposita, placuit hoc loco nonnulla ad illius intelligentiam perstringere, tribus tantum conclusionibus rem omnem absoluentes.

PRIMA CONCLVSIO.

1 PRima igitur conclusio sit: vnusquisque sepeliendus eò loci vbi sepulchrum sibi elegit, cap. 1. de sepulturis, capit. 2. & capit. 2 fin. eodem tit. in 6. Amplia etsi fuerit filius familias, modò sit puber: nam potest etiam inuito patre sepulchrum sibi eligere, vt habetur in capit. Licet, de sepulturis, libr. 6. Ad cuius intelligentiam (si res postulet) consulito Iassonem in l. Senium, C. de testam. & Petr. de Perusio in tractatu de Canonica Paroch. cap. 11. & Guillelmum Benedictum in cap. Raimuntius, in princ. Am-
3 plianda est, & in vxore, vt etiam inuito marito possit sibi eligere sepulchrum, vt in cap. de vxore, de sepulturis, in 6. neque sunt impedimento leges Regiæ quibus cautum est, ne contrahere possit mulier inuito marito: nam id ad causam testamenti minimè pertinet, vt iuris notissimè est, & in hac spe-

cie tradit Gutierr. de iurament. confirmat. 2. part. capit. 4. Amplianda est tertio superior conclusio, vt satis sit duobus testibus sepulturæ electionem probare, cùm res sit ad Religionem, & piam causam respi- 4 5
ciens, iuxta capit. cum esses, de testament. Ampliabis præterea superiorem conclusionem in Episcopo, vt illi quoque permissum sit extra Ecclesiam Cathedralem, cui præest, sepulturam eligere, veluti placuit Petro de Perusio in illo tract. de Canonica Parochiali, §. 11. numer. 9. Amplia postremò in illis qui vltimo damnati sunt supplicio: nam licet olim testamenti factionem non haberent: hodie tamen rectè testantur, ac per hoc sepulchai quoque electionem habebunt, vt est author Gregor. Lop. in l. 6. tit. 13. partit. 1. verbo, *Puedelo hazer*. Quan 6 7
do tamen rei mortis sepulturam habere debeant, exponitur in l. 1. & 2. ff. de de cadueribus punitorum, & tradit Petr. de Perus. supradicto tract. cap. 11. num. 16. & Couar. lib. 2. variar. cap. 10. num. 9. Simancas quoque Catholicarum instit. titu. 18. num. 4. Vt autem hanc primam conclusionem 8
restringamus, limitanda est primò, vt, scilicet, eligenda sit sepultura in loco sacro: nam prophanus locus indignus est Christiani hominis sepultura, vt scribit Abb. in capit. Fraternitatem, de sepultur. nu. 2. quanquam aliud, neque rectè, placuerit Petr. de Perus. de Canonica parochiali, §. 10. quæstio. 5. Etenim, licet olim per humationem corporis humani, locus prophanus efficeretur sacer: §. Religiosum, instit. de rerum diuis. hodie non aliter fit sacer, quam per Episcopi consecrationem, aut benedictio- 10
nem, gloss. ab omnibus recepta in capit. in in Ecclesiastico, 13. quæstio. 2. Limitanda est deinde, vt eligere debeat sepulturam in Ecclesia quæ habeat populum, seu parochiam: nam Ecclesia quæ non habeat parochiam, non habet ius tumulandi, iure quidem communi, nisi id illi priuilegio concessum sit, Clem. Dudum, §. Porrò, de sepulturis, Innoc. in cap. 1. eod. tit. & Abb. in capit. certificari, eod. item tit. vbi edisserit, quis possit hoc priuilegium concedere. Est præterea limitanda prior hæc conclusio, 11
dummodò locus sacer quem elegerit, sit sacratus, vel benedictus, iuxta ordinem traditum à Summo Pontifice in capit. nemo, de consecratione, distin. 1. Longè autem (vt id 12
obiter dicamus) interest inter consecrationem, & benedictionem: nam in consecratione longè maior requiritur solemnitas, quàm in benedictione, vt est videre in cap.

13 Quanto, de consecrat. Eccles. vel Altaris. Limitabis etiam superiorem conclusionem, quando fraude vel dolo fuerit defunctus allectus ad eligendam sepulturam, vt est statutum in cap. in nostra, de sepulturis,
14 & in l. 5. titul. 1. partita 2. Iam illud neminem fugit, non posse impuberem eligere sepulturam, vt habetur in capit licet, de sepul
15 turis, in 6. Sic etiam, & Monachi eligere sepulturam non possunt, quia non habent velle, neque nolle, vt habetur in cap. fin. de
16 sepulturis, lib. 6. Illud quoque notissimum est, excommunicatos, & cæteros, qui sepultura interdicuntur, sepulturam sibi eligere non posse: hi qui sint, refert Sylu. verbo, *Sepultura*, §. 9. & Petr. de Perus. de Canoni
17 ca parochiali, §. 14. Quibus addito eum qui se interfecit, si ante decessum ostendat signum contritionis, seu pœnitentiæ in Ecclesia sepeliendum fore, secundum Abb. in capit. cum ad Monasterium, de statu regularium.

SVMMARIVM. §. secundi.

Qui non elegit sepulturam, debet sepeliri in sepulturam maiorum suorum, nu. 1.

In sepultura non attenditur ordo agnatorum, neque cognatorum, neque descendentium, numer. 2.

Sepultura patris præferenda est aui sepultura, num. 3.

Sepultura paterna similiter præferenda est materna, nu. 4.

Non extante paterno sepulchro, matris sepulchrum sequendum est, nu. 5.

Restituta hæreditate per fideicommissum, apud hæredem iura sepulchrorum remanent, nu. 6.

Laici habere possunt ius sepeliendi in Ecclesia, non mero iure, sed Ecclesiæ indulgentia, numer. 7.

Laici ex Ecclesiæ indulgentia habent ius sedendi in Ecclesia priuatiuè, nu. 8.

Inuitis qui ius habent funerandi, non possunt Ecclesiarum Rectores aliis sepulchrum concedere, num. 9.

Monachi ipsi non possunt in alieno sepulchro sepeliri, nu. 10.

Progenie illorum, quorum est sepulchrum, extincta, Rector Ecclesiæ potest sepulchrum aliis concedere, nu. 11.

Præcedens conclusio limitatur, nu. 12.

In dubio sepulchrum intelligitur potiùs hæreditarium, quam familiare, nu. 13.

§. SECVNDVS.

SECVNDA CONCLVSIO.

SEcunda conclusio ita se habet, si quis non elegerit sepulturam, est sepeliendus in sepulchro maiorum suorum, cap. 1. de sepulturis, cap. is qui, eod. tit. lib. 6. Maiorum autem appellatione omnes in vniuersum ascendentes comprehenduntur, l. Iurisconsultus, §. parentes, ff. de gradibus, l. quique, §. 1. ff. de in ius vocando, tradit Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 8. Cognatorum igitur, agnatorumvè, atque adeò descendentium nulla habenda est ratio in defuncto sepeliendo, vt tradit Petr. de Vualdis, de Canonica parochiali, cap. 9 num. 18. & 19. Quid verò si patris, & aui diuersa sint sepulchra, vtro in sepulchro erit sepeliendus defunctus? Et placet, paternum esse præferendum sepulchrum, quia, scilicet, proxima causa est spectanda, vt est auctor Ioan. Andr. in capit. is qui, de sepulturis, libr. 6. in Mercurialibus quanquam in gloss. aliud sentiat: & hanc opinionem amplectitur Petrus de Perusio loco proximo, §. 9. num. 8. & 10. Quod si paternum, atque item maternum extet sepulchrum, paternum esse præferendum, quæstionis non est, cum filij patris, non matris conditionem sequãtur, l. liberorum, ff. de verbor. significatio. Non extante verò paterno sepulchro, matris sequendum erit, secundum supradictum Petrum de Perusio, §. 9. numer. 17. Sed & illud meminisse debemus restituta hæreditate per fideicommissum, apud hæredem iura sepulchrorum remanere, vt apertè Iurisconsultus ostendit in l. quia perinde, ff. ad Senatusconsult. Trebellia. Loquuntur sanè iura de sepulchris illis Ethnicorum, sed non malè ex illis ad hodierna sepulchra argumentum sumimus, omniaquè priuilegia priscis illis indulta sepulchris, & hodiernis competunt, vt Abbas testimonium facit, item & Decius in capit. quanto, de iudicijs: quæ autem priuilegia illa sint, expendit Ripa de peste, titul. de remedijs præseruatiuis, numer. 28. Ex superioribus autem satis cõstat, posse habere laicos ius sepeliendi in Ecclesia: ac proinde vsu videmus, nobiles cæterosquè sacella atque fana in Ecclesijs habere, quæ vulgo Capellæ vocantur, à pellibus caprinis, quibus olim tegi solebant, vt inter

1 2 3 4 5 6 7

pretrtur

pretatur glo.in c.decernimus,de cõsecrat. distinction. 1.cuius veram esse etymologiã, constat ex Iustino lib.43.Quod non eo pertinet,vt dicamus,habere laicos dominium, vel proprietatem sepulchrorum, quia res sacræ in nullius bonis sunt,vt inquit Imperator in l.sepulchrorũ,C.deReligiosi.& sumptibus funerum:sed habent tantum ius illud funerandi,non quidẽ mero iure, sed Ecclesiæ potius indulgentia,& permissione: sicuri etiam ex eadem permissione ius habent sedendi in Ecclesia,scilicet,priuatiuè, secundum Panorm.in c.1.& cap.penult.de sepulturis,& Rochus in tract.de iure patron.verbo,*in Ecclesia*, q. 6.Quod quidem ius etiam armis eos defendere posse, auctor est Guillelm.Bened.in c.Rainuntius,verb. *duas habens filias*,nu.21.Inuitis igitur qui ius habẽt funerandi,non possunt Ecclesiarum Rectores alijs sepulcrum concedere,vel mortuum inferre,Panorm.in c.abolendæ,de sepulturis,Bart.in l.1.§.1.ff.de operibus publicis, Berthac.in tract.de Episcopo,lib. 4.part.3. num.22.Adeò vt ne ipsi quidem Monachi in alieno sepeliri sepulchro queant, vt est autor Petrus de Perusio de Canonica parochiali,c.10.nu.5.qui id intelligit, nisi progenies illorum,quorum est sepulchrum,vel sacellum,sit extincta:quia tunc ait posse Rectorem Ecclesiæ,sepulchrum alij concedere: quasi velit, hoc ius sepulchri ad extraneos non transire hæredes: id quod etiam placere video Rocho de Curte,de iure patronat.verb.*in Ecclesia*, q. 6.qui alios eiusdem sententiæ refert auctores , aduersus quos videtur textus in l.ius sepulchri, C.de Religiosis,& sumptibus funerum vbi constat, sepulchrum hæreditariũ ad extraneos transire hæredes.Refragatur quoque, l.monumenta.C.de legatis,vbi scribit Imperator,ius mortui inferendi posse legari.Refragatur item , quod ius patronatus Ecclesiæ ad extraneos transit hæredes,vt in Clemen. plures,de iure patron.Proinde illorum auctorum opinionem locum tantùmmodo habere puto in sepulchris familiaribus, id est,quæ familiæ data sunt,iuxta ea quæ habentur in l.familiaria , & l.sequenti, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum,& in l. ius familiarium,& alijs eiusdem tituli in Codice.In re autem dubia potiùs intelligam, esse sepulchrum hæreditarium,quam familiare , ex responso Iurisconsulti in l. pactum,ff.de probation.& quæ affert Alciatus de præsumptionibus, regula 1. præsumption.38.

8 9 10 11 12 13

SVMMARIVM.

§.tertij.

Si quis neque elegerit sepulturam,neque eam habuerit à maioribus suis,sepeliendus est in Ecclesia parochiali,vbi viuus percipit Sacramẽta, nu.1.

Sepeliri quis debet in sua parochia,etiam si in aliena decedat:imò,& in alio oppido,si potest commodè ad suam parochiam asportari, numer. 2.

Quæ sint obseruanda, quando cadauer in aliena Ecclesia deponitur,vt inde ad propriam transferatu,nu.3.4.5.

Episcopus,vel Canonicus qui non habet sepulturam à maioribus , neque eam elegit , sepeliri debet in Ecclesia Cathedrali,nu.6.

Magistratus qui decedunt in visitatione Prouincia,vbi nam sepeliri debeant?remissiuè , numer.7.

Vxor quæ non elegit sepulturam,etiam si habeat eam à maioribus,sepeliri debet in sepulchro vltimi mariti,cuius domicilium retinet, numero, 8.

Vxor sepeliri debet in sepultura , quam vir ad suam destinauit sepulturam , si illam in vita non elegit: & denique deciditur elegans quæstio, num.9.

§. TERTIVS.

TERTIA CONCLVSIO.

SI quis non elegit sepulchrum,neque habet sepulchrum maiorum suorum est, sepeliendus in Ecclesia parochiali , vbi viuus audiuit diuina,& Ecclesiastica percepit Sacramenta,cap.1.& cap.ex parte,& ca.in nostra , de sepulturis, c.is qui,eodem titul. lib.6.Clem.dudum,§.verum,eiusdem quo que tituli,l.6.tit.3.part.1.quæ ita quidem est intelligenda,ne sacris contraria Canonibus esse videatur.Procedit autem hæc conclusio , etiam si in aliena parochia mortem obierit: atque adeo, etiam si in aliquo oppido defunctus fuerit, modum ad suam parochiam commodè asportari , seu efferri queat.Amplius,etiam si decesserit in villa, vbi vel culturæ , vel voluptatis gratia longam fecerat moram , vt est definitum in cap.is qui,de sepulturis,in 6.Solitum est tamen eo casu cadauer deponi in Ecclesia illius loci,vt inde postea ad suum transporta-

1 2 3

portari valeat sepulchrum, quod testato apud Notarium fieri solet, ex autoramento leg. 3. §. non perpetuæ, ff. de sepulcro violato: alioqui exhumari cadauer semel sepultum, nisi auctore Episcopo non potest, l. nemo, C. de Religiosis, & sumptibus funerũ, l. 3. tit. 13. part. 1. Non antea tamen vtcunque sit, transferri cadauer debet, quam caro 5 extabuerit, ne tabes, fœtorque aerem corrũpat, vt tradit Felin. in capit. iudices, de Iudæis, & Hypolyt. singulari. 129. Cassaneus in consuet. Burg. poll princip. nu. 10. Quibus tamen addito tex. in cap. 1. de sepulturis, & extrauag. eodem titu. inter cõmunes. 6 Limitanda est tamen tertia hæc conclusio in Episcopo, vel Canonico, qui non sunt sepeliendi in parochia, sed in sua Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, scilicet, quando mortui sunt non electa sepultura, vel sine sepulchro maiorum suorum, auctore Petro de Perusio (qui ita est mea quidem sententia intelligendus) in illo tractatu de Canonica parochiali, cap. 9. num. 36. De Magistratibus autem, qui Prouinciam recognoscendo, seu visitando peragrantur, vbi nam decedentes sepeliendi sint, adeundus est Baldus in l. si quis ad declinandam, C. de Episcop. & Clericis, colũn. penult. Limitanda est præterea tertia ista conclusio in vxore quæ si decesserit non electa sepultura, non est sepelienda in sepulchro maiorũ suorum, neq; ie in Ecclesia parochiali, sed in sepulchro vltimi mariti, cuius domicilium retinet, & honorem, vt extat definitum in capit. is qui, §. final. de sepulturis, libro 6. 9 Quod si ipsa in vita mariti defuncta sit, non electa sepultura, sepeliri debet in sepulchro quod maritus ad suam destinauit sepulturam, vel vbi maritus voluerit, vt egregiè tradit Guillel. Bened in cap. Raimuntius, verbo, cuidam Petro nu. 82. Sed & illud non erit importunum, vt quæramus in specie huiusmodi: defunctus suo cauit testamẽto, vt corpus suum non antea sepulturæ mandaretur, quam omnia quæ statuerat adimplerentur: statuit hoc Rex Alphonsus X. vt suo refertur Chronico: quæritur, an illius obtemperandum sit voluntati? Et interesse purò, an defunto sint expedita bona, seu pecuniæ, ita vt exemplo adimpleri testamentum valeat, & eo casu rata sit eius voluntas, an non sit parata pecunia, sed lõgius res abire debeat, & tunc non sit illi obtemperandum, quoniam ab omni humanitate abhorrens sit talis dispositio, & ideò minus obseruanda, l. quidam in suo testamento, ff. de conditionibus inst. Hæc pauca de pluribus, quæ de sepulturis dici possent, raptim celeriterquè dictaui, nam vniuersa exequi, res est sui tituli, & voluminis.

SVMMARIVM.

Differentia. 67.

Vltra, & vltro, quid significent? nu. 1.

Lex 2. §. si quis vltro. ff. de quæst. declaratur, num. 2.

Legatis vxori centum vltra dotem, dos legata censetur, nu. 3.

Cur in stemmate Imperatoris Caroli Quinti descriptum sit inter duas columnas, Plus vltra, nu. 4. 5. & 6.

Inter vltra, & vltro. Differ. 67.

INter vltra, & vltro, nihil interesse opinantur nonnulli, cum tamen longo inter uallo distent, Vltra enim quid significet, ignorat nemo, sonat enim idem quod insuper. At vltro longè diuersam habet significationem, idem enim est, ac si dixeris, sponte sua, id est, nemine petente, seu rogante, vt apparet ex illo Virgilij carmine, libr. 6. Æneidos: 1

Sic prior aggreditur dictis, atque increpat vltro.

Atque item ex Terent. in Adria: *Imò*, inquit, *noui ingenium multerum, nolunt vbi velis, vbi velis, cupiunt vltro*: ostendit, & diuina authoritas, cap. 12. Actuum Apostolorum, vbi ita legitur: *Veniunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltro aperta est eis.* Ex quo intelligere poteris, quæ spectent 2 Iurisconsulti verba in l. 1. §. si quis vltro, ff. de quæstio. cuius gratia hæc attulimus, quæ eiusmodi sunt: *Si quis vltro de maleficio fatur, non semper ei fides habenda est.* Illud enim volunt, vt si quis sua sponte, id est, nemine accusante, iudici se offerat, dicens maleficium à se commissum, non statim morti addicendum esse, sed inquirendum, an verum dicat: quia fieri possit, vt aut metu, aũt tædio vitæ mortem appetens iudici se offerat vltro. Non me fugit, aliquando vltro pro vltra accipi, vt in l. sed an vltro, ff de negot. gestis, verum illud impropriè, aut forsan librariorum incuria, pro vltra, vltro falsò transcriptum est. His tamen 3 illud concernere est dicendum, si vir testamento dixerit: Lego vxori meæ centum

vltra

vltra dotem, dotem quoque legatam videri, secundum Bartol. in l. qui ita, ff. de dote præleg. nam legatum dotis, quod facit vir vxori aliquando vtile esse solet, §. sed si vir vxori, institu. de leg. Afflict. decisio. 359. Et 4 quoniam de Vltra agimus, loci opportunitas me suadet, vt dispiciamus quid sit in causa, vt inter stemmata, seu insignia inuictissimi Imperatoris Caroli Quinti, Regis quondam nostri, adijciatur titulus ille, Plus vl- 5 tra, duabus insertus columnis. Id vt intelligatur, sciendum est, columnas Herculis dici duo montes, qui in faucibus extant Mediterranei maris, sibi ex aduerso obiecti, alter dictus Auila in Mauritania situs, alter Calpe in nostra Hispania: ille appellatur hodie Ceuta, hic Gibraltar. Hos montes, vt antiquitas fabulata est, olim perpetuo iugo coniunctos Hercules ipse diremit, & separaui, atque ita exclusum antea mole montium Occeanum, ad quæ nunc influit loca, Mediterraneum immisit, vt memoriæ prodiderunt Pomponius Mella de situ orbis, lib. 1. 6 cap. 5. & Diodorus Siculus lib. 3. Has verò Herculis columnas Carolus noster multò longius prætergressus est, repertis, deuictisque nostratium magna vi, & virtute Occidentalibus Indijs, ab ipsis Herculis columnis tam longe latequè remotis. Merito igitur Rex noster hunc titulum, Plus vltra, duabus Herculis columnis insertum suis immiscuit stemmatis, significans nimirum, se multò longius, quam Herculem victricia arma tulisse.

SVMMARIVM. Differentia 68.

Procurator est is qui cum mãdato pro alio agit, defensor autem atque excusator qui sine mandato, nu. 1.

Excusator, & defensor, in quo differant? nu. 2.

Procurator ab actore, in quo differat? nu. 3.

Inter procuratorem, defensorem, excusatorem, atque actorem, differentia, 68.

1 INter procuratorem, excusatorem, & defensorem, hoc interest, quod procurator est is, qui cum mandato pro alio agit, defensor autem atque excusator mandatum non habent. Rursus excusator à defensore illud distat, quod excusator, est qui causas absentiæ, defensor autem, qui causas causæ, seu innocentiæ pro absente allegat, sicuti tradit 2 Speculator in peculiari b° de ea re titulis, & Ant. de Canar. in tracta. de excusatore, n. 7. & traditũ est à nobis lib. 1. rer. quoti. c. 20. Procurator autẽ ab actore, hoc distat, quod 3 procurator constituitur à domino, actor verò à nõ domino, sed qui alterius vices agit, putà, à tutore, curatore, vel à Prælato, secũdum glos. in l. neque, C. de procurat. quæ alias quoque subnectit differentias.

SVMMARIVM. Differentia, 69.

Inter mancipi, & nec mancipi differentia, num. 1. & 2.

Res nec mancipi qualiter alienaretur, nu. 3.

Verba Do, Dico, Addico, vnde habuerint ortũ, num. 4.

Qualis fuerit antiqua forma condendi testamentum per æs, & libram, nu. 5.

Hodie quæ res possint nec mãcipi cõparari, n. 6.

Inter res mancipi, & res neque mancipi, differentia, 69.

MAncipi, & nec mancipi (quæ antiquissima sanè, & obsoleta sunt nomina) meminit Iustinianus in l. 1. C. de vsucapio. transform. Quid igitur distent dispiciamus: & explicant id luculenter (vt cæteros omittã.) Vlpianus in cõmenta. tit. de acquirẽdo dominio, & Boetius ad Topica Ciceronis, Alciatus quoque libr. 3. disputationũ, cap. 10. Cuiacius in l. sequitur, §. viem, ff. de vsu cap. secundum quos illa in summa erat dif- 1 ferentia, quod mancipi dicebantur res liberæ, quales sunt in Italico solo positæ: dicebantur autem mancipi, quia alienari poterant: nam mancipationis vocabulum alienationem sonat, Cicero philip. 2. *Tum iste venditum atque mancipatum Tribunatum consilijs nostris opposuit.* Nec mancipi autem dicebantur stipendiaria, siue tributaria prædia, quæ erant in Prouincijs, quorũ proprietas, 2 & mancipium erant penes populum Romanum, & ideò alienari nisi certo modo non poterant. Sed & rerum mancipi alienatio non nisi cum quadam nexus fiebat solẽnitate per æs & libram, libripende, & quinque testibus præsentibus. Res autẽ nec mã- 3 cipi traditione ab alienabantur, aut in iure cessione, quæquidem cessio fiebat per tres personas, in iure cedentis, vindicantis, & addicẽtis. In iure cedit dominus vindicat

cui creditur, addicit Prætor, seu Magistratus, cui legis erat actio. Etenim prisco illo, ac rudi seculo, cum contractuum genera nondum satis nota essent, quinimo, neque adhùc pecunia esset signata, vt contrahentes cautius agerent, ad has ambages fugiebant (ne tricas dixerim, ac nenias.) Ex vetusto autem isto ritu conijcio, ortum habuisse tria illa verba, Do, Dico, Addico, quæ olim in iudicijs vsurpabantur. Do enim pertinebat ad cedentem, Dico ad vendicantẽ, Addico ad Magistratum, apud quem legis erat actio: licet alij aliter sentiant, vt est relatum à nobis suprà differentia 36. Porrò vt eo vnde digressi sumus, reuertamur, has ambages consultò sustulit Iustinianus, cum alibi, tum in dicta l. vnica, C. de vsucapione transformanda, & in §. per traditionem, instit. de rer. diuis. Ex his verò intelligi par est, qualis fuerit antiquissima illa forma condendi testamentum per æs, & libram, libripende, ac testibus quinque præsentibus, de qua meminit Iustinianus ipse in §. 1. instit. de testam. per mancipationem eius, id est, per quandam imaginariam venditionem fiebat hæres, vt declarat Viglius, cæteriquè recentiores eodem loci. Nec mancipi autem rebus comparari hodiè possunt agri illi, qui ab scriptitijs vassallis in nostra Hispania possidentur, de quibus agitur in tit. 3. lib. 6. Recop. & antea in l. 8. tit. 25. part. 4. *Solariegos*, vulgo vocamus.

SVMMARIVM. Different. 70.

Sententia nulla est, quæ contra ius constitutionis lata est: iniusta, quæ contra ius litigatoris, numer. 1.

Qualis error iuris vitiet sententiam, nu. 2.

Sententia iniusta, à qua non est prouocatum, in rem transit iudicatam, quæ verò nulla est, etiam si ab ea non appelletur, nunquam transit in rem iudicatam, nu. 3.

Etiam si appellatio interposita à sententia nulla fuerit deserta, sententia tamen nunquam transit in rem iudicatam, nu. 4.

Nullitas hodiè proponenda est intra sexaginta dies, nu. 5.

Sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta timẽda est, fallit in sententia nulla, dummodò scandalum inde non subsin, nu. 6.

Si intra certum tempus sub pœna excommunicationis quis fuerit soluere iussus, & intra terminum datum appellauerit, non ex eo remanet excommunicatus, licèt non soluat, nu. 7.

Superior conclusio procedit in causis ordinarijs, non in executiuis, in quibus non defertur appellationi, nu. 8.

Sententia excommunicationis lata à iudice conseruatore super iniurijs notorijs, non ligat, numer. 9. 7

Sententia notoriè iniusta, ipso iure nulla est, numer. 10.

Sententia nulla est, si causa in ea inserta falsa sit, num. 11.

Consilium, vt propter falsam causam in sententia insertam, sententia non arguatur de defectu nullitatis, nu. 12.

Sententia lata à iudice recusato, nulla est, neque est appellatio necessaria, numer. 13. & 14.

Assessor iudicis illetrati recusari non potest, si apud ipsum iudicem sententia sit iam subscripta, nu. 15.

Iudex illiteratus an teneatur, parte petente, dicere quem eligat assessorem, nu. 16.

Inter sententiam nullam, & iniustã. Differentia, 70.

SEntentia nulla est, quæ contra ius constitutionis lata est: iniusta verò dicitur, quę contra ius litigatoris fertur text. in capit. 1. de re iudicata, l. prolatis, ff. eod. titul. l. 1. ff. quæ sententiæ sine appellat. rescind. & vtrobiquè tradunt affatim interpretes, necnon Maranta in spec. 4. part. distinct. 16. numer. 90. Hanc verò differentiam ostendunt interpretes illis duobus aduerbijs, ritè, & rectè, & dicentes: Ritè pertinere ad solemnitatem iuris. Rectè ad iustitiam litigatoris, Bartol. & Iaſ. in l. iustè possidet, ff. de acquirenda possess. Vtriusquè autem speciei exemplum bellè subiecit Imperator in l. 1. C. quando prouocare non est necesse, cuius verba (ne Codicem petere graueris) huiusmodi sunt: *Si cum inter te, & auiam defuncti quæstio de successione esset, iudex datus à Præside prouinciæ pronũtiet potuisse defunctum, etiam minorem quatuordecim annis, testamentum facere, ac per hoc auiam potiorem esse, sententiam eius contra tam manifesti iuris formam datam, nullas habere vires palam est, & ideò in hac specie, nec prouocationis auxilium necessarium fuit. Quod si cum de ætate quæreretur, implesse defunctum quatuordecimum annum, & per hoc iure factum testamentum pronuntiauit, nec prouocasti, aut post appellationis impletam causam desitisti, rem iudicatam retractare non debes.* 1

Ex qua

Ex qua lege satis constat vt error iuris vi-
2 tiet sententiam, ita expressum esse debe-
re in sententiam, vt oculis videri, & legi
valeat, id quod etiam animaduertit Inno-
centius in capit. P. & G. de officio de legat.
& Iaff. in l. certi conditio, n. 20. ff. si cert. pe
tatur, Maranta quoque in spec. 4. p. distinct.
16. n. 50. In vsu autem iuris permultum in-
ter est, in iusta ne, an nulla fuerit sententia,
3 siquidem si iniusta sit, neque ab ea fuit pro-
uocatum, in rem transit iudicatam: nulla ve
ro si fuerit, etsi prouocatum non fuerit, nun
quam in rem iudicatam transit l. 1. ff. de fe-
rijs, c. inter cætera, de re iudic. & constat ex
dict. l. 2. quando prouocare non est necesse.
4 Adeò quidem, vt etsi appellatio ab ea inter
posita, fuerit deserta, nunquam transeat in
rem iudicatam, l. si expressim, & illic Bart.
ff. de appellationibus, Bald. in l. cõtra maio
5 res. C. de inofficios. testam. Quod tamen ho
diè accipiẽdum est, quando intra sexaginta
dies nullitas fuerit proposita, iuxta l. 2. tit. 17
lib. 4. Recop. de cuius intellectum actum est
6 latiùs à nobis, lib. 2. rerum quot. c. fin. 1. p.
§. 1. n. 13. Æquè, & illud quod vulgo iacta-
tur: Sentẽtia pastoris, siue iusta, siue iniusta,
timenda est, cap. sententia pastoris. 11. q. 3.
de sententia valida, non de nulla, accipien-
dum est: siquidem si nulla fuerit, timẽda mi
nimè est, modò scandalum cesset, cap. cum
contingat, de offic. delegati, cap. per tuas, de
sententia excommunicationis, Abbas in c.
ita quorundam, de Iudæis, Sylvester verb.
excommunicatio 2. versic. 15. Couarru. in
7 cap. alma mater. 1. p. §. 7. Secũdum hæc igi
tur dicendum est, si iudex Ecclesiasticus de-
cernat cẽsuras aduersus te, vt intra tot fortè
dies, pone decem, soluas Titio centum, si tu
intra terminum datum appellaueris, non te
censuris ligari, vt est text. elegans in c. præ-
terea, de appellation. Ad quam sententiam
eum singularem esse prædicat eodem loci
Abbas Panormit. num. 1. & 4. adijciens, ha-
bere locum, etsi iudex dixerit: Quod si non
solueris, ex nunc prout ex tunc, lapsa die, te
excommunicatum pronuntio: & eam com-
munem esse opinionem, constat ex Couarr.
in d. cap. alma mater. 1. part. §. 7. num. 5. at-
que ex Gutierr. in Canon. quæstionibus, ca.
8 1. Hanc tamen conclusionem velim intelli
gas habere locũ in causis ordinarijs, in qui-
bus appellatio locum habet: secus in causis
executiuis, in quibus non defertur appela-
tioni, iuxta leg. ab executore. ff. de appellat.
& l. ab executione. C. de appellat. recip. nã
appellatio, quæ iure nõ admittitur, non sus-
pendit executionem, neque credendum est
de ea loqui Pontificem in dict. cap. præte-
rea requisiti, de appellat. His quoque con- 9
sequens est, dicere, timendas non esse cen-
suras à iudicibus conseruatoribus latas, quan
do non sunt latæ super iniurijs, aut violen-
tijs notorijs, iuxta cap. 1. & cap. fin. de offic.
delegati, in 6. & in Concilio Trident. sessio
ne 14. cap. 5. & in l. 1. tit. 8. lib. 1. Recopil.
quia videlicet, tanquam latæ ab incompetẽ
ti iudice, nullæ sint. Illud etiam memminisse 10
debemus, si sententia fuerit notoriè iniusta,
eo ipso esse nullam, secundum Innoc. in c.
Fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis, &
Abb. in c. ab excommunicato, de rescript.
num. 10. Quin si iudex expresserit causam 11
in sententia (id enim quandoque facere
expedit) ea autem falsa fuerit, dicendum est
sententiam esse nullam, c. sicut, & illic Abb.
& reliqui, de re iudic. Bart. & Iason in l. si is
apud quem. ff. de acquirend. hæredit. Socin.
regula. 196. Proinde cõsulto fecerit iudex, 12
qui causam expresit in sententia, si adijciat
se hac de causa, & alijs quæ ex actis constãt,
ita pronuntiare id quod ego semper soleo.
Sed videamus, an si sentẽtia lata fuerit à iu-
dice recusato, nulla sit? Et quod attinat ad
ius Pontificium, siue Canonicum, plerisque
placet, nõ esse nullam, sed necesse esse, vt ab 13
ea appelletur, vt testatur communem esse
opinionem Francus in cap. cum speciale, de
appella. Quod verò attinet ad ius ciuile, ac 14
Regium, par est inter iuris interpretes opi-
nio, sententiam esse nullam, vt apparet ex
Marantha in specul. 4. parte. distinct. 16. n.
4. tradunt ex nostratibus Greg. Lop. in l. 22.
tit. 4. part. 1. Auend. in cã. correct. 2. p. cap.
23. n. 14. Azeuedo in l. 1. tit. 15. n. 9. lib. 4.
Recop. Illud tamẽ admonẽdi sumus, quod 15
bellè scripsit Auend. in dict. cap. 23. nu. 12.
assessorem quem iudex imperitus, seu illite
ratus delegit, recusari non posse, si sententia
sit iam subscripta penes ipsum iudicem: cu-
ius opinionem non obscurè probat l. 6. tit.
10. lib. 2. Recopilat. Illud quoque identidẽ 16
in foro quæri solet, an audiendæ sint partes
petẽtes à iudice (qui scilicet, imperitus est)
vt dicat sibi assessorem, cuius consilio feren
da sententia est: & sunt nostrates in eare dis
cordes, nam Greg. Lop. in l. 2. tit. 22. part. 3
verb. diziendo, negat iudicem id dicere de-
bere, cui assentitur Didacus Perez in l. 24. ti
tul. 3. lib. 2. ordin. Contrarium autem pla-
cet Bobadillæ in Polit. lib. 3. cap. 8. nu. 218
cuius sentẽtiam ego veriorem esse arbitror.
Mouet me simul, quod ius non clãculũ, sed
propalam reddi debet, l. penult. ff. de iustit.
& iure: simul lex prima, C. de relat. qua cau-

tur,

tur, vt iudex consultaturus Imperatorem super dubio litis, debeat litigatores certiores facere, ædito eis relationis exemplo, vt de iure suo docere queant. Neque hoc dico, quod hanc ob causam, sententiam nullam esse putem, sed vt admoneam, non rectè facere iudicem, assessorem occultando, litemquè eum suam facere, iuxta ea quæ habentur in l. 1. C. de pœna iudicis qui male iudicauit.

SVMMARIVM. Different. 71.

Feudum ad personale obligat obsequium emphyteusis verò ad annuam persionem. num. 1.

Si quis dicat se concedere fundũ ad feudum pro annua pensione, nõ erit feudum, sed emphyteusis. num. 2.

Libellarius contractus dicitur, quãdo emphyteuticus fundus ab ipso emphyteuta alteri conceditur in emphyteusim. num. 3.

Emphyteusim, non emphyteosim, dicendum esse, contra Alciat. ostenditur. num. 4.

Emphyteusis à quocunque concedi potest, feudũ autem à Rege, Episcopo, vel Magnate. numer. 5.

Inter feudum, emphyteusim, & libellarium, differ. 71.

INter emphyteusim, & feudum tanta est familiaritas, & coniunctio, vt nihil inter ea esse discriminis placuerit Speculatori, tit. de feudis, §. quoniam, versic. 40. Verum ab
1 eo dissentiunt plerique omnes Scribentes, & meritò. Differũt siquidem, nam feudum ad personale obligat obsequiũ: at pro emphyteusi annua soluitur pensio. Hanc differentiam tradit Iaſ. in l. 1. C. de iure emphyteut. num. 50. atque rursus in tit. de feudis, num. 8. Baptista in tract. de cognitione feu-
2 di, vol. 2. tractatuum. Si quis igitur fundum dicat se concedere in feudum Titio pro annua pensione, non erit feudum, sed emphysis, secundum Alex. cons. 136. vol. 1. n. 4. &
3 Valascum de iure emphyteut. quæst. 49. Libellarius autem contractus (quod verbum, & nouum, & neothericum esse constat) dicitur, quando emphyteuticus fundus ab ipso emphyteuta alteri conceditur in emphyteusim, vt tradit idem Iasson in dicta l. 1. C. de iure emphyt. num. 29. & latius Valascus de iure emphyteutico, quæst. 35. quanquã vulgo populares ea nomina indifferenter accipiũt, sicuti memorat Iulius Clar. tit. de emphyteusi, q. 1. Sed & illud admonuisse oportebit, emphyteusim dicendum esse, nõ em- 4
phyteosim, sicuti admonet Alciatus Parergon lib. 1. c. 36. & Corras. Miscellaneorum lib. 1. c. 21. & demonstrant vbique authographa iuris volumina: labuntur itaque plerique Scriptores, qui aliter loquuntur. Cum 5
autem in iure quam plures sint differentiæ inter feudum, & emphyteusin, illa præcipua est, quod emphyteusis à quocunque concedi potest, vt constat ex l. 1. de iure emphyt. atque ex §. adeò, instit. de locat. atque ex l. 28. tit. 8. p. 5. At feudum concedi iure non permittitur, nisi à Rege, Episcopo, aut Magnate, vt habetur in c. 1. de natura feudi, & in c. 1. quis feudum dare possit, & illic Aluarotus summus feudista, cuius opinionẽ aduersus communem recipit lex 3. tit. 26. p. 4. Et hinc est quam obrem feuda tam raro apud nos versentur, mihi enim actenus per totũ vitæ meæ tempus videre non contingit, nisi duo tanium concessa, ambo ab Archiepiscopo Compostellano, alterum Magnati de Vlloa, alterum Marchioni de Villafranca.

SVMMARIVM. §. Primi.

Emphyteusis Ecclesiastica dicitur, cum bona Ecclesiastica dantur in emphyteusim, secularis verò cum secularia. num. 1.

Bona Ecclesiastica non possunt in emphyteusim cõcedi, nisi consuetum sit ita fieri, cedatquè in Ecclesiæ vtilitatem. num. 2.

Emphyteusis Ecclesiastica non potest concedi, nisi ad vitam trium personarũ, nec ad extrancos transit hæredes: & explicatur textus in §. licentiam, in authentica de alienat. & emphyt. collat. 9. num. 3.

Quando in perpetuum possit concedi emphyteusis Ecclesiastica, ex veriori opinione resolvitur. num. 4.

Quæ solemnitas requiratur in alienatione rerum Ecclesiæ, traditur remissiue. num. 5.

§. PRIMVS.

POrro, quia emphyteusis materia ampla est, & quotidiana, non absre erit, si pauca de

ca de ea re in forensis vsus gratiam subnecta
1 mus. Sciendum est igitur, emphyteusim alteram esse Ecclesiasticam, alteram secularē: Ecclesiastica dicitur, cum Ecclesiastica bona in emphyteusim dantur: cum verò secularia bona dantur in emphyteusim, secularis dicitur emphyteusis: sicuti autem hæ nomine differunt, ita, & re multum discriminis habent: nam secularia bona pro voluntate domini dari in emphyteusim possunt
2 l. 1. C. de iure emphyteutico. Cæterum Ecclesiastica bona concedi in emphyteusim non possunt, nisi cum ex antiquo consuetū est ea in emphyteusim concedi, idque in Ecclesiæ cedat vtilitatem, textus in cap. sine exceptione 12. quæstione. 2. cap. 2. de feudis, & expressius in Extrauagant. Pauli Venet. in tit. de rebus Ecclesiæ non alienandis, inter communes, quæ incipit, Ambitiosæ: cuius interpretationem tractat ex professo Auendan. in cap. correct. 1. parte, cap. 4. n. 12 & ante eum Couarr. lib. 2. variar. resolut. c. 16. Quibus addito proprium motum Pij Papæ IIII. sextum in ordine. Differunt deinde emphyteusis Ecclesiastica, & secularis, quia bona priuatorum possunt pro voluntate domini in emphyteusim concedi, aut in perpetuum, aut ad tēpus, vt liquet ex illa l. 1. C. de iure emphyt. atque ex §. adeò, institut. de locato, & illic tradit Angel. & Bartolus in l. 1. ff. si ager vectigalis, vel emphyteut. petatur, & probat etiam lex 28. tit. 8. part. 5. quia nimirum in re sua quilibet est moderator, &
3 arbiter, l. in re mandata, C. mandati. At bona Ecclesiastica non possunt concedi in emphyteusim, nisi ad trium personarum vitam neque ad extraneos emphyteusis Ecclesiastica transit hæredes, vt habetur in emphyteusim, in authent. de non alienand. rebus Eccles. collat. 2. Veruntamen an ille textus sit correctus per text. in §. licētiam, in auth. de alien. & emphyt. collat. 9. (quo statuitur, Ecclesiæ bona in perpetuam emphyteusim dari posse) magna est inter iuris interpretes disceptatio siquidem dictum §. emphyteusim, correctum esse per illum §. licentiam, testatur Gregor. Lop. in l. 28. tit. 8. part. 5. verb. *O de sus herederos*: & eam communem esse opinionem inquit. Alij vero contra sentiūt, affirmantes non esse correctum, sed illum §. licentiam, accipiendum esse, quando in concessione emphyteusis adhibita fuit solemnitas necessaria ad alienationem Ecclesiasticarum rerum: textum autem in dict. §. emphyteusim, accipiendum fore, quando emphyteusis cōcessa fuit, omissa iuris solemnitate, sic etenim placuit Bart. Alexand. & reliquis in l. etiam. ff. solut. matrimon. Felino, & Decio in c. in præsentia. de probat. hic n. 48. ille num. 27. & constat esse communē ex Couarr. lib. 2 variar. c. 17. n. 5. Placet itaque illis, bona Ecclesiastica, sic iuris seruetur solēnitas, in perpetuam emphyteusim dari posse: sin verò iuris omittatur solēnitas, in tres duntaxat personas concedi posse, scilicet, quando est cōsuetum illa ex antiquo in emphyteusim dari. Et hæc mihi magis probanda videtur opinio, simul ne iuris correctionem demus: simul, quia video huic opinioni consuetudinem suffragari: veluti etenim, tam ex antiquis, quam ex recentioribus liquet monumentis, Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ ferè semper cōcedunt emphyteusim, duntaxat ad tres vsquè vitas: duabus autem opinionibus inter se certantibus, sequenda est illa pro qua consuetudo calculum tulerit. l. cum de interpretatione. ff. de legib. Eadem quoque consuetudine introductum est, vt vltra trium personarum vitas addantur emphyteusi, vnde triginta anni, nimirum, quia intellexit vulgus per hoc tempus vigēti nouem annorum alienationem non fieri, nihilquè aduersus iura paciſci. Qualis autem solemnitas sit necessaria in 6
alienatione rerum Ecclesiasticarum (ne rem actam agamus) videre poteris apud Couarruu. dict. cap. 17. libr. 2. variar. resolut. num. 1.

4 5

SVMMARIVM.

§. secundi.

Emphyteusim alteram hæreditariam esse, familiarem alteram. num. 1.

Quæ dicatur emphyteusis hæreditaria, & quæ familiaris. num. 2.

In emphyteusi hæreditaria non succedant filij, ni si sint hæredes: at verò in familiari succedūt, etsi patris repudiauerint hæreditatem. numer. 3.

Emphyteusis hæreditaria imputatur, & confertur, secus familiaris. num. 4.

Ex emphyteusi hæreditaria deducenda est melioratio trientis, & quincuncis, secus ex familiari. num. 5.

Locus Guillelm. Bened. Bald. & Couarr. explicatur. num. 6.

Vbi dispositum est, vt indiuidua sit emphyteusis, nec successor nominatur, ad primogenitū pertinere probatur. num. 7.

Supe-

Superior conclusio limitatur, si aliter expressum sit in ipsa concessione emphyteusis. num. 8.

Dominus emphyteusis potest disponere, vt succedat filius spurius. num. 9.

In dubio præsumendum est, emphyteusim potius esse hæreditariam, quam familiarem. num. 10.

Quid interest emphyteusim concedi ad generationes, vel ad vitas. num. 11.

Si emphyteusis ad duorum vitas concedatur, & alter alienet, spectanda est mors alienantis, & illius in quem fit alienatio, nisi aliter conuentum sit: & exemplum ponitur. num. 12. numer. 13.

Fieri potest vt penes vnum ius resideat, alter vero commoditate fruatur. num. 14.

§. SECVNDVS.

1 RVrsus sciendum est, emphyteusim alteram esse hæreditariam, alteram non hæreditariam, quam Itali appellant de pacto, seu prouidentia, & nos non male, quin ele-
2 gantius appellamus familiarem. Hæreditaria emphyteusis est, in qua solum possunt succedere hæredes, siue ij filij sint, siue extranei. Familiaris autem dicitur, in qua succedunt solummodo filij, seu liberi, etsi ij hæredes non sint, velut (vt antiquos omittam) tradit Greg. in l. 6. tit. 26. p. 4. verb. Lo heredem, & Valasc. de iure emphyt. q. 43. & q. 44. & Caldas de nomin. emphyt. q. 24. n. 12 cum seqq. Igitur, quando emphyteusis conceditur pro se, & filijs, & hæredibus, seu descendentibus, dicitur emphyteusis hæreditaria: quando verò conceditur pro se, & filijs, & descendentibus, non facta mentione hæredum, dicitur emphyteusis familiaris, seu de prouidentia, vt declarant superiores Lusitani, id est, Valasc. & Caldas, & Couarr. lib. 2. variar. cap. 18. num. 4. & Ioan. Garsia de expens. cap. 12. num. 83. atquè Iul. Clar. §.
3 emphyteus. quæst. 16. In rerum autem vsu permultum interest, an emphyteusis sit hæreditaria, an familiaris: nam in hæreditaria non succedunt filij, nisi sint hæredes, in familiari autem succedunt filij, etsi patris repudiauerint hæreditatem, vt est author Bart. in l. iusiurandi, §. liberi, num. 4. ff. de operis libert. & testatur communem Iaf. in l. 2. C. de iure emphyt. n. 210. & alij relati à Couarruu. d. cap. 18. num. 2. Idem faciunt Va-
4 lasc. & Caldas locis paulo ante citatis. Interest etiam inter emphyteusim hæreditariam, & familiarem, quia hæreditaria imputatur, & confertur, familiaris nõ confertur, neque imputatur, vt prolixius edisserit Caldas de nominat. emphyt. quæst. 18. & nos quoquè exactius tractamus differentia vltima. Quibus consequens est dicere, si emphy
5 teusis fuerit hæreditaria, ex ea deducendam esse melioration trientis, vel quincuncis, perinde ac ex cæteris bonis: nõ item si emphyteusis fuerit familiaris: nam ex ea non erit deducenda melioratio trientis, vel quincuncis, sed æqualiter dividenda est inter ipsos filios, ita vt non possit pater eam vni ex filijs prælegare, sicuti apertè superiores tradunt Doctores, & antea Gregor. Lop. in l. 6. tit. 26. p. 4. verb. Lo heredem, & Ioann. Garsia de expens. cap. 12. num. 84. Quod igitur
6 scriptum reliquit Guillelm. Bened. in cap. Raynuntius, verb. Cætera bona, num. 9. si frater fecit pactum cum fratribus, non petiturum se aliquid hæreditate paterna, posse adhuc petere feuda, vel emphyteusim, intelligendum est loqui de emphyteusi familiari non de hæreditaria. Atque de ea intelligendum est quoquè loqui Bald. in authent. si quas ruinas. C. de sacrosanct. Eccles. & Couarr. lib. 2. variar. cap. 18. num. 9. atquè ita nostræ non aduersantur distinctioni, quin illi magis opitulantur. Illud item admonuisse
7 oportebit, quotiescunquè in concedenda emphyteusi adiectũ fuit, vt indiuidua esset, ab vnoquè tantum possessore obtineretur, veluti ex more quotidie fieri solet, eo casu, si à decessore nõ fuerit nominatus successor, pertinere emphyteusim ad primogenitum, iuxta Roderic. Suar. sententiam in l. quoniã in prioribus, ampliatione 12. num. 26. cui suffragatur Aluaradus de coniecturata mente defuncti lib. 2. cap. 3. num. 11. Fieri tamẽ debet eo casu cæteris hæredibus, seu fratribus compensatio in cæteris bonis defuncti, vt superiores tradunt authores, præsertim Valasc. d. quæst. 143. num. 2. & Caldas d. q. 24. nũm. 14. Id quod intelligendũ est, quando emphyteusis ab vno tãtum possideri debet, alioqui, possessore non nominante, omnes succedunt hæredes, secundum Alexand. cosil. 222. lib. 6. & Iaff. in l. stipulatio. §. si
8 quis. ff. de verbor. oblig. num. 2. Hoc autem accipias velim, nisi aliud nominatim in concessione emphyteusis expressum fuerit: nã pacta, & conditiones, quæ in concedenda emphyteusi adiecta fuerint, omnino obseruanda sunt, vt habes in l. 1. de iure emphyt. adeò quidem, vt possit dominus emphyteusis adiungere conditionem, vt post mortem ipsius emphyteutæ succedat in emphyteusi filius spurius, quem emphyteuta habet
9 secundum Guillelm. Bened. in cap. Raynuntius,

10 tius, verb. & vxorem, n. 691. Illud quoque non obliuiscaris, in re dubia potius præsumendum esse emphyteusim hæreditariam, quam familiarem, vt tradit Ioann. Garsi. de expensis, c. 12. num. 83. & eodem pertinet, quod scriptum reliquit Franciscus de Ripa in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam, nu. 293. hodiè omnia feuda, omnesque emphyteuses redacta esse instar bonorum patrimo-
11 nialium, vt suo more loquar. Memineris, etiam permultum interesse, an emphyteusis data fuerit ad generationes, an ad vitas: nã cùm datur ad vitas, quot sunt personæ eorum qui in emphyteusi succedunt, tot sunt vitæ, vt in §. emphyteusim, in Auth de non alienandis rebus Ecclesiæ: porrò cum datur ad generationes, omnes personæ eiusdem gradus habẽtur pro vna generatione, id est omnes filij sunt vna generatio, nepotes secũda, pronepotes tertia, glos. in §. 1. qui feudum dare posse. in vsib. feudor. Angel. in §. adeò, numer. 3. institut. de locato, Socinus
12 cons. 25. 1. parte. Illud etiam ex facto fuit quæsitum, quando ita in vitas data fuit emphyteusis, & vna ex personis, ad quam peruenit emphyteusis, alienet, vtrum in facienda computatione vitarum, sit habenda ratio personę detrahentis, an eius in quem facta est alienatio? vel an potius vtriusque? Et sanè magis recipiendum videtur, vt vtriusque habenda sit ratio (nisi aliud conuentũ sit) emphyteusis autem non finietur, nisi demùm post vtriusque mortem, vt significat textus in Authent. de non alienãdis, aut permutandis rebus Ecclesiæ. §. emphyteusim, & §. quod autem dictum est, dum ait: *Et sic reuerti post trium personarum mortem.*
13 Finge igitur, quod Titius accepit emphyteusim in tres personas, post cuius mortem Seius ipsius filius (qui secunda est persona) emphyteusim alienat in Caium (qui tertia est persona) deinde moritur Caius, Seio superstite: dicendum erit apud hæredes Caij, tãdiu durare, quamdiu Seius vixerit: eoquè vi-
14 ta functo, emphyteusim extingui. Fieri enim iure potest, vt penes vnum ius resideat commodum autem ad alterum pertineat. l. si vsusfructus. ff. de iure dotium, leg. necessarium. §. fin. ff. de periculo, & commod. rei vendit. & eodem pertinet, capit. nuper, de donation. inter, & l. fundum. ff. de action. empt.

SVMMARIVM.

§. tertij.

Emphyteuticarius qui sine domini consensu alteri dat in emphyteusim, incidit, in commissum si ille cui dedit, non sit consors emphyteusis, & contrarium tenens refellitur Sarmiento, numer. 1. & 2.

Emphyteuta de consensu domini potest alteri emphyteusim concedere: ex communi defenditur contra Sarmiento. nu 3.

Finita emphyteusi, quia emphyteuta incidit in cõmissum, vel non soluendo canonem, vel alienãdo sine consensu domini, impensæ, seu meliorationes non soluuntur emphyteutæ: secus si emphyteusis extinguatur quia defierũt vitæ, seu generationes, ad quas emphyteusis concessa est, num. 4.

Finita emphyteusi, quia generationes defierunt, tenetur proprietarius renouare emphyteusim ipsi emphyteutæ pro tanto, quantum alius obtulerit. num. 5.

Dominus non tenetur emphytentæ renouare emphyteusim, nisi alteri eam concedere velit. numer. 6.

Si quis quadraginta annis canonem pro aliquo fundo soluerit; præsumitur habere titulo emphyteusis, & scripturam præcessisse. numer 7.

Quando non apparet pro qua re emphytenta solua, censum, omnia prædia quæ possidet, emphyteutica esse præsumuntur, nisi sua propria esse probauerit. num. 8.

An dominus possit propria authoritate deijcere emphyteutam non soluentem canonem intra præfinitum tempus. num. 9.

Qualiter consulatur emphyteutæ, qui ignorãs rẽ esse emphyteuticam, illam alienauit sine domini consensu. num. 10.

§. TERTIVS.

ATquè vt plura de emphyteusi dicere prosequamur, quotidiana enim res est, scire debes, quod sicuti emphyteuta alienando fundum emphyteuticum sine consensu domini, incidit in commissum. l. fi. C. 1
de iure emphyt. l. fin. tit. 8. part. 5. ita etiam incidit in commissum, si sine domini consensu det alteri in emphyteusim, qui modo nõ sit cõsors in eadem emphyteusi, vt est cõmunis opinio secundum Iassonem in d. l. fi. C. de iure emphyteut. num. 110. & Valascum de iure emph. q. 23. n. 11. & Iul. Clar. 2
§. emphyteusim, num. 20. In quo lapsus est dominus Franciscus Sarmiento, vir alio qui cum primis doctus, Selectarum lib. 3. c. 2. n. 24. asserens, communem sententiam in cõtrarium esse: nam Felin. quem allegat, loquitur in feudo: cuius diuersa causa est, vt ipse-

met

met Iaſſon animaduertit loco ſuperiori. Illud quoque non rectè contendit ipſe Sarmiento, etiam de conſenſu domini non poſſe emphyteutam alteri emphyteuſim concedere, nam præter quam quòd ipſius opinio contra communem pugnat, non ſatis iure probatur, vt tutè per te citra negotiũ intelligere poteris, & ſi placet, videre poteris apud Valaſc. loco ſuperiori: mores quoque illi aduerſos eſſe, in confeſſo eſt. Permultum item intereſt, an emphyteuſis finiatur propterea, quòd emphyteuta incidit in commiſſum culpa ſua, puta, non ſoluendo canonẽ, aut alienando ſine conſenſu domini: an verò finiatur, quia generationes, ſeu vitæ, ad quas data fuit, deſſerũt: nam priori caſu emphyteuta, qui culpa ſua amiſit emphyteuſim, perdidit etiam impenſas & ſumptus in ea factos, vulgo, Meliorationes, vocant. Secundo verò caſu non perdidit meliorationes, veluti commodiſsimè edifferit Iaſ. in l. 2. C. de iure emphyteut. n. 27. cum ſequent. cuius opinionem communem eſſe conſtat ex Valaſc. de iure emphyteutico, quæſt. 25. num. 2: quibus tamen addito Ioann. Garſia. de expenſis, cap. 6. num. 12. Caldas de nominatione emphyteuſis, quæſt. 18. n. 40. & Ioſephum Ludouic. deciſ. 30. & textum ſingulariter in l. 41. tit. 28. part. 3. Illud quoque, quanquam vulgare, in memoriam refricare non deſinam, finita emphyteuſi, quia generationes deſierunt, debere proprietarium renouare emphyteuſim ipſi emphyteutæ, pro tanto quantum alius obtulerit, vt beliſsimè tradit Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, cui cæteros communiter adſtipulari conſtat ex Iaſ. in l. 2. C. de iure emphyteutico, num. 23. atque ex alijs, quos nos (ne rem actam agamus) retulimus lib. 2. rerum quotid. cap. 16. num. 9. Si tamen dominus nolit concedere emphyteuſim, ſed ſibi retinere, nullo iure poteſt emphyteuta deſiderare, vt ſibi renouetur, veluti placuit Abbati in cap. bonæ, 2. de poſtulatione Prælatorum. & latiùs proſequitur Greg. Lop. in l. 69. tit. 18. part. 3. verb. ſer renouada. Sed neque illud obliuioni mandandum erit, licèt ad cõtractum emphyteuticum neceſſaria ſit ſcriptura: iuxta communem relatam à Iaſſone in l. 1. C. de iure emphyt. n. 52. quæ noſtrati iure exprei ſim recipitur in l. 28. tit. 8. part. 5. attamen ſi quis per quadraginta annorum ſpatium ſoluit canonem pro aliquo fundo, præſumitur habere titulo emphyteuſis, præſumitur quèd ſcripturam præceſsiſſe, auctore Iaſſone in d. l. 2. C. de iure emphyt. n. 155. cuius opinionem ab alijs communiter probari, teſtis eſt Balbus de præſcript. 3. p. quæſt. 10. atque item Valaſcus. de iure emphyt. quæſt. 7. n. 33. & quæſt. 8. n. 18. Neque minus eſt notabile, quod idem refert Iaſſ. in dict. l. 2. C. de iure emphyt. nu. 173. quando non apparet pro qua re emphyteuta ſoluat cenſum præſumendum eſſe, prædia omnia, quæ poſſideat, emphyteutica eſſe, niſi per contrarium emphyteuta doceat; prædia eſſe ſua propria, vel alterius domini: id quod latiùs videre poteris apud Valaſcum, q. 8. num. 18. bellè quoque idem ſcribit Iaſſon in d. l. 2. C. de iure emphyt. n. 106. poſſe dominũ emphyteutam penſionem intra præfinitum tempus non ſoluentem, propria auctoritate deiicere: eamque teſtatur communem eſſe opinionem, quę non obſcurè probatur in l. 3. tit. 14. p. 1. id tamen moribus minus obſeruari videmus. Sed neque eſt ſilentio prætereundum, quod idem ſcriptum reliquit Iaſſon in l. 3. C. de iure emphyt. n. 127. emphyteutam alienantem rem emphyteuticam ſine conſenſu domini, non cadere in commiſſum, ſi ignorabat eſſe emphyteuticam: oportet tamen eo caſu petat, ſe in integrum reſtitui, ex clauſula generali, vt idẽ Iaſſon animaduertit, nõ illic, ſed in l. 2. eiuſ dẽ tit. n. 1. 184. Alia multa, & ea ſingularia, videre poteris apud eundem Iaſſonem May num locis citatis, virum vtique pro ſuo præclaro ingenio non minoris laudis dignum, quàm priſcum illum Iaſſonem Argonautam, non multum dixi: nam admeritum ſuæ doctrinæ, omnis laus inferior eſt: proinde non mireris, ſi illum noſter ſemper amet ſtylus.

SVMMARIVM.

Differentia. 72.

Inter fundum vectigalem, & emphyteuticum, quæ ſit differentia. num. 1.

Fundus vectigalis, vel emphyteuticus nomina eſſe ſynonima, ex communi probatur. numer. 2.

Agrum vectigalem ad priuatio etiam pertinere probatur num. 3.

Emphyteutici nomen ad publicos etiam ſpectare oſtenditur. num. 4.

Vectigal, nomẽ Latinum eſt, emphyteuticum vero, Græcum. num. 5.

Superficiarius quis dicatur? num. 6.

Superficies quid ſit ſecundum Mathematicos, & ſecun-

secundum Iuristas? num. 7. & 8.

Pensio quæ superficiario soluitur, Solarium vocatur, quia propter solum penditur. num 9.

Inter fundum vectigalem, emphyteuticum, & superficiarium, differen. 72.

1 INter fundum vectigalem, & emphyteuticum illud interesse putat Iason in l. domus. §. fin. ff. de legat. 1. quod pro vectigali prædio soluatur, pensio Reipublicæ, pro emphyteutico vere soluatur priuato, sed verius est, quod scribit Accurs. in rub. si ager vectigalis. vel emphyteut. petatur (cui cæteri illic assentiuntur, & Marcus Antonius
2 consil 49. volum. 1. num. 2.) nihil inter hęc esse discriminis, sed synonima esse nomina, sicuti apparet ex l. sic fundum, §. 1. ff. qui satisdar. cogantur, atque ex ipsomet tit. ff. si ager vectig. vel emphyteuticarius petatur: nam cum Rubrica de agro vectigali, & emphyteuticario agere instituat, nullũ de emphyteutico in subiectis legibus adiectum est verbum. Sed & vectigalem agrum ad priua
3 tos quosque respicere, apparet ex l. arbores. ff. de vsufruct. atque ex lege item prædia. ff. familiæ erciscund. & alias sæpe ostendit, & Cicero in Paradoxis cap. vltimo, his verbis: *O diij immortales, non intelligunt homines, quã magnum vectigal sit parsimonia!* Emphyteuti-
4 ci autem nomen, & ad agros publicos spectare, apparet ex l. 1. cum sequẽtibus, C. de cẽsibus, lib. 12. Apparet itaquè, Iasonis opinionem veram non esse, & Accursij, & cõmunem magis esse probandam. Quod autẽ scribit Eguinarius in §. adeò, instit. de locato, ac Valasc. de iure emphyteutico. q. 1. vectigalis vocem latiùs patere, quam emphyteutici, falsum esse, quiuis intelligere potest vel ex ipsomet §. adeò, atque ex l. 1. ff. si ager vectigal, vel emphyt. petatur quæ ipsi in suas partes asciscunt: suo itaque gladio
5 iugulantur. Si quid igitur inter hæc est discriminis illud est, quod vectigal est Latinũ, emphyteuticum verò Græcum. Superficia-
6 rij autem appellatio nõ tam latè patet, quã emphyteuticarij, nam ad eum tantum respicit, qui in alieno solo superficiem, seu superficiarias habet ædes, pro eoquè domino soli pensionem præstat, vt non difficulter colligitur ex l. superficiario. ff. de rei vendicatione, atque ex l. fi. ff. de superficiebus. atq; item ex l. etiam, ff. qui potiores in pignore habeantur. Superficiarius autem soli dominus non est, sed tantum superficiei. Est autẽ 7
superficies, iuxta Mathematicorum traditiones, res in qua corpora omnia finiuntur, & in ipsam pars vltima terminatur, secundum Macrobium Saturnalium, lib. 1. ad somnium Scipionis c. 5. Superficies igitur, quod 8
ad iuris rationem attinet, ad prædia tantum vrbana pertinet emphyteusis autẽ tam rustica quàm vrbana complectitur, vt est intelligere ex dict. §. adeò, instit. de l. cato: atque ex l. 1. C. de iure emphyt. & illic docet Iason. num. 45. Emphyteuta igitur genus est: superficiarius autem species: quæ vtrior quidem est differentia quam tradita ab Alciat. in l. bonorum. ff. de verb. signif. Pensio autem, quę superficiario soluitur, Solarium 9
vocatur, quia propter solum penditur, vt apparet ex l. etiã. ff. qui potiores in pignore habeantur: Solarium enim illic legendum est, non salarium, vt rectè animaduertit Tiraquel. de retract. linag. §. 6. glos. 1. num. 2.

SVMMARIVM. Differen. 73.

Inter contractum, census, & emphyteusis, quæ sit differentia. num. 1.

Explicatur contra communem text. in c. constitutus, de Relig. domib. num. 2.

Cum quis dat alteri fundum ea lege, vt census nomine aliquid annuum sibi soluatur, emphyteusim, non censum, esse probatur. numer. 3.

Inter censum, & emphyteusim, nihil esse discriminis. num 4.

Contractus census, hodiè maximè vsitatus, est verus contractus emptionis, & venditionis. num. 5.

Ex contractu census vectigal debetur. num. 6.

An hodiernus contractus census efficiat nouum genus contractus. num. 7.

Inter contractum census, & contractum emphyteusis, differen. 73.

INter contractum census, & contractum 1
emphyteusis illud interesse existimant interpretes, quod contractus census dicatur, quando totum dominium (desit, tàm directum, quàm vtile) transfertur in accipientem:

tem, in emphyteuſi autem vtile tantũ transferatur dominium, directum autem penes concedentem remaneat. Hanc differẽtiam tradit gloſ. in cap. conſtitutus, de Relig. domib. verb. iuxta. Eſtque noſtrorum interpretum, tam veterum, quam recentiorum ſummo cõſenſu probata, vt eſt videre apud Palacium Rub. & Ant. Gom. in l. 68. Tauri, & apud Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 7. nu. 1. necnon apud Valaſc. de iure emphyt. q. 31. & apud Gutierr. de confirm. iuram. c. 33. in fin. & hos etiam ſecutus eſt nuper Petrus Matthæus, vir alioqui apprimè doctus, ad motum proprium Pij Quinti de cẽſibus, & nouiſsimè Felicianus in tractatu de cenſib. in proœmio, num. 11. Sed mentior, niſi doctiſsimi iuſti viri grauiſsimè errant, (id quod ipſorum venia, & pace dictum eſſe velim) Quid ita? quia nullaviſquam lex canonve extat, vbi hoc probetur, quin textus in dict. cap. conſtitutus, de Religioſ. domib. illis ex diametro refragatur, tantum abeſt, vt illis opituletur. Cur ita quæſo? Quia textus ille de contractu emphyteutico loquitur, non de contractu cenſuali: itaque vtroquè cornu aduerſus communem pugnat opinionem: & certè inciuiliter faciunt interpretes, qui cum textus de emphyteuſis contractu loquatur, tanquã vim literæ inferentes, de contractu cẽſus acceptum iri affirment: paucis, quibuſdam, eiuſdẽquè leuibus moti argumentis: nam textus in cap. 1. de in integrum reſtit. non de contractu cenſus loquitur: ſed de locatione ad longum tempus, ſecundum gloſſam, & communem eodem loci. Quid putas igitur? Exiſtimo ſanè cum quis dat alteri fundum ea lege, vt cenſus nomine aliquid annuum ſibi ſoluatur, emphyteuſis eſſe contractum, non cenſus. Quid ni id probem? cum id expreſſim definitum extet in dict. §. adeò, inſtit. de locato, & in l. 1. C. de iure emphyt. & apertiſsimè in l. 69. tit. 18. par. 3. & apertius in l. 28. tit. 8. part. 5. Audi, quæſo, illius verba, & videbis quàm apertiſsimè id probẽt, ſic enim exorditur lex: *Contractus emphyteuticus en Latin, tanto quiere dezir en Romance como pleyto, ò poſtura que es fecha ſobre coſa rayz, que es dada a cenſo ſeñalado para en toda ſu vida de aquel que la recibe, y de ſus herederos.* Ex quibus ſanè verbis, ſi cæcutire noluerimus, apertiſsima luce deprehendemus, nihil inter contractum cenſus, & contractum emphyteuſis eſſe diſcriminis. Et planè ſi cenſus appellationem ſcruteris, nihil aliud eſſe comperies, quàm penſionem, aut redditũ qui ſoluitur propter emphyteuticum prædiũ, aut vectigale, vt in tit. Codicis, ſine cẽſu, vel reliquis, & in titulo de cenſibus, & aliàs paſsim, quod ſecundum vetera iura planiſsimum eſt. Sed neque recentiora quicquam nos conturbant, in quibus nouo rerum vſu, & populorum nouis moribus introductum eſt genus quodam contractus, in quo pecunia ad cenſum datur: hæ ſunt extrauagantes Martini, & Calixti, de emptione & venditione, & leges Regię, tit. 15. lib. 5. Recop. Nam id genus contractus (ſi vim ſpectemus) non nouum introducit contractus naturam, ſed potiùs eſt contractus emptionis, & venditionis, & ita illum appellant conſtitutiones ipſæ Pontificiæ Martini, & Calixti: vt etiam animaduertit D. Franciſcus Sarmiento ſelectarum, lib. 7. n. 16. Proinde ex hoc nouo genere contractus, tanquam ex vera venditione, vectigal, ſeu alcauala debetur, quanquam ex emphyteuſi non debeatur, vt ſatis cõſtat ex ijs quæ ſcripta ſunt à nobis lib. 2. rerum quotid. c. 3 §. 2. Maneat igitur, cẽſum eſſe redditum, qui præſtatur pro contractu emphyteutico, vel pro contractu venditionis, in quo iuxta hodiernos mores cenſus pecuniarius venditus fuit: & proculdubio (ſi errare noluerimus) teneamus, nullum ſpecialem eſſe contractum cenſus, qui per ſe nouum, ſeu proprium genus contractus efficiat quidquid veteres, & recentiores exiſtiment.

SVMMARIVM.

§. Primi.

Precium iuſtum annui redditus eſt, quatuordecim pro vno anno. num. 1.

Lex Regia cenſibus precium diſſiniens ad cenſus ſemel conſtitutos pertinet. num. 2.

Si bona quæ obligata ſunt, poſt cenſus conſtitutionem labefacta ſint, vel diſpendium mineutur, minoris emi poſſe cenſum, probatur. numer. 3.

Non facit contra legem venditor, qui redditibus decurſis gratiam facit emptori cenſus. numer, 4.

Precium cenſus perpetui, quod iuſtum dicatur. num. 5.

Impugnatur Baeça dicens, emi poſſe cenſum perpetuum ad rationem vnius anni pro duodecim. num. 6.

Iuſtum precium cenſus ad vitam, quod ſit. numer. 7.

Cenſus

Census ad vitam constitutus non extinguitur per ingressum Religionis, etiam bonorum incapacis, & ususfructus pertinet ad filios, seu ingressi consanguineos, ex communiori resolutione, num. 8.

§. PRIMVS.

ET quoniam census materia foro frequens est, non nihil de ea dicamus. Et illud palam est, pretium census temporarij (quem redimibilem vulgo vocamus) esse quatuordecim pro vno anno, vt extat definitum in l. 6. tit. 15. lib. 5. Recop. Vnde apparet, lapsum esse per eruditũ alioqui Ioannẽ Garsiam de expensis, cap. 9. nu. 81. existimãtem, posse emi cesum redimibilem ad rationem vnius pro duodecim: quia dicat nõ esse nostrati iure definitum istius census pretium: sed veniam demus viro alioqui apprimè erudito, & publicis negotijs occupatissimo. Eam autem legem Regiam, & ad census iam semel constitutos pertinere, inter nostrates magis conuenit: licet enim Nauarrus in Manuali Hispa. cap. 28. additionum contrarium scripserit, & illi se subscripserit Olanus in concordia iuris, litera, A. nume. 113. attamen communis opinio illis refragatur, ab eo enim discedit frater Anton. de Corduba, quæst. 79. & frater Manuel. Rodericus in libello de censibus, dubitatione, 2. & fr Ludouicus Lopez in instructorio negotiorum, cap. 17. & Azeuedo ad eandem legem Regiam, & nouissimè frater Vega in noua Recopilat. casuum, 1. part. cap. 52. casu, 27. qui alios plures in eam sententiam citat, quin ipse Nauarrus à seipso defecit in Manuali Latino. Hi tamen Auctores omnes consentiunt, si bona quę obligata sunt, post census constitutionem labefacta sint, vel dispendium minentur, minoris emi posse, quam lege est constitutum: quibus egregiè opitulatur, quod scriptum est à Bartol. in l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebel. pretium rei iustè diminui, quando res est ita multis hypothecis, & debitis implicata, vt emptorem facilè reperire nequeat. Nihil etiam aduersus legem agi dicimus, si venditor ex redditibus decursi faciat gratiam emptori, vel in totum, vel in partem, quoniam nulla, id est, lege prohibitum: omnia autem censentur concessa, quæ lege non reperiuntur prohibita.

Census autem perpetui pretium, quod iustum dicatur, Doctores variè senserunt, vt est videre apud Couar. lib. 3. variar. resolut. capit. 9. & 10. & apud Baeçam de non melior. filiab. cap. 4. nu. 20. & apud Ioan. Garsi. de expens. num. 78. inter quos magis conuenit, pretium census perpetui iustum esse viginti pro vno anno. Et hæc sententia proba ri non obscure videtur nostrati Regio iure pragmatica quadam sanctione, lata Comitijs Matritijs, annuo 1583. quæ est hodiè lex 7. tit. 15. lib. 5. Recop. Iam ergo sat constat, verum non esse quod tradit Baeça dicto cap. 4. num. 21. posse emi censum perpetuum ad rationem vnius annui pro duodecim: nam si census redimibilis non potest emi, nisi ad rationem vnius pro quatuordecim, vt est dicta lege Regia constitutũ, quomodo dicemus esse iustum pretium eius, qui perpetuus sit, si ematur minoris, quam quatuordecim? cum manifesti iuris sit, census perpetui maius esse debere, quam pretium census redimibilis. Census autem qui venditur ad vitam, quòd dicatur esse iustũ pretium, est nuper definitum Regia sanctione Comitijs Matritijs, eã est hodiè lex 8. tit. 15. lib. 5. Recopi. Sed illud est quæstionis, si quis emerit censum ad vitam, siue ad tempus vitæ suæ, & is emptor profiteatur Religionem bonorum incapacem, pone, Diui Francisci, an extinguatur census, quasi is pro mortuo habeatur? Et sunt in ea re duæ opiniones communes, sibi inuicem aduersæ, veluti (vt cæteros omittam) est videre apud Menchac. de succes. creat. §. 21. num. 171. & apud Spinum de testam. glos. 27. nu. 24. & apud Costam in cap. si pater, verb. absque liberis, & item apud Pinel. de bonis mater. l. 1. part. 1. nu. 46. Quibus magis placet, eum non haberi pro mortuo, & ita censum non extingui, & suffragatur illi lex Statius Florus, §. Cornelio, ff. de iure fisci. Igitur inter ea dum Monachus vixerit Monasterium, si bonorum fuerit capax fruetur censu: si autem Monasterium fuerit bonorum non capax, filij, aut cognati Monachi fruentur censu, quandiu Monachus vixerit. Neque ad rem pertinet, quod vsusfructus finiatur maxima, aut media capitis diminutione, §. finitur, insti. de vsufruct. nam Monachus non patitur maximam, neque mediam capitis diminutionem, sed minimam, & ideò non amittit vsumfructum, secundum Bart in Auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. cuius opinionem testatur illic communem Iason num. 17. & eodem pertinent, quæ affert Fabian. de emption. & vendit. quæst. 14. nu. 53. & latè discutiunt Couar. in cap. 2. de testamen. & Spino in Speculo in Rubr. 4. part. num. 16.

SVMMARIVM. §. ſecundi.

Vendens prædium, & paciſcens cum emptore, vt propediem illud ſibi reddat in emphyteuſim, an fraudem faciat legi, conſtituenti pretium cenſibus perpetuis? num. 1. & num. 2. & 3.

Cùm executio petitur pro cenſu redimibili, qui de ſpeciebus contra legem conſtitutus eſt, ſententia addictionis ad numos reduci debeat, necne quæritur, nu. 4. & 5.

An creditor cogi poſsit accipere in ſolutum fundum, qui ſufficiat pro reddito, & principali, num. 6. & nu. 7.

Qui vult redimere cenſum, quid obſeruare debeat? num. 8.

§. SECVNDVS.

ILla quoque mihi digna viſa eſt quæſtio de cenſu, quam hoc loco tractamus: in ſpecie huiuſmodi patriæ legi conſultiſsimè eſt ſtatutum, ne frumento, vino, aut oleo, nequavè alia re quam innumerata pecunia annuus cenſus temporarius, ſeu redimibilis comparari valeat, ea eſt lex 4. titul. 15. libr. 5. Recopilation. quam poſtea alia lege lata definitum eſt pertinere, etiam ad contractum cenſus, qui in perpetuum venditur, niſi modò pretium cenſus tantum ſit, vt vicena pro vno annuo reſpondeant, vt latiùs eſt videre in l. 8. tit. 15. Quoniam verò, vt latiùs dictat prouerbium: *Fecha la lege, trouata la malicia*, hinc plerumq; euenit, vt huic tam ſaluberrimæ deciſioni fraus magno cum Reipublicæ detrimento inuenta ſit, hoc pacto: Is qui vult vendere cenſum, ita paciſcente emptore, vendit prædium ea lege, vt emptor prope diem teneatur illud ſibi in emphyteuſim reddere: hoc modo igitur cenſus perpetuus vili, id eſt, paruo pretio conſtituitur emptori. Quæſtionis eſt igitur, an talis contractus validus legitimuſq; ſit, an potius tanquam in fraudẽ legis factus, redimibilis cenſeatur? Quæ quidem quæſtio, quoniam foro aſsidua eſt, noſtratesque fugit interpretes digna viſa eſt, quæ hoc loco à nobis tractetur. Et planè licèt, quod ad vetera iura attinet, placeat Scriptoribus id genus contractus legitimum eſſe, vt eſt videre apud Pinelum in l. 2. C. de reſcindend. venditio. 2. part. capit. 10. & apud Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 11. num. 18. cæterum, quod ad ius Regium attinet, ego in ea ſum opinione, vt exiſtimẽ iuxta ſuperiores leges, nõ aliter legitimum eſſe hoc genus contractus, quàm ſi vicena pro vno anno, & eo amplius receperit emptor in ſortem, & ſi minus numerauerit emptor, temporarium, ſeu redimibilem dicam eſſe cenſum: nam ſuperiorum legum definitionem ad propoſitam quæſtionem pertinere, mouet me, quod in hac ſpecie animus contrahentium non fuit vendendi, aut emendi prædium, ſed potius emendi, & vendendi cenſum annuum: plus autem valere debet, quod re vera agitur, quam quod ſimulatè concipitur. Præterea, cum ita plures contractus ſimul celebrantur, celeritate actuum vnus contractus occultatur, l. 3. §. etſi debitum, ff. de donat. inter l. ſingularia, ff. ſi cert. petat. Denique, hoc genus contractus in fraudem legis fieri, nulla dubitatio eſt, ex ijs quæ effuſè tradit Cœpol. de ſimulatione contractuum, tertio caſu principali, præſumptione prima: nullius igitur eſt momenti, iuxta l. non dubium, C. de legibus, & in hac ſententia fuit etiam ante nos Nauarr. in Manuali vulgari, cap. 17. nu. 230. Sed neque me magnopere conturbat illa ſuperiorum auctorum opinio: nam quod aiunt, legitimum eſſe hoc genus contractus, certum eſt intellectum iri, quãdo prædium iuſto venijt pretio. At quãdo prædium iuſto fuit pretio venditum, aut cenſus legitimo fuit pretio conſtitutus, hoc eſt, ad rationem vnius pro viginti, ego inficias nõ eo, legitimum eſſe contractum, & perpetuum: porrò ſi prædium non ſit iuſto pretio venundatum, vel cenſus annuus non ſit legitimo conſtitutus pretio, non perpetuum eſſe cenſum, ſed redimibilem cenſeo, tã quod attinet ad forum cœlitum, quàm ad forum ſeculi. Et quoniam illarum legum Regiarũ materia aſsidua foro eſt, videamus etiam, oportet, quæſtionem illã, quæ eſt apud Ioãnem Garſiam Fiſci Aduocatum in tract. de expenſis, cap. 9. vbi numer. 83. poſt multa quæ ad illarum legum interpretationem affert, quærit, cum executio petitur pro cenſu iſto redimibili, qui de ſpeciebus, lege reclamante, conſtitutus eſt, an fieri debeat addictio, ſeu remate (vt vulgò dicitur) pro ſpecie, putà, pro vino, aut frumento, an potius pro redditu nummario? In qua quidem quæſtione auctor ipſe ita anceps eſt, vt noua opus eſſe definitione exiſtimauerit: ego verò (quantum experimentis compertum habeo) illud ſcio, etſi à principio, quando

lex

lex illa Regia promulgata est, valde sit de ea re hæsitatum, postea verò rerum vsu, & iudiciorum consuetudine eò decursum esse, vt pro nummario censu sententia adictionis feratur, sufficiatque ad hoc, vel debitoris allegatio, petentis, reductionem fieri tãqnam censum redimibilẽ, absque alia probatione, nisi forsan creditor docuerit, sortem census ascendere ad summam vnius annui pro viginti, quod nunquam, aut raro contingit, procurantibus semper emptoribus, vt viliùs emãt. Sed & antea quam hinc abiero, dispiciendum est illud, quod est apud Tiraquel. de retract. linagier. §. 1. glos. 7. num. 20. vbi ait, posse debitorem census cogere creditorem, vt accipiat in solutum fundum qui sit soluendo sortem, & census, atquè ita se à census exactione liberari, citans in eandem sententiam alios non paucos, & ante eum in eadem sententia fuit Cialupus de pensionibus, quæst. 16. nu. 20. Ego tamen contrariam sententiam veriorem existimo, in qua fuit Paulus de Castr. consil. 47. lib. 2. & ante eum Masuerius tit. de locato, §. sciendum, Tiraqueli autem opinioni duntaxat locum dandum esse puto, quando agitur de solutione redditum, ex authent. hoc nisi debitor, C. de solutionibus. Porrò, quod attinet ad redimendam sortem, quæ pro censu data est, vulgo dicimus, *el principal*, nullo modo emptorem cogendum putauerim, vt inuitus accipiat sum sum insolutum, cùm sit contra eius contractus naturam, & contra conditiones, quæ illo adijci ex more solent: sit etiam contra iuris regulam, inuito creditore, aliud pro alio solui non posse. Nec nos conturbat, l. si quis argentum, §. si vno, C. de donationibus, cuius argumento contrariæ factionis fautores nituntur, siquidem loquitur in donatione, cuius fauore multa in iure specialiter introducta sunt: proinde scribit ibidẽ Bald. & rectè, illius decisionem porrigendã non esse ad alios contractus, qui donationis non sapiant naturam. Sed & illud adijciamus, quia non minus quotidianum est, eum qui velit redimere censum, debere consignare pretium sortis, & reddituum ante competentem iudicem, alioqui, etsi interpellet creditorem, vt accipiat pretium, nihilomagis cessabit cursus reddituum, l. acceptam, C. de vsur. Competens autem iudex apud quem fieri debet depositum, dicitur (nisi aliud pactis conuentum sit) vbi emptor habet domicilium, l. ob signatoge, C. de solutionibus.

SVMMARIVM. Differentia. 74.

Census, quid sit? nu. 1.
Inter censum, & reddit., quid interst? nu. 2.
Redditus à quo deriuetur, & simplici d, scribi debere probatur, nu. 3.
Vectigal, an à censu differat? nu. 4.
Pensio, an à censu differat? nu. 5.
Census, reditus, pensio, vectigal, synonima esse nomina, nu. 6.
Tributum ad census publicos respicere, nu. 7.
Tributum à collecta, in quo differat? nu. 8.
Collecta nomen Latinum est, nu. 9.
Canon ad publica tributa spectat, nu. 10.
Tria fuisse apud Romanos pensitationis genera, numer. 11.

Inter censum, reditum, pensionem, canonem, tributum, & collectam, differ. 74.

CEnsus, si primæuam eius naturam spectemus, est instrumẽtum in quo ciuiũ nomina, & eorum bona recensentur, vt iuxta cuiusque facultates tributa Romano populo penderentur, dictum à verbo, censeo, censes, Itali, æstimum: nos *padron* appellamus, vt intelligere licet ex l. 4. ff. de censibus, & in l. in finalibus, ff. finium regũdor. atque in l. census, ff. de probatio. Posteà verò ex re similitudine census pro reditu vsurpari cœpit, & inde factum est, vt inter censum, & reditum nihil esset discriminis, vt ostendit ille Ouidij versiculus amorum, lib. 1. eleg. 10. *Turpe thori reditu census augere paternos.* Ex quo intelligi quoque potest, à redeundi verbo reditus nomen emanasse, cum scribatur simplici d. alioqui Pyglini carminis ratio non constaret, licèt alij cum duplici d. scribant, putantes an reddendi verbo dictum esse, quos remirò carpit Tiraquel. de retract. linag. §. 1. glos. 6. Censum autem pro reditu in iure vsurpari, apparet, vel ex vno illo titulo Codicis, Sine censu, vel reliq. atque ex illis eiusdem Ouidij carminibus, libr. 1. Fastorum, quæ quia elegantia sunt, hic libenter refero, sunt autem huiusmodi.

In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper vbique iacet.

4 Apparet & aliàs paſsim, vt mirer Zaſium, doctiſsimum alioqui virum, ſingularium intellect. capit. 2. affirmaſſe, in ea ſignificatione non eſſe illud verbum Latinum. Vectigal autem idem eſſe quod cenſus, & attributa, tam publica, quàm priuata pertinere, ex ijs quæ ſuperiori diximus differentia, 5 ſatis apparet. Penſionis autem vocabulum nihil à cenſu diſsidere, intelligere licèt ex l. 2. C. de iure emphyt. & aliàs ſæpè. Dicitur autem penſio, non à verbo pendeo, vt voluit Cacialupus de penſionib. capit. 2. ſed à verbo pendo, id eſt, ſoluo, vt rectius animaduerit Otalora de nobilitat. cap. 2. Cen- 6 ſus igitur reditus, penſio, vectigal, ſynonima ſunt nomina. Tributum autem ad cenſus publicos reſpicit, l. 1. §. in cauſa, ff. de quæ- 7 ſtionibus, l. 1. C. ſi propter publicas penſitationes. Dictum eſt autem tributum, ſecundum Marcum Varronem de lingua Latina, libr. 1. quia ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Differt autẽ à col- 8 lecta, quod tributum eſt munus ordinariũ, collecta autem eſt extraordinarium, vt tradit Iaſ. in l. placet, num. 5. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Neque putet quiſpiam, collectæ nomen non eſſe Latinum, vt putauit Otalora 9 de nobilit. 1. p. 2. nu. 14. nam probatiſsimi auctores eo vtũtur, & in ijs, Cic. 2. de orat. *Quoniam collectam*, inquit, *à conuiua Craſſe exigis*. Canon quoque & ad publica tributa 10 ſpectare videtur, vt innuit titulus de canone frumentario vrbis Romæ, & illi alter de canone largitionali, lib. 10. & 11. Codicis: nam vt Auſconius ad Cicer. in Verrina ait, tria apud Romanos erant penſationis genera, canon, oblatio, indictũ. Hodiè verò re- 11 cẽtiores ſecuti Põtificios, canonem indiſtinctè accipiunt pro penſione, vt eſt videre in cap. potuit, de locat. & alibi. Canon autem ſecundum primœuam naturam, genus erat menſuræ rei frumentariæ, per quam populo Romano penſiones frumenti ſolueuantur, & inde cœpit pro penſione vſurpari, vt ſcribit Bud. in comment. de aſſe, lib. 3. & 5. & inde cœpit quoque vſurpari pro regula, vt in cap. canon, 1. diſtinctione.

SVMMARIVM.

Different. 75.

Licitatio dicitur, cum ad rem venalem emendã pretium offerimus, nu. 1.

Addictio eſt adiudicatio rei venalis licitatoris, qui maius pretium, aut meliorem attulerit conditionem, nu. 2.

Adiectio eſt licitatio quæ poſt addictionem fit, num. 3.

Licitatio, poſtura, addictio, remate, adiectio, puja, vulgo dicitur, nu. 4.

Titulus, ff. de indiẽ addictione, qualiter ſit ſcribendus declaratur, nu. 5.

Qui rem venalem expoſuit in albo Prætoris, facta licitatione, non poteſt pœnitere, nu. 6.

Primus licitator an liberetur per licitationem ab altero poſtea factam, num. 7.

Quid in Regijs vectigalibus? nu. 8.

Quid in venditionibus priuatorum? nu. 9.

Leges 5. & 6. tit. de las pujas, y prometidos, *explicantur, nu. 10.*

An facta vna adiectione del quarto, *alia ſimilis admittenda ſit? nu. 11.*

Inter licitationem, Addictionem, & Adiectionem, Differentia, 75.

LIcitatio dicitur, cum ad rem venalem 1
emendam precium offerimus, l. locatio, ff. de publica, & vectigal. Cicero libr. 3. Offic. tollendun eſt, inquit, in rebus contrahendis omne mendatium, non licitatorem venditor, non qui contra ſe liceatur, emptor opponet. Addictio eſt adiudicatio rei 2
venalis licitatori, qui maius precium, aut meliorem attulerit conditionem, l. 1. & ſequentes, ff. de in diem adiectione. Adiectio verò eſt licitatio, quæ demum poſt 3
addictionem fit, quemadmodum in rebus Fiſcalibus venundandis fieri ſolet: vti apparet ex l. cum duo, & l. penult. ad fin. ff. de in diem addictione, & l. 1. C. de vendendis rebus ciuitatis, libr. 11. Licitatio igitur 4
(vt ad vulgarem ſermonem noſtra accommodetur oratio) vulgo eſt *poſtura*: addictio, *remate*, adiectio, *puja*, ſicuti latius, 2. rerum quotid. cap. fin. 5. part. §. 13. Ex his igitur profligari poterit quæſtio illa quæ verſatur inter Doctores, an titulus ille Digeſtorum de in diem addictione, ita inſcribi debeat, an potiùs, de in diem adiectione: verius eſt enim, addictione legendum eſſe, ſicuti placuit illic Budeo, & antea Vallæ elegantiarum, libr. capit. 28. atque Iaſoni, & Oroſcio in l. ab emptione, ff. de pactis, necnon 5
Anton. Auguſtin. libr. 2. emendationem, capit. 3. licèt alij, adiectione, legẽdum malint, in quibus eſt Alciatus in l. quinque pedum,

dum, C. finium regundorum. De addictione autem, & adiectione quoniam alibi plura diximus, hic paulisper immorabimur, atque illud in memoriam reuocare non grauabor, quod bellè scribit Alexand. consil. 114. volumin. 6. Si quis publicè rem venalem exposuit, finge, vt fieri assolet cedula in albo Prætoris ædita, vt qui velit emere, licitationem faciat apud tabellionem, si alicui licitauerit, non posse postea dominum vendentem pœnitere, occurrit æquitas rei: nam sicut licitator facta licitatione remanet obligatus, & pœnitere non potest: ita & qui exposuit rem venalem, remanet obligatus, pœnitere què minimè potest; alioqui claudicaret contractus, repugnante iuris regula, vt habes in l. litigatores, §. penult. ff. de receptis arbitris, & in capit. 2. 7 de mutuis petitionibus. Sed & illud videamus, an primus licitator sit liberatus à licitatione per licitationem ab altero postea factam. Et varij sunt quidem in ea re scriptores: nam Bartol. in l. licitatio. ff. de publicanis, putat, primum licitatorem non liberari per licitationem secundi: sed verior est distinctio Baldi consilio. 391. vbi ita distinguit. Aut secunda licitatio fuit admissa à venditore, & fuit facta addictio, aut expressim, aut tacitè, putà, per lapsum temporis auctioni dati. & primus licitator liber remanet: aut non fuit facta addictio secundo licitatori, & primus liber non remanet. Baldi autem distinctioni assentitur Paul. de Castro in dict. l. licitatio, ff. de publicanis, assentitur etiam Boer. alios multos allegans 8 decisione 248. Cæterùm apud nos, quod pertinet ad Regia vectigalia, sine distinctione definitum est, vt etiam vectigal sit addictum secundo licitatori, nihilominus si posterior licitator non plenè satisfaciat, priores licitatores remanent obligati, & auctio redit per singulos licitatores, quod vulgo dicitur, *Por torno*, vt est latiùs comprehensum in l. 12. cum sequent. b. titul. 11. lib. 9. Recopilation. & in l. 11. titul. 13. eod. libr. & idem obseruari in Francia, refert Boer. supradicta decision. 248. num. 8. Cæterùm hoc ego obseruandum putauerim in Regijs vectigalibus, quæ quidem in iure maximo fauore potiri certum est, vt apparet cum alibi, tùm ex l. cotem, §. qui maximos, 9 ff. de publicanis, & vectigal. In cæteris autem priuatorum actionibus magis putauerim Baldi distinctionem fore sequendam, videlicet, quia legum correctioni non est indulgendum, sed quoad fieri possit, legum vitanda correctio, vt nostri passim admonent scriptores: & secundùm hæc intellectum iri puto, quæ affert Auend. in cap. correctorum, 2. part. cap. 12. num. 7. & Auilés. eodem volumin. capit. 32. verbo, *Pujas*. Mexiam ad legem Toleti, 12. part. fundamento 1. num. 14. & Azeuedo in l. 1. titul. 13. lib. 5. Recopilation. Illud quoquè ad 10 monendum duxi, extare in illo titul. *de las pujas, y prometidos*, duas leges, quamquam loco proximas, sensu tamen lõgè distantes: altera ex lex 5. altera lex 6. nam quinta ait, adiectionem, seu pujam, *del quarto*, (vt intelligat, oportet me stylum remittere, & ad vulgarem sermonem accommodare verba) fieri debere à postrema addictione, seu remate: lex autem sexta ait, fieri debere adiectionem del quarto, post tres menses à priori addictioni, seu à priori remate numerandos. Verùm vt in concordiam illas reducamus, sic velim intelligas, postremam addictionem, seu postremum remate dici, quando facta est adiectio decimæ, aut semidecimæ, vt cauetur in l. 2. illius titul. Igitur si facta fuit adiectio decimæ, aut semidecimæ, adiectio, seu *puja del quarto*, debet fieri intra tres menses ab ista adiectione: porrò si nulla sit facta adiectio decimæ, seu semidecimæ, adiectio *del quarto*, debet fieri intra tres menses à priori addictione, seu à priori remate. Illud etiam 11 ex facto quæsitum esse scio, an facta vna adiectione *del quarto*, alia adiectio *del quarto* admittenda sit, scilicet, intra illos tres menses? & sanè, quid mores ferant, in medio sit: etenim vnaquæquè Prouincia suo sensu abundat: cæterum (si vim iuris spectamus, & rationem) magis est, vt vnam duntaxat adiectionem *del quarto* admittamus: nam leges Regiæ de vna tantum adiectione *del quarto*, mentionem faciunt. Deinde hæc adiectio *del quarto* in fauorem Fisci introducta est contra communes iuris regulas, vt inquit Iurisconsultus in l. Lucius, §. fina. ff. admunicipales, ergo de prima tantum adiectione intelligi debet, iuxta l. boues, §. hoc sermone, ff. de verborum signifi. & quæ illius argumento latè commentantur Tiraquel. in peculiari tractatu de ea re edito, & Boerius decisio. 131. Hoc quod ad ius attinet. Cæterum consuetudo, vt audio, contrarium introduxit, cui, vbi viguerit, obtemperandum erit, l. de interpretatione, ff. de legibus.

SVMMARIVM. Differentiæ 76.

Templum, quid sit? nu. 1.
Ecclesia quid sit? nu. 2.
Fanum, quid sit? nu. 3.
Sacellum, quid sit? nu. 4.
Suppellex, vnde dicta sit? nu. 5.

Inter Templum, Ecclesiam, Fanum, & Sacellum, differ. 76.

1 TEmplum domus sacra est, Virgilius 2. Æneid.

Teucros vocat alta in Templa Sacerdos.

2 Ecclesia verò, si propriè accipias, est congregatio Fidelium, cap. scire, 7. quæst. 1. glo. in cap. cum Clerici, de verbor. signifi. hodiè verò plerumque accipitur pro templo, id est, continens pro contento: tradit latius Iason
3 in l. 1. C. de sacrosan. Eccle. in princ. Fanũ, domus sacra est, vbi idolorum sacrificuli responsa dabant, vt constat ex Cicerone 2. de legib. hodiè vulgo dicitur, *Ermita.* Sacellum, est ædicula, seu tabernaculum intra ipsum templum ædificatum, hodiè vulgo, Capellam appellamus, ex eo dicta, quod olim istiusmodi sacella caprinis tegi pellibus cõsuetum erat, vt tradit gloss. in capit. decernimus, de consecration. distinct. 5. & constat
5 ex Iustino Historico, libr. 43. Sic & olim quoque militum tentoria pellibus tegi solebãt, & inde dicta est supellex, vt in l. Labeo, ff. de supellectili legata. De capellis autem illud est memoria dignum, quòd scriptum est à Rocho de Curte, in tractat. de iure patrona. verb. contraxit, quæstio. 7. cum parochus, seu curio dat solum in Ecclesia ad sacellum ædificandum, commune esse ius patronatus parocho, & ædificanti. Hoc tamen moribus minus obseruari video (quod & ipse Rochus fatetur) ex eo vt conijcio, quia parochus solum concedendo, videtur plenum ius concedere, l. in concedendo, ff. de contrahend. emptione, namque si parochus ius patronatus sibi reseruatum esse voluit, ad expressim dicere debuisset, l. veteribus, ff. de pactis. Moribus autem id non obseruari, & talem consuetudinem ratam esse, scribit Cæsar Lambert. de iure patronat. lib. 1. primæ partis, quæst. 8. artic. 6.

SVMMARIVM. §. Primi.

Quis ordo seruari debeat lite mota inter iudicẽ Ecclesiasticum, & secularem super Ecclesiæ immunitate, nu. 1.
Iudex Ecclesiasticus, iudex competens est super immunitate, nu. 2.
Iudex Ecclesiasticus audire debet iudicem laicum, dicentem se nihil egisse contra Ecclesiæ immunitatem, parteſque super hoc ad probandum admitti debent, nu. 3.
Si Auditores Regiæ Chancellariæ pronuntient, non esse deferendum appellationi, secularis iudex censuris coercetur, donec reum Ecclesiæ restituat, num. 4.

§. PRIMVS.

HOc loco commodè tractari poterat de immunitate Ecclesiarum, sed quia id plenè explanatum est, tum ab exteris, tum à nostratibus præsertim à Couar. lib. 2 variar. cap. fin. & à Remigio de Goni in peculiari tractatu de ea re ædicto, necnon à Suarez de Paz in Praxi, quintæ partis, tomo 1. §. 3. & à Gutierr. lib. 3. pract. quæst. 1. necnon à Iulio Claro in Praxi criminali, quæst. 30. missum faciam. Illud tamen, quia ab illis omissum est, non prætermittam, sed potiùs raptim subijciã, quis ordo seruandus sit in lite, quæ moueri solet inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem, super immunitate Ecclesiæ, an, videlicet, temerata, seu violata sit, necne: &, vt experimentis didicimus, res ista expediri solet: commisso delicto, reoquè ad aras, Ecclesiamq; confugiente, secularis iudex summariè testibus de delicto receptis, Ecclesiam petit, reum ab ea extracturus: hic si à Clericis propellatur, quid obseruandum sit, consulendus est Suarez de Paz loco modo citato, nu. 3. qui multo sermone rem expicat. Porrò reo ab Ecclesia per iudicem secularem extracto, & in carcerem secularem detruso: tunc Ecclesiasticus iudex decernit censuras aduersus secularem iudicem, præcipiendo vt reum ad Ecclesiam restituat, sub pœna excommunicationis: aut intra diẽ alleget causas, quas non obtemperandi habeat, simulque interminatur iudici seculari, ne quid interea dũ causa immunitatis finitur, & terminatur, innouet, aut moliatur cõtra reũ. Hoc au 2

tem

tem Ecclesiasticus iudex iustè decernit: nam reuera ipse est iudex competens de hac lite, cum tota quæstio sit, an immunitas Ecclesiæ sit violata, necne, vt resoluit Remigius de Goni in illo tract. de immun. Eccle. quæstio. 2. & Didac. Perez Magister noster non pœnitendus in l. 9. titul. 2. libr. 1. ordina. & Suar. de Paz dicta praxi, 2. tom. prælud. 2. nu. 43. Quod si iudex laicus nolit Ecclesiasticis monitis obtemperare, sed pergat aduersus reū procedere, tunc Ecclesiasticus censuris eum coercet, decernendo etiam interdictum Ecclesiasticum in populum: aut, si opus fuerit: cessationem à Diuinis. Porrò si iudex laicus petat à iudice Ecclesiastico, vt eum audiat, suasque recipiat exceptiones, asserens, nihil se contra Ecclesiasticam egisse immunitatem, debet Ecclesiasticus iudex illum audire, partesque ad probandum admitte: atque ita iudex secularis coram Ecclesiastico exhibet exemplum actorum à se gestorum, & testes summariè receptos reproducit, seu (vt vulgo loquuntur) ratificat. Lapsis agitur terminis, causaquè concluſa, Ecclesiasticus iudex sententiam pronuntiat, à qua secularis, si intelligit iniustè pronuntiasse, appellat, Regiumq; protestatur auxilium: aditi autem Regij Auditores, aut pronuntiant Ecclesiasticum iudicem deferre debere appellationi, aut non debere deferre: si pronuntiant deferendum esse appellationi, iudex secularis remanet iudex causæ: sin autem pronuntiant non esse deferendum appellationi, Ecclesiasticus coercet censuris laicum iudicem, donec reum Ecclesiæ restituat, nec antea illum à censuris absoluit, quam pœnitentiam agat de immunitate violata. Hanc praxim ego obseruatam vidi, cum aliàs, tùm in causa fratris, qui ob defensionem patris hominem in rixa occiderat, & corrector, seu secularis iudex illum extraxit ab Ecclesia: & quãquam Ecclesiasticus censuras aduersus eum decreuit, noluit obtemperare, sed appellans adiuit Regiæ Chancellariæ iudices, qui cognitis actis, causam ad Ecclesiasticum remisere, & inter eà datus est à Rege iudex delegatus (quem vulgo perquisitorem appellamus) qui item excommunicatus ab Ecclesiastico, noluit reum Ecclesiæ restituere, sed supremi consilij Auditores (à quibus delegatus fuerat) consuluit, qui actis ad se delatis pronuntiarum, causam remittendam esse Regiæ Chancellariæ Auditoribus, qui rursus, cognita causa, iudicium à se latum confirmarunt, Regium iudicem, seu perquisitorem in impensas damnando, & eo pacto frater ad Ecclesiam restitutus est, & Corrector, & Regius iudex publicam egerunt pœnitentiam iussu Ecclesiastici iudicis, aperto capite audientes Missam, tenentes supplices lucernas ardentes in manibus.

SVMMARIVM. Different. 77.

Inter venditionem, seu locationem, quæ fit ad mensuram, atque eam quæ auersione fit, quæ sit differentia? nu. 1.

Quid sit, venditionem, seu locationem auersione fieri, nu. 2.

Res quæ consistunt in pondere numero, vel mensura, tunc auersione vendi, aut locari dicuntur, quando venduntur non ad numerum, pondus vel mensura, vulgò dicitur, A ojo, num. 4.

Contractus auersionis non est speciale genus contractus, sed conuentionis genus, pertinens ad quemlibet contractum, nu. 5.

In explicatione huius nominis Auersio, improbatur Alciati lectio, nu. 6.

An frumenti pragmatica locum habeat in segete vendita, nu. 7.

Maximam esse differentiam, an quid vendatur in genere, vel in specie, nu. 8.

Inter Venditionem, seu Locationem, quæ ad mensuram fit, & eam quæ fit auersione, Differentia, 77.

INter venditionem, seu locationem, quæ fit ad mensuram, atquè eam quæ auersione fit, per multum in iure decernendo interesse, quam plura Iurisconsultorum documenta demonstrant, vt est videre in l. & hæc distinctio, & l. opus auersione, & l. si prius, ff. locati, atque item l. qui officij, §. fin. ff. de contrahen. emptio. & l. si quis bina, §. si auersione, ff. de periculo, & commodo rei vei vend. necnon in l. fin. §. fin. ff. ad legẽ Rodiam de iactu, & l. 1. §. exercitorũ, ff. de exercitoria actione. Quando igitur ea discrimina satis à Iurisconsultis expressa sunt, superuacuum fuerit illa à me iterum referri, illudquè magis in rem erit, vt exquiramus, quid sit, venditionem, seu locationem auersione fieri: nam Iurisconsulti (vt reor) tanquam res quæ suo seculo peruulga-

ta fotet, explanare supersederunt; vnde nostris interpretibus magnas dissidijs causas reliquerunt, variè enim varij de ea re sensere. Etenim Accurs. auersione contrahi dicit, quando emptor, vel conductor totum in se periculum suscepit: Accurs. verò veteres omnes ad vnum interpretes assentiuntur, & ex recentioribus Calepinus, citans Bud. in testem. Alciat. verò Parergon lib. 6. capit. 28. tunc auersione contractum dicit, quando arbitrio peritorum res approbanda relinquitur, illiusque se subscripsit interpretationi D. Francis. Sarm. in l. 1. ff. de legat. 2. num. 17. libr. 8. Select. Charondas autem fieri existimauit auersione contractum, cum solemnitas quædam adhibetur, vt latiùs ipse refert lib. 3. verisimilium, cap. 5. Porrò Anton. August. emendationum, lib. 3. auersione tunc contrahi scribit, quando id quod pondere, numero, aut mensura vendi, aut locari solet non eo modo fit, sed vnà, siue vno pretio: & eius opinio (vt ego quidē sentio) vero magis accedere videtur, quanquam, vt est obscura, opus habet vt nostra interpretatione iuuetur. 3 Ego igitur, vt rem planissimam faciam, auersione emere, nihil aliud esse puto, quam quod vulgo dicitur (dicam Hispanè, vt dicam apertius) *comprar a ojo*: nec nos id ex nostro marte, sed legis aperta definitione probamus, ea est l. 25. tit. 5. partit. 5. quæ referens speciem illius, 5. si auersione, ff. de peric. & comm. rei vend. ita vertit: *Auiene a las vegadas, que algunas de las cosas que se podian pesar, ò medir, que las venden los homes ajuntadamēte a vista, no las pesando, ni las mediendo, assi como quando vende vn home a otro el vino de alguna bodega, ò el olio de algun almazen, ò la vua de alguna vinā, ò otra cosa semejante, &c.* Quæ quidem Iurisconsultorum responsis non minus quadrant, quam Lesbia regula. Cum igitur ea quæ numero, pondere, mensura vè constant, non emuntur, vel conducuntur numero, pondere, vel mensura, sed, vt vulgo dicimus, *a ojo*, tunc auersione dicitur res 4 vendi, aut locari. Sed vnde hoc nomē auersionis emanauerit, videamus: & puto non esse tractum à verbo Auerto, sed à verbo Auerro, quod supino facit auersum: hoc ideò, quia is qui ita emit, aut conducit, promiscuè, seu indifferenter omnia auertit, siue bona, siue mala: vnde etiam emanasse putoverbum illud vulgare, *Auarriſco*, quod cum nomine auersionis magnopere congruere videtur. Sed & nobiscum non obscurè consentit Othomanus in commētat. verb. *Iuris*. Ex his autem liquiddo apparet, auersionis contractum non esse speciale genus contractus, sed esse quodam coniunctionis genus, tàm ad locationem, & venditionem, quam ad cæteros contractus pertinens, licèt aliud velit Laſ. in §. omnium, in ſtitut. de actionibus, numer. 19. & Charondas loco superiori. Apparet etiam non re- 6 ctè sentire Alciatum loco supradicto, dum existimat, aduersione esse legendum, non auersione, cui Digestorum authographa reragantur volumina, atque etiam interpretum omnium calculi. Ex his etiam absol 7 ui profligariquè facilè poterit quæstio illa quæ in foro nonnunquam incidere solet, an legis Regiæ, quibus præfinitur pretium frumento, locum sortiantur in segete, aut messe vendita? nam hoc genus contractus auersione fieri dicitur, veluti ex superioribus patet. Et non putauerim, pœnas hoc casu positas in illo tit. 25. lib. 5. Recopilat. ad hoc genus contractus pertinere, etsi messis, aut seges pluris veneat, quam valeret in frumento: nam si vim iuris spectes, per multum interest, an frumentum vendatur ad mensuram, an auersione, vt constat ex dict. l. qui officij, §. fin. ff. de contrah. empt. & l. si quid vini, §. Auersione, ff. de periculo & commodo rei vend. Magnaquè est etiam 8 differentia, an quid vendatur in genere, an in specie, l. quid ergo, ff. de vsufruct. atqui pœnales leges suos casus non egrediuntur, l. sanctio legum, ff. de pœnis, & eodem pertinent quæ de semente vēdita scribit Bald. in Rubr. C. de vsur. quæst. 3.

SVMMARIVM.

Differen. 78.

Acetum à vino, in quo differat, nu. 1.

Sanctum Eucharistiæ Sacramentum aceto, non potest confici, nu. 2.

Si pro vino acetum veneat, an valeat venditio, num. 3.

Embama, quid dicatur? nu. 4.

Ad l. in venditionibus, ff. de contrah. empt. assignatur vera lectio, nu. 5.

Lex 32. titul. 18. lib. 6. Recopilationis explicatur, nu. 6.

Statuto prohibente, ne foris vinum intromittatur, in statuti pœnam incidit, etiam qui modicum intromiserit, nu. 7.

An incidat in pœnam dicti statuti, qui vinum intromiserit per transitum, vt alio, deferat, numer. 8. & 9.

Vinum

Vinum an aqua salubrius sit? num. 10.

Inter Vinum, Acetum, Embama, differentia. 78.

1 ACetum à vino vsia, seu substantia differre consentiunt Physici omnes vt cernere est apud Aristot. Metaphysicorum. 8. & apud Guillelmum ad Hypocratem in Aphorismis, consentiunt & sacræ Theologiæ professores, tradentes, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentũ, quæ vino confertur, aceto
2 minimè confici posse, sicuti refert Syluester, verb. Eucharistiæ, n. 4. Conuenit etiã cum eis Iurisconsultus in l. si quis vinum, ff. de tritico, vino, oleoque legato, definiẽs legato vino, quod in apotheca, sit acetũ non
3 deberi: Neque refragatur l. in venditionibus. ff. de contrahend. empt. vbi ait: Si pro vino acetum veneat, valere venditionem: nam Iurisconsultus illic nõ dixit vtriusque eandem esse vsiam, sed prope esse eandem, propterea quod licet diuersa sit vsia, seu substantia, eadem tamen est materia, vt rectè interpretatur Bart. in tract. de alueo, §. quod
4 si, n. 7. Embama autem dicitur, cum mustũ, anteaquam vinum fiat, in acetum degenerauit, aliudve genus condimenti, aut ipsius vitio, aut alterius rei immixtione: atque ita appellatione aceti continetur, vt intelligere licet ex illa l. si quis vinum, de tritico, vino, oleoque legato, & declarat Alexander ab Alexand. dierum genialium, lib. 5. c. 11 & Tiraq. ibid. atque item in tractatu de nobilit. c. 31. apparet etiam ex Columella de re rustic. lib. 12. c. 55. atque ex Marcello Medico, c. 20. & ita est intelligendus Prateius verb. Embama, dicens, embama esse condimentum ex aceto factum ad obsonia intingenda, quia habet suæ opinionis auctorem Calepinum, eod. verb. diligentissimum rei Latinæ interpretem: id quod & ipsum nomen significat, Calepi enim Græcè obscurioris linguæ interpretatio est, secundum
5 Quintilianum lib. 1. c. 1: Ex his autẽ certã mihi videor accipere coniecturam, quod legitur in illa l. venditionibus, ff. de contrahend. empt. Cæterum si vinum non acuit, sed ab initio acetum fuit cum emebam, legendum potiùs esse, Vt embama, nõ, Cùm emebã: quod, & apud castigatiores aliquot
6 codices legitur post Haloandri editionem. Hæc autem egregiè pertinent ad interpretationem legis Regiæ, qua prohibitum est, ne in certas ciuitates vinum intromittatur foris: ea est lex 32, tit. 18. lib. 6. Recop. dicẽdum est enim, illam ad acetum non pertinere, quia diuersa res sit: id quod placuit etiã Bart. in l. 1. C. de erogatione militaris annonæ, & Iasoni in l. non dubium. C. de legibus. Et quoniam in illius Regiæ legis mentionem incidimus, illud admonendum duxi, leges & statuta prohibentia vinum foris in ciuitatem intromitti, adeò ob euandas fore, vt incidat in pœnam, vel is qui modicum intromisit, putà, lagenam, vel barrilitũ vt Itali loquuntur, in quibus est Bald. ac itẽ Salicetus in l. 1. C. quæ res exportari non possunt, Iaf. in l non dubium. C. de legibus & alij apud Boeriũ decisio. 177. n. 9. Illud
8 quoque ex facto fuit quæsitum, an incidat in pœnam is qui per transitum intromittit vinum in suprad. tas ciuitates, scilicet, aliò vinum portans. Et inter Scriptores non satis de ea re conuenit: nam cum non incidere in pœnam, sentit glos. in l. post hac. C. de ædificijs priuatis, & expressim tradit Bald. consil. 192. vol. 2. & Alex. cons. 86. vol. 4. Paul & Iason. in l. cætera. §. sed & si quis, ff. de legat. 1. & alij apud Boer. decis. 178. n. 10. & apud Benuenutum de mercatura, 4. part. num. 48. Non desunt tamẽ qui reclament, in quibus est ipsemet Baldus in capit. nam concupiscentia, m, de cõstitut. vbi ait, prohibitum in termino, prohibitum esse, & in via: & hoc, inquit, facit ad statuta terrarũ que prohibent, extrahi frumentum citra districtum, scilicet, quod captus in via sit puniendus, & ante eum fuit in hac sententia Raynerius in l. quæ pater, ff. familiæ hercisc und. & tradit latiùs Cæpola in l. fugitiui. C. de seruis fugitiuis, & Ias. in l. quominus, ff. de fluminib. n. 18. & ibidem Ripa, & alij apud Mexiam de taxa panis, concl. 1. n. 28.
Mihi in ea dissensione prior opinio verior
9 videtur, nisi quando talis trãsitus fiat in fraudem legis, vel statuti, aut cõtra illorum mẽtem, nam tunc legis, atque statuti pœnas locum sortiri putauerim aduersus transeuntem, quia, videlicet, fraudem legi, aut statuto fieri, leges omnes, ac iura vetant, l. nõ dubium. C. de legibus. Hoc quando agitur de prohibitione intromittendi vinum: nam si agatur de prohibitione extramittẽdi, pertinet ad illam quæstionem, an puniatur conatus, effectu non secuto, quæ lata est, & ad no
10 stram quæstionem non pertinens. Vino autem vti, an salubrius sit, quam aqua, multi multa dixerunt, tam ex Medicis, quã ex nostris, & inter eos Petr. Lenauder. de Doctoribus. 4. p. q. 62. & nuper Ioan. Gutier. Canon. q. lib. 2. c. 4. Verùm eam quæstionem paucis mihi absoluisse videtur sapientissi-

mus Salomon Eccles. cap. 31. *Exultatio*, inquit, *animæ & corporis virum moderatè sumptum*: itaquè si moderatè sumpseris, bonum, & laudabile est: sinautem immoderatè, nihil insalubrius nihil pestilentius, & ad bonam valetudinem, & ad secundam famam.

SVMMARIVM. Differentia. 79.

Quæ dicatur seruitus vrbana, & quæ rustica? num. 1.
Seruitus habet appellationem à prædio dominãte. num. 2.
In quo differant seruitus vrbana, & rustica. num. 3.
Prædium vrbanum quod sit, & quod rusticum? num. 4.
Tres esse villarum species. num. 5.

Inter seruitutes rusticas, & vrbanas, & inter vrbana prædia, & rustica. Differ. 79.

1 ALiam esse causam seruitutum vrbanorum prędiorum, aliã rusticorum, multa ostendunt exempla: quemadmodũ igitur differant videamus. Seruitutes vrbanorum prędiorum dicuntur, quãdo seruitus debetur vrbano prędio: rusticę autem seruitutes
2 dicuntur, quæ rustico prædio debentur: nã seruitus accipit appellationem à prędio dominante. glos. in l. 1. §. area. ff. de seruit. rustic. corũ prædio. Cæpola de seruit. c. 11. p. 10. Greg. Lop. in l. 1. tit. 30. p. 3. Ant. Gom. in cõment. tit. de seruit. n. 9. testatur cõmunẽ Corras. in l. 1. ff. de seruit. num. 12. licèt ipse nullo iure ab ea discedat. Vrbana autem
3 prædia, ac rustica quemadmodum dist erminentur, docet Iuriscons. in l. vrbana prædia. ff. de verb. signif. ideò illius ero definitione contentus: *Vrbana prædia*, inquit, *omnia ædificia accipimus, non solum ea quæ sunt in oppidis: sed etsi forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, aut vicis, quia vrbanum prædium non locus facit, sed materia. Rustica igitur prædia dicuntur ea quæ vrbana non sunt, id est, quæ in ædificijs constituta sunt.* Hactenus Iurisconsultus, cui congruit textus in §. 1. instit. de seruit. & l. 1. ff. de seruit. vrban. pręd. Ex quibus apparet, non omnino verum esse, quod doctissimus docet Tiraq. in tract. de nobilit. c. 2. n. 53. villam, idest, domum ruri positã, prædium esse rusticum. Sed distinguendum po 4
tiùs est, an villa consistat in ædificijs, sitquè habitandi causa ædificata, & dicitur vrbanũ prædium: an tantum sit comparata fructuũ colligendorum causa, & erit prædium rustícũ, veluti distinguit Accurs. in l. eo iure, §. stabula, ff. inquib. caus. pignus tacitè cõtrahat. & ante eũ Azo in summa. tit de seruit. §. 1. & Cæpola de seruit. vrb. prædiorum, c. 11. n. 2. & idcircò Iurisconsultus vrbanæ villæ meminit in l. videamus. §. fi. ff. locati: & Columella tres constituit villarã species de re rustica, lib. 1. cap. 6. vrbanam rusticã, & fructuariam: vrbanam appellat, quã dominus sibi ædificauit, vt, scilicet, agrum visens, ibidem moretur: rusticam verò dicit, quam dominus villico suo parauit: fructuariam, quæ frugibus condendis parata est. Sed quoniam hoc loco de rusticis res agitur, non abs re fuerit, si tantisper moram faciamus in interpretatione Regiæ pragmaticæ, quæ nuper à Rege nostro Philippo II. lata est in fauorem rusticorum, seu agricolarũ, quia res quotidiana est, & foro assidua.

SVMMARIVM. §. Primi.

Agriculturæ laudes ponuntur, n. 1. 2. 3. & 4.

Interpretatio breuis pragmaticæ Regiæ, quæ in fauorem agricolarum nuper lata est, expositis ipsius verbis ex fide Archetypi.

ANteaquam rẽ aggrediamur, pauca de 1
agricolarum laudibus dicamus. Agricultura magno in precio semper fuit, estq; res quocunque nobili homine dignissima, adeò quidem, vt olim apud Romanos nonnunquam contingerit, ex aratro ad Regni, Reipublicæquè fastigium agricolas auocari: Quinto enim Cincinnato agrum colenti Lictor Dictaturam attulit, vt auctor est Valer. Maximus, lib. 4.

Et hùc spectat quod Ouidius cecinit Fastorum, lib. 3.

Et caperet fasces à curuo Consul aratro,

Nec

Nec crimen durat esset habere manus.

Sic & apud nos Rex Bamba ex aratro ad Regni Maiestatem allectus est, vt Hispaniæ Annales memoria prodidere. Audi etiam quẽ-
2 admodum Cicero magnis laudibus agricul turã efferat, Offic. lib. 1. Nihil, inquit, agricultura melius, nihil suauius, nihil dulcius. Adde, quod præterquam quod est res honestissima, est etiam vtilissima, necnon frugalissima, ad humanosque vsus longè om-
3 nium accommodatissima, quippe cum sine illa traduci humana vita vllo modo nõ possit: nã, vt est relatũ apud Ioannẽ de Neuiz. in sylua nuptiali, lib. 2. miles defendit omnes, fœmina decipit omnes, rusticus sustẽtat omnes. Quod si plura de agriculturæ laudibus scirè velis, legito Guill. Ben. in c. Raynunt.
4 verb. Vxorẽ, n. 918. Tiraq. de nobil. c. 32. Petrum Matt. in proprio motu Pij V. qui est num. 9. & denique Renatum Copinum in peculiari tractatu de ea rei edito, vbi omnia agricolarum recenset priuilegia. Cùm igitur res rustica tã honesta sit, ac perinde vtilis, meritò, & olim, & hodie eam legislatores multis priuilegijs, & fauoribus prosecuti sunt præsertim ne agrorũ cultura neglecta, populus inedia prematur, & fame, vt in procemio nostræ pragmaticæ refertur, quo procemio prætermisso, ad explicationem primi capituli ipsius pragmaticè descendamus.

SVMMARIVM. Capituli primi.

Pragmaticæ agricolarum non extenduntur ad vinitores, num. 1.

Nomina verbalia ex vno actu appellationem accipiunt. num. 2.

Agricola dicitur ille, qui primo anno agricultu ram exercet, tamen agricultura deserta agricola non est, nisi redeat ad culturam. numer. 3.

Agricolæ beneficio fruitur quilibet artifex, si tamen simul agriculturam exerceat. numer. 4.

Partiarius colonus fruitur pragmaticæ priuilegio, non verò dominus qui locauit. num. 5.

Non dicitur agricola, qui cõductis boubus agros colit. num. 6.

Boues, & cætera rei rusticæ instrumenta non posse capi in causam executionis, iam veteri iure statutum fuisse ostenditur. num. 7.

In pragmatica nostra nouiter decisum est, ne fiat executio in segete, & in aruo, vulgò baruecho: & quid sit messis, traditur. num. 9.

In frumento iam demesso fieri posse executionẽ, probatur. num. 9.

Pragmatica nostra extẽditur ad debitum ex delicto descendens. num. 10.

Etiam de consensu agricolæ non potest executio fieri in rei rusticæ instrumentis. num. 11.

CAPITVLVM PRIMVM. Regiæ pragmaticæ.

PRimeramente, que los labradores que por sus personas, ò por sus criados, y familia labrarẽ no puedan ser executados por deuda deuida, por carta, contrato, ò otra qualquier manera en sus bueyes, mulas, ni otras bestias de arar, ni en los aperos, ni aparejos que tuuieren para labrar, ni en sus sembrados, ni barruechos en ningun tiempo del año, aunque no tengan otros bienes, saluo por los pechos, y derechos a nos deuidos, ò por las rentas de las tierras del señor de la heredad, ò por lo que el tal señor les huuiere prestado, y socorrido por la dicha labor: y en estos tres casos, quando no tuuieren otros bienes de que puedan ser pagadas las dichas deudas, y que en vn par de bueyes mulas, ò otras bestias de arar, no puedan ser executados en los dichos tres casos, ni por otro alguno. Ante omnia dispiciamus oportet, agricolæ nomen quemadmodum accipiendum sit: nam Regia lex non aperit, sed tantum inquit: *Que los labradores que por sus personas, criados, y familia labraren*: quin non aperit, an id etiam pertineat ad eos qui vinearum culturæ dant operam, qui vinitores Latinè vocantur: cùm interim agricolæ verbum etiam hosce comprehendat. Sed de 1
agricola duntaxat, qui agro serendo vacat, nostrã legẽ loqui, tũ cõstat ex ipsius procemio, tũ subiecta exẽpla satisdãt intelligere & de hoc tantummodo, non de vinitore legem accipiendam fore, & mores, & vsus fori satis demonstrant. Sed quantum temporis spatium exigemus, vt vacet agriculturæ, vt legis vtatur beneficio, & definiendum est hoc ex Bart. doctrina in procemio Digestorum, vbi nos docet, nomina verbalia, vel ex 2
vno actu appellationem accipere, cui consentit Abb. in capit. 1. de iudic. num. 38. & ibidem Ripa numer. 96. Et tametsi aliqui reclament apud Benuenutum in tractat. de mercatura, §. 2. dicentes, mercatorem non dici ex vnico actu, tamen in præsentiarum agricolam dici, qui semel agriculturã exerceat, legis nostræ verba apertè significant. Igitur vel ex primo anno quo quis agricul- 3
turã exerceat, dicetur agricola, atque deinceps,

ceps, donec ab hoc opere se absolu gauerit: nã si agricultu am deserat, iam nõ dicetur agricola, nisi postea rursus ad iuris redeat operam, ex his traduntur in l. desertorem, & l. qui excusias. ff. de re militari, & quæ latè tradunt Felin. in prœmio Gregoriano, n. 41. Abbas, & Ripa d. cap. 1. de iudic. ad fin.

4 De eo autem minus laboro, vtrum agricola sit etiam artifex, putà, faber ferrarius, aut lignarius, dicendum est enim, nihilominus legis vti beneficio posse, si simul agriculturæ det operam, quoniam hoc opus agriculturæ coniũgi cum altero oficio rectè potest, & quandoque vna persona duarum vicem sustinet. gloss. in cap. ex literis, de probatio. verb. Vices duorum. Sed pone, quempiam per partiarum colonum exercere agricultu

5 ram, an ei legis dabimus beneficium? Est notem partiarius colonus, qui cũ domino fructus diuidit pro pacta portione, l. si merces. §. vis maior. ff. locati. Et nostræ legis verba minimè illi conueniunt, ait enim: *Los que por sus personas, ò por sus criados y familia labraren*: Partiarius autem colonus, neque est famulus, neque de familia dici potest, iuxta tx. in l. pronũciatio. §. fin. ff. de verb. sign. & l. 1. §. familia. ff. de publicanis, & vectigalibus. Cui autem non conueniunt verba legis neque illius conuenit definitio l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. Decius consil. 592. n. 2. Partiarius itaquè colonus beneficio legis vtetur, dominus, qui locauit, non vtetur.

6 Multo igitur minus dicetur agricola, qui cõ ductis boubus, & aratoribus agros colit, quod autem lex prohibet, ne boues, & cætera rei rusticæ instrumenta capiantur in causam executionis, iam veteri iure statutũ erat in l. pignorum cum authent. illic posi-

7 ta. C. quæ res pignor. obligari possunt, & in l. 5. tit. 17. lib. 3. Recop. & in l. 28. tit. 13 lib. 8. eiusdem voluminis, quarum argumẽtum late expendit Rebuf. de literis obligatorijs, art. 1. gloss. 2. Et nos quoque nõ pauca ad illarum intelligentiam attulimus lib. 2. Rerum quotid. cap. fin. 5. p. §. 13. n. 16. & 21. Proin illinc petere poteris quæ adhuc

8 locũ attinent. Illud tamẽ nouè, atque nunc primum ista pragmatica sanxit, ne executio fieri valeat, neque in aruo, neque in segete. est autem aruum ager aratus, sed nondum seminatus, vulgo baruecho dicitur, verbum à Latino non multum dissentiens. Seges autem est messis quæ adhuc extat in herba, id est, frumentum nondum ab agricola demessum, vt docet Varro de re rust. lib. 1. cap.

9 29. Proinde quæri subinde solet, an nostra pragmatica vetasse videatur, ne instrumento iam demesso fieri executio valeat. Et quã quam hæc pragmatica fauore digna sit, vt quæ in agricolarum fauorem lata sit, & proinde magis sit extendẽda, quam restringenda iuxta vulgarem regulã, odia restringi, & fauores conuenit ampliari: adhuc magis edet, huius legis prohibitionem non extendi ad frumentum iam collectum, sed in eo executionem rectè fieri posse. Etenim neque ex legis verbis, neque ex illius sentẽtia aliud dici posse videtur: nã quod ad verba attinet, lex tantum loquitur de frumento quod adhuc extat in herba, idest, nondũ demesso. Sententiam autem, seu legis mentem si spectes, non est verisimile, quod si id legislator voluisset, non expressisset: deficiẽtibus igitur legis verbis, ac sententia, non debemus legem ampliare, quantumuis si fauore digna, l. scire. §. aliud. ff. de excus. tut. l. actio. ff. de negotijs gestis, Baldus in l. ẽdẽ C. de locato. Neque te moueat, quod postremò capite lex sanxit, ne agricolis auferatur frumentum in vsus belli, aut alias ob causas: nam diuersa res est, vt per se patet. Cętera quę hoc capite continentur, plana sunt, proinde ad secũdum capitulum accingamur. Si tamen illud prius animaduertere, huius capitis primi definitionem fortiri etiã locum in debito descendẽti ex delicto, vt comitat illius verbis: *Por deuda deuidas por carta executoria, ò en otra qualquier manera*: quę latissima quidem sunt, & latè accipienda. Illud quoque anteaquam hinc abeam, admonendum erit, etiam si agricola sponte sua bouis aratorios, & cętera rei rusticæ instrumenta, aruum, seu segetẽ nominet ad executionem, adhuc in eis executionem fieri non posse: quia ne huic priuilegio renuntiari possit, lex ipsa cauet, veluti cap. 5. videri poteris. Quin secundum vetera iura idem recipiendum fore, scriptum reliquit Guillelm. Bened. in c. Raynũtius, verb. vxorem, num. 906.

10

11

SVMMARIVM.
Capituli secundi.

Plenius in isto capite quam de iure veteri consulitur agricolis. num. 1.

Legem istam ad causam syndicatus pertinere, & quæ fuerit eius condendæ ratio. num. 2.

Pœna legis istius non committitur, donec constiterit, quem esse agricolam. num. 3.

Pragmaticæ priuilegium non extenditur ad fideiussorem agricolæ. num. 4.

Agrico-

Agricola qui relaxatur à carcere propter huius legis priuilegium, non tenetur satisdare de iudicio sistendo post transactum tempus priuilegij, num. 5. & 6.

Nobilis ad similitudinem agricolæ debet sine fideiussore relaxari. num. 7.

Agricola potest impunè resistere apparitori, ipsum tempore prohibito capere volenti. numer. 8.

Agricola qui iniustè captus est, à debito liberatur ex nostra lege: quod etiam procedit in foro conscientiæ. num. 9.

Debitum quando ex delicto descendat, remissiuè. num. 10.

Nobilis qui promisit dare fideiussores pro obseruatione contractus, si non dederit, delinquit, & potest in carcerari. num. 11.

CAPITVLVM 2.

QVe las personas de los dichos labradores no puedan ser presos por deuda alguna, que no decienda de delito, en los meses de Iulio, y los siguientes, hasta fin de Diziembre. Que el juez, y executor, que contrauiniere, assi a lo dispuesto en el capitulo 1. como en este: sea suspenso de oficio por vn año, y el acreedor que lo pidiere, por el mismo caso aya perdido, y pierda la deuda, y el labrador quede libre della.

1 Notabilis est autem hæc lex, nam antea non ita plenè cautum erat, sed tantum, vt mensibus Iunio, & Iulio, & Agosto, iudices Ordinarij non visitarent oppida suæ iurisdictionis, vt habetur in l. 41. tit. 6. lib. 3. Recop. Quam legem, & ad causam syndicatus
2 pertinere putauerim, causa enim legis ea fuit, ne eo tempore rustici à fructuum collectione auocarentur: quam quidē rationē, & in causa syndicatus locum sortiri certū est: & planè hisce mensibus intempestiua est visitatio, ac syndicatio, propterea quod rustici rei frumētariæ studio occupati, mul
3 tis incommodis afficiantur. Huius autem nouæ legis pœnam locum sortiri putauerim quando palam est, seu notorium, reū debēdi esse agricolam. Cæterum si non sit notorius agricola, impune in carcerem detrudi potest, donec doceat, se esse agricolam: postea verò quam id docuerit, incipiet pœna comprehēdere iudicem, & creditorem, qui illum iniustè, & contra legis placita in carcere detinuerunt. Cuius rei præstat mihi locupletissimum argumentum, l. ex quacunquè. ff. si quis in ius vocatus, non ierit, & qua
4 illic commentatur Accurs. Bart. & reliqui Classici, Socin. quoq; regula 49. & 50. Sed an fideiussorem agricolæ, qui ipse agricola non sit, dicemus hoc posse priuilegio vti? Et magis placet, denegandum ei esse hoc beneficium, quia personale hoc est priuilegiū & ad personā fideiussoris non extēdi debet, ex regula iuris in l. exceptiones, nu. 7. ff. de exceptionib. & l. 1. C. de fideiussor. minoris. Sed illud rogo dicas mihi, an quando a- 5
gricola ita relaxatur à carcere, teneatur satisdare de iudicio sistendo, id est, rediturū se ad carcerem post huius legis institutum? Videtur enim ratio id postulare, præsertim quādo agricola extra suum fuit captus territorium. Et putauerit quispiam, satisdare eū debere, ex his, quæ affert Rodericus Suar. tit. de *los emplazamientos*, §. vlterius, num. 12. Et eodem quoque pertinet, quod iure statum est, cum Princeps cōcedit alicui moratoriam prescriptionem, reum satisdare debere, vt est definitum in leg. vniuersas. C. de precibus Imperatori offerendis. Sed mihi 6
contraria arridet sententia, cum par sit inter omnes Scriptores sententia, quando quis iniustè fuit captus (finge extra territorium) esse liberè, & sine fideiussore relaxandum, ac perinde vt facto captus fuit, ita facto relaxandus sit, Bald. & Iasson, & reliqui in l. final. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. pleriquè. ff. de in ius vocand. Anton. Gom. in commentar. tom. 3. cap. de captura, num. 4. Neque nos deterrere debet definitio illius legis vniuersas, & quæ affert Suarez loco superiori, nam diuersa in specie loquuntur, scilicet, quando quis iniustè captus fuit, atque ex benignitate ad tempus relaxatur: at nos loquimur, quando quis iniustè captus fuit, & aduersus legis prohibitionē. quæ pœna etiam adiecta id vetat, qua propter ante omnia est in pristinam restituendus libertatem, vt superiores tradunt Auctores de capto extra territorium, & Bosius quoque in praxi criminali. §. de captura, num. 34. Quod autem de agricola diximus, & de 7
nobili dicendum est, vt, scilicet, ob debitū ciuile captus, sine satisdatione sit relaxandus: quæ quidem sententia rerum vtilitati maximè consentanea est, alioqui foret, vt agricola, vel nobilis fideiussore non reperto, suo sæpè sæpius priuilegio fraudarentur, ac legis fauore, qui fouendus magis est, quàm coarctandus. Sed & illud putò nō ab 8
surdè dici posse, impunè posse agricolam, qui tempore prohibito capitur, resistere apparitori contra legem capienti, ex sententia Baldi in l. pleriquè. ff. de in ius vocando. Catur illa lege, vt in domo sua pro debito pecuniario capi quis non possit. Adijcit igitur interpretando Baldus, si apparitor contra-

rium

riũ fecerit, posse ei impunè resisti, ex l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 12. Baldo autẽ subscripsit se illic Iaſ. num. 9. Ergò & idem probandum est in agricola iniustè capto, cum de loco ad tempus legitimum sit in iure argumentum, vt multis ostendit Iasson
9 in l. vinum, num. 2. ff. si certum petatur. Ex eo autem, quod lex ait: *Y el labrador quede libre della*, dicendum est, etiam in foro conscientiæ, agricolam qui iniustè captus fuit, liberum remanere à debito, quoniam pœna imponitur ipso iure, & executione non indiget, cum consistat in priuatione: quo casu sententia est scriptorum, pœnam habere locum in foro conscientiæ, vt intelligere licet ex Bald. in l. 1. ff. de his quæ notantur infamia, atque ex Manuele Roderico Franciscano in quæstionibus regularibus, q. 6. art. 16
10 Itẽ quod lex excipiẽdo ait, *Que no decienda de delito*, si scire velis, quando debitum intelligendum sit descendere ex delicto, consuli to Iassonem in l. pleriquè ff. de in ius vocãdo, & nostrates in l. 62. Tauri, Socino reg.
11 259. Dueñas regul. 6. & 312. Quibus addito, quod si nobilis promisit dare fideiussores pro obseruatione contractus, & non dederit, deliquid, & poterit in carcerem detrudi, vt scripsit Suarez, tit. *de los emplazamientos*, §. vlterius, num. 6. Similiter igitur, & rusticus non potietur hoc casu legis priuilegio.

SVMMARIVM.
Capituli tertij.

Ex noua pragmatica decisione domini prædiorũ pro pensione prædij in ipsius fructibus potiores sunt quibuslibet creditoribus, anterioribus. num. 1.

In prædio emphyteutico dominus directi dominij præfertur cæteris creditoribus, num. 2.

Clericus locans fructus sui beneficij, nõ habet priuilegium hypothecæ, etiam in ipsis fructibus, nec huius legis beneficio iuuatur, quæ tantum agricolis prospexit num. 3.

Quæ exorbitant à iure communi, trahi non debent in consequentiam. num. 4.

Fructuum appellatione pensiones propriè non cõprehenduntur, sed late modo. num. 5.

Cautela, vt Clericus in fructibus sui beneficij omnibus creditoribus præferatur pro pensione sibi soluenda. num. 6.

Colonus non sit dominus fructuum qui pro pensione pignori dati sunt, nisi de domini voluntate illos colligat. num. 7.

Impugnatur communis opinio dicentium, colonum non facere fructus suos: nisi mercedem soluerit, aut habita sit fides de pretio. num. 8.

In præcedenti conclusione auctoris opinio contra communem fulcitur, num. 9.

Habita fide de pretio mercedis, colonus facit suos fructus quos collegerit. num. 10.

Fructus pendentes domini fundi sunt: à colonis collecti, & à solo separati, ipsius coloni sunt, nisi dominus eos pignori reseruauerit, tunc enim domini sunt, nisi colonus illos de domini voluntate collegerit. num. 11.

Clericus locans fructus sui beneficij, vt in illis omnibus præferatur, debet illos sibi pignoris nomine pro pensione reseruare. numer. 12.

Credens pecuniam, vt ex ea merx ematur, si merx comparata prò pecunia obligetur, credens illam in re empta, omnibus præfertur. num. 13.

Venditor in re vendita omnibus præfertur, si illã sibi pignori reseruauit num. 14.

Agricolarum pragmatica non tantũ procedit in fructibus pendentibus, sed etiam in fructibus à solo separatis. num. 15.

CAPITVLVM 3.

QVe en los frutos de las tierras sean preferidos los señores dellas por su rẽta à todos los acreedores, de qualquier calidad que sean. Huius capituli conclusio sanè, quam notabilis est, quanuis enim veteri iure cautum esset, fructus natos in fundo locato, vel emphyteutico, obligatos esse tacitè domino pro canone, vel pensione, l. in prædijs, ff. in quibus causis pignus tacitè contrahatur. l. si in lege. §. colonus. ff. locati, quin definitum sit colono vendente fructus, dominum tantundem offerentem præferendum esse, vt cernere est apud Iassonem in l. fin. num. 11. C. de iure emphyt. & Gregor. in l. 55. tit. 5. p. 5. glos. 1. Cæterum an hæc hypotheca potior esset anterioribus coloni creditoribus, definitum non erat, nec lege, nec interpretum sententia: in quo illorum negligentiam seu socordiam non possum non magnopere incusare, qui rem tam assiduam, & frequẽtem tractare supersederint. Magni facienda est igitur hæc nostra lex, hoc expressim definiens: pro cuius decisione non mediocriter facit, quod Iurisconsultus tradit in l. interdũ & l. sequenti. ff. qui potiores in pignore habeantur, & l. heet, eodem tit. & quod habetur in l. 1. C. si propter publicas pensitationes,

nes. lib. 12. & quæ affert Ripa in l. priuilegia. ff. de priuileg. creditorum, & Couarr.
2 lib. 1. var. cap. 7. num. 2. Quibus illud addito, in prædio emphyteutico (nam in locato nihil est dubij) dominum directi dominij præferri cæteris omnibus creditoribus ipsius emphyteutæ, neque nulla causa potest esse potior, aut magis antiqua, quam dominij, l. etiam. ff. qui pot. in pign. hab. tradit Bald. in auth. & sine asse. C. de donat. ante nupt. & nos diximus supr. diff. 58. §. 2. Ex his autem definiri potest quæstio illa, de qua me aliquando consultum fuisse recordor, an Clericus qui sui Sacerdotij, seu beneficij
3 (vt vulgo vocant) reditus locauit, pone, in triennium pro certa mercede infine cuiusquè anni soluenda, sit præferendus in fructibus ipsius beneficij cæteris conductoris creditoribus, qui potiores sunt tẽpore? atque illum præferendũ nõ esse, multa occurrũt, velut illud quod magno consensu probatur à nostris, cum quis habita fide pretij rem vẽdidit, non esse potiorem in re ipsa vendita prioribus ipsius emptoris creditoribus, vt constat ex Iasone in l. creditor. ff. si cert. petatur, & Ripa in d. l. priuilegia. n. 32. & 35. ff. de priuilegijs creditorum, & Couarr. dict. c. 73. n. 2. Idemque DD. tradũt, quanuis illata in domo, sint tacitè obligata pro pensione domus, dominum tamen non esse præferendum creditoribus conductoris, qui anteriorem habeant hypothecã, vt auctor est Bart. in l. interdum. ff. qui potiores in pignore habeantur, & Iasson in l. item quia. ff. de pact. num. 15. & alij apud Iosephum Ludouic. decis. 84. n. 4. Neque poterit Clericus
4 huius legis beneficio vti, cum in agriculturæ fauorem lata sit lex: & ideò ad alios casus trahenda nõ est, iuxta iuris regulã. Quæ à iure communi exorbitant, ad consequentiam trahenda non sunt: & in simili specie
5 scribit Bald. in l. ædè. C. de locato. Vt omittam, fructuum appellatione pensiones propriè non contineri, sed lato modo, l. vsura pecuniæ. ff. de ver. sign. l. mercedes ff. de petit. hæred. Eguinarius in §. si quis à non domino, inst. de rerum diuis. Sed quam cautionem, seu si mauis, cautelam dabimus Clerico, vt creditoribus prioribus præferatur? Et
6 videtur mihi huic rei consultissimè prouideri à Iurisconsulto in l. si seruus communis. §. locaui ff. de furt. *Locaui*, inquit Iurisconsultus, *tibi fundum, &c. vt assolet cõuenit, vt fructus ob mercedem mihi pignori essent: si eos clam deportaueris, furti tecũ agere possum*: ostendit igitur Iurisconsultus, hanc cautelam antiquitus cõmuniter vsurpari solitam esse, vt dominus fundi securus esset pro pensione aduersus cæteros conductoris creditores. Hoc autem ideò est, quia cum creditor pignoris habeat possessionẽ: nam debitor qui qui pignori dedit, ad vsucapionem tantum
7 possidet: quantum verò ad reliquas omnes causas pertinet, creditor possidet, l. 1. §. per seruũ. ff. de acquir. possess. l. qui serui nomine. ff. de vsucapione pro emptore: inde fit, vt colonus nõ fiat dominus fructuũ, qui ob pensionem pignori dati sunt: nisi demum de voluntate domini eos colligat, vt apertè Iurisconsultus ostendit in illa l. si seruus. §. locaui. ff. de furtis. Ex quo textu (vt illud inter 8
rim admoneam) videtur mihi dicendum, veram non esse communem illam opinionem Accursij, & Bartoli in dicto §. locaui, dicẽtium, colonum non facere fructus suos, nisi mercedẽ soluerit, aut habita sit fides de pretio: quam communem esse asserit Lassarte de decim. c. 19. n. 72. Contrarium enim cõuincitur ex illo §. locaui: nam si fructus non efficerentur coloni eos colligentis, sed locatoris essent, frustra locator in specie Iurisconsulti illos sibi pignori esse caueret, cum in re sua pignus non cadat, l. neque pignus. ff. de regul. iur. Quo argumento à communi 9
opinione discessit, & meritò Valasc. Lusitanus de iure emphyt. q. 20. num. 15. Verissimaque mihi illius videtur opinio, tum ex illo §. locaui, tum quia statim ac dominus locauit prædium, pactus mercedem in diem, eo ipso, nisi pignori fructus reseruauerit, vi- 11
detur fidem habuisse de pretio, seu de mercede, iuxta glos. in §. venditæ, inst. de rerũ diuis. verb. fidem emptoris, quam communem testatur. Fabianus de Monte, de emptione, & vendit. q. 5. principali, n. 37. & probatur apud nos in l. 36. tit. 28. part. 3. Cẽte 10
rum, quãdo dominus habet fidem de mercede, & ipsi interpretes fatentur, colonum fructus quos collegerit suos facere: proindè suomet gladio interpretes iugulantur. Sic igitur habeto: Fructus dum pendẽtes in fun 11
do sunt, non sunt coloni, sed domini: quia pars fundi sunt, soloque cedunt: postquam verò à colono collecti sunt, coloni fiunt. §. is verò, inst. de rerum diuis. l. fructus pendentes. ff. de rerum diuis. l. qui in plures. §. qui messem. ff. locati. l. qui scit. ff. de vsuris, nisi dominus eos pignori sibi reseruauerit, quia tunc domini sunt, etiam collecti, nisi de volũtate domini colonus eos collegerit, vt exponitur in illa leg. si seruus communis, §. locaui. ff. de furtis. Et ideò vtilis est illa 12
cautio, vt Clericus redditus locãs beneficij, pignori eos sibi reseruet: nam tunc præferri

debet

debet conductoris creditoribus, etiam anterioribus, ex dict. §. locauit: quia, vt antea diximus, dominus cæteris omnibus creditoribus præfertur. Facit etiam pro hac sententia l. licèt C. qui potiores in pignore habeãtur, vbi est definitum, qui pecuniam credidit vt ex ea merx ematur, si merx comparãda expressim pignori obligetur potiorem esse cæteris emptoris creditoribus: id quod tradit Bart. in l. interdum. ff. qui potiores in pign. habeantur & alij apud Couar. lib. 1. var. cap. 7. n. 1. Multo igitur magis præferri debet Clericus locator in redditibus, quos ipse locauit, quãdo eos sibi pignori reseruauit. Ex his & illud consequens est, vt dicamus, quod communiter traditur, venditorẽ non esse præferendum in re vendita cæteris emptoris creditoribus anterioribus (vt paulò ante diximus) cessare, quando venditor pignori rem venditam sibi reseruauit. Si enim exemplum, & sententiam illius legis, licèt sequaris; aliud dicere haud quimus, & id sentire videtur quoque glos. in leg. quod si quis. ff. de priuilegijs creditorum, & Bald. Nouell. de dote. 10. p. principali, num. 3 & Negus. de pignorib. 4. part. principali, n. 33 & alij apud Gutierr. practic. quæst. lib. 3. q. 98. n. 8. Quod rogo addas ad ea quæ iã pridem diximus. lib. 1. rerum quotid. cap 8. ex superioribus etiam intelliges, huius Regiæ legis definitionem non solum admittendã esse in fructibus qui sunt in fundo pendentes, de quo dubitatio nulla est, cum domini sint (vt diximus) sed etiam est lex intelligẽda de iam perceptis à colono, cum debeat lex semper in casu magis dubio, & difficili intelligi, l. quòd Labeo. ff. de Carbonia. ædicto l. 1. ff. ad municipalem.

13

14

15

SVMMARIVM. Capituli quarti.

Agricola non potest conueniri coram iudice, cui se submisit, nisi ibi inueniatur. num. 1.

CAPITVLVM 4.

QVe los dichos labradores por ninguna deuda que deuan puedan renunciar su fuero ni someterse a otro, sino fuere al Corregidor realẽgo mas cercano, y en los lugares eximidos, al de la cabeça de la jurisdicion donde se eximieron. Agitur in hoc capite de fori renuntiatione, cuius argumentum quoniam latè prosecutus sumus lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 2. part. §. 1. & satis est expositũ in pragmatica quadam sanctione de ea re expressim ædita Matritijs Commitijs, ea est lex 20. tit. 21. lib. 4. Recop. hic non repetam, mei siquidem ingenij semper fuit, quæ semel tractauimus, amplius non repetere. Illud tantum admonuero quanuis rusticus, seu agricola iuxta huius legis definitionem proprio renuntiauerit foro, sequè submiserit iurisdictioni Regij correctoris, qui proximæ adsidet ciuitate adhùc apud Regium correctorem conueniri non posse nisi illic reperiatur, idest, in iurisdictione Regij correctoris, ex cap. Romana §. contrahentes, de foro compet. in 6. & lex illa Matritijs Commitijs ædita satis superquè declarat: in qua re aliquando peccatum vidi à Regijs correctoribus alienam iurisdictionem iniustè inuadentibus.

t

SVMMARIVM. Capituli quinti.

Agricolæ tantum fideiubere non possunt pro dominis, reliqui autem vassalli, qui non sunt agricolæ, bene possunt fideiussores existere. numer. 1.

Vassallorum pro dominis obligatio metu facta, irrita est. num. 2.

Agricolarum pro dominis fideiussio iuramento confirmata, valida est. num. 3.

Fideiussio pro dote iuramento firmata, valet. numer. 4.

CAPITVLVM 5.

QVe los dichos labradores no se puedan obligar como principales, ni como fiadores en fauor de los señores de los lugares, en cuya jurisdicion viuieren. Y que sean nulas las escrituras que en contrario de lo contenido en este capitulo, y de todos los demas en fauor de los dichos labradores aqui expressados otorgaren, sin embargo de qualesquier renunciaciones que dello hizieren, ni los escriuanos den lugar à que ante ellos se otorguen, sopena que pierdan sus oficios, y no puedan vsar mas dellos de ay adelante.

Consultissimè hæc lex lata est, quam plurimis enim rerum experimentis compertũ est, vassallos ob fideiussiones quas pro dominis fecere, perditum ijsse, solumquè vertisse. Meminisse tamen debemus, hoc beneficium

1

cium non ad omnes vassallos dominorum pertinere, sed solummodo ad agricolas, quorum gratia lex hæc lata est. Quod ad reliquos vassallos attinet, qui agricolæ non sunt fideiussio tenebit: nam exorbitans à iure beneficium ad consequentiam non est trahendum, vt est regula constitutum, nisi
2 modò probatum sit dominorum metu vassallos obligatos fuisse, iuxta gloss. in regul. quod latenter, de regulis iuris, in Decretalib. & in l. 2. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non detur: quarum sententiam latè discutiunt Boerius decisio. 100. cum duabus sequentibus, & Afflict. decisio. 246. Guillelm. Benedict. in capit. Raynuntius, verb. duas habens, num. 2572. Atque ex nostris luculenter Suar. allegatione 24. & Burg. de Paz cons. 3. num. 54. & Molina de primogen. lib. 2. cap. 3. & Couar. in reg. ma
3 lefi dei possessor. 2. part. §. 4. Quid verò si agricola iureiurando fideiusserit pro domino, an rata erit fideiussio? Et sanè si ciuilia iura spectes, iuramento non confirmabitur fideiussio, vt est definitum in l. si quis pro eo, ff. de fideiussoribus. Cæterum iura Pontificia (quibus obtemperandum est) definiunt contrarium, statuendo, vt omne iuramentum non metu, non vi, non dolo præstitum, & quod non vergat in dispendium salutis æternæ, neque sit in præiudicium tertij, vel contra bonos mores, omnino seruandum sit, vt habetur in cap. cum contingat, de iure iur. & in cap. licèt mulieres, eod. tit. lib. 6. atque in cap. quanuis pactum, de pact. eodem lib. Sic etiam etsi iure prohibitum sit, ne fideiussores dotium dentur, vt in rubrica Iustiniani Codicis habetur. Attamen
4 si iureiurando fuerit vallata fideiussio, valebit secundum Abb. in dict. cap. cum contingat, num. 32. & communem testatur Campesius de dote, 3. part. quæst. 134. & Palac. Rub. in repetit. c. per vestras, notabil. 5. nu. 10. Couar. quoque in c. quanuis pactum. 1. part. §. 2. ad finem. Merito igitur lege nostra & alijs antea latis, imposita pœna est tabellionibus, vt ab huiusmodi iuramento, atque renuntiationibus se temperent.

SVMMARIVM. Capituli sexti.

Agricolæ quas pœnas incurrant, si contra formam huius legis officium pistorum exercuerint, nu. 1.

Non potest quis in vsus suos frumentum emere, & quod ex fructibus, vel redditibus sui habet, vendere, nu. 2.

CAPITVLVM 6.

QVe el labrador que luego acabada la cosecha, la manifestare a la justicia, y por las tazmias, ò en otra manera, prouare la cantidad de pan q̃ ha cogido, y por ella pareciere, que fuera de lo que ha menester para pagar diezmos a la yglesia y rentas al señor, y para sus sementeras, y alimentar su casa, hasta la cosecha siguiente, le sobra algo, le de la justicia licencia para que pueda panadear la mitad de lo, al precio que le tassare, con alguna ganancia moderada: la qual valga por el tiempo que le pareciere que baste, para acabar de panadear la dicha mitad que le sobra. Y que si huuiere muchos labradores que quieran panadear, la justicia les reparta el tiempo en que lo han de hazer, con que los dichos labradores no compren ni tomen de otros trigo para panadear, so pena, que incurran en las penas puestas contra los que compran trigo para reuender, quedando en su fuerça quanto a lo demas, las leyes que prohiben el panadear.

Nota ex hac lege prohibitum esse agricolis iniussu iudicis, etiam ex proprio frumento exercere officium pistorum (quod vulgo, *panaderos* appellamus.) Si id igitur sine iudicis copia fecerit, dabunt pœnas legibus Regijs impositas ijs, qui pluris vendunt frumentum, quàm Regia est taxatione definitum, hæ sunt lex 5. & 6. item septima, titul. 25. lib. 5. Recopilatio. quarum argumentum latè prosecutus est Ludouic. Mexia in peculiari tractatu de ea re edito, proinde hic nō immorabor. Illud tamē prætereundum non duxi, ex hac lege satis argui, atque conuinci, verum non esse, quod tradit frater Anton. de Cordoua, vir alioqui eruditus, in tractatu quem inscripsit, *Casos de conciencia*, quæstion. 83. in specie legis 19. titul. 11. libr. 5. Recopilation. Statuitur illa lege, ne quis possit coemere frumentum, vt illud postea reuendat: inquit igitur Theologus ille, non committere in legem eum, qui frumentum in vsus suos emat, & id quod habeat, vel ex suis redditibus, vel ex sua cultura, diuendat. Etenim hæc lex 2
apertè contrarium demonstrat, dum ait: *Con que los dichos labradores no compren, ni tomen de otros trigo para panadear, so pena que incurran en las penas puestas contra los que compran trigo para reuender.* Vt interim omittam, si hoc vaframentum admitteremus, manifeito

legi fraudem fieri, cum non sit dubium in legem committere eum, qui legis verba amplexus, contra legis nititur voluntatem, l. non dubium, C. de legibus. Fratris igitur Franciscani sententiam, neque in foro fori, neque in foro poli admissam iri putauerim, recipiat quamuis illam Ioan. Gutier. practicarum quæstio. lib. 2. quæst. fin. in fine.

SVMMARIVM. Capituli, 7. 8. & 9.

An iudices inferiores, in quorum iurisdictione agricolæ à militibus, vel apparitoribus superiorum Magistratuum vexantur possit illis obuiam ire, nu. 1.

Iudices inferiores, debent milites in crimine deprehensos ad suum Magistratum remittere, num. 2.

Non debent iudices inferiores permittere, vt agricolæ à militibus opprimantur, si commodè id facere possunt, nu. 3.

Iudex debet occurrere illi cui notoriè infertur violentia, nu. 4.

Priuatus etiam, si potest, debet quemlibet ab iniuria defendere, nu. 5.

Magistratus superior an possit in suo officio peccantem punire, nu. 6.

Ob euitandum scandalum multa tolerãtur, quæ non permitterentur, nu. 7.

Quando liceat officiali, seu Magistratui resistere, remissiuè, nu. 8.

CAPITVLVM 7. 8. & 9.

QVe no compelan a ninguna persona que sea verdadero labrador, a que dè, ò socorra a la gente de nuestras guardas, ni otra ninguna gẽte de guerra, de a pie, ni de acauallo, cõ dinero, trigo, cenada, ni otro mantenimiento alguno sino solamente, ofreciẽdose necesidad, darles aposento, y cama en sus casas, mesa, y mãteles en q̃ coman, y otras menudẽcias, como sal, y vinagre, y q̃ les guisen la comida: y q̃ el trigo, y cenada, y otras qualesquier semillas q̃ cogieren, no seles pueda tomar, ni embargar para prouision de nuestra Corte, ni nuestra casa Real, ni de nuestras armadas, fronteras y galeras, ni para otra cosa alguna, sino fuere con grande necesidad, y pagandose lo de cõtado, a como valiere, con q̃ no exceda de la tassa, dexãdoles lo necessario para pagar diezmos a la Iglesia, y rentas al señor de las tierras, y para sus sementeras, y alimentar su casa, hasta la cosecha siguiente y algo mas.

CAPITVLVM 8.

Que las nuestras Chancillerias, è Inquisiciones, y otros qualesquier Tribunales, ni Justicias destos nuestros Reynos, no puedan embiar, ni embien alguaziles, ni otras personas, ni den mandamientos para tomar trigo, ni cenada de los dichos labradores, ni de otros algunos para prouision de sus casas, ni para otra cosa alguna, aũque sea pagandolò de contado.

CAPITVLVM 9.

Que no se les pueda tomar, ni tome a los dichos labradores, ningunos carros, carretas, ni bestias, sino fuere para nuestro seruicio, ò necessidad publica, y entonces, pagandoles primero de contado, el alquiler que pareciere justo a la justicia, segun el tiempo en que sẽ les tomare.

HIs tribus capitulis consulitur agricolis, ne à militibus vexentur: prohibentur etiam Magistratus Regij ne ab illis inuitis extorqueant frumentum. Quæ res cum per se manifesta sit, nec nostra ad interpretandum indigeat opera, illud tantum tractatu dignum erit. An inferiores iudices, videntes in sua iurisdictione agricolas vexari à militibus, vel à superiorum Magistratuum apparitoribus, possint illis obuiam ire? Et quòd ad milites attinet, licèt in crimine deprehensis debeant ad suum Tribunum, seu Magistrum militum remitti, vt in l. de militibus, ff. de custodia reorum, & l. 1. C. de exhibendis, & transmittendis reis, tradit Bosius de delictis, tit. de foro compet. Attamen non debent ordinarij iudices permittere, vt rustici, alijvè ciues ab illis opprimantur, sed illorum debent proteruiam, si modò commodè possint coercere, l. 3. C. de silentiarijs, lib. 12. & illic Platea, & traditur in Auth. vt iudices sine quoquo suffragio, §. voluimus, col. 2. Et hoc generale est, vt debeat iudex occurrere, opemque ferre illi, cui notoriè infertur violentia, l. fin. ff. quod metus causa, tradit Innoc. in c. in præsentia, de probationib. Abb. in c. quia Clerici, de iure patrona. Iaf. in l. Præses, C. de trãfactionibus. Quin etiam tenetur priuatus, si possit, defendere eum qui iniustè iniuriam patitur, gloss. in capit. quanto, de sententia excommunicationis, Iaf. in l. vt vim. ff. de iustitia, & iure, colum. penultim. Quod autem attinet ad superiorem Magistratum, receptum est, vt eo in suo officio peccante, non possit de illo ordinarius iudex cognoscere. Extra suum verò officium de inquiratem,

1

2

3

4

5

6

tem, bene potest ordinarius illum comprehendere, & punire, vt relatum est apud Boerium multorum testimonio decisio. 9. & apud Marant. disputatione 1. & apud Auendañum, in capit. corrector. 1. part. cap. 2. numr. 12. His tamen in rebus magnopere est necessaria recti, & constantis iudicis prudenti, vt rem ita cordate aggrediatur, & prudenter gerat, ne crabrones irritet, seu
7 scandalum ingerat in plebem: nam propter euitandum scandalum multa tolerantur, quæ aliàs non permitterentur, capit. 3. de iure patronat. cap. cum ex iniuncto, de noui operis nuntiat. Inno. & Abb. in cap. cum ex officij, de pœn. & remissi. Decius in cap. cum teneamur, de præbend. Alphons. à
8 Castr. de lege pœnali libr. 1. cap. 11. Denique quando liceat officialibus, seu Magistratibus resistere, consulito textum, & interpretes in dicta l. prohibitum, C. de iure fisc. lib. 10. Paridem de syndicatu, §. resistentia, Boer. decisio. 170. Corsetum singulari, verbo, Officialis, Guido Papæ quæstio. 344. Martinum Laudensem de officialibus dominorum, conclus. 36. & 97.

nis est, an illius beneficio possit vti agricola, in quem modò executio intenditur? Et non videtur illi prodesse, cum apertissimi iuris sit, leges futura prospicere negotia, non præterita l. legis, C. de legibus, cap. fin. de constitutio.

Sed non est ita, etenim licèt factum sit antiquum, si tamen nunc deducatur in iudicium, definiendum est, non secundum leges antiquas, sed secundum leges recentiores: 3
itaque futura negotia dicuntur hoc casu, quæ non sunt deducta in iudicium: præterita verò dicuntur, quæ iam sunt in iudicium deducta, vt est actor Accursius in Authent. vt cum de appellatione cog. in princip. verbo referente & illic Bart. idemque in l. omnes, ff. de legib. nu. 44. tradit ex nostratibus Castellus in legibus Taur. in data illarum legum, quorum sententia non obscurè probatur in l. 6. tit. 1. lib. 2. Recopil. Quod egregiè pertinet ad contractus censuum (qui hodiè frequentissimi sunt) quanuis enim ante 4
huius legis promulgationem facti sint: attamen agricola, in quem modo executio petitur, rectè legis vtetur beneficio.

SVMMARIVM. data legis.

Quando lex incipiat ligare, remissiuè, nu. 1.
Agricola an iuuetur huius legis beneficio in executione, quæ fit pro debito ante pragmaticam contractoe nu. 2.
In casu nostræ legis futura negotia dicuntur, quæ non sunt in iudicium deducta, nu. 3.
Agricola fruitur beneficio huius legis in debitis contractis ante ipsam legem, nu. 4.

Dies, seu data legis.

DAda en Madrid, a nueue dias del mes de Março, de mil y quinientos y nouenta y quatro años.

Quando leges obligare incipiant, satis
1 superque traditur ab Scribentibus in capit. cognoscentes, de constitutionibus, & à Ioanne Andreæ in data Sexti, & Clementinarum. Proin superuacuum fuerit, nos hic in ea re moram facere. Sed illud videamus, quod in foro quandoquè quæri solet, an hæc pragmatica sanctio trahatur ad præterita? Finge, quod nomen, seu obligatio, qua agricola impetitur, fuit contracta ante hu-
2 ius pragmaticæ promulgationem. Quæstio

SVMMARIVM. Differentiæ, 80.

Quis sit colonus, & inquilinus? nu. 1.
An dominus teneatur imputare colono, vel inquilino impensas factas in re locata, numero 2.
Impensæ necessariæ, indistinctè restituendæ sunt colono, vel inquilino, nu. 3.
Detrimentum contingens in re locata propter vsum ipsius rei, ad dominum spectat, non ad conductorem, nu. 4.
Locator tenetur soluere, quod impensæ, valent tempore finitæ locationis, si impensæ erant vtiles, nu. 5.
Impensæ quo tempore æstimandæ sint, nu. 6.
Tributorum solutio ad dominum pertinet, non ad colonum, nu. 7.
Superior conclusio limitatur, quando aliud, vel consuetudine, vel statuto introductum est, numero 8.

Inter Colonum, & Inquilinum, differentia 80.

QVi colonus, & inquilinus discrepent, ex superiori differentia pedet: etenim

colonus eſt, qui ruſtica prædia, inquilinus verò, qui vrbana conducto habet, l.item quæritur, §.fin.ff.locati, l.re pignoris. ff.de acquirenda poſſeſsione. Non rectè igitur 1 illic tradit Accurſius, colonum dici in villa, inquilinum in ciuitate, cum etiam in villa vrbana eſſe ſoleant prædia, & ruſtica in ciuitate: ſicuti ſuperiori differentia dictum eſt à nobis. Atque ita ab Accurſio merito diſceſsit Salicetus in l.Emptorem, C. locati: & denique aduerſus Accurſ. communem eſſe opinionem, teſtis eſt Iaſon in §. item Seruiana, numer. 29. inſtitut. de actionibus. Si igitur errauit Accurſius in iuris diſciplina, non eſt mirum ſi id quoque ſatuerit Vallam Elegantiarum lib. 4. cap. 54. Vi 2 deamus autem hoc loco, quia opportunus eſt, & res quotidiana, an impenſas à colono, vel inquilino factas, dominus teneatur illi reſtituere, aut in mercedem imputare? & placet Scriptoribus, ſi impenſæ factæ fuerint fructuum conſeruandorum cauſa, repetere eas colonum non valere. Cæterum ſi extra hanc cauſam fiant, diſtinguendum aiunt inter impenſas neceſſarias, & vtiles: vt neceſſarias teneatur locator omnino reſtituere, vtiles autem non poſſe conductorem repetere, niſi eas de domini voluntate tacita, aut expreſſa fecerit. Hæc diſtinctio colligitur ex Paulo de Caſtro in l. Dominus horreorum, §. in conducto, ff. locati, ex Boerio deciſio. 44. num. 13. ex Anton. Gomez in Commentarijs, tom. 2. titulo de locato, num. 2. ex Ioanne Garſia de expenſis, cap. 14. numer. 13. Quorum diſtinctionem ego quidem non refello, verum quod aiunt, in caſu reſtitutionis non debere dominum reſtituere, quod à colono, vel inquilino impenſum eſt, ſed id quod impenſæ valent tempore finitę conductionis, locum ha 3 bere putauerim in impenſis vtilibus: porrò in neceſſarijs indiſtinctè puto reſtituendũ eſſe, quod colonus, vel inquilinus impendit, etſi impenſæ tempore finitæ locationis non extent, ſed perierint, vel minoris fue- 4 rint æſtimationis. Etenim detrimentum quod in re conducta ex vſu prouenit, domino cedit, non conductori, ob id enim, merce dem ſoluit conductor, §. item is cui, inſtit. quibus modis recontrahitur obligatio, §. 1. inſtit. de locato, cap. eijciẽs, 88. diſtinct. Atqui ſi impenſæ neceſſariæ forẽt æſtimandæ tempore finitæ locationis, detrimentum, quod ex vſu prouenit, in cõductorem recidere: quod ab omni prorſus ratione alienum eſt. Igitur omne, quod neceſſario in ædibus impendit conductor, id eſt, ſine quo dominus, aut corrueret, aut deterior fieret, vel ſi ne quo habitari non poſſet, (hæ etenim neceſſariæ dicuntur impenſæ, vt in l. impenſæ, ff. de verborum ſignificatio.) conductori reſtituendum eſſe puto. Cæterum, cum 5 quid non neceſſario, ſed vtiliter impendit, non debet locator ſoluere niſi quòd impenſæ valent tempore finitæ conductionis: hæ ſiquidem vtiles dicuntur impenſæ, quæ rei reditus augent, vt declarat Iuriſconſultus in dicta l. impenſæ, & eodem pertinet lex 4. ff. de impenſis in rebus dotalibus factis. Et hanc noſtram diſtinctionem facilè colligere licet ex verbis Iuriſconſulti in dicta l. dominus horreorum, §. in conducto. Ait enim: *In conducto fundo ſi conductor ſua opera aliquid neceſſariò, vel vtiliter auxerit, vel adficauerit, vel inſtituerit, cum non conueniſſet, ad recipiendum ea, quæ impendit, ex conducto cum domino fundi experiri poſſe.* Neque aduerſus noſtram diſtinctionem quic- 6 quam obſtauerit textus in l. domos, ff. de legatis. 2. & quæ illic tradunt Doctores, dicentes, impenſas æſtimandas eſſe tempore, quo res reſtituitur: nam loquuntur in impenſis, quas quis tanquam dominus fecit: nos verò loquimur in impenſis factis à colono, vel inquilino, quorum diuerſa cauſa eſt: ille enim mercedem non ſoluit, hic mercedem ſoluit. Hæc verò non pertinent ad eum, qui à maioratus poſſeſſore ædem conduxit, vel ab vſufructuario: nam ſi quas impenſas fecerit ſine locatoris voluntate, perdit l. ſi quis domum, §. hic ſubiungi, & §. idem quærit, & illic Paulus de Caſtro, ff. locati, tradit Valaſcus de iure emphyteut. quæſtione 25. numer. 25. Molina de primogenitis, libr. 1. capit. 21. numer. 9. Ioannes Garſia de expenſis, cap. 14. numero 17. Illud etiam ſæpè quæri ſolet, vter te- 7 neatur ſoluere tributum, quod res locata debet, dominus ne, an colonus? id enim inter noſtros interpretes non ſatis conſtat: nam ad colonum hoc onus ſpectare, ſentit gloſſa, & Platea, C. de annonis, & tribut. lib. 12. & Antibolus de muneribus, §. 4. numer. 66. Contra verò ſentit Pinelus in l. 1. C. de bonis matern. 2. part. num. 72. & Valaſcus de iure emphyteut. quæſtion. 17. numero 27. Ioannes Garſia de expenſis, capit. 14. num. 48. & ante eos Alexand. conſ. 4. volumin. 5. affirmantes, ad dominum incumbere ſolutionem tributi, non ad colonum. Et horum mihi verior videtur opinio: nam (vt rationes à noſtratibus traditas omittamus) id verum eſſe, ſatis arguitur ex l. veteribus, ff. de pactis, vbi Iuriſconſultus

in hæc

in hæc verba inquit: *Veteribus placet, pactionem obscuram, vel ambiguam venditori, & ei qui locauit, nocere, in quorum fuit potestatem legem apertius conscribere.* Quando igitur venditor socors fuit in declarando, vtri pensionis incumberet solutio, ad eum hoc onus recidere debet: & eodem respicit lex prima,
8 §. 1. ff. de ædilitio edicto. Hoc autē intellige, nisi statuto, aut consuetudine aliud comparatum fuerit: vt, & ipse Alexand. admonet in dicto consil. 4. Atque item intellige, quando tributum debetur ex re conducta: nam si propter personam debeatur, persona ad quem spectat, tenetur soluere, l. si fine, §. Lucius, ff. de administratione tutorum, l. in summa, C. de pignor. & tradit Alexand. consil. paulò antecitato.

SVMMARIVM. Differentia 81.

Seruitus itineris, quid sit? nu. 1.
Seruitus actus, quid sit? nu. 2.
Seruitus viæ, quid sit? nu. 3.
Actus à via, in quo differat? nu. 4.
Quantum spatij habeat iter, actus, & via, traditur remissiue, nu. 5.
Diuisione inter fratres facta, non censetur constituta seruitus, vt alter per alterius prædium possit ire, etiam si ad fundum alio iri non possit, nisi aliud in diuisione expressim sit, num. 6.
Venditor non tenetur vicem præstare emptori ad fundum venditum, etiam si per aliam partem iri non possit, nisi aliter inter eos conuenerit, num. 7.
Si quis non possit domum suam reficere, nisi vicinus aditum præbuerit, est vicinus compellendus aditum dare, vt vicini domus reficiatur, num. 8.
Potest quis propria auctoritate demoliri ædificatum in via, vbi habet viæ seruitutem, numer. 9.
Via publica destructa, qui proximum habet prædium debet viam præstare, & an id gratis, num. 10. & 11.

Inter seruitutem itineris, actus, & viæ, differentia, 81.

1 ITer ab actu, actum à via, vsus diuersitas separat, etenim itineris seruitus est eius eundi, ambulandi hominis, non tamen iumentum agendi, vel vehiculum. Actus verò 2
seruitus est, ius eundi, ambulandi hominis, iumentum etiam agendi, vel vehiculum, nō vero rectam hastam deferendi, vel trahendi lapides, cæteraquè id genus. Viæ seruitus 3
est ius eundi, ambulandi hominis, agendi iumentum, vel vehiculum, trahendi etiam, & deferendi hastam, vt habetur in l. 1. & lege qui sola, ff. de seruitut. rusticorum prædiorum, lex si tam angusti, ff. de seruitutib. Qui igitur iter habet, actum non habet, sed qui actum habet, iter habet: qui viam habet, iter, & actum habet: via enim, actum, & iter in se continet. Differt etiam actus à via, 4
quia actus dicitur, etsi vehiculum duci non possit dummodo iumentum agi possit. At via non dicitur, nisi, & iumentum agi, & vehiculum duci possit, sicuti ex superioribus legibus liquet quibus cōuenit lex 3. tit. 31. part. 3. Quantum vero spatij habeat iter actus, & via, præter Iurisconsultum in l. via constituí, ff. de seruit. vrban. prædior. explicat Alexand. ab Alexand. dierum gen. libr. 2. cap. 20. Cæterum vt aliquid de his seruitutibus in pragmaticarum gratiam dicamus, sciendum est, diuisione inter fratres facta, nunquam videri seruitutem constitutam, vt alter per alterius prædium possit ire, nisi expressim id dictum fuerit: etsi ad fundum alio iri non valeat, l. item labeo, ff. fam. il. herciscund. Bart. in l. via constituí, §. fin. ff. de seruitut. rustic. prædiorum, Iason in l. si fundum sub cōditione, §. si fundum, num. 12. ff. de legat. 1. Boer. decisio. 322. tradit ex nostratibus Ioan. Garsia de expensis. capit. 17. numer. 14. Æque, & venditor 7
præstare non tenetur viam emptori ad fundum venditum, nisi expressim dictum fuerit, etsi aliò ad fundum accessum non habeat, l. in vendēdo, ff. de contrahenda emptione, Cœpola de seruit. rusti. prædio. c. 38. num. 2. Fabian. de Monte de emptio. & venditio. quæstio. 6. num. 7. Quapropter consultò à tabellionibus adijci solet in instrumentis venditionis, vulgaris illa clausula: *Lo qual os vendo con todas sus entradas, y salidas, vsos, y costumbres.* Et æquum foret, id quoque adijceretur in partitionibus ab arbitris familiæ erciscund. Illud tamen inter 8
ipsos scriptores constat, si domum meam non possim reficere, nisi per domum tuam, detur mihi aditus, debere te mihi aditum præstare, secundum Boer. d. decis. 322. Hoc ideò, quia res est modici præiudicij, & iuris, æquitas suggerit, vt quòd tibi nō nocet, & mihi prodest, facere tenearis, vt latiùs tradunt Fabe. & reliqui in rubric. instit. de

6 lege Caninia tollenda. Barto. in l. soluto, ff. solut. matrim. Sed & illud constat inter Scribentes, si vicinus qui seruitutem debet, aliquid ædificauerit in via aduersus seruitutē, posse ab eo, cui seruitus debetur demoliri propria authoritate, id est, sine iudicis authoritate, l. si vitem, §. si ad ianuam, ff. quod vi, aut clam, Cœpol. de seruitutib. vrbanorum præd. cap. 42. nu. 7. Angelus de Aretio in §. æquè si agat ad finem, instit. de actionibus, Anton. Gom. in l. 45. Tauri. Atque illud non minus est notabile, qui viæ seruitutem debet, posse illam aliorsum mutare, si vicino damnum non inferatur ex istius mutatione, glos. final. & illic Bart. & reliqui in l. si cui, ff. de seruitut.

Sed illud memoria excesserat, quod obli-
10 uiscendum non est, si via publica, ruina, aut impetu aquarum destructa sit, vicinum, qui proximum fundum habeat, vitam præstare debere, l. locus, §. via publica, ff. quemad-
11 modum seruit. amittan. Dubitationis est tamen, ad id gratis præstare debeat, an pecunia à Republ. numerata, & Accursius scribit illic, gratis præstare debere, alij contra sentiunt, vt est videre apud Couarruuias libr. 3. var. resolut. cap. 14. num. 8. Et hæc opinio, quantum experimentis didici, moribus præualuit apud nos, quanquam apud Bonienses aliter seruari scribat Accurs. loco superiori. Cæterum vnaquæquè prouincia suo sensu abundat.

SVMMARIVM.
Differentia, 82.

Non tenet melioratio causa dotis facta, nu. 1.

Mortuo patre ante solutam dotem, quo iure cautius agat filia pro dote consequenda, si ea dos, quæ promissa est, à reliquis hæredibus dicatur inofficiosa, nu. 2. & 3.

Est alienum totam recipit hæreditatem, non singularem dotis contractum, nu. 4.

Inter legitimam quæ ex causa dotis, & eam quæ iure hæreditario debetur, differ. 82.

REgia lege quæ Matritijs conuentibus lata est, cautum, definitumque extat, ne
1 posit pater, aut mater dotis nomine filiæ præceptionem (seu melioratione, vt vocant) facere. hæc ex lex prima, tit. 2. lib. 5. Recopilatio. ex cuius decisione atq; alijs item legibus post ea latis, necnon ex communi forensi vsu receptum est, non posse patrem, aut matrem dare filię in dotē plus quā eius constet legitima, sicuti est videre apud Baeçam in peculiari de ea retract. cap. 3. & apud alios aliàs passim. Sed ecce, defuncto 2
patre, nondum dote soluta, hæredes eam soluere recusant, dicentes, illam inofficiosam esse, atque legitimæ transgredi metas. Qua in re permultum interest, quemadmodum filia experiatur: nam licèt dotis nomine plusquam legitimā habere eam non posse constet: cæterum in ineunda ratione legitimę plurimum refert, an ex causa dotis, vel an iure hæreditario eam postulet filia. Nam 3
si ex causa dotis postulet, vt intelligatur, vtrum dos legitimam excedat, necne, inspiciendum est tempus quo promissa dos est, vel quādo pater vita functus est, vtrum filia ipsa malit, iuxta legem 29. Taur. quæ est hodie lex 8. tit. 8. lib. 5. Recopil. & tradit Baeça supradicto tract. cap. 31. Proinde si tempus constitutæ dotis eligat, non onerabitur ære alieno, siquid forsam pater contraxit, neque impensis funeris, l. mulier bona, ff. de iure dotium, l. licet, C. eodem tit. quoniam æs alienum totam respicit hæreditatem, nō singularem dotis contractum, l. 1. §. si hęres percepto fundo, ff. ad Trebel. l. si fideicommissum, ff. de iudic. Idemquè facit funeris impensa, l. impensa, ff. de Relig. & sumptibus funer. l. 30. tit. 13. part. 5. Porro si tan- 4
quam hæres legitimam postulet, æstimatio legitimæ referenda est præcisè ad hoc tempus, quo pater vita vita functus est, iuxta l. cum quęritur, C. de inoffi. test. & supradicta l. 29. Tauri. Atque ita pro rata parte cum cæteris hæredibus æs alienum partietur, l. 1 C. si certum petat. l. pro hæreditarijs, C. de hæreditaris actionib. Possem, & alias multas inter hæc subnectere differentias, eas tamen missas facio, simul quia per se manifestæ sunt, simul quia breuis esse laboro.

SVMMARIVM.
Differentia. 83.

Flumen continuo, stillicidium stillatim fluit, nam mer. 1.

Grauior est fluminis seruitus, quàm stillicidij, num. 2.

Seruitus aquæductus in quo differat à seruitute flu-

teſtuminis, & ſtillicidij? nu. 3.
Lex Foramen, ff. de ſeruitut. vrban. explicatur, num. 4.

Inter ſeruitutem fluminis, & ſtillicidij, & aquæductus, differentiæ, 83.

INter vrbanas ſeruitutes numerantur, etiam flumen, & ſtillicidium, vt habetur in §. prædiorum, inſtitut. de ſeruitut. Horum ea eſt differentia, quòd flumen continuè, ſtillicidium ſtillatim fluit: illud grauius, hoc leuiori caſu in terram cadit, vt docet Eguinar. in dicto §. prædiorum, inſtitut. de ſeruitutib. Apparet itaque, fluminis ſeruitutem grauiorem eſſe, quam ſtillicidij: id quod probat textus elegans in l. ſeruitutes, §. ſi ante, ff. de ſeruitutib. vrbanorum prædiorum. Aquæductus autem à fluminis, & ſtillicidij ſeruitutibus ſic diſcernitur, quod aquæductus dicitur, quando per alienum prædium in noſtrum prædium aquam ducimus: fluminis autem, vel ſtillicidij ſeruitus dicitur, quando è noſtro prædio in alienum prædium aquam mittimus. §. 1. inſtitut. de ſeruitut. lex penultim. ff. eodem titul. l. fiſtulas. ff. ſi ſeruitus vendicetur. Ex his autem intelliges textum, qui hactenus à noſtris non ſatis eſt intellectus, in l. foramen, ff. de ſeruitutib. vrbanorum prædiorum. Nam dum interpretes, quid illic flumen ſignificet, non ſatis intelligunt, miris modis in illius intellectu allucinantur, ſicuti oſtenſum eſt luculenter à nobis, lib. 1. rerum quotidianar. cap. 1. §. 8. num. 14. proinde hic non repetam, cum illic videre in promptu ſit.

SVMMARIVM. Different. 84.

Manci appellatio ad vitium manuum ſpectat: claudi verò, ad pedum, nu 1.
Podagra ad pedes, chiragra ad manus pertinet, num. 2.
Emendatur lectio text. in l. 2. C. qui morbo ſe excuſ. lib. 10. num. 3.

nium vale-
nim placet *ancũ, & claudum, podagrã,*
ater *& chiragram, differ. 84.*

MAnci appellatio ad vitium manuum 1
ſpectat, claudi verò ad pedum, l. qui clauium, & l. ſequens, ff. de ædil. edict. Eadẽ 2
quoq; eſt diſtinctio inter podagram, & chiragram: nam podagra ad pedes, chiragra ad manus pertinet, vt docet gloſ. in cap. decernimus, de conſecrat. diſtinct. 5. & oſtendit illud ſatis elegans Martialis Epigram. lib. 1. ad Flaccum, quod huiuſmodi eſt:

Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat,
Sed nil patrono porrigit: hæc chiragra eſt.

Hic morbus dicitur articularis, quia in articulos manuum, pedumq; maximè ſequit, vt declarat Suet. in vita Sergij Galbæ Imperatoris *Maribus*, inquit, *pedibuſque articulari morbo diſtortiſſimus.* Vnde emendandus eſt textus in l. 2. C. qui morbo ſe excuſant, libr. 10 Dum enim illic legitur Auriculari 3
morbo, legendum eſt, Articulari, ſicuti, & ibidem quoque animaduertit Alciat. Tanta eſt autem huius morbi malitia, vt omnem omnium medicamẽtorum vim ſuperet atque vincat: ferè igitur incurabilis eſt, vt oſtẽdit ille Ouidij verſiculus de Ponto:

Soluere podoſam neſcit medicina podagram.

Quod ſi quid aduerſus eam valet, ſola eſt frugalitas, id eſt, abſtinentia, & continentia, videlicet carere delitijs & voluptatibus, vt ſignificat Diuus Hieronymus in dict. cap. legimus, de conſecrat. diſtinct. 5. Fricationibus etiam totum ieiunos corpus permulcere, ſeu ſcalpere, multum prodeſſe, experimentis compertum habeo, ſecutus conſiliũ Epiſcopi Albarrecenſis in peculiari tractatu, quem de eo morbo edidit: atquè ſuper omnia nihil æquè mihi profuiſſe comperi, quam aquam decoctam cum ligno, ſeu radice, quod vulgò dicitur, *China*, vtendo ea, tàm potu, quàm in diluendo vino, cuius parciſſimus debet eſſe vſus his, quos hic morbus torquet: cuius aquæ decoctæ vſus ad multos morbos prodeſſe ſcribit Fragoſ. in libello de arboribus aromaticis, diſcurſu 12. Illud verò minus verum eſſe expertus ſum, quod ſcriptum reliquit Plinius lib. 20. cap. 9. braſsicarum, ſeu collium iure multos à podagra liberatos eſſe, edendo eas, & ius bibendo: feci enim experimentum, ſed nihil mihi profuit. Verum quid Papiniano cum Galeno? Medici ipſi viderint, noſquè noſtra tractemus: nam quoniam podagra laborare ſoleo, hæc obiter de ea admonere volui.

oluto, ff. inter Scri alii-

SVMMARIVM. Differentia. 85.

Qui sint castrati, qui thiblia, & qui thlasia, explicatur, nu. 1.
Qui sint spadones, & eunuchi, nu. 2.

Inter Spadonem, Eunuchum, Castratum, Thibliam, Thlasiam, & alia nomina eodem pertinentia, differentia, 85.

His omnibus, quæ hoc capite dicenda sunt, honos habendus est auribus, quandoquidem ea, quæ naturalia sunt, etsi obscena fuerint, proferri, & pronuntari aliter non possunt. Castrati sunt, quibus virilia tota eiecta sunt, penitusque auulsa. Thliæ sunt, quibus testiculi duntaxat auulsi sunt. Thlasiæ verò, quibus testiculi non auulsi, 1
sed macerati, & conuulsi sunt. Spadonis, & 2
eunuchi latior, est interpretatio: nam non solum superiores complectitur, sed etiam omnes quotquot, aut natura, aut alio quopiam impedimento virilitatem amiserunt, putà, frigidos, & maleficiatos. Probatur hæc differentia apud Iurisconsultum in l. Spadonem, 128. ff. de verbor. signific. & illic explicant Budeus, & Alciatus: probatur etiam in §. sed illud, instit. de adoptionib. & illic tradunt Theophylus, & Eguinarius, tradit etiam Antonius Nebriss. in lexico iuris ciuilis, & idem Alciat. prætermissorum, libr. 2. Ias. in l. sed est quæsitum, ff. de liber. & posthum. Caldas de nominatione emphyt. quæst. 14. num. 22. cõsonat etiam lex 4. titul. 8. part. 4. Quæ omnia pertinent ad intelligentiam legis quartæ ff. ad leg. Cornel. de sicarijs. Quod autem differt vir ab Spadone, hoc differt taurus à boue, aries à veruece, equus à canterio, verres à maiali, gallus à capone, hircus à capro, sicuti tradit Episcopus Sipontinus ad Martialem Epigramate, 3. atque de gallo, & capone extant elegantia illa ipsius Martialis carmina, lib. 13. in hæc verba:

Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus,
Amisit testes: nunc mihi capus erit.

Atque ex his quoque intelliges textum in l. 1. ff. de Abigeis, vbi veruecis mentio fit, reperie què illic Accursium magnopere vacillantem super verb. Veruecem, dum illius non assequitur significationem, ne putes igitur à nobis ociosè hæc moueri.

SVMMARIVM. §. Primi.

Inter castratum, & spadonem esse in iure differentias, nu. 1.
Spado adoptare potest, castratus non potest, numer. 2.
Spado posthumum hæredem instituere potest, castratus non potest, nu. 3. 1
Spado ducere vxorem potest, secus castratus, numer. 4.
Seruus spado tanquam vitiosus redhiberi non potest, castratus potest, nu. 5. & 6.
Ratio præcedentis conclusionis assignatur, numero, 7.

§. PRIMVS.

INter castratum verò, id est, qui totis caret genitalibus, & spadonem, qui coire potest, generare autem non potest, in iure reperire licebit differencias. Nam primum 1
spado adoptare potest, castratus non potest, §. sed & illud, instit. de adoptionibus. Deinde spado posthumum hæredem insti- 2
tuere potest, castratus non potest, l. sed est quæsitum, ff. de liberis, & posthu. Item spa- 3
do ducere vxorem iure ciuili potest, castratus non potest, l. si seruo 40. §. fin. ff. de iure dotium. Præterea seruus spado vitiosus nõ 4
est, neque eo nomine redhiberi potest, l. Pomponius, & l. ædiles, ff. de ædilitio edicto. Castratus autem sanus non est, l. sin au- 5
tem, 7. eodem titul. de ædilitio edicto. Quę autem huius diuersitatis sit ratio, scriptores maximè torquet, neque satis inter se conueniunt, vt cernere est apud Cuiacium in dicta l. sed est quæsitum, ff. de liberis, & posthum. & apud Antonium Augustinum emendationum, lib. 3. capit. 5. & apud Caldam Lusitanum de nominatione emphyteutica, quæst. 14. nu. 22. Mihi tamen (si in 6
ter tot, tantosque viros sententiam dicere licet) illa verior videtur esse ratio, quia castratus, vt qui totis careat genitalibus, penitus ad rem veneream inhabilis est: at spado, quanquam generandi non habeat potestatem, quia tamen coeundi habet, non omninò ad rem vxoriam inhabilis est, quin illi isthæc generandi potentia cum multis sanis 7

& omni

& omni vitio carentibus communis est. Videmus siquidem multos, alioqui robustos, generandi potentiam destitutos, vel propter nimium seminis calorem, aut frigiditatē aliasvè causas, quas edisserit Galenus de vsu partium, cap. 15. & aliàs alij Physici. Igitur castratos, tanquam ad rem veneream penitus inutiles, pro nihilo habuerūt leges, quo ad maritalia iura attinet: at spadones, quia coeundi habet potestatem, etsi illis generādi desit potentia, non omnino despexerūt iura, quia scilicet hanc generandi potentiā, tanquam ab occulto naturæ genio dependentem, sui iuris non esse iudicarunt, sed naturæ: & hoc est sanè, quod Iurisconsultus dicere voluit in l. si quis posthumos. ff. de liberis, & posthum.

SVMMARIVM.

§. secundi.

An spadones possint contrahere mamonium, num. 1. & 2. & 3. & 4.

Senes contrahere possunt matrimonium. numer. 5.

§. SECVNDVS.

HIc opportunè succedit illa quæstio vulgaris, an spadones contrahere matrimonium valeant? Cæterum ea definita est nuper à Sixto Papa V. dato ad eam rem rescripto ad Hispaniarum Legatum, cuius decisiua verba ad hunc modum se habēt: *Fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mādamus, vt coniugia per præditos, & alios quoscunque eunuchos, & spadones vtroque teste carentes, cum quibuslibet mulieribus defectum, prædictum siue ignorantibus siue etiam scientibus, cōtrahi prohibeas, eosque ad matrimonia quomodocunque contrahenda inhabiles, auctoritate nostra declares.*

2 Animdauertere tamen debemus, Pontificiam illam decisionem solum loqui de spadonibus vtroque carentibus testiculo: non itaque pertinet ad thlasias, qui maceratos habent testiculos, vel alio quopiam vitio ad

3 venerem minus potentes. Sunt proinde horum causæ, tanquam casus omissus, ex antiquis iuris definitionibus terminandæ, iuxta ea quæ habentur in titulo de frigidis, & maleficiatis. De qua re non leuis est inter scriptores controuersia, an contrahere matrimonium valeant alijs aliter scientibus. Alijs enim placet, si ij coeundi habeant potestatem, non tamen generāre valeant, contrahere matrimonium non posse. In qua sententia fuit Abbas in cap. 21. de frigidis, & maleficiatis, vbi adijcit, hāc communem esse Scriptorum opinionem, & ad eam accessit Gregor. Lop. in l. 6. titul. 7. part. 4. & Dominicus à Soto in 4. distinct. 34. Sunt autem alij, præcipuè Theologi, qui putant, si ij habeant coeundi potestatem, contrahere matrimonium posse, etsi generandi non habeant potestatem: & in his est Thomas in 4 sententiarum, distinct. 34. & Speculum cōiugatorum. 1. part art. 38. conclus. 1. & Gutierr. Canon. q. cap. 17. num. 8. Et hęc mihi 4
verior videtur sententia: quia, vt paulò ante diximus, si coeundi habeant facultatem, difficilè nimis est intelligere, an eis generandi potentia desit. De senibus autem par est, tā inter Pontificios, quā inter Theologos sententia, contrahere eos matrimonium posse, 5
si aliud non obstet impedimentum vt est videre in cap. 2 de frigidis, & maleficiatis, & Classicos in 4. sententiarum, distinct. 34. & denique communem esse fatetur Naua. in Manuali, cap. 21. num 59. Idque vsu rerum comprobatū esse, nemo est qui ignoret: erenim, vt vetus dicat prouerbium, nullus equus tam effœtus est qui mense Maio non edat hinnitum. Quin in postremo vitæ spiritu generare quem posse, tradant nostri in l. Gallus. ff. de liberis & posthum. in princip. Verum hæc satis de spadonibus, si illud tamen adiecerimus, quod bellè scriptum est à Roerio decis. 100. num. 4. maiorem fidem dandam esse duobus testibus, deponentibus de virili facultate, quam centum impotentiam affirmantibus.

SVMMARIVM.

Differentia 86.

Quis furiosus, & quis mente captus dicatur. numer. 1.

Fanatici qui sint? num. 2.

Mentis alienationem, & maleficium dæmonum operaplerumquè prouenire. num. 3.

Epilepsiam diuinis etiam auxilijs fore curādam. num. 4.

Furor quomodo probetur, remittatur? num. 5.

Homicida incidens in furorem, donec ab ea resipiscat, puniendus non est. num. 6.

Ad quem incumbat furiosi cura, & custodia, re

missinè. numer. 7.

Inter Furiosum, Mentecaptum, & Fanaticum, Differrent. 86.

1 FVriosus mentis alienationem factis dictisque furore ipso exagitatus propalã ostendit: mentecaptus autem sine illa corporis exagitatione mẽtis patitur alienationem, vel ut tradit Baldus in l. furiosi. C. de nuptijs, Ant. Gom in l. 3. Taur. n. 7. Mẽtecaptum appellant Physici insanum, aut stultum: furiosum autem melancholicũ, vt apparet ex Cic. Tusc. 3. tradit Alciat. Parergõ iuris c. 16. & Boer. decis. 23. ac Petr. Vanderan. de priuil. credit. c. 6. Fanatici autẽ sunt, qui corporis iactatione f na profanãtes debachantur, vt ostẽdit Quintil. instit. lib. 11. & deprehendere licet ex lib. 9. in hæc verba: *Viros velut mentecaptos, cum iactatione fanatica vaticinari.* Hi quoque fatui dicuntur, secundum Iustinum Historicum, lib. 43. in princ. Ex quibus intelligere poteris text. in l. 2. ff. de ædilit. edicto, quæ horum nominũ meminere, & illic explicat eruditè Bud. Hãc autem mentis alienationem, quæ supra dictis contingit, dæmonum opera, & malefitio plerumque prouenire, auctor est D. Th. 1. p. q. 111. art. 5. quod à tã grauissimo auctore dictum memoria hoc loco mandandũ duxi: idquè verum esse (ne in re medica Medicos omittamus) multis confirmat D. Vallesius, pridem Regius Prothomedicus, vir vtique doctissimus in Coẽmmtario de sacra Philosophia, cap. 28. Quo circa monet, hoc genus morbi, & alios eiusdem generis, veluti epilepsiam, seu comitialem morbum curatum iri, simul diuinis auxilijs, idest, exorcismis, ieiunio, & oratione, simul humanis remedijs, id est, naturalibus medicamentis, vt diuina ope fugato dæmone, humana prodesse valeant medicamẽta. Furor autem quemadmodum probetur, si scire velis cõsulito Suar. allegat. 1. Castellũ in l. 3. Taur. vers. sed iterum pone, Burg. de Paz cons. 5. Gutier. cons. 14. num. 7. Alciatum de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 8. Et illud nõ obliuiscaris, si quis commisit homicidium, aut aliud delictum, propter quod capite sit plectendus, posteaquam in furorem incidat, non esse in eum animaduertendum, donec resipiscat, vt placuit Baldo in l. furiosum. C. qui testament. fac. poss. & illic Iass. communem esse opinionem testatur, idque latiùs expendit Benedict. in cap. Raynũntius, de testamen. 5. de exemplari instit. num. 23. & Iul. Clar. in praxi criminali, quæst. 60. Furiosi autem cura, ac custodia ad quem iure incumbat, traditur in l. Diuus. ff. de officio Præsidis.

SVMMARIVM. Differentia 87.

Falsum quid sit? num. 1.

Mendacium quid sit? num. 2.

Non tenetur iniuriarum actione, qui alicui dixerit falsum dixisse, sed qui dixerit mentitum fuisse. num. 3.

Non differre, dicere mendacium, & mentiri. numer. 4.

Inter simulationem, & mendacium quid intersit? num 5.

Mendacium etiam ob iustam causam sine peccato, aut mortali, aut veniali dici non potest. numer. 6.

Simulatio ob iustam causam, potest fieri sine peccato num. 7.

Simulatio quid sit? num. 8.

Quid differat à simulatione dissimulatio? numer. 9.

Diuus Paulus cap 2 ad Galat. explicatur. numer. 10.

Ad dictum locum diui Pauli explicatio diui Hieronymi refertur, num. 11. & nu. 12. & 13.

Explicatur text. in cap. Vtilem 22. quæst. 2. num. 14.

Inter Falsum, & Mendacium, Simulationem, & dissimulationem, differ. 87.

FAlsum est, cum id, quod verum non est, imprudenter, seu per errorem verum esse affirmamus, putantes, videlicet, verum esse id quod dicimus: vt enim diuus scribit Augustinus, lib. quæstionum. 83. *Omnis qui fallitur, id in quo fallitur, non intelligit.* Mendacium autem est, cum scientes prudentesque id quod verum non est, verum esse affirmamus: hoc itaque malitioſè, illud per errorem fit. Id quod satis significauit Cicero Officior. lib. 3. in hæc verba: *Non enim falsum iurare, peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut verbis concipitur more nostro, id perin-*

3 periurium est. Docet quoque sanctus Thom. 2.2. quæst. 110. Proinde si alicui falsum eũ dicere dixeris, iniuriarum non teneris: sin autem mentitum esse dixeris, tenebris, sicuti placuit Saliceto, & Alexandro in l. de tutela. C. de in integrum restitut. minor. atque item in l. si quis extraneus, nom 8. ff. de acquirend. hæreditate. Iuxta quod dicendum est, verum non esse quod scriptum reliquit Aulus Gelius noctium Atticarum lib. 11. c. 11. vbi ait, differre inter mendacium dicere, & mentiri: nam qui mentitur (inquit) fallit quantum in se est: at qui mendacium dici, ipsi non fallit quantum in se est. Apud nostros enim, tam iniuriarum tenetur, qui dicit alium mentiri, quàm qui dicit mendacium dicere. Atque ex his habes definitam quæstionem, quam apud veteres Philosophos magnopere cõtrouersam fuisse narrat Petrus Mexia in sylua lib. 4. cap. 18. Porrò inter simulationem, & mendaciũ illud interest, secũdum Thom. 2.2. q. 111. quod mẽdacium consistit verbis, simulatio factis. Sed ego (tanti viri pace dixerim) nihil simulationem cum mendacio commune habere arbitror, cum constet, mendaciũ etiam ob iustam causam, sine peccato, aut mortali, aut veniali, dici non posse, veluti diuo placuit Augustino in cap. primum 2. 2. quæstione. 2. Simulatio verò ob iustam causam facta, extra peccatum est, vt diuus docet Hieronymus in cap. vtilem, eadem causa, & quęstione. Simulatio igitur (vt ego quidem sentio (est intentio occultãdi quod facimus diuersi actus ostensione facta. Colligitur id, cum aliàs passim, tũ ex toto illo titulo, plus valere quod agitur, quàm quod simulatè cõcipitur, & hoc differt à dissimulatione, secundum Calcipnum, & Episcopum Sipontinum in Cornucopia, quod simulata falsa dissimulamus vera, quod quanquam non malè dictum sit, illud tamen planius, & verius est discrimen, quod simulatio pertinet ad res, quas in pręsentiarum gimus: dissimulatio verò, ad res quæ iã antea factæ sunt. Ex his autem, ne rẽ scitu dignissimam omittamus, intelligere par est locum Apostoli ad Galatas, cap. 2. vbi Paulus in hæc verba inquit: *Cum autẽ venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat: priùs enim quàm venissent, quidam à Iacob cum Gentibus edebat, cum aute venissent, subtrahebat, & segregabat se, timẽs eo, qui à circuncisione erant, & simulationi eius consenserũt Iudæi, ita vt, & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissent, quod non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, dixit Cepha coram omnibus: Si tu Iudæus cum sis, Gẽliliter viuis, & non Iudaicè, quomodo Gentes cogis iudaizare?* Quem locum ita explanat illic Hieronymus, vt dicat, neque peccasse Petrum, neque Paulum illi iniuriosum fuisse. Cuius interpretatio adeò displicuit Augustino, vt per literas suadeat Hieronymo, palinodiam vt canat: tãta est inimici versutia, tanta nequitia, vt etiam inter astra, & sydera, inter cynamomum, & balsamum, ideſt, inter sanctos, & electos, tentet seminare zizania. Miris autem modis se defendit Hieronymus, rescribens Augustino, magna tamè cum moderatione: vt meminerit Daretis, & Entelli, & quod bos lassus fortiùs figit pedem. Sed & Hieronymi defensionem probat Erasmus in Chiliadibus super adagio illo, Palinodiam canere, taxans Augustinum quod iuuenis in virum senem tanto doctiorem inuehere ausus fuerit. Verùm isthæc inter Sanctos istos dissensio, vt bono erat orta zelo, sic feliciter sopita est: nam sarta gratia Spiritu Sancto internentore, in amicitia remansere, vt constat ex vtriusquè epistolis, quæ extant inter opera ipsius Hieronymi, tom. 1. Ex his autem (ne putes nos temere hæc attulisse) percipere facilè poteris sensum illius Canonis Vtilem. 22. q. 2. qui trãscriptus est ex verbis Hieronymi super illo cap. 2. ad Galatas, verba enim sunt sanctissimi Hieronymi, Petri simulationem excusantis.

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

SVMMARIVM, Differentia 88.

Contentio est verbis, rixa in factis. num. 1.

Quid inter rixam, & turbam intersit. numer. 2.

Quæ inter bonos amicitia est, inter malos factio est. num. 3.

Qui in rixa mediatorem occidit, volens occidere aduersarium, pœna obnoxius est. numer. 4.

Ex duobus rixantibus, altero vulnerato remanente, præsumitur vulnus illatum ab aduersario, licet testes vulnus inferri non viderint. num. 5.

Altero in rixa occiso, quis fuerit aggressor præsumendus, disputatur, num. 6. & 7.

Occisor non est puniendus pœna capitis, si ex indicijs verisimile sit occisum fuisse aggressorem num. 8.

Quando plures percusserunt aliquem, is que vno

solo ictu cecidit, omnes ciuiliter tenentur, nisi constet à quo vulnus illatum est. num. 9. & 10.

Inter Contentionem, Rixam, Turbam, & Factionem, differ. 88.

1 CONtentio (inquit Panormitanus, in c. 1. num. 4. ne Clerici, vel Monachi est in verbis, rixa autem in factis, & ante, cum id voluit S. Tho. 2. 2. q. 42. art. 1. quibus suffragatur lex. fi. C. ad leg. Cornel. de sicarijs, &
2 l. si ex plagis. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Inter rixã autem, & turbam illud interest, quod rixa dicitur de duobus, turba autem de pluribus vt expressim scribit Iurisconsultus in l. 4. ff. vi bonorum rapto, à quo immeritò dissentit Valla Elegantiarum lib. 6. cap. 62. sicuti (nostros Iurisconsultos defendens) eleganter ostendit Alciat. lib. 4. de verb. significat.
3 Quæ autem inter bonos amicitia est, inter malos factio est, vt liquidò cõstat ex Salust. de bello Iugurtino. Ex quo (ne hęc perfunctoriè attulisse videamur) intelligere poteris l. 3. §. & cum placuisset. ff. de orig. iuris,
4 vbi de factione mentio fit. Verum ne nudã hanc differentiam relinquamus, cum sint multa quibus vestiri valeat, pauca de rixa, & turba adijciamus. Et quod ad rixam attinet, illud admonendi sumus, qui in rixa mediatorem, seu interuentorem percussit, aut occidit, non illum, sed aduersarium volens occidere, pœnæ obnoxium esse l. sciendum §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. l. 6. tit. 15
5 p. 7. non tamen pœna ordinaria plectendus erit, sed extraordinaria, Boer. decis. 83. Anton. Gom. in comment. tom. 3 cap. 3. n. 35. Memineris etiam, quod si ex duobus rixantibus alter fuerit vulneratus, præsumitur ab aduersario vulnus accepisse, tametsi testes non declarent vidisse vulnus inferri, secũdũ
6 Boer. decis. 237. n. 3. In qua re extat glos. singularis in l. 1. §. arietes. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, quæ bellissimè inquit, si duobus arietibus, seu boubus pugnã committentibus, alter mortuus fuerit, & nesciatur vter aggressor fuerit, absoluendũ esse superstitem, quia præsumendum sit, mortuum fuisse aggressorem, fuæque necis causam dedisse: idemque de hominum pugna (cuius causa hæc attulimus) statuendum esse. Huius autem glossę opinio licèt aliquibus placeat nonnullis tamẽ displicet, existimantibus, si reus non probet, mortuũ fuisse aggressorem, capitis damnandum esse: inter quos fuit Ant. Gom. in comm. tom. 3. c. 3. n. 25. Sunt verò alij, qui ex indicijs, & argu- 7
mentis, personarumque conditione diiudicandum esse putent, vter fuerit aggressor, seu insidiator: in quibus fuit Faber in §. ius autem, n. 6. inst. de iure natur. gentium, & ciuil. & Alber. in dict. §. arietes, Petrus de Bellapertica in l. 1. C. vnde vi, & ad hanc opinionem ego magis accedo, simul quia in re dubia prõptiores esse debemus ad absoluendum, quam ad condemnãdũ, simul quia sanctius est, vt Iurisconsultus, inquit, nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare l. absentem. ff. de pœnis. Mouetquè præterea me magnopere Ciceronis auctoritas, qui in oratione pro Milone, multa in hanc partem, & eadẽ egregia affert argumenta. Si igitur ex indicijs verisi- 8
le sit: occisum fuisse aggressorem, non mortis pœna mulctabimus reum, sed alia leuiori: idque etiã placere video Alciato de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 39. Hæc quod attinet ad rixã, nunc aliqua de turba dicamus. Et illud in primis memineris, quãdo plures 9
percusserũt aliquem, isquè vno solo ictu cecidit, omnes ciuiliter teneri, l. item Mela. §. si. plures. ff. ad legem Aquiliam, l. 57. styli, & quilibet eorum tenetur insolidum, l. semper. §. 1. ff. quod vi aut clam, quam illic singularem prædicat Bart. Crimi naliter autẽ 10
nullus tenetur, nisi constet, à quo vulnus illatum sit, secundum glos. in dict. l. Mela. Id tamen quomodo, & qualiter intelligendum sit, luculenter edisserit Anton. Gomez in commentar. tomo 3. cap. 2. num. 56. & Iulius Clar. in praxi. cap. fin. §. homicidium, num. 36.

SVMMARIVM.

§. Primi.

Vniuersitas si delinquat, qualiter puniatur. n. 1. & 2.

Sine Principis facultate non posse iudicem in vniuersitatem statuere pœnas, de quibus in numero præcedenti. num. 3.

Quando dicatur delictum commissum esse ab vniuersitate. num. 4.

Delicto ab vniuersitate commisso, quemlibet ciuem pro modo culpæ puniendum esse. numer. 5.

Principales delinquentes seuerius puniendos, cũ reliquis mitius agendum. num. 6.

Quali-

Qualiter delinquente cohorte punirentur milites apud Romanos. num. 7.

§. PRIMVS.

SEd & illud operæpretium erit, vt hoc lo
1 co discipiamus, quando populus, siue vniuersitas deliquit quemadmodum in eam illiusquè ciues animaduerti debeat? Atquè vt summatim procedamus, sciendum est, quando vniuersitas crimen cõmisit, puniendam esse vniuersitatem, & simul etiam ciues ipsos, quorum consilio, & opera cõmissum est delictum. Punietur igitur vniuersitas pœ
2 nis ipsi vniuersitati congruentibus: itaque si criminis atrocitas id exegerit, dissolui poterit ciuitas, siue aratrum pati, l. si vsusfructus. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. Poterit etiam ciuitas propter hæreseos, aut idolatrię flagitium incendio, flammisque comburi vt in c. si audieris 23. q. 5. Ad hæc damnari ciuitas, seu vniuersitas poterit, vt propter crimẽ patratum priuilegium, quod forsan habet amittat, cap. ita nos. 25. q. 2 cap. ad abolendã. §. si ciuitas, de hæret. cap. fœlicis §. ciuitas, de pœnis, in 6. cap. vbi periculũ. §. si ciuitas, eodem lib. vbi propter delictum
3 à ciuitate admissum Pontificali exuitur dignitate. Illud tamen non erit obliuiscendum nulli iudici fas esse, in consulto Principe, huiusmodi pœnas in vniuersitatem irrogare, vt est auctor Bart. in Extrag. qui sint rebelles, verb. rebellando. ad fin. cui assentitur Boer. de seditiosis. §. fin. n. 22. quibus suffragatur lex 19. tit. 23. p. 3. Sed & illud memineris, vt ciuitas, seu vniuersitas dicatur delictum commisisse, necesse esse, priusquã deliquerit, Senatu, seu populo coacto, seu ex more cõuocato, delictum aggrediatur, alio qui non ipsa vniuersitas publicè, sed singuli ciues priuatim deliquisse dicentur, vt docet glo. in l. sicut. ff quod cuiusque vniuersi. nomine, & Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis, Abb. & Felin. in cap. dilectus, de simonia, vbi testantur communẽ esse opinionem. & idem facit Boer. de seditiosis. §. fin. n. 8. & Afflict. in constit. Neap.
5 lib. 1. rub. 101. num. 11. & 12. Hoc igitur casu licèt ciuitas ipsa, vt vniuersitas plectatur, singuli quoque ciues pro cuiusque culpa, & malitia puniendi sunt, tanquã cõscij criminis, & vniuersitati delinquenti opem ferentes. Innocentes igitur pœnas non dabunt, sed ij tantummodò qui peccauerunt, & præcipuè Senatores, & ij qui criminì cõmittendo obuiam ire authoritate sua potuerunt, vt est auctor Panorm. in cap. dilectus, de simonia, nu. 9. Quoniam tamẽ iura multitudini parcẽdum esse sanciũt, fontes principales seuerius plectentur, cum cæteri benigniùs agendum est, vt habetur in cap. latores, de clerico excommunic. & tradit Felin. in cap. Apostolicæ, de excep. Proinde olim 7 apud Romanos moris erat, vt cohorte peccante, decimarentur milites, idest, decimus quisque cap te plecteretur, prout ordine posito sorte contigisset, veluti refert Alexand. ab Alexand. dierum genialium, lib. 6. cap. 18.

6

SVMMARIVM.

Differentia 89.

In mysterio sanctissimæ Trinitatis, quid intersit, masculino vtamur, an neutro. num. 1.

Neutrum est genus informe, masculinum verò formatum. num. 2.

Quæsit Fides Catholica? num. 3.

In mysterio sanctissimæ Trinitatis, quantum distet, masculino vtaris, an neutro. Differens. 89.

PVtauerit quispiã nos hoc capite ad Grãmarices rudimenta ingenium demittere, quoniam de masculini, & neutri natura agimus. Sed auscultato parumper obsecro, & comperies, adeò aliam esse hanc quæstionẽ, vt sydera transcendat, & cœlos: agimus enim de mysterio sanctissimæ Trinitatis, & 1
indiuiduæ vnitatis, in quo longè interest, masculino vtaris, an neutro: rectè enim dicimus, alius est Pater, alius Filius, & alius Spiritus sanctus: sed nõ rectè dicimus, aliud est Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, sicut doctissimus, idemque sanctissimus, docet Augustinus in lib. de fide. Huius discri- 2
minis ratio est, secundum S. Tho. 1. p. q. 31. art. 2. quod neutrum est genus informe: masculinum autem formatum, & distinctũ. atque idcircò per neutrũ significatur essentia communis, per masculinum verò significatur aliquod suppositum determinatum in communi natura: fides autem Catholica 3
hæc est, vt vnum Deum in Trinitate, Trinitatem in vnitate veneremur, neque confundentes

dentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes, vt habetur in ſymbolo Athanaſij.

SVMMARIVM, Differentia 90.

Qui agnati, & qui cognati dicantur? num. 1.
Differentia agnationis, & cognationis, hodiè, quãtum ad ſucceſsionem ab inteſtato, nullius eſt momenti. num. 2.
Hodiè non ſexus diuerſitas ſpectatur, ſed gradus propinquitas. num. 3.

Inter Agnatos, & Cognatos. Differentia. 90.

1 AGnati ſunt, qui per patrem: cognati ex eadem familia ſunt: qui autem per fœminam coniunguntur, cognati tantum nominantur. Inter agnatos igitur, & cognatos hoc intereſt, quod inter genus, & ſpeciem: nam qui agnatus eſt, & cognatus eſt, nõ vtique autẽ qui cognatus eſt, is & agnatus eſt: quæ quidem Iuriſconſulti ſunt verba in l. Iuriſconſultus. ff. de gradibus, ſub princip. cui congruit etiam textus in §. 1. inſtit. de legitima agnatorum tutela. Hodiè autem hæc differentia inter ſuccedentes abinteſtato nomine tantum valet, non re; cum nouiſsimo iure ſublata ſit differentia agnationis, & cognationis, in Auth. de hæredibus ab inteſtato venientibus §. ſi verò, cum ſeqq. collat. 9. Itaque hodiè non ſexus diuerſitas ſpectatur, ſed gradus propinquitas, & meritò, cum agnatio Iuris ciuilis nomen ſit, cognatio autem naturalis: natura enim inter maſculos & fœminas diſcrimẽ non facit l. maximum vitiũ. C. de liberis præteritis & exhæred. Ciuilis autẽ ratio ciuilia corrũpere iura poteſt, naturalia non poteſt, vt in §. fi. inſt. de legitima agnator. tutela. In quod exactè ediſſerit Guilliel. Bened. in c. Raynũt. verb. Eodem teſtam. 2. n. 46. & Ant. Gom. in Cõment. tom. 1. cap. 11. num. 34.

SVMMARIVM. Differentia. 91.

Filij appellatione nepotes propriè non comprehenduntur. numer. 1.
Liberorum appellatio nepotes, cæteroſque complectitur deſcendentes. num. 2.
Pater ex propria ſignificatione auum non comprehendit num. 3.
Parentis appellatione non ſolum auus, ſed etiam reliqui aſcendentes comprehenduntur. numer. 4.
Generi appellatio ad progenerum cæteroſquè affinitatis gradus porrigitur. num. 5.
Filij appellatio in fauorabilibus ad nepotes, & reliquos deſcendentes extenditur. nu. 6.
Poſthumus eſt filius qui poſt patris mortem natus eſt. num. 7.
Vnde poſthumi etymologia deducta. num. 8.
Poſthumus non dicitur antequam naſcatur, ſed partus aut venter. num. 9.
An lex Regia, quæ diſponit, patrem non poſſe vltra legitimam filiam dotare, in auo procedat? numero 10.

Inter Filium, & Liberos, Patrem Parentes, ac Poſthumum. differ. 91.

FIlij appellatione nepotes propriè non comprehenduntur. §. fin. inſtit. qui teſtamento tutores dari poſsint liberorum autẽ appellatio nepotes, cæteroſquè complectitur deſcendentes l. liberorum. ff. de verbor. ſignific. Sic etiam pater ſecundum propriã ſignificationem auum non comprehendit, ſed ex analogiæ proportione, ideſt, ſimilitudinis argumento l. iuſtum. ff. de verbor. ſignificat. & illic Alciatus & cæteri, tradit etiam Baeça de non meliorandis filiabus, c. 7. Parentis autem appellatione non ſolum 4
auus, ſed deinceps cæteri aſcendentes comprehenduntur omnes, vt in l. quique. §. parentes. ff. de in ius vocando l. 1. & l. Iuriſcõſultus. §. parentis. ff. de gradibus. l. appellatione parentis. ff. de verbor. ſignific. tradit Alex. ab Alexand, dierum genialium lib. 1, cap. 15. quanquam Tiraquel. de retract. linag. §. 1. gloſ. 8. num. 1. parentis appellationem & ad conſanguineos referri putat, citans in eam ſententiam multa, eademque non contemnenda doctiſsimorum authorũ loca: quæ tamẽ (vt ego quidem iudico) aut ad aſcendentes referenda ſunt, aut eſt credendum authores abuſiuè fuiſſe locutos. Generi quoque appellatio) is eſt filiæ noſtrę maritus) ad progenerum, cęteroſque affinitatis gradus porrigitur l. Gallus. §. Forſitan. ff. de liberis, & poſthum. & conſtat 5
ex Iu-

6 ex Iustiano lib. 18. Quanquam autem (vt diximus) filij appellatione nepos ex propria significatione non comprehẽdatur, verum in testamentis, & cæteris quæ fauorem continent, quæque iustam, legitimamquè recipiunt interpretationem, appellatione filiorum, & nepotes quoque comprehendi, latè demonstrat Bart. in dict. l. liberorum. ff. de verbor. sign. & illic Alciat. & Alex. cons. 37.
7 vol. 6. Ial. quoque in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posth. & omnium latissime Tiraq. de primog. q. 40. Posthumus autem est filius, qui post patris mortẽ natus est. §. posthum, Inst. de legat. & l. 3. §. 1. ff. de iniust. rupto, irritoque facto testam. & apparet ex toto tit. ff. de liber. & posth. & ille latè tradit
8 Acosta in l. Gallus. §. & quid si tantum. Vnde autem posthumus sit ita appellatus, etymologiamquè trahat, inter scriptores non satis conuenit, alij volunt inde dictum, quia posthumatum patrem natus sit, & in his est Calep. verb. Posthumus, & Alex. ab Alex. dierum genial. lib. 1. c. 9. & illic Tiraq. quorum mihi verior videtur esse sententia licet alij autumẽt, dici posthumum, quasi postremo loco natus sit, in quibus est Pratejus in lexico, verb. Posthumus, citãs in eam sen-
9 tentiam Aulum Gell. Posthumus, igitur propriè nõ dicitur, antequam nascatur, sed tũ temporis dicitur, aut partus, aut venter vt in l. 1. ff. de ventre inspic. & l. si ventri. ff. tut. & cura. datis ab his: quanquam interdum, & quando in vtero erat, largo modo posthumus appelletur, habita scilicèt relatione ad futurum tempus, vt in §. penult. ff. de tutelis. Ex superioribus autem, vt aliquid in gra-
10 tiam forensis vsus dicatur, à nobis profligari potest quæstio, quæ inter nostrates agitari solet, an lex Regia, qua cautum est, ne pater possit dotare filiam vltra legitimam, habeat locum in auo: ea est lex 1. tit. 2. lib. 5. Recop. In qua quidẽ quæst. Baeça d. c. 7. n. 1. scribit etiam ad auũ illius legis prohibitionem extendi. Sed ab illo dissentiũt Tellus Fernand. in l. 17. Taur. & Matiençó in l. 1. tit. 2. lib. 2. Recopil. Spino in Speculo test. glos. 11. n. 52. Mihi Baezæ verior videtur opinio, nam licet, vt diximus, patris appellatione non contineatur auus, neque filiæ, neptis attamen analogię ratio, siue argumentum à pari ratione, quod & in correctorijs locum habet, vt in glos. cap. 1. de temporibus ord. in 6. facit, vt lex Regia de filia loquens, extẽdatur ad neptem: neque enim aui minor est amor, quam patris, l. liberorũ. ff. de verbor. signific.

SVMMARIVM. Differentia 92.

Patruus est frater patris, auunculus frater matris. num. 1.

Quæ sit propria nepotis significatio. num. 2. & 3.

An aliquo defuncto relictis patruo & auunculo, succedant patruus & auunculus æqualiter in bonis defuncti. num. 4. & 5.

Quod superiori cõclusione resolutur, procedit etiam, quando patruus erat frater vterinus tãtum, auunculus autem frater vtrinque coniũctus. num. 6.

Lex 5. tit. 13. part. 6. explicatur. num. 7.

Inter Patruum, Auunculum, atque Nepotem, differentia 92.

PAtruus est frater patris, auũculus autem 1
est frater matris, vterque autem Græco nomine Thios, promiscuè dicitur, vt declarat Iustinianus in §. tertio gradu, instit. de gradibus. Vulgus autem Iurisperitorũ existimat, filium fratris, nepotem quoque appellari, vt refert Angelus in §. quarto gradu, instit. de gradibus, Alex. cons. 49. vol. 1. quibus opitulatur cap. Tua nos, de consan. gu. & affinitate. Verum enim verò talis significatio impropriè, & abusiuè accipitur nam 2
propriè nepos solum dicitur respectu aui, vel patrui, vel auunculi magni, vt intelligere licet ex illo §. quarto gradu, instit. de gradibus, & ex l. Iurisconsultus, §. quarto gradu, & 5. item filiæ. ff. de gradib. atque ex l. sin autem. ff. de legitimis tut. Proinde Augustus Cæsar dicebatur nepos ex sorore Iulij Cæsaris, quia erat nepos Iuliæ, sororis ipsius Iulij Cæsaris, vt refert Suetonius in eodem Augusto cap. 4. Itaque Iulius Cæsar erat auũ 3
culus magnus ipsius Augusti Cæsaris. Qua propter rectè ipse Augustus dicebatur nepos Cęsaris ex sorore, & ita apud bonos authores nepos, nunquam accipitur in significatione, quam vulgus, & superiores authores accipiunt. Inter patruum autem, & auunculum illud subinde ex facto quæri solet in speciehuiusmodi: Titius defunctus est 4
sine liberis, atque sine ascendentibus, relicto patruo & auunculo: quæritur, an succedant promiscuè, & æqualiter in omnibus bonis quæ Titius reliquit; an vero patruus

truus succedat in bonis quæ defunctus habet à patre, & auunculus succedat in bonis
3 quæ defunctus habuit à matre? Respondi, patruum & auunculum æqualiter & promiscuè in bonis defuncti succedere, veluti placuit Ludouico Bolognino ad Matthesilanum in tractatu de successionibus abintestato, articulo 3. num. 19. & Guillelmo Benedict. in cap. Raynuntius, verb. Et vxoreni numer. 665. & tradit Gregor. Lop. in leg. 6. titul. 13. part. 6. verb. *De parte del padre.* Sed pone, eodem themate retento, quòd Titius defunctus est sine liberis, & sine ascendentibus, relicto patruo, qui erat frater vterinus patris defuncti, de cuius successione agitur, & relicto auunculo, qui erat frater matris Titij defuncti ex vtroque latere;
4 6 dubitationis est, an præferatur in successione auunculus patruo? Et magis placet, etiam eos æqualiter, & promiscuè succedere, quia post fratres fratrumquè filios, sicut non distinctio bonorum, ita non spectatur hæc qualitas duplicis coniunctionis, secundum Boer. decis. 302. Decium consil. 444. volum. 2. Anton. Gom. qui in specie proposita id tradit in l. 8. Taur. num. 8. tradit & Matiēço in l. 5. tit. 8. lib. 5. Recop. gl. 1. num. 8. diximus & nos lib. 2. rerum quo-
7 tidianarum cap. 15. Nec contraria est huic communi assertioni l. 5. tit. 13. part. 6. dum ait: *E sobre todo dezimos, que si el que assi murieſſe, onieſſe otros hermanos que non le pertenecieſſen, si nō de parte de su madre, ò de su padre, que estos, ni los hijos dellos no deuen auer herencia del finado con los hermanos que le pertenecen de padre y madre, ni con los hijos dellos, si los padres fueſſen muertos.* Nam illa lex loquitur, quando filij fratrum succedunt patruo cum fratre defuncti, de cuius hæreditate agitur, vel cum alijs filijs fratrum: nam tunc, quia inter fratres, & filios fratrum succedentes, thio datur repræsentatio, succedunt in stirpem, & non in capita, & vtrinquè coniūcti præferuntur propter repræsentationem: nostra autem quæstio loquitur, quando patruus & auunculus succedunt filio patris defuncti: quo casu diuersa res est, quia non datur repræsentatio, vt extat definitum in Authent. de hæredibus abintestato venientibus. §. reliquum, & in Authent. Cessante. C. de legitimis hęredibus, & in leg. 8. Taur. & superiores docent interpretes, secundum quos lex illa septem partiti iuris accipienda est,

SVMMARIVM.

Differen. 93.

Ingenuus quis dicatur? num. 1.

Libertus, & libertinus idem sunt: quo modo autem illis vtamur, quid interſit? numer. 2.

Libertinus adiectiuum est, libertus substantiuū. num. 3.

Hodiè quem dicamus libertum? num. 4.

Statu liber quis sit? num. 5.

Olim tres fuisse species libertorum seu manumissorum. num. 6.

Manumissi vindicta plenam libertatem accipiebant, fiebantque ciues Romani. num. 7.

Quare dicerentur manumissi vindicta. numer. 8.

Manumissi vindicta pileati dicebātur, & quare? num. 9.

Pileus erat symbolum libertatis. num. 10.

Qui dedity appellarentur. num. 11.

Manumissi vindicta, alioqui dicebantur orcini, aliqui fideicommissarij: orcini dicebantur, qui directo testamento accipiebant libertatem num. 12.

Qui ab hærede per fideicommissum manumittebantur, dicebantur fideicommissarij. numer. 13.

Quare seruus qui directo libertatem per testamentum accipiebat, diceretur orcinus, numer. 14.

Orcini vnde dicti? num. 15.

Inter Libertum, Libertinum, & Statuliberum. Differen. 93.

QVoniam de ingenis, & libertinis frequens est in iure mentio, de eorū differentia pauca dicamus. Ingenuus est, qui 1
statim ac natus est, siue ex duobus ingenuis matrimonio editus sit, siue ex libertinis duobus, siue ex altero libertino & altero ingenuo. Libertinus autem est is, qui ex iusta seruitute manumissus est, vt docet Iustin. in titulis de ingenuis & libetinis, in institutionibus. Libertus autem, & libertinus re quidem idem sunt: quomodò autem vtaris, lōgè interest, vt latiùs explicat Valla Elegantiarum lib. 4. cap. 1. Sed breuius, & planius sic habeto, libertus est relatiuum patroni: Libertinus autem est relatiuum ingenui: significat

nificat igitur libertinus hominis conditionem, itaque adiectiuum est: libertus verò est substantiuum: cùm enim dicimus libertinum, subintelligimus substãtiuum illum hominem: cùm verò libertum dicimus, sub intelligimus illius patronum. Colligitur hæc differentia, cùm ex toto penè iure, tum ex lege finali, ſi seruus ingenuus esse dicatur, atquè item ex l. 3. ff. de bonis liber
4 torum. Libertus autem (vt legum Regiarum non obliuiscamur) vocatur apud nos,
5 *Horro*, vt exponit lex 5. tit. 16. partit. 4. Statu liber autem est is, qui statutam & destinatam in tempus, vel conditionem habet libertatem, veluti definit Iurisconsultus in l. 1. ff. de statu liberis. Hactenus de libertorum, libertinorumque differentia: sed quia de eis est in iure mũtio, plura de ipsis dicere
6 prosequamur. Et in primis illud sciendum est, libertorũ, seu manumissorum tres olim fuisse species: alij enim dicebantur manumissi vindicta, seu vindicia, alij Latini, alij deditij, vti exponit Iustinianus in §. fin. infra. de libertinis, & latius expẽdit Caius Iurisconsl. in institutionibus suis, lib. 1. cap. 1. cuius verba refert Alciatus in l. Liberti, ff. de verbor. signi. & idem facit Andr. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocandis donat. verbo, Libertis, num. 123. & huc spectat ille Ausonij Poetæ versiculus in Grypho.

Triplex libertas, capitisque minutio triplex.

7 Manumissi vindicta plenam libertatem accipiebant, fiebanq; eiues Romani, vt ipse refert Iustinianus, & authores superius citati.
8 Quamobrem verò manumissimi vindicta dicerentur, non satis inter scriptores constat. Boecius ad Ciceronis Topica, existimat dici à virgula quadam, quam lictor imponebat capitis serui manumittend, eum in libertatem vindicando, solemnibus quibusdam verbis ad eam rem adiectis: illamque virgulam ait vindictam vocari. Porrò Plutarcus in vita Publicolæ scribit, dictam esse vindiciam, à seruo Vindicio, qui olim in Romæ incunabulis detexit proditionem Vitteleiorum, volentium per coniurationem nefariam cruentamquè reducere Romam Tarquinium superbum. Et sanè quanquam Boetij magna sit authoritas, perinde ac sanctitudo, ego in hac parte magis deferendum esse Plutarcho arbitror, tenquam vetustiori: quapropter veracior videtur litera quæ legitur in titulo, ff.
9 de manumissis vindicia, quam quæ scribitur vindicta. Ij etiam serui, qui vindicta, seu vindicia manumittebantur, appellabantur Pileati; hoc ideò, quia manumissionis tempore pileus eorum imponebatur capiti, nempe, vt per pileum intelligeretur, iam eum non esse seruum, sed libertinum, vt satis intelligitur ex Valerio Maximo libr. 5. titul. de gratis, capit. de Terentio Culeo. 10
Constat etiam ex Tito Liuio libr. 4. de bello Punico. Qua de causa pileus libertatis symbolum erat; atque ita Marcus Brutus, occiso in Senatu Cæsare, prodit in forum, pileo hastæ imposito, libertatem proclamando, vt ipse Liuius, cæteriquè narrant historiographi, idemquè Brutus in signum libertatis acceptum, cusit monetam, cuius stemma erat, gladius euaginatus cuspidi, imposito pileo, vt habetur in Alciati emblemate. Latinè dicebantur liberti, qui per 11
epistolam, aut inter amicos manumittebantur. Dediticij verò appellabantur, qui vel post admissa crimina, pœnisq; datis manumittebãtur, aut qui aliquo signo, aut stimate in faci impresso, libertatem accipiebant, vt ipse Caius refert, & eum secuti Alciat. in l. liberti, ff. de verbor. signifi. & Tiraquel. in 12
dict. l. si vnquam, §. libertis, num. 123. Illud quoquè sciendum est, submanumissione, quæ vindicta, seu vindicia fiebat, aliã quoquè contineri libertorum diuisionem namque alij dicebantur orcini, alij fideicõmissarij, veluti apparet ex l. directis, C. de testamẽtaria manumissione, atquè in l. 1. §. sed si sub conditione, C. de Latina libert. tol. Dicebantur autem orcini, qui directo ex testamento domini libertatem accipiebant, non expectato aliquo facto, aut etiam voluntate hæredis, Nam qui ab hærede per fideicom- 13
missum manumittebantur, non dicebãtur orcini, sed fideicommissarij, vt rectè interpretatur Azo in Sũma tit. de fideicommissaria substitutione, cui se subscripsit Accursius in l. cũ vero, §. subueuntũ. ff. de fideicõmiss. libertati. verb. Directo: & hanc cõmunem esse opinionem testis est Tiraq. §. dicto, §. libertis. nu. 124. Et tametsi alij aliter sentiant, vt ipse refert: cæterum hanc esse verisimam interpretationem, liquidò deprehendes, ex l. 4. §. hi qui ad libertatem, & §. qui autem. ff. de fideicom. libert. & in l. cum quasi, §. quorũdam, eod. tit. & in l. cum testamentum, C. de iuris & facti ignorãtia. Quamobrem verò is seruus qui testamento libertatem accipit, dicatur orcinus, varij 14
variè senserunt, vt est cernere apud Accursium in §. fin. institut. de singulis rebus per fideicommiss. relictis, & apud Tiraquel. dicto §. libertis. Alij enim, vt Accursis, dictum aiunt, quia manumittebantur ab eo qui tendit ad orcum, seu ad mortem, alij, vt

Alciatus, aiunt, trahere originem a verbo Græco Orchus, quod Latinè Rectum significat. Alij (nescio qui) putant dictum ab orce, quod est, capio, quia multa bona testamento capiant. Alij, vt Beroaldus, putant
15 dictum ab Orco, seu Platone, qui Orcos appellari solet. Verùm ego verisimũ esse arbitror, Orcinum dictũ esse ab Orco, seu à morte, non ob id quòd manumittatur ad eo qui ad mortẽ tendit, vt nostri magis cõmuniter opinantur, sed quia is non alterius dici possit libertus, quàm Orci, seu mortis, quamuis enim leges dicant, eum esse libertũ testatoris, non hæredis, porrò si animaduertis, ille nullum alium habuit patronum, quã mortem: nam cũ testamentum vires nõ accipiat nisi post mortem testatoris, is qui ita testamento libertatem accepit, reuera minimè potuit defunctum habere patronum: quomodo enim mortuus patronus esse potest? si igitur nullum alium sortitus est patronum, quam mortem, per quam libertatem accepit, meritò dicitur Orcinus, id est, libertus Orci, seu mortis.

SVMMARIVM. Different. 94.

Iustitium, quid sit? nu. 1.
Feriæ quæ proprie dicantur? nu. 2.
Inducia, quæ sint? nu. 3.
Inducia, hodie tregua dicuntur, nu. 4.

1 IVstitium est iuris dicendi intermissio, quasi sit iuris statio; est itaque tempus quo à iure dicundo cessatur, ob aliquam extraordinariam causam, puta, propter bellũ, aut pestem, aut ob publicam lætitiam: nam si ob ordinarias causas cessetur, veluti prop
2 ter diem festum, aut propter messem, aut vindemias, feriæ propriè vocantur. De iustitio constat ex Suetonio in Galba, atque ex lib. 10. tradit etiam Gellius noctium Atticarum, libr. 20. cap. 1. De ferijs autem satis constat ex toto titulo, ff. de ferijs, atque itẽ in Codice, & Decretalibus. Inducix secun-
3 dùm Varronem, sunt belli feriæ; sed quoniam ea definitio non satis arridet Gellio lib. 1. cap. 25. dicamus cum glos. in capit. 1. de tregua & pace, inducias esse securitatem datam rebus & personis, discordia nondum finita, quod & probatur in l. postliminium, ff. de captiuis, & postliminio reuersis, &
4 in l. 1. titul. 12. part. 7. Inducix autem hodiè vulgo tregua vocantur, vt est videre in illo titulo de tregua & pace, & in l. 1. titulo 9. lib. 8. Recopilat.

SVMMARIVM, Differentia, 95.

In quo differat adoptio ab arrogatione? nu. 1.
Arrogatio fieri non potest, nisi ex beneficio Principis: adoptio verò Magistratus cuiuslibet authoritate fieri potest, nu. 2.
Arrogatio, quare dicta sit? nu. 3.
Hodiè adoptio sermone nostro dicitur, porfijamiento, *nu. 4.*
Hodiè, extantibus filijs legitimis, non potest pater filio adoptiuo vltra quintam partem bonorum relinquere, nu. 5.

Inter Adoptionem, & Arrogationem, different. 95.

ADoptionis nomẽ generale est, in duas siquidem species distribuitur, quarum altera similiter adoptio dicitur, altera arrogatio. Hæc atem interse ita differunt, quod 1
filij familias adoptantur; arrogantur autem hi qui sui sunt iuris. Arrogatio deinde 2
non nisi Principis beneficio habetur, adoptio verò cuiusuis Magistratus authoritate fit: hæc docet Iurisconsultus in l. 1. & 2. ff. de adoptio. Sunt & aliæ non paucę differentiæ inter adoptionẽ & arrogationem, quas congerit Roxas de successionibus abintestato, cap. 16. quas ego breuitati consulens, fastidiumque fugiens hic dicere supersedi. Dicta est autem arrogatio, quia populus Romanus, anteaquam in Imperatorem po 3
testatem transtulisset, rogari ad eam rem solebat, sicuti tradit Gellius noctium Atticarum, libr. 5. capit. 19. quem sequitur Nebrissensis in lexico Iuris ciuilis, verb. Arrogatio. Sed nos Iurisconsulto potius auscultemur, qui in dicta l. 2. ff. de adoptio. ideò dici arrogationem ait, quia & is qui adoptat rogatur, id est, interrogatur, an velit adoptare, & is qui apoptatur, rogatur, an id sibi placeat. Adoptio verò apud nos vernaculo nostro sermone (ne legum Regiarum 4
immemores videamur) Porfijamiento dicitur, vt late expositum extat in titul. 16. part. 4. Hodiè vero filijs adoptatis, vel arrogantis, non potest à patre adptante, vel arrogante, qui legitimos habeat filios

plus

plus quam quincunx, siue quinta bonorum pars relinqui, vt optimè expendit Roxas dicto tractatu, de successione abintestato, capit. 17.

SVMMARIVM. Different. 69.

Triplicem esse hæredem necessarium, & quis dicatur hæres necessarius?
Sui & necessarij hæredes, qui dicantur? nu. 2.
Extranei hæredes, qui sint? nu. 3.
Extraneis hæredibus existentibus, potest habere locum vsucapio pro hærede: secus si existant sibi hæredes, nu. 4.

Inter hæredes necessario, suos, & extraneos, differen. 96.

1 HÆredum triplex est differentia, nam aut necessarij sunt, aut sui, & necessarij, aut extranei. Necessarius hæres est seruus hæres institutus; quoniam siue velit, siue nolit, protinus post mortem testatoris liber, & necessarius hæres fit. Sui autem & necessarij sunt liberi, qui tempore quo defunctus moritur, in potestate eius fuere: dicuntur autē sui, quia etiam viuo patre quodammodo domini existimantur: necessarij vero dicuntur, quia omnino, siue velint, siue nolint, tàm ex testamento, quàm abintestato hæredes fiunt ex l. Duodecim tabularum, quanquam Prætoris beneficio permissum eis est, vt si supectam haberent hæreditatem, ab ea se abstinere possent. Extranei 3 hæredes sunt cæteri omnes qui testatoris iuri subiecti non sunt, itaque liberi quoq; nostri, qui in potestate nostra non sunt, extranei hæredes dicuntur. Hæc omnia aperte colliguntur ex §. 1. 2. & 3. instit. de hæredū qualitate & different. vbi res latius explanatur. Proinde fuerit superuacuum, nos Soli fasces admouere, prohibente vulgari pro- uerbio. Illud tamen dicere non grauabor, 4 magnam esse discrepantiam inter hæredes suos, & extraneos, quod pertinet ad vsucapionem, seu longi temporis præscriptionem: siquidem extraneis existentibus habet locum vsucapio, seu præscriptio pro hærede, vt in toto tit. ff. pro hærede. At suis hæredibus existentibus non habet locum præscriptio pro hærede, l. nihil. C. de vsucapione pro hærede, cuius hæc sunt verba. *Nihil pro hærede posse vsucapi, suis hæredibus existentibus, magis obtinuit.* Ad illius tamen legis intelligentiam adeūdus est, Iason in l. in suis, num. 8. ff. de liberis & posthum. Viglius in §. sui, instit. de hæredum qualitate & differentia, Pinelus in rubric. C. de bonis matern. 2. part. num. 38.

SVMMARIVM. Differentia. 97.

Immiscendi & abstinendi verba ad suos hæredes pertinent, ad eundi & repudiandi ad extraneos, nu. 1.
Cernere olim pro adire vsurpari, nu. 2.
Cretio, quid sit, nu. 3.
Suitas apud Iurisconsultos dicebatur ius sui hæredis, nu. 4.
Suitatis nomen docendi gratia à politicis inuentum, nu. 5.
Angeli Policiani inanis & verecunda iactatio refertur, nu. 6.
Acceptare pro adire vsurpari, nu. 7.
Filius soluens debita patris, ac proinde adisse hæreditatem dicatur, an sit audiendus, dicens, non adeundo, sed exequendo paternum testamentum soluisse, nu. 8.

Inter Immiscere, Adire, Abstinere, & Repudiare, diff. 97.

1 IMmiscendi, & abstinendi verba ad suos hæredes pertinent: adeundi vero & repudiandi, ad extraneos, sicuti colligitur ex textu & glos. in §. extraneo instit. de hæred. qualitat. & differ. atque ex l. si quis, §. pleriquè, ff. de Relig. & sumptibus funer. tradunt Iason, & reliqui in Rubr. ff. de acquirend. hæreditat. Sui autem & extranei qui sint, superiori capite dictum est à nobis. Veteres autem, cernere pro adire vsurpabant, vt constat cùm alias passim, tum ex epist. Ciceronis ad Dolobell. cuius hæc sunt verba: *A te peto, vt me hanc quasi falsam hæreditatem alienā gloriā sinas cernere.* Cretio igitur vt Isidorus interpretatur libro, 5. Etymologiarum, capit. 24. est certus numerus dierum, in quo institutus hæres, aut 2 adit hæreditatem, aut finito cretionis tempore excluditur: sed hanc cretionis solemnitatem obliterauit Imperator in l. cretionum, C. de iure deliberandi. De qua antiquitate si plura scire velis, legito Alciat. 3

disputationum, libr. 3. cap. 7. & Couar. lib. 4. varia. resolut. cap. 3. Sed & illud admonuisse oportebit, suitatis nomen, quod nostri vtuntur interpreter, apud Iurisconsultos nusquam reperiri: quod enim hodiè suitatem vocamus, Iurisconsulti appellant
4 Ius sui hæredis vt intelligere licet, cum alibi, tum in §. posthumorum, institut. de exhæred. liberor. Docendi tamen gratia illud non aspernamur, quandoquidem scribentes omnes, tàm politioris literaturæ, quàm alij eo vtuntur, sicuti etiam faciendum putat Alciat. Parergon lib. 2. cap. 19.
5 quem tamen fefellit, suitatem & ius sui hæredis idem esse. Fefellit etiam doctissimum
6 Angelum Policianum, quicum aliquando in publico Doctorum assessu iactabundus profiteretur, responsurum sese omnibus
7 quæstionibus quæ de iure sibi proponerentur: interrogatus euestigio à Socino quid esset suitas, obmutuit. Nostrates pro adire vsurpant acceptare, quod & ipsum Latinum est: vtitur siquidem eo iurisconsultus in l. Seio. §. fin. ff. de annuis legatis. De aditione autem agentes, illud non omiserim, indubio nunquam visum esse filium adire hæreditatem paternam per actum, qui alia de causa fieri potest, quam titul. hæredis, l. gerit, & l. pro hærede ff. de acquirenda hæ-
8 red. Ex quo aliquando me respondisse memini, audiendum esse filium primogenitũ, à quo aliqua paterna debita soluta sunt, negantem se hæreditatem adijsse, sed tanquam paterni testamenti executorem debita exoluisse: standum est enim illius dicto, nisi manifestis constet coniecturis, se paternam adijsse hæreditatem iuxta ea quæ in supradictis legibus annotant Bart. & reliqui scriptores: quod quoniam frequens est, ac perinde singulare, hic præteriens admonẽdum duxi, adijciens, id non obscurè probari in l. at qui. §. solent. ff. de Relig. & sumptibus funerum.

Inter Tutelã & Curam, acquè inter Puberem, & impuberem, differentia, 98.

TVtela datur impuberibus, cura autem 1
puberibus, vt ostendi Iustinia. in princip. institut. quib. modis tutel. finitur, & in princip. inst. de curatoribus. Non tamen eadem ętas obseruatur in fœminis, quę in masculis: nam impubes fœmina dicitur, quæ 2
minor est duodecim annis: impubes autem masculus dicitur, qui minor est quatuordecim annis, vt Iustinianus ipse superiori loco declarat, & in l. fina. C. quando tutor vel curator esse desinat: tradunt quoque Pontificij in capit. puberes, de desponsatione impuberum. Sed cur minor in fœminis exposcitur ætas, quàm in masculis? respon- 3
dit iocosè dicax quidam in fœminas, & non insulsè, quia herba mala cito crescit, vt refert Accurs. in l. qua ætate, ff. de testament. Sed omissis iocis, versant hanc quæstionem Macrobius *Saturnalium*, libro 7. cap. 7. & in somno Scipionis libr. 1. capit. 6. & Plutarchus in problem. Baberius quoquo in §. præterea, institut. quibus non est permissum facere testamentum, Ægidius de regimine Principum lib. 1. part. 2. capit. 23. Couarru. in 4. Decretalium, §. 5. Alexander ab Alexand. dierum genialium, libr. 2. capit. 26. & Tiraquel. ad leges connubiales, libr. 6. Sotus de iustitia & iure, libr. 7. quæstio. 3. artic. 2. & variè illi quidem: ni 4
autem fallor, vera ratio illa est, quoniam natura ita comparatum est, vt omne quotquot citius extinguitur, citius etiam perficiatur: quod & in plantis cernere licet: videmus enim eas quæ citiùs emoriuntur, citius producere fructus: & è contrario quæ diutius viuunt, tardiùs progenerare fructus, vt sciunt omnes, & tradit Plinius libr. 17. cap. quadragesimoquarto. Cùm autem genius, seu generandi potentia citius emoriatur in fœmina, quàm in masculo: fœminarum etenim fœcunditas post quinquage- 5
simum annum marcescit, neque nisi raro ac prodigiosè contrarium contingat: virorum autem in octogesimum vsque annum protendatur, l. si maior, & illic interpretes, C. de legitimis hæredibus, tradit Solinus Poly histor. cap. 4. ipsamet natura dictat, vt fœminarum sexus maturiùs adolescat, quàm virorum.

SVMMARIVM. Differentia. 98.

Tutela datur impuberibus, cura puberibus. n. 1.
In pubertate aliud tempus spectari in masculis, aliud in fœminis, nu. 2.
Quare breuius pubescunt fœminæ, nu. 3. & 4.
Fœminarum fœcunditas post quinquagesimum annum marcescit, num.

SVM-

SVMMARIVM. Differentiarum. 99.

Triplicem esse tutelam, & quæ dicatur testamentaria? nu. 1.

Quæ dicatur legitima tutela? nu. 2.

Tutela datiua, quæ dicatur? nu. 3.

Cura vnica est datiua, nullaque legitima reperitur, nisi furiosi, nu. 4.

Testamento curator, non potest mero iure dari, num. 5.

Quare testamento dari possit tutor, & non curator? nu. 6.

Quid fieri debeat, quando sunt plures cognati eiusdem gradus, vt alter eorum tutelam recipiat, nu. 7.

Si tutor consanguineus, cui tutela incumbit, cessaret administrare, tenetur præstare pupillo omne detrimentum quod inde sequatur, nu. 8.

Omnes cognati pupilli tenentur de mala administratione tutoris, si illum suspectum non arguant, nu. 9.

Quis sit index competens ad discernendam tutelam, nu. 10.

Filio primogenito Magnatis, solus Rex dat curatorem, nu. 11.

Quando lis est super discernenda tutela, debet iudex pupillo curatorem ad litem dare, alias iudicium erit nullum, nu. 12.

Quomodo cõstabit, illum qui in tutorem petitus est, non habere fideiussores? nu. 13.

An qui recenter duxit vxorem, intra annum à tutelis, & aliis muneribus excusetur? nu. 14.

Inter tutelam testamentariam legitimam, & datiuam, dif. 99.

1 TVtela alia est testamentaria, alia legitima, alia datiua, testamẽtaria est, quę à defuncto in testamento datur, vt in toto titul. ff. de testamentaria tutela: legitimum autem debet esse testamentum, aliàs ipso iure non valet datio tutelæ, sed à iudice confirmanda est, vt in l. 2. C. de confirmando tutore. Legitima autem tutela dicitur, quæ agnatis, alijsvè à lege defertur, vt in toto titul. ff. de legitimis tutoribus. Datiua autem dicitur, quæ à iudice ex inquisitione datur, vt in titul. de tutoribus, & curatoribus datis ab his. Quamuis autem tutela in tres distribuatur species, cura vero vna dumtaxat est, nempè, datiua. Nulla enim in iure reperitur cura legitima, nisi furiosi sicuti tradit Bartol. in Rubric. ff. de legitimis tutor. & illic cæteri Classici. Testamento autem curator non potest mero iure dari, proinde datus confirmatur à iudice, vt tradit Imperator in princip. instit. de curatoribus. Hoc ideò tam varię, quia cum pupillus hæredem sibi facere non possit, sed eum habere debeat, quem aut pater testamento, aut legis sanctio dederit, ita & tutorem accipere debet eum, quem aut pater, aut lex dederit. At pubes factus cùm in sua sit positus potestate quem nam eligat hæredem, ita & curatorem pro suo potest arbitrio assumere quem velit, l. diuus, § fin. ff. qui petant tuto. vel curat. l. 1. C. eod. tit. l. mutus, §. is qui, ff. de procurat. l. qui habebat, §. si pupillus, ff. de testam. tutela. De tutela autem & cura, cum tam multa dici possent, pauca delibabimus. Et illud imprimis memineris, licet tutela legitima decerni debeat proximiori cognato, qui primas habeat in succedendo partes, vt in §. 1. instit. de capitis diminut. l. si plures, ff. de legit. tut. l. 9. titul. 16. part. 6. Attamen si plures 7 sint cognati eodem gradu agnationis, neque legitimam habeant excusationem, debent inter se eligere qui tutelam suscipiat, cæteri verò pro illis satisdare debent: quòd si inter se non conueniant in tutore suo deligendo, iudex partes suas interponet, & aut sorte litem dirimet, aut idoneori cognato onus tutelæ iniunget, vt bellè definit Imperator in auth. de hæredib. abinteſt. venientib. §. fi. col. 9. Ex cuius decisione apparet, satisdationẽ, quam diximus, alios cognatos præstare debere pro tutore, cui tutela contingit, intelligendum esse de cognatis propinquioribus qui eodẽ extant gradu; nã remotiores hoc onere satisdationis grauari nõ debent, vt ex illa authent. satis datur intelligi. Sed & illud non minus est singulare, quod traditum est à Fabro in §. fin. inst. de capitis diminut. si consanguineus, cui iure tutela incũbit, recusat administrare, suo periculo cessare, etiam si interpellatus non fuerit: omne enim detrimentum & impendiũ, quod pupillo accesserit, præstare tenebitur. Fabro autem & reliqui consentiunt scriptores. Sed testibus non egemus, cum id non obscurè probetur in l. 1. de pericul. tutor. & in l. 2. C. de diuid. tute. & in l. fi. ff. rem pupilli saluam fore. Quin illud nũquã 8 obliuiscaris, omnes cognatos pupilli teneri in subsidium de mala administratione tutoris, si illum suspecti non arguant, sicut est definitum in l. si plures, ff. de administr. tutor. & tradit Ias. in l. 1. C. de transact. Illud

etiam scio ex facto fuisse quæsitum, an iudex loci, seu oppidi, mortuo domino illius loci, possit dare tutorem filio primogenito
10 qui patri successit? & placet Fabro in §. 1. instit. de Attiliano tuto. iudicem loci esse competentem ad discernendam tutelam. Contrarium tamen scribit Gregor. Lop. Fabri in memor in l. 12. titul. 16. partit. 6. verbo, *Al juez*. Mihi Fabri verior videtur opinio, magnopere enim illi suffragatur sententia Baldi in l. 1. C. de emancip. liberorũ, vbi ait, iurisdictionẽ dandi tutorem, prorogari posse de partium consensu. Hoc tamen locum
11 non sortietur, quando est dandus tutor filio primogenito Magnatis: nam huic dunta xat Rex ipse dabit tutorem, iuxta definitionem, l. 14. tit. 5. lib. 2. Recop. cui addito legem. 1. C. de tuto. & curato. illustriũ personarũ. Sed & de Regis tutore videto legem
12 3. tit. 15. part. 2. Illud quoque non est prætereundum, quando agitur lis super decernenda tutela pupillo, dandum esse curatorem ad litem, qui pupilli partes defendat, alioqui nullum erit iudicium, secundum Matthesil. sing. 136. Solet autem ad executionẽ prodesse, cùm quis in tutorem petitus sit ita inops est, vt fideiussorem non reperiat, Faber & reliqui in §. sed & propter, instit. de
13 excus. tuto. Quemadmodum vero constare debeat, eum non reperire fideiussorem, cõsulito glo. in l. 1. ff. qui satisda. cog. verb. Fideiussoribus, & illic Ias. & Iul. Clar. in praxi crimin. quæst. 46. nu. 15. Solent quoque ij qui recenter vxorem duxere, excusare se à tutela, & cæteris muneribus, dicentes se intra annum quam vxorem duxerint, immunes esse ab omni munere, ex Deuter. capit. 24. Sed hoc tantummodò obseruandum erit vbi consuetudine legitima id receptum fuerit, cum constet, legis veteris præcepta ceremonialia, & iudicialia quæque ad mores non pertinent, vim legis hodie non habere, vt habetur in cap. fina. distinctione 6. & diximus superius differentia 5.

SVMMARIVM. Differentia. 100.

Exercitus, quid sit? nu. 1.
Quibus legionibus constet exercitus, nn. 2.
Legio, quæ dicatur? nu. 3.
Qui esset numerus cohortis? nu. 4.
Bellum à prælio, in quo differat? nu. 5.
Prælium, quid sit? nu. 6.
Quæ dicatur acies? nu. 7.
§. filij, instit. de excusat. tutor. explicatur, nu mer. 8.
Duellum à bello, an differat? nu. 9.
Duellum hodie qualiter à vulgo accipiatur? nu mer. 10.
Iure Pontificio, & Regio damnatum est duellum, nu. 11.
Tumultus, quid sit? nu. 12.
Inter Christianos qui bello sunt capti, non efficiuntur serui per captiuitatem, nu. 13.
Damnum datum alicui vicino à militibus trãseuntibus, à quo resarcire debeat? nu. 14.
Damnum domui contingens propter reparationem incendij vicinæ domus, à quibus debeat resarciri? num. 15.

Inter Bellum, Exercitum, Prælium, Aciem, Legionem, Cohortem, Duellum, Tumultum, differentia, 100.

EXercitus est multitudo militũ, l. quod 1
ait Prætor, ff. de ijs qui notantur infamia, ex eo dictus, quod milites, tã tyrones, quàm veterani, in armis se exerceant, vt tradit Cicero Tusculanarũ, lib. 2. Cõstat autem exercitus legionibus sex, absque equiti 2
bus, vt apertè significat idem Cicero in paradoxis, c. fin. Legio autem dicitur, quæ habet peditum sex millia supra centum, equites autem septingentos triginta, secundum 3
Vegetium de re militari, lib. 2. quem etiam refert Accurs. in d. l. quod ait, verb. *cohortis*. Erant autem in vnaquaq; legione cohortes decem, & aliquãdo, si vsus exigeret plures, nunquã pauciores, secundùm Alex. ab Alexand. dierum genialium, lib. 1. cap. 5. & illic Tiraquellus in scholijs. Cohortis autem non æqualis erat numerus, sed aliquando plures, aliquando pauciores habeat: frequentior autem numerus cohortis erant 4
quingenti quinquaginta pedites, atque equites sexaginta sex, vt animaduertit. Petr. Mexia in vita Tiberij Cæsaris, & constat ex Vegetio loco supradicto, atque ex Gellio libr. 16. capit. 4. & tradit Modestus, de vocabulis rei militaris, cap. 1. Quod autem apud Latinos dicitur Legio, apud Græcos Phalanx appellatur, secundùm Alexandrum ab Alexandro dierum genialium libro 6. capit. 13. Bellum autem à prælio illud differt, quod bellum est status ille in quo stat exercitus intereà dum cũ hostibus pax non est, l. postliminij, & l. in bello, & 5
l. hos-

l.hostas,ff.de captiuis, & postlimin. reuersis,licet aliter definiat lex prima, titul.23. part.2.& gloss.in Authentic.de armis,collatio.5.dicentes, bellum esse perditionem animæ,& corporis: quod ad illius effectum magis respicit,quam ad veram nominis de-
6 finitionem. Prælium autem est certamen ipsum,hostiumque congressus, atque bel-
7 li discrimen. Acies verò cunei sunt militum ad prælium parati, sicuti vtrumque non obscurè ostendit Cæsar in Commentar.libro primo, de bello Gallico, his verbis: *Id conspicati Helbetij qui in montem sese receperant, rursus instare, & prælium reintegrare cœperunt. Romani conuersa signa bipartito tulerunt, prima atque secunda acies, vt victis atque summotis resisteret, tertia vt venientes*
8 *sustineret.* Quod igitur scriptum est in §.filij,institut.de excusatio.tutorum, filios qui in acie ceciderunt,ad tutelæ excusationem prodesse, quia inquit: *If qui pro Republica ceciderunt, per gloriam viuere intell guntur*: de ijs accipiendum arbitror, qui prælio occubuere, non de ijs qui bello extrà certamen mortem obierunt.Id quod etiam
9 sentit lex 1.titul.16. part.9. Duelum autem à bello, si propriam eius significationem spectes, nihil differt, sed vtrumque pro eodem accipitur, vt apparet, ex libr.6. belli Macedon. *Quod populus*, inquit, *Romanus eo tempore duellum inisisset cum Rege Antiocho esse.* Hodie verò duellum vulgus vsurpat pro certamine inter duos commisso,vt
10 in capit.2.de purgatione vulgari,& in cap. 1.de Clericis pugnantibus in duello, quod genus pugnæ licèt olim iure ciuili permissum foret,vt in cap.1. de pace tenenda, & eius violatoribus,in vsibus sœudorum, iu-
11 re tamen Pontificio, eique etiam Regio damnatum est,& meritò,in Extrauagan. 1. de torneamentis, & in Concilio Tridenti. Sessio.25.capit.17. & in l.1.titul.8.lib.8.
12 Recopilatio.Tumultus propriè est perturbatio,quæ ex bello oritur,quasi timor multus,qui ex belli vicinitatem magnam vicinis populis,subitamque trepidationem incutere consueuit,sicuti apertè tradit Cicero Philippica 8. Vnde intelligitur quod scriptum est à Iurisconsult. in l.1. §.1. ff. depositi,in hæc verba: *Eum tamen deponere tumultus, vel incendij, vel cæterarum causarum gratia intelligendum est, qui nullam aliam*
13 *causam deponendi habet, quàm imminens ex causis supradictis periculum.* De bello autem cùm multa succurrant, pauca perstringam, quia res est à forensi vsu longè remota: & illud imprimis sciendum est inter Christianos,qui bello sunt capti, non effici seruos capientis:cessabit itaque ius postliminij, ni si quatenus ipsi capto fuerit vtile, vt est author Bart.in l.hostes, sub fin.ff. de captiu. & postliminio reuersis, Eguinarius de rerum diuisione,particula posteriori, Bosius in praxi,titul.de captura,numer.57.tradit etiam Couar. in reg.peccatum, 3. part. §. 11.num.6.& Simancas Catholicarum institutionum tit.61.num.1.Olanus in con- 14
cordia iuris,litera.C.numer.1.Sed longiores in hac resumus quàm necesse est, neque enim tot testibus egemus,imò nullis, cùm id sit expressim definitum in l.1.titul.29. part.2.Sed & illud meminisse oportebit, si cohors, aut militum cuneus, exercitusvè iter faciens ingrediatur oppidum,ibique ab vno, vel ab altero viaticum extorqueat, hoc damni resarciendum esse à cæteris oppidianis,secundum Accursium in l.de vsu. ff.de varijs, & extraordinarijs cognitionibus,tradit Benedictus in cap. Raynuntius, verb. Testamentum 1.n. 35. Cui simile est. 15
quod scriptum est de domo diruta, propter incendium,quod in proxima domo ob ortum est,videlicet,damnum refectum iri à cæteris vicinis,quoniam in eorum commodum res acta videtur: veluti ostendit idem Benedictus in dicto cap.Raynuntius, verb. Domum,num.27. Quod egregiè pertinet ad intelligẽtiam legis,Si alius, §. est & alia, ff.quod vi,aut clam,qua permissum est Magistratibus,incendij arcendi causa domum intermediam diruere.

SVMMARIVM.
Differentiæ.101.

Quæ dicerentur Prouinciæ apud Romanos? numer.1.

Prouincias alias esse consulares, alias prætorias, alias præsidiales, nu.2.

Fœderatæ Prouinciæ quæ dicerentur à Romanis? nu.3.

Quæ dicerentur Prouinciæ liberæ, numer.4.& num.5.

Prouinciæ fines quousque protendantur, numero, 6.

Hodie Castella in quot Prouincias diuidatur, nu.7.& 8.

Quæ diceretur Colonia, nu 9.

Parochia olim, & hodie, quid significet? nu.10. 11.& 12.

Inter Prouinciam, Regnum, Coloniã, Diœcesim, & Parochiam, differentia. 101.

1 PRouinciæ apud Romanos dicebantur Regiones, quæ populo Romano ita subiectæ erant, vt stipendium & vectigal illi penderent, atque per Magistratus à Senatu Romano datus regerentur, vt datur intelligi in §. per traditionem, instit. de rerum diuisione, & in l. vnica, C. de vsucap. transformanda, & aliàs passim. Harum aliæ Consulares erant, aliæ Prætoriæ, aliæ Præsidiales, velut in Hispania, Bętica, & Lusitania erant Consulares: Tarraconensis, Carthaginensis, & Gallæcia, erant Præsidiales, sicuti memorat Alciatus in libello de Magistratibus. Quæ vero Regiones vectigal populo Romano non pendebant, neque cum eo bella gerebant, aut liberæ erant, aut fœderat. Fœderatæ dicebãtur, quæ ita in societatem populi Romani venerant, vt tamen illũ adiuuare, & aduersus inimicos opem ferre tenerentur: vt apparet ex Suetonio in Claudio cap. 25. Liberæ autem dicebantur, quæ in societatem populi Romani ita venerant, vt tamen eo onere, seu fœdere non tenerentur, sed tantùm populi Romani maiestatem comiter, & amicè conseruare, vt est intelligere ex l. non dubito, ff. de captiuis, & postliminio reuersis, & illic explicat disertissimus Budeus, & constat ex ipso Sueton. Tranquillo in Augusto Cæsa. cap. 47. Hæ autem Regiones liberæ Regna dicebantur, quoniam proprijs Regibus gubernabantur, vt apparet ex Iustino libr. 40. in fin. atque ex eodem Suetonio in Tiberio, cap. 37. Sed prouinciæ fines quousque protendantur videamus. Et Accursius in l. fin. C. de præscriptio. longi temporis, non sat acutè inquit omnem ciuitatem, quæ merum habeat imperium, hodie prouinciam intelligi, rectius illic Salicetus, & Faber in §. 1. instit. de vsucapio. dicentes, Prouinciam dici Regionem, quæ vni tantùm subsit Præsidi, tametsi is sub se plura habeat territoria, quos etiam sequitur Greg. Lop. in l. 19. tit. 29. part. 3. & communem testatur esse opinionem Balbus de præscriptionib. 4. par. quæst. 4. Iuxta quod videtur probandum, totam hodie Castellanam ditionem in duas duntaxat Prouincias partiri, cùm duobus tãtùm Præsidibus subsit, Vallisoletano, scilicet, & Granatensi, vt cõstat 7 ex l. 1. tit. 5. lib. 2. Recop. Quauquam ipse (si germanam & propriam illius nominis significationem spectemus) verius esse puto, quod hodie in Hispania Regna sunt, totidem Prouincias dici. Mouet me, quod inter Prouinciam, & Regnum nihil olim erat discriminis, nisi quod hoc liberum erat, illa Romano subiacebat Imperio, vt intelligere licet ex l. 2. ff. de origine iuris, §. post aliquot, atq; ex cap. scitote 6. quæst. 3. atq; ex Suetonio in Tiberio, c. 37. necnon ex Iustino extremo lib. 44. Tot igitur hodie dicemus esse in Hispania Prouincias, quot sunt Regna, putà, Legionem, Castellam, Toletum, & cætera, quorum nomenclatura in Regalibus diplomatis quotidie resonat ad populum. Et hæc quidem egregiè pertinent ad intelligentiam legis fina. C. de præscriptione longi temporis, & ad l. 19. titul. 29. part. 3. & ad alias quam plures de Prouincia facientes mentionem, quas omnes hic recensere, & ingratum foret, & superuacaneum. Colonia dicebatur terra à Ro- 8
manis deuicta, in quam, expulsis indigenis quibus minus fidebant, sufficiebant alios qui eam colerent, Romæque tributum penderent, sicuti tradit Budeus in l. eius, ff. ad municipalem, & Aulus Gellius noctiũ Atticarum lib. 16. cap. 13. vbi quid à municipio distet, edisserit. Hæc de Prouincia, Regno, atq; Colonia: nunc de Diœcesi, ac Parochia dicamus. Diœcesim autem pro Parochia ancipi apparet, ex l. 1. C. de priuatis carceribus. 9
Verùm hodie, secundum communem loquendi vsum, Diœcesim accipimus pro territorio Episcopatus, vt apparet ex cap. Clericum, cum sequent. 7. quæst. 1. & aliàs passim. Parochus autem, si genuina 10
eius naturam sequamur, est genus quodam hominum, qui tributi titulo salem, lignaque, atque cætera necessaria præstare tenebantur ijs, qui Reipublicæ causa peregrè proficiscebantur, sicuti interpretando verbum Xenodochi, apud Iurisconsultum in l. final. ff. de muneribus, & honoribus, tradit illic Budeus. Verùm hodie apud ius 11
Pontificium, seu Canonicum, parochia est locus in quo degit populus alicui Ecclesiæ deputatus, certis circumclusus limitibus, vt definiunt Ioann. Andr. & Abb. in Rub. de parochijs: quanquam aliquando & Diœcesim pro parochia, & parochiam pro Diœcesi vsurpari constat ex cap. Apostolicæ, de donationib. atque ex cap. vnio, 10. quæst. 3. tradit etiam Cardinalis in Clemẽt. dudum, §. extat, de sepulturis. Hodiè parochianos, vernaculo sermone *Feligreses* appellamus, ideò sic dicti (vt opinatur D. Franciscus Sarmiento Selsarum, lib. 7. cap. 14.)

quasi

12 quasi sint filij Ecclesiæ. Quanquam ego (tãti viri pace dixerim) inde dictos esse putauerim, & verius, quia sint Cleri greges, sic enim parochiani appellari solent, vt apparet ex prima epistola diui Petri Apostoli, atque item ex Concilio Tridentin. sess. 4. cap. 9.

SVMMARIVM, Differentiæ 102.

Vrbs & ciuitas quid differant? num. 1.
Oppidi appellatio quid comprehendat? num. 2.
Municipium quid sit? num 3.
Explicatur, tit. ff. ad municipalem. num. 4.
Villa quid sit? num. 5.
Pagus qui dicatur? num. 6.
Burgi qui sint? num. 7.
Hodie apud nos vnde dicta sit ciuitas Burgos? num. 8.
Castrum & castellum quid sit. num. 9.
Vicus aut est vrbanus, aut rusticanus: & quid sit vicus vrbanus? num. 10.
Rusticanus vicus quis dicatur? num. 11.
Virgilius quare sit Mantuanus appellatus? numer. 12.
Oppidum nouum erigi non potest sine noua facultate. num. 13.
Vt oppido restitutio in integrum cõcedatur, quot debeat habere vicinos. num. 14.

Inter Vrbem, Ciuitatem, Oppidum, Municipium, Villam, Pagum, Burgum, Vicum, differentiæ 102.

1 CIuitas, & vrbs hoc differunt, quod ciuitatis appellatione ciues ipsos sine ædificijs intelligimus: vrbis autem appellatio non solum ciues, sed & ædificia complectitur, vt apparet ex Cicerone Academicarũ 4. quanquam Aulus Gellius, ciuitatem etiam pro loco, & multitudine hominum accipi velit lib. 18. noctium Atticarum c. 7 tã autem ciuitas, quam vrbs ad maiora oppida referuntur, etsi Episcopatus non refulgeant dignitate, vt experimentis satis compertum est, & tradit Ioann. Andr. in cap. si ciuitas, de sententia excommunic. lib. 6. & Iason in l. si hæres. §. vitis. ff. de legat. 1. Vrbs autem vnde dicta sit, docet Iurisconsul. in l. si
2 pupillus. ff. de verb. signific. Oppidi appellatio latior est, complectitur enim tam illustres locos, quàm obscuriores, vt aliàs passim intelligere licet, atque item ex Iurisconsulto in dict. l. si pupillus. §. oppidum. ff. de verb. sign. vbi Alciatus existimat, oppidum dici tantum locum muro cinctum, sed id ad castrum, seu castellum magis attinet, vt paulò post dicemus. Municipium est locus vbi 3
quis ius domicilij habet: estque relatiuũ municeps. l. 1. & l. municeps ff. ad municipalem. Municipium igitur non tam oppidum ipsum significat, quàm ius domicilij, hoc est, ciuilitatem illam quam cum cæteris municipibus cõmunem quis habet. Significauit hoc satis Cicero in Bruto, qui cum Arpinas esset, hæc verba subiunxit. *Non dubito quin scias, non solum cuius municipij sint, sed etiam quàm diligenter soleam municipes Arpinates tueri.* Hinc inscribitur tit. ad municipalem cui (vt intelligatur) adendum erit, legem hoc est, ad legem municipalem, ex sententia Angeli Politiani in Miscel. & Budei eodem loco: quibus suffragatur lex 3. ff. de decreto ab ordine faciendo. Atque ex superioribus abundè patere puto, quid vrbs, ciuitas, oppidum, & municipiũ differant: nũc dicamus de cæteris. Villa domus est ruri agri colendi causa comparata. l. fundi. 111. 5
ff. de verb. signif. Hæc si voluptatis tantum gratia facta sit, prætiorum appellatur l. vrbana 198. ff. eodem titulo. Hodie verò moribus gentium, & vsu rerum peleraque oppida villæ vocantur, quia nempè à villis primordia sua habuerunt, eandemque postea licet auctæ retinuere. Sed ne hodie quidem pagis permissum est, villæ nomen vsurpare sine Regio beneficio, vt ostendit lex 10. tit. 6
15. lib. 2. Recopilat. Pagus dicitur, cum multæ villæ eodem loco iunguntur, vt Festus tradit Pompeius, & cæteri sequantur: hodie pagi, aldeas vocantur Burgi sunt crebra 7
inter limites habitacula, secundùm Paul. Orosium lib. 7. cuius etiam meminit Boer. decis. 260. & idem tradit Isidorus Etymologiarum lib. 9. cap. 4. Et inde apud nos Burgos ciuitas dicta est, quæ Castellanæ ditionis principatum obtinet, quia nempè multi vici contermini in vnam colere ciuitatem, vt refert Rodericus Archiepiscopus Toletanus, & Florianus à Campo, Hispani 9
Historiographi. Castrum, & eius diminutiuum castellum, oppidum est muro vallatũ, vt tradit Valla Elegantiarum libro 4. cap. 20. Vicus aut est vrbanus, aut rusticus, vrba 10
nus, pars est ciuitatis, quam vulgo, Calle, ò barrio, appellamus, Cicero pro Milone: *Nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse*

diceb at, in quo non esset conducta domus. Rusticanus autem vicus nihil aliud est, qua quod pagi esse diximus, hoc est, Aldea, l. si hæres. 11 §. si vici. ff. de legat. 1. Et quo apertur sensus ad legem qui ex vico. ff. ad municipalē, cuius hæc sunt verba. *Qui ex vico ortus est, eū patriam intelligitur habere, cui Reipublicæ vicus ille respondet.* Hoc enim voluit dicere Iurisconsultus, vt qui natus sit in pago, patria dicatur habere ciuitatem, seu oppidū, quod caput est illius territorij, in quo extat ille pagus: & eodē spectat. l. nulli. C. de Episcop. & Cleric. & lex 3. C. de naturalibus liberis. 12 Atque proinde Virgilius, quia natus est Pleatolæ, qui Mantuæ pagus est, Mantuanus est appellatus, vt illic memorat Accursius. Hæc autem proderunt tibi ad multas quæstiones, quas de incolatu mouent scriptores cùm alij, tum Boerius decis. 272. & Bertachinus verb. Comitatus. & verb. *Villa*, & Decius, cons. 283. volum. 2 Iam ergo ahò trāsgrediamur, & illud tamen admonuero, nouum oppidum erigi non posse absque Regia facultate, veluti scriptum reliquit Auendan. in cap. correct. 1. part. cap. 4. num. 3. & Ducñas reg. 32. limitatione, 4. quanquam paulatim villas in oppida exurgere, & tanquam adolere videmus sine Regia facultate, quia nempe diuersum sit, quid vna fieri aut per temporum incrementa, vt in l. qui Romæ. §. arcā. ff. de verb. oblig. l. eum qui ædes; & l. rerum mixtura. ff. de vsucapionibus. 14 Sed & illud non est minus memoria dignum, vt oppido in integrum restitutio deturneteſſo esse, quod decē habeat vicinos, secundum Marantam, in speculo, tit. de appellatione, n. 77. Id quod latè disputat Licētiatus Ceuallus, Toletanus Aduocatus, in Commentarijs communium cōtra communes quæst. 4.

SVMMARIVM. Differentia, 103.

Ciuis quis dicatur. num. 1.
Municeps quis sit? num. 2.
Incola qui dicatur? num. 3.
Incola est, & qui in ciuitatem receptus non est à Decurionibus. num. 4.
An oppidorum valeat statutum, vt quis in vicinum non admittatur, inuitis Decurionibus. num. 5.
Aduena quis sit? num. 6.
Sola domus possessio non facit domicilium, n. 7.
Incola vitur oneribus, honoribus, & pascuis ciuitatis, aduena verò non, nisi per decennium ibi moratus fuerit, num. 8. & num 9.
An duobus in locis possit quis habere domicilium. num. 10.

Inter Ciuem, Municipem, Incolam, & Aduenam, differrent. 103.

CIuis dicitur, qui in ciuitate natus est, 1
vel qui ex patre vel auo illinc originē ducit. Idem iuris est, si ex patre adoptante, vel è patrono manumittente ducat orginē, vel si forsan à Decurionum ordine in ciuē allectus sit l. ciues. C. de incolis, lib. 10. l. assumptio. §. filius. ff. ad municipalem. Municeps autem si propriam eius significationē spectemus) dicitur, is qui in ciuem ab ordine Decurionum receptus est; quasi munerum particeps, quia nobiscum simul munera faciat, vt tradit Festus lib. 11. & Gellius lib. 16. ca. 13. Abusiue verò, seu impropriè cuiusque ciuitatis ciuis, municeps appellatur, vt declarat Iurisconsultus in l. 1. ff. ad municipalē, & in l. minus, & in l. municeps, 128 ff. de verbor. sign. Incola dicitur, qui cum ci 3
uis non sit, domicilium suum in locum aliū transtulit laribus illic, & fortunarum suarum summa constituta, vt declarat dict. l. ciues. C. de incolis libr. 10. & l. domicilium. ff. ad municipalem, & l. pupillus. §. incola. ff. de verbor. sign. Ex quibus apparet, incolam dici, etsi in ciuitatem à populo, seu Decurionibus receptus non sit, alioqui diceretur ciuis. Falsum est igitur quod apud Boer. relatum est decis. 260. qui ex ciuitate non ducat originem, non posse illic constituere, neque habere domicilium: illi enim apertè refragatur tum illa l. ciues. C. de incolis, tùm l. nihil. ff. ad municipalē, cuius hæc sunt verba: *Nihil est impedimento, quominus quis vbi velit domicilium habeat, quod ei interdictum non sit.* Et eodem pertinent lex clarissimis. C. de dignitatibus, lib. 12. Stat etiam pro nobis Bart. in leg. assumptio, & in l. de iure. ff. ad municipalem, Abb. in cap. fin. de parrochijs, Soc. cons. 7. vol. 2. Non me præterit alicubi populorum statutis cautum esse ne quis inuito Decurionum ordine in ciuitate moretur. Verum hæc statuta vim nō 6
habent, quod attinet ad eos qui translatis laribus, alibi domicilium eligunt, vt cauetur in l. 1. tit. 9. lib. 7. Recopil. Accola est, qui

iuxta

iuxta locum moratur. l. 1. §. sunt qui putãt.
6 ff. nequid in loco publ. Aduena verò (vt ad reliqua pergamus) est, qui ad tempus, putà, mercimonij causa in ciuitate commoratur, l. pupillus. §. aduena. ff. de verbor. signific. & illic Bud. & Alciat. Non est ergo ciuis, vel incola; etiam si ibidem domum habeat, nam sola domus possessio, quæ in aliena ciuitate comparatur, domicilium non facit, vt scribit Iurisconsultus in l. libertus.
8 §. in adoptiua. ff. ad municipalem. Incola igitur & ciuis muneribus & honoribus ciuitatis vtuntur, & communibus pascuis. l. domicilium, &
9 l. incola. ff. ad municipalem. l. si in patria. C. de incolis, lib. 10. Aduena verò non vtitur, nisi modò decennium inibi moratus fuerit; nam tum in dubio domicilium ibi constituisse videtur, diciturque potiùs incola, quam aduena l. 2. C. de incolis. lib. 10. l. 2. tit. 24. partita 4. tradit Burg. de Paz in l. 3. Taur. num. 320. & num. 513. In dubio diximus, nam si certum esset, non velle eum illic domicilium cõstituere, nec per mille quidem annos acquireret ius domicilij: secundum Bart. eodem loci, & in l. lex Cornelia §. si tamen, num. 1. ff. de iniurijs, cuius sententiam probat Boerius decis. 13. num. 5. & decis. 260. num. 13. Hæc autem omnia egregiè pertinent ad intelligentiam legis 14. & sequentium tit. 13. lib. 1. Recopil. quibus cautum est, ne alienigenæ in nostro Regno officia, & beneficia obtinere possint, & alias multas quæstiones, quæ quotidie super iura incolatus incideretolet.
10 Illud etiam, anteaquam hinc abeam admonendum duxi, posse quem duobus locis habere domicilium, si æqualiter in vtroque habitet, secundum Iurisconsult. in l. Eius qui in princip. & in §. Celsus. ff. ad municipalẽ, ad cuius tamen intelligentiam videto textum & interpretes in c. is qui habet, de sepultur. in Sexto, Abb. in cap. ex parte de foro compet. Antibolum de munerib. 1. parte. num. 17. Boerium decisione 272. Afflict. decisione 384. & legem. 8. tit. 27. lib. 2. Recopilationis.

SVMMARIVM.

Different 104.

Insula frequenter pro domo vsurpatur. numer. 1.
Insula quid differat à domo. num. 2.
Quare Romæ plures essent insulæ, quam domus. numer. 3.
Casa quæ sit? num. 4.
Casa a villa quid differat? num. 5.
Tugurium quid sit? num. 6.

Inter Insulam, Domum, Casam, Tugurium, differt. 104.

INsulam pro domo frequenter in iure vsurpari, neminem latere puto. l. insulam, & l. stipulationes. ff. de verbor. obligat. & alias passim. Insulam verò non idem esse per omnia quod domus, sed aliquid inter eas esse discriminis: apparet ex Suetonio in Nerone capit. 38. sic enim ait, *Tum præter immẽsum numerum insularum, domum priscorũ Ducum arsisse.* Sed & plures insulas quàm domos Romæ fuisse, intelligere licet ex libello Publij Victoris, quem inscripsit, de regionibus vrbis Romæ. Quemadmodum igitur 1
2 insula à domo disterminetur, videamus, & hoc distãt, quod genus ab specie, domus enim genus est, insula vero est domus à cæteris ædibus vndique separata, & inde nomen accepit, quod instar insulæ ædificata sit, quia cum cæteris domibus communibus parietibus non iungitur, sicuti tradit Festus Pompeius, cui accedit Bud. in l. sed ædes. § inquilinus. ff. locati, & Alciat. in l. vrbana 166. ff. de verbor. signific. Quo circa constat, lapsum esse perdoctum alioqui Ioannem Garsiam, qui in tractatu de expens. cap. 15. nu. 17. ait, insulam esse multitudinem domorũ. Ideò autem Romæ plures erant insulæ, quà 3
domus, quia Neronis decreto propter incendij periculum sancitum erat, ne communione parietum, sed proprijs muris domus quæque ambiretur, vt refert Cornelius Tacitus lib. 15. Casa, rusticorum domus est, in
4 pagis, seu villis constituta, vulgo Choça appellatur. Seneca ad Lucillium epistola. 69. *Potest ex casa vir magnus exire, potest ex deformi humilique corpusculo formosus animus, & magnus.* Separatur autem casa à villa, quia
5 villa in diuturnum tempus ædificatur, & magnori impensa: casa autem ex leui instruitur materia, ad repentinos imbres hyemis, æstiuosque calores arcendos, vt significat Varro de re rustica lib. 2. cap. 10. tradit etiã Accursius in §. 1. verb. Villis, instit. de rerum diuis. & Cæpola de seruitut. rusticorum præd. cap. 15. num. 4. quibus addito quæ nos attulimus, superius differ. Hodiè gentili verbo domus omnes casas appellamus, sicuti apud

Italos

Italos vsitari scribit Baldus in tit. de duobus fratribus. §. si duo, in vsibus feudorum, in quo hominum laudanda est humilitas verbi, cum alioqui plerumque, præsertim ædificando, superbire soleant. Tugurium casa est: non tam habitandi, quam rusticorum instrumentorum, custodiendorum gratia cõparata. l. Tugurij. 180. ff. de verborum signific. Domus autem appellatione an tugurium veniat, legito Boerium decis. 230. numer. 4.

SVMMARIVM. Differentiæ 105.

Quid sit libido? num. 1.
Luxuria quid sit? num. 2.
Quis dicatur luxuriosus. num. 3.
Luxuriosus à prodigo quid differat? num. 4.
Lasciuia quid sit? num. 5.
Lex lege Cornelia ff. de sicar. explicatur, num. 6. & 7.

Inter Libidinem, Luxuriam, Lasciuiam, Luxuriosum, & Prodigum. Differentiæ. 105.

LIbido vitium est ad rem Veneream attinens, Hieronym. ad Eustochium: *Post ebrietatem nudatio femorum, subsecuta est libido.* Probatur etiam in l. 3. §. qui hominem. ff. ad legem Corneliam, de sicarijs. Luxuria vitium est auaritiæ contrarium, vt satis declarant Sallustij, verba in Catilinam, quæ huiusmodi sunt: *Diuersa inter se mala luxuria atque auaritia vexabãt.* Libido itaque opponitur castitati, luxuria frugalitati, vt significat Seneca epistola quinta ad Lucilium: *Quemadmodum* (inquit) *desiderare delicatas res, luxuria est, ita vsitatas & non magno parabiles fugere, dementia est: frugalitatem exigit Philosophia, non pœnam.* Libidinosus itaque mulierosum significat, & rei venereæ plus nimio deditum. Luxuriosus autem est, qui bona sua nimijs lautitijs, ac delicijs, puta, ludis, scortis, epulisque abligurit, consumitque. Differt itaque à prodigo, nam prodigus dicitur, qui præter modum, & vltra sua substantiæ, & facultatum vires bona sua profundit in alios, vt declarat Cicero lib. 2. Offic. Luxuriosus itaque in suam personã pro fusus est, prodigus in alios: quanquam libido, si latius accipias, omne ferè vitium complectitur, vt docet Cicero Tusculan. 4. & August. de ciuitate Dei libr. 14. Porrò cùm libido & luxuria ex eodẽ vitiorũ fonte demanent, vti scribit Valer. Maxim. lib. 9. tit. 1. inde fit, vt frequenter alterum pro altero accipiamus id quod etiam animaduertit Anton. August. emẽdat. lib. 4. cap. 11. Lasciuia est, nimia animi hilaritas in iocum prosilies vulgò burlas appellamus, Iustinus lib. 1. de Cyro Rege agens. *Mox*, inquit, *Rex inter ludentes delectus, cum per lasciuiam contumaces flagellis cæcidisset.* Constat etiam. §. interdũ, inst. de obligatio. quæ ex delicto nascuntur atque ex l. ex conducto. ff. locati. Ex quo intelligere facilè poteris, quo protendant elegantia illa Vlpiani verba in l. lege Cornelia. ff. ad legem Cornel. de sicar. quæ huiusmodi sunt: *Cum quidam per lasciuiã causam mortis præbuisset, comprobatum est Accij Taurini Proconsulis Baticæ à Diuo Adriano, quòd eum in quinquennium relegasset.* Hoc enim vult Iurisconsultus, vt qui non data opera, sed lasciuiendo, sed per iocum & lusum occiderit aliquẽ non sit morte plectendus, sed satis sit vt relegatione mulctetur, quod dignum quidem est, cuius nunquam obliuiscaris.

SVMMARIVM. Differ. 106.

Quid sit Religio? num. 1. & 2.
Latriam nihil à Religione differre. num. 3.
Dullia quid sit? num 4.
Hyperdullia quid sit? num. 5.
Ceremoniæ quid sint? num. 6.
Superstitio quid sit? num. 7. & 8.

Inter Religionem, Superstitionem, Latriam, Dulliam, Hyperdulliam, & Ceremonias, differ. 106.

REligio, vt colligitur ex Cicer. 2. de inuent. atque ex D. Thom. 22. quæst. 81. art. 1. est virtus qua Deo debitum exhibemus cultum seu honorem, vnde autem dicta sit Religio, etiam inter eruditissimos satis non conuenit. Ci. enim lib. 1. de natur. deor. & 2. de legibus, dictam esse putat à relegen-

legendo, cui adstipulatur Isidor. etymol. lib. 2. Lactant. autem Firmian. lib. 4. diuina instit. à religando dictam esse tradit: cui accedere videtur August. lib. 1. versic. illo: *Religionum animos nodis ex soluere pergo*: Macrob. autem Saturnal. lib. 3. à relinquendo emanasse putat, quasi per Religionem mũdum relinquamus. Mihi Ciceronis verior videtur etymologia, sicuti visa est Budæo, in l. 1. §. exempli. ff. de edict. Latria à Religione nihil differt, nisi quòd hoc Latinum est, illud autem Græcum. Latria itaque honos est, soli Deo, illiusque imagini debitus, cui contraria est idololatria: dullia autem est cultus, quo sanctos illorumque reliquias atque imagines veneramur, qui sanè honos longè discolor est, & inferior, quam is qui per latriam Deo exhibetur, tantumquè ab eo distat, quantum seruus à domino: qualiscunque enim Sanctis à nobis exhibetur honos, ad Deum refertur à quo, quicquid habemus boni, accepimus; atque vt diui Thomæ loco superiori verba vsurpem: *Honoramus seruos, vt per eos dominus honoretur.* Hyperdullia autem maioris aliquanto reuerentiæ cultus est, quam dullia, per hanc enim veneramur ea, quæ Deo magis accedunt, veluti Christi sanctissimam Crucem, illiusque beatissimam Matrem, sicuti latius edisserunt glos. in cap. venerabiles, de consil. dist. 3. & sanctus Thom. 3. part. quæst. 25. & illic perdoctus Franciscus Suar. Theatinus disputat. 51. section. 2. & Siluester verb. Latria, & Simancas Catholic. institut. tit. 33. De imaginum autem veneratione (vt id obiter dicamus) extat Venetijs ad imaginẽ Saluatoris distichon satis elegans, in hunc modum.

Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa.
Hanc videas, sed mente colas quod ceruis in ipsa.

Quod quidem ex Nicena 2. synodo originem ducere perhibet Pet. Mexia in vita Cõstantini Sexti, & Illescas in vita Papæ Adriani, eius nominis primi. Ceremoniæ sunt ritus exteriores ad diuinum cultum instituti vt colligitur ex Exodi cap. 18. & tradit Simanc. Cathol. inst. tit. 10. n. 9. Cæremoniæ autem nomen à carendo effluxisse putauit Macrob. Saturn. lib. 3. sed verius est dedisse ei nomen oppidum Ceretæ, vbi Romanorum sacra, vrbe à Gallis capta, recepta sunt, vt refert Liuius lib. 5. & confirmat Valer. Maxim. lib. 1. tit. 1. Superstitio autem, secũdum Gell. noctium Attic. lib. 10. cap. 15. est vana, seu inepta religio: secundum Theologos autem superstitio est vitium Religioni comtrarium, vel quia exhibet cultum diuinum, cui non debet, vel Deo eo modo quo nõ debet, & decet, vt tradit Lactã. lib. 4. & S. Tho. 2. 2. quæst. 92. artic. 1. & Simancas, d. tit. 33. Dicta est autem superstitio, si credimus Seruio ad Virgil. lib. 12. quia aniculæ, quæ superstites alijs sunt, huic vanitati maximè sunt propensæ, cui consentit Tiraquel. de legib. cessan. nub. 9. pa. glos. 1. nu. 30. Lucretius autem, vt refert Calepinus, inde deductam putat, quod sit superstantium rerum, hoc est, cœlestium & diuinarũ nimius & superfluus timor. Sed ego veriorem existimo Ciceronis Etymologiam, qui lib. 2. de natur. deorum ait, superstitiosos dictos esse qui totos dies precabantur, & immolabant, vt sibi sui liberi superstites essent: & cum eo consentire videtur Lactant. Firmianus diuinar. instit. lib. 7.

SVMMARIVM.

§. Primi.

Assignatur regula ex qua cognoscitur superstitionis natura num 1.

Quare refellatur a iure Canonico cõsuetudo ornandi domos ramis in mensis Maij Kalendis. num. 2.

In festo diui Ioannis licita esse probantur quælibet lætitiæ signa, dum tamen fiant sine superstitione. num. 3.

An sit superstitio, credere, maiorem vim habere herbas collectas in die diui Ioannis, quam alia die? num. 4.

An sit superstitio, parturiente muliere pulsari cymbalum cum cingulo ipsius mulieris. numer. 5.

Quando liceat verba sancta scripta collo suspendere, quas nomina vulgus vocat, nume. 6.

Notantur aliqua antiquorum remedia, quæ superstitiosa sunt. num. 7.

An sit superstitio contra locustas ordine iudiciario procedere, & illas excommunicare. numer. 8.

§. PRIMVS.

QVoniam verò superstitionum vanitas à priscis Gentilium moribus ac ritibus ad nos vsque, tanquam per manus deriuata etiam hodiè maximè serpit, fuit cordi hoc loco

loco regulam subijcere, qua citra negotiũ intelligere valeamus, quid qualequè sit quod superstitionem redoleat, vulgo *Hechizeria*, appellamus, res est enim hæc quæ latenter Deum magnoperè solent ostendere authore Satana qui quanquam Domini nostri Iesu Christi ineffabili beneficio, & misericordia erectus sit, & deturbatus ab illa antiqua dominatione & tyrannide, qua tãdiu impius in homines grassatus est adhuc tamẽ nihil hodiè magis dat operam, quã vt Christianæ, eidemque sanctissimæ Religioni pater ipse vanitatum, vanitates ingerat, certo sciens, has nenias cum idolatria non nihil habere affinitatis, & consortij. Regula autẽ quam diximus, ita se habet: Omnis obseruatio, cuius effectus expectatur aliter quã per virtutem naturalem aut diuinam, superstitio est, atque de pacto cum dæmone expresso vel tacito vehementer habetur suspecta. Hanc regulam proposuit Ioann. Gerson de direct. cordis, 3. part. eamque amplectitur Martin. de Arles de superstit. num. 7. & Magister Ciruelus in tract. superstitionum vulgari sermone edito, Sinanc. Cathol. inst. tit. 63. num. 31. Hinc est, quare sacri Canones refellunt, vitioque dant antiquos illos mores, qui etiam hodierna die apud Christianos vsurpantur, vt Kalendis Maijs domus ramis cingatur, vt habetur in capit. non licet, &c. illud, &c. si quis Kalendas 26. quæst. 5. & in cap. non obseruetis, eadem causa, q. 7. id quod etiam animaduertit Ioann. Neuizan. in sylua nupt. lib. 2. num. 38. & Costa de ludo sub principium. Semota autem superstitione, publica lætitia festos celebrare dies permissum esse ostendit Imperator in l. vt profanos. C. de paganis. Sic etenim in in vigilia diui Ioannis Baptistæ ignes, focosque accendere, & alia lætitiæ exhibere signa fas est, dum modo superstitionis aliquid nõ admisceatur, quale est, suprafocos salire, vel illius diei aurora natare, quasi id scabiem sanandam proficiat, quod & in Francia vsurpari memorat Ioann. Bohemus de moribus omnium gentium lib. 3. cap. 15. Id enim à superstitione non abhorrere scriptis prodidit Martin. de Arles in illo tractat. de superstit. num. 10. Æquè etiam superstitionem sapit, si quis vtatur herbis collectis die S. Ioannis, aut Ascensionis, credens vigoris plus habere, quam si alio die colligantur, admonet Sylu. verb. superstitio, ad fin. excepto eo si eo die a Sacerdote benedicantur, quia tũc ad Religionem magis pertinet, quam ad superstitionem. Eodem quoque superstitionis vitio laborat id quod aliquando factitatum scio, & à me fuit reprehensum, vt parturiente muliere, cymbalum pulsetur cum cingulo ipsius parturientis, quasi id ad faciliorem partum proficiat, quod & per se patet, & supradict. Marth. de Arl. improbat loco superiori, num. 17. In schedulis vero (vulgo nomina appellantur) verba sancta inscribere, colloque suspendere, extra peccatum esse modò effectus non speretur, docet diuus Thom. 2. 2. quæst. 96. art. 4. cui se subscripsit Grilland. de sort. leg. quæst. 6. num. 21 & Martinus de Arles, dicto tract. num. 38. Ego tamẽ hæreo, an id permittendum sit, cum videam sacros Canones apertè huiusmodi pictatiola reprobare, nisi illa in quibus dunta xat inscribitur Symbolus Apostolicus, aut Oratio Dominica, vt est videre in dicto cap. non obseruetis 26. quæst. 7. Cum autem habeamus sacros Canones rem hanc definientes, obtemperãdum illis magis credo. Vt interim omittam, & supradictos autgores ista pictatiola approbãtes, sex aut septem ad eã rem postulare circunstantias, quas omnes difficulter obseruatum iri puto, præsertim à gente populari, cui peculiare est huiusmodi characteribus vti. Quando igitur nostra regula dicet. omnem obseruationem, cuius effectus aliter expectetur, quam per virtutẽ naturalem, aut diuinam a superstitione alienam non esse, iam, si animum intenderis, reperies apud antiquorum, Gẽtiliumque monumenta, quam innumera medicamentorũ remedia extare philtra potius dixeris, quæ nihil aliud præseferunt, quam manifestam superstitionem, quale illud est quod scribit Plinius de pulegio libro 26. naturalis historiæ capite 9. his verbis: *Experti affirmauere, plurimum referre, si virgo imponat nuda ieiuna ieiuno*: & rursus libr. 18. cap. 4 ait, laqueum suspendiosi circundatum temporibus, dolorem sedare capitis; eodemque maleficio ægrotat, quod ad extinguendum brucum Columella tradit it de re rustica lib. 10. sub iectis quibusdam carminibus, quæ reperies apud Tiraquel. in legibus connubialib. p. 15. glossa. 1. num. 135. Atque adhunc modũ reperies apud hosce & alios priscos authores sexcenta superstitionum vatramenta, seu affamias (vt Apulei verbum vsurpẽ) nullo alio quam cacodæmone ipso authore & magistro inuenta. Cautè igitur veteres illi sunt legendi: quod quanquam animaduersum sit a sapientissimo August. in dict. cap. illud, &c. non obseruetis, hic volui in memoriam reuocare, quoniam video, etiam hodiernos authores, dum hoc non animaduertunt, non raro cum illis superstitiosos esse: velu-

veluti illud est,quod scriptum est apud Cassaneum,quē refert,sequiturque Iulius Clarus in praxi criminali,quæst.99.sub finem, fas esse,contra locustas,aliaque animalia noxia iudiciario ordine procedere,illaquèper sententiam anathematizare, manifesta sanè superstitio. Orationibus vtiquè atque execrationibus,quas ad eam rem institutas Catholica habet Ecclesia, vti, res est licita,& honesta: porrò contra ea quæ ratione carent adire tribunal,iudiciariumque excitari ordinem,plenum superstitionis esse iudico. Adeo (proh dolor) huius criminis labes authore Satana miserè graſſatur in orbe, vt sapientes etiam fallat. Qua propter pro mea in vos omnes charitate etiam atque etiam rogo,oroquè,& per viscera Domini nostri Iesu Christi obtestor,vt toto animo has velitis abominari superstitionum vanitates,& imperitum vulgus ab eis omnibus modis deterrere,semper ob oculos habentes illud Psal.39.*Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in insanias, & vanites falsas.*

SVMMARIVM.
§. *secundi.*

Ob Astrologorum prognostica, eorumquè superstitiones gentes pestibus vexari.num.1.

Hodie resciendafore prognostica eorumque authores.num.2.

Vtroque iure Sortilegos pœna capitis damnari, num.3.& 4.

§. SECVNDVS.

QVam vellem mihi aliquid hoc loco Tullianæ eloquentiæ dari, vt pro merito eas superstitionum vanitates refellere atque dedocere possem: sed quando hæc deen, si non citharœdi numeros implere,aule
1 di tamen modos agamus. Aduersus igitur hanc execrabilem labem facit optimè quod doctè perdoctus scribit Franc.a Ripa in tract.de peste.§.1.num.20. solere Dominū Deum nostrum pestem præsertim immittere in plebem propter Astrologorum nicromantiam,& superstitiones, quod cum legerem,statim venit in mentem,vt putarē hæc astronomicorum prognostica,quæ nouo,& pernicioso exemplo paucos ante annos in nostram introducta sunt Hispaniam, præcipuam esse causam pestis infanæ,quæ ad præ-
ens vniuersa fermè Hispaniæ oppida grassatur,quod dolenter quidem refero: videmur enim ariolos auscultare, veterumquè Mathematicorum iam obsoleta resuscitare vaframenta,quo nomine maiorem in modum irritatur Dominus, & idcirco iræ suæ iacula vibrat in nos. Quam obrem è republica 2
fore putauerim, vt huiusmodi omnino oblite rarentur prognostica, aut certe cum suis authoribus relegarentur,in Scitiam,vbi suæ leuitatis meritas pœnas darent, Magnopere enim illic puniuntur, si prognostica sua certus euentus non probet,vt refert Ioann. Boerius de moribus omniū gentiū lib.2. & huius quoque nostræ opinionis,id est, relegandaesse hæc prognostica, & illorum authores ablegandos) video esse, cum permultos viros doctos & prudentes,tùm doctissimum Picum Mirandulam in Commentarijs de prænotione,nouem de ea re contra Mathematicos libris editis: & in eadem sententia stat quoque Torres Theatinus in docto Commentario quod nuper ed idit dē morali Philosophia. Nec est mirū vt summi Christiani hanc vanitatem odio habeant, quando & Ethnicos ipsos odio habuisse constet. Audi, rogo, quid de iudiciaria Astrologia scribat Plutarchus problemate 23.his verbis:*Sed certissimum dierum numerum exequi non oportet,neque ex eo quod parum abest calūniari,quandoquidem vel hoc tempore, quo ad summum Astrologiæ peruentum est inæqualitas tamen motuum Mathematicorum peritiam vincat, & eorū numeros, & supputationes sæpissimè vincat atq; fugiat.* Multa etiā alia aduersus istos iudiciarios Astrologos scribit Doctor Vallesius in commentario de sacra Philosophia cap.32. quæ hic referre otiosum duxi. Quapropter leges,tam iuris cōmunis, quā 3
Regij,pœna mortis Sortilegos vlciscuntur, vt habes in l.2.C.de paganis,& in l.3.C.de maledicis,& Mathematicis,& in l.3.tit.23. p.7.& in l.6.tit,4.lib.8.Recopil. Eas tamē leges per desuetudinem antiquatas esse,narrat Bouadillla in Politica lib.2.cap.17.nu. 47.Quod intelligendum vtique puto, quā do per ignorantiam, & bonam fidem quid tale perpetratum sit, sine magno proximi nocumento,nam tunc & in foro conscientiæ excusari à peccato scribit Nauarr.in Manuali vulgari cap.11.num.38.& Ciruelus indicto tractatu de superstitionibus,3.part. cap.6.Cæterum,si malitiosè cum Manifesto Magicæ artis beneficio fiat, magnoque proximi detrimento,leges illas obseruādas esse putauerim,dummodò intelligamus,pe-

nam

nam mortis illic ſtatutam, de morte ciuili inteHigi poſſe, puta, de exilio perpetuo extra Regnum, de trirremium opera, ſeu remigio, iuxta gloſ. in l. 1. C. ne Chriſtianum mãcipium, cui adſtipulãtur cùm aliàs alij, tum Abb. in capit. at ſi clerici, de iudic. numer. 37. Neuizan. in ſylua nuptiali libr. 6. Angelus in §. in ſumma, inſtit. de iniurijs, ad finem.

SVMMARIVM. §. tertij.

Lamiæ an per illuſiones, vel corporaliter, & verè ad ludos dæmonis referantur, numer 1. & 2.

De quadam lamia refertur exemplum. numer. 3.

§. TERTIVS.

SEd & de ſuperſtitione agente, non fuerit à re alienum, quærere de ſuperſtitioſis illis mulieribus quæ vulgò Brujas appellantur, Latinè autem Lamiæ, aut Strygiæ, an ſcilicet deferantur in corpore ad luſus, & tripudia quæ cum dæmonibus habere narrantur? an verò per illuſiones dæmonum id inſpiritu, ſeu phantaſia patiantur? Eas enim non incorpore deferri, ſed authore diabolo huiuſmodi præſtigias in nocte concipere, placet Pozinibio in tractatu de lamijs, qui extat volum. 10. tractatuum, & placet etiã
2 Martino de Arles in tractat. ſuperſtitionum eodem volumine. Sed magis communis & vſu rerum cõprobata eſt ſententia, & ſi iſtæ plerumque in mente iſtiuſmodi dæmonum patiantur ludificationes: nonnunquam tamen in corpore à dæmonibus deportari in ea loca, vbi cum ipſis hi ludus peraguntur, & trieudia, ſicuti eſt videre apud Alfonſum à Caſtr. de iuſta hæreticorũ punit, lib. 5. capit. 16. & apud Simancas Catholic. inſtit. tit. 37. qui alios authores idem affirmantes referunt, & reſpondet ad capitulum Epiſcopi 26. quæſtione 5. qui contrarium innuere videtur: & idem facit Paulus Grillandus de ſortileg. quæſtione 7. qui occulata fide id compertum eſſe narrat, ſubijciens e-
3 xemplum valde notabile. Proinde hic illud in medium afferre libuit, breuiter tamẽ, & ad ſumam redactum, neque eiſdem verbis, ſed alijs fortaſsis elegantioribus. Erat (inquit) in agro Sabinienſi, non longè ab vrbe Roma, ruſticus quidam, cuius vxor lamia erat: cum autem maritus id perſentiſceret, eã quadam nocte ad hæc maleficia proficiſcentem obſeruauit, quin pyxidem ſeu vaſculum vnguentorum medicatum offendit, quo mulier ad eam rem vtebatur. Reuerſa autem vxore, maritus partim minis, partim verberibus reiveritatem ab ea extorſit, narrare ipſam quemadmodum hanc flagitioſiſsimam ſuperſtitionem initiatuli, fidẽ abiurãtes Chriſtianam in Satanæ verba iurent: narrare cõuentus, tripudia, & choreas quas ſtatis temporibus agant. Inſuper addidit, impetraturam ſe à Cacodæmone, vt prima die, qua adhæc tripudia conuenire debeant, ipſe quoque præſto eſſe queat. Adueniente igitur die (ò mira Satanæ in decipiẽdis hominibus aſtutia, & ſolertia!) Ecce ſtãt ad fores duo magni hirci quibus maritus & vxor nudi, Magiciſque vnguentis delibuti, aſcendentes, perducti ſunt noctu in campũ prope ciuitatem Benauentum, quod à domo ſua centum diſtabat milliaria, ibi magnam reperiunt fœminarum turbam, virorũ non tantam. Stabat & ipſe Satanas ſublimis perinde ac ſuperbus in ſolio reſidens hirci ſpecie, magno dæmoniorũm ſatellitio ſtipatus, funalibus noctis tenebras repellẽtibus. Igitur poſt tripudia, ac choreas, nefarioſque concubitus, ſternuntur menſæ multis ferculis refertæ, recumbunt malefici, atque maleficæ, diſcumbit & ipſe ruſticus; cui cũ eſcæ inſulſæ viderentur, petijt inſtanter & ſæpius ſibi afferri ſalem, quo poſt longum interuallum allato, ruſticus prægaudio incepit Deo gratias agere, dicendo ſuo vernaculo ſermone: *Hor laudato ſea Dio, pure venne aqueſto ſale*: neque mora, audito Dei nomine, magno ſuborto in loco fragore, ac ſtrepitu, cunctis abeuntibus ſolus ruſticus remanſit in campo nudus, qui oſtiatim ſibi victũ quæritans & veſtitum, poſt octo dies domũ eſt reuerſus, pallidus, & macilentus, Magiſtratibuſque rei ordinem exponit. Apprehẽditur igitur mulier comprehenduntur, & aliæ non paucæ criminis conſortes, quæ flagitium confeſſæ, flammis aduſtæ, debitas luere pœnas.

SVMMARIVM. Different. 107.

Hæreticus quid ſit? num. 1.

Acephali

Acephali,qui dicantur?nu.2.
Apostata,quis dicantur?nu.3.& 4.
Hæresis à blasphemia,quid differat?nu.5.
Maledictum,quid sit?nu.6.
Blasphemia pertinet ad conuitium, quod aduersus Deum,eiusque sanctos profertur,numero 7.
Hæresis,in quibus cadat?nu.8.
Dei potentiæ congruere,vt cœli suo artificio moueantur,nu.9.
Dubius in fide,an sit hæreticus?num.10.& numer.11.
Abulensis in articulo mortis de fide dubitantis refertur exemplum,nu.12.
Filius,an teneatur ex Inquisitorum edicto patrem hæreticum reuelare?nu.13.
Non incurrit in hæresim,ille qui sequitur opinionem à Theologis disputatam, quandiu non fit decisione Pontificia contrarium definitum,numer.14.

Inter Hæreticum, Schismaticum, Acephalum, Apostatam, Hæresim, & Blasphemiam, necnon maledictum, differentia, 107.

1 HÆreticus est,Christianus qui à fide Catholica defeciuit : schismaticus autem est,qui fide retenta ab Ecclesia discedens, aliumque Romanum Pontificem in Papam recognoscit,sicut intelligere facilè est ex cap.schisma 24.quæst.1.& cap.inter hæresim,cum sequentib.24 quæstio. 3. tradit sanctus Thom.2.2.quæst.39.artic.1.& Pa
2 norm.in Rubr.de schismaticis. Qui verò fide non abnegata nulli volunt Pontifici parere,ij verbo Græco Acephali nuncupantur,quasi membra sine capite,vt ostendit textus in cap.nulla,distinct.23.& in cap. quidam 24.quæst.3.Apostata autem est Chri-
3 stianus qui in totum à Catholica fide defecit,secundùm glo.in cap.1.de apostatis, &
4 probat lex 5.tit. 25.part.7.Quanquam (si verum amamus) hæreticus genus est, apostata autem hæresis est species: omnes itaque apostata hæreticus est, sed non omnis hæreticus apostata, sicuti apertè ostendit Alphonsus à Castr. de iusta hæreticorum punit,lib.1.capit.7. Hæresis autem à blas-
5 phemia sic disterminatur,quod blasphemia consistit in dicendo, hæresis autem in credendo,prauè scilicet:sicuti placuit Caietano ad sanctum Thom.2.2.quæst.13.art.1. & Nauar.ad manual.cap.12.nu.82.tradit etiam Alphonsus à Cast.loco superiori.Inter maledictum autem,& blasphemiam nihil interesse opinatus est Bartolus cons.32. libr.2.cuius authoritate (quæ magna est) alij quoque non pauci falsi sunt, & in his Ang.& Imol.in l.his verbis,§.1.de hæred. instituendis.Longe siquidem(eorum bona 6
pace dixerim) aberratunt: nam maledictũ genus est,omne conuitium complectens,siue illud aduersus homines, siue aduersus Deum prolatum sit,l. apud Labeonem, §. 7
conuitium,ff.de iniur.At blasphemia duntaxat pertinet ad cõuitium, quod aduersus Deum,illius ve Sanctos profertur,cap.2.de maledicis,& capit.cum caput 33.quæst.5. Propriè enim blasphemia Græcè nihil aliud est Latinè, quàm Deo maledicere, vt inquit Iustinianus in l.fina. C. de Relig. & sumptib.funerum : atque ita à Bartolo dissentit Andreas de Monte Vrbano in quodam consilio,quod extat inter ipsius Barto li cons.filia num.82.libr.2. dissentiunt, & alij relati à Bossio, titul. de Inquisitione num.131.& Iulio Clar.titul.de blasphem. nu.1.Quod enim scribit Imperator in Authen.ne luxurientur contra naturam,& aduersus hominem blasphemiam fieri, abusiuè,siue impropriè debet intelligi. Cæte- 8
rum, vt aliqua de hæresi dicamus, sciendum est, hæreseos crimen non cadere nisi in his rebus quæ ad bonos mores, fidemque Catholicam spectant: cætero qui, si quis erret, hæresis appellari non potest, vt est author Diuus Isidorus libr. 2. de summo bono, & sequuntur quam plures apud Simancas Catholicarum institutio,titul.3. 8
numer.5.Cuius rei fingere possumus exemplum in eo quod nonnulli tradunt Theologorum,cœlos ab Angelis moueri:si quis enim contrarium sentiat hæreseos impingi non poterit,quoniam ea res nihil ad bonos mores,neque ad fidem Catholicam attinet:quin fortasis is verius senserit, magis enim Dei omnipotentiæ congruere vide- 9
tur, vt cœli suaptè sponte, suoque artificio moueantur,quàm Angelorum opera & ministerio,alioqui & mare dicendum esset ab aliquo moueri Angelo, quia in continuo motu perpetuo ordine moueatur: quod nullus vnquam dixit, (si fatis memini) fauet autem huic nostræ sententiæ illud Psal.18.*Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamẽtum.* Et illud Psalmi 105.*Qui fecit Lunam in tempora, Sol cognouit occasum suum.* Et Psal.32.*Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et post hanc nostram scriptu-

ram in hac sententia fuisse reperi perdoctum virum Doctorem Vallesium, Regium Prothomedicum, in libello de sacra
10 Philosophia, capit. 70. Illud quoque admonuisse oportebit, quod vulgo dicitur, dubium in fide, hæreticum esse, vt habetur in capit. 1. de hæretic. accipiendum esse, quando quis sponte sua, & deliberato consensu dubitet: cæterum si non sponte sua, sed inuitus, & cum animi ægritudine, huiusmodi patiatur tentationem (solet enim inimicus Satan, cui mille artes, cui mille nocendi modi, etiam perfectos, & constantes viros, istiusmodi techinis, & versutijs im-
11 petere) liberum esse à peccato: quin multum eum meriti, & gratiæ, apud Deum parare, scribit Felinus in dicto capit. 1. de hæretic. & alij aliàs passim. Erit autem nobis pro exemplo, eoque non vulgari doctissimus, idemque sanctissimus Tostadius Epis-
12 copus Abulensis: is, vt fama fertur (nihil enim præter auditum habeo) cùm ad mortem decumberet, cœpit huiusmodi tentatione concuti, atque vexari: ei autem sic æstuanti casu occurrit domus suæ coquus ad cubiculum: quæsiuit igitur ab eo Episcopus, quemadmodum ipse crederet in Deum: respondit coquus vernaculo sermone: *Yo a macha martillo.* His verbis animatus Episcopus, cœpit vociferando dicere: Et ego sic credo, & ego sic credo: & hoc modo animam exhalauit: quem non est dubitandum (vt erat doctissimus, & religiosissimus) vitam eternam consecutum. Illud itidem est memoria dignum, ædictum
13 generale Inquisitorum, quod admonentur omnes, vt hæreticos reuelent, non comprehendere filium, qui sciat patrem esse hæreticum, secundùm supradictum Tostadium super Deuteronom. capit. 13. & Didacum Perez in l. 1. titul. 9. libr. 8. ordina. Illud quoquè mineris cùm aliquid non est definitum Pontificia decisione, & propte-
14 rea inter Theologos de ea re dissensio est, aut inter Pontificios, alijs aliud approbantibus, etsi ad fidem Catholicam attineat, non incurrere in hæresim, qui alterutram partem sequatur, vt scriptum reliquit Ioannes Neuizanis in sylua nuptial. libr. 5 num. 74. cautius tamen erit, vt id quod receptius est, sequaris, quoniam periculosum est in his rebus ad fidem attinentibus singularem te esse velle.

SVMMARIVM.

Different. 108.

Inter hæreticos, & malos Christianos, sit differẽtia, nu. 1.

Qui alium malum Christianum appellauerit, extraordinariè puniendus est, nu. 2.

Quod vulgò dicitur, Sambenito, *quare ita dicatur, nu.* 3.

Filij hæreticorum omni honore, & officio publico arcentur, vsque ad primam generationem per lineam maternam, & ad secundam per lineam paternam, nu. 4.

Damnatos de hæresi, esse in triplici differentia, num. 5.

Relaxati, qui dicantur, nu. 6.

Relaxatorum filij omni honore, officio, & beneficio priuantur, vsque ad primam & secundã generationem, nu. 7.

Filij relaxatorum non possunt vti auro & argẽto, & vestibus pretiosis, neque equum ascendere, nu. 8.

Reconciliati, qui dicantur? nu. 9.

Reconciliati non admittuntur ad beneficia Ecclesiastica, neque honores, & officia publica, num. 10.

Reconciliatorum filij honoribus, & officijs publicis, non interdicuntur, nu. 11.

Pœnæ supradictæ comprehendunt filios relaxatorum, qui traditi sunt brachio seculari, & pœnitentes decesserunt, nu. 12.

Pœnitentes, & pœnitentiati, qui dicantur, numer. 13.

Pœnitentiatorum filij prædictis pœnis an puniãtur, num. 14. *& num.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. *&* 21.

Filius illius qui sibi mortem consciuit, non debet remoueri ab officio tabellionis, nu. 22.

Pœnæ supradictæ obtinent in filijs in potestate, & emancipatis, nu. 23.

Idem in legitimis, & spurijs, nu. 24.

Idem in natis ante crimen à patre commissum, num. 25.

Omnia ante dicta de pœnis in filios hæreticorũ, in fidei fauorem esse inducta, nu. 26.

Inter hæreticos, & malos Christianos, differentia, 108.

INter hæreticos, & malos Christianos, 1
longè interest, illi enim falsa credunt, hi autem vera credendo, non viuunt ita vt credunt, vti ita acutè definit Diuus Augu-

stinus

stinus super Matth. c. 3. Licèt igitur is qui alium appellauerit hæreticum, palinodiæ cantandæ pœna teneatur, iuxta legem 2. tit. 10. lib. 8. Recop. non tamen eadem pœna erit multandus is qui alium malũ Christianũ appellauerit, sed extra ordinem erit puniendus, sicuti traditum est à nobis lib. 1 rerum quotid. cap. 17. 2 Hæretici verò reconciliatis ac pœnitentibus sole de more iniici super vestes insigne illud, quod *Sambenito*, 3 vulgò vocamus: quod quidem symbolum est pœnitentiæ: dicitur autem à sacco benedicto, quin sacco & cilicio olim publici peccatores publicam solebant agere pœnitentiam, dicto sacco prius à Sacerdote benedicto. Hanc huius nominis etymologiam reddit frater Heronymus Roman libr. 5. *De las Republicas*. 1. part. capit. 20. & Rojas de hæreticis 2. part. assert. 32. quæ quoniam acuta est & noua, in memoriam hoc 4 loco refricare volui. Porrò, vt aliquid de hæreticorum filijs dicamus, sciendum est, hæreticorum filios omni honore priuari per leges, Canonesque, & omni officio publico arceri vsque ad primam & secundam generationem: primam, scilicet generationem per lineam maternam, secundum autem per lineam paternam, vt in capit. 2. §. quicunque, & cap. statutum, & cap. vt commissum, de hæretic. lib. 6. & in l. 3. & 4. tit. 3. lib. 8. Recop. quarũ legum Regiarum verba, quatenus ad hunc locum attinent, ita se habent: *Mandamos, que los reconciliados por el delicto de heregia, y apostasia, ni los hijos, y nietos de quemados, y condenados por el dicho delicto, hasta la segunda generacion por linea masculina, y hasta la primera por linea femenina, no puedan tener, ni tengan ningun oficio, publico, ni de honra.* Vt autem res facilius intelligatur, admonendi sumus, reorum qui hæreseos damnantur, tres esse species, seu genera, 5 vt Iurisconsultorum more loquar: alij enim dicuntur relaxati, alij reconciliati, alij pœnitentes, seu pœnitẽtiati: ne sim obscurus, necesse est mihi aliquando non tam elegantibus, quàm vulgaribus verbis vti: sic etenim interdum factitasse Ciceronem, author est Tiraquel. de retract. linag. §. 1. 6 glos. 1. num. 13. Relaxati dicuntur, qui de hæresi conuicti & condemnati, quia impœnitentes fuerũt, remittuntur secularibus iudicibus morti ac igni tradendi, vt habetur in capit. excommunicamus, §. damnati, & in capit. penultim. de hæretic. in 6. & in l. 2 7 tit. 26. part. 7. Et horum quidem filij vsque ad primam & secundam generationem beneficijs Ecclesiasticis arcentur, & omni honore, officijsquè publicis priuantur, vt declarant illæ Regiæ leges, & antea est definitum in capit. 2. §. quicunque, & in capit. statutum, & in capit. vt commissi, de hæretic. in 6. 8 Quin neque isti possunt auro vti, aut argento, aut pretiosis vestibus, neque equum ascendere, vt refert Simãcas Catholicarum institu. tit. 47. num. 23. 9 Reconciliatos autem appellamus eos, qui de hæresi quidem conuicti sunt, sed continuò, ac in hæresi deprehensi sunt, execrarũt hæresim, & facti pœnitentes, veniam impetrarunt, atque ita Ecclesiæ gremio restituti & reconciliati sunt, vt in cap. ad abolendam, de hæreticis, & in capit. super eo, eod. tit. in 6. Et isti quidem ad beneficia Ecclesiastica, 10 honores, & officia publica, nequaquam admittuntur, vt superiora iura probãt. Quinimò, si quo honore, vel officio fungũtur, eo priuari debent, vt habetur in cap. cõmissi, de hæretic. in 6. & in l. infamia. C. de Decurio. lib. 10. & l. 7. tit. 6. par. 7. Cæterùm illo 11 rum filij huiusmodi honoribus, officijsquè publicis minimè inter dicuntur, vt est videre in cap. statutum 2. de hæretic. in 6. & leges Regiæ compilationis superius allegatæ non obscurè significant, tradit Rojas de hæretic. singulari, 66. & antea Simanc. Cathol. institit. tit. 29. num. 14. Illud autem mi- 12 nus mihi placet, quod idem Simancas scriptum reliquit eodem loci, num. 17. has pœnas non comprehendere filios eorum qui in hæresim relapsi, morti traditi sunt, id est, seculari brachio relaxati, si parentes facti pœnitentes decesserint: in qua opinione fuit Dominicus, & Decanus Segouiensis, reclamantibus Ioanne Andrea, & Philippo Franco in capit. super eo, de hæretic. in 6. Mihi sanè probabilior videtur opinio Ioãnis Andreæ, & Philippi Franci, nam (vt cætera omittam) lex illa Regia Recopilationis, contrarium videtur probare, cum generaliter loquatur, & generaliter sit intelligenda: præsertim in odium hæreticæ prauitatis, & in fauorem fidei Catholicæ; cuius gratia multa introducta sunt priuilegia: & ita à Simanca desiliunt pleriquè, vt est videre apud Azeuedo in illa lege Recopila- 13 tio. nu. 26. Pœnitẽtes, aut pœnitentiati illi dicuntur, aduersus quos nõ satis plena probatio reperta est, vt hæreseos dãnarentur, sed propter hæresis suspicionem, multa aliqua, seu extraordinaria pœna illis ad pœnitentiam adiuncta fuit, vt est intelligere ex cap. accusatus, de hæret. in 6. & hosce, nedum eorum filios horum iurium, legumq; prohibitio non complectitur, sed admitti 14

ad honores poterunt, & officia modo illis merita ſuffragentur, atque modo crimen, propter quod damnati ſunt, infamiam non
15 irroget: nam ſi crimen infamiam irroget, ſummouentur ab honore, quia infamibus dignitatum porte patere non debent, vt in
16 l. infamia, C. de dignita. lib. 12. Tale fuerit, ſi quis damnatus ſit ex eo quod binas eodem tempore contraxerit nuptias, vel propter Sodomiæ flagitium, aut propter ſortilegium, ij enim infamia notãtur, l. 1. ff. de his qui notantur infamia, l. 4. tit. 6. part. 7. cap. infames 6. quæſtio. 1. cap. conſtituimus, 3. quæſt. 1. ideoque ad honores admitti non
17 debent. Idemque iuris erit de ijs quibus ſacrus benedictus iniectus eſt. Neque aliud dicendum eſt de ijs qui damnati ſunt publicã
18 agere pœnitentiam: ij enim omnes, cùm infamia notentur, arcendi ſunt ab honoribus, & officijs, vt ſcribit Specul. tit. de teſte, §. 1. nume 85. Diuerſa tamen cauſa eſt inter filios hæreticorum, & filios infamium: nam hæreticorum filios leges (vt relatum eſt) ab honoribus propellunt, non tamen infa-
19 mium filios. Sed ij admitti ad honores, & officia poterunt, ſi alia de cauſa prohibiti non ſint: cùm etenim in filios infamium hanc pœnam legibus impoſitam non reperiamus, ſubſiſtendum nobis eſt, quoniam ſecundùm receptam ſententiam, pœna priua
20 tionis non eſt alicui imponenda, niſi in caſibus à iure expreſsis, l. at ſi, §. idem Labeo, ff. de Rel g. & ſumpti. funer. tradit gloſ. in cap. fin. de iure patronat. Iaſ. in l. cum quidam, ff. de liberis & poſthum. numer. 16.
21 Hoc etiam confirmat, quod ſcriptum eſt à Simancas Catholicar. inſtitut. tit. 64. num. 96. filios falſi teſtis, qui ſcilicèt, iurauit falſo in cauſa hæreſis, harum legum pœnam non comprehendere. Fallitur itaque Dueñas regula 345. ſcribens, ſi pater ſit infamis, & filios infamia notoria, namque iura
22 ab eo allegata id non probant. Ex quo ex facto aliquo conſultus, reſpondi, filium ſuſpẽdioſi, id eſt, eius qui laqueo ſibi mortem conſciuit, non eſſe remouendum ab officio tabellionis. Comprehendit autem horum iurium, legumque pœna non ſolùm filios in poteſtate conſtitutos, ſed etiam emancipatos, ſecundùm gloſ. in cap. ſtatutum, verbo, *volumus*, de hæretic. in 6. cui aſſentiun-
24 tur illic reliqui. Similiter etiam filios illegitimos, ſeu ſpurios has pœnas non effugere probandum eſt, ſecundùm gloſ. in cap. ſtatutum, ſupra allegato, & inibi Domin. &
25 Francum. Complectitur etiam horum iurium prohibitio nõ ſolum filios natos poſt admiſſam hæreſim, ſed etiam eos qui antea nati ſunt, vt eſt videre apud Palac. Rub. de obtent. Reg. Nauar. 5. part. §. 8. & Villadiego de hæreſi, quæſt. 23. Couar. lib. 2. reſol. cap. 8. nu. 5. & apud Didac. Per. in l. 3. tit. 9 lib. 4. ordin. verb. *Deſpues*, Simanc. Cathol. inſtit. tit. 29. num. 4. Rojas de hæret. aſſert. 44. Molina de primogen. 2. part. lib. 4. cap. 11. numer. 55. Hoc autem in fidei fauorem 26
introductum eſt: nam cæteris in caſibus legis pœna tantum vlciſcitur eos, qui poſt delictum admiſſum nati ſunt, vt extat expreſsè definitum in l. 6. tit. 27. part. 2.

SVMMARIVM.

§. *Primi.*

An filij hæreticorum, & eorum qui Maieſtatis crimine damnati ſunt poſsint in maioria ſuccedere? nu. 1. 2. 3. & 4.

Habere vaſſallos & iuriſdictionem, dignitatis res eſt, nu. 5.

Maioratus conſiſtens in dignitate, ad agnatos proximiores pertinet, ſi ſucceſſor hæreſim commiſit, quo vſque prima & ſecunda hæretici generatio finatur, poſtea autem ad deſcendentes reuertatur, num. 6.

§. PRIMVS.

QVid autem, ſi maioratus poſſeſſor hæreſis damnatus fuerit, an eius filij adipiſcentur maioratum? Hæc quæſtio duplicem tractatum habet: alter eſt, an propter hæreſis crimen maioratus publicetur, ſeu confiſcetur? vt vulgò loquuntur: alter, an in ijs caſibus, in quibus facta non fuerit maioratus publicatio, poſsint hæretici, ſcilicet relaxati, filij maioratum adipiſci? Priorem autem partem ſcientes prudenteſquè hìc miſſam facimus, quoniam ad amuſsim eam examinat Gregor. Lop. in l. 4. titul. 11. part. 6. & Anton. Gom. in l. Taur. 40. nu. 91. necnõ Molina de primog. lib. 4. c. 17. Quorſum enim attinet quæ illi illic abundè & eruditè expoſuerunt, nos hùc intempeſtiuè inculcare? Secundam igitur quæſtionem definientes, ſciendum eſt, Greg. Lopidem l. 2. titul. 2. partit. 7. verbo, *Mandas*, hanc tractaſſe quæſtionem in filijs eorum, qui læſæ Maieſtatis damnati ſunt: verùm enim verò nõ omninò idem ius verſatur in filijs iſtorum, quod in filijs hæreticorum,

ſepara-

separata enim vtrorumq; causa est: siquidē
1 propter flagitium læsæ Maiestatis humanę, reorum filij à parentum, cognatorumquè, atq; adeò extraneorū remouentur hęreditate, l. quisquis, §. 1. C. ad leg. Iul. Maiest. l. 2. tit. 2. part. 7. Atqui hæreticorum filij minimè submouentur à cognatorum parentūque successione, nedum extraneorum, l. agnouimus, C. de hæret. d. l. 2. tit. 2. part. 7. Segura in l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgari & pupillari, col. 4. Anton. Gom. in commentar. tit. de crimine læsæ Maiestatis, nu.
3 13. Atque hac de causa Molina dict. libr. 4. c. 11. nu. 52. & ante eum Simanc. Cathol. instit. cap. 9. nu. 271. existimant, filium hæretici non esse submouendum à successione maioratus: quorum ego sententiam amplectendam putauerim, cùm maioratus non
4 consistat in dignitate. Aliter atq; si in dignitate consistat, putà si sit Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus: nam tū putauerim, filios hæreticorū ab illo remouendos, cùm secundùm iura ciuilia, & Pontificia ab omni honore arceantur: id quod probari videtur in l. 4. tit. 26. partit. 7. quæ licèt in hæretico loquatur, tamen ex analogia, seu rationis similitudine ad hæreticorum filios protrahenda videtur. Idemque probandum vi
5 detur, si maioratus habeat vassallos cum iurisdictione: nam habere vassallos, & iurisdictionem, dignitatis res est, secundum Archidia. in c. 1. de constit. lib. 6. & secundum Barba. de præstantia Cardina. 1. part. q. 1. nu. 39. Balb. in titu. de ijs qui feudum dat. pos. verb. *Marchio*. Et durum sane videtur, vt ipse Molina fatetur loco superiori, vt filius hæretici, qui vel officium tabellionatus habere non potest, vel chirurgi, possit
6 habere Ducatum, aut Marchionatum. Deueniet igitur maioratus huius dignationis ad agnatos proximiores, qui secundum maioratus conditiones succedere debent, vsq; dum prior, aut secunda hæretici finiatur generatio: deinceps verò reuertetur ex integro maioratus ad descendentes hæretici, qui alioqui vocantur ad maioratum, ex argumento legis primæ, ff. de succes. à dicto, atque legis secundæ, ff. de excusationibus tutorum. Vt omittam conditiones quæ de more in maioratuum institutione adijci solent, id quoque euincere: cogita tamen, quia res magni momenti est, & legito Tiraquel. de primogen. quæstio. 3. His autem de rebus solet Rex & supremus Inquisitionis Præses dispensare, seu pœnam condonare, vt nostrates leges Regiæ satis significant, & memorat Simancas dicto cap. 9.

SVMMARIVM.
Different. 109.

Inter retractum rei familiaris, & emphyteuticæ an sit aliqua differentia, nu. 1.

Retractus rei emphyteuticæ intra duos menses fieri à domino potest, nu. 2.

Facultas retrahendi rem emphyteuticam, cedi non potest, nu. 3.

Retractus ex pacto de retrouendendo cedi potest, numer. 4.

Inter retractum rei familiares, & rei emphyteuticæ, & de retrouendendo, different. 109.

INter retractum rei familiaris, & retractum rei emphyteuticæ non nihil interest: siquidem retractus rei familiaris intra nouem dies quā vendita res est, fieri debet, vt est cōprehensum in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilationis: at retractus rei emphyteuticæ intra duos menses fieri à domino potest, iuxta legem 3. C. de iure emphyteu. & iuxta legem 29. titul. 8. part. 5. in illo tamen ambæ illæ actiones interse conueniunt: nam perindè ac consanguineos sibi ipsi retrahere debet, non alij, vt lex ipsa Regia declarat, & quod ad ius commune attinet, tradit Boer. decisio. 139. ita à domino rei emphyteuticæ hæc retrahendi facultas cedi in alterum non potest, vt eleganter tradit Guido Papæ decisio. 411. Diuersa causa est retractus fiduciarij (quem vulgo de retrouendendo appellamus) nam in hoc permissum est venditori, actiones sibi competentes alteri præstare, vt responderunt Baldus cons. 38. lib. 3. Paulus de Castr. consil. 1. volumine 2. Iason in l. 1. §. fina. ff. de noui operis nuntiat. & alij quam plures apud Tiraquel. de retractu linag. §. 26. glos. 3. numer. 1. Et denique eam communem esse opinionem, fidem facit Hieron. Gratus responso 157. libr. 2. nemoquè ferè est qui ab ea discedat, nisi Angelus in l. ad officium, C. communi diuidundo, & Ruinus consilio 72. libr. 1. atque ex nostratibus Gregor. Lop. quaquam nutans, in lege 42. titul. 5. partit. 5. verbo. *Que el vendedor*. Diuersitatis autem causas tute perspicere poteris: nam mihi modò minus quidem per valetudinem liet.

SVMMARIVM.
§. Primi.

In rebus venditis locum non habet retractus, & Guillelmi de Cuneo impugnatur opinio, numer. 1.

De iure Digestorum creditorem in rebus creditoris distrahendis consanguineo præferri: hodie verò præferri consanguineum, nu. 2.

Si quis emat actionem potest possessor tantundem offerendo cessionarium expellere, nu. 3.

Dominus emphyteusis potest intra duos menses rem emphyteuticam retrahere, quam emphyteuta alienauit, nu. 4.

Dominus emphyteusis pro tanto debet præferri, etiam in comparandis fructibus rei emphyteuticæ, nu. 5.

In locutione fundi emphyteutici, dominus emphyteusis pro tanto præferendus est, nu. 6.

Emphyteuta præferendus est pro tanto in rebus emphyteuticis, quando generationes extinctæ sunt, & dominus vult alteri concedere emphyteusim, nu. 7.

Emphyteuta debet emphyteusim retrahere intra annum, nu. 8.

Habens fundum conductum à republica, vel à fisco, finita locatione præferendus est omnibus alijs pro tanto, nu. 9.

An præcedens conclusio ad Regia vectigalia præferenda sit? num. 10. & 11.

Et an procedat in conductione rerum priuatarum? nu. 12.

Emphyteuta rei priuatæ non potest fundum vendere irrequisito domino: at verò emphyteuta potest irrequisita, etiã vniuersitate fundũ vẽdere, nu. 13.

Prior conductor non habet ius, vt dominus pro tanto ille rem locet, numer. 14. & numer. 15.

Scholares habent priuilegium, vt tantundem offerentes, præferantur in conductione domus, nu. 16.

Hodiè retractus, aut competit iure sanguinis, aut iure communionis, nu. 17.

Quando habet locum retractus iure sanguinis? num. 18.

Retractus nomen in scholis frequentari, nu. 19.

§. PRIMVS.

ET quoniam in retractus mentionem incidimus, loci opportunitas me suadet, vt de retractu nonnulla dicamus, breuiter tamen, vt solemus; nam omnia persequi, proprium desiderat syntagma, siue volumen. Atque vt incipiam, sciendum est, 1
secundùm iuris communis regulas, retractum in rebus venditis locum non habere, l. dudum, C. de contraheda emptio. & illic Bald. & reliqui, præsertim Ioannes Igneus. Falsa est igitur opinio Guillelmi de Cuneo l. 1. ff. de priuilegijs creditorum, dicentis, posse vicinum cogere vicinum fundum habentem venalem, vt tantidem, id est, pretio ab alio oblato, sibi vẽdat, tametsi illi se subscribat Fabian. de Monte, de emptio. & venditio. 3. part. quæst. 20. num. 41. nam ex aperto refragatur illis illa lex, dudum. Proin de meritò ab illorum discessit opinione Greg. in l. 55. tit. 5. part. 5. verb. *Deue auer.* Neque moror, quod Matth. de Afflictis, & Tiraquel. peculiares de ea re commentarios ediderunt; nam id ad proprios populorum mores magis spectat, quàm ad iuris communis placita, vt & ipsi fatentur. Sunt tamen casus, in quibus etiam ex iure communi retractus concedi solet, velut illud, quod est comprehensum in lege prima, ff. de priuilegij creditorum, vt in distrahendis bonis debitoris creditor præferatur consanguineo debitoris: id tamen nostrati Regio iure obrogatum est per legem 70. Tauri, quæ est hodiè lex 9. titul. 11. lib. 5. Recopilatio. iuxta quam, si res sit patrimonialis, consanguineus præferendus est creditori: in re autem patrimoniali sequenda erit illius legis decisio, cùm abrogata non reperiatur. Sic etiam, si quis emat, 3
seu redimat actionem, vt alteri litem moueat, possessor potest tantundem offerẽdo, quantum ille reuera numerauit, cessionarium, seu litis redemptorem expellere, iuxta consultissimam decisionem leg. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mandati; quartum intellectum nos (vt videmur) luculenter aperuimus libr. 2. rerum quotid. cap. final. 3. p. 4. §. Permissum est etiam, vt principio 4
diximus, iure communi domino emphyteusis retrahere intra duos menses rem emphyteuticam, quam emphyteuta ab alienauit, vt habes in l. final. C. de iure emphyteu. & in l. fin. titul. 8. part. 5. Quinimo vendente 5
emphyteuta fructus (quos in fundo emphyteuticario collegit) præferendus est dominus tantidem emere volens, secundum Iaso. in l. fina. C. de iure emphyteut. num. 11. & Tiraquel. in retract. linag. §. 1. glos. 7. nu. 39. tradit etiam Greg. Lop. in l. 55. tit. 5. part. 5. glo. 1. Estq; omnium communis 6
opinio, quæ res facit, vt credam, si emphyteuta

teuta locauerit fundum emphyteuticum, anteferendum esse dominum pro eadē mer
7 cede conducere volentem. Pari quoque iure permissum est emphyteutę,cùm vitę,aut generationes defierunt,retrahere bona emphyteutica,offerendo tantundem, quātum alius offert canonis, seu pensionis, vt extat Bart.bellissima sententia in l.1.§.permitti tur,ff.de aqua quotidia.& ęstiua,quę magis communiter ab alijs recipitur,vt alibi dixi
8 mus. Hoc autē genus retractus intra annū debet emphyteuta intendere, si credimus Iaſ.in l.præter ait,§.sed aliquando, nu.15.
9 ff.de noui operis nuntiat. Similiter si quis habeat prædium conductum à Republica, aut fisco,si finita conductione alius plus offerat,non est auferendum priori conductori tantundem offerenti,vt habetur in l.congruit,C.de locatione prædiorum ciuilium lib.11.& in l.quicūque 2.C.de omni agro deserto,eodē volumine, tradit Iaſ.in l.qui Romæ,§.cohæredes,num.28.ff.de verbo-
10 rum oblig.& Boer.decis.107. Sed an id sit porrigendum ad Regia vectigalia, videamus. Et cuipiam id forsan, ita videbitur, cū par videatur esse ratio,& quia conductores ipsi quādoque ad id iure cōpelluntur,vt est videre in l.Cotem,§.qui maximos,ff.de publicanis:sed ego subsisto,propter leges Regias,disponentes de adiectionibus Regaliū vectigalium,in tit.decimotertio,lib.9.Recopilationis, quæ plus offerenti deferunt, non habita ratione prioris conductoris,ne-
11 que prioris licitatoris.Quarum sententiam ego aliquando secutus, ex facto respondi, nō posse populum, aut vniuersitatem retrahere,seu redimere victigalia iam semel addicta,pro tanto.Quapropter id à Rege impetrari solet,vulgò dicitur, *encabeçar*, vt in l.6.tit.9.lib.9.Recop.Quod autem definitum extat in dicta l.congruit,putat Didac. Per.doctus alioqui vir, & Magister noster non pœnitendus,in l.8.tit.2.libr.1.ordin. verb.*estudios*,pertinere etiam ad conductores rerum priuatarum, id est, etiam rei priuatæ conductorem, pro tanto esse præfe-
12 rendum nouo conductori. Ego vero contrarium sentio,neq; enim quod illic definitur in rebus publicis, trahendum est ad res priuatorum: diuersa enim causa est publici,ac priuati,l.in tantum, §.1.ff.de rerum diuisione.Sic etiam videmus, licet emphy-
13 teuta rei priuatæ non possit vendere fundū emphyteuticum,nisi interpellato domino, vt in l.fin.C.de iure emphyt.tamen emphyteutam fundi publici posse illum vendere, etiam nā requisita vniuersitate,neq, propterea cōmissi argui posse, præclarè scribit Iaſ.in l.fin.C.de iure emphyteut.nu.54.& 55.cuius diuersitatis rationem illic reddit. Denique,priorem cōductorem rei priuatæ
14 non habere ius,vt pro tanto ei dominus iterum locare teneatur,est tex.expressus in l. ne cui,C.de locato,& illic Bal.Salicet.& re
15 liqui:itaque illa lex,congruit, tātummodò fortitur locum in prædijs publicis, non in prædijs,aut domibus priuatorum,qui quidem locare possunt cui velint, non habita ratione prioris conductoris:id quod etiam ostendit Boer.decis.107. & Afflict.decis. 238.& Bertachinus de gabel.2.part.n.15. Quod autem statuitur in cap. 1.de locato, & in l.2.tit.9.part.1.vt scholares tantundem offerentes,non possint eijci de domo
16 cōducta:priuilegium scholarium est,proinde ad consequentiam non est trahendum.
17 Hæc præfati,videamus de retractu qui nostrati iure Regio datur,hic autem,aut competit iure sanguinis,aut communionis. Videamus autem primum de eo qui iure sanguinis datur,& postmodùm dicemus de eo
18 qui competit iure communionis. Iure sanguinis datur contractus cognato propinquiori,vt possit retrahere tantidem rem venditam à consaguineo,modo ea fuerit sui patris,aut aui,vt olim erat statutum in l.13. titul.10.lib.3.fori, & postea fuit instauratum in l.7.titul.11.libr.5.Recopilat. Fortasis autem hoc ius retractus traxit originem ab antiqua illa lege veteris Testamenti,per quam hoc ius retractus dabatur cognato propinquiori,vt habetur Leuit.25.& Iudicum 19.Retractus autem nomen,vt id
19 quoque dicamus, quanquam iurisconsultis familiare non fuerit:in scholis tamen, & inter recentiores interpretes hodiè frequens est, vt admonet Prateius in lexico, verbo, Retractus.

SVMMARIVM.
§. secundi.

Res retrahenda debet esse de patrimonio retrahentis:& qualiter hoc sit intelligendum,explicatur,nu.1.

Res empta à patre,& ab ipso vendita, non dicitur patrimonialis, & in ea non habet locum retractus,nu.2.

Ad hoc vt retrahi res possit,necesse est,vt fuerit patris,aut aui,nu.3.

Vt habeat locum retractus,debet res prouenire à

ſtirpe venditoris, & retrahentis, nu. 4.
In re quæ ſemel extra familiam, non habet locũ retractus, nu. 5.
Et procedit etiam ſi ad familiam reuertatur, nu mer. 6.
In rebus mobilibus non habet locum retractus, num. 7.
In vendita hæreditate an habeat locum retractus, nu. 8.
An vendita re familiari cum non familiari, habeat locum retractus, nu 9. & 10.

§. SECVNDVS.

1 VT autem hæc materia commodè percipi valeat quinque ſunt quæſtiones ſubnectendæ. Prima autem quæſtio oritur ratione rei: ſecunda, ratione perſonæ: tertia, ratione contractus: quarta, ratione ſolemnitatis: quinta, ratione fori. Atque vt de prima quæſtione dicamus, quæ oritur ratione rei, hæc eſt habenda concluſio: Vt retractus locum habeat, neceſſe eſt, vt res retrahenda ſit de patrimonio retrahẽtis, hoc eſt, vt fuerit ſui patris, aut aui, alterius ve maioris illius qui retractu experitur: nam patrimonij appellatione res talis omnino comprehenditur, authore Tiraq. de retractu linag. §. 32. gloſ. 1. num. 102. & Egrinar. in princ. inſt. de rerum diuiſione. Probatur autẽ hęc concluſio in illis Regijs legibus quas principio allegauimus, cæteriſquè illius tituli. 2 Veruntamen ſi res empta fuerit à patre, & ab ipſomet fuerit vendita, minimè dicetur patrimonialis; ceſſabitque ius retractus, vt expreſsim extat definitum in l. 15. tit. 11. lib. 5. Recopilationis, quæ magnoperè notabilis eſt; nam apud ſcribẽtes magna de ea re controuerſia erat, vt eſt videre apud Alexand. conſil. 29. volum. 1. & apud Boer. deciſio. 138. & apud noſtrates in leg. 3 70. Tauri. Cùm igitur ad retractum neceſſe ſit, vt res retrahenda, fuerit patris, aut aui, conſequens eſt dicere, ſi alterius fuerit conſanguinei, qui illam à ſuis maioribus non habuerit, ceſſare ius retractus. Sed & illud admonendi ſumus, ſi res fuerit aui venditoris, ſed non ex ſtirpe retrahentis, etſi is ſit cognatus venditoris, non habere ius retractus, vt ſignificat lex Regia, dum ait: *Todo home que heredad de patrimonio, ò abolengo, quiſiere vender, y alguno de abolengo la quiſiere comprar.* Significat itaque 4 lex Regia, vt retractus locum habeat, neceſſe eſſe, res proueniat ex ſtirpe vtriuſque tàm venditoris, quàm retrahentis, alioqui ceſſabit retractus. Quod contingere poterit, quando conſanguineus & venditor non ſunt coniuncti ex vtroque latere. Animaduertendũ eſt tamen, ſi res ſemel extra familiam exierit, extingui ius retractus: nam res quæ ſemel facta eſt alienabilis, ſemper remanet alienabilis, l. pater filium, §. quindecim, ff. de legat. 3. id quod in hac ſpecie, tradit Montal. in l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, verb. *Patrimonio.* Tiraq. de retract. linag. §. 32. gloſ. 1. nu. 6. Parum hoc etiam, ſi poteſt ea quam res exierit de familia, iterum ad familiam reuertatur, ceſſabit ius retractus; niſi forſan ex vi pacti primitus adiecti ad familiam reuertatur, vt ſentiunt Palac. Rub. Ciſuentes, & Antonius Gom. in l. Tauri, & Matienço in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilatio. gloſſa 7. num. 22. & eodem loci Azeuedo num. 74. & ita eſt accipiendus Tiraquel. dicto tractat. linag. §. 1. gloſ. 9. num. 159. & Boer. deciſio. 78. Neceſſe eſt etiam, vt res quæ trahenda eſt, ſit immobilis: nam in rebus mobilibus non habet locum retractus iure ſanguinis, vt clarè oſtendit illa lex Regia, dicens: *Todo home que heredad de patrimonio*; & ita communiter noſtrates accipiunt, vt eſt videre apud Matienç. ibid. glo. 1. num. 7. In retractu verò iure communionis diuerſum eſt: nam & in rebus mobilibus, & ſemouentibus locum habet, Greg. Lop. in l. 55. tit. 5. part. 5. gloſ. 1. cui reliqui noſtrates ſe ſubſcripſerunt. Quid ergo dicemus de hæreditate vendita? Et magis eſt, vt demus locum retractui, ex ſententia Tiraq. dicto tracta. §. 1. gloſ. 7. num. 82. & Matienço loco ſuperiori, num. 47. non tamen pertinebit hæc lex ad nomina, vel actiones venditas, ſecundùm ipſum Tiraque. dicto §. 1. gloſ. 7. Quid verò, ſi res familiaris cum non familiari ſimul eodemque pretio vendatur? an dabimus locum retractui? Et reſpondent interpretes, audiendum eſſe conſanguineum retrahentem, quantum attinet ad rem familiarem, quæ quidem taxabitur boni viri arbitrio: atque hoc pretium cõſignabit retrahens, ſicuti ſcriptum reliquit Matthæus de Afflict. in tract. protomiſeos, §. 6. num. 8. & Ciſuentes, & Anton. Gom. in l. 70. Taur. ille quæſtione 39. hic numer. 15. Quibus etiam aſſentitur Matienço in dict. l. 7. gloſ. 7. nu. 31. & Azeu. eodem tit. l. 10. num. 10. & ante eos Tiraq. dicto tractat. §. 23. gloſ. 2. ideò referendus, quia bellè ait: Si emptor velit omnes res emptas relinquere retrahenti, audiendum eſſe. Cuius ſententiam admittendam puto, quando emptor docuerit, nõ ſe empturum fuiſſe alteras

5 6 7 8 9 10

teras res sine illa familiari, ex argumento legis cum plures, cum duabus sequentib. ff. de ædilitio edicto. Atque eodem pertinet lex tutor. §. 1. ff. de minor. vbi Iurisconsult. in hæc verba inquit: *Respondi, hactenus rescindi, nisi emptor à toto cõtractu velit discedi, quod partem empturus non esset.*

SVMMARIVM. §. tertij.

Venditor, & retrahens debent esse consanguinei num. 1. & 2.

An habeat retractum proximior consanguineus si res remotiori consanguineo vendatur. numer. 3.

Et quid si emptor, & retrahens sint in æquali gradu. num. 4.

Qualiter in retractu computanda sit propinquitas. num. 5.

Hæres qui non sit consanguineus venditoris, non potest ex persona defuncti rem retrahere. numer. 6.

Pater, & auus possunt retrahere rem filio, aut nepote vendente, si res fuerit patrimonialis. num 7.

Qui potest vẽditori abintestato, succedere: potest rem familiarem retrahere: est quidem regula Magistralis. num. 8.

Regula prædicta vsque ad quartum gradum procedit ex iure nostro. num. 9.

Spurius an habeat ius retractus, & quid in filio naturali, num 10. 11. 12. & 13.

Vsque ad quem gradum consanguinitatis sit admittendus propinquus ad retractum, num. 14. & 15. & 16. & 17. optima disputatio.

Quare aliter fit graduum computatio à iure ciuili, quam à Canonico? num. 18.

Clerico vendente, an sit locus retractui. numer. 19.

Proximiore consanguineo nolente rem trahere, transit ius retractus in sequentem. numer. 20.

Lite super retractu à propinquiore mota, & trã sactione sopita, nihilominus sequens habet ius suum integrum. num. 21.

§. TERTIVS.

1 SEd hæc hactemus de prima quæstione ratione rei, nunc dispiciamus de secunda quæstione, ratione personarum. Et illud imprimis obseruandum est, personas venditoris, & retrahentis consanguineas esse debere: nam si degener sit venditor; cessat ius retrahendi, vt paulo ante diximus. Quinimo necesse est vterquè sint prognati, seu descendentes ab stirpe, vnde res distrahenda dimanauit, vt satis significant legis verba, dũ ait: *Todo home que heredad de patrimonio quisiere vẽder, y alguno de aquel patrimonio la quisiere comprar*: id quod etiam animaduertit Anton. Gom. in l. 8. Taur. num. 8. quid ergo dicemus, si consanguineus vendat rẽ familiarem consanguineo remotiori, an proximior consanguineus habebit ius retrahendi? Mouet hanc quæstionem Montaluus, vir sua ætate cum primis doctus, in d. l. fori; sed parum sibi constans, modò ait, modo negat, siquidem in verb. Tanto, ait competere retractum proximiori consanguineo: at in gl. magna quæstione 6. negat illi retractum cõpetere: id quoque negat Castellus in dict. l. 70. Taur. verb. Parte, num. 26. E contrario dandum esse retractum consanguineo propinquiori, defendit Cisuẽtes in d. l. 70. Taur. & idem facit illic Ant. Gom. num. 13. & ante eos Tiraquel. de retractu lignag. §. 11. glos. 6. num. 14. Et hæc mihi verior videtur opinio, apertè enim probatur in illa lege Regia 7. Recopil. in illis verbis: *Y si dos ò mas la quisieren, si son en ygual grado de parentesco, partan la entre si: y sino fueren en ygual grado, aya la el mas propinquo.* Et eodem pertinet lex 24. tit. 3. lib. 6. Recopilat. atque ita hanc opinionem testatur magis receptam Matienço in illa lege 8. tit. 11. lib. 5. Recopil. glos. 5. num. 12. secundum quam est, si emptor, 4
& retrahens in gradu fuerint æquali, debere eos rem venditam æqualiter partiri inter se, vt lex Regia satis superque significat. Pro 5
pinquitas autem, seu cognatio hoc casu spectanda erit respectu venditoris, non ratione communis stirpis, sicuti (ne rem actam agamus) magno scriptorum examine citato (vt solet) demonstrat Tiraquel. de retractu lignag. §. 11. glos. 1. numer. 18. & sequent. & idem facit Matienço in dict. l. 7. glos. 2. numer. 11. Probatur autem hæc conclusio non obscurè in l. 8. tit. 11. lib. 5. Recopil. & illic animaduertit Azeued. nu. 2. Propter quod 6
dicendum est, hæredem qui non sit consanguineus venditoris, non posse ex persona defuncti rem venditam retrahere, nisi lis iam fuisset contestata cum defuncto, vt ipse Matienço edisserit loco modo citato, num. 23. Possunt autem pater, aut auus retrahere, fi- 7.
lio, aut nepote vendente, si res fuerit patrimonialis, secundum Tiraq. in illo tract. sæpè

alle-

allegato ad fin.tit.num.92. Id quod multo magis ſecundum noſtrates leges Regias probandum eſt, nam latiſsimè illarum verba patent, & omnibus conſanguineis concedunt ius retractus, modò res fuerit patrimonialis & rogo, ſi conſanguineis ex tranſuerſo hoc ius conceditur, quare negabimus illud aſcẽdentibus, quorum iura in ſucceſsionibus conſtat eſſe potiora, quam collateralium? (vt vulgari verbo vtar.) Vt autem breuiter & in ſumma intelligere valeas, quæ perſonæ habent ius retractus, ſcire debes, hoc ius
8 metiendum eſſe è regulis quæ tradi ſolent in ſucceſsione abinteſtato; omnis itaque qui poſſet ſuccedere vendenti abinteſtato morienti, poteſt etiam rem familiarem, ſeu patrimonialem ab eo venditam, vt intelligere facile eſt ex noſtratibus legibus Regijs, & tradit Petrus a Bellapertica in Authent.itaque. C. communia de ſucceſs. Faber in §.fin.inſtit.de legit. Tiraq.in retract. lignag.§.1.gloſ.9.& §.11.gloſ.10.Caſtellus in l.73.Taur.num.1.Anton.Gom.in l. 8.eiuſdem volum.num.8.Matienç.in l.12. tit.11.lib.5.Recop.n.1.Eſtque hæc (vt intelligo) perpetua & veriſsima regula, excepto eo, quod iure communi ſucceditur conſanguineis vſque ad decimum gradum, &
9 etiam iure Regio abinteſtato. Diuerſum in retractu, nam noſtrati iure Regio datur retractus, niſi duntaxat, vſque ad quartum gradum, velut paulo poſt dicemus. Ex hac autem concluſione definire facilè poterimus
10 quæſtionem illam quæ variam apud interpretes habet definitionem. An ſpurius habeat ius retractus, vt eſt videre apud Ciſuentem in lege 70. Taur.quæſtione 5. & latius apud Matienço in l.7.tit.11.lib.5. Recop. gloſ.2.num.2. Mihi ſanè diſtinguendum videtur, an respatrimonialis proueniat ex ſtir
11 pe paterna, an ex materna: nam ſi proueniat ex ſtirpe paterna: non habebit ſpurius ius retractus, quia neque habet ius ſuccedendi agnatis.l.ſpurius, &l.hac parte.ff.vnde cog
12 nati, l.6.tit.8.lib.5.Recopil. Atſi res patrimonialis deſcendat ex ſtirpe materna, habebit ſpurius ius retractus in his caſibus, inquibus poteſt ſuccedere cognato vendenti ab inteſtato: id quando fiat, habes in l.9. Tauri, quæ eſt hodie lex 7.titul.8.libr.5. Recopilat. vbi noſtrates late diſputant: & inibi Caſtellus expreſsim noſtræ conſentit diſtin
13 ctioni. Eandemque diſtinctionem ſequendam puto in filio naturali, ſcilicet, vt quando poteſt ſuccedere conſanguineo, iuxta legem fin.tit.13.par.6. detur illi ius retractus alioqui nõ. Et vt ſemel finiam, omnes quot quot iura remoueant à iure ſuccedendi ab inteſtato, & nos eos itidem à iure retractus repellemus. Illud etiam quæri ſolet, vſq; ad
14 quem gradum conſanguinitatis admittendus ſit propinquus ad retractum, & diſcolor eſt hoc caſu ius Regium à iure communi, nam iure communi vſque ad decimum gradum admittitur conſanguineus: vt liquet ex
15 Tiraq.dicto tract.§.1.gloſ.9.n.23. At ſecũdum noſtrates Regias leges vltra quartum gradum non admittitur, vt eſt definitum in leg.73.Taur.quæ eſt Hodiè lex.12.tit.11. lib.5.Recop. Succedit igitur quæſtio. An hæc quarti gradus computatio fieri debeat ſecundum ius Canonicum, an ſecundum ius ciuile, & par eſt inter noſtrates ſententia, ſecundum ius ciuile eſſe faciendam computationem, vt cernere eſt apud Ciſuent.in dict. lege 12.& ibidem Azeuedo. Sed rogo te, tantiſper diſpiciamus, an noſtrates rectè ſentiant: Ego enim videre videor eos non
16 rectè ſentire. Cur ita? Primum, quia noſtrates leges apertè diſſẽtiunt à iure ciuili: ſecũdum quod vſque ad decimum gradum datur ius retractus, vt antea diximus. Videntur igitur hoc caſu, noſtrates leges ſequi vel le computationem iuris Pontificij, quæ vſque ad quartum gradum ſolemne eſt fieri. Deinde quia iuxta vulgarem populi interpretationem, cum quartum gradum dicimus intelligimus ſecundùm computationem iuris Pontificij: vulgarem autem interpretationem plurimum in ea re valere manifeſtum eſt, l. cum de interpretatione. ff.de legibus leg. cum delanionis. ff. de ſupellect. legata. Tertiò, quia ſi ſecundum ius ciuile hanc computationem quarti gradus iniremus, nimis reſtringeretur ius retractus, quia non tranſgrederetur vltra fratrũ nepotes: cum interim ratio retractus ea ſit, vt res familiaris non exeat familiam, nimiſquè familię coarctaretur appellatio, quę alioqui latiſsima ſolet eſſe l.familiæ appellatione.ff.de verbor.ſignificat. Neque me mo
17 uet quod communiter traditur, computationem graduum traditam à iure Pontificio, ſolummodo obſeruandam eſſe, quando agitur de matrimonio: ſecus quando agitur de hæreditatis ſucceſsione: id quod probatur in l.2.tit.6.p.4. nam id quidem verũ eſt, niſi legislatoris aliam fuiſſe mentem appareat, velut in præſentiarum: non enim veriſimile eſt, legislatorem intra tam breue compendium conſanguinitatis voluiſſe familiam reſtringere. Atque pro hac noſtra opinione extat etiam Gregorij Lopidis ſententia in lege 11.tit.16.part.3.qui in ſimili caſu

li casu idem respondit: & rursus idem facit in l. 2. tit. 1. part. 7. verb. Quarto gradu,
18 quem post hanc nostram scripturam videre contingit. Rationem autem ob quam aliter fiat computatio graduum iure ciuili, & aliter iure Canonico, vt id obiter admoneamus, luculenter ostendit Olanus in concordia iuris, litera F. num. 85. & Sigismundus Lofred. in repetitione legis Iurisconsultus.
19 ff. de gradibus. An verò Clerico vendente, sit locus retractui, præter Clasicos in cap. constitutus, de in integr. restitutio. tractat. Montaluus in dicta l. 13. fori in glos. magna, & Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 13. Atque (vt plures, veluti vno fasce complectamur) latè & ad nauseam vsque disputat Matienço in dicta l. 7. glos. 2. num. 11. & ante eum apertius Marantha disput. 8. cuius ipse non meminit, vbi in summa distinguit, an Clericus vendat laico, an laicus Clerico, an Clericus Clerico, & hoc posteriori casu affirmat, cessare retractum, duobus autem prioribus retractui locum fore: cuius distinctionem verisimam esse reputo, & secundũ eam conuenientes esse scribentes, qui miro modo in ea re palẽtes sunt & discordes.
20 Propinquiori autem consanguineo nolente rem patrimonialem retrahere, posse sequentem suo iure vti, satis superque ex nos-
21 tratibus legibus datur intelligi. Quibus addito, si propinquus, cum semel litem nouerit, pecunia acceptaliti cedat, transigatquè cum emptore, ius integrum alteri propinquo remanere, vt retrahere possit, authore Boerio, decis. 76. num. 7.

SVMMARIVM. §. quarti.

An retractus in solo venditionis, contractu procedat, an etiam in reliquis. num. 1.

An leges retractuum sint odiosæ, vel fauorabiles num. 2.

Leges retractuum neque odiosæ sunt, neque fauorabiles, num. 3. & 4.

An leges retractuum extendendas esse ad contractus venditioni similes dicendum sit? numer. 5.

In contractu permutationis non est locus retractui. num. 6.

Si pro re patrimoniali alia res detur, & pecunia, an sit iudicandus contractus emptionis, vel permutationis, numer. 7. & numer. 8.

In emphyteutico contractu non habet locum retractus. num. 9.

Et quid si emphyteusis constitutione etiam pecunia domino detur. num. 10.

Retractus nunquam locum habet, nisi in venditione, aut contractu habente similem naturã. num. 11.

§. QVARTVS.

SVccedit tertia quæstio ratione contractus, & constat, nostrates leges soli ven- 1
ditionis contractui tribuere hoc ius retractus. Videamus igitur, an & ad cæteros contractus venditioni similes protrahendæ sint hoc vt rectè definiri valeat, desquirendum prius est, an huiusmodi leges retractum in- 2
ducentes, sint odiosæ, an fauorabiles, nam si odiosæ sint, restringendæ quidem erunt, sin autem fuerint fauorabiles, ampliandæ erunt. Tractant autem hanc quæstionem Tiraquel. in d. tractat. lignag. in præfatione & tandem concludit secũdum magis receptam sententiam odiosas esse, cui etiam se subscripsit Matienço in dicta l. 7. glos. 1. nu. 14 Ego verò omissis scribentium argumen- 3
tis ne quisquilias dixerim, quæ magnæ hoc loco sunt) vt ingenuè fatear quod sentio, existimo nostrates hasce leges retractum inducentes, neque esse odiosas neque fauorabiles: cessant etenim rationes quibus mouentur interpretes iuris communis, vt existiment, esse odiosas, scilicet, quia dicunt, statuta, & consuetudines, quibus hoc ius inducitur, odiosa esse, & stricti iuris. Enimverò hoc odium nostrates Regias leges minimè tangit. Quippequæ naturam habeant 4
iuris communis, non statutorum, veluti, vt cæteros omittam, tradit Palacius Rubeus in introductione Rubr. de donatio. inter. & nos diximus supra differ. Cùm igitur hæ le- 5
ges odiosæ non sint, eo ipso est dicendum, eas protrahendas esse ad contractus venditioni similes, veluti ad dationem in solutum sicuti placuit Fabro, & Alberico in l. si prædium. C. de euiction. & alijs quam plurimis apud Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. multo magis igitur nostrates id recipere debent, vt fecit Gregor. in l. 5. titul. 5. partit. 5. verb. Vendet. Cifuentes & Ant. Gom. & reliqui in l. 70. Tauri, & Matienço in dict. l. 7. glos. 7. num. 2. Ex quibus constat hanc communem esse opinionem. Quando igi- 6
tur nostrates leges soli venditioni tribuunt ius retractus, dicendum est, non esse dandũ retractum in contractu permutationis: id

quod

quod expressim extat definitum in illa lege
7 7. Recopilat. Si tamen pro re patrimoniali detur res alia, adiecta pecunia inspiciendum est, vtrum pluris constet pecunia quæ datur, an res quæ cum re patrimoniali adijcitur, nam si pecunia prævalet, erit venditio, dabiturque retractui locus: sin autē res nō patrimonialis plus valet, erit permutatio, cessabitque ius retractus, vt placere video Tiraquel. dicto tract. §. 33 glo. 2. num. 12. & alijs compluribus relatis à Matienço
8 in dict. leg 7. glos. 11. quod si res & pretium paria sint refert quo nomine contrahentes vsi sint, nam si nomine venditionis vsi fuerint, dicemus, esse venditionem, & habere locum retractum: sin autem permutationem dixerint, iudicabimus, permutationem esse, cessareque retractum, sicuti placuit Alciat. in leg. 2. ff. Si certum petat. & Boer. decis. 144. Non me clam est alios aliter sentire, sed hæc mihi proprior videtur distinctio, ne fraus aperiatur retractui. Quod autem de permutatione diximus, tantundem probandum puto in emphyteusi, nempè, vt licet in ea non habeat locum retractus, iuxta nostratium communem sententiam, vt
9 diximus libr. 1. rerum quotidian. cap. 3. §.
10 2. num. 31. Attamen si fundus datus fuerit in emphyteusi, accepta à domino pecunia, considerandum erit, an excellat pecunia, an pensio quæ pro emphyteusi est soluenda, nā si excellat pecunia, dicemus venditionem esse, & locum esse retractui, sin pensio excellat, cessabit ius retractus, veluti placuit Couarr. lib 3. variar. cap. 11. num. 3. & Tiraquelo dicto §. 30. nec non Pinelo in Rubr. C. de rescindenda vendition. 3. part. cap. 2. Memineris tamen cum dominus vendit emphyteusim, siue canonem emphyteuticum, tunc sine dubio esse locum retractui, vt superiores authores tradunt, & res per se manife
11 sta est. Et ad summam (ne de singulis agam) nunquam dabimus locum retractui, nisi in contractu venditionis, aut in eo qui venditionis sortiatur naturam.

SVMMARIVM, §. quinti.

Quæ solemnitas sit necessaria vt fiat retractus? num. 1.

In tempore retractus an dies termini computetur in termino? num. 2.

Venditionis, an traditionis tempus spectandum sit ad terminum retractus? num. 3.

A quo tempore currat tempus retractus, quando contrahentes in fraudem consanguineorum occulte contraxerunt? num. 4.

Dies retractus an cedat à die venditionis, an vero à die confectæ scripturæ, num. 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10.

Terminus datus ad retrahendam rem familiarem, non pertinet ad dominum directe dominij, is enim habet duos menses. num. 11.

Quando res patrimonialis est vendita cum pacto de retrouendendo quando discedat ad retrahendum? num. 12.

In qualibet pecunia posse fieri depositum. numer. 13.

Quid sit offerendum, quando pretium est incertum. num. 14.

Si inter contrahentes super pretio fraus fiat, donec id probetur, non cedit dies termini ad retrahendum. num. 15.

Retrahens tenetur soluere quod proxenitis datum est. num. 16.

Consanguineus qui facto deposito illud accepit, perdit ius retractus. num. 17.

Iuramentum debet præstari intra nouem dies retractus. num. 18.

Venditor audiri debet, si contra iuramentum retrahere volentis probare paratus sit. numer. 19.

Quæ indicia, seu præsumptiones admittantur cō tra iuramentum prætendentis retractum. numer. 20.

§. QVINTVS.

AD solemnitatem retractus, quæ quidē 1
quinta est quæstio, illud pertinet, vt actor, seu retrahens intra nouem dies, quam res fuerit vendita, consignet pretium quod emptor soluit, iuretquè sibimet retrahere, non alij, vt apertè est comprehensum in dict. l. 7. cum sequentibus tit. 11. libr. 5. Recopil. An vero dies qua facta est venditio computetur in termino, inter nostrates non satis conuenit, vt est videre illic apud Matienço & Azeuedo. Mihi verior videtur 2
opinio, vt dies termini non computetur in termino, vt concluſimus lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. part. §. 10. numer. 5. & idem placet Tiraq. dicto tractat. §. 1. glos. 11. & moribus seu fori assuetudine (quem stylum vocant) id receptum esse testatur Matienc. oculatus testis loco paulo ante citato, suffragaturque magnopere huic sententiæ lex illa septima Recopilationis, dum ait: *Y si despues que fuere vendida hasta nueue dias viniere,*

ita-

itaque ex aperto voluisse videtur, diem venditionis non computatum iri in termino.
3 Venditionis autem tempus spectandum esse non diem traditionis, & nostratium sentẽtia, & rerum vsu satis comprobatum est, vt intelligere licet ex ipsis Matienç. & Azeued.
4 isthic, id est. in illa l. 7. ille n. 10. hic 61. Illud tamen nunquam obliuiscaris, si contrahentes data opera in fraudem retractus fecere, vt clanculum scriptura conficeretur, ne, scilicet, consanguinei scientes redimerent, veluti si ex composito relicto suo oppido, in quo tabelliones aderant, aliò petierunt, ad scripturam conficiendam, non currere cõsanguineis tempus redimendi, nisi exinde ex quo venditionem factam esse resciuerint authore Tiraq. dicto tract. §. 1. glos. 10. nu. 58. cui consentit ex nostratibus Ioann. Gutierr. pract. quæst. lib. 3. quæst. 94. Illud etiã
5 ex facto sæpè quæri solet. an dies retractus cedat à die venditionis, an à die confectæ scripturæ? quam quæstionem latè prosequitur Gutierrez, loco paulo ante citato, vbi multis vltro citroque adductus argumentis tandem in ea sententia sedet, vt existimet, diem venditionis, nõ diem confectæ scripturæ spectandum esse, etsi contrahentes de cõ
6 ficienda scriptura mentionem fecerint. Mihi verò distinguendum videtur, an contrahentes nullam de conficienda fecerint mentionem? & tunc indubitatè dies venditionis spectandus erit: an verò de scriptura conficienda facta sit mentio, & eo casu ab scripturæ rogatione tempus retractus cedere, non
7 antea, ex decis. l. 6. tit. 5. p. 5. quæ veterum dissoluens dissensiones statuit, vt cum contrahentes faciunt mentionem de scriptura, nunquam venditio videatur perfecta, donec scriptura cõfecta fuerit. Dicere autem, legem illam abrogatam esse per l. 2 tit. 16. lib. 5. Recop. nihil aliud est, quam notissimas iuris regulas floccipiendere, quibus idẽ
8 tidem admonemur, ne vnquam in re dubia introducamus iuris correctionẽ. Atque ita illam legem septem partiti iuris abrogatam non esse, nostratibus communiter placere video, eam magnopere extollentibus, tantum abest, vt abrogatam dicant, in quibus est Greg. Lopides ibidem, & Couar. in cap. relatum. num. 9. de testam. Didacus Perez super illam legem ordinamenti, Menchaca controuersiarum illustrium cap. 28. num. 21. Anton. Gomez tomo 2. cap. 2. num. 7. qui in specie propositæ quæstionis nostram hanc distinctionem amplectitur, & nos latiùs comprobauimus, lib. 2. rerum quotid.
9 cap. 3. num. 47. Maneat igitur, cum contrahentes fecerint mentionem de scriptura cõferenda, spectandum esse tempus quo scriptura confecta est neque antea cedere tempus retractus iuxta decisionem illius leg. septem partiti iuris. Quæ tamen intelligenda
10 est locum non habere, quando certis argumentis constiterit, contrahẽtes, etsi de scriptura fecerit mẽtionem, nihilominus voluisse, vt contractus perfectus remaneret: veluti si emptor pretium numerauit, & venditor possessionem rei venditæ tradiderit, vt illic admonet Gregor. Lop. Eo igitur casu à die contractus cedit dies retrahendi, etsi de scriptura facta fuerit mentio, sicuti nos quoque
11 admonuimus dicto lib. 2. rerum quotid. c. 3. num. 48. Hunc autem terminum, qui ad contrahendam rem familiarem datur, certi iuris est, non pertinere ad dominum directi dominij, nam huic dantur menses ad redimendam rem emphyteuticam, quæ eo inuito vendita est, si nolit potius commissi agere, vt habes in l. fin. C. de iure emphyteuticam, quæ inuito vendita est, si nolit potius commissi agere, vt habes in l. fin. C. de iure emphyteut. & in l. fin. tit. 8. part. 5. Quando
12 verò res patrimonialis est vendita cum pacto de retrouendendo quando dies termini ad retrahẽdũ cedat, tractat Tiraq. de retract. linag. ad finem titu. num. 108. & Couarr. Variar. resolutio. lib. 3. cap. 11. Depositum
13 autem fieri quacunque pecunia potest: quinvas argenteum potest offerri, tanquam pecunia numerata, vulgo dicimus, por plata quebrada, vt placet Cifuentes in l. 70. Taur. sub finem, placet & Matienç, & Azeued. eodem loci, idque verius est, & merito præualuit, vt retulimus lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 6. part. §. 17. numero 19. vbi alios multos in eandem sententiam citauimus, quæ hic, ne odiosa replicatio lectori generet fastidium, repetere supersedimus. Sed
14 si pretium non fuerit liquidum, sed incertum, sufficit consanguineo retrahenti consignare id quod certum est, & pro incerto offerre fideiussores, vt est scriptum, à Matiẽç. in l. 9 titul. 11. lib. 5. Recopil. & illic Azeuedo, num. 18. Quin si contrahentes ve-
15 rum pretium in scriptura non expressérint, sed maius forsan adiecerint in fraudem retractus, non cedet consanguineo tempus retrahendi, donec verum probetur pretium, authore Tiraquel. dicto tractat. §. 4. glos. 2. & glos. 3. & §. 36. glos. 2. numero 2. Tenetur
16 præterea consanguineus retrahens soluere emptori id quod expendit in proxenetis, & notarijs, vt est par inter nostrates sententia, in quibus est Matienço in dict. l. 7. glos. 3. n.

32. Ve-

32. Veruntamen id ego ita intelligendum esse puto, vt etsi retrahēs intra nouem dies has non impoſuerit impensas, non perdat ius retractus, quia leges Regiæ huius impendij depoſitum non exigunt : ſatis erit ergo ſi poſtea, reo petente, actor has ſoluerit expenſas, neque aliud noſtrates ſentire credendum eſt. Illud etiam palam eſt, ſi retrahens poſt factum depoſitum, illud acceperit, & in vſus ſuos conuerterit, perdere eum ius retractus, quaſi depoſito renuntiare videatur, vt probatur in l. Acceptam. C. de vſuris, & in l. 1. C. qui potiores in pignore habeant. Quod autem ad iusiurandum attinet, noſtratibus placere video intra nouem dies retractus præſtandum eſſe à retrahente alioqui cauſa cadet propter omiſſam ſolemnitatē, neque puto eum lapſo termino moram prorogare poſſe : ſiquidē cum tempus ſtatuitur à lege, ſiue ciuili, ſiue municipali, intra quod quid fieri debet, non admittitur purgatio moræ, iuxta Innocentij ſententiā in cap. cum in tua, qui matrimonium accuſare poſſunt, cui ſe illic ſubſcripſit Panorm. ſubſcripſerunt ſeſe & alij multi apud Tiraq. de retract. linag. §. 3. gloſ. 4. num. 2. & §. 8. gloſ. 1. Si tamen reus, ſeu emptor aduerſus hoc iusiurandum velit prouare contrariū, ideſt, actorem non ſibi, ſed alij retrahere, audiendus eſt, vt ſcribit ipſe Tiraqu. dicto tract §. 1. gloſ. vnica, & §. 4. gloſ. 1. Quin placet mihi ſatis eſſe, ſi id certis probet argumentis & conie&turis ſatis eſt vt probetur, vt in l. dolum. C. de dolo. quale illud fuerit, ſi retrahens pauper fuerit, & conſtet, eum nummos accepiſſe ad retrahendum à diuite, cui confine eſt prædium cum prędio vendito: præſumendum eſt enim, cum non ſibi, ſed diuiti retrahere, & a retractu repellendum.

SVMMARIVM. §. ſexti.

Quæ actio datur conſanguineis ad retrahēdum. num. 1.

Vbi poſsit in iudicio retractus reus conueniri. num. 2.

Aduerſus tertium poſſeſſorem competit ius retractus. num. 3.

Si pretium depoſitum caſu pereat, cuius id periculo contingat, remiſsiue. num. 4.

Lite mota inter conſanguineum & emptorem ſuper fraude contractus, venditor an ſit legitimus teſtis? numer. 5.

Quæ in fraudem retractus fiunt, in foro conſcientiæ fieri non poſſunt num. 6.

§. SEXTVS.

POſterior queſtio eſt ratione fori, hoc eſt, vbi reus conueniri debeat. Id autem vt intelligamus, neceſſe eſt, diſpiciamus prius, quæ actio detur conſanguineo ad retrahendum. Et noſtris interpretibus, tam iuris Regij quàm iuris communis placet dari actionem in rem ſcriptam, vt eſt auctor Montalius in d. l. fori gloſ. mag. & Anton Gom. in l. 70. Taur. num. 36. & Tiraq. in d. tract. gl. 5. num. 6. quorum ſententiam nos quoque amplexi ſumus ſuperius differentes. Cum igitur actio ſit in rem ſcriptam, dicendum eſt, reum conueniri poſſe, vel vbi habet domicilium, vel vbi extat res patrimonialis, iuxta l. 1. & l. fin. C. vbi in rem actio, & iuxta cap. dilecti, de foro compet. Conſequitur etiam dari hanc actionem retractus aduerſus tertium poſſeſſorem, puta, ponamus quod primus emptor intra nouem dies vendidit alteri, vt bene animaduertit Montalu. d. gl. magna, & Tiraq. dict. tract. §. 8. gloſ. 5. nu. 9. & §. 12. gl. 1. num. 26. quid vero, ſi pretiū inter litigandum perierit apud ſequeſtrum caſu fortuito, pone incendio, ruina, aut impetu aquarum, vel quia fortaſsis ſequeſter foro ceſsit, vel rationes conturbauerit, conſulito Tiraquel. dicto tractat. §. 1. gloſ. 12. num. 2. Illud etiam memineris, ſi lis oriatur inter conſanguineum retrahentem, & emptorem, quia fortaſsis conſanguineus allegat contractum fuiſſe factum in fraudem retractus, venditorem eſſe legitimum teſtem, tametſi ipſe ſolus non faciat plenam fidem, ſed ſemiplenā, authore Alexand. conſ. 127. volum. 7. & multis comprobat copioſus ille Tiraq. d. tract. §. 1. gloſ. 14. num. 14. num. 46. & 53. Sed illud nunquam obliuiſcaris, quæ in fraudem retractus machinantur, ſine periculo conſcientiæ non fieri, ſecundum Fabr. in princip. inſtit. de emption. & vendit. & Tiraq. in præfat. de retract. linag. num. 35.

SVMMARIVM. §. ſeptimi.

Qua ratione ſolemnitatis ſtatuta ſunt in retractu con-

ctu consanguineorum, ea etiam procedere in retractu communionis. num. 1.

Quando res dicatur communis. num. 2.

Communio requiritur in dominio eiusdem qualitas, num. 3. & 4.

Domino solũ vendente, superficiarius an habeãt ius retractus. num. 5.

Domino vendente vassallos, an vassalli habeant ius retractus. num. 6.

Altero fratre vendente vassallos, frater qui habeat in castro partem, poterit vassallos redimere. num. 7.

Frater si nocendi fratri causa castrum potentiori, seu magnati vendat, rescindendam esse venditionem. num. 8.

Vno ex emphyteutis alienante, an alter emphyta possit retrahere, nolente domino directo suo iure vti. num. 9.

Si res sit partim diuisa, & partim in diuisa, an sit locus retractui. num. 10. & 11.

Furnum, molendinum, & torcular, indiuidua sunt. num. 12.

In re communi plurium ex disparibus partibus qualiter fieri debeat retractus num. 13.

Si res communis fuerit vendita vni ex consortibus, poterunt cateri consortes suo iure vti, etsi venditor maiorem partem habeat. numer. 14.

Consanguineus, & consors simul, an tantum consorti præferatur in retractu. num. 15.

Per pactum an possit induit ius retractus, n. 16. 17. & 18.

§. SEPTIMO.

1 SEd hæc hactenus de retractus ratione sanguinis, nunc dicamus de retractu qui datur ratione communionis, quod quidem est introductum non iure communi, sed Regio in illa l. 55. tit. 5. part. 5. Hic autem duplex tantum tractari quæstio poterit, scilicet ratione rei, & ratione personæ, nam cætera quæ ad contractum & solemnitatem, forũque spectant, hæc omnia communia sunt cum retractu sanguinis, iuxta l. 75. Tauri, quæ est hodie l. 14. tit. 11. lib. 5. Recop. Qui nimo vna duntaxat quæstio satis erit, nam si intellixerimus quæ res sit communis, simul intelligemus, quis dicatur consors, cui dandum sit ius retractus. Videamus igitur, quãdo res dicatur communis. Et in summa dicendum est, rem esse communem, quando est communis pro indiuiso: secus si limite sit aut termino diuisa, quia tunc aut dicetur cõmunis, cessabitque ius retractus l. magis puto. §. fin. ff. de rebus eorum l. 3. C. de commun. rer. alien. l. si quis duas. §. si quis parte. ff. commun. præd. tradit Bald. in l. dudum. C. de contrahend. empt. & Gregor. Lop. in dicta leg. 55. verb. Communalia Anton. Gom. in l. 57. Taur. num. 27. & illic reliqui Clasici, & Matienç. in l. 13. tit. 11. lib. 5. Recopil. glos. 3. num. 5. estque inter nostrates hæc communis sententia. Hæc autem 3
communio, siue hoc consortium debet esse in dominio eiusdem qualitatis, nam si diuersæ fuerit qualitatis, cessabit ius retractus, veluti si proprietarius vendat fundum, non habebit vsufructuarius ius retrahendi. Et simi liter si dominus directi dominij vendat canonem, quem debet emphyteuta, hoc est, directum vendat dominium, non potest emphyteuta retrahere, quia videlicet diuersum 4
sit dominium directum & vtile, in qua sententia fuit Gregor. Lop. in dicta l. 55. verb. Comunalmente, & antea id placuit Castellio in l. 74. Taur. num. 5. quibus se subscripsit Auend. responso 12. num. 7. Secundum 5
hoc igitur dicendum esset, domino solum vendente, superficiarium non habere ius retractus: sed contrarium extat definitum in l. 13. tit. 11. lib. 5. Recopil. Diuersitatis rationem tute quæso rimare, nam mihi modo per valetudinem non licet, nisi modò dicamus, propter fauorem ædificiorum id introductum esse, nam eorum causa multa aliàs in iure singulariter statuta esse liquet, vt in l. penult. & fina. ff. de damno infecto, & aliàs passim. Sed & illud dispiciamus, an domino 6
vendente vassallos, habeant vassalli ius retractus. Et placuit Montaluo ius illos habere in l. 2. tit. 24. part. 5. sed contrarium scribit Greg. Lop. in l. 4. tit. 13. p. 7. verb. Desamparar. Montalui tamen opinio moribus prævaluit, adeo vt etiam elapsis nouem diebus, atque adeo multis alijs solitum sit vassallos audiri à Regio consilio, illosquè in libertatem asserere: nam cum id in Regiæ iurisdictionis amplitudinem cedat, benigne solent ab Auditoribus Regijs audiri: pro quo vsu seu stylo, vt vocant, facit lex 15. tit. 3. libro 6. Recopilat. Altero igitur fratre ven- 7
dente vassallos, posse alterum fratrem, qui partem habeat in castro, redimere, nulla du 8
bitatio est. In quo illud est memoria dignũ, si alter ex fratribus, vt noceat suo fratri, vendat castrum, seu vassallos potentiori, putà, magnati, improbam esse venditionem, & iure rescindendam, authore Iasone in l. seruielectione. §. Labeo, n. 13. ff. de legat. 1. Il 9
lud quoque neminem præterit, vno ex emphyteutis alienante, posse alterum emphyteutam, cuius est emphyteusis, retrahere, scilicet,

scilicet, nolente domino vti iure suo, secu
10 dum Gregor. Lop. in d. l. 55. verb. Comunalmente. Sed finge, rem esse partim diuisam, partim indiuisam, puta, molendinum cui plures seruiunt molæ frumentariæ sub eodem tamen tecto: sed domini molendini separatim habent molas, pone, singuli singulas: fuit quæsitum, an vendente vno, habeant cæteri ius retractus ratione communi-
11 nionis. Et magis mihi placet, vt ius retractus dandum sit illis quia id quod præcipuũ est, scilicet, aqua, ædes, & riuus, sine quibus molendinum non constat, pro indiuiso possidentur, id autem quod principaliter inest. inspiciendum est, l. cum in diuersis. ff. de Religiosis & sumptib. funer. l. 2. tit. 5. lib. 2. Re
12 copilationis. Adde, molendinum, furnum, & torcular, quoniam eorum vsus in faciendo cõsistit indiuidua esse, vt probat. l. 3. tit. 4. lib. 3. fori, & nos diximus lib. 1. rerum quotidianar. cap. 7. Quæstionis est etiam, si res communis vendatur extraneo, sed est cõmunis, non æqualiter, sed dispariter inter plures socios, putà, quia vnus habet dimidiũ & cæteri habent reliquas partes, omnesquè concurrunt ad redimendum, quemadmo-
13 dum ius dicendum putas? Et magis conuenit inter scribentes, pro virili parte: quam quis habet in re dandum illi esse ius retractus, vt placuit Fabiano de Monte, de empt. & vendit. quæst. 3. num. 43. & 44. & Cisuentes in l. 75. Taur. quæst. 2. & Matienço in l. 13. tit. 11. lib. 5. Recopilat. glos. 3. num. 8. & in eandem sententiam videtur inclinare Gregor. Lop. in dict. l. 55. verb. *Que han.* Et quanquam non desint, qui reclament apud Tiraq. de retract. linag. §. 11. glos. 6. num. 11. & 17. hæc tamen mihi verior videtur opinio ex l. re coniuncti. ff. de legat. 3. & quæ
14 illic eff. isè commentãtur interpretes. Secũdum hæc igitur, si res communis fuerit vendita vni ex consortibus, poterunt cæteri cõsortes suo iure vti, etsi emptor maiorem partem habeat in re vendita, vt significat illa lex 55. septem partiti iuris, & in hac sententia videntur consentire, Gregor. illic, verb. quehan & Tiraq. de retract. linag. §. 11. &
15 glos. 6. num. 11. & 17. quid putas igitur, si vnus sit consanguineus vẽditoris, cui ratione sanguinis competit retractus, simulque sit consors in re vendita, alter verò duntaxat habeat communionem in re, sed sit degener, an sit præferendus consanguineus cõsorti degeneri? & ita sanè mihi sanè videtur qua duo vincula potiora sunt vno, authent. itaque C. cõmunia de succes. & in hac sententia videtur esse Alex. consil. 17. volumine 6. num. 6. & eodem pertinent quæ affert Affli&. in tractat. protomiseos. §. 3. & suffragatur l. Imperator. ff. de pact. Et hoc quidẽ est memoria dignum, nam nostrates non tãgunt, si satis memini. Sed quoniam nostrates, atque etiam alienigenæ effusius hoc argumentum, seu materiam tractat, hæc sufficiant pauca de plurimis, transeamus ergo aliò. Si tamen prius illud tractauerimus, an 16
paciscendo introduci possit ius retractus, id quod tractant Auend. responso 12. & ante eum doctissimus Boerius decis. 49. ideò referendus, quia commodè rem tractat, & Auend. illius non meminit. Meum autem iudicium si spectes (quod scio quàm sit exiguum) ego sic distinguendum puto. Aut 17
hoc pactum adiectum est in fauorem eius qui habet ius in re, & tunc puto dandum esse locum retractui, vt puta, cum sit locatio ad longum tempus, vel venditor census, & locator, seu venditor promittit, non se venditurum fundum locatum, vel pignori nexum, priusquam ipse conductor, aut emptor fuerit interpellatus: quod si aliter vendiderit, venditio sit nulla, ipseque conductor, vel emptor possit pro eodem pretio redimere: nam cum eo casu venditio contra pactum facta sit nulla, poterit emptor, aut cõductor fundum venditum redimere, iuxta ea quæ affert, Bart. in l. creditores. C. de pignoribus, & alij alibi latè, præsertim Cassaneus in consuetudinibus, Buagund. Rubrica 11. §. 3. n. 32. Aut vero pactum fuit adie 18
ctum in fauorem eius, qui ius non habet in re, & eo casu puto eiusmodi pacto non induci ius retractus, ex l. nemo ff. de pactis, quæ est penult. est penult. illius tituli. Agere itaque tantummodo tunc poterit emptor, vel conductor contra venditorem vel locatorem ad id quod interest, iuxta leg. si sterilis, §. si tibi fundum, de actionibus empt. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. cohęredes. ff. de verbor. obligat. l. si quis ita §. ea lege, eodem tit. l. ea lege. C. de cond. & ob caus. quibus addito l. 43. tit. 5. part. 5. & Anton. Gom. in l. 45. Taur. num. 13.

SVMMARIVM.

Differentiæ 110.

In quo differat ab vsucapione præscriptio? numer. 1.

Vsucapio ad excipiendum valet, & ad agendũ. num. 2.

Præs-

Præscriptio temporis,quid sit? nu.3.
Præscriptio temporis valet ad excipiendum, ad agendum minimè, nu.4.
Facta executione in fideiussorem, tempus exequendi principalem sibi currit à tempore quo sibi sunt actiones cessæ: elegans quidē quæstio, num.5.6. & 7.

Inter vsucapionem, & temporalem præscriptionem, differentia, 110.

1 VSucapio & temporalis prescriptio hoc distant, quod vsucapione (quæ quidem tam res soli, quàm mobiles complecti tur) iustum, legitimumque, siue directum dominium acquirimus: nihil enim est vsucapio, nisi adiectio, vel acquisitio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti, vt definit Iurisconsultus in l.3.
2 ff.de vsucap Itaque non solùm ad excipiendum valet vsucapio, sed etiam agendum, si forsan is qui vsu cœpit, possessionem amisit. At præscriptio temporis nihil aliud est,
3 quam exceptio quæ datur à lege, propter lapsum temporis à lege difiniti, secundùm glo.in summa 16 quæst.1. Etenim prescriptionem nihil aliud esse, quam exceptionem omnia vbique iura manifestissimè demonstrant, sicuti superius tradidimus differen-
4 tia 37. Itaque ad excipiendum tantùm prescriptio temporis valet, ad agēdum nihil valet: id quod dum interpretes non assequuntur, in maximos errores inciderunt, sicuti copiosiùs & accuratiùs traditum est à nobis lib.1.rerum quotid.cap.1. Agenti autē mihi de temporali præscriptione, venit in mē tem quæstio illa, quæ sæpè in foro agitari
5 solet in specie huiusmodi: Titius fideiussit in centum apud Seium pro Caio, Seius autem intra decem annos petijt executionem aduersus Titium fideiussorem, soluentique Titio cessit actiones: intereà lapsi sunt decem anni post primam obligationem: quę-
6 rebatur, an ius exequēdi præscriptum esset fideiussori? Respondi, tēpus exequendi nō currere fideiussori, nisi exinde ex quo cessæ ei sunt actiones, quia impedito agere, non currit præscriptio tēporis, l.1.§.fina. C. de annali exceptione: cuius definitionem & ad præscriptionem introductam ac statutam aduersus ius exequendi admittendam esse, scriptum reliquit Bald. in Authentic. nisi tricennale, C. de bonis matern. & Balbus de præscription.6.part.num.15. Cùm igitur fideiussor agere non posset, nisi tunc demum cùm soluta à se sunte pecunia, l. Lucius, ff. manda. l. si pro ea, C. eodem, l.14. tit.12 part.5. Dicendum est, non ei currere decem annos (qui iure Regio dantur ad exequendum) nisi posteaquam ei mādatæ, seu cessæ sunt actiones à Seio creditore. Ac 7
cedit eò, quòd per executionem petitam à creditore interrupta est præscriptio in alios decem annos, iuxta ea quæ affert Suar. in l. post rem, §. cōsidera, nu.4. & quæ nos attulimus lib.1.rerum quotid. c.1.§.13.n.16.

SVMMARIVM. Differentiæ, 111.

Fiscus secundùm primœuam naturam, quid sit? num.1.& 2.
Ærarium, quid sit? nu.3.
Ærarium, & fiscus, in quo differant? nu.4.
Hodie pro fisco cameram dici, nu.5.
Camera ærario magis similis est quā fisco, nu.6
Defenditur Accurs. contra Budæum, num.7. 8. & 9.
Reges fiscum habent, nu.10.
Magnates qui superiorem recognoscunt, an habeant fiscum? nu.11.12.& 13.
Priuilegium hypothecæ competens fisco in bonis delinquentis, non competit Magnatibus, numer.14.
Priuilegium hypothecæ, quod habet fiscus pro pœna pecuniaria, intelligitur sine prælatione, numer.15.
An reus cuius bona publicata sunt possit in fraudem fisci hæreditatem repudiare, nu.16.
Sententia iudicis Magnatis confirmata apud Regum iudicem, pœna quæ Camerę applicatur, intelligitur Camerę Regis, non Magnatis, pars autem iudicis ad iudicem Magnatis pertinet, nu.17.
Iudices ex officio inquirentes non debent sibi arrogare partem pœnæ, quæ competit delatori, num.18.
Pœnæ pecuniariæ quæ expressim legibus fisco applicantur, non possunt à iudice, nisi in parua quantitate in alios vsus conuerti, nu.19.
Iudices possunt multas applicare in publicos vsus, seu in causas pias, nu.20.

Inter fiscum, & ærarium, differ.111.

FIscus, si primœuam eius naturam scru- 1
teris, instrumētum est, aut sporta cuiusSi quis quan-

uis quantitatis maxim è capax, quale eſt illud, quo ad premendam oleam vtuntur agricolę, l. ſed ſi ædes, §. fiſcos, ff. locati. Quia verò pecunia publica (vt quæ magna ex parte exuberare ſolet) in fiſcis aſportari & recondi ſolita ſit, factum fuit, vt fiſcus pro loculis, vbire condi pecunia publica ſolet, acceptum iri cœperit, ſicuti declarat Feſtus Pompeius libro 15. & Diuus Iſidorus libro vltimo Etymologiarum, cap. 9. & Pe-
3 dianus ad Ciceronem 2. Verrem. Ærarium autem conclaue eſt, vbi pecunia publica re condi & cuſtodiri ſolet: quod ab ære ſeruando dictum eſſe conſtat ex Cicer. lib. 1. Offi-
4 ciorum. Differunt tamē fiſcus & ærarium: nam ærarium populi eſt: fiſcus autem Principis, ſicuti apertiſsimis verbis oſtendit Plinius Iunior in Panegyrico ad Traianum: *At fortaſſe*, inquit, *non eadem ſeueritate fiſcum, qua ærarium cohibes: imò tanto maiori, quanto plus licere de tuo, quàm de publico credis*. Atque itat annotat Alciat. in libello de Magiſtratibus, & Corraſius Miſcellanearum, libr. 6. cap. 19. & probatur in lege 2. §. hoc interdictum, ff. ne quid in lo-
5 co publico. Quanquam aliquando ęrarium pro fiſco accipi ſolet, vt in leg. final. C. de vectigal. & commiſ. & l. fin. C. de bonis vacant. lib. 10. Hodiè pro fiſco cameram dicimus, vt in titul. 14. lib. 2. Recopilat. & aliàs paſsim: neque ſine exemplo: nam & in eandem ſignificationem hoc verbo vſus eſt Imperator in l. in fiſcalibus, C. de exact. tribu. libr. 10. Quin nihil diſsidijs eſſe inter cameram & fiſcum, placuit Bartolo in l. 1. C. de iure fiſci num. 17. quod populariter loquendo accipi debet: nam ſi primæuam ſignificationem ſpectes, diuerſum eſſe intelligere licet ex Budæo in leg. ſi ædes, §. 1. ff.
6 locati. Camera enim ærario magis ſimilis eſt, quam fiſco, ſiquidem camera propriè teſtudinem ſignificat, ædificium quod vulgò, *boueda*, appellatur, vt illic ediſſerit Budæus. Quod igitur Iuriſconſult. dixit in dicta l. ſi ædes, cameratam arcam, rotunditatem arcæ, ac magnitudinem ſignificare voluit: id quod non intellexiſſe Accurſium,
7 redet illic Budæus. Neque ſatis ædepol ſyncere; nam vt ego pro Accurſio reſpondeam, tametſi ille interdum in verborum interpretatione non omninò ſapiat, non ſua quidem, ſed præſentis temporis culpa fuit, non de ea re magnoperè laborantis.
8 Cæterum, quod ad iuriſprudentiam pertinet, omnes doctrinæ impleſſe numeros Accurſius creditur: contra ipſe Budæus, tametſi in verborum interpretatione præſtantiſsimus fuerit; quippe qui Græcæ, & Latinæ, linguæ primores ſubtiliſsimè calluerit: porrò quantum ad iuris diſciplinam attinet, in primis tantum apijs (vt eſt 9
in prouerbio) ſubſtitiſſe videtur: adeò in vtroque doctrinæ genere florere difficile eſt. Hæc præteriens tetigi, vt pro communi Magiſtro reſponderem: nunc ad propo- 10
ſitum reuertamur. Fiſcum autem Regem habere, nullius dubitationis eſt, ac de noſtrati Hiſpaniarum Rege (ſi in re aperta teſtibus opus eſt) probat textus in cap. etſi neceſſe, de donat. inter virum & vxorē, & illic annotat Innocentius. Magnates autem; 11
qui ſuperiorem recognoſcunt, an fiſcum habeant, tractat Alexand. conſil. 31. volumin. 1. Anton. de Fano de pignoribus, 2. part. membro 4. nu. 114. Guillelm. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. *vxorem*, nu. 856. atque ex noſtratibus, tradit Couarru. lib. 2. variar. cap. 9. Auend. in cap. correct. 12
1. part. capit. 7. Sed verius eſt, vt Magnates propriè fiſcum non habeant, ſicuti tradit Simancas Catholicarum inſtitutionum lib. 9 numer. 128. Et ideò bonorum vacantium 13
(quæ caduca dicuntur) ſucceſsio non ad eos, ſed ad Regem pertinet, l. 12. tit. 8. lib. 5. Recopil. cui congruit lex 1. & lex vacantia, C. de bonis vacantibus, libr. 12. & quæ tradit Boer. deciſ. 50. num. 14. Hinc etiam 14
eſt, quod licèt Regio fiſco tacita detur hypotheca in bonis delinquentis pro pœna pecuniaria: Magnatibus tamē id priuilegium non datur, l. ſi milem, ff. ad municipalem, & tradit Petrus Iacob. in §. quadrupli, inſt. de actio. colum. 4. & Guido Papæ quæſtione 76. & Auenda. in capit. 7. ſupra allegato, in fine, quod egregiè pertinet ad intellectum legis Regiæ quæ eſt numero 5. tit. 1. lib. 2. Recopilatio. vbi Magnatibus percipiendi has pœnas copia datur. Quod autem diximus, fiſcum habere hypothecam tacitam 15
pro pœna pecuniaria, accipiendum eſt ſine prælatione, l. in ſummā, & l. quod placuit. ff. de iure fiſci: ſiquidem neque fiſcus pro pœna pecuniaria præfertur creditoribus anterioribus habentibus hypothecam, glo. in l. aufertur, §. fiſcus, ff. de iure fiſci, verbo, Pignoris, Gregor. Lop. in l. 9. titul. 3. partit. 8. verb. Malfeticas, Iulius Clarus in praxi quæſtione 78. in fin. Palac. Rub. in repetit. Rubr. §. 39. Tellus Ferdinand. in l. 4. Taur. nu. 49. & 61. vbi ait, poſſe reum, 16
cuius bona publicata ſunt, hæreditatem ſibi delatam repudiare in prejudiciū fiſci. Illud itidem meminiſſe oportebit, ſi quis fuerit condemnatus pœna pecuniaria à iudi- 17

ce Mag-

ce Magnatis, appellaueritque Regium iudicem, qui inferioris iudicis confirmauit sententiam, eo casu partem pœnæ quæ legibus applicatur cameræ pertinere ad Regium fiscum, seu ad cameram illius tribunalis, vbi postremo iudicatum est: partem autem pœnæ applicatam iudici, pertinere ad primum iudicem, id est, ad iudicem Magnatis qui primam tulit sententiam, textus sic intelligendus in l. 6. titul. 14. lib. 2. Recopilatio. ex ijs quæ affert Bertachinus in suo illo locupletissimo repertorio, verbo, *officialis executor*, num. 15. & Paris, de syndicatu, verbo, *Prouentus*, num. 2. atque Auiles
18 in cap. corrector. cap. 15. num. 35. Illud est etiam lege Regia sancitum, ne iudices ex officio inquirentes arrogent sibi partem pecuniariæ pœnæ, quæ per leges delatori applicatur, ea est lex 21 tit. 9. lib. 3 Recopila. quam tamen intellige secundùm Auilet. in
19 cap. corrector. cap. 1. gloss. *No consentiran*, numer. 20. Illud etiam est animaduertendum, pœnas pecuniarias, quæ expressim legibus fisco applicantur, non posse iudices in alios vsus conuertere, nisi parce seu in parua quantitate, secundùm Iasonem in l. 1. num. 11. ff. de iustitia & iure, & Boerium
20 decisio. 349. numer. 5. Mulctas autem possunt ij iudices à quibus irrogantur in pios & publicos vsus conuertere, l. mulctarum, C. de modo mulctarum, l. 2. titu. 26. libr. 8. Recopilatio quæ id quidem accipiendum definit, modò dimidium mulctarum applicetur fisco, seu cameræ. Cætera ad fisci causam pertinentia, quæ multa quidem sunt, videre est apud peculiares tractatus de ea re editis a Francisco Lucano, & Paulo Grillando, necnon ab Ægidio Bosio, quæ hic à me repeti, importunum foret.

SVMMARIVM. Differ. 112.

Inter quos detur actio familiæ herciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, numer. 1.

Familiæ appellatio in hac materia patrimoniũ defuncti significat, nu. 2.

Inter familiæ herciscundæ, iudicium, & petitionem hæreditatis, quid inter sit? nu. 3.

Hodiè qualiter familiæ herciscundæ actione, & hæreditatis petitione simul experiamur, numer. 4.

Inter familiæ herciscundæ actionem, communi diuidundo, finium regundorum; atque petitionem hæreditatis, differentia, 112.

FAmiliæ hærciscũdæ actio competit hæ 1
redibus pro diuidenda hęreditate: communi autem diuidundo actio inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, vt diuidatur; finium autem regundorum actione inter eos agitur, qui confines agros habent. Hæc ex §. cuædam institut. de actionibus: vel, vt breuius definit Vlpianus (siue quis is fuit) in Commentarijs, titulo de acquisitione dominij: *Familiæ herciscundæ actio datur inter hæredes: communi diuidundo, inter socios: finium regundorum, inter vicinos.* Familiæ autem appellatio hoc 2
loco patrimonium defuncti significat, secundùm Viglium in §. accessit, institut. de testam. Longè autem distat hoc iudicium 3
familiæ herciscundæ à petitione hæreditatis, quippe cùm familiæ herciscundæ actio non detur nisi possidenti hæreditatem, aut partem hæreditatis, aut qui ab aduersario non negetur esse cohæres, alioqui cessat hoc iudicium familiæ herciscundæ, & recurrendum est ad petitionem hæreditatis, vt extat de ea re textus apertus & singularis in l. 1. ff familiæ herciscundæ, cui congruit lex 7. titul. 10. partita 3. ad finem. Hodie tamen agendo, vtra- 4
que solemus actione experiri, petimus enim hæreditatis partem nobis competentem restitui, arbitrosque ad eam diuidendam eligi: quod iuri aduersum non esse, apparet ex ijs quæ tradunt interpretes in lege edita, C. de edendo: atque ita mos iudiciorum hunc agendi modum comprobat, veluti rerum experimentis quotidie comperies.

SVMMARIVM. Differentiæ 113.

Tormentum. quid sit? nu. 1.

Quæstio, quid sit? nu. 2.

A veteri verbo Quæstio, hodiè Pesquisidores, *vulgò dici, nu. 3.*

Inter quæstionem, & tormentum, differentia, 113.

1 TOrmentum, est actus ille quo reus ad exprimendam veritatem torquetur, l. 1. ff. de quæstio. Porrò quæstio est totum illud iudicium, in quo decrimine inuestigando agitur, l. 1. ff. ad leg. Cornel. de siccar. apparet etiam ex Suetonio in Cæsare, cap. 6. *Tam constans*, inquit, *fama erat, vt Senatus quæstionem de pollutis sacris decreuerit.* Significat etiam Valerius Maximus lib. 8. cap. 4. Hinc iudex, qui huic rei delegabatur, quæsitor appellari solebat, Cicero pro Fonteio: *Quid mihi opus est sapiente iudice? quid aquo quæsitore?* tradit latius Bud. in l. 2. ff. de origine iur. Sic nos hodiè, à veteri illo verbo non multum declinantes, eos iudices qui criminibus vindicandis demandantur à Rege, Perquisitores, vulgò *Pesquisidores*, appellare solemus, de quibus agitur in toto titulo 17. part. 3. & in titul. 1. libr. 8. Recopilationis.

2

3

SVMMARIVM, Different. 114.

Pro enormi lasione actio datur intra quadriennium, nu. 1.

Pro enormissima lasione actio durat vsque ad triginta annos, nu. 2.

Hodie enormissima lasionis actionem viginti annis finiri, nu. 3.

In restitutionis in integrum beneficio idem obseruari, quod in enormi & enormissima lasione, quantum ad tempus actionis, nu. 4.

Quando dicatur enormissima lasio, nu. 5.

Inter enormem lasionem, & enormissimam, differ. 114.

1 INter læsionem enormem, & enormissimam in vsu iuris longum est discrimen; nam pro enormi læsione datur læsio actio, nostrati quidem iure intra quadriennium, vt est cautum in lege 1. tit. 11. lib. 5. Recopil. At actio pro enormissima læsione com
2 petens nõ minori quàm triginta annorum præscriptione excluditur, sicuti placuit Gregor. Lop. in l. vlt. partit. 6. gloss. postrema, cui & nostrates consentire video, & inter eos est Matiençø in d. l. 1. tit. 11. libr. 5. Recopil. glo. 7. nu. 49. Tametsi nouissimo iure, secundum nostrates patrias leges, dicendum est viginti annorum præscriptionem sufficere, ex l. 6. tit. 15. lib. 4. Recopila. qua cautum est, personalem actionẽ viginti annorum præscriptione repelli: nam enormẽ aut enormissimam læsionem, personalem actionem esse, hoc est, ex actione personali illius remedium dari liquidò constat, cum detur ex contractu: omnis autem actio ex contractu descendens, personalis est, vt neminem fugit, & constat ex elementarijs illis institutionibus, titul. de actionibus, §. omnium. Idem etiam discriminis contingit in integrum restitutionis beneficio: nam
4 cum enormis est læsio, datur intra quadriẽnium: cùm verò enormissima, datur vsque ad triginta annos, iuxta gloss. in cap. 1. de in integr. restitut. libr. 6. quam communem esse (vt cæteros taceam) constat ex Ioanne Garsia de nobilitat. gloss. 6. §. 1. numer. 43. Enormis autem læsio dicitur, cùm dimidium iusti pretij excedit, non multum tamen: enormissima verò cùm multò plus dimidio iusti pretij exuberat; sicut obseruare licebit apud omnes ferequè scribentes, cùm alibi, tum in l. 2. C. de rescindenda vendit. & in capit. cum causa, de emptio. & vend. & in l. si quis cum aliter, ff. de verbor. obligat. Quantus vero is debeat esse excessus, vt enormissima dicatur læsio, Doctores haud satis explicant, sed iudicis id arbitrio definiendum putant, vt est videre apud Alexand. consi. 67. volum. 4. & Molina de primog. lib. 2. cap. 3. num. 13. eamque communem esse authorum opinionem perhibet Couar. lib. 1. variar. cap. 2. nu. 11. Quã quam læsione vltra duplum, aut triplum dimidium iusti pretij excedente citra dubitationem, dicendum est, enormissimam esse læsionem, sicuti placuit Capicio decisione 159. num. 24. & Grato consilio 88. volumine 1. & dictum est à nobis libr. 2. rerum quotidianarum, cap. 4. num. 51.

3

5

SVMMARIVM. Differentia, 115.

Vlna, quid sit? nu. 1.

Cubitus, quid sit? nu. 2.

Cubitorum quot sint species? nu. 3.

Cubitus Geometricus quantum supergradiatur communem cubitum, nu 4.

Cuius magnitudinis sit decempeda in altitudine, &

ne & longitudine, num. 5.
Palmum alium esse ciuilem, alium vulgarem, & de vtriusque magnitudine, nu. 6.

Inter subitum, & vlnam, ac Palmum, differ. 115.

1 INter cubitum & vlnam nihil interesse, placet Alciato Parergon, lib. 1. cap. 18. Sed non est ita, vlna enim est intercapedo illa quæ intra sinum, id est, intra ambo brachia quo ad fieri possit extensa, vtrinque panditur vulgò, *braçada*, appellatur, vt tradit Seruius ad illud Virgilij eglo. 3.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo.
Tres patet cœli spacium non amplius vlnas.

Et constat apertissimè ex illis Ouidij carminibus Metamorph. lib. 6.

Sæpè sub hac Driades festas duxere choreas.
Sæpè etiam manibus nexis ex ordine trunci.
Circumiere modum, mensuraque roboris vlnas.
Quinque ter implebat.

2 Cubitus autem, si propriè accipias, est spatium quod patet à cuspide pollicis vsque ad flexuram brachij: cæterùm si ad mensuram significationem eius deflectas, 3 trifariam accipi solet: Aut enim est cubitus communis, aut Regius, aut Geometricus: communis cubitus constat sex palmis, secundum Vitrubium lib. 3. cap. 1. Regius autem cubitus maior est comumuni cubito tribus digitis, vt est author Herodotus 4 libr. 1. at Geometricus cubitus communem cubitum sexcuplo supergreditur, authore D. Augustin. de Ciuitate Dei, lib. 15. capit. 27. talesquè fuisse creduntur cubiti illi, quibus diuino ordine fabricata fuisse traditur Noe arca Genes. 6. vt illic tradunt Orig. atque item August. Hodiè in pariе- 5 tibus demetiendis non cubitis vtimur, sed decem pedis. Habet autem decem peda in longitudine decem pedes, in altitudine quinque, vulgò, *tapial*, appellatur: quo mensuræ genere & veteres vsos esse, apparet ex Budeo in l. 1. ff. si mensor falsum modum dixerit. Et quoniam de palmo mentionem fecimus, sciendum est, alium esse palmum ciuilem, alium vulgarem: palmus ciuilis constat quatuor digitis tantùm: at palmus vulgaris, qui maior dicitur, est spatium illud, quod extensis articulis à minimo digito ad pollicem expanditur, sicuti tradit Alciat. in l. mille passus, ff. de verbor. signif. & Couarruu. libr. 2. variar. capit. fin. atque item Alexand. ab Alexand. dierum genialium lib. 2. cap. 20.

SVMMARIVM. Differentia. 116.

Nomina cardinalia non prætergrediuntur numerum quem significant: & exemplo declaratur, nu. 1.
Nomina distributiua signatum numerum repetunt, nu. 2.
Lex si quis testamento, 82. ff. de legat. 1. explicatur, num. 3.

Inter Decem & Dena, siue inter nomina numeralia, cardinalia, & ea quæ distributiua dicuntur, differ. 116.

DEna apud Iurisconsultum in l. si ita stipulatus, 126. ff. de verbor. obligat. interpretatur Accursius, & alibi sæpè, id est, bis decem: sed non satis huius nominis significationem vir alioqui iuris peritissimus calluit. Sciendū est enim, inter nomi- 1
na numeralia, quæ cardinalia dicūtur, & ea quæ distributiua appellantur, longè esse differentia: siquidē cardinalia, qualia sunt, duo, tres, quatuor, decem, duodecim, quem significant numerum, non præter grediuntur: si itaque stipulatus hoc modo fuerim, mihi decem, & Titio decē dare spondes, decem tantū mihi & Titio debētur, id est, singulis quinque, vt respondet Iurisconsultus in l. stipulatio ista, 8. §. alteri, ff. de verbor. oblig. At distributiua, qualia sunt, bini, terni, quaterni, deni, duodeni, & similia, prō numero corū quibus fit distributio, signatū numerū repetunt, id est, singulis totidem repræsentant, vulgò dicimus, *A cada vno*. Dena igitur, si duo fuerint, erunt viginti; si tres fuerint, erunt triginta; simile, decem millia, id est, singulis decem. Colligitur nō obscure hæc differentia (vt cætera omittā) ex l. si quis testamēto 82. ff. de legat. 1. illius enim hæc sunt verba: *Si quis testamēto Titio & Seio decem dare iusserit, nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem, vt dena dixisse videatur, quid decem dixerit.* Quem textum non satis nostrates intellexisse interpretes, notat Valla elegantiarum lib. 3. cap. 3. & Antonius Augustin. emendationum l. b. 3. cap. 1.

SVMMARIVM. Different. 117.

Parricidij nomen, quid comprehendat? nu. 1.
Pœna parricidij ponitur, nu. 2.
Quare parricidium diuerso animalium genere vlciscatur, nu. 3.
Quare lex gallum non tantum dixerit, & adiecerit gallinaceum, nu. 4.
Corrasij lectio improbatur, nu. 5.
Virga sanguinea, quæ dicatur, & quare ad parricidij pœnam deseruiat, nu. 6.
Assassinus, quis dicatur? nu. 7.

Inter Homicidium, & Parricidium, & Crimen assassinatus, differt. 117.

HOmicidium & parricidium veteres prò miscuè accipiebant, videlicèt, pro quacunque nece iniustè facta, sicuti tradunt Bud. & Zasius in l. 1. ff. de orig. iur. verùm postea parricidij appellatio restricta est, pertinereque cœpit ad eum tantum qui parentem occiderit, aut liberos, alium vequempiam, qui sibi sanguine proximè attingat, aut affinitate, vt latiùs est expressum in l. penult. ff. ad l. Pompeiam, de parricidijs, & in l. 1. C. de ijs qui parentes, aut liberos occiderunt, & in §. alia deinde, institut. de publ. iud. & apud nos in l. 11. tit. 8. part. 7.

2 Pœna autem parricidij, more maiorum, hæc sancita est, vt parricida virgis sanguineis verberatus culeo insuatur cum cane, & gallo gallinaceo, vipera, & simia; deinde in mare profundum iactetur, aut inter præfluentem fluuium, vti superioribus legibus latiùs continetur. Quam obrem verò hoc nouo & discolore animalium genere parricidium vlciscatur, præter Cœlium Rhod. lect. antiq. lib. 6. cap. 42. explicat acutè Hieronymus Carda, de subtilit. lib. 10. hisce verbis: *Gallus* inquit, *inseritur cum serpente, cane, & simia in culeo parricidæ, vt enim simia homo non est, attamen videtur esse, sic qui propriũ occidit parentẽ, de homine nihil aliud habet quã figuram: serpens insidijs anteit inimicusq, est humano generi non secus ac parricida: canes omnes odisse videntur, solumquè hoc animal nulli penitus parcit, ne proprio quidẽm generi: gallus huius culpæ insons forsan ob gentis similitudinem adijcitur, seu quòd Romanis Galli inuisi sint, seu quòd superbissimus sit: præcipitatur autem in mare parricida, velut omni indignus elemento, & ideò culeo insuitur, virgis sanguineis verberatus.* Hactanus Cardanus, cuius verba non inuitus feci; vt hoc loco proferrem, quoniam à nostris eius rei ratio non redditur. Quærit autem illic Accursius, cur non tantum gallum lex dixerit, sed adiecerit gallinaceum? Et nonnullas, quidem què insulsas, reddit rationes: mihi illa verior videtur, quòd galli vocabulum generale sit, & ad omnes pateat aues: nam & gallum olorinum, & anserinum legimus apud Diogenem Laertium in vita Solonis, & apud alios authores. Gallinaceum igitur adiecit lex, vt hoc genus auis à cæteris disiungeret, quoniam hoc genus auis in suos maximè sæuit, vt experientia nos quotidie docet. Sed & illud non minus dignum est, 5 vt nigro notemus calculo quod scriptum reliquit Corrasius Miscellan. libr. 1. cap. 5. non sanguineis in lege legendum esse, sed sagmineis, à sagmine herba, quam vrbenam appellari dicit: sed toto errat cœlo, vir alioqui peritissimus: nam (vt taceam, in ciuile prorsus esse ex istiusmodi argutijs, vniuersis Pandectarum authographis voluminibus refragantibus, legis verba velle subuertere) verbum illud sanguineis, magnoperè congruit verbis legis, etenim virga sanguinea, vt Plinius multis in locis ostendit, est 6 virga quæ ex sanguineo frutice decerpitur: hic frutex à corticis sanguineo colore, sanguineus appellatur: innascitur enim illius cortici quidam color adeò rubeus, vt sanguinem facilè mentiatur: non temere igitur in parricidæ supplicio id genus fruticis potissimum deligitur; nam præter speciem cruoris rei ipsi maximè congruentem, hoc amplius habet malitiæ, vt iam obductas aperiat, & exulceret cicatrices, vt est videre apud ipsum Plin. libr. 16. capit. 37. & lib. 19. & 24. capit. 10. Assassinus dicitur, qui pretio conductus occidit, aut percutit hominem, sicuti interpretantur Domin. Ancharran. ac Imol. cæteriquè classici in cap. 1. de homicid. in 6. & Couarruu. libr. 2. variar. cap. 20. numer. 9. Hoc autem nomen non est Latinum, sed nouatum incomperto est, necubi enim apud nouatos authores reperitur: puto autem dictum esse ab esse, quòd minutam pecuniam significat; quia ij qui talia aggrediuntur maleficia, paruo pretio coemuntur.

SVM-

SVMMARIVM. Differentia, 118.

Quod apud vulgus interesse dicitur apud Iurisconsultos, id quod interest appellatur, nu. 1.

Nomen licet Latinum non sit, tamen docēdi gratia recipi, nu. 2.

Hic terminus, Quanti res est, ad veram æstimationem refertur, nu. 3. & 4.

Emolumenta & accessiones à vera rei æstimatione differunt, nu. 5.

Causa quid habeat commune cum interesse, numer. 6.

Explicantur tituli, C. de vsuris, & fructibus, & causis, & de partu pignoris, & omni causa, nu. 7.

Sub appellatione eius quod interest, causam quā doque contineri, nu. 8.

Interesse definitio traditur, nu. 9.

Quod ab aliquibus extrinsecum appellatur interesse, causa à Iurisconsultis appellatur, numer. 10.

Ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, potest creditor in mutuo aliquid vltra sortem principalem recipere, nu. 11.

Ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, an possit aliquid pro frumento recipi vltra legis taxam? nu. 12.

An contra eum qui factum promisit, ac non præstitit, habeat locum executio pro eo quod interest, num. 13.

Inter quanti res est, & id quod interest, causamque, different. 118.

1 AGgredior nunc rem satis latam, neque minus difficilem, de eo quod interest, & quanti res est, sed eam quanta maxima potero breuitate & perspicuitate dispungam. Quod apud vulgus interesse dicitur, apud Iurisconsultos appellatur, id quod interest, sicuti apparet cùm aliàs passim, tum in Rubr. C. de sententijs quæ pro eo quod interest proferuntur. Non desunt tamen qui adhuc contendant, hoc nomen interesse Latinum esse, in quibus est Tiraquel. de retract. linag. in præfat. nu. 34. citans in eam rem textum in l. debitor, ff. de legat. 2. & l. quæ sæpè, §. fin. ff. de contrahend. emptio. Sed refragantur alij non pauci apud Ioan. Corras. Miscel. lib. 1. cap. 20. quibus cuncta Iurisconsultorum volumina auxiliantur: nam quæ à Tiraq. loca citantur, adulterata esse, Corrasius ipse testatur, & id verum esse castigatiora exemplaria fidem faciunt. Cæterum de ea re nō anxiè laborādum est, 2
cum (vt alibi diximus) etsi nomen satis Latinum non sit, docendi tamen gratia recipi non malè poterit. Videamus igitur, quid sit 3
discriminis inter quanti res est, & id quod interest: & hoc quidem discrepant, quòd quanti res est, ad veram rei æstimationem refertur, l. inter hæc verb. numer. 179. & l. hęc verb. 193. ff. de verb. signi. Interesse autem, seu id quod interest, extra rem est, ita- 4
que si propriè accipias, & stricta significatione, veram rei æstimationem, seu pretium complectitur, sed largo modo: nam secundum strictam significationem, emolumenta & accessiones, quæ ex re proueniunt significare solet, l. 1. §. non tantum, ff. de tutelis & rationib. distrah. l. si plus, ff. de euictionibus, l. si fundus ff. locati, l. 1. §. fin. ff. de in ius vocan. Hæc enim emolumenta & ac- 5
cessiones, diuersum esse à vera rei æstimatione certum est, veluti ex fundo fructus, ex ædibus mercedes, ex seruis operæ, ex iumentis vecturæ, ex naue naulum, l. 1. ff. de actioni. empt. l. Iulianus, ff. ad exhibēdum, tradit Alciat. in dict. l. 1. C. de sententijs, quæ pro eo quod interest proferuntur, & Charondas verisimilium, libr. 1. cap. 8. & ita conueniendi sunt Socin. & Rebuf. qui in ea re discordes sunt. Causa quatenus cum 6
interesse communionem habet, dicitur emolumentum quod habituri eramus, non ex natura ipsius rei, sed ex aliqua alia causa quæ nobis sublata est, ac propterea in damnum incidimus: veluti si enecaueris seruum meum à Titio hæredem institutum, antea- quam hæreditatem adijsset non solùm enim serui æstimationem, sed etiam totam hæreditatem restituere teneris, vt facilè intelligere possumus, ex l. vnde Nerarius, ff. ad legem Aquiliam, atque ex §. si ad exhibendum, instit. de officio iudicis, ac item ex l. alienatio, ff. de contrahenda emptione, necnon ex leg. æquis, ff. de vsuris, & ex l. restituere 35. ff. de verbor. signifi. neque minus ex l. sed si partus, ff. de eo quod metus causa, & denique ex l. præterea, ff. de rei vendicat. tradit Iason in l. cum fundus, ff. si certum petat. num. 5. & Ioannes Garsia de expens. cap. 23. num. 47. Ex quo intelligere 7
facilè poteris, quid sibi velit titulus ille Digestorum, qui inscribitur: De vsuris, & fructibus, & causis, atque ille alter Codicis: De partu pignoris, & omni causa, aliæ-

que innumeræ leges de causæ restitutione loquentes. Sub appellatione autem eius quod interest, & causam quandoque contineri liquet ex l. ait lex, cum duabus sequentib. ff. ad leg. Aquili. interesse enim complectitur non tantùm damnum emergens, sed etiam lucrum cessans, sic etenim ab scriptoribus cõmuniter definitur, vt sit æstimatio damni emergentis, aut lucri cessantis, ex eo quod non fit, quod fieri debet, vel fit quod fieri non debet, vel non datur, quod dari debet, vel datur, quod dari non debet, vt constat ex Bartolo & reliquis in l. 1. C. de sententijs quæ pro eo quod interest proferuntur, quibus suffragatur lex si commissa, ff. rem ratam haberi, & l. apud Iulianum, ff. ad Senatusconsult. Trebellian. Quanquam in ea re non leuem scriptorum, tàm veterum, quàm recentiorum video esse socordiam: dum enim hanc causæ significationem minus assequuntur, pro causa ex trinsecum interesse appellant, vt est videre apud ipsum Bartolum in dicta l. 1. num. 13. & Alciatum ibidem, cap. 9. nam quod ipsi extrinsecum appellant interesse, causam à Iurisconsultis appellari, ex superioribus legibus facilè comperies, atque item ex ipsismet, quas ipsi, cæterique allegant. De interesse autem cùm tam multa quæ ad vsum fori pertinent, ab interpretibus scripta sint, illud tantùm præteriens admonendum duxi, ratione interesse, id est, ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, posse credito rem aliquid recipere vltra sortem principalem, quam mutuo dedit, secundum communem interpretum opinionem, vt est videre apud Couarru. lib. 3. variarum resolutio. capit. 1. & 4. & apud Gutier. de confirmatorio iuram. part. 1. cap. 2. Quibus conueniens est dicere, ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, id est, ratione interesse, posse quem impunè recipere pro frumento quod vendidit, plus quàm Regia est taxatione definitum: id quod latius edisserit Mexia in tractatu cui titulus de taxa panis, conclus. 2. velut (exempli casu) si emphyteuta intra diem non soluit canonem debitum, necesseque habuit dominus frumentum à longinquo afferre, poterit dominus ab emphyteuta iustè petere, id quod pluris frumentum sibi constitit vltra taxationem Regiam. Ex superioribus item profligari poterit quæstio illa, quæ est apud Iasonem in l. post rem, limitatione 4. ad finem, an contra eum qui factum promisit, ac non præstitit, habeat locum executio pro interesse, seu eo quod interest? & placet illis, executionem locum habere: ergo contra distinguendum puto hoc pacto, aut petitur executio pro interesse, quod, vt diximus, propriè accipiendo, extra rem est, & tunc non dabimus executioni locum: aut petitur executio pro vera facti æstimatione, & eo casu locum fore executioni putauerim, veluti latiùs disseruimus, libr. 1. rerum quotidia. cap. 6. §. 2. num. 9. Proinde hic non repetam, nec contra prouerbium bis eandem cantemus cantilenam.

SVMMARIVM.

Differentiæ. 119.

Excommunicatio est genus, anathema species, num. 1.

Nomen anathema an sit Græcum? nu. 2.

Anathema, quid sit? nu. 3.

Anathema quid diceretur apud antiquos, & eorum notabilis ritus ponitur? num. 4. & numer. 5.

Verba conciliorum, anathema sit, quid significent, nu. 6.

Locus Diui Pauli ad Romanos, cap. 9. explicatur, & alia Erasmi interpretatio refellitur? num. 7. & 8.

Inter Excommunicationem, *&* Anathema, *differentia*, 119.

INter excommunicationem & anathema nihil esse disidij, placuit Syluestro, verbo, Excommunicatio, 1. in fine: sed erat doctissimus aliqui vir. Differunt siquidem, vt genus & species: nam anathema est species excõmunicationis, quæ cum solẽnitate quadam maledictionũ profertur: hanc differentiã edocent Hostiensis, Ioan. Andr. & Abbas in cap. cùm non ab homine, de iudic. & Alfons. de Castr. de iusta hæreticorum punitio, lib. 2. cap. 20. quibus se etiam subscripsit Couar. in cap. Alma mater, §. 8. num. 7. eorumque probari sententia videtur in cap. debent, 11. quæstio. 3. & in cap. inter querellam 23. quæstio. 4. & in l. 13. tit. 19. part. 1. ab eorum licet discedat sententia Alcia. in dict. cap. cum non ab homine, nu. 107. in illo quoque errans, quod dicat, anathema nomen esse Hebræum, cùm cõstet esse Græcum: neque Hieronymus, quẽ in suam sententiam testem citat, quicquam tale dixit: quæ res facit, vt credam, scriptu-

scripturam illam non esse Alciati, augetque credulitatem meam dictio parum elegans, qualis non est quæ ipsius vera est. Miror etiam fratrem Aloysium de Leon. Augustinianum, virum alioqui doctissimum, ad Galatas, constituisse discrimen inter anathima & anathema, cum per omnia idem sint, vt eodem loci D. animaduertit Hieronymus, sed est mos Latinis, cum Græcis vtuntur dictionibus, iotam vertere in e; ponе, Ænijas, Æneas: Ecclijsia Ecclesia. Vt autem intelligi possit, quam obrem anathema pro excõmunicatione accipiatur, non nihil de ipsius
3 significatione ac natura altius nobis repetẽdum erit. Sciendum est igitur anathema secundum suam propriam primæuamquè significationẽ, nihil aliud esse, quam dona, seu holocausta quæ Deo pro populi expiatione vouentur, ac offeruntur, conceptis ad eã rem solemnibus quibusdam deprecationũ verbis, sicut docent Hieronymus, Augustinus, nec non Chrysostomus, quos & ad verbum quidem referunt Castro & Couarr. locis modo citatis. Atque vt id plenius explanemus, meminisse debemus, apud veteres
4 (vt ex Suida refert Budæus in l. 2. ff. de pœnis) solẽne fuisse, vt cùm populus fame, peste, alio ve infortunio laboraret, ad placandam diuini numinis iram, acciperent egenũ quempiam & deploratum hominem, quem verbenis, vestibusque sacris redimitum, Sacerdotes, populo comite, circumducebant per totam ciuitatem, precantes Deum, vt in eum iræ, furorisquè sui amarulentiam omnem conuertens, ab ipso pro omnibus pœnas exigeret, atque ita execratum præcipitẽ
5 in mare dabant. Hoc igitur sacrificium ita deuotum, & in holocaustum oblatum, anathematizare maledictionem sonat, vt apud Marcum Euangelistam capite 14, *Cœpit*, inquit, *Petrus anathematizare, & iurare: Quia*
6 *non noui hominem hunc.* Cùm igitur dicimus: Anathema sit, (vt in sacris Conciljs solemne est) nihil aliud significare volumus, quã vt sit maledictus qui contrarium fecerit, atque vt in eum calamitates & ærumnæ, cunctaquè in populum expectantia mala decũ-
7 bant. Atquè ex hoc intelligere quoque possumus, quid sibi velint illa diui Pauli verba ad Romanos capite nono *Optabam* (inquit Paulus) *anathema esse à Christo pro fratribus meis*: qui vtique locus diuinæ Scripturæ paraphrastibus non mediocre in interpretando negotium fecit, alijs aliter sentientibus: sed verus est sensus, quòd Paulus tanto fratrum amore flagrabat, vellet, vt Christus ex ipso faceret anathema, ideſt, solemne holocaustum, in quo suorum fratrum peccata omnia luerentur, volebat itaque diuus Paulus capite suo, suoq; periculo omnia fratrũ subire impendia, & infortunia, suum nempe volens imitari Magistrum, ideſt, Iesum Dominum nostrum, qui & ipse, cum esset omnis benedictionis plenitudo, pro nobis factus est maledictio, seu anathema. Et hæc est sane vera, germanaque illius loci interpretatio, quam & sentire videtur sanctissimus Hieronymus ad Zachariam capit. 14. Nimis autem dura, inconcinnaque videtur 8
illa Erasmi eodem loci interpretatio, & Couarr. loco superiori, dicentium, optasse Paulum pro fratribus suis separari à Christo præsenti fruitione, nõ illius charitate: quod enim legitur in cap. certum 23. quæst. 4. anathema nihil aliud esse, quàm à Deo separationem, non ex ipsius verbi propria significatione procedit, sed potiùs ex ipsius rei effectu: nam cum anathematis sacrificium abominosum, & detestabile videretur, veluti in quod Deus exoratus iræ suæ ac furoris parata in populum iacula retorserit, necesse est profecto, vt separationem à Deo præferat, non ex vi verbi, sed ex ipsius potius rei consequentia: propterea sanctissimus Paulus fratrum ex æstuans charitate, optabat anathema fieri, non ab hominibus, sed à Christo, quia cum a Christo esset oblatus, fieri haud poterat, vt a Deo ipso haberetur odio.

SVMMARIVM, §. Primi.

Sententia excommunicationis à iudice lata, cõminatoria est, nisi adijciatur, ipso iure, vel ipso facto incurrenda. num. 1.

Licet excommunicatio sine trina monitione feratur, nulla non est, sed iniusta. num. 2.

Superior conclusio declaratur? num. 3.

An Sacerdos ex priuilegio Bullæ possit absoluere excommunicatum à iudice ex illa clausula, vt Sacerdos possit absoluere excommunicatos facta parti satisfactione? numer. 4. & num. 5.

Sacerdos non habet facultatem absoluendi excõmunicatos ad reincidenciam. num. 6.

Sacerdos potest absoluere excommunicatos facta satisfactione, hoc intellige in Sacramentali confessione. num. 7.

Absolutio concessa ad tempus, statim trãsacto tẽpore cessat, & excõmunicatio reuiuiscit. n. 8.

Cùm iudex est excommunicatus, non potest Vicarium substituere num. 9.

§. PRIMVS.

1 PORro vt de excommunicatione (quæ frequens solet esse in foro Ecclesiastico) aliquid dicamus, illud sciendum est, cùm aliquid præcipitur à iudice sub pœna excommunicationis, non inferri excommunicationis, sed comminationem tantum esse, nisi adiectum fuerit: Ipso iure, vel ipso facto incurrenda, glos. in cap. Salonitanæ 63. distinct. glos. in cap. 1. de fagitarijs, testatur communè. Imola in cap. 1. de locato, & Felinus in c. sicut, de Symon. idemquè facit Tiraq. in l. si vnquam, verbo Reuertattur, num. 210. Illud quoque non est minus memoria dignum,

2 licèt ad excommunicationem, vt rectè pronuntietur, præcedere debeat trina monitio vt habetur in cap. sacro, de sententia excõmun. attamen si hæc omissa fuerit solemnitas, non esse excommunicationem nullam, sed iniustam, auctore Couarru. qui testatur esse cõmunè, in c. Alma mater. 1. p. §. 9. n. 7 & ibi cõmunè testatur Gutier. in quæstionibus Canonicis lib. 1. c. 4. & probatur non obscurè in c. Roman. §. porro, de sentẽt. excom. in 6

3 Quod tamen intellige, nisi sententia excommunicationis proferatur aduersus eos qui participes fuerint cum excõmunicato, quia tunc si desit trina monitio, sentẽtia erit nulla, vt est definitum in cap. constitutionem

4 de sententia excommun. lib. 6. Sed & illud subinde quæri solet, an Sacerdos ex priuilegio Bullæ, quæ vulgo dicitur de la Cruzada possit absoluere excommunicatum à iudice, ex clausula illa quæ in Bulla adijci solet: Vt Sacerdos, satisfactione parti facta, possit absoluere excommunicatos. Et aliter quidem sentiunt Pontificij, aliter Theologi: siquidem Couarruu. in cap. Alma mater, §. 12. & Ioann. Gutier. Canonic. quæst. cap. 1. negant, Sacerdotem habere potestatem absoluendi in confessione, cùm quis sit excommunicatus ab homine. E contrario medina in instructorio Confessorum cap. 12. & Emanuel Roder. in explicatione illius Bullæ num. 55. tradunt posse Sacerdotem absol-

5 uere. Ego distinguendum puto hoc pacto: Aut satisfactio sit plenè, seu in totum, & eo casu tanquam lite transactione finita, & quia solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio, existimauerim, Sacerdotẽ absoluendi habere potestatem, alioqui priuilegium datum per sacram Bullã, nullius esset momenti quod ad hanc clausulam pertinet aut verò satisfactio non fit plenè, sed ad tempus, & tunc crediderim, Sacerdotem non habere potestatem absoluendi excommunicatum à iudice: nam Sacerdotem non habere facultatem absoluendi excommunicatum

6 ad reincidentiam, par est inter omnes scriptores sententia, in qua etiam fuit Baldus in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis, & Anton. Massa de obligatione in forma cameræ num. 113. Ioann. quoque Gutier. allegatione 9. Quod autem diximus:

7 Sacerdotem posse absoluere satisfactione plene facta, accipere debes in Sacramentali confessione, non aliàs, sicuti placuit Couar. in dicto cap. Alma mater. 1. part. §. 11. nu. 10. & Nauarro. in Manuali cap. 26. num. 31. & Antonio de Cordoua quæst. 19. atque item Manuel Roder. in explicatione ipsius Bullæ num. 54. & 96. quibus magis assentior, quam magistro Henriquez Theatino contrarium asserenti libro 7. de indulgentijs c. 13. n. 3. Illud postremo adiecerim

8 si excomunicatus absolutus fuerit ad tempus, vel ad aliquem actum gerendum statim lapso tempore, aut actu per acto, rursus in excommunicationem incidere, etsi dictum non fuerit à iudice quod absoluit illum ad rei incidentiam, vt probat text. in c. veniẽs 2. de testibus, & illic Ioannes Andreas Abb. & reliqui Classici Felinus in cap. 1. de officio ordinarij, Boerius decis. 290. nu. 3. Couarruu. in cap. Alma mater, de sententia excommunicat. 1. part. §. 11. num. 6. vbi multa de ea re cõgerit: ideò nos hic nõ amplius.

Illud tamen nunquam tua excedat memo-

9 ria, cùm iudex est excommunicatus, nõ posse vicarium substituere, vt expressim extat definitum in capit. 1. de officio Vicarij, lib. 6.

SVMMARIVM.

Differentiæ 120.

Postulatio quid sit? num. 1.
Electio quid sit? num. 2.
Electus in Episcopum, non potest ad alium Episcopatum promoueri, nisi per postulationem. num. 3.
Collatio quid sit? num. 4.
Præsentationis definitio traditur? num. 5.
Confirmatio quid sit? num. 6.
Institutio quid sit? num. 7.
Electio spectat ad Collegium, collatio ad Episco-

pum præsentatio ad patronum postulatio institutio, & confirmatio, ad superiorem referuntur. num. 8.

Ius instituendi, seu confirmandi transit in Capitulum, sede vacante: & quid de iure conferendi & præsentandi, num. 9.

Vacantia beneficia intra quæ tempora conferri debeant. num. 10.

In collatione Capellæ facienda consanguineis, an computatio graduum fiat secundum ius Ciuile, vel secundum ius Canonicum. numer. 11.

Episcopo postulato, & præsentato ad alterum Episcopatum, primus Episcopatus non vacat, donec secundi adipiscatur possessionem. numer. 12.

Episcopus postulatus intra quod tempus teneatur secundi Episcopatus adipisci possessionem. numer. 13.

Instituta Capellania, & onere impositio, vt pro anima defuncti aliquæ Missæ vnaquaq; hebdomadæ dicantur, an possit ad eum præsentari qui non sit Sacerdos, si intra annum possit ad Sacerdotium promoueri, num. 14. & num. 15.

Beneficium Curatum potest conferri constituto in minoribus ordinibus, dummodo intra annum possit ad Sacerdotium ascendere. numer. 16.

Consanguineus constitutus in minoribus ordinibus, qui intra annum possit Sacerdos fieri, præferendus est in capellania cuilibet Sacerdoti degeneri. num. 17.

Qui merè laicus est, ad beneficium Ecclesiasticũ præsentari nonpotest. num. 17,

Præsentatus ab eo qui bona fide est in quasi possessione iuris patronatus, præferri debet præsentato ab eo qui in petitorio probat ius patronatus se habere. num. 19.

Præsentato decedente, aut iuri suo cedente, quid patronus facere debeat? num. 20.

Præsentatus à minore, præferri debet præsentato à curatore. num. 21.

Præsentatus à patrona vxore, debet præferri præsentato ab eius marito. num. 22,

Inter Electionem, Postulationem, Collationem, Presentationem, Institutionem, Constitutionem, Confirmationem, differ. 120.

1 LIcet olim veteres Canones his verbis eligendi, & postulandi non promiscuè vterentur, vt est intelligere ex cap. literas di distin. 68. verum postea recentiore iure electionem à postulatione distare indicat satis titulus ille de postulatione Prælatorum, & ille alter sequens de electione, & electi potestate. Hoc autem distant. quod postulatio est quædam gratiæ petitio à superiore impetranda de promouendo aliquem ad prælationem, ad quam de iure communi eligi, seu promoueri non poterat, propter defectum aliquem, seu impedimentum. Electio verò 2
est alicuius personæ ad prælationem, seu fraternam societatem Canonica facta vocatio, sicuti vtrumque definitum extat apud Panorm. in rubr. de postulatione Prælatorum cui reliqui assentiuntur, & Rebuf. in praxi benefic. lib. 1. tit. de electione, & in pragmatica sanctione. § 1. de nominatione Regia, & Lambertinus de iure patron. lib. 2. 1. p. num. 3. quæst. 1. Postulatio igitur nititur gratia, electio autem iure, vt colligitur ex cap. 1. & illic glos. de postulat. Prælatorum in 6. Ergo cùm is qui Episcopatum habet, vel 3
ad illum electus & confirmatus est ad aliũ, nisi Summo Pontifice authore, transire non valeat, vt habetur in cap. 2. de transl. Episcop. vel electi sit, vt non aliter ad alterum Episcopatum promoueri valeat, quam per postulationem, vt docemur ex cap. fin. eod. tit. de translatione Episcop. vel electi. Collatio, est libera beneficij collatio competit, 4
cui velit illud conferre, modo sit idoneus. c. relatũ, de præbend. tradi late Rebuf. in praxi benefic. tit. de collat. Præsentatio est electio facta à patrono de eo qui pro institutio 5
ne habenda præsentatur Episcopo ad beneficium vacans, sicuti colligitur ex c. a nobis, de iure patr. atque ex Spec. eod. tit. necnon ex Paulo de Citad. eo. tract. q. 97. Con 6
firmatio est approbatio electi a superiore facta, electus enim confirmatur, præsentatus vero instituitur, vt tradit Panorm. in d. c. à nobis num. 4. Nihil aliud ergo est institutio 7
quam nõ liberi beneficij collatio, vti latiùs Abbas ipse docet in c. authoritate n. 5. de de institutio. Electio itaque spectat ad Col- 8
legium, collatio ad Episcopum, seu Episcopi vices habentem: præsentatio ad patronũ postulatio, institutio, & confirmatio ad superiorem referũtur. Ex his vero non paucæ in rerum vsu exurgunt differentiæ, nam ex institutione acquiritur ius in re, ex præsentatione non acquiritur ius in re, sed ad rem Rocus de iure patronat. verb. ius honorificum, num. 35. Deinde ius instituendi, seu 9
confirmandi transit in Capitulum sede vacante, sed ius conferendi, ac ius præsentandi, non

di, non transit in Capitulum, quando collatio, vel præsentatio ad solum spectat Episcopum, sicuti luculenter idem Abbas edisserit in d. cap. à nobis, de iure patronat. num. 4. & Paulus de Citadinis eodem tractat. q. 33.

10 Vacantia autem beneficia intra quæ tempora conferri debeant, vide cap. quia diuersitatem, de concess. præbendæ, Rebuffum in praxi benefic. lib. 1. Ioan. Gutier. Canon. quæstionum lib. 1. cap. 28. & in collatione sacellorum, quæ Capellanias, vulgo appellamus, quæque ex institutione defunctorum

11 sunt conferenda consanguineis propinquioribus, an computatio graduum sit facienda secundum ius Ciuile, an secundùm ius Canonicum, vide optimam decisionem Hieronymi de Zeuallos, Toletani, viri sanè quam eruditi, & aduocati satis experti:

12 est autem decisio 3. 28. Sed & illud meminisse oportebit, quod ex facto aliquando consultus respondi, cùm Episcopus postulatur, aut à Rege nostro præsentatur Summo Pontifici ad alterum Episcopatum, non vacare primum Episcopatum, donec Episcopus apprehenderit possessionem secundi Episcopatus, iuxta text. in capit. de multa, de præbend. & illic tradit glos. verb. Receptionem, & ibidem Innoc. Ioann. Andreas, & Abbas, & probatur in cap. cùm in cunctis. § cum verò de elect. & inibi Panor. idem Abbas sic intelligendus in cap. fin. de postulatione prælatorum num. 13. Episco-

13 pus tamen, qui ita à Rege postulatur, seu præsentatur, tenetur intra tres menses, posteaquam eius postulatio à Pontifice recepta fuerit, apprehendere possessionem secundi Episcopatus, alioqui, nisi iusto impedimento detentus fuerit, perdit ius quod ad secundum habebat Episcopatum, vt est definitum in cap. quam sit, de elect. lib. 6. & tradit Bertachinus de Episcop. lib. 3. part. 2. Loquitur sanè illè textus in electione, sed & in postulatione idem recipiendum esse, par ratio facit, vt illic commentatur glos. verb. Euacuetur, nemine reclamãte, & probatur in cap. quoniam quidam distinct. 100 Illud etiam ex facto tractatum esse scio: Titius construxit sacellum, seu capellam, cui bona quædam reliquit, instituto in ea iure patronatus, hoc pacto, Vt Clericus qui ab hærede suo præsentandus foret, teneretur illic pro anima eius Missas duas prima quaque hebdomada celebrare: quod si è genere suo esset aliquis Clericus, anteferendus foret cæteris omnibus. Quæsitum igitur

14 fuit, an præsentandus ad hanc capellam, necessario debeat esse Sacerdos, vel an sufficiat posse eum intra annum ad Sacerdotium promoueri? Et sunt interpretes (vt & alàs solent) non satis in ea re concordes, nã Ioan. Gutierr. cons. 1. num. 11. in ea est sententia, vt existimet, patronum non posse præsentare nisi eum qui sit Sacerdos, citans per hac parte Abbatem, Rochum, & Lambertinum. Contrariam verò opinionem, id est, non esse necessarium, vt præsentandus sit Sacerdos, sed sufficiat, in minoribus ordinibus esse constitutum, ita vt intra annum Sacerdos fieri valeat amplectitur Spino in speculo testamentor. glos. 15
14. num. 64. citans pro se Ferretum consil. 305. Et hanc ego veriorem esse iudico, nisi modò expressim fuerit adiectum à defuncto, vt præsentandus sit omnino Sacerdos. Siquidem & beneficium curam habens animarum, annexum habet etiam Sacerdotium. Et tamen satis est, si præsentatus sit 16
Clericus in minoribus constitutus, dummodo intra annum ad Sacerdotium promoueatur, vt habetur in cap. licet canon, & in cap. comissa, de electione lib. 6. Et sanè hãc crediderim fuisse mentem Abbatis, Rochi, & Lambertini, quos Gutier. in suas partes asciscit. Secundum hæc igitur dicendum est, si consanguineus defuncti fuerit Clericus 17
in minoribus constitutus, ita vt intra annũ ad Sacerdotium promoueri valeat, præferendum esse Sacerdoti degeneri, ideſt, qui non sit consanguineus illius qui ius patronatus instituit, etsi is Sacerdos degener præsentatus fuerit a patrono seu hærede defuncti. Consanguineum autem dixi us debere
esse minoribus ordinibus initiatum: quia 18
qui merè laicus est, ad beneficium Ecclesiasticum præsentari non potest, secundum glos. in Clem. plures, de iure patronatus, verb. Personas, quam illic atque alibi Doctores omnes sequuntur. In tractatu autem 19
iuris patronatus, qui longè, lateque patet, illud est præcipuè memoria dignum, præsentatum ab eo qui bona fide est in quasi possessione præsentandi, præferendum esse præsentato ab eo qui probat in petitorio ius patronatus se habere, cap. consultationibus, de iure patronat. & illic Abb. Innocentius in cap. Cumana, de electione, sub fin. & Rochus de iure patronat. verb. competens, quæstio. 19. & latè disputat Cæsar Lambert. in suo illo locupletissimo tractatu de iure patron. lib. 2. parte 1. quæst. 3. artic. 6. quibus se etiam subscripsit ex nostratibus Spino in suo speculo glos. 4. num. 25. & Gutier. pract. quæstionum lib. 3. q. 42. nu. 40. qui aliquibus modis hanc conclusionem re

strin-

20 stringunt. Præsentato autem decedente, aut iure succedente, quemadmodum patronus sibi consulere valeat, vide cap. primum & secundum. vt lite pendente lib. 6. Rochũ de iure patronat, verb. Honorificum, quęst. 43. Rebuffum in praxi beneficiali lib. 2. tit. de subrogationib. Couarr. practic. quæstio. 21 cap. 36. Sed & illud memineris, præsentatũ à minore, potiorem esse, quam præsentatũ à suo curatore, secundum Caldam de iure emphyteut. quæst. 4. num. 8. Putat etiam 22 Tiraq. de legibus connub. quæst. fin. præsentatum ab vxore patrona, præferendum esse illi qui præsentatus fuerit à suo marito. Sed contrariam opinionem amplectitur Cæsar Lamb. dicto tractatu de iure patronat. lib. 1. part. 2. quæst. 10. art. 2. cuius opinionem affirmat communem Didacus Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinamenti, & veriorẽ esse puto, nam cum præsentatio sit fructus iuris patronatus, c. cum Berthold. de re iud. ad maritum debet pertinere. l. plerumque. ff. de iure dotium.

SVMMARIVM.

§. Primi.

Fructus beneficij vacantis an pertineant ad decessorem, vel ad successorem, num. 1.

In præcedenti quæstione pro diuersitate prouinciarum solet diuersa seruari consuetudo. numer. 2.

Annus incipit à tempore quo fructus colligi possent. num. 3.

Quod superius dictum est de diuisione fructuum in beneficio vacante per mortem intelligi etiã debet de beneficio vacante per renũtiationem. num. 4.

Supradicta procedunt in renuntiatione facta apud ordinarium: quid verò si fiat apud Pontificem, eo pacto, vt à summo Pontifice confirmetur. num. 5.

Idem in fructibus maioratus, etiam si sit Regnum num. 6.

An Papa qui omnia potest, possit ius patronatus laicorum abrogare, vel derogare? num. 7.

Refertur species litis inter Comitem de Lemos, & Comitem de Monterey. num. 8.

§. PRIMVS.

1 SEd videamus hic de fructibus beneficij vacantis ad quem pertinere, debeant ad successoremne, vel ad hæredes decessoris: quotidiana enim quæstio est, in qua tamen nõ mediocris est inter interpretes cõtrouersia aliquibus enim placuit, fructus pendẽtes pertinere ad successorem in beneficio, glos. Dominicus, & Francus in cap. in præsenti, de officio ordin. lib. 6. Estque hæc à veteribus magis probata opinio, quorũ illud præcipuum est fundamentum, quòd dicant. Sacerdotem, seu Curionem vsufructuario cõparari: manifesti autem iuris est, vsufructuarium nõ facere fructus suos, nisi quos in vita perceperit, atque collegerit. l. si vsufructuarius. ff. quibus modis vsus fructus amittatur. l. defuncta. ff. de vsufructu. Sũt vero alij qui Sacerdotem non comparent vsufructuario, sed marito, qũi pro rata temporis fructus diuidit soluto matrimonio vt in l. diuortio, & l. de diuisiõne, soluto matrimonio, & l. 26. titul. 11. part. 4. In hac sententia fuit Alber. in dicta l. diuortio, ff. soluto matrim. & hanc ex recentioribus plerique amplexi sunt, in quibus est Couarr. variarum resol. lib. 1. cap. 15. num. 12. & Auend. responso 5. Molin. de primog. lib. 3. cap. 11. D. Frãc. Sarm. de redditib. Eccles. 4. part. cap. 6. nu. 13. Ayora de partition. 1. part. cap. 9. Ioan. Gutier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 33. num. 11. & hãc opinionem moribus magis inhærere buisse scio, quamquam pro diuersitate prouinciarum, atque diœcesum, diuersa quoque seruari consuetudo solet: quin ex Pontificia concessione factum est, vt pars horũ fructuum dentur fabricæ Ecclesię Cathedralis, in cuius diœcesi beneficium vacauit, vulgo appellatur, Annata, cuius origem & rationem luculenter aperit Petr. Lenaud. de onerib. Doctor. 4. part. quæstio. 84. & Ferdin. de Cord. in speciali tractat. de ea re 3 edito. Annus autem quo fructus colligi solent, pone, frumentum à tempore messis & vinum à tempore vindemiæ, vt tradunt Molina & Ayora locis paulò antè citatis, quanquam cùm vna quæquè prouincia abũdet suo sensu, id sequemur, quod cuiusque diœcesis dictauerit consuetudo, l. 4 cùm de interpretatione. ff. de legibus. Quod autem dictum est de beneficio vacante per mortem, idem dicendum est de beneficio vacante per renuntiationem, videlicet, vt fructus diuidantur pro rata inter renuntiantem, & eius successorẽ, vt est autor Couarr. d. lib. 1. variar. cap. 15. & D. Francisc. Sarm. de redditib. Ecclesiast. 4. part. cap. 6. & Gutier. Canonic. quæstio. lib. 1. cap. 33. num. 33. quorum opinionem magis probandam puto, quam Auendañi contrarium sentientis, con-

tis, consil. 5. siculneo enim argumẽto illius
5 nititur opinio. Hæc verò locum habent, quando renuntiatio fit apud ordinarium: si vero resignatio fiat eo pacto, vt à Summo Pontifice confirmetur, & expediatur, alia est quæstio non minus ambiguâ, an renuntians habere debeat fructus vsque ad expeditionem literarum, vel apprehensionem possessionis? quam latè disputat Zeuallos in specul. practic. quæstione 561. num. 38. vbi quinque opiniones inter se diuersas refert, & ipse distinguit, vt latius apud eum vi
6 dere poteris. Cùm autem taciti & expressi idem sit iudicium, tantundem probandum puto, quando beneficium vacat per apprehensionem secundi iuxta. cap. de multa de præbendis, & Extrauag. execrabilis eod. tit.
7 ideſt, pro rata fructus esse diuidendos. Idem quoque nostrates probãdum putant de fructibus maioratus, etiam si is sit Regnum, aut Comitatus, vt scilicet, pro rata diuidantur inter successorem, & hæredes successoris, vt est videre apud Molin. & Ayor. locis supra citatis, & Gutier. d. c. 33. qui minoribus id seruari testatur. Proinde non moror illos qui contrarium sentiunt, in quibus est Anton. Gom. in l. 40. Taur. num. 47. Pelaez de maiora. 4. part. quæst. 24. Costa de patruo,
8 & nepote num. 75. Sed ecce, agentibus nobis de iure patronatus, illud quod maximè dicendum fuerat pene memoria excidit: Inter scriptores controuerti solet, an Papa, qui alioqui omnia potest, possit ius patronatus laicorum abrogare, vel derogare, vt est videre apud Felin. in libello cui titulus: Quando literę Apostolicæ noceant patrono, & apud Cæsar. Lambert. de iure patron. lib. 3. quæst. 7. principali, art. 6. apud nos autem expressim legibus Regijs est cautum, ne derogari valeat, in l. 25. tit. 3. & l. 5.
9 titul. 6. lib. 1. Recop. Hoc autem quam strictim apud nos obseruetur, declarauit satis lis illa, quæ post multorum annorum spatia decisa fuit inter Comitem de Lemos, & Comitem de Monterrey in specie huiusmodi: D. Francisca de Zuñiga, cuius erat Status de Vlloa, nupsit Comiti de Monterrey, ex quo suscepit filium primogenitum: Comite autem defuncto, nupsit secundo Comiti de Andrade, ex quo suscepit filiam vnicam, quæ nupsit Comiti de Lemos. Cùm autẽ Comes de Andrade belli causa Romæ adesset, impetrauit à Summo Romanoq; Pontifice vt beneficia patrimonialia, quæ vxor D. Frãcisca habebat in d. Statu de Vlloa, applicarentur domui de Andrade, atque vt plenius sibi consuleret, conuenit apud Auditores de Rota, Comitem de Monterrey, petens vt declararent gratiam sibi à Romano Pontifice factam, validam legitimamque esse, & obtinuit, decretæque sunt illi à Rota literæ executoriæ, quas executoriales vulgo vocamus. Posteà Comes de Monterrey conuenit apud Auditores Vallisoletani prætorij Comitem de Lemos & Andrade, petens ab eo Statum illum de Vlloa, cum beneficijs patrimonialibus, quæ sibi titulo maioratus attinere dicebat. Et quanquam Comes de Lemos edidit in ius gratiam Apostolicam, & executoriales Rotæ, nihil sibi profuere: quin damnatus fuit, vt Statum illũ de Vlloa cum beneficijs patrimonialibus restitueret Comiti de Monterrey, quod quoniam dignum notatu maximè est, hic memoria prodere decreui.

SVMMARIVM.

Different. 121.

Si mulier antequam nubat, filijs petat tutorem, non est locus legitimo tutori. sed datiuo, è contra verò, si petat tutorem, postquam nupserit, non est locus datiuo, sed legitimo, numer. 1.

Iudex non tenetur dare filijs tutorem à matre nominatum, sed quem illis magis putauerit expedire. num. 2.

Distare multum, an mulier secundò nubens, priusquam nubat, petat filijs tutorem, an id faciat postquam nupserit? differt. 121.

PErmultum interest, an mulier quæ ad se 1
cundas vult transire nuptias, anteaquã nubat, petat filijs tutorem, an postea: nam si anteaquam nupserit, iudicẽ adeat, filijsque tutorem petat, non est locus legitimo tutori, sed datiuo: at si postquam nupserit, id faciat, locus est legitimo, non datiuo, veluti reliquis consentientibus, tradit Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de testam. tutela, num. 27. Quærit autem illic commodissimè Bart. & in authent. Sacramentũ, quando mulier tutelæ officio fungi possit, an cum ita est locus datiuo, teneatur iudex omnino sequi matris voluntatem, ac dare tutorem

rem illum, quem mater ipsa nominauerit: quam quæstionem ex facto accidisse, narrat
2 ipse Bartol. in filia Comitis de Marsone, & post magnam Doctorum concertationem, tandem magis placuisse scribit, non necesse habere iudicem dare tutorem nominatum à matre. Sed cùm magis per inquisitionem pupillo conuenire prospexerit, cuius sentẽtiam amplectuntur Bald. & Salic. in d. Authent. Sacramentum, atque ex nostratibus Anton. Gom. in l. 14. Taur. num. 12. & Matienç. in l. 3. tit. 1. lib. 5. Recop. glos. 2. num. 11. vbi perhibet, moribus esse recepram, & præter hos omnes consulito Gregor. Lop. in l. 5. tit. 16. part. 6. verb. *Al mas cercano*, qui optimè declarat.

SVMMARIVM.

§. primi.

Filio defuncto, mater vidua succedit pleno iure. num. 1.

Quid sit differentia quando mater filio succedit pleno iure: vel quando succedit in vsufructu tantum. num. 2.

Filio defuncto mater secundo nupta succedit tantum in vsufructu. num. 3.

Ius Canonicum solum infamiam contra mulieres secundò nubentes à iure ciuili statutam, deleuit, de successione verò filiorum nihil immutauit. num. 4.

Mater vidua, quæ habet filios ex primo, & secundo matrimonio, succedit pleno iure filijs secundi matrimonij decedentibus. numer. 5.

Mater tertio nubens, habens filios ex primo, & secundo matrimonio, succedit filijs secundi matrimonij in vsufructu tantum. numer. 6.

Quando omnes filij eiusdem matrimonij defuncti sunt sine liberis, eis mater pleno iure succedit, neque agnati ius habent successionis, nisi vbi viget consuetudo, vt vulgariter dicitur, que buelua al tronco. *num. 7.*

Superior conclusio procedit, etiam si mater vnicum habeat filium, hisque decesserit. numer. 8.

Mater quæ ex secundo matrimonio liberos non suscepit, transiens ad tertias nuptias, non tenetur reseruare filijs primi, neque tertij matrimonij, quæ a secundo habuit. num. 9.

Mater secundo nupta, succedens ex testamento filijs primi matrimonij, eis succedit, pleno iure. num. 10.

Mvter secundo nubens ex consensu filiorum, an illis succedat pleno iure. num. 11.

§. PRIMVS.

VErum quia de successione filiorum, quibus mulieres secundò nubentes successerunt, frequentes in iure, ac foro solet esse quæstiones, atque inde multa Aduocatis prouenire commoda solent: id quod enarrat Ioan. de Garonis tit. de secundis nupt. in princip. de his pauca dicamus. Et sit prima quæstio de matre, quæ ad secundas non trãsiuit nuptias, vt intelligi possit, quantum sit diuersa causa eius, quæ ad secundas transuo lauerit nuptias.

PRIMA QVÆSTIO.

Maria nupsit Titio, eique peperit Petrũ, 1
& Ioannem: mortuo autem Titio, remansit in viduitate: mortuus est deinde Petrus filius: quæstionis est an mater succedat filio defuncto pleno iure, an in vsufructu tãtum? Et constat eam pleno iure succedere, vt habetur in l. 2. C. ad Senatusconsult. Tertyl. & in l. mater, & l. omnem C. eodem tit. & in l. 1. & 4. tit. 8. lib. 5. Recop. Permultum au- 2
tem interest, an mater succedat pleno iure, an in vsufructu duntaxat? nam quando succedit in vsufructu, non potest alienare, & propterea ea mortua, redit proprietas ad filios eiusdem matrimonij: at quando succedit pleno iure, alienari potest, & succedunt æqualiter filij, vt habetur in l. fœminæ, & toto illo tit. C. de secundi nupt. & tradunt nostrates in l. 14. & 15. Taur. & in l. 4. tit. 1. lib. 5. Recopilat.

SECVNDA QVÆSTIO.

Lucia nupsit Titio, eique peperit Andræam, & Bartholomeum: mortuo autem 3
Titio. nupsit Seio, nulloquè ex eo liberos suscepit: mortuus est autem Bartholomæus filius primi matrimonij: quæritur, an mater succedat pleno iure, an tantum, in vsufructu? Et nõ est dubitationis in vsufructu? Et non est dubitationis in vsufructu duntaxat matrem succedere. Nec interest, an ex secũdo matrimonio filios susceperit, necnè, vt constat ex illa l. fœminæ. §. illud, alijsque eiusdem tituli de secundis nupt. Neque pu- 4
tet quispiam, illa ciuilia iura sublata esse per capit. final. de secundis nuptijs: nam iura Põtificia solũmodo abrogant pœnas infamiæ,

quæ

quæ iure ciuili statutæ erant aduersus mulieres secundo nubentes: minimè vero abrogant ea, quæ de successione filiorum statuta erant iure ciuili, & Regio in fauorem fratrum qui superstites sunt, vt illic tradit Panormitan. & Ioan. Garonis de secundis nuptijs, num. 29. atque ex nostris Matienç. in l. 3. tit. 1. lib. 5. Recopilation. glos. 2. num. 1. & constat communem esse opinionem ex Antonio Gabriel. lib. 3. tit. de secūdis nupt. conclusione 5. idque verum esse, satis liquet apud nos ex l. 3. & 4. titulo 1. lib. 5. Recopilationis.

TERTIA QVÆSTIO.

5 Martha nupsit Titio, ex quo duos suscepit liberos, mortuo Titio, nupsit Raynuntio, ex quo alios duos suscepit filios, Philippum, & Thomam: mortuo marito Raynuntio, mortuus est Philippus filius secundi matrimonij: est quæstionis an mater succedat Philippo pleno iure an in vsufructu tantum modo. Et quoniam mater à tertijs abstinuit dicendum est pleno iure succedere, vt ostendit Authent. de nupt. §. sed neque illud, versic. reliqua, col. 4. & sentit glos. verb. Prosit, in l. cum alijs. C. de secundis nupt. tradit etiã Salicetus in l. si quis priorem. §. talẽ, C. eod. titulo. Etenim cum mater ad tertias non transierit nuptias, nullam filijs secundi matrimonij fecit iniuriam, & ideo altero ex eis decedente, pleno iure succedit, perinde ac pleno iure succedit, quãdo ad secundas nuptias non transiuit, vt prima quæstione diximus. Et dura sanè res est, vt hoc titulo filij primi matrimonij nanciscantur etiam bona quæ à secundo marito profecta sunt, stantibus filijs eiusdem matrimonij secundi: sed satis est, ita scriptum esse, vt Iurisconsultus respondit in specie legis, prospexit. ff. qui, & à quibus.

QVARTA QVÆSTIO.

6 Marcella nupsit Ludouico, eiquè peperit Antonium, & Paulum: mortuo autem Ludouico nupsit Raynaldo, ex quo, & alios duos suscepit liberos, Hieronimum, & Augustinum: mortuo deinde Raynaldo tertias experta est nuptias: mortuo autem Augustino filio, quæritur, an mater pleno ei iure succedat? Et palàm est in vsufructu duntaxat succedere, l. cum alijs. C. de secundis nuptijs, & Authentica de nupt. §. sed neque, illud, columna. 4.

QVINTA QVÆSTIO.

Magdalena nupsit Seio, ex quo nati sunt ei Marcellus, & Isidorus: mortuo Seio, nupsit Caio ex quo alios duos suscepit filios: defunctis deinde Marcello, & Isidoro, filijs primi matrimonij, venit in controuersiã, an mater pleno iure succedat filijs defunctis, an tantum in vsufructu? Respondi, matrem pleno iure succedere: nam quando omnes filij eiusdem matrimonij defuncti sunt sine liberis, mater pleno iure eis succedit, vt expressim stat definitum in illa l. fœminæ. §. illud & illic animaduertũt Bald. & Salicetus, estquè communis opinio, teste Anton. Gabriele lib. 3. cõmunium opinionũ concl. 3. nu. 29. illamquè ex nostratibus amplectuntur Villalobos in ærario commun. opin. liter. B. num. 29. & Matienço in l. 5. titul. 1. lib. 5. Recopil. glos. 2. n. 15. Itaquè agnati, qui defunctis liberis, attingunt, nullum ad illorum successionem habent regressum, nisi modo in his locis, vbi viget consuetũdo, vt bona decedentium reuertãtur ad stipitem, seu familiam vulgo dicunt, *al tronco*, veluti Cordubæ, & alijs nonnullis Vandaliæ locis nam in his Regnis Legionis, & Castellæ veteris, & Calletiæ ea consuetudo nusquam viget, quantum experimentis consequi putaui. Hoc autem intellige, verum 6
esse, etsi mulier vnicum tantum filium ex primo matrimonio susceperit, isque mortuus fuerit, nam pleno iure ei mater succedit, vt tradunt Bart. & Bald. contra Accurs. in Authent. ex testamento. C. de secundis nupt. & apparet communem esse opinionem ex Tello Fernãdez in l. 6. Taur. numero 19. Sed neque multis quidem testibus ad eam rem egemus, cùm non obscurè probetur in dicta l. fœminæ. §. illud, de secundis nupt. His consequens est dicere, si mulier 9
ex secundo matrimonio nullos sustulerit filios, ad tertiasque transierit nuptias, non debere seruare filijs prioris, vel tertij matrimonij, quæ à secũdo habuit marito id quod placuit Bald. in dict. l. fœminæ, & ibidem Ripa quæstione 5.

SEXTA QVÆSTIO.

Maria ex priori matrimonio duos suscepit filios, Antonium, & Ioannem, cùmquè secundum totum experta esset, mortuus est Antonius filius iam pubes, facto testamento, in quo matrem instituit hæredem: quærebatur, an mater pleno iure succedat filio? Et constat pleno iure eam succedere, veluti

luti extat definitum in Authentic. ex testamento. C. de secūd. nupt. ad cuius interpretationem, præter classicos ibidem consulendus est Boerius decisione 190. & 191. & Tellus in l. 6. Taur. num. 18. & Matienço in l. 3. tit. 11. lib. 5. Recopilat, num. 15.

SEPTIMA QVÆSTIO.

11 Martha nupsit Iacobo, ex quo duos suscepit filios: mortuo Iacobo, de filiorum consensu nupsit Sempronio: venit in cōtrouersiam, an filiorum consensus sit in causa, vt alterutro ex filijs mortuo, mater ei pleno iure succedat, an in vsufructu? Et plerisque placet, eam pleno iure succedere, & in his est Socin. reg. 172. & Ias. alios plures allegans in l. 2. C. de indicta vidu. toll. num. 4. atque ex nostratibus Matienço in l. 3. tit. 1. lib. 5. Recopilat. gloss. 2. num. 2. sequūtur, & alij quam plures apud Anton. Gabriel. in volum. commun. opinion. lib. 3. tit. de secūdis nuptijs, conclus. 1. num. 33. Nō desunt tamen qui reclament, de quorum numero est Baeza de non meliorand. filiab. cap. 10. num. 18. & dominus Francisc. Sarmient. select. lib. 1. cap. 4. qui alios eiusdem sententiæ citant assertores. Et hanc opinionem veriorem esse arbitror, nisi forte filij testato apud tabellionem hunc consensum præstitissent: quia eo casu prior opinio sequenda esset, vt ille expressus cōsensus aliquid operetur, iuxta legem primam. ff. de eo quod iussu. Tacitus autem consensus filiorum nihil apud me habebit authoritatis: nam ex actu tacito nunquam præsumitur renuntiatio iuris proprij, cap. super hoc, & cap. sanè, de renuntiat. Decius in l. postquam liti, num. 16. C. de pactis.

SVMMARIVM.

§. Secundi.

Omnia dicta in precedenti § procedunt sive mater nubat intra annū luctus, sive postea. n. 1.

An, & eadem in patre procedant, & cæteris ascendentibus? num. 2.

Pœnæ à iure statutæ in matrem, & auiam transeuntes ad secundas nuptias, nō procedunt in patre, & auo. num. 3.

Nihil interesse, an filius moriatur antequam mater secundò nubat, vel postea, ad hoc, vt pleno iure, vel in vsufructu tantum succedat, num. 4.

Quæ bona teneatur mater reseruare filijs propriis matrimonij, num. 5.

An auia binuba succedens nepoti debeat reseruare fratribus nepotis defuncti? num. 6.

Quæ dicta sunt de matre, & auia, an procedant in patre, & auo? num. 7.

An mater binuba possit facere melioratione alicui ex liberis de bonis quæ habuit ab alio filio defuncto, num. 8.

Mater non petens tutorem filijs antequam secundò nubat, illorum amittit successionem, tàm in vsufructu, quàm in proprietate, si impuberes decesserint, num. 9.

Lucrum dotis, vel spōsalitiæ largitatis, quod pater, aut mater ex matrimonio habuerit, potest filius eiusdem matrimonij illud adipisci, licet patris, vel matris repudiauerit hæreditatem, numer. 10.

Mater quæ succedit in vsufructu filio defuncto, solum pro rebus mobilibus tenetur satisdare num. 11.

Mulier inhonestè viuēs intra annum luctus, patitur easdem pœnas, quas patitur secundo nubens, num. 12.

Pœnæ impositæ à iure ciuili eis, quæ intra annum luctus nubunt, à iure Pontificio sublatæ sunt, num. 13.

Lex 5. tit. 9. lib. 5. Recop. explicatur, nu. 14.

Vidua inhonestè viuens intra annum luctus, an perdat dotem, num. 15.

Fructus quos alter ex coniugibus percepit ex vsufructu bonorum filij, communes sunt, num. 16.

Per substitutionem pupillarem mater excluditur, si filius impubes decedat, num. 17.

§. SECVNDVS.

Prima declaratio.

HÆc autem omnia accipere debes, sive mulier, intra annum luctus nupserit, sive posteà, secundum omnium scriptorum mentem, & nominatim tradit Neuiz. in sylua nup. lib. 2. ampliat. 5. & Boer. decis. 190. 1

Secunda declaratio.

Sed & omnia quæ diximus, dicenda 2
quoque sunt de patre transeunte ad secundas nuptias, vtriusque enim hoc casu est æqualis conditio, secundum definitionem text in l. generaliter. C. de secund. nupt. & leg 15. Tauri, quę est hodie l. 4. tit. 1. lib. 5. Recop. Quin & de auo, atque auia, & cæteris ascendentibus transeuntibus ad secūdas nuptias, tātundem probandum esse, scriptum

tum reliquit Caſtellus in l. 14. Tauri, verbo, *Las mugeres*, & Gregorius Lopez in l. 26 tit. 13. part. 5. verb. *finear*, Matienço in l. 3. tit. 1. lib. 5. Recop. gloſſ. 2. num. 45. & conſtat eſſe communem ex Boer. deciſ. 191. & Anton. Gabriel. lib. 3. tit. de ſecund. nupt. concluſ. 3. num. 4. Quanquã pœnas, quæ iure ſtatuuntur in matrem, & auiam tranſeuntes ad ſecundas nuptias, anteaquam petant tutorem filio, aut nepoti, vt habetur in l. 2. ff. ad Tertull. non putauerim pertinere ad auum, nam de patre nulla eſt dubitatio, ſed auus, & cæteri conſanguinei tenentur ſeruare quæ habentur l. ſciant cuncti. C. de legitimis hæredibus. 3

Tertia declaratio.

Admonendi etiam ſumus, ad hoc vt mater ſuccedat pleno iure, an in uſufructu, parui referre, an filius moriatur anteaquã mater tranſeat ad ſecundas nuptias, an poſteà, teſte Boerio deciſ. 190. in fine, vbi teſtatur communem eſſe opinionem. Proinde cautè legendus eſt Ciſuentes, qui in ea re diſtinguit in leg. 15. Taur. cui etiam contrarius eſt Benedictus in cap. Raynuntius, verb. Et vxorem, numer. 646. & Anton. Gom. in l. 14. Taur. numer. 1. Matienço in l. 3. tit. 1. lib. 5. Recop. gloſ. 2. num. 15. Neque multis teſtibus in ea re opus eſt, cum ea opinio non obſcurè probetur in Authent. de nupt. §. hinc nos, col. 4. 4

Quarta declaratio.

Sed videamus, quæ bona mater reſeruare teneatur filijs prioris matrimonij? Ethãc quæſtionem profligat. l. mater. C. ad Senatuſconſt. Tertyl. definiens, reſeruare eam debere bona paterna, non ea quæ filius aliundè quæſiuit, cui conſonat Authent. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. Quid ergo dicemus de hæreditate quam nepos habuit ab auo paterno? Et nonnullis ex noſtratibus placet teneri matrem reſeruare eam in his eſt Ant. Gom. in l. 14. Taur. n. 1. cui reſtipulatur Matienç. in l. 3. tit. 1. lib. 5. Recop. gloſ. 2. num. 15. Sed nullo iure noſtrates hanc ſuam confirmant opinionem, ſed neque aduertunt quidem iuris communis interpretis in contraria fuiſſe ſententia, tradentes, matrem non teneri reſeruare auitã hæreditatem: cuius ſententiæ fuit Guillelmus Benedict. in cap. Raynuntius, verb. vxorem, num. 648. Matheſil. de ſucceſsio. abinteſtat. num. 60. Angelus Aret. in §. ſi plures, inſt. de legitima agnat. ſucceſs. Angel. de Gambellionibus, de arte teſtandi, gloſ. 4. art. 2. & alij apud Anton. Gabr. lib. 3. tit. de ſecundis nupt. concluſ. 3. num. 16. Mihi noſtratium opinio verior videtur, nam per inde ac bona materna dicuntur, quæ nepos habuit ab hæreditate aui materni l. 2. C. de bon. matern. & l. ſi quis prioris. §. fin. C. de ſecundis nupt. dum ait, vel ex materna linea, ita & paterna dicẽda ſunt, quæ nepos habuit ab auo paterno, ex analogiæ argumento, quid iuris communis interpretes nituntur in deciſione auth. de non eligendo ſecundo nubentes. §. nunc igitur, cum interim ille. §. ſit correctus per authent. de nup. §. hinc nos. collat. 4. Bar. autẽ, quem in ſuã aſciſcunt ſententiam in Authent. ex teſtamento. C. de ſecundis nupt. tantum abeſt, vt illis opituletur, vt ex diuerſo ipſo contrarius ſit: id quod animaduertit Anton. Gabr. loco ſuperiori. His illud par eſt, vt dicamus, idem probandum eſſe in auia binuba, quæ ſucceſsit nepoti, ſcilicet, debere eã reſeruare fratribus nepotis defuncti hæreditatem quam nepos defunctus à ſuo patre habuerat, ex argumento illius legis 2. C. de bonis maternis, & leg. generaliter. C. de ſecundis nupt. Et quia relatiuorum eadem eſt diſciplina, & id mihi veriſimum videtur, licèt aliud velint iuris communis interpretes ſuperius allegati, & cum eis Matien. in dicta l. 1. tit. 1. lib. 5. Recopil. gloſ. 2. in fin. ſeu nullo iure ſuam aſtruunt opinionem, & vt ego ſentio, à tota iuris ratione abhorrens eſt: quibus etiam refraganturBald. & Angel. in dict. Authent. ex teſtamento. C. de ſecundis nupt. Quod autem diximus de matre & auia, tantundem dicendum eſt de patre & auo bimaritis, vt ſcilicet reſeruare teneanturhæreditatẽ, quam filius, aut nepos à ſua matre, vel auo materno adepti fuerant, ex definitione illius leg. generaliter. C. de ſecundis nupt. & l. 15. Tauri. De bonis autem quæ mater habuit à conſanguineis mariti, videas Boerium deciſ. 192. & Ant. Gom. in l. 114. Tauri num. 7. 5 6 7

Quinta declaratio.

Illud quoque admonendi ſumus, in hac ſucceſsione, quàm mater binuba habuit à filio, nõ poſſe facere præceptionem aliquã ſeu meliorationem alicui ex liberis, iuxta Authent. lucrum. C. de ſecundis nupt. quã quam enim Authentica illa loqui videatur in lucro nuptiali: attamen par ratio facit, vt dicamus, eam locum ſortiri in 8

ſucceſ-

succesſione filij, & ita generaliter à iuris cō munis interpretibus accipitur, vt intelligere licet ex his quæ affert Anton. Gab. in volum. commun. opin. lib. 3. tit. de ſecundis nuptijs, concluſ. 6. & ex noſtratibus hanc concluſionem amplectuntur Matienço in l. 3. titul. 1. lib. 5. Recopil. gloſſ. 2. num. 42. & Angulo, in l. 2. tit. 5. Recopil. lib. 5. gloſ. 1. nu. 11. & Azebedo in l. 4. tit. 1. eod. lib. verb. *Reſeruar*, aduerſus D. Franc. Sarmiēto qui licèt anceps, & nutās contraria ſe ſubſcripſit opinioni.

Sexta declaratio.

9 Illud quoque meminiſſe debemus, vt mater tranſiens ad ſecunda vota, poſsit ſuccedere filio, vel in vſufructu, vel in proprietate, neceſſe eſſe, antequam ſecundo nubat petat, tutorem filia dari, alioqui perdet filij hæreditatem, ſi impubes mortuus fuerit, vt habetur in l. omnem. C. ad Tertyll. quæ res diſtinctionem tamen recipit; nā aut mater nō ſuſcepit tutelam filij, & ſatis eſt, ſi petat tutorem filio dari, iudicemque legitime interpellet, vt tutelā decernat, iuxta legem 2. ff. ad Tertyll. & tradit Greg. in l. 12. tit. 16. part. 6. aut verò mater ſuſcepit filij tutelam, & tunc non ſatis eſt petere, tutorē filio dari, ſed eſt neceſſe, anteaquam ſecundo experiatur nuptias, faciat, vt tutori decernatur tutela, eique inſuper adminiſtratæ tutelæ reddat rationem, veluti aperto ore definit Imperator in dict. l. omnem. C. ad Tertyll. & tradit Ang. de Aretio in §. actionum, num. 4. inſt. de action. Cifuentes, & Tellus in leg. 6. Tauri idem Cifuentes in l. 15. eiuſdem voluminis, latè quoque Anton. Gabr. libr. 3. tit. de ſecundis nupt. concluſ. 9.

Septima declaratio.

10 Illud itidem memoriæ mandandum eſt, quod lucrum dotis vel ſponſalitiæ largitatis, quod pater, aut mater ex matrimonio habuere, poſſe filios eiuſdem matrimonij illud adipiſci, etſi patris, vel matris, vel vtriuſquè repudiauerint hæreditatem, vt habetur in Auth. hæres. C. de ſecundis nuptijs, cui præter Claſsicos ibidem, addito lege 26. tit. 13. part. 5. & hoc egregie pertinet ad intellectum legis 3. tit. 2. lib. 5. Recopil. qua cautū eſt, arrhas promiſſas à marito pertinere mortua vxore ad filios cōmunes eiuſdem matrimonij: dicendum eſt enim, ſi filios habere debere huiuſmodi arrhas, etſi matris repudiauerint hæreditatem: & hoc idem ſentiunt Doctores de hæreditate, quā mater binuba habuit à filio defuncto, poſſe ſcilicet cæteros filios eam nanciſci, etſi patris aut matris repudiauerint hæreditatem, vt eſt videre apud Ripam in dict. l. fœmine, quæſt. 8. & 9. & apud Anton. Gabr. tit. de ſecundis nupt. concluſ. 1. num. 4. Memineris tamen, quod quatenus filius defunctus erat patris hæres, aut matris, cæteri filij etiamſi repudient hæreditatem parentum, tenebūtur pro ære alieno, iuxta regulam illam vulgarem: Hæres hæredis, teſtatoris eſt hæres.

Octaua declaratio.

11 Nec minùs illud dignum eſt memoria, quod etiamſi vſufructuarius teneatur caure de vtendo fruendo, datis fideiuſſoribus, vt in toto tit. ff. vſufructuarius quemadm. caueat: cæterùm, mater quæ ſucceſsit in vſufructu filio defuncto, non tenetur ſatisdare pro rebus immobilibus, ſed tantum pro rebus mobilibus, vt latiùs eſt comprehenſum in l. hac ædictali. §. his illud. C. de ſecundis nupt. & tradit Pinelus de bon. matern. l. 1. 2. p. n. 75. & ita intelligendi ſunt Greg. Lop. & Matienç. qui contrarium ſentiunt, ille in l. 26. tit. 13. part. 6. verb. *Fincar* hic lib. 5. Recop. gloſ. 2. num. 16. l. 3. tit. 1.

Nona declaratio.

12 Sed neque illud velim obliuiſcaris, omnes pœnas quas patitur mulier tranſiens ad ſecundas nuptias, eaſdem pati eam quæ inhoneſte vixerit intra annum luctus, vel poſtea, ne peioris conditionis ſit caſtitas, quàm libido, Bart. & Bald. in l. his ſolis. C. de reuocand. donat. Anton. Gabr. lib. 3. tit. de ſecund. nupt. concluſ. 1. num. 12. Matienç. in l. 5. tit. 9. lib. 5. Recop. gloſ. 8. num. 5. Quid plura? cum id ſit expreſsim definitum in l. 3. tit. 12. part. 4. Quin vidua quæ intra annū luctus impudicè vixerit, maiores patitur pœnas quam ea quæ intra annum luctus nupſerit, gloſ. in Authent. de nup. §. ſiquidē, verb. interpoſitione, col. 4. Nam pœnæ impoſitæ 13
iure ciuili eis quæ intra annū luctus nubūt, abrogatæ ſunt iure Pōtificio, ne timore earum deterreantur matrimonia, vt habetur in cap. penult. & fin. de ſecundis nuptijs. At illa abrogatio iuris Canonici, quæ in fauorē matrimonij facta eſt, non prodeſt eis quæ intra annū luctus impudicè vixerint. Quantum ad iſtas igitur, pœnæ illæ infamiæ, &

cæteræ quæ iure ciuili statutæ sunt aduersus secundo nubentes intra annum luctus, adhuc remanent in suo robore, aduersus eas quæ intra annum luctus impudicam egerint vitam, vt rectè declarat Ioann. de Garronis in rubr. de secundis nupt. num. 29. & hoc modo sunt intelligendi Tellus, & Azeued. qui alioqui obscurè & perplexe loquũtur, hic in l. 5. tit. 9. lib. 5. Recopilat. verb. *Siendo viuda.* ille in l. 6. Taur. num. 21. Hoc autem adeo verum est, vt etiamsi postea nubat amasio adhuc supradictæ pœnæ sequantur, eam vt est author Præpositus in c. tanta qui filij sint legitimi, cui se subscripsit ex nostratibus Cif. in l. 15. Taur. num. 2. quorũ opinionem ego respuendam esse putauerim, quando vidua sub schẽmate seu figura matrimonij in hanc culpam prolapsa fuerit finge; quia dum edicta in Ecclesia promulgantur, vel interea dum impetratur dispensatio summi Pontificis propter consanguinitatem, futuro succubuit marito, parcendum est enim ei, qui sub spe futuri matrimonij peccauit, si posteà matrimonium secutum fuerit, vt est argumento textus in l. adulterium, num. 38. §. stuprũ. ff. ad leg. Iul. de adulter. & alia, quæ copiosè afferuntur
4 in cap. Tanta, qui filij sint legitimi. Hæc autem egregiè pertinent ad intelligentiam legis 5. tit. 9. lib. 5. Recop. quæ mulieris viduæ impudicitiam vlciscitur, statuẽs, vt partem bonorum, quæ iure ei defertur, ex lucrorum societate, amittat: est enim intelligenda lex illa, siue intra annum impudica fuerit, siue postea: vt est nostratuum concors, sentẽtia, tum illic, tũ alibi, vno excepto Dueñas reg. 12. limit. 3. cui placuit, legẽ illam solum vlcisci lasciuiam viduæ quę in-
5 tra annum luctus peccauerit. Memineris tamen, viduam, si intra annum luctus, vel postea, inhonestè vixerit, non perdere dotem quã cum marito attulit, veluti post longam disputationem magis communem esse opinionem perhibet Ant. Gom. in l. 50. Taur. ad fin. Dueñas regul. 12. & Michael Grassus vol. 3. cõmun. opin. q. 13. & nouissimè magis receptã esse opinionem, & obseruandam in iudicando, & consulendo, resoluit Licentiatus Zauallos, Aduocat. Tolet. q. 608.

Decima declaratio.

Memineris etiam, fructus quos alter ex
16 coniugibus percepit ex vsufructu bonorum filij, esse communes inter vtrumque coniugem, secundum Suarez tit. *de las ganancias*, in frontispicio, Palac. Rub. in repetit. rubr. de donat. §. 65. in fin. Boer. decis. 144. ad calcem.

Vndecima declaratio.

Iam illud notius quàm nostra admonitione indiget, hæc omnia cessare, quando pater fecit filio iustitutionem pupillarẽ, palã enim est per substitutionem pupillare, matrem excludi, si filius impubes moriatur, vt habetur de iure communi in l. precibus. C. de impuberum & alijs subst. & de iure Regio in l. tit. 5. part. 6. & de iure Pontificio in cap. si pater, de testam. lib. 6.

SVMMARIVM.

Differentiæ 122.

Sapientia & prudentia quid sit? num. 1.
Petrus Hispanus fuit Põtifex, Ioannes. XXII. num. 2.

Inter sapientiam, & prudentiam, differ. 122.

SApientia est omnium rerum cognitio: 1
prudentia vero est rerum expectandarũ fugiendarumque scientia: pertinet itaque sapientia ad rationem speculatiuam, prudentia verò ad rationem practicam (vt nostrorum verbis vtar.) Hęc differẽtia colligitur ex Cicer. lib. 1. atque item ex Aristot. Ethicorum lib. 6. tradit, & sanctus Thomas 2. 2. quæst. 47. art. 1. tradit & Bart. in tract. testimoniorũ. §. prudẽtiam. Proinde vulgo prudẽtiam nõ malè discretionem appellamus, quia nempe per prudentiam bonũ à malo, cõmodũ ab incommodo discernimus, atque separamus: & propterea inter omnes virtutes prudentia principatum obtinet, secundum S. Thomam loco superiori, quia, vt ipse inquit, prudentiæ est, quęrere medium in quo virtutes consistunt omnes, fieri ergo potest vt aliquis sit sapiens, & non idem sit prudens, & contrario sit prudens, & non idem sapiens: quod vsu contingere plerumque videmus, & nominatim tradunt Historiographi in persona Petri Hispani Vlyssippone 2
oriundo, qui fuit Papa Ioannes XXII. is enim quamuis literis fuerit præstãtissimus, prudentia tamen, & Pontificatus regimine minus valuisse fertur, cętero, qui inculpatæ vitæ.

SVM-

SVMMARIVM. Differentia, 123.

Profectitia bena quæ dicantur? num. 1.
Lex filiæ dotem. C. de collat. explicatur. num. 2.
Ad hoc, vt bona dicantur profectitia, nihil interest, an filius sit in potestate, vel emancipatus. num. 3.
Et an differat in acquisitionis effectu? num. 4.

Inter bona profectitia, & aduentitia differentia, 123.

1 PRofectitia bona dicuntur, quæ à patre, vel parente profecta sunt de bonis, vel facto eius: aduentitia verò dicuntur, quę aliũ de acquisiuit filius, l. profectitia. ff. de iure dotium, l. 2. tit. 11. part. 4. & l. 5. tit. 17. ea-
2 dẽ part. Nec nos conturbare debet text. qui nostros magnopere torquet interpretes in l. filiæ dotem, C. de collation. qui innuenuere videtur etiam dici dotem aduẽtitiam quæ à patre profecta sit, sic enim ait: *Nec dubiũ est, profectitiam, seu aduentitiã dotem à patre datam, vel constitutã fratribus qui in potestate fuerint, cõferendum esse*: siquidem illud verbum, Datam, referendũ est ad profectitia n, quia videlicet pater ex suis propris bonis dotem filiæ dederat: illud verò alterum. Constitutam, referendum est ad aduentitiã quia scilicet pater ex bonis maternis, quæ apud se erant, filiæ dotẽ constituit. Referendo itaque singula singulis, illa lex superiorẽ conclusionem oppido confirmat, tantũ ab
3 est, vt illi aduersetur: & est sanè quam planissimns, iuxtaquè verissimus intellectus, licet interpretes aliter comminiscãtur. Illud vero nihil interest, vt bona dicantur profectitia, an filius sit in potestate patris, an emãcipatus, quia vt Iurisconsultes inquitin dict. l, ff. de iure dotium. *Non tus potestatis, sed parentis nomen dotem profectitiam facit.* In acqui-
4 sitionis tamen effectu nonnihil interest, an filius sit in patris potestate, an sui iuris vt in §. 1. & 2. instit. per quas personas nobis acquiritur, & l. 1. §. accedit. C. de rei vxoriç actione, tradit Bald. in l. auia. C. de iure dotiũ, & Cãpegius sic intelligẽdus in tractatu de dote, quæst. 10. primæ partis. Sic quoq; est intelligẽdus Gregor. Lop. in dict. l. 2. tit. 11. part. 4. & in l. 3. tit. 15. part. 6. verbo, *cõtar*, alioqui sibi non constaret.

SVMMARIVM. §. Primi.

Quod filio familias contemplatione patris datur, an dicatur profectitium, vel aduentitium? num. 1.
In dubio ex coniecturis iudicandum est, an datum filio sit profectitium, vel aduentitium. num. 2.
Datum filio occasione patris, contemplatione tamen filij, dicitur aduentitium, & ponitur exẽplum, nu. 3. 4. & 5.
§. igitur, instit. per quas personas nobis acquiritur declaratur. num. 6.
Multos esse casus in quibus patri non queritur vsusfructus in bonis filij, & an in his pater habeat saltem commoditatem? num. 7. 8. 9.
Mater licèt possit priuare patrem vsufructu bonorum, quæ filio reliquit titulo prælegati, seu melioratiouis, non potest priuare patrem vsufructu bonorum quæ filio pertinent titulo suæ legitimæ, num, 10. & 11.
Lex filijs matrem. C. de inofficioso test. an sit correcta, per l. quoniã in prioribus, eod. tit n. 12.

§. PRIMVS.

SEd illud inspiciendum est, an quod filio familias contemplatione patris datur, dicatur profectitium, an aduentitium? Et scriptoribus magis placet, hoc esse profectitiũ, glos. in l. cũ oportet. C. de bonis quæ liber. verb. Ex eius substantia, cui se illic subscripsere Bart. Bald. Corneus, & reliqui Classici Iason, & Decius in l. vt liberis. C. de collat. Quibus non obscurè suffragatur lex profectitia. ff. de iure dotium, & l. qui tutelæ. ff. de testam. tutela, atque item lex 2. tit. 11. & l. 5. tit. 17. part. 4. Proinde non est audiendus Mendez à Castro Lusitanus, contrariũ tradens in dict. l. cum oportet 1. part. n. 7. In re tamen dubia argumentis, & coniectu 2
ris arbitrandum est, an contemplatione patris, potiùs quam filij datum fuerit, sicuti latiùs disseruimus differet. vlt. amplia 2. Illud 3
tamen admonendi sumus, si quid datum sit filio occasione patris, contemplatione tamen filij, non dici profectitium, sed aduentitium, vt non obscurè ostendit Iurisconsult. in l. socium 60. §. 1. ff. pro socio, & in dicta l. qui tutelã. ff. de testam. tutela, & sentiunt Bart. & reliqui in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari, & pupill. Exempli cau- 4

ſa, Pater demandauit ff lium ad Magnatem, cuius erat amicus, vt illi famularetur, cùm autem filius in Magnatis gratiam veniſſet, ac familiaritatem, multa abeo dona accepit, dicendum eſt enim, bona eſſe aduentitia, non profectitia, ſicuti non obſcurè tradit Bart. in d. l. cũ oportet, num. 4. C. de bo
5 nis quę liber. Nec nos mouere debet, §. igitur. Inſtit. per quas perſonas cuique acquiritur, dum ſignificat, quod ex occaſione patris quæſitum eſt filio, profectitiam eſſe: nã illud, Ex, immediatam cauſam imponit, vt
6 illic Accurſ. & cæteri commentatur interpretes. Et quoniam in illius §. igitur, mentionem incidimus, illud obiter te latere nolui, idcirco Imperatorem illic, & in §. præcedenti locutum fuiſſe per ſecundam perſonam, dicendo: Acquiritur vobis, & non in prima perſona: Acquiritur nobis, vt facit cũ aliàs ſæpè, tùm in §. per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ. quia quod filius Imperatoris acquirit, non patri acquirit, ſed ſibi. l. cùm multa. C. de bonis quæ liber. & ideo, ſi Imperator dixiſſet: Acquiritur nobis, non rectè loqueretur: quod quoniam ab ſcriptoribus animaduerſum non eſt, à nobis expoſitum eſſe, ingratum videri non debet. Cui conſequens eſt, dicere, vèriorem eſſe literam, quæ in illo titulo inſcribitur, Per quas perſonas cuique acquiritur, quam ea quæ inſcribi ſolet. Per quas perſonas nobis acquiritur. Sunt autem multi caſus, in quibus patri non quæritur vſusfructus in bonis filij, quos recenſet gloſſ. in Auth. idem eſt.
7 C. de bon. quæ liber. Sũt tamẽ qui putẽt in his caſibus, licet patri non quæratur vſusfructus, illius tamen cõmoditatem alli acquiri, inter quos eſt Angelus in §. 1. Inſtitut. per quas perſonas cuique acquiritur, Iaſſon in l. cum filio. ff. de legat. 1. num. 175. & Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus, limi-
8 tat. 1. num. 11. A quibus diſſentit Ripa in l. cum filio, & meritò: nam ſi hoc admitteremus, nihil aliud eſſet quàm verbis legem imponi. Quid? quod quando pater recen-
9 ſet non habet vſumfructum in bonis filij, neque illius adminiſtrationem habere debet, ſecundum gloſſam in Auth. excipitur. C. de bonis quæ liberis, & probatur in Authent.
10 vt liceat matri, & auiæ, in princip. Sed & illud meminiſſe, licet poſsit, mater priuare patrem vſufructu bonorum quaſi filio reliquit titulo prælegati, ſeu meliorationis triẽtis, & quincuncis, vt in dicta Authent. excipitur, tradit Anton. Gom. in l. 48. Taur. nu
11 mer. 10. attamen non poterit priuare patrẽ vſufructu bonorum, quæ filio pertinent titulo ſuæ legitimæ, ſecundùm Bart. in dicta Authent. excipitur: cuius opinionem communem eſſe fatetur illic Corn. & idem facit Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus, limit. 1. num. 10. aduerſus gloſ. in Authent. vt liceat matri, & auiæ, verb. Participium: Poſſet tamen mater ad eandem rem vti cautione data ab Imperatore, in l. filijs 12
matrem. C. de inoffic. teſtam. vide licèt, inſtituendo filium ſub conditione, ſi à patre emancipetur. Cæterùm an lex illa abrogata ſit per leg. quoniam in prioribus, eiuſdẽ tituli, dubitatio magna eſt apud ſcribentes, vt eſt videre apud Iaſſo. illic num. 2. & apud Guillelm. Bened. in cap. Raynuntius, verb. In eodem teſtamento, 2. num. 18. & apud Antom. Gom. tom. 1. cap. 11. num. 27. & apud Coſtam in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ ff. de liber. & poſthum. & Menchaca de creation. vltim. volunt. §. 10. num. 406. Mihi autem ſi credas, ego abrogatam minime eſſe dixerim, cùm videam illius legis definitionem approbatam eſſe in l. ſi quis teſtamento. §. legis autem, eod. tit. de inoffic. teſtam. quæ ſanè, lata eſt poſt illam leg. quoniam in prioribus, veluti ex ordine ipſarum legum apparet, vt omittam in re dubia correctioni non eſſe indulgendam. Atque ita hanc noſtram opinionem communem eſſe teſtatur Boer. deciſ. 194. & Ioann. Dilectus de arte teſtandi, titul. de legato, cautela 6. & eã poſt longam diſputationem amplectitur Suarez in dicta l. quoniam in prioribus, limit. 1. vbi Valdeſius plures eam ſequentes, atque item refellentes refert. Propter quam dubitationem hæc cautela minimè hodie eſt cõſuetudine recepta, quia nimirùm magnas inter patrem, & filium ſuſcitaret differentias.

SVMMARIVM.

§. Secundi.

Bona profectitia pleno iure patri acquiruntur, at in aduentitijs pater dumtaxat habet vſumfructum, num. 1.

Pater habet vſumfructum in bonis filij: donec filius deueniat in ſuam poteſtatem, veluti ſi mãcipatus ſit, num. 2.

Vel ſi contraxerit nuptias, num. 3.

Vel ſi dignitatem Epiſcopatus adeptus ſit, nu. 4.

Sacerdotalis Ordo an liberet à patris poteſtate, num. 5.

Quæ filius Clericus etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, acquirit, tanquam caſtrenſia ſibi

sibi acquirit, non patri. num. 6.
An in præcedenti casu necesse sit, quod filius habeat beneficium Ecclesiasticum, vel quod in Ecclesia deseruiat, num. 7.
Profectitia pro suo libito pater potest alienare, aduentitia autem alienare non potest. num. 8
Superior conclusio declaratur? num. 9.
Bona profectitia censeruntur, aduentitia non cõferuntur: num. 10.

§. SECVNDVS.

1 IN vsu autem fori permultum est discriminis in te bona profectitia, & aduentitia: nam profectitia pleno iure patri acquiruntur: at in aduentitijs duntaxat pater habet vsumfructum, donec filius emancipatus fuerit, vt in dict. l. cũ oportet, & in §. igitur, inst. per quas personas cuique acquiritur, & in illa lege 5. tit. 17. part. 4. atque itẽ
2 in l. 1. C. de bonis maternis. Vsumfructum autem habebit pater (vt diximus) donec filius in suam venerit potestatem, veluti si à patre emancipatus fuerit, vt in toto tit. C. de emancip. liberorum. Vel si solemnes cõtraxerit nuptias, vt in l. 47. Tauri. Idemquè
3 iuris erit, si Episcopatus sortitus fuerit dignitatem: quia Episcopalis dignitas liberat à patris potestate, vt in Authentic. Episcop. dignitas. C. de Episcopis & Clericis, & in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi:
4 quin satis erit si primis ordinibus, nedum Sacerdotali filius fuerit initiatus: nã tametsi Sacerdotalis ordo non liberet à patris potestate, vt est videre apud Couarr. in cap.
5 quia nos, de testamentis, numero 5. & Didacum Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinament. & apud Pinel. in l. 1. C. de bonis matern. prima part. numero, 53. necnon apud Anto
6 nium Gomez in lege 48. Tauri: attamen quod filius Clericus, etiam minoribus initiatus, acquirit, tanquam castrensia sibi pleno iure acquirit, non patri, vt habens in authentic. Presbyteros, & Authentic. sacrosanctæ. C. de Episcopis, & Clericis, tradit Suarez in quæstione de maioratu, ad finem, Iasson in l. filiæ, C. de collationibus, Molina de primogen. lib. 1. cap. 19. n. 29. Mendez à Castro in d. l. cũ oportet, quarta part. numero. 162. idque probatur Regio iure
7 in l. 3. tit. 22. partit. 1. Sed neque hoc quidem casu necesse est, vt filius Clericus minoribus ordinibus initiatus habeat beneficiũ Ecclesiasticum, vel alieni ministerio in Ecclesia deseruiat: nam quod habetur in Concil. Trident. sessione 23. cap. 6, solummodo exigitur, vt Clericus fori possit præscriptione vti non ad alios casus, vt ex ipsomet Concilio liquido apparet, ita vt nullo quidem interprete opus sit. Differunt deinde 8
profectitia bona, & aduentitia: quia profectitia pro suo potest libito pater alienare, vt in dicta l. cum oportet: aduentitia autem alienare non potest, vt in l. 1. C. de bonis matern. & in l. 24. tit. 13. partita. 5. quod accipiendum erit, nisi alienet pater pro soluendo ære alieno, quod materna bona de- 9
beant, aut pro alimẽtis filiorum, vt in l. nõ solum. §. sin autem. C. de bonis quæ liber. quo casu decreto iudicis opus non habebit pater, secundum Azonem in rubric. C. de bonis quæ liber. cui astipulatur Iasson in l. singularia, ff. si cert. pet. num. 16. Lanfrancus de Oriano in tractatu de arbitr. 3. part. num. 9. necnon Gregorius Lopez in dict. l. 24. tit. 13. part. 5. verb. En ninguna manera, & Pinelus in l. 1. C. de bonis matern. 5. part. num. 92. Differunt prętereà bona pro 10
fectitia, & aduentitia, quia profectitia conferuntur, aduentitia autem non conferuntur, l. final. & illic omnes Classici. C. de collationibus, vt latiùs dicemus paulò post differentia vltima. Possent: & aliæ quam plures in medium afferri differentiæ inter bona profectitia, & aduentitia, quas scientes prudẽtesquè omittimus, simul quia passim obuiæ sunt, simul quia breuitati studere consilium est nobis.

SVMMARIVM.
Differentia, 124.

Dos quid sit? num. 1.
Paraphernalia bona quæ sint, & penes quem sit eorum dominium. num. 2.
Mulier pro bonis paraphernalibus, sicuti pro dotalibus, habet tacitam hypothecam: pro dotalibus habet priuilegium prælationis, pro paraphernalibus nequaquam, num. 3. & 4.
In hypotheca bonorum dotalium inspicitur tempus contracti matrimonij, non tempus solutæ dotis: at in paraphernalibus contra inspicitur tempus traditionis bonorum, num. 5. & numer. 6.
Traditur cautela, vt bona omnia mulieris iure dotalium censeantur. num. 7.
Bona dotalia alienari non possunt, etiam vxore consentiente, & est necessarium mulieris iuramentum. num. 8.
In alienatione paraphernalium sufficit cõsensus

mulieris, etiam sine iuramento, nu. 9.

Præscriptio non currit in bonis dotalibus constãte matrimonio, secùs in paraphernalibus: & an in hoc casu habeat remedium restitutionis exclusa generali, nu. 10.

Inter Dotem, & Parapherna, differentia, 124.

DOs est ius quodam, in se continens, quod à muliere, vel ius patre marito, vel ius patri trahitur, vel pro tradito habetur, ad onera matrimonij sustinenda: veluti definit Bart. in rubr. ff. solut. matrim. num. 21. cuius definitionem communem esse testatur illic Ripa, num. 43. & magis communem affirmat Matiençó in rubric. tit. 2. lib. 5. Recopilat. glossa 1. quanquam ipso pro parte, mendosè legunt patre: parte enim legendum esse, & res ipsa indicat, & apparet ex scriptura Azonis, C. de iure dotium, 2 vnde Bart. ipse mutuatus est. Parapherna autem sunt bona, quæ mulier vltra dotem attulit ad matrimonium, Græcum sanè nomen, dictum à Para, quod est, Circa: & Phernin, quod est, Dos; vt explanat Iurisconsultus in l. si ego, §. dotis, ff. de iure dotium, atque item l. hac lege, C. de pactis conuentis, & apud nos l. 17. titu. 11. partit. 4. Non solum autem discrepant hæc inter se: nam dominum dotis est penes maritum constante matrimonio, l. in rebus, C. de iure dotium. Paraphernorum autem dominium extat apud mulierem, nisi expressim, aut tacitè aliud actum sit, vt ostendit illa lex hac lege, & lex final. C. de pact. cõuentis, atque item 3 lex illa septem partit. iuris. Discrepãt deinde, nam quanuis mulieri pro bonis paraphernalibus, perinde ac pro dote, tacita hypotheca competat in bonis mariti, vti superiora iura demonstrant: diuersõ tamen iure vtraque hypotheca censetur: siquidem hypotheca pro dote habet prælationis priuilegium, vt in l. assiduis. C. qui potiores in pig 4 nore habeantur. Parapherna autem prælationem non habent, iuxtà glossl. in dict. l. ego, verbo, condici. ff. de iure dotium, cui se quoque cæterorum authorum turbam subscripsisse, author est Couarru. lib. 1. variar. solu. capit. 7. num. 1. & Anton. Gomez in l. 5 50. Taur. num. 40. Differunt etiam, nam pro dote inspicienda sunt tempora contracti matrimonij, non tempus quo soluta fuit dos, l. 1. ff. qui potiores in pigno. habeã. estque frequentiori Doctorum calculo receptum, teste Boerio decisio. 331. tametsi Anton. Gomez aliud tradat in l. 50. Taur. nu. 38. Arqui in hypotheca pro bonis para- 6
phernalibus non dies contracti matrimonij, sed quando tradita sunt bona, spectandus est, sicuti intelligere licet ex illa l. finali, C. de pactis conuentis, atque ex l. si constante, C. de donatio. ante nupt. Proinde in 7
terest mulieris, vt instrumentis dotalibus comprehendantur omnia bona, tàm quod in præsentiarũ habeat mulier, quàm quod in futurum habuerit, vt ea omnia titulo dotis maritus nanciscatur, cum iuxta receptam sententiam mulier cum nubit, non videatur omnia bona, quæ habeat in dotem dare, nisi expressim dictum fuerit, veluti cõmuni interpretum sententia probatum esse testatur Iason in Authentic. præterea, C. vn de vir, & vxor, num. 12. & Anton. Gomez in l. 50. Taur. num. 17. Sed & illud est inter 8
hæc discriminis, quod alienari res dotales à marito, etiam consentiente vxore, non possunt, vt in l. 1. ff. de fundo dotali: proinde necessarium est, vxoris iuramentum, vt valeat alienatio, vt in cap. licèt mulieres, de iure iurand. in 6. At parapherna consentien- 9
te vxore alienari rectè possunt, etiam sine iuramento, vt clara voce definit Imperator in l. de ijs, C. de donatio. inter virum, & vxorem, quæ singularis quidem est, & digna cuius nunquam obliuiscaris. Differunt insuper, quia præscriptionum tempora non cur 10
runt in rebus dotalibus constante matrimonio, vt habetur in l. in rebus, §. final. C. de iure dotium, & in l. 1. §. final. C. de annali exceptione: in paraphernis verò contrarium scriptoribus placuit, atque in primis Fabro in l. 1. C. de bonis matern. cui astipulatur Gregor. in l. 8. titul. 29. partita 3. & Couarru. lib. 1. variar. resolution. capit. 8. num. 8. & Boer. qui alios citat decisio. 328. necnon Gundisaluus de Paz in praxi tomo 1. secundæ partis, num. 32. quibus suffragatur Authentic. de qualitat. dotis, §. illud, collation. 7. quanquam mihi hoc casu mulieri in integrum restitutionem postulandi denegandam non esse arbitror, cum iure comparatum sit, maioribus ætate dandam esse in integrum restitutionem, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur, l. 1. ff. ex quibus causis maiores, l. 1. §. si quis autem, ff. de itinere actuque priuato, tradunt Abb. & Felin. in capit. vigilanti, de præscriptio. & alij apud Couarru. in regul. malæ fidei possessor. 3. part. §. 3. & probatur etiam nõ obscurè in §. quis agens, instit. de actionib. Quæ verò, rogò; iustior causa esse potest, quam mulierem esse in potestate viri

te viri, neque sine illius consensu agere posse, secundum Regias leges? quæ ratio tantum valuit apud Cifuentem in l. 55. Taur. in fin. vt existimauerit, neque in paraphernis currere præscriptionem temporis mulieri, constante matrimonio, argument. legis final. §. necessitate, C. de bonis quæ liber. quæ in filiofam. id expressim definiuit.

SVMMARIVM.

§. Primi.

Fructus pendentes soluto matrimonio qualiter sint diuidendi, nu. 1.

Lex de diuisione ff. soluto matrimo. & lex 26. tit. 11. partita 4. an per ius nouum correcta sit? nu. 2.

Fructus quando sint communes mariti, & vxoris, nu. 3. 4. & 5.

Leges supradictas correctas esse, locumque non habere, probatur, nisi vbi lucra matrimonij non diuiduntur, nu. 6.

Fructus qui soluti matrimonij tempore non apparent, vel seminati nõ sunt, illius coniugis fiũt, cuius est prædium, nu. 7.

Fœtus pecudum, quando dicantur fructus pendentes, nu. 8.

Lex diuortio, & lex diuisione ff. soluto matrimonio, declarantur remissiuè, nu. 9.

Mulier, quæ semel lucra matrimonij repudiauit, pœnitere non potest, nu. 10.

§. PRIMVS.

1 NE rem maximè quotidianam omittamus dispiciamus oportet, quemadmodum fructus pendentes diuidendi sint soluto matrimonio inter virum & vxorem. Et sane, si ius commune spectamus, ea quæstio decisa est in l. diuortio, & l. de diuisione. ff. solut. matrimonio, quibus consonant, l. 26. titu. 11. partita 4. Cæterum an illarum legum decisio secundum ius nostrum Regium nouissimum, locum sortiatur, inter nostrates non satis conuenit, alijs affirmantibus, locum adhuc habere, alij contrà negant, vt est videre apud Gregor. Lop. in d. l. 26. tit. 11. partita 4. verb. *dos vegadas*, & apud Gutierr. Canon. quæst. lib. 3. cap. 33. & apud Petr. Barbosa, meritissimum Regium Senatorem in dict. l. diuortio, numer. 27. tractant etiam Matienç. & Azeued. in l. 4. tit. 9. lib. 5. Recop. & Ayora de partitionib. 1. part. cap. 9. num. 14. Mihi verior vi- 2
detur opinio illorum qui negant, illarum legum definitionem hodiè apud nos locum habere: sic enim mecum reputo. Fructus 3
qui proueniunt ex bonis coniugum, fiunt communes vtriusque coniugis, perinde ac alia bona cõstante matrimonio acquisitis, l. 4. & seqq tit. 9. lib. 5. Recopilat. Aut ergo 4
mulier agnouit, seu acceptauit communes matrimonij fortunas, & fructus sunt communes mariti, & vxoris: aut repudiauit mulier lucra matrimonij, & fructus accrescunt marito, qui repudiare non potest matrimonij fortunas: aut certè ei non conuenit repudiare, quandoquidem, velit, nolit, sit obligatus omni ære alieno, quod constante matrimonio cõtractum est: vt per se patet, & probatur in l. 9. tit. 3. lib. 5. Recopilat. Et idem 5
iuris erit, si à principio alter coniugum repudiauit lucra nuptialia: nam altero ex socijs repudiante lucra societatis, necesse est alteri socio accrescant lucra, veluti placuit Matienç in l. 4. tit. 9. lib. 5. Recopilat. glos. 1. num. 2. & apertiùs tradit Azeued. in l. 9. tit. 9. lib. 5. Recopilationis, nume. 13. Fructus autem qui diuidendi sunt inter coniuges, intelligere debes, esse eos qui tempore soluti matrimonij apparent in fundo, aut seminati sunt, iuxta distinctionem legis fori, quæ est lex 10. titul. 4. lib. 3. fori, quæ vsu gentium, & moribus recepta vbiquè est apud nos, vt nostrates passim testantur. Secũ 6
dum hęc igitur, facta omnium partium enumeratione, fit, vt leges illæ veteris iuris apud nos locum sortiri non valeant, neque illarum sit admittenda diuisio, nisi forsan alicubi consuetudine comparatum sit, vt lucra matrimonij non diuidantur inter coniuges, quale obseruati Cordubæ nostrates enarrant. Fructus autem pendentes in rebus dotalibus ante contractas nuptias, vxoris esse, doremquè augere, ostendit, l. si ante nuptias, ff. soluto matrimon. & l. dotis fructus, ff. de iure dot. atque item lex 28. titul. 11. partit. 4. Pendentes autem intellige secundum distinctionem illius legis fori, quã modò citauimus: & similiter fructus qui soluti matrimonij tempore non apparet, vel 7
seminati non sunt, haud fiunt communes vtriusquè coniugis, sed illius sunt cuius est prædium iuxta distinctionem illius legis fori: & in hanc sententiam nostrates conuenire video. Quod autem de fructibus pen- 8
dẽtibus diximus, idem & de fœtu pecudum dicendum est, vt pendentes dicantur, quæ in ventre sunt, etsi natæ non sint, vt tradit Palac. Rub. in rubr. de donat. §. 62. nu. 11.

& Matienço in dict. l. 4. titul. 9. lib. 5. Recopil. glos. 1. num. 4. & Baldesius ad Suar. tit. 9 *de las ganancias*, ad fin. De intellectu autem illarum legum, diuortio, & de diuisione. ff. solut. matrimonio, quia nimis difficilis est, si iuuat, placetque videre potes præter Clasicos ibidem Alciat. Paradox. lib. 3. cap. 1. Cuiacium lib. 14. obseruationum cap. 22. Hotomanū de dote, in fin. Corras. Miscell. lib. 5. cap. 7. Duaren. lib. 1. disputationum, 10 cap. fin. Atque vt alio transgrediamur, illud dicere non omittam, muliere semel lucra matrimonij repudiante, amplius pœnitere non posse, veluti placuit Palac. Rub. in repetitione rubr. de donat. §. 66. n. 3. Salon de Paz in quæstionibus ciuilib. quæst. 9. num. 9. Matien. in l. 9. tit. 9. lib. 5. Recopil. glos. 1. num. 8. Azeued. ibidem, num. 13. proinde non est audiendus Ayora contrarium tradens in tractat. de partitionib. 1. part. cap. 8. num. 17. nisi forsam mulier ordinarijs remedijs sibi consulat, putà, quia fuerit minor, & in repudiando læsionem acceperit.

SVMMARIVM. Differentia 125.

Donatio propter nuptias, quid sit? num. 1.

Quare donatio ante nuptias fieret, & redditur duplex causa. num. 2.

Loco donationis ante nuptias successit apud nos contractus arrharum. num. 3.

Donatio arrharum, donatio propter nuptias dicitur. num. 4.

Opinio Telli refellitur. num. 5.

Contractus arrharum vsitatus hodie in matrimonijs, quid differat à contractu arrharum, de quo in iure sæpe mentio habetur, nu mer. 6.

In contractu matrimonij dari olim arrhæ solebant. num. 7.

Ob quam causam hodie dentur arrhæ in matrimonijs. num. 8.

Sponsalitia largitas quid sit? num. 9.

Arrhæ non dantur sed promittuntur: sponsalitia largitas sponsæ ante matrimonium representatur, num. 10.

Maritus filios legitimos habens, quantum possit sponsæ donare. num. 11.

Si maritus habeat patrem, non potest donare spõsæ vltra trientem. num. 12.

Si marius plures ducat vxores, vnicuique potest decimam partem bonorum dare nomine arrharum. num. 13.

Inter Donationem propter nuptias, Arrhas, & Sponsalitiam largitatem. Differentia. 125.

DOnatio propter nuptias, est donatio 1
quam facit maritus vxori, vel alius eius nomine, ob causam matrimonij contrahendi. l. fin. C. de donat. ante nuptias, l. 1. titul. 11. part. 4. hæc veteri iure appellabatur donatio ante nuptias, quia non nisi ante matrimoniū fiebat: postea verò sanxit Iustinian. vt etiam constante matrimonio fieri posset vocareturque propter nuptias. l. cum multa. C. eod. titul. Duplicis autem erat causæ, 2
quamobrem hæc donatio fieret: altera, vt dos tutiori loco foret vxori: altera, vt pacta dotalia ex æquo cum ea certarent, vt intelligere licet ex Authent. æqualitas. C. de pactis conuentis, atque ex Authent. æqualitas. C. de pactis conuentis, atque ex Auth. dos data. C. de donat. ante nupt. declarat Azo. in summa illius titul. & Salicetus in l. si constante. C. eodem, explicat etiam lucu lenter Anton. Gom. in l. 50. Taur. num. 9. Quamuis autem modus istius contractus, 3
prout olim fiebat, exoleuerit, in desuetudinemquè hodiè abierit, vt refert glos. in d. Auth. æqualitas. C. de pactis conuentis, cæterique Doctores memorant: apud nos vero loco huius donationis successit contractus, qui vulgò vocatur arrharū, qui & ipse vocatur donatio propter nuptias, veluti ex presisim declarat illa lex. 1. titulo. 11. part. 4. in hæc verba: *Lo que el varon da à la muger por razon de casamiento, es llamado en Latin: Donatio propter nuptias: que quiere tanto dezir, como donacion que da el varon à la muger por razon que case con ella: è tal donacion como esta dizen en Hspaña propriamente Arras.* Etenim licèt pacta atque leges quę hodie in hoc contractu arrharum sunt in vsu, non per omnia conueniant cum illis quæ olim obseruabatur in donatione propter nuptias, sed partim conueniant, partim dissentiant, sicuti latè tradit Palac. Rub. in repetitione rubric. de donation. inter. §. 12. & §. 14. & explanat etiam Gregor. in d. l. 1. part. 4
atque item Anton. Gom. in l. 50. Taur. nu. 10. Porrò cum ob matrimonium contrahēdum hæc arrharum donatio fiat, verè dicitur donatio propter nuptias, vt ipsamet lex

Regia

Regia definit: itaque quamquam hoc genus donationis quo hodie vtimur, in modo cõtrahendi differat ab illo vetusto, & exoleto re autem & substantia inter se non differũt. Proinde non est audiendus Anton. Gom. loco superiori, qui refragante lege Regia, aliter est contrarium tradere, negans, hoc genus contractus arrharum esse donationẽ propter nuptias licèt idem placuerit Couarruu. in 4.2. part. cap. 3. num. 12. assentiatur quamuis illis Ioannes Garsia in libello de donatione remuneratoria, num. 50. nam loquuntur aduersus legem Regiam, cui necessario nobis obtemperandum est. Multo ergo minus ferendus est Tel. Fernandez in l. 29. Tauri, dicens, leges Regias loquentes de donatio. propter nuptias intelligendas esse de veteri illa donatione propter nuptias iuris communis, non de hoc cõtractu arrhario, quo hodiè vtimur: manifestus (sanè error) tanti viri pace dixerim) cum manifesti iuris sit, leges ad præsentia, & vsitata accommodandas esse, non ad obsoleta, & antiquata, l. nã ad ea. ff. de legib. Proinde meritò reprehẽsus est ab Ayora in tract. de partition. 2. p. quæst. 13. n. 19. & à Ioãne Garsia loco superiori. Illud verò neminem fugit, hoc genus contractus, arrharum dico, quo hodie matrimonijs cotundis vtimur, diuersum esse à contractu arrharum, de quo in iure sæpè mẽtio habetur. Arrha enim si proprium eius significatum spectes, nihil aliud est, quã id quod tanquam in pignus dari solet à contrahentibus ad contractus confirmationem vt in §. 1. instit. de emptione & venditione. Proinde & in contractu matrimonij dari arrhæ solebant, vt habetur in l. Arrhis. C. de spõsalib. & in c. Gemma, eod. tit. Verum hodiè arrhæ non dantur ad confirmandum matrimonium, sed potius promittuntur ab sponso, aut ab vxoris dignationem, aut propter virginitatis meritum: quæ quoniam rerum experimentis satis nota sunt, & declarat illa lex 1. septem partiti iuris, de sponsalitia largitate, dicamus. Sponsalitia largitas sunt, quæ sponsus tradit sponsæ ad ipsius ornatum, & decorem, puta, in aures, annulos torques, vestesquè & denique mulierũ mundus omnis quicquid sit, aperit Iurisconsult. in l. argumento. ff. de auro, & argento legato: & cur ita dictum sit, exponit Plinius naturalis historiæ lib. 1. cap. 4. apud nos vulgo appellantur *joyas*, vt apparet ex leg. 52. Tauri. Differt igitur sponsalitia largitas à contractu arrharum, quo hodie vtimur, qui arrhæ nõ dantur, sed permittuntur: sponsalitia vero largitas sponsæ ante matrimoniũ repræsentatur, veluti apparet ex illa Taurina lege: & illic tradunt interpretes, apud quos alias quoque reperire poteris differentias. Illud quoque memineris, tametsi non possit maritus secundum nostrates leges Regias dare sponsæ nomine arrharum plus quam sit, seu valeat decima pars bonorum quæ tunc temporis habeat. l. 2. tit. 2. libr. 5. Recopilat. attamen si vxoris meritum multò plus exuberet, putà, quia ipsa sit nobilis maritus autem plebeius, vel ipse sit senex, ipsa autem iuuencula, eo casu placere scriptoribus, posse maritum pro merito vxoris plus decima parte donare, glos. in l. si volũtate. C. de dotis promissione, & illic Baldus Iaſ. in l. diuortio. ff. de verbor. obligat. tradit ex nostratibus Couar. libr. 4. Decretal. 2. part. cap. 3. §. 3. & Azeued. in l. 2. tit. 2. lib. 5. Recopil. num. 11. Dum modò intelligas, si maritus filios legitimos habeat, non posse eo casu vltra quincuncem sponsæ donare, vt animaduerti Ioannes Garsias de donatione remuneratoria num. 42. Et consequenter si maritus habeat patrem, non poterit donare sponsæ vltra trientem, sicuti scribit Zeuallos in speculo practicarum, quæst. 273. & 502. Illud quoque non obliuiscaris, quoniam nostrates nõ tangunt, etsi maritus plures duxerit vxores, posse vnicuique hanc decimam partem bonorum dare nomine arrharum, vt non obscurè probatur in l. cum alijs. C. de secundis nupt. & in Authen. de nupt. §. sed neque, collat. 4. An verò arrhæ sint deducendæ de corpore hæreditatis tanquam æs alienũ, vel de quincũce tãquam donatio, ediſſerit Gutierr. pract. quæst. lib. 3. quæst. 43. vbi distinguit inter eum qui habeat liberos tempore promissionis arrharum, & eum qui non habeat, vt priori casu sint arrhæ deducendæ de corpore hæreditatis, posteriori autem deducantur de quincunce, & eius distinctio mihi satis arridet ex l. hac edictali. C. de secundis nuptijs.

SVMMARIVM.
Differentia 126.

Dominium rerum in æstimatarum transit in maritum reuocabiliter. num. 1.

Dominium rerum æstimatarum transit in maritum irreuocabiliter, & quare? num. 2.

Mari-

Maritus liberatur reſtituendo res etiam deterio res factas, quando æſtimatæ data non ſunt: aliter in rebus æſtimatis, num. 3.

Reſellitur opinio dicentium, virum habere electionem in rebus reſtituendis. num. 4.

Res inæſtimatas vir alienare non poteſt, æſtimatas verò poteſt. num. 5.

Superior concluſio declaratur. num. 6.

Differentia rerum æſtimatarum, & inæſtimatarum quando hodiè ceſſet. num. 7.

Inter dotem æſtimatam, & inæſtimatam, differ. 126.

INter dotem æſtimatam, atque inæſtimatam quam plura diuortium faciunt: ac illud in primis, quod rerum inæſtimatarum dominium tranſit in maritu reuocabiliter, ſcilicèt ita vt ſoluto matrimonio redeat ad
2 vxorem l. in rebus. C. de iure dot. Cæterum rerum æſtimatarum maritus dominus fit irreuocabiliter, quoniam iuxta iuris placita æſtimatio facit emptionem. l. quoties. C. de iure dot. cuius hæc ſunt verba: *Quoties res æſtimatæ in dotem dantur, maritus dominium cõſecutus ſummæ velut debitor efficitur: ſi itaque non conuenit, vt ſoluto matrimonio reſtituerentur, & inæſtimatæ ſunt, retinebit eas, ſi pecuniam tibi offerat*: tradit latè (vt cæteros omittam)
3 Couarr. pract. quæſt. cap. 28. Item illud differunt, quòd in reſtituenda dote res nò æſtimatas matitus, etiam deteriores nõ ſua culpa factas, reſtituẽdo liberatur. l. plerumque ff. de iure dot. cum ſeqq. aliter in rebus æſtimatis, nam omnino tenetur maritus reddere æſtimationem, neque liberatur reddendo res dotales, etiam æquè bonas, vt colligitur ex illa l. quoties, atque l. æſtimatæ. ff. ſoluto matrimonio: & eã video eſſe communem opinionem apud Antonium Gomez, in l. 50. Taur. num. 44. & apud Gregor. in
4 l. 18. tit. 11. part. 4. verb. De ſuſo. Proinde haud ſunt audiendi Accurſ. & Salic. in dict. l. quoties, dantes electionem viro, non rectè intelligẽtes text. in dict. leg. plernmque, ff. de iure dotium, qui ſanè textus loquitur, quando in pactis dotalibus cõuenit, vt aut res æſtimatæ, aut pretium earũ reddatur ſoluto matrimonio, nam tunc, niſi nominatim aliud dictum ſit, viri erit electio ſecundum vulgarem illam regulam: In alternatiuis debitoris erit electio. Tertio, differunt,
5 nam res inæſtimatas vir alienare non poteſt prohibente lege Iulia, vt in leg. 1. ff. de fundo dotali: æſtimatas verò ſuo iure maritus alienat. l. quod ſi fundus, eod. tit. de fundo dotal. l. æſtimatis. ff. ſoluto matr. Quod tamen verum eſt, quando maritus fuerit ſoluendo, alioqui ius eſt mulieri res æſtimatas à marito alienatas vendicare ab emptoribus, cæteriſquè mariti creditoribus, etiã anteriorib. in l. in rebus. C. de iure dot. & illic gloſ. verb. Æſtimatæ, quam ſingularem cõmunem eſſe, prhdicant Iaſon, & Decius in l. ex conuentione. C. de pact. & Ant. Gom. in l. 50. Taur. n. 44. Poſſem & alias non pauca ſubtexere differentias, ſed ſuperiores ad rem demonſtrandam ſatis ſuperque eſſe videntur. Quamquam illud non omm iſerim, 7
hanc differentiam rerum æſtimatarum, & inæſtimatarum, quam modo in reſtituenda dote ſeruandam diximus, ceſſari noſtrati Regio iure, quando mulier communis coniugi fortunas agnouerit, cùm hoc caſu res dotales, ſeu æſtimatæ, ſeu inæſtimatæ, æquo iure deducendæ ſint ex communi aceruo ſocietatis, iuxta ea quæ tradit Suarez tit. *De las ganancias*, & Ant. Gom. in l. 50. Taur. Sed neque illud eſt obliuiſcendum, quod tradit Anton. Gom. in l. 50. Tau. n. 43. præſumendum eſſe in dubio res mobiles dotales inæſtimatas perijſſe culpa mariti, niſi cõtrarium probauerit. Sed illius opinioni ex diametro repugnat Alexand. conſ. 26. volum. 6. n. 17. nec non text. in l. de ijs. C. de don. inter virum, & vxorem: proinde Ant. Gom. in opinionem in vſu fori minus receptam eſſe video. 6

SVMMARIVM.
Differentia 127.

Iuſiurandum, & iuramentum ſynonima eſſe. num. 1.

Iuſiurandum vnde ita appellatum ſit. num. 2. & 3.

Olim conſtitutam eſſe formulam verborum iuramenti. num. 4.

Iuſiurandum dictum eſt, quia ſecundum iuris formulam, & verba à iure præſcriptam iurandum erat. num. 5.

Iuſiurandum à iure, & iurando dicitur. num. 6

Sacramentum quid ſit? num. 7.

Septem Eccleſiæ Sacramenta peculiari nomine ita appellari. num. 8.

Sacramentum pro iuramento vndedicatur? numer. 9.

Inter Iuramentum, Iusiurandum, & Sacramentum, differ. 127.

IVsiurandum, & iuramentum synonima sunt, vt satis constat ex rubr. de iureiurando, eiusquè capitulis, atque item ex l. generaliter. C. de iureiur. propter calumniam dãdo, & aliàs passim. Vnde vero iusiurandum ita apellatum sit, inter scribentes non satis conuenit, alijs aliter sentientibus: aliquibus enim placet, dictum esse à iure, & iuramento, quia videlicet iuramentum iuridice faciendũ sit, in his fuere Abb. & reliqui in supradicta rubrica de iureiurando: alij verò dictum putant, quia id quod iuratur pro lege habendum sit, cuius opinionis fuit Couar. in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. in init. primæ partis, num. 2. At Iustus Lipsius lib. 1. selectorum cap. 18. his non assentitur sed putat iusiurandùm ex Ioue, & iurandum dictum esse: quia per Iouem Ethnici iurare 3 solerent. Mihi porrò ipsummet nomen apertam sui præ se ferre ethymologiam videtur, hoc est, à iure, & iurandum deriuatũ esse, sicuti nostri tradunt interpretes. Sed quare magis conceptum sit in futurum iusiurandum, quàm in præteritum, iusiuratum videamus. Et Alciat. in dict. rubrica de iureiurand. num. 27. ideò in futurum concep tum dicit, quia iudex omnino sequi teneba 4 tur, quod iurandum erat. Ego verò sic existimo, olim apud vetusta illa secula, vt omnia exactissimè (ne superstitiosè dicam) gerebãtur, erant in iure constitutæ formulæ, quibus cõcipiebãtur verba, iuxta quæ pro res qualitate fieri iuramẽtũ deberet: sic in bello indicẽdo nũcupata erat formula apud Liuium Decadis 1. lib. 1. & aliàs alijs in rebus refert Alexander ab Alexand. lib. 1. c. 20. & lib. 5. cap. 10. Extant, & apud nos tã iure ciuili, quam Pontificio, atque Regio nonnullæ illiusmodi formulæ, quibus comprehensum est, quemadmodum litigatores, Aduocati, & testes, aliæquè personæ in statuta re iurare debeant, veluti in cap. ego, de iureiurand. & in Authent. principalis. C. de iureiur. propter calumniam dando, & lex 24. tit. 16. part. 3. atque item in l. 1. tit. 16. lib. 4. Recopilat. & alias non rarò: atque inde dicebatur conceptis verbis iurare, & in verba iurare, ideſt, iuxta verba à iure concepta iurare, Cicero Offic. lib. 3. *Non enim*, inquit, *falsum iurare, peierare est, sed quod ex animi truculentia iuraueris, sicut verbis concipitur, more nostro id periurium est.* Et huc etiam respicit, quod scriptum est à Iurisconsulto, in l. iusiurãdum, & ad pecunias, §. ait Prætor. ff. de iure iurando, his verbis: *Ideoque si quid tale inciderit, officio iudicis conceptio huius iurisiurandi terminetur.* Ostendunt etiam illa Nasonis carmina in epistola Cidipę ad Acontium:

Quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris,
Linguaquè præsentem testificata Deum?

Quia igitur secundum ius, ideſt, secundum 5
iuris formulam, ac secundum à iure præscripta verba iurandum erat, appellatum fuit iusiurãdum in futurum, vt valde nimis sapiat Hostiens. contendens, potius dicendum esse iusiuratũ, quàm iusiurandũ in summa de iureiurando. §. 1. aduersus omnia iura, & aduersus omnes scriptores: qui nunquam dixerunt, nisi iusiurandum. Secundũ 6
hæc igitur verum est, quod omnes sentiunt interpretes, iusiurandum à iure, & iurando conflatum esse, tametsi causam ob quã ita appellatum sit, non satis illi caluerint. Lipsij autem ethymologiam ex Ioue, & iurando concinnatam vtriusque nominis inflexio, seu declinatio, quæ longè diuersa est, tam facile arguit, vt necesse non sit pluribus verbis à nobis refelli. Atque hæc de iuramento, & iureiurando: nunc de Sacramento. Sa 7
cramentum latius patet, quàm iuramentũ, etenim Sacramentum, omissa illa veterum antiqua, & exoleta significatione, cuius meminit Varro de lingua Latina, nihil aliud est, quam res quæ in se diuinum aliquod, & latens mysterium continet, sicut intelligere licet, cùm aliàs passim, tum ex Diuo Paulo ad Ephes. cap. 1. & ad Timot. cap. 3. Ea prop 8
ter septem Ecclesiæ Sacramenta, quia nimirum, authore Christo, diuini mysterij plena sunt, peculiari nomine Sacramẽta appellãtur, cap. multi. 1. quæst. 1. Quia igitur iuramentum ad diuini numinis religionem maximè spectat, quippe cum in eo Deus appelletur in testem, inde Sacramentum pro iu- 9
ramento vsurpari cœpit, ità vt indifferenter vtroque nomine Legislatores, cęterique authores vtantur, vt liquet ex illa l. generaliter. C. de iureiur. & alias subinde, & Abb. in rubric. de iureiur. licet Alc. eod. loci, nu. 25. adhuc putet nonnihil inter hæc esse discriminis.

SVM-

SVMMARIVM. Differentia 128.

Necessaria alienatio plerumque excusat, vbi voluntaria non excusaret. num. 1.

Quod statutum est, emphyteutam alienãtem debere soluere domino quinquagesimam pretij partem, ad necessariam alienationem non extenditur. num. 2.

Ex venditione necessaria vectigal non debetur. num. 3.

An pignus videatur remissum, quando ex causa necessaria creditor illud vendit: & exemplũ ponitur, num. 4. & 5.

Inter alienationem necessariam, & voluntariam. Differentia. 128.

1 ALienationis voluntariæ, atque necessariæ disimilis est conditio: etenim necessaria alienatio plerũque excusat, vbi voluntaria non excusaret, l. cum fidei hęredes ff. de fideicommiss. libert. gloss. in l. pater filium. ff. de legat. 3. Molina de primog. lib. 1. cap. 10. vt ecce prædium dotale alienari nõ valet, lege Iulia vetante, vt in princip. inst. quib. alien. non liceat: & tamen si vrgeat necessaria causa, alienatio facta tenet l. 1. ff. de
2 fund. dot. Proinde, quod statutum est iure, emphyteutam alienantem debere soluere domino quinquagesimam pretij, quod accepit l. fi. C. de iure emphyt. ad necessariam alienationem non spectat, veluti si ob publicas causas iudice cogente vendita sit res emphyteutica, authore Iass. in ead. l. fin. n. 47.
3 Pariquè ratione ex venditione necessaria vectigal, quæ alcauala vulgo dicitur, non deberi, probatum est latiùs à nobis, libr. 1. re-
4 rum quotidianarum, c. 3. §. 4. Et hæc argumenta secutus, nuper me respondisse memini, tametsi creditor vendens rem sibi pignori, vel hypothecæ nexam, videatur pignus remittere. l. si consentit, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, hoc, inquam, locum non habere, respondi, quando ex necessaria causa creditor feciss et, veluti in specie huiusmodi: Creditori cui annuus census debebatur, pro redditibus præteritis traditus est fundus ipsi censui obligatus: eum verò fundum quidam debitoris cõsanguineus iure gentilitio redemit, seu retraxit, creditorquè secundum legem ius cessit illi, respondi, saluum creditori ius pignoris esse in futurum, quia id ex necessaria causa fecisset.
5 Atque proinde denuo pro redditibus, quæ in posterum debebuntur, iure suo aduersus fundum obligatum experiri rectè poterit creditor: aliter atque si ipsonte sua alienasset, quia tunc ius pignoris amisisset, iuxta illam legem. si consentit, & leg. voluntate. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, & aliàs quam plures eiusdem tituli.

SVMMARIVM. Different. 129.

Ordinarius iudex quis dicatur? num. 1.

Auditores Regalium Chancellariarum, an sint iudices ordinarij, num. 2.

Vicarius Episcopi habet ordinariam iurisdictionem. num. 3.

Prior, & Consules de Burgos, an dicantur iudices ordinarij. num. 4.

Ordinaria iurisdictio citra territorium consistere potest. num. 5.

Chancellarius Salmantinæ vniuersitatis habet ordinariam iurisdictionem, num. 6.

Iudex legatus quis dicatur? num. 7.

Tria sunt genera legatorum, num. 8.

Legati Pralati qui dicantur? num. 9.

Legati de latere qui dicantur? num. 10.

Legati missi qui dicantur? num. 11.

Delegatus iudex quis dicatur? num. 12.

Censores qui dicantur? num. 13.

Appellatio interposita à iudice delegato tractanda est coram iudice delegante, si vero sit interposita à iudice ordinario, potest tractari coram quocunque iudice superiori, qui cognoscendi de appellationibus habeat potestatẽ. num. 14.

Iudex delegatus datus ad tempus, etiam lapso tẽpore potest exequi sententiam, quam intra terminum pronuntiauit. num. 15.

Inter Iudicem ordinarium, Legatum, & Delegatum, different. 129.

ORdinarius iudex est, qui creatur à Prin
1 cipe, aliove qui lege, consuetudine, aut priuilegio potestatem habet concedendi ordinariam iurisdictionem: vt eam generaliter

ter exerceat in aliquo oppido, Collegio, vel prouintia, quæ quidem definitio, seu mauis descriptio, colligitur ex Alexandro in l. Prętor. ff. de iurisdictio. omnium iudic. atque
2 ex Marantha in specul. 4. part. distinct. 5. Iuxta quã dicendũ est, Auditores Regalium Chancellariarium ordinarios iudices esse, sicuti tradit Iasson. in l. more maiorum, nu. 52. ff. de iurisd. omn. iud. & Corset. de po-
3 rest. Reg. 5. part. quæst. 69. Item Episcopi Vicarius ordinariam habet iurisdictionem, secundum gloss. in cap. 2. de offic. Vicarij lib. 6. & Specul. tit. de offic. ordinarij. §. 1. num. 2. quos amplectitur Abbas in cap. tua, de offic. Vicar. Felin. in rub. de offic. de leg. & illic Beroi. num. 13. testatur magis, recep tam, idemquè facit Couarr. variarum lib. 3. cap. fin. num. 4. & Gambara de potest. leg.
4 lib. 9. numero 33. Idem probandum est de iudicibus illis, qui mercaturæ negotio aliquibus in ciuitatibus pręficiuntur, vulgò apud illos appellantur Prior, & Consules, veluti Burgis, de quibus in tit. 13. lib. 3. Recopil. hos enim ordinariam exercere iurisdictionem apparet ex l. 1. tit. 4. part. 3. & ibi
5 animaduertit Greg. Lop. verb. *Menestercs*. Etenim ordinaria iurisdictio, & citra territorium consistere potest putà, in aliquo personarum corpore, seu collegio, veluti ostendit lex fin. ff. de iurisdictio. omn. iudicum. & tradit Felin. in cap. post cessionem, num. 1. de probationib. & Marantha loco superiori. Cuius rei extat præsentaneum exemplũ in iudice, seu Chancellario nostræ insignis
6 Vniuersitatis Salmantinæ, eum siquidem ordinariam habere iurisdictionem, est argum. auth. habita. C. ne filius pro patre, & constat ex ijs quæ affert Petrus Lenaud. de Doctorib. 4. part. quæstion. 82. in fin. quanquam ex Eugeniana concessione, alijsque Pontificum priuilegijs aliquando eum delegata iurisdictione vti, in comperto sit. Lega
7 tus est, iudex qui ab Apostolica Sede ad aliquam prouinciam gubernandam demandatur, vt scribit Spec. in tit. de legato, cũ quo, & reliqui consentiunt: apud nos vulgo appellatur, Nuntiùs. Eũ vero ordinariam habere iurisdictionem in confesso est, vt ostendit cap. 1. de offic. legat. in 6. Legatorũ autẽ
8 tria sunt genera, nã alij sunt legati nati, alij de latere, alij missi: nati sunt ij Prælati, quo
9 rum Ecclesijs hæc data est prærrogatiua, vt Legati vices gerant, talis est Ecclesia Cantuarien sis, & Euoracensis. De latere dicuntur Cardinales S. Romanæ Ecclesiæ, qui ad latus Summi Pontificis resident, & sunt tan-
10 quam pars corporis eius, vt in l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maie. & in cap. fœlicis de pœnis, in 6 tametsi aliam rationem reddat Hieronym. Rom. lib. 3. *de las republicas*, c. 3. Missi 11
dicuntur cæteri legati qui extra collegiũ Romanum emittuntur à Pontifice, sicuti tradunt gloss. & cæteri glossographi in cap. 1. de offic. legat. in 6. & Barbatius de præstantia Cardinalium 2. p. in princip. & Gambara loco paulò ante citato. Legatũ autẽ hoc loco accipimus, secundum communẽ iuris Pontificij consuetudinem: nam si germanã eius vocis significationem spectes, omnes quotquot à Principe Reipub. causa mittuntur, comprehendit, vulgo, *Embaxadores*, appellantur: sicuti intelligere licet ex toto titulo de legatio, qui locũ sortitus est lib. 50. ff. atque habemus etiam apud nos, de his peculiarẽ titulũ, qui est octauus lib. 6. Recop.
Delegatus est, cui à Principe, vel à Principis 12
delegato, aliouè ordinario iudice, causa aliqua, aut species causarum specialiter decidẽda committitur, vices gerens delegantis, & proprium nihil in iurisdictione habens: ist- hæc definitio colligitur ex Abb. in rubr. de offic delegat. eamquè amplectitur Alex. in rubr. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio & ibi Alc. num. 47. & licet alij aliter definiant, hæc receptior videtur esse definitio, secundum Marant. in specul. 4. p. decis. 5. num. 4. Ergo vt ad vsum forensem no 13
stra descendat oratio, censores illi qui mandari solent ad exigendas rationes ab alijs iudicibus qui officio iam functi sunt, (nos vulgò *juezes de residencia*. Itali iudices syndicatus appellant) non ordinarij iudices sunt, sed delegati potius, ex Bartoli sententia in l. 1. C. vbi, & apud quem n. 11. & Iassonis in l. more maiorum, num. 50. ff. de iurisd. omnium iudic. quod sic quidem erit, nisi modo illis ordinaria etiam sit concessa iurisdictio: nam tunc, quantum attinet ad causas respicientes cẽiuram, seu syndicatum, erũt delegati, quantum ad cætera, erunt ordinarij, ex his quæ tradit Maranta in specul. 4. parte, distinct. 5. num. 26. Quod cognosce 14
re, magni est momẽti: nam si est delegatus, appellatio ab eo interposita tractanda est apud delegantem: sin verò est iudex ordinarius, potest tractari apud quemcumquè superiorem, qui de appellationibus cognoscẽdi habeat potestatem, iuxta l. 1. ff. qui, & à quibus. Inter ordinarium autem, & delegatum alias permultas reperire licebit differẽtias, præsertim apud Iassonem in l. à iudice. C. de iudicijs, & apud Couarru. practicar. quæst. cap. 4. & denique 40. differentias cõglomerauit Marantha in dict. specul. 4. p.

dist.

dist. 5. quas ne fim prolixus, hic nõ repeto, tute per te, si iuuat, placetque, perspicere
15 potes. De iudicibus autem cum tam multa dici possint, melius est silere (vt de Carthagine inquit Sallustius) quam pauca dicere. Illud tamen, quoniam memoria dignum est temperare me non potui, quin dicerem, de legatum iudicem ad tempus datum, etiam elapso tempore delegationis, suam posse exequi sententiã, quam intra tempus datum pronũtiauerit vt tradit glos. nemine reclamante, in c. de causis, de offic. de leg. verb. ex transacto, & tradit etiam Barthol. Brixiẽ sis in quęstionib. venerealib. q. 7. quod egregiè pertinet ad iudices syndicatus, & ad iudices pesquisitores.

SVMMARIVM. Differentiæ 130.

Merx quid sit? num. 1.
Mẽrces quid sit? num. 2.
Prateij explicatio super verbo Merces refellitur. num. 3.
Merces hodiè soldada dicitur. num. 4.

Inter Mercem, & Mercedem, differunt. 130.

1 MErx est res mobilis, quæ venditur l. mercis appellatio 66. ff. de verbor. significatio. non tamen pertinet ad seruorum venditionem, l. mercis appellatione 203. eod. tit. absurdum enim foret (vti aliorsum Imperator inquit) hominẽ, cuius causa omnia comparata sunt, tam vtili nomine contineri. §. in pecudum, instit. de rerum diuision. Porrò merces est pretium, seu pensio quæ
2 pro re conducta datur l. 1. ff. de contrahẽd. empt. l. 1. ff. mandati, siue ea detur pro prædio rustico, siue vrbano, vt cõstat ex l. habitatores. ff. locati, & aliàs passim, licet Prateius nullo tamen iure in lexicon verbo, Merces, tradat, mercedem ad pensionem tantũ rusticorum prædiorũ pertinere. Quin mer-
3 cedis appellatio latiùs patet, accipiturque generaliter pro premio, quod pro quocunque labore, & industria datur. §. cum in solo, inst. de rerum diuision. & aliàs subinde, & significat illud Persij, siue Iuuenalis:

Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo.

4 Tradit latè, præter Alciatum in dict. l. merces, Benuenutus de mercatura. 1. part. numer. 75. Merces autem hodiè soldada, vulgò dicitur, nomen à solido traditum, sicuti exponitur in titulo quis dicatur Dux, Marchio, in fin. in vsibus feudorum. Cum igitur merx, & merces tam longe distent, errasse cõstat Accursium (tanti viri pace dixerim) qui vtroquè indifferenter vtitur, cùm alibi, tum in l. si seruus communis. §. locaui. ff. de furtis. Verũ quoniam de mercede frequẽs est in foro quæstio, operæ pretium fuerit, si aliquid de ea re subiungamus.

SVMMARIVM. §. Primi.

Post salarium Aduocato constitutum, licet clienti taxare salarium pro industria, & peritia aduocati, & litis æstimatione. numer. 1.
Si aduocatus decedat ante finitam litem, an debeat habere integrum salarium. num. 2.
Aduocatus non potest pro salario retinere alia causæ. num. 3.

§. 1. Dè mercede, seu honorario Aduocati.

IN salario Aduocati illud est singulare, 1
quod licet conuenerit inter Aduocatum, & clientulum de quantitate salarij, neque ea posset excedere summam à l. prefinitã, ea est lex 18. tit. 16. lib. 2. Recopilation. verũtamen non obstauit conuentio facta, quin clientulo desiderante, rursus taxetur, salarium pro industria, & peritia Aduocati, & qualitate litis, secundum Guid. Papæ quæst. 190. & D. Franc. Sarm. sele&. lib. 1. cap. 11. n. 9. idquè expressim probatur in l. 1. §. in honorarijs. ff. de variis, & extraord. cognitionibus, & apertius apud nos in l. 20. illius tit. *de los abogados*, quæ hoc idem recipiendum definit, ipso Aduocato postulante. Quid verò 2
si Aduocatus ante finitam litem mortem obierit, an integrum habere debeat salariũ? definit Iurisconsul. in d. l. 1. §. diuus. ff. de varijs, & extraordin. cognitionib. Sed & illud omiserim, non posse Aduocatum retinere 3
instrumẽta, seu acta causæ, quæ processos vulgo vocamus, pro suo salario, secũdũ Iaff. in l. si nõ sortẽ. §. cẽtũ. ff. de condictione indeb. Boer. decis. 15. n. 3. & Capiciũ decis. 11.

SVM-

SVMMARIVM. §. secundi.

Tabelliones quid recipere debeant, & ánſponte obłatum poſsint vltra taxam recipere. numer. 1.

Non prodeſt tabellionibus conſuetudo, vt vltra taxam aliquid recipiant. num. 2.

Lex 30. titul. 6. lib. 3. & lex 1. titul. 26. libr. 4. noua Recop. ad concordiam reducuntur. num. 3.

Quæ iniuſtè tabellio recepit, cui ſint reſtituenda remiſsiuè. num. 4.

§. 2. De mercede tabellionum.

1 QVid tabelliones percipere valeant induſtriæ iuæ cauſa, expoſitum eſt in titul. 27. lib. 4. Recopilat. vulgo dicitur, *Arãcel de los eſcriuanos*, Latinè forma ſportularum rectè dici poteſt, ex l. forma. ff. de cenſibus. Neque eſt nouum, has tabellionum ſportulas lege taxari, nam & iure communi taxari ſolebant, in l. 1. C. de offic. Præfecti Prætorio Affricæ, & in l. in ſacris ſcriniis. C. de Præpoſitis ſacrorum ſcriniorum lib. 12. & ſeptem partito iure in l. 15. tit. 19. p. 3. Adeò autem prohibitum eſt tabellionibus vltra legitimam taxam quicquam recipere, vt ne ab ſponte quidem offerentibus id recipere valeant, ſecundum Bald. in auth. ſed hodie. C. de Epiſc. & Cleric. & Gregor. in d. l. 15. tit. 19. par. 3. verb. *Deximos.*

2 Neque proderit tabellionibus conſuetudo vt vltra legis taxationem quicquam percipere valeant, quoniam lex illa Regia tam conſuetudinem præteritam, quam ſuturã explodit, atque, ſi teſtibus opus eſt, tradit Auend. in cap. correct. 1. part. cap. 2. n. 14. Immemorialis autem conſuetudo an in illa lege Regia exploſa intelligatur, dubitationis eſt; & exploſam etiam eam eſſe, author eſt Azebedo in l. 3. tit. 1. lib. 2 Recop. verb.

3 *No ſon vſadas.* num. 17. De ſportulis tabellionũ ab vniuerſitatibus ſoluendis, duo extant leges in Regia Recopilatione ſibi inuicem repugnãtes, altera eſt lex 30. tit. 6. lib. 3. altera eſt lex 1. tit. 26. lib. 4. illa 30. præcipit tabellionibus vt de protocolis non exigant ſportulas ab vniuerſitate, ſed tantum de exemplarijs ſigno abſolutis, hæc poſterior præcipit, vt tam de protocolis quàm de exemplarijs poſsint tabelliones ab vniuerſitate percipere ſportulas: & quãquam noſtrates in illarũ concordia nutent ego ita conueniendas eſſe putauerim, vt illa 30. loquatur de prouocolis, quæ fiunt in actis iudicialibus, ſeu proceſsibus, vt vulgo vocamus: hæc verò poſterior loquatur de cõtractibus, & cæteris inſtrumẽtis, quæ 4
extra forũ rogãtur, Quando verò tabellio aliquid iniuſtè ſeu cõtra legẽ recipit: cui reſtituẽdũ ſit, exponitur in c. nõ ſanè 14. q. 5.

SVMMARIVM. §. Tertij.

Apparitores quantum poſsint exigere pro ſingulis leucis. num. 1.

Qualiter leuca intelligenda ſit? num. 2.

§. 4. De mercede apparitoris.

APparitores, vulgò *Alguaziles* appellãtur non poſſunt exigere pro ſingulis 1
leucis niſi Regalè nũmũ, tàm de profectione, quã de redditu: vt habetur in l. 1. tit. 1. libr. 4. Recop. An verò leuca intelligenda ſit de ciuili, an de vulgari, tradit Auileſ. in cap. correct. c. 4. gloſ. 1. n. 4. & nos latiùs 2
differuimus lib. 2. rerum quot. cap. 14. Sed quoniam Regiã illam legem latiùs interpretatur Bouadilla in polyt. lib. 3. §. 4. nos de ea non amplius. Sed neque de decima quam apparitores excipere debent ex cauſa executionis, quicquam dicemus, quoniã copioſè tractatum eſt à nobis lib. 2. rerum quotid. cap. fi. 6. p. §. vnico proinde importunum foret his repetere.

SVMMARIVM. §. quarti.

Officium carnificis viliſsimum eſt? num. 1.

Carnifices habere debent veſtes eorum qui mortis damnati ſunt. num. 2.

§. 4. De mercede carnificis.

QVoniã leges dignãtur ſtatuere de mercede carnificis, nos de ea re aliquid

dicere non dedignemur, sit quanuis officiũ istud luper omnia mundi angaria vilissimũ vt notissimum est, & scriptum reliqui Bualdus in l. eos demum, ad fin. C. de executione rei iudicatæ. Cauetur autem lege Regia, vt carnifices habeant sibi vestes eorum
2 qui ad mortem sunt addicti, seu damnati, ea est lex. 1. tit. 32. lib. 4. Recop. in quo nõ per omnia cum iure communi concordat, vt cernere est in l. fin. ff. de bonis damnatorum: ad quarum intelligentiam si plura scire velis, legito Paridem de syndicatu. §. maleuolus, & Maran. tit. de executione. n. 15. Boer. decis. 349. num. 5.

SVMMARIVM. §. Quinti.

Medico debetur salarium pro modo suæ peritiæ. num. 1.

Conuentio facta ab infirmo in fauorem medici an teneat? num. 2.

Idem de chirurgis. num. 3.

§. 5. De mercede Medici.

1 MEdico debetur salarium pro modo suæ peritiæ, atque pro infirmi conditione l. 1. ff. de varijs, & extraordinarijs cognition. in princip. Conuentio autem facta ab infirmo cum Medico, si dolo, aut fraude
2 Medici extorqueatur, infirma erit: alioquin si fraus cesset, nihil est impedimento quo minus valeat l. Medicus, eod. tit. de varijs, & extraord. cognit. Aflict. decis. 123. Baeça sic intelligendus de decima tutor. cap. 2. num. 24. Chirurgi eadem causa erit. namque Medici appellatione, &
3 Chirurgus continetur, vt habetur in dict. l. 1. ff. de varijs, & extraordinar. cognitio. & significat satis D. Hieron. in epist. ad Bonosum: *Medici, inquit, quos vocant Chirurgicos, crudeles putantur.*

SVMMARIVM. §. sexti.

Executori testamentario, an debeatur salarium num. 1. & 2.

Tutor testamentarius non tenetur satisdare, numer. 3.

Executores testamentarij non possunt vendere bona defuncti ad exequias faciendas, nisi prius interpellatis haredibus. num. 4.

§. 6. De mercede executoris testamentarij.

AN executori testamentario debeatur 1
salarium, in discrimen vocari solet: & illud in primis constat, si aliquid sibi fuerit relictum à testatore, & ipse acceptauerit legatum deinceps pœnitere non posse. Cæterùm si nolit acceptare legatum, neque officium executoris, compelli ad id inuitus nõ potest l. si quis sepulchrum. §. funus. ff. de Religiosis & sumptib. funer. Ioannes Andre. Abb. & Couarruu. in cap. Ioannes, de testam. Alexander consil. 4. volum. 2. num. 36. Sin nihil illi à testatore fuerit legatum, ipseque sponte sua acceptauerit officium executoris, sic in dubitationem verti solet, an petere possit salarium, finita, scilicet, executione testamenti? Et plane si iura spectamus, non deberi ei salarium, magis in- 2
ter Doctores conuenit, inter quos est Speculator tit. de instrument. editione. §. nũc verò, num. 8. Abb. in cap. Ecclesia S. Mar. de constitut. num. 25. Bald. in l. si quis pro redẽptione. C. de donat. quia nimirùm omne mandatum gratuitum esse debet, quippe quod ex officio, & amicitia trahat originem l. 1. ff. mãdati, & hæc opinio nõ obscurè probatur in l. si quis ad declinandam. C. de Episc. & Cleric. At si mores spectamus, scribit Auend. in cap. correct. 1. part. cap. 2 num. 8. (cui se subscripsit Baeça de decima tutor. c. 13. n. 17.) posse executorẽ testamẽtarium petere salarium, citans in eam rem l. 31. tit. fin. lib. 8. veteris ordinamenti, quę id quidem probat. Cæterum illa lex non est relata in noua compilatione legum Regiarum, proinde ius commune erit sequendũ, ideſt, nõ deberi salariũ, nisi probatũ fuerit, aliud moribus cõparatũ esse. Et quoniã de executore testamẽtario agitur, illud admonuisse oportebit, placere nõnullis, executorẽ testamẽtariũ satisdare debere de exequẽdo testamẽto, & de ratione reddenda: in his est Bart. in l. si ex duobus. ff. de leg. 2. & alij apud Bertachinum in repertorio, verb. Executor quando, num. 20. Ego cõtrariũ puto, 3
tùm ex eo quod traditum est, tutorẽ testamentariũ satisdare non debere. §. 1. institut. de satisdatione tutor. tùm ex l. liberto.

ff. de

ff. de annuis legatis, vbi non obscurè hæc nostra probatur sententia, quam etiam sequitur Baeça de decima tutor. cap. 19. nu. 4 24. Sed & illud memineris, executores testamentarios non posse vendere bona defuncti ad exequias faciendas, nisi priùs interpellatis hæredibus an velint ad id suppeditare pecunias, Bart. in l. alio, ad fin. ff. de aliment. legat. Anton. Gom. in commentar. tit. de leg. num. 12.

SVMMARIVM. §. Septimi.

Procuratores vniuersitatis an aliquid salarij habere debeant, num. 1

Salarium non debetur his, qui iure tenentur reipublicæ præstare operas, num. 2.

§. 7. De mercede Syndici.

1 PRocuratores vniuersitatis, qui communiter Syndici appellari solent, nihil mercedis nomine, seu salarij postulare possunt, nisi si quid forsan illis arrogauerit consuetu 2 do. l. 2. ff. de legationibus. Siquidem salarium non debetur his qui iure tenentur, Reipublicæ præstare operas. l. 1. C. de præbend. salar. lib. 10. Platea in l. 1. C. de declaratoribus, eodem lib. Capicius decis. 125.

SVMMARIVM. §. Octaui.

Depositario, an salarium debeatur, nu. 1. & 2.

Receptoribus, quibus commissa est pœnarũ exactio ad Cameram pertinentium, an debeatur salarium, num. 3.

Depositarij salarium soluendum esse ab illo qui malitiosè litem mouet, & sequestrum petit, num. 4.

§. 8. De mercede sequestri, seu depositarij.

1 DEpositario vtrùm merces, seu salariũ debeatur, distinguendum erit: Aut res quæ deposito mandantur, seu sequestro ad 3 ministratione egent, veluti frũctus Sacerdotij, seu beneficij Ecclesiastici: & indubitatũ est, mercedem illi deberi, vt in Clem. 1. de sequestratione possessionis, & fructuum, Auendan. sic intelligendus in cap. correct. 1. part. cap. 2. num. 8. Ioannes Garsia de expens. cap. 20. num. 13. Aut verò sequestro committitur pecunia, & hoc casu non debetur salarium, nisi modò depositarius, siue sequester ad eam seruandam aliquid impenderit, ex quo damnum fecerit, aut impensam, secundum Tiraquel. de retractu conuention. §. 4. gloss. 7. num. 6. Ex quo decidere potes quæstionem, quæ subinde in foro verti solet, de receptoribus, quibus commissa est exactio pœnarum pecuniarum ad Cameram pertinentium. Dicendum est enim, deberi illis salarium pro modo industriæ, & operæ, quam impenderint, non tamen decimam integram dabimus illis: nam ea solum Regalibus receptoribus præstatur, vt in l. 1. tit. 14. lib. 2. Recop. & in l. 39. tit. 6. lib. 3. & l. 6. tit. 14. lib. 9. Recop. in ea tamen re fori consuetudo multum valuerit ad salarium taxandum. Sed & illud memineris: nonnunquam Depositarij salarium recidere in eum qui malitiosè litem mouerit, & temerè sequestrum petierit, vt est argument. lex 17. tit. 13. lib. 9. Recopilat. cuius definitionem, & ad similes casus protrahendam esse puto. l. non possunt. ff. de legibus. 4

SVMMARIVM. §. Noni.

Famulo ægrotauit, an debeatur salarium, num. 1. & 2.

Ad dominum pertinet parua cibaria famulis infirmis præstare, num. 3.

Famulus à domino diuertens, ante finitum tempus obsequij, an perdat mercedem præteriti temporis, n. 4. & 5.

Quæ sit hodiè pœna famuli a domino diuertentis, & alij in eodem oppido deseruientis. n. 6.

Si dominus iratus famulum expulerit, an possit illum, & quando, ad domum reuocare: n. 7.

Minoribus decem annis, & dimidio maioribus septennio, sufficit pro operis, quas exhibent victus, & vestitus, & eis non debetur salariũ. num. 8.

Conditio famulorum, & seruorum suauior est dominorum conditione. num. 9.

§. 9. *De mercede famuli.*

FAmulo valetudinario, ſeu infirmo, an debeatur ſalarium eius temporis quo decumbit, ſeu ægrotat, inter ſcriptores duę 1
ſunt opinionum ſimultates: alijs enim placet deberi illi ſalarium, gloſ. in l. de arboribus. §. de illo. ff. de vſufructu, verb. ægrotã tem, & hanc perhibet communem eſſe opinionem Ioann. de Imol. in c. propter ſterilitatem, num. 13. de locato, & ſequuntur ex noſtratibus Oroſc. in l. diem functo. ff. de officio aſſeſſoris. Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 1. ordinam. gloſſ. 1. Contrariam verò ſententiam amplexus eſt Bart. in l. ſi vno. §. item cum quæritur. ff. locati: & hãc item communem eſſe, fidem facit Panormitan. in cap. 1. de Clerico ægrotante, & Capicius deciſ. 125. & ſequuntur ex noſtratibus Antonius Gom. tom. 2. cap. 3. num. 3. Villalobos in ærario communem opinionum, verb. famulus, Couarr. lib. 3. variar. reſol. cap. 13. num. 8. Azeued. qui ait vſu receptã in l. 9. tit. 15. lib. 4. Recop. Et hanc 2
ego magis ſequendam putò, ſiquidem ab omni ratione alienum eſt, vt ſoluat dominus operas quas non accepit. Neque me mouet text. in l. qui operas. 41. ff. locati, vbi Iuriſconſultus in hæc verba, inquit: *Qui operas ſuas locauit, totus temporis mercedem capere debet, ſi per eum ſtetit, quo minus operas ſuas præſtare*: nam per famulum ſtetiſſe videtur, licèt caſu fortuito, id eſt, propter aduerſam valetudinem, ceſſauerit. Meminerimus tamen, domini eſſe, parua cibaria, tenueſquè impenſas, quales ſolent eſſe infirmorum alimoniæ, famulo ægrotanti ſubminiſtrare, authore Bart. in l. cum dotem. §. ſin autem. ff. ſoluto matrim. cui ſe ſubſcripſit Sylueſter, verb. familia. §. 2. id enim æquitas, charitaſquè ſuadet, etſi iure deficiamur. Illud etiam quæri ſolet, an ſi famulus diuerterit, ſeu diſceſſerit à domino ante finitum tempus conductionis, perdat 3
mercedẽ præteriti tẽporis? Et in varias quo què itum eſt ſententias, nam aliqui exiſtimant, perdere eum mercedem: in quibus eſt Oroſc. in l. diem functo. ff. de aſſeſſoribus, & Didac. Perez in l. 2. tit. 1. lib. 1. ordinam. gloſ. 1. Azeued. in l. 9. tit. 15. lib. 4. Recop. num. 15. pro quibus extat lex 8. tit. 4. 4
lib. 5. fori. Alij non perdere eum ſalarium affirmãt, niſi domini interſit, ſe derelictum non eſſe, quia forſam alium famulum continuò reperire non potuit, & id propter in rebus familiaribus detrimentum accepit: in his eſt Baldus in l. ædem. C. locati, cui ſtipulatur Montaluus in dicta l. 8. fori. Et hanc opinionem tanquam cum humanitate magis cõiunctam, ſequendam eſſe iudico, niſi vbi probatum fuerit, legem fori vſu receptam eſſe, cum manifeſtum ſit, leges fori eatenus validas eſſe, quatenus conſuetudo illis vim arrogauerit. Stat etiam pro nobis lex Regia Recopilationis nouiſsimè 6
lata, qua ſtatuitur pœna famulis, qui inuito domino, deceſſerint, in eodemque oppido alteri deſeruierint; neque tamẽ de hac pœna vlla habetur mentio. Ad cuius legis intelligentiam illud, quia à præſenti quæſ- 7
tione abhorrens non eſt, tranſiens adiecerim, ſi dominus ira percitus famulũ amãda uerit, ſiue ablegauerit, nihilominus poſſe eum prope diem reuocare famulum, iuxta ea quæ affert Ioann. Neuizan. in ſylua nuptia. lib 6. num. 49. nimirum, quia quicquid calore iracundię fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia conſtiterit, iudicium animi fuiſſe. l. quicquid calore. ff. de regul. iuris. Illud æquè ſingulare eſt, quod ſcribit Didacus Perez in dict. l. 1. tit. 2. lib. 1. ordin. impuberi, qui minor ſit decẽ annis, & dimidio, ſalarium non deberi: ſe- 8
cundum quod dicendum erit, ei qui minor ſit hac ætate decem annorum, & dimidio, maior autem ſeptẽnio, ſi eius opera aliquid ſit emolumenti, victus, & veſtitus ſat eſſet pro ſalario, ex gloſſ. in l. cæterum. ff. de rei vendicat. Sin autem is minor fuerit ſeptennio, tãtum abeſt, vt ſalarium petere valeat, vt ex diuerſo alimenta præſtare teneatur, iuxta l. 1. C. vbi pupillus educari debeat, & l. 1. & 2. C. de alimentis pupillo præſtan. Et quoniam de famulis agimus, libuit hoc loco in gratiam politioris literaturæ, cuius 9
amici ſumus, referre Martialis carmina quędam, & eadem ſatis elegãtia, quibus ſignificat conditionem ſeruorum, nedum famulorum ſuauiorem eſſe, quam dominorum: hæc ita ſe habent lib. 9. epiſtola. 95. ad Condilum ſeruum Caij:

Quæ mala ſunt domini, quæ ſerui commoda, neſcis
Condile, qui ſeruum te gemes eſſe diù.
Dat tibi ſecuros vilis lectícula ſomnos,
Pernigil in pluma Caius ecce iacet.
Caius à prima tremebundus luce ſalutat
tot dominos, at tu Condile, nec dominum.
Quod debes Cai, redde, inquit Phœbus, & illinc
Cœnamus: hoc dicit, Condile, nemo tibi.
Tortorem metuis? podagra, chiragraque ſecatur
Caius, & mallit verbera mille pati.

Cæte-

Cætera referre supersedi, quia obscena valde sunt. De famulis autem si plura scire cupis, adeundus est Bonacosa, qui peculiarem tractatum de ea re nuper edidit.

SVMMARIVM. §. Decimi.

Contra quos currat triennij præscriptio, vt non possint mercedem petere. num. 1.
Mœchanici qui dicantur, num. 2.
Artes liberales, quæ sint, num. 3.
Pictoris ars, an sit mœchanica, num. 4.
Statuarij, hoc est, ensambladores, an sint mœchanici, num. 5.

§. 10. De mercede mœchanicorum.

1 TRiennij præscriptione repelluntur famuli, tabernari, lixæ, & denique omnes mœchanici petentes mercedem, siue salarium, aut quid aliud, quod ex operis suis, aut officinis deberi sibi intendant, vt est latiùs cõprehensum in l. 9. tit. 16. lib. 4. Recopil. Mœchanici autem dicuntur, qui viles, & sordidas artes exercent, secundum gloss. in Authent. de non alienand. aut permutandis rebus Ecclesiæ. §. quod autẽ, collat. 2. & Rebuffus de vendit. rerũ minutar. glos. 16. quales non pauci referuntur in l. 3. tit. 1. lib. 6. Recopilat. & vt breuius definiam, mœchanici dicuntur omnes, qui liberales artes non exercent, & quorum non tã ars emitur, quàm opera authore Galeno in exhortatione ad bonas artes, qui duo esse genera edocet: alteræ, inquit, liberales, quia ingenio, & ratione constant: aliæ illeberales, & contemptibiles, quæ magis corporis labore peraguntur quam ingenio. Prioris autem generis ait Galenus esse Medicinam, Musicam, Geometriam, Arithmeticam, Dialecticam, Astronomicam, atque legum prudentiam: refert eum is qui neminem non refert Tiraq. de nobilitate, cap. 34. num. 2. ergo secundum Galenum cæteri non liberales artes exercentes dicentur 4 mœchanici. Pictoria autem ars an dicatur mœchanica, dissidium est inter Senecam, & ipsum Galenum: nam ille epistola vltima ad Lucillum scribit, esse mœchanicam: hic superiori loco tradit, non esse vilem, neque mœchanicam: Tiraquelus autem pro Galeno calculum tulit, & mihi quoque idem videtur, modo pictor sit is, qui ingenio magis valeat, quam opera. Proinde statuarios, 5 qui vulgo *ensambladores* vocantur, si huius fuerint existimationis inter mœchanicos non recensibimus: ac multo minus aurifices, si eiusdem fuerint qualitatis.

SVMMARIVM. §. vndecimi.

De iure communi tutori, & curatori an salarium debeatur? num. 1.
Hodie decima fructuum assignatur tutori, & curatori, num. 2, & 3.
Appellatione fructuum pensiones, & redditus continentur, num. 4.
An tutor habeat decimam vtilitatis proueniẽtis ex conductione fructuum beneficij facta à patre pupilli. num. 5.
Etiam quæ exorbitant à iure communi ex pari, vel maiori ratione extenduntur ad casus similes, num. 7.
Tutor an debeat habere decimam fructuum illius fundi quem non locauit, sed per se coluit?
Non cogitur tutor locare, prædia pupilli, si per se administrare malit, num. 8.
Tutor qui longinquo profectus est ad census pupilli exigendos, sumptus litis rectè desiderat, non tamen equi vecturas, num. 9.

§. 11. De mercede tutoris, atque curatoris.

QVod attinet ad ius commune, tutori, 1 aut curatori non debetur salarium, nisi ita pauper sit, vt sese aliunde alere non valeat, vel nisi ex officio necesse habeat alio excurrere, vel proficisci. l. 1. §. si pupillis, ff. de tutelis, & rationibus distrahendis: attamen ex causa potest iudex pro suo arbitrio illi salarium taxare, l. à tutoribus. §. principalibus, ff. de administratione tutorum, & illic Bartol. & Bald. & reliqui classici, & hanc parem esse inter omnes scriptores sententiam, perhibet Ioann. Garsia de expens. cap. 20. Nostrati verò iure decima 2 fructuum, qui à rebus pupillaribus colliguntur, assignatur tutori, atque curatori nomine salarij, vt habetur in l. 2. titul. 7. lib. 3. fori. Palam est foraneas illas leges non maiorem authoritatem habere, quàm

quæ à conſuetudine illis fuerit arrogata, ſe
3 cundum l. 1. Taur. Porrò, quantum ego ex perimentis aſſequi potui, lex illa fori vſu, & moribus recepta vbique eſt, quapropter nõ temere illius interpretationem ſuſcipit Gaſpar Baeça Granatenſis Aduocatus, peculiari de ea re edito commẽtario, quem, prout erat ſtudioſus, & doctus, fœliciter, meo quidem iudicio, tractauit, & abſoluit: proinde hic non repetam, quæ ille illic commodè attulit, ne contra diuerbium rem actam agamus, ſed duntaxat, ſi quid ab illo omiſſum
4 eſt breuiter annotabo. Quod ait lex, tutorẽ decimam fructuum habiturum, & de redditibus intelligẽdum erit, quoniam appellatione fructuum, etiam penſiones, & redditus continentur l. videamus. ff. de vſuris l. prædiorum, & l. vſuræ, eo tit. l. ſi nauis. ff. de rei vendicat. & in hac ſpecie reſpondit Paul. de Caſtr. cõſ. 374. lib. 2. & multis probat Baeça ſupradicto tractat. quæſt. 22. Ecce igitur pater pupilli dum viueret conduxit redditibus Sacerdotij, ſeu Eccleſiaſtici beneficij, quos tutor poſt mortem patris recollegit, & adminiſtrauit, quæſitum fuit, an decimam illius habiturus ſit tutor? Et ma-
5 gis placet, vt decimam lucri ex ea procedẽtis habeat tutor, ex eo quod tradit Baeça dicto tractat. quæſt. 24. num. 16. ſi tutor cũ pecunia pupilli exerceat aliquod negotiũ, putà, mercaturę, habiturum eum decimam ex lucro, quod ex iſta negotiatione perceptũ eſt. Neque mouet, quod iſta lex ſit odioſa, &
6 ſtrictius interpretanda, tanquam exorbitans à iure communi, vt tradit idem Baeça ſupradicto tract q. 1. num. 33. nã, & quæ exorbitant à iure communi, ex pari ratione vel maiori extenduntur ad caſus ſimiles, ſecundum gloſ. in c. 1. de tẽporibus ordinat. lib. 6. & nos alibi exactius tradidimus. Illud
7 etiã quæſitũ fuit, tutor non locauit prædia minoris, ſed per ſe coluit: dubitatũ eſt, an decimã fructuũ habere debeat? Et res ſic ſe habet: aut tutor benè rẽ adminiſtrauit, & dãda eſt illi decima, quia nulla lege cogitur tutor locare prædia pupilli, ſi per ſe adminiſtrare malit. l. 15. tit. 16. part. 6. Aut minus
8 benè tutor rem pupillarem adminiſtrauit, finge, quia prædia quædã coluit, alia ſqualere permiſit: & dicendum eſt, non poſſe eũ petere decimam, quia tutori malè rem gerenti, non debetur decima, etiam ſi partim benè adminiſtrauerit, partim malè, ſecundum Baeçam ſupradicto tract. q. 11. n. 10. Ex facto quoque illud tractatum eſſe ſcio. Tutor profectus eſt longinquo ad exigendos pupilli cenſus, in ratione autem redden dà poſtulabat, vt vecturæ equi quem ad iter faciendum conduxerat, præſtarentur ſibi? Reſpondi, litis ſumptus, ſi quos feciſſet in 9
exigenda pecunia, rectè deſiderare tutorẽ; vecturas equi non rectè, ex l. idemque. §. idem Labeo. ff. mandati: & eodem pertinent, quæ effutè effundit ipſe Baeça memorato libello, quæſt. 29.

SVMMARIVM.

Different. 131.

Vniuerſale, quid dicatur? num. 1.

Quæ nomina in iure vniuerſitatem ſignificẽt? num. 2.

Vniuerſalia iuris, & facti, & alia etiam vniuerſalia facti tantum, num. 3.

Maioratus eſt vniuerſitas facti, non iuris, num. 4.

Qui faciant vniuerſitatem? num. 5.

Generale nomen, quid ſit? num. 6.

Inter nomina vniuerſalia, & generalia, quod ſit diſcrimen, num. 7.

Particulare nomen, quid ſit. num. 8.

Inter particulare, & vniuerſale in iure, quæ ſit differentia, num. 9.

In verſalibus pretium ſuccedit loco rei, non ita in particularibus, num. 10.

In vniuerſalium venditione pro re ſinguluri, quæ emptori certa non fuit, non competit remedium euictionis, quod in particularibus dari ſolet, num. 11.

Supradicta concluſio extenditur, num. 12.

Cum relinquitur pralegatũ trientis, & quincuncis fructus non veniunt, niſi poſt litem conteſtatam: ſecùs in legato rei ſingularis, num. 13.

Eandem eſſe differentiam in legato vniuerſali, & particulari, num. 14.

Alia ponitur differentia inter vniuerſale, & particulare. n. 15.

Inter nomina vniuerſalia, & generalia, atque particularia, differentia, 131.

DE diſcrimine nominis vniuerſalis, & generalis multi multa dixere, in quibus Bald. in c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & propriet. & Abb. in c. 2. de libelli oblat. nu. 18. Bart. Iaſſ. & reliqui in rubr. ff. ſolut. matrim. Marãta in ſpec. 4. diſt. p. 4. Couarr. lib. 1. var. c. 13. qui alios multos

eam

eam rem tractantes refert. Horum autem ego non tam verba, quam sententiam secu
1 tus, sic distinguendum arbitror. Vniuersale dicitur, quod multa collectim comprehendit, in quorum quolibet ipsum non prædicatur, vt Dialecticorum verbo vtar. Quatuor autem sunt in iure nomina, quæ vniuersitatem significant, secundum Bald. in l. sed & possessori. §. cum de hereditate. ff. de
2 iureiurand. Hæc nempe, hæreditas, patrimonium, peculium, bonorum possessio adijciunt, & alij detem, inter quos est Bartol. in rub. ff. soluto. matrim. à quo licet aliqui dissentiant, eius magis receptam esse opinionem testatur illic Ripa n. 43. & Matienço in rub. tit. 2. lib. 5. Recop. n. 1. hæc verò
3 dicuntur vniuersalia iuris, & facti. Sũt & alia facti tantum, secundum Bart. loco superiori, veluti, populus, legio, grex, ædes, feudum, villa, beneficium, alijque eiusdem generis. Maioratus etiam est vniuersitas facti, non iuris secundum Molin. de primog.
4 lib. 1. cap. 26. num. 20. Inter hæc vero nõ nihil esse discriminis apparet ex l. vendicatio. ff. de rei vendicat. ergo omnes de vniuersitate collectim faciunt vniuersitatem,
5 singuli per se non faciunt. Neque enim vna ouis dicitur grex, neque vnus ciuis populus, sed si collectim cũctos ciues accipias, idem sunt quod populus, seu vniuersitas, l. 2. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. l. ædes, & l. rerum mixtura. ff. de vsucapionibus. l. grege. ff. de legat. 1. Generale nomen est, quod multa sub se complectitur,
6 diuisim tamen, seu separatim, in quorum quolibet genus ipsum cernere est in actione tutelæ, vel negotiorum gest. nam etsi diuersæ sint rei gestæ species, quæ libet separatim sub his actionibus comprehenditur, gloss. in l. 1. & illic clasici. ff. de ædendo.
7 Vndè inter iudicia vniuersalia, & generalia longum est in iure discrimen, siquidem in vniuersalibus, putà, hæreditate, si hæreditatem petam ab eo, qui vnam dumtaxat rem possidebat, & de qua tantum controuersia erat, etiam id quod posteà de hæreditate possidere cœpit, restituet reus: sicuti definit Iurisconsul. in l. 4. ff. de petitione hæredit. & in l. 1. §. 1. ff. si pars hæreditat. petat. & l. 3. ff. de except. rei iudicat. & declarant luculenter Suar. in l. post rem, & Couarr. pract. quæst. c. 12. n. fin. Diuersum in
8 actione generali, pone, tutelæ, vel negotior. gest. namque tantũ habebit locũ pronuntiatio super specie de qua prosecuta lis est, vt in l. 2. C. de iud. & docet Spec. tit. de actio. §. sequitur, n. 45. Particulare, vt nemo non scit, est, quod vnam tantum. speciẽ comprehendit, veluti fundus equus. d. l. rerum mixtura. ff. de vsucap. l. 1. & 2. ff. de rei uend. Hoc autẽ in vsu iuris multum ab vniuersali natura discrepat: namquè vniuersale facilè recipit augmentum, aut contrà, di
9 minutionem, particulare non item l. si hæreditatem. 32. ff. mãdati l. quid ergo 76. ff. de vsufruct. l. fi. C. ad Senatusc. Treb. & tradit Paul. de Cast. in rubr. eiusdem tit. & Ias. in l. 1. §. fi. n. 13. ff. de verb. obli. Hinc fit, vt 10
in vniuersalibus pretium succedat loco rei, text. in l. si & rẽ. ff. de petit. hær. & illic Bart. & cæteri glossographi, nõ ita in particularibus. l. quibus. §. fi. ff. de furt. text. elegãs qui vtramquè probat sententiam, in l. venditor ex hæreditate. ff. de hæred. vel actione vẽdita, tradit effusè suo more Tiraq. de retract.
linag. §. 12. gl. 1. n. 13. cũ seqq. Hinc quo- 11
que euenit, vt in vniuersalĩ vẽditione, pro re singulari, quæ emptori certa nõ fuit, euictionis nõ detur remediũ, quod in particu- 12
laribus dari solet l. 1. C. de euict. l. 34. tit. 5. p. 5. adeò quidẽ, vt scribat illic Accur. si tria tantũ prædia sint in hæreditate vẽdita, hęc que sigillatim, putà, à diuersis personis euictione cũ hærede. Accursio autẽ assentiũtur illic Bart. & Bald. Sed & istã differẽtiã vniuersaliũ, & particulariũ reperire licebit in 13
prælegato: nã cũ relinquitur prælegatum, seu melioratio triẽtis, & quincũcis, fructus non veniunt nisi post litẽ cõtestatã l. si quis bonorum 23. ff. de legat. 1. secus in legato rei singularis, quia statim, ideſt, à morte testatoris, veniũt fructus, l. à Titio. ff. de furt. tradit Ant. Gom. de legat. n. 21. vers. item quæro, Ayor. de partit. 2. p. q. 15. Cernere 14
deinde est eandẽ differentiã in legato vniuersali, in quo veniunt bona quæsita post factum testamentum, perinde, ac in hęredis institutione: secùs in legato particulari, vt tradit Aym. Crau. in rub. de leg. 1. nu. 92. Sed & illud interest inter vniuersale, & par
ticulare, quod si plures cibes litem agitent 15
tamquam plures, vt singuli, in facienda contributione impensarum, tenentur omnes viritim, ideſt, pro rata parte, seu in capitã l. reos. §. cum in tabul. ff. de duob. reis at si litigent tanquam plures, vt vniuersi, non tenentur viritim, sed per æs, & libram contribuere, vulgò dicitur, *sueldo por libra*, l. 24. tit. 3. lib. 9. Recopil. ideſt, pro qualitate, & æstimatione bonorũ quæ quisque habeat. Bart. in l. 1. §. si se non obtulit. ff. de rei iudicat. Bald. in l. etiam. C. de execution. rei iudic. Greg. in l. 3. tit. 2. p. 1. & in l. 20. tit. 32. part. 5. & eodem pertinent, quæ

affert gl. in c. cum omnes, verb. conſtitutũ, de conſtit. & illic Felin. & reliqui Fab. in §. fin. inſt. de curato. Iaſ. in l. iuris gentium. §. ſed hodie. ff. de pact. n. 8. Poſſem alias multas, vt res lata eſt, ſubijcere inter vniuerſalia, & particularia differentias, ſed omnia perſequi, neque huius eſt diſputationis; neque temporis, ſatiſquè eſt, mittere ſapientem in viam, vt dictat prouerbium.

SVMMARIVM.
Differentia 132.

Dolus in bonam, & in malam partem accipi ſolet. num. 1.
Dolus quid ſit? num. 2.
Dolus ad dicta, & facta pertinet, fraus ad facta tantum. num. 3.
Quæ ciuiliter de dolo actio eſt, criminaliter crimen eſt ſtellionatus. num. 4.
Stellio quod ſit animal? num. 5.
Dolus ex malitia, culpa ex imprudentia procedit. num. 6.
Culpa quid ſit? num. 7.
Culpæ diuerſos gradus eſſe, non diuerſas ſpecies; & ratio redditur. num. 8.
Latæ culpæ deſcriptio ponitur. num. 9.
Lenis culpa quid ſit? num. 10.
Leuiſſima culpæ quid ſit? num. 11.
Leuem, & leuiſſimam culpam, qua diligentia excludat. num. 12.
Dolus in quibus cõtractibus exigatur, aut quæ culpa præſtetur, remiſſiuè. num. 13.
In foro poli culpa lata præſtatur, non leuis, & leuiſſima, num. 14.
Caſus fortuitus quid ſit? num. 15.
Hoſtium latronumque incurſus, vis aquarum, incendium, naufragium, à nemine præſtantur. num. 16.
Hodie apud nos caſus fortuitus, ocaſion, dicitur, num. 17.
Fatum quid ſit? num. 18.
Quid differat fatum à diuina prouidẽtia? n. 19

Inter Dolum, Fraudem, Latam culpam, Leuem, atque Leuiſſimam, Caſum fortuitum, Fatum, atque Diuinam prouidentiam, differ. 132.

1 DOlus apud veteres vebum medium eſt hoc eſt, tam in bonã, quam in malam partem accipi ſolet, l. 1. §. non fuit. ff. de dolo: ideoq; dicebatur dolus malus, vt diſtingueretur à dolo bono, vt in rubr. ff. de dolo malo, & aliàs crebro: poſteà vero, vt vbique patet, & Feſtus Pompeius eſt author, doli appellatio cœpit in malam duntaxat partem vſurpari. Eſt autẽ dolus omnis calliditas, fallacia, ſeu machinatio ad circunſcribendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, vt Iuriſconſult. definit in l. 1. §. 1. de dolo malo. Inter dolum autem, & fraudem quid interſit, non mediocre inter ſcriptores diſſidium eſt in l. iuris gentium, §. etſi fraudandi. ff. de pact. vbi Bart. ſynonima eſſe ait, atque promiſcuè in iure vſurpari: idem tamen alibi, hoc eſt, in tractat. teſtimoniorum, §. dolus, num. 106. D. ſecutus Thom. ſcribit, inter fraudem, & dolum illud intereſſe, quod hic pertineat tam ad dicta, quam ad facta, illa verò ad facta tantum cum quo concinit etiam Felin. in cap. ſin autem, n. 1. de reſcript. & hæc ſanè mihi verior videtur diſtinctio licet aliud velit Alciat. in l. aliud eſt fraus. ff. de verbor. ſign. locus autem D. Thomas quoniam tacitus eſt 3
Bart. Felinumquè fefellit, ſi ſcire velis extat 2. 2. q. 55. art. 5. Et hæc hactenus de dolo. Si illud tamen admonuerimus, quæ ciuiliter de dolo actio eſt, hæc criminaliter eſſe 4
crimen ſtellionatus, vt habetur in l. 3. ff. de crim. ſtellio. Stellio autem ſecundum Plin. 5
lib. 30. c. 10. animal verſiculor, inuidium, & verſipelle, cui meritò doloſus comparatus eſt. Culpa autẽ ſic diſcernitur à dolo, 6
quoniã dolus procedit ex hominis imprudẽtia, ſocordia, vel negligentia, l. 3. §. fin. ff. de ſuſpectis tuto. explicat latius Corraſ. Miſcel. lib. 4. c. 1. & Pet. Fab. in reg. contractus ff. de reg. iur. Prateius quoq; in lexicõ, ver. 7
Culpa. Proinde rectè culpa definitur à Corraſ. loco citato, vt ſit imprudentia, qua homines circa res alienas, vel negligunt, quod fieri oportet, vel faciunt, quod omitti deberet. Tres autẽ culpæ gradus ſunt, lata, leuis: atquè leuiſſima, ſecũdũ Accurſ. & cæteros in §. præterea, inſt. quib. mod. contrahitur oblig. latiorem quoque adiecit Barro in l. quod Nerua. ff. depoſiti, quam præſumptũ dolũ voluit, ſed à recentioribus merito exploditur. Gradus autem dixi culpæ, 8
non ſpecies, quoniã lata culpa, leuis, vel leuiſſima nõ differũt inter ſe, niſi tãquã plus & minus: plus autem, & minus diuerſas nõ conſtituunt ſpecies, ſecundum Dialecticos, quorum ſententia probatur apud nos in leg. fin. ff. de fund. inſtrument. inſtrumentoque lega. Latæ autem culpæ 9
defini-

definitio,seu mauis descriptio est apud Iurisc.in l.latæ.ff.de verb.sig.in hunc modũ: *Latæ culpæ finis est,non intelligere, quod omnes intelligunt*:quæ etsi à Bart.nõ probetur,probatur tamen à plerisque:atque itẽ à nostris Legislatoribus septem partiti iuris in l.11. tit.33.p.7.Leuis culpa,secundũ Bart.in supradicta l.quodNerua.ff.depositi, est deuiatio in circumspecta ab ea diligentia, quam adhibere solent homines diligentes eius cõditionis:quæ quidem probatur in §.item is cui, instit.quib.mod.re contrahit.oblig. & in l.hæredes.§.non tantum.ff.familiæ erciscundæ.Leuissima verò,vt idẽ Bartolus eodem loci definit,est deuiatio incircũspecta ab ea diligentia,quam habent homines diligentes,& diligẽtissimi eiusdem cognitionis,seu professionis:quæ,& probatur in l.1 §.is quoque ff.de actionibus,& oblig.& in l.in rebus.ff.cõmodati& aliàs passim.Leuẽ itaquè culpam communis diligentia excludit:leuissimam vero nonnisi maxima diligentia : permultum tamen ea res in iudicis arbitrio posita est,qui ex personarum,negotiorum & rerum qualitate atquè circunstãtijs diiudicabit, quãdo lata,leuis,vel leuissima culpa contrahatur.l.semper.§.culpam. ff.quod vi, aut clam,l.eius.§. fin,ff.de operis libertorum.Quibus autem in contractibus dolus exigatur,aut quę culpa præstetur traditur in l.contractus. ff. de regul. iur. & docet Bart.in repet.dict.l.quod Nerua,nec non Bald.in l.quæ fortuitis.C.de pignoratitia actione,vbi,quando res postulet, videre poteris,nam omnia exequi, sui tituli res est & voluminis.Illud tamen, quia bellulũ est,&frequens,dicere non omittam,licèt in foro poli,seu conscientiæ culpa lata præstetur,leuis vel leuissima nunquam præstatur in hoc foro,secundum Innoc.in c.sicut dignum,de homicidio,cui cæteri omnes communiter assipulantur,seu suffragãtur, sicut fidem facit Sylvester in summa,verb.*Culpa* num.6. cui etiam accedit Sotus de iustitia, & iur.lib.4.quæst.7.art.2.Mirorquè doctissimum alioqui Nauarrum, eius sententiæ immemorem,contrarium quandoquè respondisse,nullumquè discrimen hoc casu fecisse inter forum poli,& forum fori, cũ maximum sit:sicuti latiùs superius explanauimus diff.12.§.2.nu.8.Hæc de dolo & culpa,nunc de casu fortuito dicendum nobis est.Casus fortuitus,vt definit Accurs. ex sententia Cicer. in §. thesauros, instit. de rerũ diuis.est inopinatus rei euentus ex diuersis causis proueniens,ob aliud, & aliud incepto,quæ definitio probatur in l.2.§.suo tempore.ff.de actionibus empt.aliàsquè subinde.Eiusmodi sunt, hostium, latronumque incursus,vis aquarum incendium, naufragium,quæ à nullo præstantur,vt exponitur in l.contractus.ff.de regul.iur.&l.in rebus. ff.commodati,& l.quæ fortuitis. C. de pignorat.act. Apud nos verò(ne leges Regias obliuiscì videamur)fortuitos casus appellatur,*Ocasion*,vt in l.3.tit.4.p.5.& in l.13.titul.23.lib.8.Recop.Fortuitos autem casus creditum est veteribus ex fato, seu fortuna prouenire omnes: sic enim scribit Cicero de diuinat.lib.1.*Fieri igitur omnia à fato ratio cogit fateri.* Plin.quoque natural.hist.lib. 2.c.7.*Toto mundo,& locis omnibus,omnibusque horis, omnium vocibus fortuna sola vocatur, huic omnia expensa, huic omnia feruntur acepta,& in tota ratione mortalium sola vtramque pagĩam facit,*& non malè illi quidem,si fatum quid sit,rectè interpretantur:sed putant,fatum esse vim quandam siderũ, quã quemque cum nascitur, aut cõcipitur sortiri aiunt:quod prorsus fabulosum est, & à Christiana Religione longe alienũ,id quod & nonnulli ex ipsis Gẽtilibus Philosophis intellexere,vt est videre apud Gell. noctiũ Atticar.lib.17.cap.1.Omnia enim,quæ accidunt, quæque in rebus humanis tam variè contingunt, ex ineffabili, & incomprehensibili Dei prouidentia succedunt,vt sacra testantur eloquia, præsertim in cap.nec mirum 26.quæstio.5.Diuina autẽ ista prouidentia,iuxta Boec.lib.4.de Philosophica consolatione hoc distat à fato, quod diuina prouidẽtia est ipsa diuina ratio in Deo ipso constituta, suo arbitrio cuncta disponens:fatum verò est inhærens rebus mobilibus dispositio, per quam diuina ipsa prouidentia suis quæque nectit ordinibus.Cuius sententiam explanans D.Thom.1.p.q. 116.art.1.& 2.ait, fatum causaliter esse ipsam diuinam prouidentiam. Cum igitur nagu,& voluntate Dei regantur, & gubernentur omnia,vanum apud nos debet esse fati, seu fortunæ nomen, scientes, quod si Deo grati fuerimus, prosperè omnia succedent nobis:id quod Poetam Iuuenalẽ,etsi Ethnicum,non latuit,sic enim carmine modulatus est Satyra decima:

Nullum numen abest,si sit prudentia,sed te,
Nos facimus, Fortuna,deam,cœloquè locamus.

Sed quid Ethnicos citamus?cum certius sit quod diuina contonat scriptura: *Dominus mortificat,& viuificat,deducit ad inferos, & reducit: Dominus pauperem facit, & ditat,humiliat*

miliat, & *ſubleuat ſuſcitat de pulnere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem.* 1. Reg. cap. 2

SVMMARIVM.
§. *Primi.*

Non licet vendenti frumentum corruptum cum incorrupto miſcere: & contrarium tenentium refellitur opinio ex exemplo cerarij, cãdelarij, & dardanarij. Et num. 1. 2. 3. & 4.

Erogationis verbum largitionem, & munificentiam indicat. num. 5.

Quid donatiuum, & congiarium olim diceretur, num. 6.

In erogatione militaris annonæ plura ſpecialia admitti. num. 7.

§. PRIMVS.

1 SEd nobis de dolo verba facientibus, conueniens eſſe putaui pro loci opportunitate, vt antequam hinc abeam, ſtylo confoderem dictum illud Ioannis de Platea in l. 1. C. de conditis in publicis horreis libro 10. vbi ait, non eſſe prohibitum vendẽti frumentum, miſcere corruptum cum incorrupto: hoc ſanè dictum licèt illud ſequatur, & tanquam ſingulare inter ſua referat ſingularia Corſetus, & placeat Greg. Lop. in l. 1. titul. 7. part. 5. attamen longè à tota iuris ratione alienum eſſe, nemo eſt qui nõ videat, cum magnam in ſe fraudem contineat, ne iniquitatem dixerim, & iniuſtitiã, quam iura, legeſquè omnes infenſæ abominantur. Atque vt quominus ad expugnãdum Plateam accedam, refragatur illi text.
2 in l. ſacculari j. ff. de extraord. l. 3. ff. de crimine ſtellionatus, quibus puniuntur ij, qui doli, fraudisvè in vendendis mercibus quid adhibuerint: & idem faciunt l. 1. titulo. 7. partita 5. & l. 4. tit. 7. & l. 8. tit. 16. part. 7. refragantur quoque illi l. 8. & l. 13. & 14. tit. 18. libr. 7. Recopilation. quibus prohibentur cerarij, & candelarij, ne quid mixturæ adijciant in cereis, & candelis. Refragatur itidẽ l. 1. tit. 10 lib. 3. fori, & l. 5. tit. 14.
3 lib. 5. Recop. quæ in animaduertunt in dardanarios, vulgò *recatones*, qui duo vina miſcuerint: aut aquam ſalem, calcemvè vino infuderint: & denique refragantur illi, quę aſſert l. ſ. in l. legato generaliter, numer. 13. ff. de legat. 1. & Auend. in cap. correct. 1. p. c. 19. n. 30. quo circa à Plateæ opinione meritò diſceſsit Felinus in c. irrefragabili. §. cæterũ, de offic. ord. & Caſtellus in l. 9. Taur. gloſſ. 1. Neque te moueat text. qui Plateã, & ſequaces induxit in errorem. in l. 1. C. 4
de conditis in publicis horreis, lib. 10. vbi cauetur, vt in expendendo frumento in publicis horreis condito, miſceatur vetus cum nouo, vt corruptio velata damnum fiſco non afferat. Siquidem lex illa non loquitur de venditione frumenti; nulla enim illic de pretio, aut venditione mentio fit ſed loquitur de erogatione ſpecierum, quæ liberalitate Imperatorum militibus fieri ſolebat, ſic etenim ait: *Vetera cõdita fuerint erogata.* Et rurſus: *Vt per ſe met erogari ſine querela non poſſit.* Erogationis autẽ 5
verbum largitionẽ, & munificẽtiam indicat l. fin. ff. de petione hæreditatis. l. debet. ff. de ædilit. edict. l. Sæio. ff. de annuis leg. & in toto tit. C. de erogatione militaris annonæ. Moris enim erat olim, vt Imperatores vltra ordinaria ſtipendia erogarent militibus annonas liberalitatis, & munificentiæ cauſa, vt eos ſibi magis deuotos haberẽt & propitios, idquè donatiuum dicebatur. Quod autem populo erogabatur, hoc dice- 6
batur congiarium, vt refert Alciatus in l. cẽtũ. C. de annonis ciuilib. lib. 10. Hę autem annonæ pendebantur à poſſeſſoribus fundorum publicorum, cõſiſtebantquè in frumento, vino, & oleo, alijſque ſpeciebus: ſicut tributum conſiſtebat in ære, auro, & argento, authore Accurſio in rubr. de annonis, & tributis lib. 10. cui illic reliqui aſſentiuntur. Hæ igitur ſpecies recondebantur 7
in horreis publicis, vt ſtato tempore erogarentur in milites, multaque in ea erogatione ſpecialiter admittebantur, vt datur intelligi in l. fortiſsimi. C. de erogatione militaris annonæ, & alijs eiuſdem tituli: & in his illud quod l. 1. C. de condit. in publicis horreis ſtatuitur, vt ſpecies corrupta miſceretur cum incorrupta: quod igitur ſingulari iure ibi introducitur fauore fiſci, ad conſequentiam non eſt trahendum, vt eſt regula conſtitutum. Maneat itaquè falſam eſſe Platex opinionem, atque, nequaquã fas eſſe vẽditori miſcere frumentum corruptum cum incorrupto, alioqui dare eum debere pœnas ſtatutas legibus, quas ſuperius citauimus.

SVM-

SVMMARIVM.
Differentiæ 133.

Caupona quid sit? num. 1.
Taberna quid sit? num. 2.
Quid ex communi vsu loquendi taberna significet. num. 3.
Taberna loci nomen est, caupona negotiationis. num. 4.
Cauponæ appellatione quid comprehendatur. numer. 5.
Legata taberna quid contineatur? num. 6.

Inter Cauponam, & Tabernam, differentia. 133.

CAupona, si ad locum respicias, domus est in qua viatores recipiuntur, & victus illis pretio exhibentur, l. nauta. 5. ff. nautæ caupones & stabularij, gentli nomine apud nos dicitur, *Meson, ò Bodegon,* Taberna autem, si latæ accipiamus, omne significat ædificium ad habitandum vtile. l. tabernæ. 183. ff. de verbor. significat. & ostendunt illi Horatij versiculi lib. 1. carminum:

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres.

Vsu autem rerum, & loquendi consuetudine introductum est, vt taberna accipiatur in iure pro domo in qua merces negotiationis causa exponuntur, vt veneant, l. tabernã & l. cum quæritur. ff. de fundo instructo, instrumento què legato, vulgò, *tienda*, appellatur. In vsu tamen iuris longè interest inter tabernam, & cauponam: quia taberna loci nomen est, caupona negotiationis. l. tabernæ cauponæ. ff. de fundo instructo: quibus verbis illud significare voluit Iurisconsultus, tabernæ appellatione duntaxat, contineri ea, quæ intra ipsam tabernam sunt: cauponæ autem appellatione comprehendi, non solum ea quæ intra sunt, sed etiam ea omnia quæ extra sunt: si tamen negotiationis causa ad cauponam parata sunt putà, serui institores, pistores vè: id quod latius expẽdit Antonius de Fano de pignor. 2. part. 2. membr. num. 18. cum sequentibus, & Couarr. pract. q. cap. 11. num. 5. Iuxta hanc igitur Iurisconsulti sententiam dicendum est, legata taberna, mercium, seu pãnorũ, etiã merces, seu pannos quæ intra sunt legato cõtineri: id quod non obscurè probatur in l. tabernã. ff. de pignor. cuius tam aperta sunt verba, vt in ciuiliter feciſſe credã Bart. contrariũ tradẽdo in l. cũpater, §. mensa. ff. de leg. 2. citans in suam sententiam leg. qui tabernas. ff. de contrahenda empt. quæ tamen nihil ad rem pertinet: aduersantur, & illi alia non obscura iuris exẽpla: nam legata bibliotheca, & libri quoque legati videntur: & legata datilotheca, annuli continentur, l. librorum. §. carthis. ff. de legat. 2. atque ita à Bartolo dissentit Bald. in l. prędia. C. de fideicommiss. col. 1. Ex quo intelligi par est, legata domo cum apotheca, & cuppas, quoque legato comprehendi, & legato albeario, & albeos quoque apium legato cedere: quod quoniam vsu frequens est, hic obiter admonendum duxi.

SVMMARIVM.
Differentiæ, 134.

Precarium ad vsum incertum datur, commodatum ad certum. num. 1.
Commodatum, & precarium quando valeat reuocari. num. 2.
Commodatum dicitur, cum res traditur ad specialem, & certum vsum: precarium cum ad incertum, num. 3.
Vbi constat quem contractum partes celebrauerint, illius natura sequenda, & conuentiones naturæ contrariæ nihil valent. numer. 4.
Reuocatio precarij non debet fieri ita intempestiue, vt cedat in damnum accipientis. numer. 5.
Precarium quibus verbis fiat, remissiue. numer. 6.
Precaria in fœmineo genere quid sit? num. 7.
Precariæ nomen nouum est, & à consuetudine introductum. num. 8.
Emphyteusis pro regionum: & consuetudinum varietate diuersa habet nomina. numer. 9.

Inter Precarium, Commodatum, atque Precariam, differentia, 134.

PRecarium simile est commodato, vt Iuriscõsultus inquit in l. 1. ff. de precario.

Diffe-

Differunt tamen, nam commodatum ad vſum certum datur, precarium ad incertũ, gloſſ. in l. 1. ff. de precario, Bart. Iaſ. & reliqui in l. 2. in princip. ff. ſi certum petatur. Fab. & Iaſſon idem in §. ſequens, inſtit. de
2 action. Ex illo quoque harum rerum appareret diſsimilitudo, quod commodatum reuocari non poteſt niſi expleto vſu illo ad quẽ datum eſt l. incommodato. §. illo. ff. commodati: precarium contrà quandocunquè reuocari poteſt, etſi magis aliud in contrahendo conuenerit: quippè cum ea conditio ſit contra naturam contractus, vt apertè definit Iuriſconſultus in l. cum precario. ff. de precario, tradit gloſſ. in dicta. l. 1. illius tit. de precario, Bart. & reliqui modo allegati, quos tamen (vt res omninò plana fiat) ita intelligere debes, ſecundum Abbat. & Imolam in cap. fin. de precario, vt commodatum dicatur, cum ad certum ſpecialem vſum res vtenda datur: precarium vero dicatur, cum non ad ſpecialem, ſed ad incertum, & generalem vſum res traditur. Exem
3 pli gratia. Do tibi equum, vt diuum Iacobum, ſeu Compoſtellam proficiſcaris, commodatum eſt, nec niſi confecto itinere reuocari poteſt: ſed ſi do tibi equum, vt quotieſcunquè opus habeas, iter facere poſsis, precarium eſt, & quandocunquè reuocare potero: Abbatem autem & Imol. ſequitur Couarruu. lib. 3. variar. reſolut. cap. 15. nu
4 mero 7. Meminiſſe tamen debemus, his locum fore, quando dubium eſt, vtrum cõtractus genus contrahentes peragere voluiſſent: nam ſi de contractu conſtet, ſequenda eſt natura illius contractus, neque pactiones aduerſus illam adiectæ, quicquam habent ponderis, vt definit Iuriſconſ. in d. l. cum precario. ff. de precario, & in l. inſulã. ff. de præſcript. verb. tradit Bart. in l. vbi ita donatur. ff. de donat. cauſa mortis, & Co-
5 uar. loco ſuperiori. Sed reuocatio precarij (quæ vt diximus, quandocumquè fieri poteſt) intelligenda eſt ciuiliter, ſeu vt Græci dicunt, emplati, id eſt, ne ita repente fiat, vt in damnum, & detrimentum accipientis cedat, ex argumen. leg. ratum. ff. de ſolution. & docet Abb. in dict. cap. final. de precario, & Valaſc. Luſitan. de iure emphyteut. quæſt. 34. num. 1. licèt aliud velit Decius in reg. contractus, de reg. iur. cui etiam ſe ſubſcripſit Alciatus in l. 1. ff. ſi cert. petat.
6 num. 1. Sed & precariũ per quæ verba cõſtituatur, legito Iaſſonem in leg. ab emptione. ff. de pactis. Precaria in genere fœmenino eſt ſpecies quædam emphyteuſis, quæ de quinquennio in quinquennium renouatur: quaſi precaria emphyteuſis, vt apparet ex cap. 1. de precarijs: & illic tradunt Abb. & reliqui Claſsici, & gloſ. in c. precariæ 10 quæſt. 2. Bart. quoque in l. ſi finita. §. de vectigal. num. 10. ff. de damno infecto, & Valaſc. de iure emphyt. quæſtio, 34. Conſtat 8
7 autem precariæ nomen nouum eſſe, & à cõſuetudine introductum, iurequè Pontificio receptum: nuſquam enim in toto iure ciuili tale reperitur nomen, vt traddit Abbas in dict. cap. 1. Et ignorauerit nemo, qui pau 9
lulum apud ea iura fuerit verſatus: etenim conſuetudo pro regionum, gentiumquè varietate varia emphyteuſi inuſsit nomina: alibi enim appellatur precaria, alibi ad firmam, alicubi libellarius, alicubi ad affictũ: ſicuti admonet Iaſ. in l. 1. C. de iure emphyt. num. 41. & Valaſc. loco ſuperiori, quæſt. 34. num. 16.

SVMMARIVM.

Differentiæ 135.

Contractus nominati qui dicantur? num. 1.

Innominati contractus qui dicantur? num. 2. Et num. 3.

Contractus do, vt des, & do, vt facias, & ſimiles vna appellatione permutationis comprehendi. num. 4.

Do vt facias, & facio vt des, contractus innominati ſunt. num. 5.

Permutatio quare non dicatur contractus innominatus. num. 6.

Inter nominatos, & innominatos cõtractus quæ ſit differentia? num. 7.

Contractus nominatus res facta dicitur. numer. 8.

Quantum ad iuris effectus contractus nominati, non facti, ſed iuris ſunt. num. 9.

In contractibus innominatis hodiè apud nos, nõ eſt locus pœnitentiæ. num. 10.

Vetere iure interueniente ſtipulatione non licebat recedere à contractibus innominatis. numer. 11.

Apud nos etiam contractus innominatus perfectus non dicitur, donec ex vtraquè parte ſecutum fuerit implementum. num. 12.

Vectigal ex permutatione non debetur, donec vtrinquè res tradita fuerit. num. 13.

Plures eſſe differentias inter contractus nominatos, & innominatos, remiſsiue. num. 14.

Inter contractus nominatos, & innominatos, differ. 135.

1 CONtractus nominati dicuntur, qui suo nomine (genere, scilicet, conuentionis) non stant, sed transeunt in proprium, & speciale nomen contractus: tales sunt, emptio, & venditio, locatio, & conductio, mutuum, depositum, & cæteri similes, l. iuris gentium. ff. de pactis. Innominati verò
2 dicuntur, qui proprio nomine non assumpto, steterunt in suo generali nomine cõuentionis, velut permutatio, vt in l. 1. ff. de rer. permutatione, & apud nos in l. fin. tit. 6. p. 5. quæ tam apertè id probant, vt ferendi minimè sint Fortunius Garsia, & Aemil. Ferretus contrarium probare conantes in illa lege iuris gentium. ff. de pact. toto iure, totisquè legibus refragantibus. Innominati
3 quoque sunt contractus illi, qui vulgo appellantur, do vt des, de quibus latè, & subtiliter agit Iurisconsult. in l. naturalis. ff. de præscript. verb. & quemadmodum alter ab altero discernatur, expositum est accurate à nobis lib. 1. rerum quotidianarum cap. 3
4 §. 3. Quanquam omnes istos contractus, do vt des, vna permutationis appellatione comprehendi placuit Pinelo, alijsquè multis ab eo relatis in rub. C. de rescindend. vẽdit. 2. part. cap. 1. num. 10. quibus suffragatur lex 1. tit. 9. lib. 3. fori, & lex fin. tit. 6. p.
5 5. Sunt & innominati contractus illi his cõtermini, do vt facias, facio vt des, sicuti satis est explanatum à Iurisconsulto in dicta l. naturalis. ff. de præscrip. verb. cuius sensum præter cæteros explicat luculenter eodem loci noster Padilla Menesius. Meritò autẽ
6 à nostris scriptoribus disceptari solet, quãobrem permutatio non dicatur cõtractus nominatus, cum proprium habeat nomen & ipsum quidem satis elegans? In qua re licèt alij aliter sentiant, vt est videre apud Felicianum de Solis in tractatu de censib. in proœmio c. 2. verius, & receptius est, quod tradigt Ios. in rubr. C. de rer. permut. quod permutatio sit nomen generale, & æquiuocum, & quod in omnes ferè contractus cadere potest. Nomini autem contractus suũ proprium habent nomen, ita vt vnus ab altero facilè discernatur, sicuti declarat Iurisconsult. in dict. l. 1. ff. de rerum permutat. Accursio autem plerique omnes assentiuntur, & in his Bartol. Bald. & Paul. & reliqui in d. l. iuris gentium. ff. de pact. vbi Ias. n. 7. illius opinionem communem esse perhibet idemque faciunt alij multi relati à Valasc. de iure emphyteut. quæstion. 6. numero. 1.

7 I. vsu autem iuris longa est differentia contractus nominatos, & innominatos, siquidem nominati ita re, & consensu perficiũtur, vt posteà pœnitentiæ locus non detur vt in princip. inst. de emption. & venditio. & in l. contractus, C. de fide instrument. cõtra in innominatis: nam anteaquam ex vtraquè parte sequatur implementum, non dicitur perfectus contractus, sed pœnitentiæ locus esse potest, vt in d. l. 1. ff. de rerum permutat. & in dict. l. naturalis. ff. de præscript. verb. atque item in l. si pecunia. ff. de condict. causa data, causa non secuta, vtrũque proprijs rationibus: etenim contractus nominati sortiti sunt nomẽ à iure, & idcirco ius in illis facile suum producit effectum: innominati autem non habent nomẽ iuris, sed potiùs facti: quippe qui in suo primæuo nomine stent, quod facti est, non iuris, quapropter ius in illos non ita facilè producit effectum, vt intelligere licet ex Iurisconsulto in l. si vnus §. pactum ne peteret. ff. de pact. & ea de causa innominati solo consensu perficiuntur, quia alioquin nudo pacto contraheretur obligatio: quod iure communi permissum non est, sicuti declarat Iurisconsultus in l. illa 1. ff. de rerum permutat. & apertiùs in l. solent. ff. de præscriptis verb. Non me præterit contractus 8
nominatos etiam rem facti dici, secundum Iurisconsult. in l. consilio. §. final. ff. de curatore furiosi: verum id dicitur, quantum ad contrahendum: quia nullam in contrahendo contractus nominati iuris solemnitatem exposcunt, sed facto tantum, idest, voluntate, & consensu contrahentium res peragitur, vt diximus superius differentia.
45. At hic loquimur quantum ad iuris effe- 9
ctus, quantum verum ad eos attinet contractus nominati, non facti, sed iuris sunt: quia scilicet, vt diximus, nullam iuris solemnitatem exposcũt, vt datur intelligi in dict. l. iuris gentium, & in alijs legibus superius citatis. Quanquam hodiè (ne legum Regiarũ immemores simus) nouissimo Regio iure nudo pacto contrahatur obligatio verborum, pactumque nudum eãdem, quã olim stipulatio, vim habeat, iuxta legem secundam, tit. 16. lib. 5. Recopilat. fit, vt etiam 10
in contractibus innominatis hodiè apud nos pœnitentiæ locus non detur, cum & ve- 11
tere iure, interueniente stipulatione in contractibus innominatis, ab eis resilere non liceret, vt apertè probatur in l. ex placito. ff. Cod.
de rerum permut. & latè assertum est à nobis lib. 2. rerum quotidian. cap. 3. ampliatione

12 ne vndecima. Adhuc tamen, neque hodiè apud nos dicetur contractus innominatus esse perfectus, donec ex vtraque parte secutum fuerit complementum, ex illa l. 1. ff. de rerum permutatio, itaquè sicut promissio de vendendo obligat, licèt contractus non fuerit perfectus, ita in innominatis promissio illa obligat, licet contractus perfectus non fuerit. Quod pertinet ad vectigales le-
13 ges, quæ ex permutatione decimã soluendam esse decernunt, dicendum est etenim, vectigal non deberi, donec vtrinquè res tradita fuerit, sicuti animaduersum est à nobis libro. 1. rerum quotidian. cap. 3. §. 3. num. 31. etenim non antea hoc casu dicitur synallagma, seu mutuum comercium, quam vltro citroquè fuerit factatraditio, vnde ciuilis nascitur obligatio. sicuri interpretatur Iurisconsultus in dict. l. iuris gentium, & in l. Labeo 19. ff. de verb. signif. & illic tradit Alciat. & Charõdas verisimilium, lib. 2. ca.
14 7. Sunt & aliæ quam plures differentiæ inter contractus nominatos, & innominatos, quas omnes referre, nostri non est instituti, qui breues esse volumus: eas tamen, si iuuat placetquè, videre poteris apud Valascum, & alios ab eo citatos, de iure emphy. quæst. 6. num. 1.

SVMMARIVM. Different. 136.

Iudicium quid sit? num. 1.
Causa quid sit? num. 2.
Litis definitio traditur. num. 3.
Largo modo lis dicitur ante litem contestatam. num. 4.
Litis appellatio pertinet ad lites ciuiles, & criminales. num. 5.
Instantia, nomen Latinum, & à Consultis vsitatum esse. num. 6.
Instantia quid sit? num. 7.
Quis terminus instrntia præfixus sit ab omni iure, num. 8.
Inter instantiam, & causam quid interfit, numer. 9.
Momentum in iudicijs quid sit. num. 10.
Causa possessionis quare momentum dicatur, numer. 11.

Inter Iudicium, Causam, Litem, Instantiam, Momentum, differentia. 135.

IN definitione iudicij interpretes non bene conueniunt, vt est videre apud Decium, & Ripam in rubr. de iudicijs, in Decretal. & Alciat. in sua praxi (si is fuit, nam incertus est autor) sub princip. necnon apud Prateium in lexicon, verb. iudicum: atque item apud Maranth. in specul. 2. part. q. Mihi verò satis commoda videtur Abbatis definitio in d. rub. de iudicijs, sic definiẽtis. Iudicium est discussio causæ, quæ corã iudice iuridicè fit. Causa autem secundum Ciceronem, quem refert Accursius in leg. causas. C. de transactionibus. Res est, quæ 2
habet in se controuersiam in dicendo positam, cum certarum personarum interpositione quæ verior quidem videtur definitio quàm quæ traditur ab Alexandro, & cæteris in leg. postquam iiti. C. de pactis dicentibus, causam esse ius in iudicium deductũ, cum talem definitionem congruere magis constet actionis vocabulo, ex principio institut. de actionibus: vbi scribẽtes, quid actio, & causa distent, verbosius disputant: & nos quoque tetigimus superius differentia trigesima prima. Litis nomen latiùs patet, 3
quam causæ: lis enim, secundum Varronẽ de lingua Latina, est controuersia agitata inter aliquos de aliqua re: pertinet igitur tã ad controuersiam, quæ iudicio agitatur, quàm ad cæteras, quæ extra iudicium mouentur, id quod significat illud Virgilij carmen, cuius meminit summus Pontifex in c. forus, de verbor. signific.

Limes erat positus, litem vt discerneret agris.

Facit etiam illud Ouidij lib. 1. Methamorphoseos, vbi elementorum (ex quibus omnia constant) tantopere inter se dissidentium congeriem intra illam primam massam:

(Quam dixere chaos, rudis, indigestaque moles,
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaque eodem.
Non bene iunctarum discordia semina rerum.

Theologi nostri, primam materiam nuncupant) litem nominauit his verbis:

Hanc Deus, & melior litem natura diremit.

Et aliud etiam Horatij, Grammaticorum dissidia, opiniones, & controuersias, litem appellantis:

Grammatici certãt, & adhuc sub iudice lis est.

Largo

4 Largo itaquè modo lis, & ante litem contestatam dicitur, veluti declarat illa clausula: Ante, vel post litem contestatam, quibus iura frequenter vtuntur, & declrat Alciatus disputationum, lib. 2. c. 24. & in leg. litis. ff. de verborum significat. Strictim autē sumpto vocabulo, lis iudicialis apud Iurisprudētes, tam Cæsareos quam Pontificios, non dicitur nisi lite contestata, vt in cap. ex parte. 30. de verborum significat. & tradit Felinus, & cæteri scribentes in cap. super quæstionum, in princip. de officio de leg. Pertinet autem litis appellatio tàm ad lites criminales, quàm ad ciuiles, vt inteligere licet ex l. Senatusconsultum. §. si proter. ff. ad Senatumconsultum Trebellian. atque item ex leg. finali. C. vt intra certum tempus criminalis actio terminetur, necnon ex l. litis. ff. de verborum significat. quod ideò admonendum duximus: nam sunt, qui putent, litis appellationem ad causas crimina les minimè pertinere: in quibus est glossa indict. cap. forus, de verborum significatione, verbo lis, cui se quoque subscripsit Prateius in lexicon, verb. causa. Hæc de litè
6 quam breuissimè scripta sufficiant. Nunc de instantia, quod verbum (ne quis minus Latinum esse putet) & apud Iurisconsultos reperitur, sicuti apparet ex l. & post edictū. ff. de iudic. & in l. 1. & 2. C. de iureinr. propter calumniam dando. Est autem instantia
7 exercitatio iudicij à litis contestatione ad sententiam definitiuam vsque, certo tempore coarctata, sicuti tradit Alexand. in l. postquam liti. C. de pactis, & Marantha in specul. 4. part. quæst. 1. num. 2. & Alciat. in l. si diuersa, num. 40. C. de transact. Certo tempore contracta, ideò dicitur, quia olim
8 veteri iure, tàm ciuili, quam Pontificio, & & Regio cautum erat, ne causæ ciuiles vltra triennium, criminales vltra biennium protelarētur, vt latiùs extat definitum in l. properandum. C. de iudic. & in l. fin. C. vt intra cert. tempus, & in cap. venerabilis, de iud. & in l. 5. tit. 6. part. 6. id autem hodiè inde fuetudinem abijsse, moribus satis est compertum, & tradit Gregor. ad dictam legem Regiam. Quantum vero causa ab instantia
9 distet, vel ex eo intelligere licet, quod perempta instantia, ius litigatoris non perit, sed licitum est actori ex integro ius suum repetere, sicuti satis est expressum in d. l. propemodum, & illic tradit Accursius verb. vigorem. Cum reus igitur absoluitur ab instā tia, seu obseruatione iudicij, integrum ius remanet actori, vt denuo litem reintegrare valeat, veluti tradit Maranth. loco superiori, & Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 1. num. 8. Momentum in iudicijs nihil aliud 10
est, quam articulus quidam magnam habēs ad victoriam in alterutram partem efficaciam veluti apparet ex Quintil. lib. 3. ca. 7. atque ex Cicerone in orat. pro Fronteio: atque idcirco causa possessionis momentum in iure dicitur. l. 1. C. si de mōtanea poss. 11
fuerit appellatum, & in cap. 1. de causa possess. & proprietat. quia videlicet possessio maximi momenti, atque ponderis res sit: non quia parui, vt hactenus omnes existimauerunt interpretes, qui merito reprehēsi sunt à nobis lib. 1. rerum quotidian. cap. 9. Et hanc nostram sententiam tāquam veram amplexus est Ioann. Garsia de nobilitat. glos. 1. §. 2. num. 4. quanquam authore tacito, sed syncerius feciisset, si nos allegasset: quia vt quidam ait, ingenui animi est, fateri per quem didiceris.

SVMMARIVM.

Differentia 137.

Causa ordinaria quæ sit? num. 1.

Sententia, qua vulgo dicitur, de pureua, *an sint necessaria ad instantiam & eam denegare, nonnullitas, sed inusitata est, num. 2. & num. 3.*

Litigantes an possint iuris ordinem remittere, & quid etiam in ciuilibus? num. 4. & numer. 5.

Causa summaria qua dicatur? num. 6.

Iubere potest iudex sine litis contestatione, vt actor probet, citato tamen aduersario. numer. 7.

Potest iudex remittere conclusionem, vulgo dicitur. Recebir à prueua con todo cargo, *num. 8.* 12

Leuissima causa qua sit? num. 9.

In causis leuissimis an possit iudex sine tabellione acta conficere? num. 10.

An in leuissimis sufficiat vnus testis, num. 11.

Et ex coniecturis potest sententiam dicere. numer. 12.

Causa executiua qua sit? num 13.

Quibus casibus causa summarie tractari debeat num. 14. 15. 16.

Parua quantitas qua dicatur, num. 17. 18.

Ratione parui præiudicij, causa summaria dicitur. num. 19.

Causa possessorij non est parui præiudicij. numer. 20.

Causa

Cauſa poſſeſſorij an ſummaria ſit? num. 21.
Interdictum vulgo dictum de interim ſummarium eſt. num. 22.
Interdictum interim, quid differat ab interdicto vti poſſidetis, & exemplum ponitur, nu. 23. & 24.
Ratione præſentis neceſſitatis cauſa dicitur ſummaria, vt cum de alimentis agitur, num. 25
Niſi agatur de alimentis prateritis illa enim eſt cauſa ordinarie tractanda num. 26.
Periculi euitandi cauſa lites Eccleſiaſticæ ſuper beneficijs, aut matrimonio ſummariæ ſunt. num. 27.
Ratione miſerabilium perſonarum ſunt cauſa ſummarie tractanda. num. 28.
Cauſa ruſticorum, quæ à pedaneis iudicijs in vicis tractantur, ſummariæ ſunt. numer. 29.
Leuia crimina ſummarie expediri debere, numer. 30.

Inter cauſam ordinariam, & ſummariam, leuiſsimam, & executiuam. Differentia 137.

1 CAuſarum alia eſt ordinaria, alia ſummaria, alia leuiſsima, alia executiua. Cauſa ordinaria eſt, quę per ordinarios iuris tramites terminatur: iuris tramites ſunt libellus, litis conteſtatio, publicatio, cõclu ſio, & alia ad iudicij ſolemnitatem neceſſaria vt latius recenſetur in cap. quoniam cõtra, de probat. & illic Claſsici, omnes, præſertim Lanfrancus in ſua locupletiſsima repetitione, & Maranta quoque in ſuo ſpe-
2 culo 6. p. In quo illud in primis erit animaduertendum, interlocutionem, quam ſolent iudices proferre, recipientes partes ad probandum (vulgo dicitur, *ſentencia de prueua*) non eſſe neceſſariam ad ſubſtantiam iudicij: nam poteſt iudex, ſi aliàs ſibi de veritate liqueat (finge, per confeſsionem partis, aut per inſtrumenta publica) ſententiam elicere abſque illa interlocutione ad probandum, vt bellè tradit Bart. in l. prolatã, in fin. C. de ſentẽtijs, & interloc. omn. iud. cui cæteros ſuffragare, teſtis eſt illic Alex. in ſcholijs, idquè aperte probatur apud
3 nos in leg. 18. tit. 16. lib. 2. Recop. Nõ eſt igitur nullitas (vt nouo vulgari verbo vtar) ſed grauamen, ſi iudex iniuſtè hanc denegauerit interlocutionem: itaquè appellare debet is contra quem pronuntiatum eſt, alioqui de nullitate agendo nihil agent: quod multò magis habet locũ ſecundũ ius Regium, iuxta quod ſola veritate inſpecta ius dicitur. Adeò autem in cauſa ordinaria 4
exigitur iuris ordo, vt diſceptatum eſt inter ſcriptores, an litigatores poſsint hunc iuris ordinem remittere, vt eſt videre in cap. de cauſis, de offic. de legat. verb. Cõſenſu partium, vbi gloſſa, & gloſſographi tradunt, non poſſe partes huic ſolemnitati renuntiare: & idem placet Marant. in ſpecul. 4. par. diſt. 9. n. 97. Id quod ego verum non arbi- 5
tror in cauſis ciuilibus, alioqui diceremus non poſſe partes futuræ appellationi renũtiare, quod longè diuerſum eſt, vt conſtat ex l. fin. §. fin. C. de temp. appell. & vt iuris rationes miſſas faciam, id ſecundum ius Regium verum non eſſe, conſtat ex d. l. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. & apertius ex l. 18 tit. 16. lib. 2. Recop. ſub fin. Cauſa ſumma- 6
ria dicitur, in qua iuris ordo omnino non exigitur, ſed iudex breuiter cauſa cognita ſentẽtiam dicit, vt latiùs habetur in Clem. ſæpè de verbor. ſignific. & docet Bart. in Extrauag. ad reprimendum, de pace Conſtantiæ, in vſibus feudorum. Poteſt itaque iu- 7
dex ſtatim ſine litis conteſtatione iubere, vt actor probet, quod dicit, citato aduerſario, qui, ſi velit, poſsit docere contrarium: & poteſt in interlocutione, qua partes ad 8
probandum recipit, remittere publicationem, & concluſionem vulgo dicitur, (*Recibir à prueua con toda carga*) id quod tradit Paris de ſyndicatu fol. mihi 171. Leuiſsi- 9
ma cauſa, quæ nullo iuris ordine ſeruato, terminatur, qualis eſt illa, quæ olim ſummam 400. marabatinorum, hodiè ſummã mille non egreditur, vt habetur in l. 19. tit. 9. lib. 3. Recop. & in pragmatica nuper edita in Madritijs conuentibus anno 1593. capitulo 48. Adeò verò in his cauſis leuiſ- 10
ſimis iuris ordo remittitur, vt poſsit ipſemet iudex deſiderato tabellione, ſeu deficiẽte, per ſe acta confiteere, vt placuit Bart. & Paulo de Caſtro in l. iubemus §. ſane. ff. de ſacroſan. & Eccleſ. quibus acceſsit Abb. in cap. ex literis, num. 11. de probat. Quin 11
in his leuiſsimis cauſis vnius teſtis teſtimonium ad condemnationem ſufficit, authore Iaſſon. in l. admonendi. ff. de iuſtitia, & iure, numer. 187. Parum hoc, etiam in his
cauſis poteſt iudex ex coniecturis ſentẽtiã 12
dicere, ſecundum Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſare nõ poſſunt. Executiua cauſa eſt, in qua res iudicata, aut id quod vim 13
habet rei iudicatæ, executioni mandatur, vt in l. à Diuo Pio. ff. de re iud. & in l. 1. C.

de exe-

de execut.rei iudic.& nos exactiùs tractauimus lib.2.rerum quotid.c.fin.proinde il linc reperies,quæ ad hunc locum pertinẽt.

14 Sed videamus quibus casibus causa summariè tractari debeat.Et triginta casus,in quibus causa summariè sit peragenda,congerunt Lanfrãc.in d.Clem.sæpè,de verb.sig. & Marant.d.dist.9.Porrò vt causas omnes summarias ad summã redigamus, videtur mihi quatuor fermè modis (ciuilem scilicet)summatim tractari debere. Primò ratione paruæ quantitatis:secundò, ratione parui prẽiudicij:tertiò,ratione vrgentis necessitatis,seu periculi:quartò, ratione mi-

16 serabilium personarũ.Ratione paruæ quãtitatis dicitur causa summaria , vt in auth. nisi breuiores.C.de sententijs ex breuiloco recitandis. Sed quam dicemus paruam

17 quantitatem?Et quod attinet ad ius commune Doctores aiunt, id relinquendum arbitrio iudicis,vt concludit Marant.d. dist.

18 9.n.72.Crediderim autem, hodiè secũdũ leg.septem partiti iuris , quæ est lex 2. tit. 11.part.3.dici paruam quantitatem , quæ non excidit decem aureos , quos Castellanos appellamus,qui quidem rependunt hodiè quinquè mille,& quadringentos marabetinos æreos, iuxta l.13.tit.21.lib.5.Re-

19 cop.Ratione verò parui prẽiudicij dicitur causa summaria,veluti causa possessorij iudicij omnem enim causam possessoriam esse summariam,scribit PhilippusDecius cõsilio 28.& 56.volumine primo,quia dicat parui esse præiudicij:sed errat sanè Decius

20 &qui ei astipulatur,nam causa possessionis nõ est parui præiudicij,sed maximi,l.is qui destinauit.ff.de rei vendicat.& nos copiosius contra communem asseruimus libr.1.

21 rerum quotidianar.cap.9.Proinde causam possessionis non esse summariam, placuit Abbati , & Felino in capit.consultationibus , de offic.delegat.& Marant. distin.9. num.43.Possumus autem fingere exemplum in illo remedio possessorio,quod vul-

22 go appellatur de interim.Hoc enim summarium esse,satis apparet ex Couarru.practic.quæst.c.17.atque ex Gutirr. Canon. quæst.lib.1.c.34.num.103. Nihilquè differt ab interdicto vti possidetis, nisi quod

23 istud est summarium, illud ordinarium, vt rectè animaduertit D.Francif.Sarm.lib.2. select.cap.13.num.9. Est etiam eius rei exemplum in muliere petente retentionem

24 pro dote : nã cum ex eo parum prætudicij creditoribus generetur,quippe cum ius integrũ illis remaneat , vt in l. vbi adhuc. C. de iure dotium,summariè id tractari solet; adeò quidem,vt creditoribus nõ citatis,iudex dotis recipiebat probationes,& recentionẽ concedat, data à muliere satisdatione de bonis conseruandis:ea tamen retentio nihil nocebit hæredibus mariti, iuxta ea quæ effusè tradidimus lib.2. rerum quotid.c.5.n.13. Ratione autem præsentis ne- 25
cessitatis dicitur causa summaria,velut causa alimentorum,vt habetur in l.2.ff.de fe- 26
rijs:intellige tamen de alimentis futuris,nã in præteritis iam cessat causa necessitatis, & erit ordinariè tractãda,vt declarat Bald. in l.1.C.de fideicom.& Marant.loco paulò ante citato. Periculi etiam euitandi cau- 27
sa lites Ecclesiasticæ super beneficijs , aut matrimonio summariæ sunt vt in Clem.1. dispendiosam,de iudic.Ratione etiam mi- 28
serabilium personarum sunt causæ tractandæ summariè,vt putà, in causa pauperum, pupillorum,& viduarum,vt in authent.de mandatis Principum. §.si tibi quoque , & explicat commodè Maranta loco superiori,num.77.Quin scribit Alex.consilio 61. 29
vol.6.n.6.causas omnes rusticorum,quæ à iudicibus pedaneis ventilãtur in vicis,summarias esse:quod notandum dicit, quia ex eo multi processus alioqui nulli,sustinebũtur. Alexandri autem opinio non obscurè probatur in Authent.de quæstoribus. §. si vero sunt,collat.6.cuius ipse nõ meminit. Leuia item crimina summarie expediri so- 30
lent,at in l.leuia.ff.de accusat.& tradit Rojas singulari 145.n.7. Sunt tamen nonnulla crimina grauiora, quæ etiam sumariè expediuntur Maranta loco citato,num.84.

SVMMARIVM.
Different.138.

Secundum ius commune quæ dicatur causa criminalis?num.1.

Apud nos quæ sit causa criminalis?num.2.

In causa ciuili duæ probationes semiplenæ cõiũguntur,plenamque faciunt probationem: secus in causa criminali.num.3.

Reus in causa criminali suis defensionibus renuntiare non potest.num.4.

In causa ciuili possunt partes appellationi futuræ renuntiare,non in criminali.num.5.

In causa ciuili admittitur procurator,nõ in criminali.num.6.

In criminalibus reus non debet sub fideiussoribus relaxari.num.7.

Quid in sententia diffinitiua?num.8.

Qui causam ciuilem criminaliter intendit, est extraordinem puniendus. num. 9.

Quanquam causæ ciuiles, & criminales non possint cumulari, criminalis tamen causa potest principaliter intentari, & ciuilis incidenter. num. 10.

Verbum, incidenter, à Pontifice receptum esse. num. 11.

Inter causam ciuilem, & criminalem, differ. 138.

CAusæ omnes, aut criminales sunt, aut ciuiles. in cognoscendo verò, an causa criminalis sit, an ciuilis, iura Regia discedet
1 à iure communi: nã secundum ius commune causa criminalis dicitur, quæ descendit ex delicto, & tendit ad publicam vindictã, pœnaquè pecuniaria applicatur fisco: sin verò tendat ad vindictam priuatam, & pœna applicetur parti, non dicitur causa criminalis, sed ciuilis, glos. & Bart. in l. Prætor ait, ff. de sepulchro violato, testatur communẽ Maranth. in specul. 4. part. distinct. 1. num.
2 2. At nostrates leges causam criminalem definiunt eam, in qua infertur pœna capitis aut alia corporalis: vel ex qua infligitur relegatio perpetua, seu ad decennium extra patriam, hoc est, extra Regnum: hæc est lex 9. tit. 4. part. 3. Huic autem Regiæ legis definitioni obsequendum esse nobis, nullius est dubitationis, vt patet, & tradit Auendan. in dictionario, verb. *criminal.*
3 In vsu autem fori longum est discrimen inter causam ciuilem, & criminalem, nam in causa ciuili duæ semiplenæ probationes coniunguntur, plenamquè faciunt probationem: in criminalibus autem non coniunguntur, neque ex eis potest quis legitimè condemnari, sed aut reus est absoluendus, aut ad tormenta recurrendum erit, vt latè explicat Iason in l. admonendi. ff. de iureiur. num. 93. & Iulius Clarus in praxi. §. fi-
4 nal. quæst. 20. nu. 6. & q. 63. num. 7. Deinde in causa criminali reus non potest renũtiare suis defensionibus, neque terminis à iure statutis, secundum glos. in l. pactum inter hæredes. ff. de pactis, Paris de syndicatu. §. condemnatio versicul. 4. testatur cõmunem Simancas Cathol. instit. tit. 17. n.
5 53. Proinde licèt in causa ciuili possint partes appellationi futuræ renuntiare, lex fin. §. fin. C. de tempor. appel. in criminali non possunt. l. non tãtum. ff. de apppellat. l. 13. tit. 23 part. 3. Illud tamen memineris, hoc cessare in latrone famoso: nam huius renũtiatio valet propter crimi is atrocitatem, secundum Paridem de syndicatu. §. latro, c. 2. Cessauerit etiam hæc conclusio in reo confesso: nam eo casu renũtiare suis defensionibus potest, veluti scribit Bald. in cap. significante, de appellat. Differunt tertiò, 6
nam in causa ciuili admittitur procurator, in criminali non admittitur. l. penult. §. ad crimen. ff. de publicis iudic. c. tuæ, de procurator. tradit Maranta distinct. 1. numer. 35. Quartò differunt, nam cum causa est criminalis, reus captus non debet sub fide- 7
iussoribus, relaxari ante definitiuã, saltim ante publicationẽ: secus si sit ciuilis l. 1. ff. de custodia, & exhibitione reorum l. 1. tit. 20. p. 7. tradit latè, & eruditè Suar. in tractatu de fideiussore in causa criminali, & Anton. Gom. 3. tom. tit. de reo incarcerato. Eadem quoque distinctio est obseruanda 8
in sententia definitiua, scilicet, vt si causa sit ciuilis, quia condemnatus est reus in pœna pecuniaria, aut in exilio, non extra Regnũ, sit relaxandus, datis fideiussoribus, si pœnam pecuniariam obsignet, aut fideiussorẽ depositariam det pro ea, aliàs non, vt est definitum in l. 16. tit. 18. lib. 4. Recopilat. & ita eam intelligendam fore scribit, & rectè Auend. in dictionario, verbo, *criminal*, & responso 11. & Olanus in concordia iuris, verbo, *criminal*, num. 20. Sunt & aliæ multæ differẽtæ inter causam ciuilẽ, & criminalẽ, quas videre poteris, cũ apud alios, tùm apud Marantha, d. distinct. 1. n. 33. proin hic repetere supersedeo. Illud autem me- 9
minisse oportebit, qui causam ciuilem criminaliter intendit, atque eo colore aduersarium carceribus iniustè vexauit, extraordinem puniendum secundum leg. in criminali. C. de iurisdict. omn. iudic. Sed & illud 10
non obliuiscaris, quanquam causa ciuilis, & criminalis principaliter cumulari simul non possint, vt in l. 1. C. quando causa ciuilis criminali præiudicet: attamen rectè potest criminalis principaliter intendi, & ciuilis incidenter, vt bellè docet Maranth. in specul. 4. part. distinct. 1. n. 20. eoque iure quotidie vtimur. Illud autem verbum, inci- 11
denter, tametsi apud probos Latinæ linguę authores non reperiatur, vsus est tamen eo Romanus Pontifex in cap. cum voluntatis, de sententia excommunicationis.

SVMMARIVM.

Differentia, 139.

Calumniare quid sit? num. 1.

Hodie

Hodie talionis pœna non est in vsu. num. 2.
Potest talionis pœna ex eodem processu sine noua cognitione imponi. num. 3.
Pœna calumniatoris pertinet etiam ad illos qui accusatores subornant. nu. 4.
Calumniatoris nomen vnde traxerit originem. num. 5.
Prænaricator vnde dictus sit? num. 6.

Inter Calumniatorem, Prænaricatorem, & Tergiuersatorem, differen. 139.

1 ACcusatorum temeritas tribus detegitur modis: aut enim calumniãtur, aut prænaricantur, aut tergiuersantur: *Calũniari est, falsa crimina intendere: prænaricari autem est, vera crimina abscõdere, tergiuersare, est in vniuersum ab accusatione desistere.* Hæc ad verbũ scribit Iurisconsult. in l. 1. ff. ad Senatusconsult. Turpillian. cuius tam aperta sunt verba, vt nostra interpretatione nõ in
2 digeãt. Illud igitur tantũ dixerim, talionis pœnã, quæ olim in calumniatores erat statuta, tùm l. 12. tabularum (vt refert Aul. Gell. noctium Attic. lib. 20. cap. 17.) non iure communi, vt apparet ex l. fin. C. de accusat. hodiè in vsu non esse, sed extraordinaria pœna eos coerceri, vt moribus satis est compertum, & tradit Anton. Gom. in l.
3 85. Taur. num. 7. Potest autem hæc pœna vel ex eodem processu (sic vulgus acta iudicis vocat) sine noua cognitione infligi, vt ostẽdit lex 1. C. de calumniat. & tradit Iul.
4 Clar. in praxi crimin. quæst. 69. nu. 9. Sed & illud, quia singulare est, dicere nõ omittam calumniantium pœnam non tantum accusatores persequi, sed etiam eos qui accusatores subijciunt, atque subornant (qui delatores, & iure, & vulgò vocantur) lex 1. §. incidit. ff. ad Senatusconsul. Turpill. l. no-
5 stris. C. de calumniatoribus. Calumniatoris autem nomen vnde originem traxerit, aperit Iurisconsul. in l. si calumnietur. ff. de verb. sign. quæ est num. 253. & illic Alciat. Prænaricator autem vnde dictus sit, tradit Vlpian. in l. prænaricatores. ff. de verb. sig. Sed id breuius, & acutiùs tradit Plin. libr. 8. cap. 19. *Arator*, inquit, *nisi incuruus prænaricatur, inde translatum hoc crimẽ in forum.*
6 Dicitur itaquè prænaricator à verbo varicare, quod est, intortè, & deformiter ambulare, vt significat Quintil. lib. 11. c. 3. Hoc autem loco Laurentius Valla temerè in nostros inuehitur Iurisconsultos, qui de propria quidem verbi significatione loquuntur: quas autem ille affert authoritates, largo modo eas voces accipiunt, atque per translationem, sed metaphoram: verum de his calũnijs, & alijs quas vir ille in nostros spuit Iurisconsultos, plenè satisfactum est illi a doctissimo Alciato lib. 4. de verborum sign. proinde hic non amplius.

SVMMARIVM. differen. 140.

As nunquam percusum fuit, nisi ære, quod apud nos cobre *vocatur. num. 1.*
As parua, & vilis æstimationis fuit, num. 2.
As quid sit? num. 3.
Quod olim vncia, hodie blanca *dicitur. numer. 4.*
As quod olim erat, hodie dicimus quarto, *numer. 5. & 6.*
Sexcuntia, blanca est, & quadrans marapetinus, qui etiam terũtius dici potest, n. 7. & 8.
Quid apud Gallos, & Italos valeat as. nu. 9.
Semis dipondius, & tressis quantum valeat. numer. 10.
Decussis, & cẽtussis quantum valeant. n. 11.
Locus Persij explicatur. num. 12.
Marabetini recta pronuntiatio ponitur. n. 13.
Blanca cur ira appelletur. num. 14.

Inter As, Dupondium, & alia eiusdẽ generis nomina, diff. 140.

OLim apud veteres, perinde, ac hodiè, triplex erat pecuniæ signatæ vsus: aut enim erat ærea, aut argentea, aut aurea: in ærea as erat, assem enim percusum nũquã fuisse, nisi ex ære, author est Bud. in elegãti illo commentario quẽ edidit de asse, & partibus eius, lib. 1. Æs autem esse metallum illud quod apud nos *cobre*, vocatur, satis te intelligere putò: apparet igitur, assem paruæ, & vilis æstimationis fuisse, significant etiam illa Flacci carmina libr. 1. sermonum.

Quid inuat immensum te argenti pondus, & auri
Furtim defossa timidum deponere terra,
Quod si comminuas, vilem redigatur ad assem.

Est autem as libra, seu pondo quod in duodecim distribuitur vncias, vt noster docet Iustinianus in §. hæreditas, institut. de

hæredib. inſtituend. & ante eum Vlpianus in l. ſeruũ. §. fin. eod. tit. in Digeſtis, vbi vtro bique nominatim aſsis partes recẽſentur: & eas carmine complexus eſt Marcellinus ad Iuuen. ſatyra 1. in hunc modum:

Denotat as libram, ſextans binauncia fertur:
Tres retinet quadrans, ſed quatuor adde trienti:
Quincunx quinque tenet, verum ſex ſemis habebit,
Septunx dat ſeptem, beſsis, bes, ſine dat octo:
Dodrans quippe nouem: dextans decunxque decem fert;
Rite decem, atque vnam ſcito retinere deũcem.

Sed harum partium rationem præter inter pretes loco ſuperiori, expendit Alex. ab Alexand. vir tam Iuriſperitus, quam diſſertus, dierũ genial. lib. 1. c. 1. Porrò, vt vetera nũmiſmata cum noſtratibus conferamus, cum vncia minima pars ſit aſsis, videtur non male reſpondere noſtro nummo minimo qui *blanca*, vulgo dicitur, neque alium minorẽ 4 hodiè in vſu habemus. Siquidem nummi illi minuti, qui apud maiores noſtros, & vſque ad noſtram ferme ætatem in vſu erant, appellabantur vulgo, alij *cornados*, alij *dineros*, alij *meajas*: iam hodiè penitus exoleuerunt cum augeſcente in dies maiorem in modũ rerum pretio, iam nequid eſt, quod tam vili pretio emi valeat. *Blãca* igitur minimus nũmus hodiè apud nos eſt, & tam rarus, vt iam penè exoleſcat, prout eſt manifeſtũ, & oſtẽdit l. 3. tit. 21. lib. 5. Recop. Ergo cum vncia minima aſsis pars ſit, compar videtur eſſe iſto noſtro minimo nummo, quæ *blanca* dicitur: quod ſi quidem ſequaris, conſtabit, as duodecim blancis, atque proinde ſex marabatinis, cum noſtras marabatinus duabus conſtet blancis. Et hanc quidem rationem ipſe non inuitus ſequerer, niſi noſtratium doctiſsimorum authoritas iam fermè vulgo 5 recepta præiudicium nobis faceret. Noſtrates enim, facta collatione noſtri argentei nũmi, qui Regalis dicitur, ad pondus Romanæ libræ, definiunt, aſſem reſpondere noſtratibus quatuor marabatinis, hoc eſt, nummo illi qui apud nos dicitur quarto, veluti refert Couarr. in libello de collatione nummiſmatum, c. 1. Horum autem ego authoritati obſecundare malui in hac parte, quam in re vetuſta, & annoſa, & vbi tam incerta, & languida ſunt argumenta, noui quicquã 6 introducere. Dicamus igitur (noſtros interpretes ſecuti) aſſem quatuor noſtros ſonare marabatinos, ac proinde ſexcunciam eſſe blancam, & conſequenter quadrantem eſſe marabatinum, qui & terũtius dici poteſt, 7 8 quippè cùm teruntius tribus cõſtet vncijs, ſecundum Bud. lib. 2. de aſſe, & probatur in authent. de triente. & ſemiſſe in princip. collat. 3. Sic, & apud Gallos as ſuos quatuor ſonat denariolos, & apud Italos ſuos quatuor valet quatrinos, ſicuti Bud. & Couarr. memorant loco ſuperiori. Atque vt quæ deinceps ſequuntur nummiſmata, non omnia, ſed ex parte proſequamur, Semis, duo erunt marabitini: dupondiuſque, ſiue dipõ- 10 dius octo valet marabatinos, dicebatur enim dipondius (vt Varro author eſt) quaſi duplex pondus: & ita intelligendus eſt text. in prœmio Digeſtorum. §. in reliqua. Treſ 11 ſis igitur duodecim importat marabatinos quia trium aſsium eſt pondo. Et conſequẽter decuſſem quadraginta dicemus eſſe marabatinos, quia decet pendet aſſes. Et eodẽ modo centuſsis, quia centum conſtat aſsibus, pro quatuor centum marabatinis accipietur. Ex quo intelligere potes authores 12 paſsim de ea re loquentes, atque in primis illud Perſij.

Et centum Græcos curto concuſſe licetur.

Et quoniam de marabatino tantam mẽtionem fecimus, illud hic notãdum duxi, errare noſtrates in huius nominis appellatione: alij enim, vt Couarr. appellant illud marabedinum: alij, vt Otalora, mora petinũ: cũ 13 marabatinum dicendum ſit, quandoquidẽ eum ita apellat Innocent. III. in c. cum olim 2. de priuileg. Cùm igitur tam idoneum habeamus authorem, non eſt cur nos illius nõ ſequamur authoritatem, præſertim cũ ſpecies illius textus in noſtra contigerit Hiſpania, videlicet, in Epiſcopatu Colunicenſi Luſitaniæ, vt memorat Gometius in regula Chancelariæ, de valore exprimendo, quæſtion. 9. Marabatini autem nomen non eſſe Latinum, ſed potiùs Hiſpanum, nemo erit qui ignoret. Duo autem nummi, qui vocantur *blanca*, efficiunt marabatinum, vt manifeſtum eſt, & oſtendit l. 3. tit. 21. lib. 5. Recopilat. Blanca autem dictum fuit à 14 quadam Regina, nomine *Blanca*, ſi credimus Gometio in dicta regul. Chancellarię. Sed verius eſt, dictam eſſe ad differentiam illorum nummorum, qui olim appellabantur nigri, vt intelligere eſt ex l. 2. titul. 33. partita 7. & leg. 4. titulo. 33. libro. 9. Recopilation.

SVM-

SVMMARIVM. differ. 141.

Denarius decem asibus constat. num. 1.
Denarius collatus nostræ pecuniæ constat quadraginta marabatinis. num. 2.
Dragma idem valere, quod denarius. num. 3.
Denarius erat militum stipendium. num. 4.
Olim viliori, quàm hodie, pretio merces comparari: & quare. num. 5.
De quibus denarijs prædicta intelligantur. numer. 6.
Obulus quid sit? num. 7.
Sextertius in argentea pecunia cudebatur. numer. 8.
Quibus asibus constet sextertius. num. 9.
Nota sextertij describitur. num. 10.
Olim ad tempus sextertij æstimationem auctã fuisse. num. 11.
Olim quoties non dicebatur pecuniæ genus, intelligebatur de sextertio. num. 12.
Nummus, & sextertius eiusdem erant valoris. num. 13.
Sextertius olim idem valebat, quod hodie valẽt decem marabatini. num. 14.
Centum millia sextertiorum efficiunt, quod vulgo dicimus, vn quẽto de marauedis. *num. 15. & 16.*
Sextertium in genere neutro multò plus valebat, quàm in genere masculino. num. 17.

Inter Denarium, Dragma, Obolum, & Sextertium, cæteraque id genus nomina, differ. 141.

SVperiori capite de ærea pecunia sermonem fecimus, sequitur vt de argentea dicamus. In argentea denarius erat: constat autem denarius decem asibus, vt Plinius est autor, lib. 33. cap. 3. atque item Vitruuius lib. 3. in princip. alijquè multi apud Bud. de asse, lib. 2. & idcircò denarius dicitur, quasi denos valeat asses, authore Varrone de lingua Latina, lib. 4. Illius igitur ad nostrã monetã collatione facta, dicẽdum est, denarium valere quadraginta nostrates marabatinos: cum, vt superiore capite diximus: as quatuor constet marabatinis quam quidem collationem, & Couarr. probat dict. commentar. de nummismatis, cap. 2. numer. 7. vbi etiam multis verbis ostendit, dragmam æqualem denario fuisse: eiusdemquè fermè æstimationis: id quod, & ante eũ tradit Bud. de asse, lib. 2. Apparet itaquè, dragmã respondere nostratibus quadraginta marabatinis. Hinc igitur intelligere poteris, quemmadmodum denarius ille apud Euangeliũ diurnæ operæ iusta fuerit merces: quin, & militum diurnum fuisse stipendiũ, scribit Plinius loco superiori. Etenim olim priscis illis tẽporibus vel pro rerum multa copia, vel pro pecuniarum magna charitate, facilius merx, & annona vno parabantur denario, quam hodiè decem, aut duodecim, atque adeò pluribus, vt cuiuis in annalibus antiquis, vel mediocriter versato facilè apparebit. Hæc autem quæ diximus, de denario antiquo Romanorum intelligendum est, non de illo quo aurifices hodiè vti solent ad discernendam argenti bonitatem, & valorem: huius enim diuersa ratio est, sicuti intelligere est ex l. 1. tit. 21. lib. 5. Recop. & demonstrat acutè Couarr. dicto commentario, c. 2. nu. 6. & ante eum Albertus Brunus de monetis. §. 1. Neque intelligendũ est de vetere illo denario Hispano, de quo fit mentio, cum aliàs sæpe in iure nostro Regio, tùm in l. 2. tit. 27. lib. 9. Recop. namquè illud genus monetæ vilissimum erat. Quippe cũ marabatinus decem istiusmodi denarijs constaret, sicuti ipse Couar. scribit supradicto tract. c. 5. n. 1. & Otalora de nobilit. 2. part. cap. 4. nu. 13. & ita vsus interpretatur in tributo illo, quod apud nos dicitur, *Seruicio y montazgo*, de quo agitur in illo tit. 27. libro. 9. Recopilat. & in cap. 1. quæ sint Regalia, in vsibus feudorum, & illic Bald. & reliqui. Hæc de denario, & dragma nunc dicamus de obolo. Obolus est sexta pars dragmæ, cõtinet itaque sex nostrates marabatinos, & dimidiũ, aut palò plus, vt perpendere licet ex Plinio lib. 21. c. fin. in hæc verba dicẽte: *Dragma Attica (fere enim Attica obseruatione Medici vtuntur) denarij argentei habet pondus: eademque sex obolos pondere efficit.* Item in argentea pecunia sextertius erat, eum enim nunquam ex ære percusum fuisse author est Bud. lib. 1. & 2. de asse: constat autẽ sextertiùs duobus asibus, & semisse, vt apertè docet Vitruuius lib. 3. in principio, his verbis: *In denario* (inquit) *denos æreos asses constituerunt, eiusque partem quartam, quod ex duobus asibus, & tertij semisse conficiebatur, sextertium vocitauerunt.* Proinde eius nota inscribitur apud Ciceronem, Suetonium, & alios antiquos, Hs, qua duorum asium, & semisis pondo significatur: nam asis nota talis, erat | — | vt animaduer-

tit. Cuiac. in l. interdum, ff. de hæred. instit.

11 Non me præterit, aliquando ob Reipublicæ necessitates sextertij æstimationem ad tempus auctam fuisse, sicuti apparet ex l. fi. C. de donatio. atque ex alijs scriptoribus apud Couarr. in illo libello de nummismatis, cap. 2. num. 11. Cæterum nos magis, quod ratione suadente, quàm quod necessitate cogente factũ est, sequendum puta-

12 mus. Erat autẽ hoc pecuniæ genus tam frequens apud antiquos, vt quoties numerus ascriberetur, nequeadijceretur pecunię genus, de hoc sextertio intelligatur, velde nũmo: nã nũmus & sextertius tantidem vale-

13 bãt, sicuti animaduertit Bud. loco superiori. Atque hinc intelliges textũ in l. lecta. ff. si cert. petatur, aliàsque multas leges, quæ summam adijciunt sine expressione nummi: de hoc enim sextertio intelligẽdę sunt. Cùm igitur sextertius duobus cõstet assi-

14 bus, & semisse, apparet eum valere decem nostrates marabatinos: cum, vt antea dixi-

15 mus, respondeat marabatinis. Centum itaquè millia sextertiorum (vt ad vsum quotidianum nostra accommodetur oratio) integrum nostrum implent cõputum, hoc est, dicã Hispanè, vt melius intelligatur, *Hazẽ*

16 *vn quento de marauedis*. Etenim perinde, ac decies cẽtũ millia aureorum millionem apud nos faciunt, ita decies centum millia marabatinorũ efficiunt vulgarem computum, veluti apud vulgares rationales satis notũ est, & narrat Couarr. dicto cõmentario, cap. 4. Sed illud omninò admonendi

17 sumus, sextertium in genere neutro pluris valere, quam in genere masculino: valent enim singula sextertia mille sexterties, hoc est, vt vernaculo sermone dicam: *Diez mil marauedis*, vt traduntBud. & Couarr. loco supradicto: estquè de ea re inter omnes authores summus consensus.

SVMMARIVM.

Differentiæ, 142.

Libra olim duodecim vncias complectebatur. num. 1.
Quid differat as à libra. num. 2.
Ees vulgo marchus appellatur. num. 3.
Vncia antiqua an sit eiusdem ponderis, cuius hodierna vncia est. num. 4.
Marchi valor designatur. num. 5.
Vncia argenti non signati valet octo regales, numer. 6
Sesquilibra quid sit? num. 7.
Summa sesquicenturiæ qua sit? num. 8.

Inter Libram, Selibram, & Sesquilibram. differ. 142.

LIbra non tam monetæ, quam ponderis 1
nomen est. Libra autem olim apud Romanos duodecim complectebatur vncias, vt ostendit ille Prisciani, seu Fanni versiculus:

Vnciaq; in libra pars est, quæ mensis in anno.

Quid igitur, dices, as distat à libra? hoc pla- 2
nè, quod as ad æreas tantum pecunias spectat, libra autem omnes omninò complectitur pecunias, cuiusquè generis illæ sint. Verũ hodiè in libra diuersa ratio habetur: constat enim nunc libra apud nos sedecim vncijs, huiusquè selibra, seu (vt apertiùs dicam) dimidia libra, appendit bessem, hoc 3
est, vncias octo: hic bes vulgo marchus appellatur, sicut expositum est apud nos principali, seu Regia definitione in l. 1. tit. 13. lib. 5. Recop. Marchi autem appellatio noua est, neque, vnquã olim Latinis authoribus cognita, quanquam Pontificij non lõgè à vulgi consuetudine abeũtes: marchã appellẽt, vt in c. dilecti, de emptione. & vẽdit. & alias passim. Et hanc quidem passim nouã libræ rationẽ, cæteras quoque in vniuersum nationes secutas fuisse, omnes rei nũmariæ scriptores fidẽ faciũt, & in primis Bud. in illo libello de asse lib. 5. Dissentiũt 4
tamẽ de eo, an vncia illa antiqua par sit põderi nostro hodiernæ vnciæ: nã Budeus parẽ esse affirmat, & idẽ facit Alciat. lib. 3. disputationũ, c. 9. & Leonard. Porcius de nũmismatis, ad med. Sunt alij qui contrarium sentiant apud Couarr. de nũmismatis, c. 2. n. 5. rem quidẽ magis scrupulosè tractãtes, quàm necesse est in re tam vetusta, & cariosa, rubigineque penè exesa, & in qua satis est, si analogia, siue proportio haud multũ dissona sit ab antiquo pondere. Sed, 5
vt ad marchũ redeamus, is pendet apud nos (si legitimos nũmos, quo aurifices vtũtur, spectemus) sexaginta septẽ regales nũmos nostratis argenteę monetæ. Sin verò spectemus vulgares nũmos quibus cõmuniter in commercijs vtimur, appendit marchus sexaginta quinque regales nũmos, quia illi alteri duo nũmi residui deducũtur ad impẽsas, quæ in cudẽda moneta fiũt, vt intelligere licet ex l. 2. & 5. tit. 21. li. 5. Recop. quas nisi hoc modo intelligas, magnoperè inter se pugnare sibi videbũtur. Vncia igitur ar- 6
genti

genti non signati valet apud nos regales octo sicuti ex ipsis Regijs legibus facilè est
7 intelligere. Porrò sesquilibra, est libra, & dimidia sesqui enim significat alterum tantum, & dimidium sicuti latius explicat Budeus, in commentario illo de asse, lib. 1. in
8 princip. Sesquicenturia igitur summ est cẽtum, & quinquaginta complectens numeros, vt est exemplo hæc nostrra sesquicenturia, quæ opto, Deumquè precor, quam fœlix faustaque sit iuris studiosis omnibus. Siclus duplex erat, alter publicus, alter sanctuarij: ille duas dragmas pẽdebat, hic quatuor, secundũ Hieron. ad Ezech. c. 4. & ita dit Ioann. Mariana Societatis in libello de ponderibus, & mensuris, cap. 6.

SVMMARIVM. Different. 143.

Mina quibus dragmis constet, & quibus regalibus, num. 1. & 2.
Mina, pondo, & libra pro eodem à scriptoribus accipitur. num. 3.
Talentorum varias fuisse species. num. 4.
Paruum talentum sexaginta minas Atticas appendebat. num. 5.
Talentum paruum quibus regalibus hodiernis constet, & de talento magno, num. 6. & 7.
Quoties talenti simpliciter mentio fit, de paruo intelligitur. num. 8.

Inter mina, & talentum, cæteraque illius modi nomina, differunt. 143.

1 MIna quæ à Græcis mna dicitur, nõtã nummi, quã ponderis genus est, perinde, ac talentum: mina autem librat, seu appẽdit cẽtũ dragmas, vt Plinius est auctor lib. 21. c. fin. & tradidit Priscianus in illo libello de ponderibus. Appendit igitur centum nostrates regales nũmos: cũ, vt antea diximus, dragma nostro regali nummo cõpar sit. Minã autẽ, pondo, & libram pro eodem ab scriptoribus vsurpari, author est Hermolaus Barbarus (nihil minus quam barbarus,) apud Plinium loco superiori, & ante eum Alex. ab Alexand. lib. 4. c. 24. Vnde intelligere poteris textum in l. scribit. ff. de auro, & argento legato, vbi de hoc pon
4 do mentio fit. Talenti vero varię apud priscos fuere species, pro regionũ, videlicet, & gentiũ varietate, vt est videre apud Alex. ab Alexandro, & apud illius scholiastem Tiraq. lib. 4. c. 24. Nos de Attico tantũ dicemus, quippe cuius apud authores frequẽtior sit vsus: hoc autem, aut magnum erat, aut paruum. Paruum talentum sexaginta 5
minas (Atticas scilicet) appendebat, vt constat ex Julio Polluce lib. 9. de rerum vocabulis, cuius sententia ab alijs quoque rei nũmariæ scriptoribus probatur. Pẽdit itaque 6
hoc talentum paruum nostrates regales nũmos sexmille, cum, vt dictum est, mina centum pendat dragmas, dragma verò nostro compar sit regali. Talentũ autẽ magnũ ap 7
pendit tantidem quantidẽ paruũ talentũ, & ampliùs quadrantẽ. itaque rependit nostratium regaliũ octo millia, sicuti tradunt Budeus, & Agricola, & probat Couarr. su- 8
pradicto commentario c. 4. n. 5. quoties verò de talento mentio fit, neque aliud adijcitur, de paruo, tanquam vitatione, intelligẽdum esse, superiores authores animadtiertunt omnes.

SVMMARIVM, Differentiæ 144.

Solidus quid sit? num. 1.
Aureus quid à solido distet? num. 2. 3. 4.
Marabatinus aureus, & solidus idẽ valẽt. n. 5
Marabatinus aureus Castellano vulgo dicitur. num. 6.
Castellanus nummus quibus marabatinis constet. num. 7.
Insinuationem donationis hodiè fieri non est necessarium, nisi donatio excedat octo millia Regalium. num. 8.
Castellanus nummus, aliter dobla de cabeça dicitur, *num. 9.*

Inter Solidum, & Aureum, differentia 144.

HActenus diximus de pecunijs æreis, atque argenteis, nunc de aureis dicamus. In aurea pecunia erant solidus, & aureus, quorum in iure frequens est mentio. Soli- 1
dus autem (vt quod est citra controuersiã prius dicamus) est sexta pars vnciæ, itaque sexaginta duo solidi faciunt librã Romanã duodecim vnciarum sicuti expressim extat definitum in l. quoties. C. de susceptoribus

& arcarijs lib. 10. Et cum hoc planiſsimũ ſit, illud tamen eſt inter ſcriptores maximè controuerſum, quid aureus diſtet à ſolido: etenim Accurſius in dict. l. quoties, nihil inter ſe differre ſcribit, ſed comparis eſſe æſtimationis, eiuſdemque ponderis: Accurſio autem accedum Abb. & Felin. in cap. conquerente, de officio ordinar. & hãc communem, & veriorem eſſe opinionem, author eſt Otalora de nobilit. 2. part. cap. 4. num. 13. & hanc ex recentioribus, poli tioriſque literaturæ authoribus amplectũ tur Æmilius Ferretus in §. fin. inſtit. de pœ na temerè litigantium, & Anton. Auguſti
3 nus emendationum libr. 2. capit. 9. Alij verò exiſtimant aureum à ſolido differre ſexcupli proportione, ideſt, aureum tertia parte eſſe maiorem, quam ſolidum: placet itaque illis aureum eſſe quartam partem vnius vnciæ, atque proinde duo de quinquaginta, id eſt, quadraginta octo libram Romanam appendere: huius ſententiæ fuere Bud. lib. 3. & 5. de aſſe, & illius æmulus Leonardus Porcius, lib. 1. de monetis, Alciat. quoque diſpunctionum lib. 3. & Georgius Agricola de monetis, ad finem, atque item Couarruu. lib. 1. variar. cap. 11. & de nummiſmatis, cap. 3. Ego ve
4 rò, perpenſis vtriuſque ſimultatis rationibus, magis adducor, vt propriori opinione, quæ magis recepta eſt, calculum feram nam (vt cætera omittam) id clariſsima voce Iuſtinianus probat, paſsim ſolidos apud Iuriſconſultos pro aureis reponens: & ex diuerſo aureos pro ſolidis, vt intelligere licet ex lege vltima. ff. de in ius vocando, & §. fin. Inſtit. de pœna temerè litigantium, atque ex l. ſi verò. §. Prætor. ff de ijs, qui deiecerunt: vel effuderunt, & §. item is, inſtitut. de obligation. quæ ex quaſi delicto naſcuntur, & aliàs crebrò id obſeruare licebit. Argumenta verò contrariæ partis, quæ tota in veterum: recentiorumque nummiſmatum collatione nituntur, non adeò firma mihi eſſe videtur, vt propter illa à tam aperta legum definitione deſciſcere debeamus. Supereſt, vt dicamus, ſolidum, & aureum nihil pondere, & valore diſcrepare.
5 Et idem quoq; dicendum erit de aureis marabatinis, quorum noſtrates leges ſæpiùs meminere: id quod etiã placuit Otaloræ de nobilit. 2. p. c. 4. & Couarr. de nummiſmatis c. 6. n. 4. Et meritò, nam leges iuris communis de aureis, & ſolidis loquentes ſemper noſtrates leges ſeptem partiti iuris pro aureis marabatinis vertunt, vt cernere eſt in l. 9. tit. 4. p. 5. & aliàs identidem. Cum igitur ſolidus, & aureus, atque item marabatinus aureus eiuſdem ſint æſtimationis, & valoris, videamus quemadmodum noſtrati præſenti pecunia reſpondeant? Et 6
noſtratibus ſcriptoribus magis ſedit, hoc genus monetæ reſpõdere noſtro aureo nũmo, qui Caſtellano vulgo dicitur, huius opinionis fuit Greg. Lop. in dict. l. 9. tit. 4. p. 5. verbo, *de oro*, cui aſtipulatur Otalo. de nobilit. loco ſuperiori, atque Oroſciu- ma giſter noſter, non pœnitendus in leg. impe rium, n. 90. ff. de iurisdict. omnium iud. Vi llalobos quoque in ærario, verb. Donatio, num. 225. Et idem, quod attinet ad ſolidũ & marabatinum aureum, ſequitur Couar. lib. 1. variarũ, c. 11. Cum igitur ſolidus, atque item aureus, & marabatinus aureus ex Caſtellani noſtri æſtimatione pendeant, iã geſtire te video, vt cognoſcas quantis valoris is nummus Caſtellanus ſit: & in ea re (vt 7
nihil eſt in iure ſine cõtrouerſia) noſtrates authores aliquantũ diſcordes inuenies, alij illum pluris, alij minoris æſtimãtibus. Sed illorum eſt iam hodiè principali definitione ſopita diſcordia in l. 3. tit. 21. lib. 5. Recopilat. per quam Caſtellanus iſte nũmus æſtimatur quingentis, & quadraginta quatuor marabatinis, qui efficiũt noſtrates nũmos regales ſedecim. Ex his autem (ne inutilis, aut ſterilis hæc noſtra ſit inueſtigatio, atque vt aliquid in gratiã forenſis vſus annectamus) magnopere illuſtrãtur iura quibus ſancitum eſt, vt donatio excedẽs quingẽtos ſolidos, inſinuetur apud iudicem, vt 8
eſt comprehenſum in l. ſancimus, & l. penult. C. de donat. & in l. 9. tit. 4. p. 5. Dicendum eſt enim, hodie minimè eſſe neceſſariam iſtiuſmodi inſinuationem, niſi donatio excedat octo millia noſtratium regalium totidem enim regales nummos quingenti Caſtellani faciunt. Neque eſt quidem hæc noſtra interpretatio à Iuriſprudentum placitis diſſona, quippe cum apud illos communiter conueniat, aucto per legem ſolidorum pretio, & ſummam ad inſinuationẽ neceſſariam augeri, quia non ſolidorum numerus augetur, ſed eorum æſtimatio: hoc ſiquidem placuit Angelo in dict. l. ſancimus, & Paulo de Caſtro in l. 2. C. communia de leg. & Iaſſon in l. 2. §. ex his. ff. de verbor. obligat. num. 16. & ſequuntur quã plures apud Albertum Brunum de monetis, particula 12. & multò plures apud Duenam reg. 224. limatio. final. & hoc mihi magis probandum, ſequendumque videtur, iuxta illam nouam Regiæ legis definitionem, tametſi noſtrates aliter, & alter ſentiant

tiant, vt est videre apud Gutierr. de confirmatorio iuram. prima parte, cap. 7. num. 3. Atque idem dicendum puto de nummis illis aureis, quos leges Regia, de secunda supplicatione agentes, apellant *doblas de cabeça*, vt habetur in l. 1. & in l. 8. & 9. tit. 22. libro. 5. Recopilatio. Dupla enim illa respõdet Castellano illi nostro aureo, vt existimat Couarr. in illo tractatu nummismatũ cap. 6. Pẽdet igitur dupla illa nummos nostros regales decem sex. De cabeça autem putat Couarr. appellari, propter contributionem quandam, quæ eo nomine facta fuit sub Rege Ioanne, eius nominis primo: verum puto ideò appellationem illam, *de cabeça* accepisse, quia illi nummorum speciei incusa erat hominis, seu Regis effigies capite tenus, vt apparet ex nonnullis, quas mihi videre contigit, ex illo igitur insigni, seu charagmate appellatæ sunt *doblas de cabeça*. De nummismatis plura dicere posthabui, simul quia res foro assidua non est, simul quia ex aliorum scriptis effusius cognoscere poteris, præsertim ex Fabiano de Monte de emptione, & vendition. quæst. 5 ex Alberto Bruno, & Francisco Curtio in peculiaribus libellis de ea re editis. Illud tamen, quia ab ipsis omissum est, dicere non grauabor, quod quæritur, apud Ciceronẽ, lib. 3. Offic. An si quis adulterinos nummos acceperit, possit illos citra peccatum alteri soluere? quam quæstionem hisce verbis absoluit ipse Cicero: *Quare*, inquit, *He caton si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, cum id resciscit, soluturus sit ne eos, si cui debeat, pro bonis? Diogenes ait, Antipater negat, cui potius assentior.*

Sentit itaque Cicero, peccatũ esse, adulterinos nummos alteri soluere, tametsi imprudenter eos acceperit: cuius sententia non obscurè probatur in l. 64. tit. 21. lib. 5 Recop. & suffragatur lex 78. styli.

SVMMARIVM. Differentia, 145.

Nobilitas vulgò appellatur hidalguia. *num.* 1.
Vnde hoc nomen, hidalgo habeat originem, nu. 2. *&* 3. *Et vnde dicetur*, hijodalgo deuengar quinientos sueldos, *num.* 4. *&* 5.
Ramirus Rex Castellã liberauit à tributo, quod Mauregatus promiserat. num. 6.
Proprietas nihil habet commune cum possessione num. 7.
Petitorium ad proprietatem spectat: possessorium ad possessionis causam. num. 8.
Quid differat causa nobilitatis petitoria à possessoria. num. 9.
Quid probandum sit in causa nobilitatis in petitorio. num. 10.
Immemorialis possessio quomodo probetur: & an sufficiat probare possessionem centum annorum, num. 11. *&* 12.

Quid inter possessorium, & petitorium in causa nobilitatis interest. Differ. 145.

NObilitas, de qua in hoc capite verba facturi sumus, apud nos gentili nomine appellatur *hidalguia*, & nobilis appellatur *hijodalgo*. Vnde vero hoc vocabulum originẽ traxerit, alij aliã, & diuersam tradiderunt: quadruplex enim de ea re nostrãtium extat opinio. Siquidem Genesius Sepulueda, Theologus Cordubensis (vir doctissimus, vel ipsius Erasmi testimonio, qui in suo Ciceroniano neminem alium ferè reperit ex omnibus scriptoribus, quotquot tot sæcula tulerunt, qui propriùs ad Tullianæ dictionis elegantiam accesserit) epistola 37. ait, *hijodalgo*, dictum fuisse à verb. Italico: quia videlicet qui iuris Italici sunt, tributorum immunes sint: vti multis legũ, & authorum testimonijs manifestũ est: Genesij autem opinionem, quanquam authore citato, ample & untur Gregor. Lopez. in l. 2. tit. 21. part. 2. & D. Francisc. Sarmient. select ar. lib. 1. cap. 15. Alij verò autumant hoc verbum fluxisse à verbo Gothi: quasi hidalgo dicatur filius Gothi: in qua opinione fuit Baeça de debitore inope, c. 3. eiusquè accessit sententiæ Gutier. lib. 12 cap. 2. scribit, *hidalgo* effluxisse à verbo fide, quia nempe nobiles fide maximè valeant. Sed nimirum supradictæ etymologię si aures consulas, & vtriusquè verbi euphoniam contempleris, disdiatesaron tibi sonabunt, nequè magis inter se concinent, quã cithara cum Psalterio, vt vulgò dici solet. Proinde subijciamus quartam etymologiam, quæ exponitur à sapientissimo Rege Alphonso in l. 2. titulo. 21. part. 2. vbi ait, *fijosdalgo* dictos esse, quasi *fijos de algo*. Quã etymologiam repulsis cæterorum opinationibus defendit Otalor. de nobilitat. 2.

part.c.3.in 2.edit. & Frater Hieronymus Roman.in commentarijs quos vulgari ſermone edidit, ſub tit. de las Republicas. 2. part.lib.4.cap.11.atque item Ioan.Garſia de nobilit.gloſ.18.num.16. Et merito illi quidem hanc amplectuntur etymologiã nam verbum illud *Algo*, ſiue alquid, nõ ſolam apud nos, ſed apud Latinos authores notabile aliquod bonum,& magnum præ ſefert, vt intelligere licet ex Paulo ad Galat.cap.2.atque item ex Cicer.ad Atticum in hæc verba: *Itaque fac, vt me velis eſſe aliquem, quoniam qui fui, & qui eſſe potui, iã eſſe non poſſum.* Oſtendunt,& illa Iuuenalis carmina,ſatyra.3.

Aude aliquid brcubus gyaris,& carcere dignum,
Si vis eſſe aliquis.

Et conſtat ex alijs multis locis quę citat Tiraq.in l.ſi vnquam. C.de reuocandis donatio.verb.Omnia,num. 43. Et ſane faciunt inciuiliter ſuperiores authores contrarium opinantes tam friuolis, & arundineis argumentis,à tam aperta legis definitione deſciſcentes. Sed & illud tractemus,vnde originem duxerit appellatio illa vulgaris,quę
4 addi ſolet: *Hijodalgo de vengar quinientos ſueldos*: & eſt ea res quoque apud noſtrates ſatis obſcura, vt eſt videre apud Otaloram de nobilit.2.p.cap.4.num 20.& apud Garibay,lib.12.cap. 20. & apud Monterroſum in praxi,tractatu 6. Mihi autem probabilior videtur opinio Fratris Hieronymi Roman.dict.commentar.2.part.lib. 4.ca.
5 11.vbi ait,hanc appellationẽ,ſeu hoc ſymbolum traxiſſe originẽ à tributo illo,quod Mauregatus Rex impius rerum ſuarum fatagẽs cum magno Hiſpaniæ dedecore promiſit Mauris,ſeu Sarracenis, dediturum ſe illas quotannis centum virgines tributi nomine,aut pro qualibet earum quingentos ſolidos:quod tributum pependit ipſe Mauregatus,& Rex Bermudus primus, & Rex
6 Alphonſus ſecundus,ipſius Mauregati ſucceſſores,ſed Rex Ramirus,vir fortis,& ſtrenuus,hoc ferre vituperium non valens, nobilium adiutus opera,& præſertim D. Iacobi ope,ſe ſuoſquè,deuictis Mauris ad Claiigium,totamquè Hiſpaniam ab illo infami tributo aſſeruit, atque vindicauit: atque proinde Nobiles, qui in hanc rem excubarunt,appellati ſunt: *Hijosdalgo de vengar quinientos ſueldos.* Hæc igitur quaſi præfati,ad propoſitam differentiam accingamur. Videamus igitur,quid in cauſa nobilitatis petitorium iudicium diſtet à poſſeſſorio:nam cętere qui ſe pars eſſe cauſam poſſeſſionis,& proprietatis,palam eſt, cum ni 7
hil commune habeat poſſeſsio cum proprietate,vt ſcriptum eſt à Iuriſconſulto in l.naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda poſſeſsion.Petitorium autem palam eſt ſpectare ad proprietatem,poſſeſſoriũ ad cauſam poſſeſsionis.§.retinẽdæ, inſ 8
tit.de interdict.gloſ.in l.fin.verb.momentum.C.qui legitimam perſonam habeant ſtandi in iudicio. Ex quo multæ inter hæc emerguht in iure differentiæ,quæ magnas in foro excitare ſolent cõtrouerſias,vt cernere eſt apud Bart.& reliquos in dicta §.nihil cõmune,& apud Abbatem, & cæteros Claſsicos in c.paſtoralis, de cauſa poſſeſs. & proprietatis.Cæterum in cauſa nobilitatis nihil in petitorium, & poſſeſſorium videtur eſſe diſsidij, cum vtroquè iudicio pereque leges Regiæ idem videantur exigere probationum genus,vt eſt videre in l.8. tit.11.lib. 2.Recopilationis, qua videtur definitum,in vtroquè iudicio ſatis eſſe,ſi is qui nobilem ſe aſſerit,probet ſe patrẽquè, & auum in quaſi poſſeſsione nobilitatis fuiſſe:quæ autem coniunguntur probationes genere,in ſententia nõ debent eſſe diſformes: nam quæ conueniunt in cauſa debent,& effectu,cap.licet Heli.de ſymonia. Adhuc tamen ſi illius Regiæ legis verba re
cte rimeris,comperies, & in cauſa nobilitatis longum inter hæc remedia eſſe diſcrimen.Etenim quanuis in cauſa poſſeſsionis 9
ſolum requirat lex,vt qui nobilem ſe dicit probet poſſeſsionem, tam de ſe, quam de patre, & auo:at in cauſa proprietatis præter hæc poſtulat, vt immemorialis quaſi poſſeſsio maiorum ſuorum doceatur, ita enim ait. *Y prouare enteramente deſi,ſiẽdo caſado,y viniendo ſobre ſi,y deſu padre,y abuelo en la manera que las leyes,y pragmaticas deſtos Reynos lo diſponẽ,que eſte tal ſea pronunciado,dado,y auido por hijodalgo en poſſeſsiõ y propiedad.* Illa enim verba: *En la manera que las leyes,y pragmaticas deſtos Reynos lo diſponen*, referuntur ad legem 7. eiuſdem tit. quæ ad nobilitatis probationem immemorialem exigit poſſeſsionem,in quo,& cum iurecõmuni conuenit,iuxta ea quæ affert Guido Papæ deciſ.366.& Couarr.lib.1. variarũ, cap.16.Huius igitur differentiæ illa eſt diſtinctio,quod in cauſa poſſeſsionis ſatis eſt nobilem probare quaſi poſſeſsionem viginti annorum de ſe,dequè patre,& auo. At in 10
cauſa propretatis vltra hoc probanda eſt quaſi poſſeſsio immemorielis,quã quidem differentiam probat Otalora de nobilitat. 3.part.c.7.num.4.& Ioann.Garſia de nobilit.

bilit. gloss. 12. cum quibus & eruditorum vulgus consonat, & Couarruu. lib. 1. variarum, cap. 16. num. 10. & Menchaca controuersiarum illustrium, lib. 2. cap. 87. nu.
11 8. Immemorialis autem possessio (vt id quoque dicamus) quemadmodum probetur, quod attinet ad ius commune, traditur in cap. 1. de præscription. in 6. apud nos vero modus probandi immemorialem possessionem, exponitur in l. 41. Tauri, quæ est hodie lex 1. tit. 15. lib. 4. Recopilat. & eo iure vtimur, secundum Couarruu. in regul. malæ fidei possessor, initio 2. partis, & Molina de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 9.
12 Et an sufficiat probare centum annorum possessionem, tractat latè Dueñas, regul. 90. limitat. 1.

SVMMARIVM.

§. Primi.

In causa nobilitatis potest nobilis ante conclusionem suspendere petitorium, & petere vt de possessorio cognoscitur, num. 1.

Superior conclusio procedit, etiam si nobilis conuentus sit à procuratore fisci, num. 2.

Pendente iudicio nobilitatis, cogitur nobilis cũ plebeis contribuere, num 3.

An dominus vassallorum, qui titulatus, aut notoriè nobilis non est, possit à suis vassallis, quod vulgo dicitur, ser empadronado, n. 4 5. & 6.

Vassallorum dominatio nequit parere nobilitatem, num. 7.

Generis prosapia, & Principis beneficium, nobilitatem pariunt, num. 8.

Ex donatione vassallorum à Principe facta simpliciter, non censetur concessa nobilitas, numer. 9.

Exemptione vassallorum, non censetur quæsita nobilitas, num. 10.

Proposita quæstio, an domini vassallorum possint à vassallis inter capite censos referri, per nissima distinctione resolnitur, num. 11. & 12.

Inter vassallos, feudatarios, & burgenses, longa est differentia, remissiue, num. 13.

§. PRIMVS.

VT materia nobilitatis est ampla diuesque, facilè nobis erat stylı habenas laxare in hoc latissimo campo: sed breuitas, cui indulgemus, non sinit nos statutos egredi carceres, siue cancellos: dicemus igitur pauca de plurimis, quæ hoc loci dici poterant. Et illud neminem præterit, posse nobilem in hoc iudicio nobilitatis 1
suspendere ante causæ conclusionem petitorium, & postulare, vt de possessorio tantũ iudicio cognoscatur, eo enim iure nos vti pro palam est, cum solemne sit sub finẽ libelli adijcere clausulam illam: *Otro si suspendo el juyzio dela propriedad, en quanto vtil me sea, no mas, ni allende: y pido se pronuncie el articulo que mas à mi derecho conuenga.* Hãc autem praxim iuri consentaneam esse, apparet ex his, quæ affatim affert Couarruu. lib. 1. variar. cap. 16. & Otalora de nobilitat. 3. parte, tertiæ principalis, cap. 3. num. 11. & Ioann. Garsia de nobilit. gloss. 11.
Id autem ego, & admittendum quoque pu 2
tauerim, quamuis nobilis sit conuentus à procuratore fisci, licet eo casu dubitauerit Otalora dicto tractatu loco allegato, cap. 73. & Couarruu. d. cap. 16. num. 8. nam cum nobilis in sua quasi possessione turbetur, nihil debet esse impedimento, quominus possit petitorium aduersus se agitatũ suspendere, iuxta ea quæ latè edisserunt Bartol. & reliqui in dict. §. nihil commune ff. de acquir. possess. Interea tamen, quod 3
lis agitatur, siue super proprietate, siue super possessione (quando priùs de possessione iudicatum non fuit) cogitur nobilis contribuere cum plebeis, iuxta l. 9. tit. 11. lib. 2. Recop. An verò eo casu possit nobilis, qui notoriè nobilis est, sibi prospicere, intẽdẽdo remedium illud, quod vulgo appellatur, de interim, tractat Ioan. Gutier. pract. quæst. lib. 3. num. 104. cui addito Couarr. pract. quæst. cap. 17. num. 9. & Auendan. in cap. correct. 2. part. c. 14. num. 24. Menchac. controuersiarum illustrium cap. 87. numer. 18. Sed illud videamus quod 4
quæri solet. An dominus vassallorum a suis possit vassallis cogi ad contributionẽ munerum: seu, vt planiùs loquar, possit a suis vassallis inter capite censos referri, quod vulgari sermone dicimus, *ser empadronado.* Non autem hoc quærimus de Comitibus, & Marchionibus, & cæteris Mãg 5
natibus qui titulares dicuntur: istorũ enim authoritas, & nobilitas apud omnes ita testata est, & venerabilis, vt nemo sit qui eã offendere audeat. Iamque ij statim, ac sunt 6
à Rege hoc titulo prædili, & decorati nobiles efficiũtur, etsi alioqui essent humiles, & plebei, vt tradit Ioann. Gutierr. practic.

quæst.

quæſt.lib.3.quæſt.15.num.9.& ante eum Ioann.Garſia,fiſci procurator, de nobilit. gloſſ.18.num.15.quin & eorum filios,etiã ſpurios,nobilitate fungi,tradit idem Gutierr.in repet.§.ſui,inſtit.de hæredum qualit.& differentia,nu.190.quod magis quidem conſuetudini,quam iuri, tribuendum putò.Quærimus igitur de reliquis dominis vaſſallorum, qui hoc titulo inſigniti non ſunt, quique aut nobiles non ſunt, aut de eorum nobilitate non conſtat? Quã quæſtionem effusè,vt ſolet, agitat Tiraq. de nobilit.quæſt.7.& Ioannes Garſia eod. tract.gloſſ.18.num.15. & Ioann.Gutierr. practic.quæſt.lib.3.quæſt.16.num.9.complures alios in eam rem allegãtes. Mihi autem duplicem hic quæſtionem verſari videtur: altera eſt,An poſſeſsio vaſſallorum, ſeu dominatio tantæ ſit authoritatis,& prę rogatiuæ,vt dominum alias ignobilem nobilem faciat? Altera,An poſsint vaſſalli dominum alioqui plebeium inter ærarios,ſeu
7 capite cenſos profiteri? Et quod ad primã attinet quæſtionem, in ea ſunt ſententia, vt exiſtimem,vaſſallorum dominationem, non tantæ eſſe prærogatiuæ, vt veram, & propriã nobilitatẽ parere queat:dico verã, & propriã,nã impropriã & accidẽtalem(vt ſic dixerim)tùm diuitiæ,& opes, tũ ſcięntia
8 & virtutes conciliare ſolent. Porrò eam quæ ex ſanguine eſt,neque opes,neque diuitiæ,neque virtutes parare ſolent, ſed ſola generis proſapia,aut beneficium Princi-
9 pis.Princeps autem etſi vaſſallos donet,nõ videtur,niſi aliud expreſſerit, accipientem facere nobilem,niſi inſuper aliqua dignitate,putà Comitatus, eum honeſtauerit: vt eſt argumento(præter alia multa,quæ prudens omitto)lex 20.tit.11.lib.2. & l.12.
10 tit.2.lib.6.Recopil. Multò minus igitur, qui vaſſallos emit, hanc præſumere poteſt nobilitatem:nam ruſticum emere,& habere vaſſallos poſſe,indubitati iuris eſt,ſecundum Bald.in cap.1.§.ex eadem lege, de lege Corradi,in vſibus feudorum: cuius opinionem teſtatur communem Greg. Lop. in l.3.tit.26.part.4.verb. *Los Reyes*. Quod verò ad ſecundam quæſtionem attinet, id eſt,An vaſſalli poſsint dominum inter capite cenſos referre? diſtinguẽdum arbitror inter vaſſallos feudatarios,ſeu glebæ aſcri-
11 ptitios,quos vulgo *Solariegos* appellamus: & eos qui iſtius non ſunt conditionis, ſed Burgenſes appellari ſolent:nam primi cum dominum debeant aduerſus omnes defendere,vt in cap.1.quib. mod.feudum amittatur,in vſibus feudorum,non ſunt ferendi,ſi velint dominum inter ærarios recenſere,quem potius tutari, & defendere debent.Alteri verò,id eſt,Burgenſes, quoniã 12
liberioris ſunt conditionis, dominumque in ius vocant ſine venia,ſecundum Boer.de deciſ.271.num.3.poterunt illum, ſi iuſta cauſa ſuadeat, inter capite cenſos referre: & ſecundum hanc diſtinctionem intelligẽdum putò,quod ſcriptum eſt a Gutierr. & à Ioanne Garſia loco ſuperiori, qui ſimpliciter,& ſine diſtinctione negabant, dominos à vaſſallis inter ærarios recenſeri poſ- 13
ſe.Longa enim eſt differentia inter vaſſallos feudatarios,atque Burgenſes, vt ediſſerit Gregor.Lop.in l.5.tit.25.part.4.verb. *Deuen los ſieruos.*

SVMMARIVM.
§. *Secundi.*

An poſsit probare nobilitatem vicinus loci liberi?optima diſtinctione declaratur, num.1.2 & 3.

Sententia nobilitatis cum fratre lata, an proſit, vel noceat alteri fratri,num.4 5.& 6.

Naturalis filius paterna fruitur nobilitate, & an præſumatur ſpurius,vel naturalis,remiſſiue,num.7.

Filius Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, etſi habentis Eccleſiaſticum beneficium, naturalis eſt.num.8.

§. SECVNDVS.

SEd & illud in dubitationem vocari ſubinde ſolet, An in locis liberis, id eſt, in quibus tributorum contributio viritim fieri non ſolet,putà vel quia ex ærario publico tributum ſoluitur,vel quia ciues ex beneficio Principis immunitatem meruerũt, nobilitas probari,& obtineri valeat? Et diſtinguendum puto,hoc pacto : Aut nobi- 1
lis originem ſuæ nobilitatis ducit ex alio loco,vbi nobilium, & plebeiorum diſcrimen fieri ſolet(fınge exemplum in noſtra perſona,qui ex alio loco paternæ nobilitatis originem ducimus) & eo caſu, etſi per mille annos in loco libero vixerit,ipſe, atque ſui maiores,nihil nocumenti ſua poteſt recipere nobilitas,dummodo de antiqua illa ſuæ nobilitatis quaſi poſſeſsione conſtet,vt eſt argumento lex qui fundum. ff.quemadm.ſeru.amitt. *Fundus*(inquit Iuriſcon-

risconsultus) *qualiter se habens, si ita in suo habitu possessus est, ius eius non deperit, quare fortius etsi aqua per riuum sua sponte profluxerit, ius aquæ ducendæ retinetur.* Et eodem pertinet glos. in l. qui luminibus. ff. de seruitut. vrbanor. prædior. & quæ affert Otalora de nobilit. 3. part. cap. 8. n. 6. & hoc casu nulla
2 potest esse dubitatio. Aut verò nobilis, & eius maiores domicilium semper habuere in oppido exempto: & hic nonnulla est dubitatio, an per famam publicam, publicâquè existimationem, seu reputationem probari nobilitas possit. Adhuc tamen inter nostra
3 tes magis conuenit, si sit fama constans, no bilem ducere originem ex aliqua nobili familia, putà, exempli gratia, ex domo de Mẽdoça, de Toledo, Escobar, Valcacer, & alijs multis, quibus nostra refulget Hispania, pronuntiandum pro eo esse, vt est videre apud Ioann. Garsiam in tractat. de nobilitat. glos. 6. & apud Gutierr. practicar. quæstio. lib. 3. quæstione 14: num. 40. & apud Guardiolam in commentar. de nobilitate cap. 30. & in eadem sententia fuisse videtur Otalora, quãquam nutabundus, dicto cap. 8. tertiæ partis: & faciunt pro hac sententia multa, quæ affert Tiraqu. de nobilitate q.
4 10. Quæstionis est etiam. An sententia lata in causa nobilitatis pro fratre, noceat, vel prosit alteri fratri germano? Et Angelus de Perusio in authent. matri, & auiæ. §. adhęc autem, collation. 8. affirmat illi prodesse: & pro Angelo calculum tulerunt quã multi apud Tiraquel. de nobilit. cap. 17. n. 3. & ex nostratibus in eadem fuit sententia Castell. in l. 79. Taur. glos. 1. Otalora autẽ supradicto tractat. 2. p. 3. principalis, cap. 8. num. 8. negat illi prodesse nisi quando sententia lata esset ex aliquo titulo, qui vtriquè fratri communis esset: & pro eo fortiter facit glos. fin. in cap. dilecto, de præbendis, quæ singulariter inquit, si duo fratres
5 sint coniuncti matrimonio cum duabus sororibus, sententiam latam cum altero ex fratribus, alteri non nocere: & Otalorę opinionem vsu præualuisse ipse testatur. Et ego quoque idem facere possim: memini enim,
6 vidisse me in Regio nostro Vallisoletano Prætorio litem agitatam fuisse cum quodã super nobilitate, qui vtiquè obtinuit pro se executorias literas, posteaquè euenit, vt istius pater, qui aliò degebat loco, litem quoquè super nobilitate periclitaretur, & quanquam executorias literas sui fratris germani exhibuit in causa, nihilominus ad uersus se pronuntiatum fuit: quia nempè vtriusquè diuersa fuisset quasi possessio: quæ res fecit, vt diuersè quoque pronun-
7 tiaretur, vt ipse Otalora rectè declarat, Illud autem neminem præterit, filium naturalem, perinde ac eum qui legitimo natus est matrimonio, fungi nobilitate parentis, vt habetur in lege 1. tit. 11. part. 7. Quod si dubium sit, an is filius spurius sit, 8
an naturalis, quid præsumendum sit, tractat exactè Tellus Fernandez in l. 11. Taur. cui addere poteris Bald. in l. cum apud. C. de cõmuni seruo manumisso. Illud tamen scitote 9
genitum à Clerico minoribus ordinibus initiato, etsi beneficium Ecclesiasticum habente, naturalem esse, nõ spurium, vt est relatum apud Dueñam regula. 350. limitat. 7. & apud Cernantes in l. 10. Taur. num. 143.

SVMMARIVM.
Differen. 146.

Is cui pars hæreditatis relinquitur, successor iuris est: secus ille cui pars bonorum, numer. 1.

Legatarius partis hæreditatis capit eam, non deducto ære alieno, aut funeris impensa, numer. 2.

Contrarium seruatur in legatario partis bonorum. num. 3.

Differentia prædicta an prosit in aliquo? numer. 4.

Is cui pars hæreditatis legatur, illam nisi additã non transmittit: secus ille cui pars bonorum relicta est. num. 5.

Legitima an pars bonorum sit, an hæreditatis? num. 6.

Legitimam partem bonorum esse, ex magis communi probatur. num. 7.

Quare olim sæpe contingere, vt non filius, sed alius esset hæres defuncti? num. 8.

Quare hodie probabilius sit, legitimam partẽ esse hæreditatis? num 9.

Hodie apud nos omnia parentum bona sunt legitima filiorum. num. 10.

Prælegatum tertij, & quinti est pars hæreditatis. num. 11.

Ex lege 20. & 21. Taur. prædicta sententia confirmatur. num. 12.

Bonorum appellatione hæreditas continetur. numer. 13.

Lege 20. Taur. definitur, melioratum pro hærede habendum esse. num. 14.

Hodie inuito filio, nisi legitime exhæredato, nullus

Ius poteſt patri hæres exiſtere. num. 15.
Filius qui melioratione accepit, poteſt conueniri à creditoribus hæreditarijs. num. 16.
Filio meliorato competit remedium legis Soriæ. num. 17.
Legatarius rei particularis longe differt à legatario partis bonorum, & partis hæreditatis. num. 18.
Legatarius rei particularis non tenetur ad funeris impenſas, niſi quando reliqua bona non ſufficiunt. num. 19.

Inter partem bonorum, & partem hæreditatis, differentiæ 146.

1 INter partem, ſeu (vt vulgo loquuntur) quo tam bonorum, & quo tam hæreditatis, tot ſunt in iure differentiæ, vt noſtri libelli breuitas eas omnes capere nõ valeat: proinde pauca attingemus, caſque tantum quæ ad rem dilucidãdam magis attinebũt: & in primis illud differũt, quod is, cui pars hæreditatis relinquitur, eſt ſucceſſor iuris: cui vero pars bonorũ legatur, non eſt ſucceſſor iuris, quapropter in illum trãſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ: in hunc non trãſeunt, vt eſt textus elegans (vt alios multos præteream) in l. quoties, C. de hæred. inſt. cuius verba, ne codicẽ petere graueris, ita ſe habent: *Quoties certi quidẽ ex certa reſcripti ſunt hæredes, vel certis rebus pro ſua inſtitutione contenti eſſe iuſſi ſunt, quos legatariorum loco haberi certum eſt: alij vero ex certa parte, vel ſine parte, qui pro veterum legum tenore ad certam vnciarum inſtitutionem referuntur, eos tantummodò omnibus hæreditarijs actionibus vti, vel conueniri decernimus, qui ex certa parte, vel ſine parte ſcripti fuerint, nec aliquam diminutionem earundem actionum occaſione hæredum ex certa reſcriptorum fieri.* 2 Differunt deinde, quia legatarius, cui pars hereditatis eſt relicte, debet accipere eam, non deducto ære alieno, neque funeris impẽſis, quia ad eũ pro ſua rata parte pertinet hoc onus: 3 aliter atque in legatario partis bonorum: quia cum onus æris alieni ad eum non ſpectet, ſed ad hæredem, debet hæres, antequam ei reſtituat legatum, æs alienum, & funeris, ac exequiarũ impenſas deducere, necnon pretium mnaumiſſorum, hoc eſt, pretium ſeruorum, quos teſtator iuſsit emi atque manumitti, vt latius eſt comprehenſum in l. ſi quis ſeruum. §. ſi cui certam, cũ l. ſequenti, ff. de legat. 2. nimirum, quia nõ dicuntur bona, niſi deducto ære alieno, l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verborũ ſignif. Quanquam enim verò hæc differẽtia, quo ad emolumentum attinet, non tam re conſtat, ſeu effectu, quam verbo: quippe cum vtroque caſu legatarius tantundem, ideſt, neque plus, neque minus conſequatur, velut tradunt Paulus de Caſtro, & D. Franciſcus Sarmiento in dict. §. ſi cui certam, & docet, ſubiectis etiam exemplis, Palac. Rub. in l. 25. Tauri. Quantum verò ad cæteros iuris effectus, qui ex ſupradicta differentia emanant, multum diſcriminis adhuc inter hæc remanet. Tertio differunt, quia is, cui 5 pars hæreditatis legatur, non tranſmittat ius ad hæredem, niſi prius relictam hæreditatem adierit: ſecus in legatario bonorũ, iuxta leg. 1. §. in nouiſsimo. C. de caducis tollend. Quarta differentia conſtat ex lege non amplius. §. fin. ff. de legat. 1. qua definitum, extat, bonorum parte legata, poſſe hæredem ſoluere legatario, ſiue rerum partes, ſiue æſtimationem earum, vtrumlibet hæres ipſe maluerit: non ita in legatario hæreditatis, vt liquet ex §. ſi quis, inſtitut. de fideicommiſ. hæreditat. & in l. linea in fin. ff. ad leg. Falcid. tradunt Accurſius, & reliqui in dicta l. non amplius. §. fi. ff. de legat. 1. & Suar. in l. quoniam in prioribus ampliat. 1. 1. Denique has, & alias non pauca differentias colligere licet ex Bart. in d. l. quoties. C. de hær. inſt. atque ex Sarm. in dict. §. ſi cui certam. Sed illud operę pre- 6 tiũ eſt, vt videamus an legitima ſit pars bonorum, an pars hæreditatis? In qua quidẽ quæſtione non mediocrẽ diſſenſionẽ reperies apud iuris interpretes, alijs aliud affirmantibus, vt eſt videre apud Iaſſ. in Auth. nouiſsima. C. de inof. teſt. & apud Corraſ. in l. humanitatis. C. de impuberum, & alijs ſubſtit. & Berengar. in l. in quartã. ff. ad l. Falcid. necnõ apud Rojam de ſucceſ. c. 9. & apud Mench. de adipiſ. poſſ. remedio 4. q. 22. & apud Sarm. loco modo citato, & nouiſsimè apud Caldã Luſitanum de nomin. emph. q. 9. n. 5. Ex quibus, vt ſummatim dicam, apparet, receptiorem eſſe, & magis cõ- 7 munem opinionem legitimam eſſe partem bonorum, non partem hereditatis: id quod ſecundum vetera iura veriſsimum eſſe, liquido cõſtat ex l. Papinianus. §. quarto. ff. de inofficio. teſtam. atque ex l. 2. ff. familiæ ercis. Atque inde, ſi animaduertis, plerum- 8 que olim contingere ſolebat, vt non filius, ſed alius eſſet defuncto hæres: ſicuti (vt cætera omittam) eſt intelligere ex l. maritus. ff. ad leg. Falcid. atque ex Sueton. in Nerone,

9 rone, c. 7. At hodiè cùm legitima filiorum sit redacta ad trientem, & semissem iure cõmuni, vt in Auth. de triẽte, & semisse, coll. 3. debeatquè institutionis titulo legitima filio relinqui, vt in Auth. vt cum de appell. cognosc. §. aliud quoque capitulum, magis probandum puto legitimam esse partem hæreditatis, non partem bonorum, iuxta illam l. quoties, de hæred. instit. qua definitũ extat, quoties portio, quæ relinquitur à testatore, refertur ad partes assis, habendam esse pro parte hæreditatis, non bonorum: in qua quidem sententia fuerunt ex antiquis Martinus Syla, & Iacob. Butric. vt refert Bart. in l. ex facto. 2. ff. de hæred. instit. fuerunt etiam in eadem sententia nonnulli ex recẽtioribus, quos superius citauimus & inter eos Sarmient. in dict. §. si cui certam, atque ex hoc datur responsum ad vetera iura, nam quarta illa, quæ veteri iure dabatur pro legitima non referebatur ad partes assis, sed potius ad partes bonorum, vt apparet ex dicta l. Papinianus. Proinde longè diuersa est hodiè ratio inter hæc, quam quæ fuit olim, atque pro in diuersum ius statuendum esse apparet: id quod,

10 secundum nostrates Regias leges probandum puto, secundum quas omnia bona parentum sunt legitima filiorum, excepto, quincunce, respectu extraneorum, & triente, respectu filiorũ, vt nostrates passim tradunt, & nos quoquè latiùs tradidimus lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 7. Secũdum quæ & illud probandum puto, præceptio

11 nem, seu prælegatum quadrantis, & quincuncis, (vulgò appellamus, *mejora de tercio y quinto*) non esse partem bonorum, sed partẽ hæreditatis, licet nostrates interpretes aliud hactenus sibi persuasum habuerint, cum manifesti iuris sit, quadrãtem & quincuncem assis esse partes, vt in §. hæreditas: inst. de hæred. inst. ergo ad hæreditatis partes referendi sunt, iuxta illam l. quoties. C. de hæred. instit. quod in hoc argumento,

12 quod tractamus, lapis est angularis. Mouet me deinde magnopere in hac sententiam lex 20. & lex 21. Taur. id est l. 4. & 5. tit. 6. lib. 5. Recopil. quibus in hoc prælegato trientis, & quincuncis expressim definitum extat: non id quod veteri iure definitum erat circa partem bonorum, sed id potiùs quod statutum erat circa partem hereditatis, in l. non amplius, §. final. ff. de lega. 1. & in l. si quis seruum. §. fin. ff. de legat. 2. manifesto significantes, trientis, & quincũcis præceptionẽ inõ esse partem bonorum, sed partem hæreditatis. Quapropter immerito nostrates scriptores torquentur in illarum legum Regiarum intelligentia, dicentes, discrepare eas à legibus iuris communis, quæ loquuntur de parte bonorum, vt est videte præter classicos ibidem apud Couarruu. libr. 2. variar. capit. 2. & Molina de primogen. libr. 1. cap. 8. & 10. & apud Ioann. Garsiam de expens. capit. 11. & Peraltam in l. cum autem. ff. de lega. 2. necnõ Quesadam diuersarum quæstionum, c. 24 nam imò secundum hanc nostram interpretationem, quæ verissima est, Regię illæ leges adamussim conueniunt, & quadrant cum legibus iuris communis, quæ de parte hæreditatis loquũtur, nec mirum, si dissentiant cum legibus iuris communis, quæ disponunt de parte bonorum: quoniam, vt diximus, melioratio trientis, & quincuncis sit pars hæreditatis, & non pars bonorum. Neque de eo laboro, quod nostrates leges appellent hanc præceptionem, seu melio- 13
rationem tertij, & quinti bonorum, nã bonorum appellatione hæreditatem quoque contineri, multis iuris docemur exemplis, & in primis in l. nã quod. §. final. cum legibus seqq. ff. ad Treb. & in §. post quod instit. de fideicommissarijs hæreditatibus, & in l. bonorum 208. ff. de verbor. signific. cuius hæc sunt verba: *Bonorum appellatio, sicut hæreditatis, vniuersitatem quandam, ac ius successionis, & non singulas res demonstrat.* Accipiunt hoc sanè Bart. & Sarm. in d. §. si quis certam, quando de bonis generalis mentio fit. Cæterum hoc casu tantundem accipiẽdum putò, cùm de assis partibus agatur, ex argumento illius leg. quoties, toties à nobis allegatæ. Quid? quod lex ipsa 20. Tauri expressim ait, hunc melioratum (vt vulgari verbo vtar) habendum esse pro hæ- 14
rede: postquã enim definiuit, æs alienum spectare pro rata ad melioratum illa verba subiunxit: *Como si fuessen herederos en la dicha mejora, de tercio, y quinto*: verbum illud enim, *como*, siue quasi, siue velut, non semper similitudinem, sed quandoque veritatem exprimit, vt illud Diui Ioannis. Quasi vnigenitus à Patre: traduut interpretes in l. si cum dotem. §. fin. ff. solut. matr. & Iaf. in l. si ante nuptias, eod. tit. & esto, melioratus non esset propriè hæres sed vtilis tantũ esse hęres: parui refert quantũ attinet ad iuris effectus, vt multis citatis legibus ostendit Prateius in lexicon, verb. Quasi. Hodie igitur 15
(ne quotidiani vsus immemores simus) cũ omnia paterna bona Regio iure filiorum sint, præter quincuncem: atque filio institutionis titulo relinqui debeant, fit, vt inuito

filio,

filio, niſi legitimè exhæredato, extraneus patri hæres eſſe nullo modo queat. Verum eſt igitur hodiè, quod diuinus Paulus ſcriptum reliquit: *Si filius, ergo hæres*: atque item
16 verũ eſt, quod noſtratibus placet interpretibus, poſſe filium, qui meliorationem accepit, conueniri à creditoribus hæreditarijs, in quibus eſt Couar. var. reſol. lib. 2. c. 2. & Matienço in l. 5. tit. 6. lib. 5. Recopil. gloſ. 5. Et denique verum eſt, quod ſcriptum eſt à nobis lib. 2. rerum quot. c. fin. §. 9. primæ partis, num. 10. filio cui factum
17 eſt prælegatum trientis, & quincuncis competere remedium legis Sorianæ, atque legis fin. de edict. diui Adr. toll. ad adipiſcendam poſſeſsionem bonorum, de quibus ſa
18 ctum eſt prælegatum, ſeu melioratio. Legatarium autem rei particularis longè differre à legatario partis bonorum, & à legatario partis hæreditatis, palam eſt, cũ ij (vt ex ſupradictis apparet) ſentiant damnum æris alieni: ille verò, id eſt legatarius rei particularis, non oneretur ære alieno, ſi bona hæreditaria ſoluendo ſint, vt eſt definitum in l. creditores. C. de hæreditarijs actionib. & in l. fin. ff. de vſufructu legato, & tradit Iaſ. in dict. l. quoties. C. de hæred. inſtitut. & Doctor Spino. vir cum primis doctus, in ſpecul. teſtament. gloſ. 8. & ſequenti. Proinde legatarius partis hæreditatis, vel partis bonorum, tenetur ad funeris, ſeu exequiarum impenſas pro ſua rata parte, vt ex ſu-
19 perioribus liquet. At legatarius rei particularis non tenetur ad funeris impenſas, niſi quando reliqua bona non ſufficiunt, vt in l. at ſi quis. §. ſed etſi res. ff. de relig. & ſumptib. funerum. Hoc planè, cum extraneus eſt hæres inſtitutus: nam cum filius eſt hæres, impenſæ funeris, & legata extraneorum deducuntur ex quincunce: quod ſi quincunx non ſufficiat, diminuuntur animæ impenſæ funeris, & legata pro rata parte, vt exactiùs tradidimus libro 1. Rerum quotidianarum, capit. 18. Errant enim qui putant, impenſas animæ, & legata pia hanc diminutionem non pati, in quibus eſt (ſi ſatis memini) Ciſuentes in lege 31. Taur. Legatum tamen alimentorum filio ſpuriæ relictum, tanquam æs alienum, non patietur hanc diminutionem, ſecundum Ant. Gom. in l. 9. Taur. num. 41.

SVMMARIVM.

Differentia 147.

Dictio, Si, conditionem indicat: dictio, vt modum, num. 1.

Traditur regula optima ad cognoſcendum, quãdo diſpoſitio ſit conditionalis, vel modalis. num. 2.

Si teſtator leget aliquid Titio ſub conditione ſi aliquid faciat, an ſit modalis, vel conditionalis diſpoſitio, quæritur. num. 3.

In dubio præſumitur diſpoſitio modalis, & non conuentionalis. num. 4.

Quid differat modus à conditione? num. 5.

Conditio quid ſit? num. 6.

Modus diſpoſitionum non ſuſpendit. num. 7.

Modus quid ſit? num. 8.

Deficiente conditione, irrita eſt diſpoſitio. numer. 9.

Modo non impleto non ſit irrita diſpoſitio ipſo iure, ſed actio datur, vt modus impleatur. numer. 10.

Deficiente conditione, hæreditas, vel legatum non tranſmittitur: ſecus in modo, num. 11. *&* 12.

In modo eſt neceſſaria cauſa, quæ alicuius commodum reſpiciat: in conditione cauſa neceſſaria non eſt. num. 13.

Conditio impoſsibilis irritat contractum, nõ ita modus impoſsibilis. num. 14.

Inter demonſtrationem, & conditionem quid interſit? num. 15.

Quoties modus eſt cauſa finalis, illo non ſeruato poteſt diſpoſitio reuocari. num. 16.

Inter Conditionem, Modum, & Demonſtrationem, differrent. 147.

IN contrahendo, vel teſtando permultũ intereſt, an modus adijciatur, vel conditio l. cum ab eodem. ff. de contrah. empt. l. quibus diebus. §. quidam. ff. de condit. & demõſtr. & aliàs crebrò. Quid ergo hæc inter ſe diſtent, diſpiciamus: ſed illud prius diſpiciendum eſt, quæ nam verba conditionẽ inducant, vel quæ modum? & illud vulgo traditur, Si, conditionem inducere: Vt, modum gloſſ. in rub. C. de conditionibus, quæ ſub modo, & gloſſ. in cap. verum, de condition. appoſitis, quæ id ex ſubiecto carmi-

carmine demonstrat:

Scito,quod,Vt,modus est, Si, conditio, Quia, causa.

Tradunt præter Classicos ibidem Anton. Gom.in commentar.tom. 1. tit. de legat. num.60.& Couarr.in cap.3.de testam.Ne gussan.de pign.5.part.2.memb.num. 10. Acosta in l.Gallus 2.p.cap.22. sunt,& aliq non paruæ dictiones, quarum aliæ conditionem præferunt, aliæ modũ:quas quæ sint,latè prosequitur Bart.in l.1. ff.de con dit.& demonst.Cæterum ad hoc discernẽ dum,illa certior est regula,quod vbicũque disponens id quod in cõditionem, vel mo dum cadere potest,voluit adimpleri,antea quam sua dispositio impleretur,erit condi
2 tio.Cęterum quando post suam dispositio nem id impleri voluit, non erit conditio, sed modus l.Mœuia.ff.de manumissis testa ment.tradit Bartol.in l. quibus diebus. §. Termilius.ff.de condit. & demonst. cuius opinionem testatur communem Decius in l.debitori.C.de pactis,& Tiraq.de retract. conuentionali.§.2.glos.1.num. 30. Boer. decis.41.num.4. Mantica de coniect. vlt. volunt.lib.10.tit.15.num. 18. tradit etiã ex nostratibus,& acutè quidem Sarmient.
3 select.lib.2.c.3.n.4. Quo fit, vt etiãsi testa tor leget aliquid Titio sub cõditione,si ali quid faciat,adhuc verba illa sub conditione,non inducunt conditionem,sed modũ, si appareat voluisse testatorem, vt legatarius prius emolumentum caperet,quã con ditionem impleret:quia nõ tã quid dixerit quam quid senserit,spectãdum sit:quæ sen tentia probatur etiam in l.liberto. §. Lucius.ff.de annuis legatis,atque item in l.ea conditione.C.de rescind.vend.nec minus in c.verum,de condit.appositis,secundum communem,& veriorem intellectum,quẽ illic Abbas magis sequẽdum putat. Quin,
4 & in re in dubia magis debemus interpretari, dispositionem factam fuisse sub modo quam sub conditione l.quæri. §. inter locatorem.ff.locati. Alex.cons.113. vol. 6. n.
5 26.Anton.Gom.tit.de lega. num.72.His igitur cognitis dispiciamus, quid sit discriminis inter conditionem,& modum:& illud in primis interest,quod conditio suspẽdit dispositionem,ita vt actio,&obligatio sit in pendenti,donec conditio,aut implea tur,aut deficiat,l.cedere diem. ff. de verb. signific.l.cum in secundo.ff.de iniusto rupto irritoque facto test. glos.in l.1.C. de his quæ sub modo tradit Menchac.cõtrouers. illustr.c.93.quo circa conditio rectè definitur à Bart.in l.1.ff.de condit.& demõst.n. 2.vt sit quidã futurus euentus in quem dis- 6
positio suspẽditur:quam communem esse testis est Socinus in rubrica illius tituli, & Alciatus in leg.Sthicus qui meus erit.ff.de legatis 1.n.9.& Mantica de coniecturis vltimarum volũtatum,lib.10.tit.5. num. 2. atque ex nostratibus Antonius Gom.in cõ mentar.tom.1.c.12.num.19.illamquè,re iectis alijs,probandam putat Prateius in lexicon,verb.conditio. Porrò modus dispo- 7
sitionem non suspendit,cum debeat,vt diximus,dispositio prius impleri,quam modus, dict. l. cum ab eo. ff. de contrahend. empt.l.1.cum seqq.C.de ijs quæ sub modo.Rectè igitur definitur à Bart. in dict. l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condit. 8
& demonst.vt modus sit moderatio quædam dispositioni adiecta, eum, qui honoratur, aggrauans in tempus dispositionis perfectæ,quã communẽ esse perhibet Ant. Gom.in comment.tom.1.tit.12.n.70.De
ficiente igitur conditione,irrita est ipso iu- 9
te dispositio:& perinde habetur,ac si facta non esset.l.hæc vendit. ff. de contrahend. empt. Cæterum modo non impleto, non 10
irritatur ipso iure dispositio, sed actio datur,vt modus cõpleatur,iuxta ea quæ tradunt glossi.& Abb.in d.c.verum,de cõdit. appositis,& Molina de primog.lib.2.c.13. num. 24. Vnde exurgit altera differentia, quod deficiente conditione,hæreditas,vel 11
legatum ad successorem nõ transmittitur l.si post diẽ. ff.quando dies legati cedat.l. 1.§.sin autem. C. de caducis toll. Contrà 12
in modo,nam illius defectus non est impedimento,quominus hęreditas,vel legatum transmittatur,vt in l hæredis aditio.ff.quã do dies legati, vel fideicom. cedat, tradit Bart.in d.§. Termilius,num.12.& Couar. in c.3.de testam. Differunt præterea, quia 13
in modo est necessaria causa, quæ alicuius vtilitatem: aut commodum respiciat. l. filius familias.§.diui.ff.de legat.1. In condi tione verò causa necessaria non est neque requirimus, an de eo quod sub conditione positum est, alicuius interfit: quia contio ipsa pro legitima causa habetur. l.Mœuius. ff.de conditio. & demonst.l.à Titio. ff.de verb.oblig.& illic tradit latè Iaſ.ampliat.2.Illud quoquè differunt,quod eõdi 14
tio impossibilis irritat contractũ:motus au tẽ impossibilis non irritat,glos.in l.cũ donationes.C.de transact.quã cõmunem esse constat ex Molina dict.c.12.n.42. Sunt, & aliæ,quam plures differentiæ inter modum,&conditionem,quas videre poteris, cùm apud alios,tùm apud Bart.& Iaſ.in l.

ſi quis cum debitore.ff. de iureiur.& apud Sarm. ſelect. lib.2.c.1.& 3.Eas enim,quoniam lõgiores ſunt,quam quæ ad hoc noſtrum inſtitutum cõueniant,miſſas facio.
15 Inter demonſtrationem autem, & conditionẽ illud intereſſe,Iuriſcõſultus ſcribit, quod demõſtratio plerumquè rem actam oſtendit,conditio futuram l.ſi nominatim. ff.de condit.& demonſt. tantundemquè à modo differre dicendum eſt: neque obſtat lex quoties mutuis.ff. de auro, & argento
16 legato:nam illi plenè ſatisfactum eſt à Doctore Spino in ſpecul.teſtam. gloſ. 14. nu. 88.Sed & illud memineris,quoties modus eſt cauſa finalis ipſius diſpoſitionis,eo non ſeruato,ius eſſe diſponenti diſpoſitionem reuocare,iuxta elegantẽ definitionẽ textus in l.cum te.C.de pactis inter empt. & vẽd. tradit Abb.in c.cum verum,de condit. appoſitis,n.6.explicatque ſatis cõmodeBart. in l.2.§.fi.ff. de donat. & Bald. Nouel. de dote 6.p.priuileg.50.Extant, & apud nos duæ leges ſingulares ſeptem partiti iuris id nõ obſcurè definiẽtes:altera eſt lex 48. tit. 5.p.5.altera lex 41.tit.14. eadẽ part. quæ dignæ quidẽ ſunt,vt nunquam illarũ obliuiſcaris.

SVMMARIVM.

§. Primi.

Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, tacitè ineſt, & quando,num.1.

Ad præcedentem concluſionem mirabilis ampliatio ponitur,num.2.

Conditio,Si,ſine liberis, non ineſt indiſpoſitione facta à collaterali,num.3.

Lex cum auus,& lex cum acutiſſimi,an pertineant ad donationem,num.4.

Conditio,Si,ſine liberis,quando ceſſet?n.5.

Sufficit conditionem ſemel extitiſſe, n.6.

Filius propter quem ceſſare debet fideicommiſſi conditio,baptizatus eſſe debet:& viuere 24. horis.num.7.

Grauatus fideicommiſſum reſtituere ſub conditione,Si abſque liberis decedat,ſi ingrediatur Religionem,an faciat deficere conditionẽ num.8.& 9.

Et an ſufficiat Religionem profiteri, qua bonorũ capax non ſit,vel ſit expectanda mors naturalis,num.10.11.& 12.

In dubio pars ſequenda eſt, quàm intelligimus ex coniecturis,teſtatorem,ſi viuus eſſet, ſecuturum fore.num.13.

Ex pauca facti mutatione totum ius mutatur, num.14.

Cum rogatus reſtituere ingrediatur monaſteriũ incapax bonorum,ad quem bona pertineant, num.15.

Monaſterium quibus caſibus habeatur loco filij,num.16.

Monachus decedens,viuo patre, ad quem tranſmittat ius ſuccedendi,an ad monaſteriũ,vel ad patrem,num.17.

Monachus nouitius, qui in vltimo vitæ ſpiritu profitetur, an fideicommiſſum relictum ſub conditione,Si,ſine liberis, pertineat ad monaſterium,an potiùs ad ſubſtitutos?num.18.& 19.

Profeſsio facta nondum finito anno probationis, nulla eſt.nu.20.

§. 1. *De conditione, Si ſine liberis deceſſerit.*

SEd quoniam conditionum materia per quam vtilis eſt,operæ erit,vt raptim ſtrictimquè dicamus de aliquibus conditionibus,quæ in foro frequentiùs verſari ſolent: atque primum diſpiciamus de conditione. Si ſine liberis deceſſerit.Conditio iſta, Si ſine liberis deceſſerit, etſi non expreſsim adiecta fuerit in fideicommiſſo, tacitè, id eſt,ipſo iure cenſetur adiecta, quando fideicommiſſum relinquitur ab aſcendente, quia non eſt præſumendum,alienas ſucceſſiones voluiſſe teſtatorem proprijs anteponere,l.cũ auus,ff.de conditio. & demonſt. l.cum acutiſsimi. C. de fideicommiſſ.l.10. titul.4.partit.6.Multis autẽ modis hæc cõcluſio ampliatur,quos referre ſuperſedebo: tùm,quia nimis longus eſſe nolo,tùm, quia ex cæteris ſcriptoribus facilè colligere poteris, præſertim à Guillielm. Bened. in cap. Raynuntius,verb.Abſque liberis, & à Gregorio Lop.in d.l.10. & nouiſsimè à Mantic. de coniect. vltim. volunt. libr. 10.Sed 2
inter omnes ampliationes illa eſt magis notabilis,quã ſcribit Andræas Siculus in d.l. cũ acutiſsimi,inquiens, illarum legum definitionem habere locum etiam quando fideicommiſſum relinquitur ab homine vel de amico:cui aſtipulatur Guillielm. Bened. in d.c.Raynuntius,verb.Abſque liberis 1. n.42.Sed à Barbatio diſſentit laſ.in l.exigẽdi,n.15.C.de procura. & in d.l.cum acutiſsimi,cuius opinioni libenter me ſubſcribam,alioqui foret,vt numquam non illarũ, legum deficeret definitio:quippe cum fidei cõmiſſum ferè ſemper relinquatur ab homine

mine valde amico, hoc autem à legislatoris mente longe alienum esse, quis non vidit? vt qui in solo fideicommisso relicto ab
3 ascendente locum sortiri voluit, propter naturalem affectionem, quam ad posteros habemus, nam harum legum definitionem non habere locum in fideicommiss. relicto à collaterali, par est inter omnes scriptores sententia, vt est videre apud Tiraque. in l. si vnquam, verb. Donatione largitus, num. 140. & apud Couarruu. practic. quæst. c. 38 nu. 11. & 12. denique à Barbatio dissentiũt quam plures apud Tiraquel. de reuocand. don. & aduersus eum comunem esse opinionem constat ex Ant. Gabr. in vol. communium opinium lib. 4. titul. de fideicom. nu. 55. atque ex Mantic. de coniecturis, vlt.
4 volunt. lib. 10. tit. 7. n. 22. Pertinebit etiã illarum legum decisio ad donationem in qua simile relinquitur fideicommissum, vt liquet ex Couarr. d. c. 38. pract. quæst. atq; ex Manuele Costa in capit. si pater, verb. Absque liberis, num. 15. necnon ex Tello Fernand. in l. 27. Tauri. Qui tamen aiunt, cessare illarum legum decisionem in contractibus vltro citroquè obligatorijs. Cessabit etiam hæc conditio. Si sine liberis de
5 cesserit, etsi expresim adiecta fuerit, quando rogatus restituere, mortuus fuerit, relictis liberis, tametsi ipsi postea mortẽ obie-
7 rint, l. ex facto, §. penult, ff. ad Trebel. quoniam, videlicet, sufficit conditionem semel extitisse, licet non perseueret, l. hæredibus, ff. ad Trebellian. l. cum vxore. C. quando dies legati cedat, l. si quis hæredem, C. de instit. & substit. tradit Dec. cons. 218. vol. 2. Cessus cons. 25. nu. 9. Molin. de primog. lib. 1. c. 6. n. 16. Isa. in l. fin. C. de indict. vidui tollend. n. 31. Necesse est tamen, vt filius, propter quem cessare debet fideicommissi conditio, baptizatus sit, viuatque viginti quatuor horas, postquam natus fuerit iuxta l. 13. Tauri, quæ est hodie lex 2. tit. 8. lib. 5. Recop, & tradit Manuel Costa in d.
8 c. si pater, verb. Asbquè liberis, n. 33. & ante eum Anton. Gom. & reliqui clasici in l. 13. Taur. Illud autem notiùs est, quam vt nostra admonitione indigeat, cumis qui rogatus est, fideicommissum restituere, ingressus est Religionem, deficere hanc conditio
9 nem. Si absque liberis moreretur: quia Monasterium eo casu habetur pro filio, text. vulgaris in cap. in præsentia, de probation. qui duxit originem, & ratione ex auth. de sanctissimis Episc. §. sed, & hoc præsenti, & in auth. nisi rogati, C. ad Trebell. Dubitationis est tamen, an id recipiendũ sit, quã do grauatus ingreditur, seu initiatur Religionem, quæ non sit bonorum capax, velu ti Religio S. Francisci. Per multum enim 10
interest, an Monacho Religionẽ talẽ professo, statim impleatur conditio, an verò sit expectãda mors naturalis ipsius Monachi: nã si conditio statim deficit fideicõmissarius plenè atq; in perpetuũ bona nascitur: cæterum si sit expectanda mors ipsius Monachi, potest euenire, vt fideicõmissario pẽdente conditione, antequam, Monacho decedente, per dat fideicommissum, quia pẽdente conditione, ad suos non potuit hæredes transmittere, iuxta glos. in l. 1. C. de ijs qui ante apertas tabulas, & quæ affert Petr. Paul. Paris. cons. 63. n. 9. tertia p. & Couar. practic. q. c. 39. & Anton. Gom. in commẽ 11
tar. tom. 2. c. 11. n. 36. In proposita igitur quæstione duæ sunt opinionum simultates alijs enim placet, statim ac Monachus profitetur Religionem bonorum non capacẽ, deficere conditionem, & bona ad fideicõmissarium pleno iure attinere: in his est Alex. cons. 112. lib. 2. & alijs plures apud Frãcisc. Mant. de coniectur. vlt. volun. lib. 11. tit. 7. Alij contrà sentiunt, non deficere cõditionem, donec Monachus mortem naturalem obierit: & hanc communem esse opinionem fatetur Costa in d. c. si pater. §. si absque liberis, nu. 61. & Spino de testament. glos. 27. nu. 14. qui eam ambo amplectuntur: & sunt sanè viri qui has partes amplectuntur magnæ auctoritatis, nec minoris doctrinæ: sed non sunt minoris existimationis, & doctrinæ, qui prioris partes sequuntur: proinde in iudicando, hæc quæstio difficilem habet definitionem, nimisquè perplexã. Sed si meam inter tot tantosq; viros 12
sententiam expectas, ego priores partes potiores esse iudico, hac potissimum ratione, quiando res est in ancepsa, & dubia, sequi debemus eam partem, quam ex coniecturis 13
intelligimus, testatorem, si viuus esset, secuturum fuisse, vt probatur in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. & illic Bartol. & reliqui Clasici: probatur etiam in l. Titius, §. Lucius, ff. eodem titr vbi Iass. prædicat, non habere nos in vltimis voluntatibus notabiliorem cõclusionẽ. Est etiam pro hac sententia glos. in tale pactum, §. fin. ff. de pactis, quam sequuntur tot authores, vt dies me deficeret, si omnes recitare vellem, si placet, poteris videre apud Tiraquelus in lege si vnquam, C. de reuocand. donatio. in princip. numero 15. Antonius Gabr. intract. commun. opin. libr. 6. titul. de regul. iuris, atque ex

Viuio eodem vol lib. 3. verb. Caſus. Hoc aurem caſu indubitatum eſt, ſi defunctus interrogatus fuiſſet, reſpondiſſet, velle ſe vt Monacho Religionem non bonorum capa cẽ profeſſo, ſtatim ſuccederet ſubſtitutus. Non me fugit, contrariam ſententiam ſecutum me fuiſſe ſuperius differentia 73. in perſona eius, qui cenſum emit ad vitam: cæterùm vt iſthæc teſtatoris voluntas nobis ſuffragatur, ita illic contrahentium voluntas pro nobis eſt, quia non eſt veriſimile, cõtrahentes qui ad vitam cenſum conſtituerunt, intellexiſſe de morte ciuili, ſed potiùs de morte naturali: quia igitur diuersa res eſt, non eſt mirum, ſi nos diuerſo modo reſ
14 pondeamus: quoniam, vt ſcis, ex parua facti mutatione totum ius mutari ſolet, l. ex plagis, §. in cliuo, ff. ad leg. Aquil. & aliàs paſsim. Illud etiam cauendum erit, quod ſcribit Romanus ſingulari 434. cum rogatus reſtituere ingreditur Monaſterium bonorum non capax, diſtribuenda eſſe bona in pias cauſas, nam verius eſt, venire ea ad
15 venientes abinteſtato, ſecundum Abbatem in d. cap. in præſentia, num. 6. qui teſtatur communem, & idem facit Sforcia de compendioſa, 6. part. concluſ. 2. & cõſtat etiam ex Petro Vimio conſ. 17. Neque auth. de ſanctiſsimis Epiſcopis, §. præſenti, quam in ſuas partes aſciſcit Romanus, ſuam vllo mo
16 do probat ſententiam. Quod autem diximus, Monaſterium loco filij haberi (ne quis decipiatur) accipiendum in caſibus tantummodo in iure expreſsis ſecundum Bart. & reliquos in d. Auth. niſi rogati, & Felinũ in dict. cap. in præſentia, num. 42. & conſtat eſſe communem ex Tiraq. in l. ſi vnquã. C. de reuocand. donat. verb. ſuſceperit, nu. 40. atque item ex Couarr. lib. 1. variarum reſolut. cap. 19. num. 6. Quo circa difficilè facto eſt, vt probandam putem Ioannis Fabri ſententiam in l. final. C. de ſacroſanct. Eccleſ. dicentis: ſi Monachus moriatur viuo patre, tranſmittere ius ſuccedendi in Monaſterium, quod, ſcilicet, bonorum ſit capax: cuius ſententiam etſi nutabundus ſequitur Guilhelm. Benedict. in cap. Raynũtius, verb. Mortuo 2. nu. 103. Etenim cum
17 lege nulla, vel canone id definitum extet, ego longè à iuris placitis abhorrens eſſe putarim, Monaſterium ad huiuſmodi ſucceſſionem admittere. Proinde à Fabro diſſentit Bald. in d. authẽt. niſi rogati, a. 1. Trebell. nu. 5. & Dec. in dict. cap. in præſentia, num. 290, & conſtat auerſum Fabrum eſſe communem opinionem ex Beroi. illic n. 554.
18 Sed ecce, Monachus nouitius mortuus eſt intra annum probationis, porrò in vltimo vitæ ſpiritu conſtitutus profeſsionem nuncupauit, ſeu fecit: quærebatur, an fideicommiſſum ei relictum ſub conditione, ſi ſine liberis moreretur, pertineret ad Monaſterium, an potiùs ad conſanguineos Monachi, qui deficiente conditione ſubſtituti erant? Ex facto conſultus reſpondi, nouitio 19
ante profeſsionem factam decedente, Monaſterium illi non ſuccedere, vt eſt relatum apud Tiraquel. de retract. lignag. 1. gloſ. 8. n. 22. & 36. ergo, & hoc caſu conſanguinei 20
bona nouitij conſequentur: namquè profeſsionem factam nondum finito anno probationis, nullus eſſe momenti, liquet ex Cõcilio Tridentino ſeſsione 25. cap. 15.

SVMMARIVM.
§. *Secundi.*

Conditio, ſi ſine hærede deceſſerit, intelligitur de filio hærede, non de hærede extraneo, & numero 1. 2.

§. 2. *De conditione, ſi ſine hærede deceſſerit.*

HAEC Conditio, ſi ſine hærede deceſſerit, intelligitur de filio hærede, non verò de hærede extraneo, l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. Itaquè hæres extraneus, vel filius non hæres, non facit deficere conditionem, vt illic tradunt Claſsici, præſertim Franciſc. à Ripa. Sunt tamen de ea re duæ opinionum ſi multates, vt eſt videre apud Acoſtam in cap. ſi pater, §. ſi abſque liberis nu. 19. & apud Molinam de primog. in fin. operis, addition. 1. nu. 16. & apud Manticam de conject. vltim. volunt. lib. 8. tit. 14. & nouiſsimè apud Licentiatum de Zeuallos in ſpec. practicar. deciſion. 538. qui ad nauſeam vſque magnam referunt authorũ turbam, hanc quæſtionem diſputantium.

SVMMARIVM.
§. *Tertij.*

Conditio, cum filius habuerit impletur, ſi grauatus vnum dum taxat habuerit filium, iſquè viuo patre mortuus fuerit, n. 1.

§. 3.

§. 3. *De conditione, cum filios habuerit.*

1 CONditio, Cùm filios habuerit, impletur, atque committitur, si grauatus vnum duntaxat habuerit filium, isquè patre mortuus fuerit, vt ex textus singularis in l. cum vxore, cod. quando dies legati, vel fideicõmiss. cedat: ad cuius intelligentiam consulito Bartolus in l. Titiæ, §. Imperator. ff. de legat. 2. Iaſ. in l. si quis hæredem, C. de inſtit. & ſubſtit. Ripam in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebell. Coſtam in cap. ſi pater, verb. Si abſque liberis, num. 28.

SVMMARIVM.
§. quarti.

Conditio in melioratione, ſeu maioratu à patre adiecta, vt filius, filia ve cum certa perſona contrahat matrimonium, valida eſt, nu 1.

Supradicta conditio in legitima poſita, nullius eſt momenti, & intrà quantum tempus impleri debeat, n. 2. & 3.

Si non ſteterit per eum, cui dicta conditio appoſita eſt ſed perſona cum qua contrahere debebat, noluit, conditio habetur pro impleta, n. 4

§. 4. *De conditione ſi nupſerit.*

1 CONditio adiecta à patre in prælegato, melioratione, ſeu maioratu, vt filius, ſi liauè teneatur coutrahere matrimonium cum certa perſona, valet l. Titio centum, §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. & illic claſſici omnes. Et ne veteres replicando longũ faciam, hanc communem eſſe opinionem, conſtat ex Molina de primogen. lib. 2. cap. 13. num. 2. at ex Mantica de coniectur. vltim. vol. lib. 11. tit. 18. num. 3. atque exMẽ
2 chaca controuerſiarum illuſtr. capit. 93. In legitima autem hæc conditio adiecta nullius eſt momenti, iuxta ea quæ affert Suar. titul. *de los caſamientos*, l. 2. & Mantica loco ſuperiori tenetur autem filius, ſiue is cui hæc eſt adiecta conditio, illam adimplere intra triennium, ſecundùm Bartol. argum. illius text. in l. 2. §. ad filiorum. C. quando, vel quib. quarta pars debeatur, lib. 10. & idem ſcribit Bald. in l. placet, in fin. ff. de liber. & poſthum. & Iaſſ. in l. 2. C. de inſtit. & ſubſtitut. n. 6. & Guillielm. Bened. in ca. Raynunt. verb. Cuidam Petro, nu. 2. Contraria tamẽ ſententia, id eſt lapſo triennio, poſſe conditioni parere, placuit Socino in l. hæc conditio filiæ meę. ff. de condit. & demonſtrat. atque Manticæ de coniecturis vltimar. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 23. atque ex noſtratibus placuit etiam Menchacæ controuerſiarum illuſtr. capit. 94. num. 6. Quorum opinio verior videtur, ex l. conditionum, quæ in futurum, ff. de cõdit. & demonſtrat. Si tamen non ſteterit per filium, vt conditioni pareatur, ſed per perſonam illam cum qua contrahere debuerat, conditionem ſtetiſſe dicendum eſt, l. ſi poſtdiem §. item quia. ff. quando dies legati cedat, l. 4
in teſtamento. ff. de cond. & demonſt. & tradunt latius Guillielm. Bened. & Mant. locis ſuperioribus.

SVMMARIVM.
§. Quinti.

Conditio, ſi non nupſerit, virgini adtecta, nullius eſt momenti, n. 1.

Adiecta viduæ benè valet, n. 2.

Valet conditio adiecta viduæ, ſi arbitrio Titij nupſerit, n. 3.

Vidua cui adiecta eſt conditio, donec caſtè vixerit, tranſiens ad ſecundas nuptias, amittit legatum, n. 4

Si à marito adijciatur conditio, ſi caſtè vixerit, amittit legatum vxor ſecundo nubens, nu. 5.

Hyperbolicè dici, animam mariti contriſtari ex ſecundis nuptijs vxoris, & quid ſit hyperbole, & num. 6. 7.

Valet conditio à patre in melioratione, vel maioratu impoſita, ne filius, aut filia contrahat cum certo genere perſonarum, n. 8.

§. 5. *De conditione, ſi non nupſerit.*

CONditio, ſi non nupſerit, adiecta virgini, ſeu puellæ, nullius eſt momenti, l. ſed ſi hoc, §. final. ff. de condit. & demonſtrat. tradit Manuel Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu, ff. de condit. & demoſtrat. & Spino in ſpec. teſtam. gloſ. 14. n. 71. At adiecta viduæ benè valet, l. 2. C. de in dict. viduit. tollenda, vbi Iaſſ. commodè explicat valet igitur conditio adiecta viduæ, ſi arbitrio Titij nupſerit, ſecundùm Ioann. de Garonis de ſecundis nupt. n. 19. Idem iuris 3

erit, si conditio adiecta fuerit viduæ: donec castè vixerit: nam secundas contrahendo nuptias, amittit legatum, glos. & Iaff. in l. fin. in fin. C. de in dicta viduitat. tollend. test
4 tatur communem Couarr. in 4. Decretal. 2. p. cap. 4. nu. 11. qui tamen id intelligunt, quando conditio fuit adiecta à marito, vel ab illius consanguineo: quibus etiam consentit Anton. Gom. in l. 14. Taur. num. 14. & alij quam plures apud Zeuallum in spec. practicarum quæst. 151. Quid verò si legatum fuerit à marito relictum sub conditione, si honestè vixerit? Et scribit Angel. Aretin. in §. iuris præcepta, instit. de iustitia, & iure, non amittere mulierem legatum secundo nubendo: & idem sentit Celsus consil. 19. Mihi autem contrarium videtur esse
5 verius, si à marito ea fuerit adiecta cõditio: nam quod attinet ad maritum, non intelligitur honestè viuere, quæ secundas contraxerit nuptias, vt apertè significat Authent. ne non eligendo secundò nubentes, collat. 5. Proinde tãundem iudicãdum est, quod
6 in conditione. Si caste vixerit. Illud quoquè obiter admonuero, quod dicitur in d. Auth. de non eligendo secundò nubentes, contristari animam mariti, quando mulier secundas contrahit nuptias, hyperbolem esse, & in propriè, & abusiuè dictum: neque enim animæ, quæ in Cœlo sunt, aut in purgatorio, angorem, vel mœrorem, accipere possunt de his, quæ in hoc sæculo aguntur secundum Thom. 3. part. quæst. 59. ad ter-
7 tium. Hyperbole autem, si id forsan ignoras, est figura, cum aliquid quod fieri non potest, adijcitur, augendæ, aut minuendæ
8 orationis gratia, vt Cicero docet in Topicis. Illud quoque meminisse debemus, valere conditionem adiectam à patre in melioratione, seu maioratus institutione, ne filius, aut filia contrahat matrimonium cum certo genere personarum, putà, cum descẽdentibus ex genere personarum, putà, cum descendentibus ex genere Maurorum, aut Iudæorum, l. cum ita legatum, 62. ff. de cõdit. & demonstrat. tradit effusè (ne rem actã agamus (Molin. de primogen. lib. 2. capit. 13. num. 4.

SVMMARIVM.

Differentia 148.

Exhæredatio quid sit? n. 1.

Inter quas personas propriè cadat exhæredatio? n. 2.

Qui secundum locum obtinet, non est necessario instituendus, vel exhæredandus, n. 3.

Ad euitandas difficultates legis Gallus, datur cautela ex sententia Fabri, n. 4.

Præteritio quid sit? n. 5.

Rescisso testamẽto per exhæredationem, vel præteritionem, hæres neque ex illo capere potest, quod ei defunctus alioquin poterat relinquere, n. 6.

Clausula codicillari adiecta, filius præteritus tenetur, hæredi instituto restituere id quod aliàs testator relinquere poterat, n. 7.

Rescisso testamento ex causa exhæredationis, vel præteritionis, si adiecta sit clausula codicillaris, tenetur filius præteritus, vel exhæredatus restituere filio instituto tertiũ, & quintum, quod pater ei relinquere poterat, n. 8.

Bonorum possessio remedium est à iure prætorio inuentum, n. 9.

Olim pater non tenebatur filium emancipatum instituere, vel exhæredare, n. 10.

Hodiè, quantum adhoc, nihil differt filius in potestate ab emancipato, n. 11.

Cessat etiam differentia antiqua, quantum ad patrem, & matrem, de exhæredatione, vel præteritione, & num. 12. 13.

Inofficioso testamenti querela quid sit? numero 14.

Querela an actio rectè dicatur? n. 15.

Et non potest in eodem iudicio accumulari principaliter cum petione hæreditatis, n. 16.

Iudicium familiæ erciscundæ licet non possit intendi ante petitionem hæreditatis, alternatiuè tamen solet intendi, n. 17.

Querela in officioso hodie tantum vno casu potest habere locum, isque ponitur, & fit optima distinctio, n. 18. 19.

Querela locum habere potest, quando testator adiecit causam exhæredationis, hæres eã non probauit eam, n. 20.

Querela non datur, nisi intra quinquennium, numero 21.

Ius dicendi nullum intra 30. annos, n. 22.

Suplementum legitimæ quid sit? n. 23.

An id quod filio relinquitur, sufficiat quoquo titulo relinqui. 24.

Legitima relinqui debet filio titulo institutionis, ex magis recepta, n. 25.

Quid interest, legitimam filio relinqui titulo institutionis, an alio titulo? n. 26.

Lex 1. tit. 4. lib. 5. Recop. explicatur. n. 27.

Discordia Doctorum distinctione quadam reducitur ad concordiam, n. 28. 29.

Vt supplementum legitimæ locum habeat, necesse est, vt quod filio relinquitur titulo institutionis

tutionis relinquatur: alioquin filius præteritionis causa rescindere poterit hæredis institutionem,num,30.

Supplementum legitimæ differre à querela inofficiosi testamenti,num.31.

Inter præteritionem, & exhæredationem, atque querelam inofficiosi testamenti, iusque dicendi nullum, necnon contra tabulas bonorum possessionem, & supplementum legitimæ, differentia.

148.

PRæteritionis, ac exhæredationis necnon cæterarum quas proposuimus differentia ex nihilo magis cognosci potest, quam ex cuiusque nominis definitione, cum definitionis (vt alibi diximus) proprium sit, rei substantiam demonstrare, secundum Bald. in l.1.ff.de vsufructu: illorum igitur definitiones subiungamus. Exhæredationem alij aliter definiunt, vt est videre apud Bald. in authent.ex causa.C.de liber.præter. & exhæred.& apud Castell.in l.24.Taur.n.59. mihi satis arridet Bartoli definitio in d.authent.ex causa,num.3.vbi ita definit: Exhæredatio est exclusio ab hæreditate expressè, vel solemniter à testatore facta. Exhæredatio itaquè non cadit propriè, nisi duntaxat in personas, quibus iure debetur hæreditas, vt Iurisc.ostêdit in l.quidam 132.ff.de verbor.obligation.adeò quidem, vt is qui tenet secundum locum, finge nepos, nõ sit necessario instituendus, vel exhæredandus l.si quis posthumos.§. si filium. ff. de liber. & posthum. quem illic dicunt notabilem Alexand.& Iasson.tradit etiam Greg.in l.1.tit.7.part.6.verb.*Que le huuiesse*. Hoc tamen ita, nisi pater moriatur, viuo auo, quia eo casu nepos rumpet testamentum aui, nisi fuerit institutus, aut exhæredatus, iuxta vulgarẽ illam, ac perinde difficilem.l. Gallus.ff.de liber.& posthum.quæ quidem casus tantum prosequitur, in quibus auus necesse habuit nepotem instituere, aut exhæredem facere, vt illic animaduertit Accurs. in princip.verb.me viuo. Porrò quid ego illius legis intelligentiam discere intendo, cùm Manuel Costa Lusitanus tam doctè, quàm acutè ex omnium eruditorum iudicio illius argumentum pertractauerit? Illud igitur tantùm dixerim (quoniã ab illo prætermissum est) si omnes illius legis in testando difficultates volueris euadere, facvtaris cautione, quam exponit Ioan.Fab.in §. posthumorũ, inst.de exhæred.liber. vbi breuibus verbis omnibus casibus occurrit. Hæc quantũ ad exhæredationẽ attinet. Præteritionis quoque variæ sunt definitiones apud interpretes, quorũ ego nõ tam verba, quam sensum secutus, ita definiendam esse arbitror. Præteritio est omissio testatoris, qui eum, ad quem hereditas iure spectat, neque hęredẽ instituit, neque exhęredẽ fecit: quæ quidem haud difficulter colligitur ex l.3. C.de liber.præter.& alijs eiusdem tit.adeò verò testamento rescisso ex causa præteritionis vel exhæredationis, irrita est testatoris voluntas, quantũ ad institutionem attinet, vt habetur in *Auth.ex causa*. C. de lib. præter.& exhæred.vt hæres institutus (ne ex eo quidẽ capere) valeat id quod ei defunctus alioqui relinquere poterat, putà, trientẽ,& quincũcẽ, vt bellissimè scriptum reliquit Alex.in d.Auth.ex causa, cuius sententiã amplectitur Greg.in l.fin.tit.8.p.6. verbo: *Quebrante*: quid cum notatu dignũ maximè sit, accipias tamen velim, modò in testamẽto adiecta nõ fuerit clausula codicillaris (hoc est, vt testamẽtum valeat iure codicillorũ, aut meliori modo quo possit) ex ijs quæ affert *Ant.Gom.in l.3.Taur.n.78*. Qui sanè maximus est effectus clausulæ codicillaris: nam etsi testamentũ irritũ sit, quãtũ ad institutionẽ attinet, etiam in eo quod aliàs testator poterat hęredi instituto relinquere, vt paulò ante diximus: attamen si adiecta fuerit clausula codicillaris, tenetur filius præteritus restituere hæredi instituto id quod aliàs testator illi relinquere poterat, sicuti tradit Bart.in d.Auth.ex causa, in fin.& in l.1.c.5.ff.de iure codicil.cuius sententiã, explosa Accursij, communem testatur Iason in d.Auth.ex causa, n.22.& idem facit Alciat.in l.2.§.si quis ita.ff.de verbor. oblig.n.17. Quo fit, vt irrito testamento ex causa exhæredationis, vel præteritionis, in quo subscripta fuerit clausula codicillaris, teneatur filius præteritus, aut iniustè exhæredatus, restituere filio instituto trientẽ, & quincũcẽ, quæ pater ei relinquere poterat, vel extraneo quincuncem, sicuti tradit ipse Ant.Gom.loco superiori, ideſt, in l.3.Tauri,n.78.& placet Azeu.in l.8.tit.6.lib.5. Recop.n.3.adijcienti, idẽ iuris esse, quando auo præterito frater fuit institutus hæres: nã si apposita, inquit, fuerit clausula codicillaris, habebit frater trientẽ hereditatis, quẽ ei frater iure relinquere poterat: & eodẽ pertinet quæ affert Gutierr.pract.quæst.lib.3.

quæſt. 50. Quæ quoniam quotidiana ſunt, obliuiſcenda non erunt. Bonorum poſſeſ-
9 ſio cõtra tabulas (vt ad reliqua pergamus) eſt remedium de iure prętorio, quod aduer ſus paternum teſtamentum datur filio emã cipato à patre præterito: vt eſt expreſſum in l. 1. & in l. non putauit. ff. de bonor. poſſ.
10 contra tabulas. Olim enim iure ciuili non tenebatur pater filium emancipatum, aut hæredem inſtituere, aut exhæredare. Porrò eam iuris durietiẽ prętor emolliens, ſtatuit, vt pater teneretur filium inſtituere, aut hæ redem facere, alioqui dabat filio bonorum poſſeſsionem contra tabulas, vt oſtendit Iu ſtinianus in §. emancipatos, inſtit. de exhæred. liber. & nos exactiùs explicauimus ſupe rius diff. 22. & 23. Hodie verò nihil diſcri-
11 minis eſſe hoc caſum inter filium emancipatum, & in poteſtate, ex deciſ. illius Auth. vt cum de appellat. cog. placuit Anton. Gomez, in commentar. tom. 1. cap. 11. nu. 34. cuius mihi videtur verior ſententia: licèt alij reclament apud Guillel. Bened. in c. Raynuntius, verb. In eodem teſtamento, n. 96.
12 Atque eodem modo ceſſat hodie differentia veteri iure olim introducta inter patrẽ, & matrem: nam præteritio matris habeba tur pro exhæredatione, atque proinde non dabatur filio à matre præterito bonorum poſſeſsio contra tabulas, ſed querela inoffi cioſi teſtamenti, vt in §. Mater. inſtit. de ex hæred. liber. & l. filia. C. de inoffic. teſtam.
13 Hodiè verò patris matriſque par eſt in hac parte conditio per illius Authent. definitionem: debitur itaque nunc filio ſine cauſæ expreſsione à matre præterito ius dicendi nullum: cum cauſæ verò expreſsione dabitur illi querela inofficioſi teſtamenti, ſicuti placuit eidem Gometio loco ſuperiori, cui hoc caſu accedit etiam Greg. Lop. in l. 1. tit. 7. p. 6. verb. *El teſtador*, qui alios in eandem ſententiam allegat, quos nos non referendo, gratiam tibi facere puto, cùm eos illic habeas cum opus fuerit. Inofficioſi teſtamẽ
14 ti querela eſt actio, quæ datur filio iniuſtè exhæredato, per quod patris inofficioſum rumpitur teſtamentum: ſicuti non obſcure probatur in leg. 3. ff. de inoffic. teſtam. & alijs eiuſdem tituli. Actionem autem diximus, quia tametſi Bart. ſecurus Accurſium in l. poſthumus. §. ſi quis. ff. de inoffic. teſta ment. ſcriptum reliquerit, querelam inofficioſi teſtamenti non eſſe actionem, ſed offi cium iudicis: & ſequatur illos illic Paul. de
15 Caſtro, & Gregor. in l. 1. tit. 8. part. 6. verùm quam plures ſunt leges quæ actionem eſſe, manifeſtè oſtendunt, atque in primis lex 1. & l. neptem, & l. ſi pater, & l. fratres. C. de inoffic. teſtam. & in Pandectis eodem tit. aliæ non paucæ, à quarum aperta definitione Accurſium & cæteros defeciſſe, futili præſertim motos argumento, in ciuile prorſus eſſe iudico, remque tantis auctoribus indignam. Cùm igitur querela inoffi- 16
cioſi teſtamenti actio ſit ſimul, id eſt, eodẽ iudicio, cum petitione hæreditatis principaliter accumulari non poteſt, ſed alternatiue, hoc pacto: *Peto, teſtamentum tanquam inofficioſum reſcindi, & eo reſciſſo, hæreditatem mihi reſtitui*: ſicut cæteris conſentientibus docet Accurſius in leg. qui de inofficioſo. ff. de inoffic. teſtam. Sic etiam licèt familiæ 17
herciſcundæ iudicium intendi non valeat, niſi poſt petitionem hæreditatis, vt in l. 1. ff. famil. herciſcund. hodie alternatiuè accumulari ſolet, veluti alibi diximus, & vſu docente quotidie experieris. Sed & illud me- 18
miniſſe debemus, querelam inofficioſi teſtamenti hodie vno tantum caſu locum ſortiri poſſe, cùm ſcilicet defunctus inſeruit cauſam exhæredationis, quæ vera tamen non eſt, ſicuti tradit gloſſ. in dict. Auth. ex cauſa, verb. Irritum, & in Auth. vt cùm, de appell. cog. §. aliud quoque capitulum: ſic enim collige. Aut pater nullum hæredem inſtituit, & filius ſuccedit ab inteſtato: aut vero inſtituit alium hæredem, filiumque non expreſsim exhæredauit, & teſtamentũ eſt ipſo iure nullum: & proinde competit 19
filio non querela, ſed ius dicendi nullum ex cauſa præteritionis, iuxta dict. Auth. vt cùm, de appellatione cognoſcitur, & §. primum, inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. nec non ex leg. 1. cum ſequentib. ff. de iniuſto rupto, irritoque facto teſtamẽto: ſi verò pater inſeruit cauſam exhæredationis, & hæres inſtitutus eam probat, repellitur omninò filius, ceſſatque querela, omneque iuris remedium: quia iuſtè exhæredatus fuit. Su 20
pereſt igitur, vt querela duntaxat habeat locum, quando teſtator adiecit cauſam exhæredationis, hæreſquè non probauit eam. Lõgè autem intereſt, an filio competat ius dicendi nullum, an verò querela inofficioſi 21
teſtamenti; nam querela non datur niſi intra quadriennium, vt in l. ſi quis filium, & l. contra maiores. C. de in offic. teſt. At ius di 22
cẽdi nullũ nõniſi 30. annorũ repellitur præſcriptione, iuxta leg. licet. C. de iure delib. & l. ſcimus. §. illud. C. de inoffic. teſt. teſtatur cõmunẽ opinionem Iaſſon in l. certi cõdictio, num. 24. ff. ſi cert. petat. & Anton. Gom. in cõment. tom. 1. c. 11. n. 3. vbi alias inter hæc ſubnectit differẽtias. Sed hoc hactenus

ctenus de inofficiosi testamenti querela: nunc dicamus de supplemento legitimæ.

23 Supplemẽtum legitimæ est remediũ quod loco querelæ inofficiosi testamenti datur filio, qui in minus legitima fuit institutus, vt quod deest ei, suppleatur, & testamentum non rescindatur, sicuti non difficulter colligitur ex l. omnimodò. C. de inoffic. testam. atque ex Authent. vt cùm de appellation. cognoscitur. §. aliud quoque capitulũ, vbi interpretes effusè rem tractant: atque ex nostratibus Suarez in l. quoniam in prioribus. §. 1. & limitatione 3. Sed illud est quæ-

24 stionis, An id quod filio relinquitur sufficiat quoquo titulo relinqui, vel an necesse sit institutionis titulo relinquatur: quod nihil aliud est quam quærere, an legitima sit institutionis titulo filio relinquenda: vel an satis sit quoquo titulo relinqui? quæ quidem quæstio magnonerè apud iuris interpretes controuersia est, sicuti (ne crambam bis coctam proponamus) videre est apud Iasonem, & reliquos in Authent. nouissima. C. de inoffic. testam. & apud Guillel. Benedict. in cap. Raymuntius, verb. eodem testamento, & illic Couarr. §. 1. & apud Padillam in l. eam quam. C. de fideicõm. atq; item apud Costam in cap. si pater, 1. part. verb. Instituit: & denique apud Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam. Ex quibus

25 (vt summatim dicã) apparet, magis receptum esse, titulo institutionis legitimam filio relinquendam fore: quod non obscurè probatur in d. §. aliud quoque capitulum, & in l. 5. tit. 8. p. 6. per quas corrigitur dicta l. omnimodò. C. de inoffic. testam. & in Authent. de triente & semisse, quibus cautum erat, vt quoquo titulo legitima relinqui possit. Permultum autem interest, an legiti-

26 ma relinquatur titulo institutionis, an alio titulo; nam cùm institutionis titulo relinquitur, cohærede repudiante, accrescit hæreditas filio instituto: non ita si titulo legati vel fideicommissi relinquatur. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæredibus instituendis. l. eam quam. C. de fideicommiss. & alias identidem. Hanc verò veteri iure tam probatam

27 sententiam rursus perturbat lex quædam Regia nouissimè iuris, qua statutum est, ratum esse testamentum sine hæredis institutione factum, ac succedere tunc hæredes ab intestato, saluis legatis, & cæteris in testamento contentis: ea est lex prima, tit. 4. lib. 5. Recop. cuius noua definitio iterum nostrates interpretes in arenã reuocauit, alijs affirmãtibus, per eam factum esse, vt hodiè sufficiat, legitimã quoquo titulo relinqui: alijs è diuerso contendentibus, adhuc titulo institutionis relinquendum esse: priores partes sustinet Suarez in l. quoniam in prioribus, ampliat. 1. num. 8. & Menchaca de successionum creat. §. 20. Menesius quoq; in leg. eam quam. C. de fideicommiss. & Gutierr. pract. quæst. lib. 2. quæst. 34. Contrarias verò partes defendit Castellus in l. 24. Tauri, numer. 26. & Burgos de Paz in l. 3. Taur. 1. part. n. 888. & Rojas de success. ab intestat. cap. 8. num. 29. Molina de primogen. lib. 2. c. 15. num. 15. tametsi Gutierr. hos posteriores in suas partes asciscat: hanc etiam opinionem amplectitur Olanus in concordia iuris, verbo legitima. num. 19.

Sed horũ ego discordiam distinctione quadam componendam esse arbitror, hoc mo- 28
do: Aut testator neque filium, neque alium hæredem instituit, sed legatis, & fideicommissis bona sua distribuit omnia, & eo casu filius habebit legitimam suam integram, saluis legatis, & fideicommissis, quæ iure debentur, neque filius poterit rescindere testamentum patris ex causa præteritionis, ex decis. illius Regiæ legis, quæ quidem in hoc maiorem in modum notabilis est: nam corrigit iura omnia anteriora, quibus cautum erat, vt sine hæredis institutione non valeret testamentum, vt in §. ante hæredis, inst. de legat. & l. 1. ff. de vulgari & pupillari: neque hoc casu d. Auth. ex causa, aliquo modo opitulatur testamento, quippe cum & ipsa hæredis institutionem exposcat. Aut ve- 29
rò testator neque filium instituit, neque exhæredauit, sed alium instituit hæredem, & tunc lex illa Regia cessat, vt quæ loquatur, quando nullus hæres institutus fuit. proinde hic casus tanquam omissus definiendus est ex regulis iuris antiqui, id est, ex dict. Authent. ex causa, iuxta quam testamentum, quantum ad institutionem attinet, irritum est, cætera verò firma manent. Hoc itaque pacto nostratium dissidentes opinionem, quàm facilè in concordiam rediguntur: nam prior, quæ affirmat, legitimam quoque titulo relinqui posse, locum habet in priori specie: posterior vero, quæ contrarium contendit, locum sortitur in secunda specie. Diuersitatis illa ratio est, quia in priore specie nihil aut parum iniuriæ fit filio, nullo hærede instituto: in altera specie magna filio fit iniuria, quandoquidem eo spreto alius instituitur hæres. Igitur, vt 30
tandem hunc locum concludamus, vt supplementum legitimæ locum habeat alio hærede instituto, necesse est, quod filio

relinquitur, inſtitutionis titulo relinquatur, cætero qui filios præteritionis cauſa reſcindere poterit hæredis inſtitutionem, ſicuti tradit Bart. in d. Authent. ex cauſa, n. 10. & Caſtell. in d. l. 24. Taur. n. 26. ſentiũt que ſuperiores auctores, qui ſecũdæ ſuffragantur opinioni. Non me præterit Matienço in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. gloſ. 10. in fin. ſcribere, vſu ſe compertum habuiſſe, ſatis eſſe quoquo titulo legitimam à patre relinqui: verùm ego, quæ iure placita ſunt, perſequor: mores autem qui cõtra ſunt parum laboro, vt omittam, vſum quem refert Matienço, fortaſsis contigiſſe in priore ſpecie quam retulimus. Apparet igitur, ſupplemẽtum legitimæ longe à querela inofficioſi te
31 ſtamenti diſcrepare. Sed & illud quoque dictat, quod querela, vt dictũ eſt quiquennio tantùm exploditur: ſupplementum vero legitimæ non niſi triginta annis excluditur, vt eſt auctor Greg. Lop. in l. 5. tit. 8. par. 6. verb. *Se lo cumplieſſe*, cuius ſententia probata eſt à nobis lib. 1. rer. quotid. cap. 1. §. 15. num. 1.

SVMMARIVM.
Differentiæ 149.

Collatio quid ſit, num. 1. & 2.

Qui conferre tenetur, debet rem ipſam in mediũ repreſentare: nec ſufficit ſi tantundem in acceptum referat, num. 3.

Quod non procedit, ſi conferri in medium non poteſt, num. 4.

Imputatio, quid ſit, num. 5.

Imputatio quando habeat locum, vel non, num. 6.

Si pater filium inſtituat hæredem cum cæteris liberis, & aliquod illi in eodem teſtamento legatum relinquat, illud præcipuum debet habere filius, niſi aliter dictum ſit, num. 7.

Inter collationem & imputationem longam eſſe differentiam, num. 8.

Differunt collatio, & imputatio origine, forma, atque natura, num. 9.

Alia inter collationem & imputationem ponitur differentia. num. 10.

Inter Collationem, & Imputationẽ, differentiæ 149.

AD portum properantes anteaquam vela contrahamus, dicendum eſt de collatione, & imputatione rerum, quarum in iure, præſertim de collatione, frequens eſt mentio, & in foro non parua cõtentio. Col 1
latio, eſt rei propriæ in commune latio ſecũndum Bart. in l. ſi emancipati. C. de collat. cui definitioni reliquos cõmuniter conſentire, teſtis eſt Vitalis Nemauſenſis in tract. de collat. §. 1. n. 2. eamque amplectuntur ex noſtratibus Ant. Gom. in l. 29. Tau. n. 1. & Doctor. Spino in ſuo ſplẽdidiſsimo ſpec. teſtamentorum gloſſ. 8. n. 62. Verum hæc definitio non ſat concinna videtur, nã & ſocij rem propriam in commune conferunt, & tamen non dicitur collatio, ſed ſocietas. Vt igitur perfectè definiatur, ita dicamus oportet: Collatio eſt rei propriæ in 2
commune latio ab hærede facta, ſeu faciẽda, vt res collata locum in diuiſione hæreditatis ſortiatur. Ex qua definitione apertè 3
datur intelligi, qui conferre tenetur, debere rem ipſam in medium repræſentare, neque ſatis eſſe ſi tantundem in acceptum referat, vt probatur in l. 1. & l. 3. §. Iulianus. ff. de collat. bonor. & in l. filij, & l. ſi ſoror, & in l. illum. C. de collat. Quod tamen idipſum accipiendum eſt, quando res in mediũ 4
conferri poteſt: contrà ſi conferri nequeat, puta, quia perijt, vel apud alium ſtat, velut dos apud maritum; quia tunc ſatis eſt, tanto minus accipiendo, conferri, vt eſt definitum in l. dotis. C. de collat. & in l. 1. tit. 9. part. 6. quæ rurſus intelligendæ ſunt, niſi dos inofficioſa fuerit, quia tunc etiam conſtante matrimonio conferri debet, vt eſt definitum in l. 29. Tauri, quæ eſt hodie lex 3. tit. 8. lib. 5. Recop. Hæc modò de collatione. Imputatio eſt remedium introductum 5
à iure ad excludendam querelam inofficioſi teſtamenti, per quod filius, cui minus legitima portione relictum eſt, poteſt agere ad legitimæ ſupplementum, imputando in ea quod ſibi à patre datum eſt, vt latiùs eſt expoſitum in l. omnimodò. C. de inoffic. teſtament. && illic tradunt latè interpretes, & Paulus de Caſtr. in l. illud. C. de collat. & latiùs Bart. & Ripa in l. in quartam. ff. ad leg. Falcidiam: declarat etiam commodiſsimè Anton. Gom. in l. 29. Taur. num. 38. Impu
tatio igitur non habet locum, quãdo filius 6
fuit præteritus, vel exhæredatus, vel quando fuit in legitima inſtitutus: ſed tantummodò quando fuit illi minus legitima portione relictum, & adiectũ, vt nihil amplius ex paternis bonis haberet, vt ſatis colligitur ex illa l. omnimodo. C. de inoffic. teſtament. Proinde ſi pater filium inſtituat hæ- 7
redem cum cæteris liberis, & aliquod illi in

eodem

eodem testamẽto legatum relinquat, illud præcipuum habere debet filius, nisi aliud dictum sit: quia tunc non agitur de imputatione, sed de collatione: relicta autem in testamento filio, nisi dictum fuerit, vt in legitima imputentur, non conferuntur. l. à patre. C. de collationib. & tradunt omnes in authent. ex testamento, eod. tit. hoc autem verum esse, & rerum vsu satis notum est, & tradit Suar. in l. quoniã in prioribus, quæst. 5. n. 9. & Corras. in l. filium quem habentẽ. C. fam. herciſc. Mench. de succes. creat. §. 30. nu. 161. Et ita intelligere debes, quod scriptum reliquit Accurs. in l. illud. C. de collat. glos. 1. & Matiençio in l. 3. tit. 8. lib. 5. Recop. glos. 1. n. 7. alioqui prorsus aberrarent. 8 Constat igitur, inter collationem, & imputationem longam esse discrepantiam: id quod, & ex eo colligitur, quod imputatio fuit introducta, partim fauore liberorũ, partim fauore parentum: liberorum quidem, ne sua legitima priuarentur: parentũ verò, ne illorum labefactarentur testamenta. Collatio autẽ fuit introducta olim propter iniuriam, quam emancipati faciebant suis: hodiè verò propter tollendam aliorũ 9 discordiam. Differunt igitur collatio, & imputatio origine, forma, atque natura, vt scribit Bald. in l. illud. C. de collat. Differunt etiam vsu, nam imputatio non habet locũ, nisi ex testamento. Collatio verò, tam ex testamento, quàm ab intestato: tem imputatio habet locum, siue filius succedat cum fratribus, siue cum extraneis: collatio verò tantummodò habet locum, quando liberi inter se succedunt, sicuti rectè animaduer- 10 tit Anton. Gom. in l. 29 Taur. nu. 39. Item differunt, quia omnia, quæ imputantur, cõferuntur, sed non omnia, quæ conferuntur imputantur, vt est definitum in l. illud. C. de collat. Sunt, & aliæ differentiæ apud Castellum in l. 29. Taur. verb. *A tornar*: verũ ijs de rebus sequenti capite latior nobis habendus est sermo.

SVMMARIVM. Differentiæ, 150.

Donatio simplex regulariter non confertur, numer. 1.

Donatio ob causam regulariter confertur, numer. 2.

Donatio ob causam, quæ dicatur?

Donatio simplex, quæ dicatur, num. 4.

Leges 26. & 29. Tauri explicantur, numer. 5. & 6.

Donatio simplex prius imputatur in tertium, & quintum, & si quid supereſt, in legitimam, num. 7.

Qui sensus sit dictarum legum Regiarum, numer. 8.

Filius qui donationem ob causam suscepit, si repudiauerit paternam hæreditatem, & contẽtus fuerit cum donatione ob causam, non tenebitur inuitus conferre, num. 9.

Inter donationem simplicem, & donationem ob causam differentia sesquicenteſima, in qua summa cum breuitate, neque minori vtilitate tota collationum materia perſtringitur.

ALio iure est donatio simplex, alio do- 1
natio ob causam, siquidẽ donatio simplex diuidenda inter fratres, hæreditate regulariter non confertur. Donatio autem 2
ob causam regulariter cõfertur, sicuti apud veteres receptum est in Auth. ex testamento. C. de collat. & apud nostrates in l. 26. & 29. Tauri, illa est hodie lex 10. titul. 6. hæc lex 3. tit. 8. lib. 5. Recop. Sed quæ sit dona- 3
tio simplex, & quæ donatio ob causam, videamus. Et hic non minor est dissensio inter scriptores, quam aliàs de more esse solet: alijs enim placet, donationem ob causam dici, quando causa, ob quam pater fecit donationem, erat sufficiens, vt inuitus pater cogeretur ad donandũ: sin vero ob liberalitatem, vel ob aliam causam nõ ita necessariam donationem feciſſet pater, dicatur donatio simplex: huius sententiæ fuerunt Paul. & Decius in l. 1. vt liberis. C. de collat. Suar. in l. quoniã in prioribus, quæst. 5. n. 10. Sũt verò alij qui existiment, ob causam dici, quando donatur ex causa, quæ respiciat ad fauorem donantis: sin autem respiciat fauorẽ donatarij, dicatur donatio simplex, in qua sententia fuere Oldrad. conſ. 5. & Faber in §. sunt præterea, instit. de actionib. & alij relati Tello in l. 26. Taur. nu. 4. Mihi tamen videtur, donationem simplicẽ dici, quotiescumque ex mera liberalitate facta est à patre donatio: porrò, si aliqua interceſſerit causa necessaria, siue non necessaria, quæ partem ad donandum impulerit; veluti matrimonium, aut filij necessitas, di- 4

catur donatio ob causam, sicuti non difficulter colligitur ex l. 1. ff. de donat. atque ex l. illud. C. de collat. necnõ ex l. cùm multæ. C. de donat. ante nupt. atque in hãc sententiam ex nostratibus mecum consentire sentio Gutierr. pract. quæst. lib. 2. q. 65. n. 6. & Ayoram de partitionib. 2. p. quæst. 3 & Angelũ in leg. 29. Taur. glos. 4. & Ioãn. Garsiam de donatione remuneratoria, nu. 5 49. & 50. Ex hac autem distinctione donationis simplicis, & ob causam (vt ad leges Regias nostra accomodetur oratio) nostrates interpretes conciliandas putant legem 26. & leg. 29. Tauri, quæ quanquam eodẽ extent volumine, & loco proximè sint, sensu tamen longè distare videntur: adeò iuris instabilis est, & infirma conditio, vt dum legislatores dubia tollere curant, quandoque longe maiores ingerant difficultates, nam lex 26. quæ (vt diximus) est hodie lex 10. 6 tit. 6. lib. 5. Recop. ait, donationem quam pater filio fecerit, factã intelligi titulo præceptionis, seu melioration is trientis, & quincuncis: apertè itaque vult, paternas donationes, filios non debere conferre, alioqui non esse præceptio, seu melioratio. l. à patre. C. de collat. Porrò lex 29. quæ est lex 3. tit. 8. lib. 5. Recop. inquit, debere filios dotes, ac donationes propter nuptias, aliàsque donationes in collationẽ afferre. Hanc verò tam magnam legum discrepantiam nostrates interpretes ita componendam esse arbitrantur, vt lex 26. quæ paternas donationes non conferendas esse statuit, loquatur in donatione simplici: lex autẽ 29. quæ donationes paternas conferendas definit, loquatur in donationibus ob causam. Hæc concordia placuit Suar. in l. quoniam in prioribus, q. 5. & eam quoque amplectitur Couarruu. in cap. Raynaldus. §. 2. n. 8. & Greg. Lop. in l. 3. tit. 4. p. 5. verb. *En su poder*, & Palac. Rub. in d. l. 26. Taur. tametsi ipsemet in cap. per vestras, contrarium docuerit: sequitur etiam Dueñas reg. 222. limit. 5. & Matienço in dictis legibus Recop. & Salzedus in reg. 212. Est itaque hæc nostratium communis opinio, sicut etiam fidem facit Valdesius ad Suar. loco superio-7 ri. Quod cum verissimum sit, & vsu receptissimum, id tamen ita velim intelligas, vt donationes simplices prius imputentur in quadrantem, & quincuncem, & si quid supereſt, imputetur in legitimam: hoc enim illa lex 26. apertè ostendit his verbis: *Y si de mayor fuere, mandamos, que vala hasta la cantidad del dicho tercio, y quarto, y legitima.* Porrò donationes ob causam non ita, sed per contrarium prius imputandæ sunt in legitimam, & quod supereſt, imputãdum est in melioration em quadrantis, & quincuncis: quod nõ obscurè verba ipsius legis 29. ostendunt, istiusmodi enim sunt. *Y para ese dezir la dicha dote inofficiosa, se mire a lo que excede de su legitima, y tercio, y quinto de mejoria.* Ex ordine igitur literæ, quod legitimũ 8 est iuris argumentum, vt in l. quoties. ff. de vsufructu, constat, vtrjusque legis Regiæ cõcordia: hoc enim apertè volunt, vt donationes simplices prius imputentur in meliorationem trientis, & quincuncis, & quod supereſt, in legitimam: donationes verò ob causam prius computentur in legitimam, & quod supereſt, in melioration em trientis & quincuncis. Itaquè si filius qui donationẽ 9 ob causam suscepit, repudiauerit paternã hæreditatem, & contentus fuerit cum donatione ob causam, non tenebitur inuitus cõferre, nisi vt ipsa lex 26. Taur. declarat, donatio fuerit inofficiosa. Atque hoc pacto leges illæ Regiæ alioqui sibi inuicem repugnantes, quam facilimè in concordiam rediguntur. Sed quoniam exemplis res dilucidior fiet, & quia loci oportunitas, & materiæ simul vtilitas me suadent, vt de collationis materia agam, illud hoc capite tractare placuit, breuiter tamẽ (vt solemus) duabus tantum subiectis conclusionibus, atque itẽ exceptionibus, seu limitationibus, vt vulgari verbo vtar.

SVMMARIVM.

§. *Primi.*

Simplex donatio non confertur, nisi in quantum excedit tertium, & quintum, num. 1.

Et nihil interest, fiat simplex donatio emancipato filio, vel constituto in patris potestate, numer. 2.

Neque etiam interest, an inter fratres surgat inæqualitas, num. 3.

Donatio simplex conferenda non est, neque à filio in potestate, neque emancipato, sine sit inæqualis, sint non, num. 4.

Quæ melioration is titulo relinquuntur, collationis oneri non subiiciuntur, nuu. 5.

Simplex donatio non confertur, etiam si bonorũ possessio non fuerit filio tradita, modò donatio reuocata non fuerit, num. 6.

Quando pater animo donandi nomine filij emit bona, conferenda non sunt num. 7.

Idem dicendum est de vsufructu aduentitiorũ, quem

quem pater permiſsit filio, vt percipiperet, hic enim vſusfructus conferendus non eſt,n.8.
Quando pater in teſtamento filijs bona diuiſit, & vni plus quam alij reliquit,hoc conferendum non eſt.9.
Idem ſi in priuata ſchedula talem pater inter filios fecerit diuiſionem,10.
Donatio ob benemerita non confertur.11.

§.1. *De donatione ſimplici concluſio prior cum ampliationibus.*

1 SIT igitur prior cõcluſio: Simplex donatio non confertur,niſi quatenus triẽtis, & quincuncis ſummã exceſſerit, iuxta illã legẽ 26. Tau. quę ex lex 10.tit.6.li.5.Rec.
2 Quã vt ampliemus,dicendũ eſt,parui referre, an facta fuerit donatio filio emancipato,an filio in poteſtate conſtituto,ſecundũ
3 Cifuentem in dicta. l. 26. Sed neque illud quidem intereſt, an exurgat inter fratres inęqualitas,annõ,ſecũdũ Anto.Gom.in d. l.29.Taur.n.29.Quãquã veteri iure diuerſum erat,ſicuti latè patet ex ijs quæ traduntur in auth. ex teſtaměto. C. de collat. vbi ſcriptores adeò muti, perplexiquè ſunt, vt citiùs camelus (vt eſt in prouerbio) Pyrrichiam didicerit, quam illorũ poſsis percipere ſenſum.Sed neque leges ſeptempartiti iuris ſatis quidem in ea re ſecum conueni
4 re videntur,vt eſt videre in l.3.tit.4.p.5.& in l.4.tit.15.p.6. Cæterum hodiè omiſsis ijs vetuſtatis ambagibus, ſimpliciter,ſeu in diſtinctè tenendum eſt,donationem ſimplicem conferendã non eſſe, neq; à filio familias,neq; ab emancipato:& nihil intereſſe, an interfratres exurgat inæqualitas,an non exurgat:extat huius rei ratio:nam cum lex 26. Tau.definiat,donationẽ ſimplicem,intellectum iri,factã fuiſſe meliorationis titulo:percõſequẽs velle videtur,vt nullo caſu conferatur, cùm(vt diximus) apertiſsimi
5 iuris ſit,ea quæ prælegati, ſeu melioratio nis titulo relinquuntur, collationis oneri non eſſe ſubiecta,l.à patre.C.de collat.l.4. ff.de dote præleg.l.1.§.nec caſtrenſe.ff.de collatione bonorũ,l.ſacrõſanctæ.C. de Epiſc.& Cler. l.3.tit.6. lib. 5.Recop. cum cæteris eiuſdem tituli,quæ tã apertè id probãt,vt minimè ferendus ſit Mendez à Caſtro Luſitanus,per doctus alioqui vir,in repetitione leg.cum oportet.C.de bonis quę liber.1.p n.62.cõtrariũ tradẽs,id eſt,donationẽ ſimplicẽ conferẽdã eſſe:ſecutus prę-
ceptorẽ ſuum,itẽq; meũ,Hectorem Rodericũ, Salmantinũ, iuris ciuilis profeſſorem primarium, cuius opinionẽm in cauſa cui Hector ipſe patrocinabatur, memini ego exhibilatã fuiſſe ab Auditoribus in Regio Valliſoletano Prętorio,cum litis relatio fieret. Ex his igitur duas habes ampliationes ad ſuperiorẽ concluſionẽ nẽpè, vt habeat locũ: ſiue donatio ſimplex facta fuerit filio non ſui iuris, ſiue filio emancipato: atque idẽ iuris eſſe,ſiue inæqualitas exurgat inter fratres,ſiue nõ exurgat. Sit igitur tertia am 6
pliatio, vt locũ ſortiatur, etiãſi bonorum, quæ donata ſunt filio,poſſeſsio tradita filio nõ fuerit, modò donatio reuocata nõ fuerit, iuxta legẽ 17. Tauri, quę eſt hodiè lex 7
1.tit.6.lib.5.Rec. Præterea & locum habere dicendũ eſt priorẽ iſtã concluſionẽ,quãdo pater animo donandi nomine filij emit bona, nã conferẽda nõ ſunt, vt eſt comprehenſum in l.filiæ cuius.C.familiæ erciſc.cuius intellectũ præter Claſicos ibidẽ latè ex-
pẽdit Laſ.in l.ſi donatione,n.2.C.de collat. 8
Idẽ quoq;dicemus, & in vſufructu aduentiorũ,quẽpaterper miſit filio,vtperciperet: minimè enim conferendus erit, veluti tradunt Bal.& Angel.in d.Auth.ex teſtamento,& alij quã plures apud Anto.Gom.in d. l.29. Taur.n.29.& apud Mendez de Caſtro in d.l.cum oportet. C.de bonis,quæ liber.1. part. num. 35. Neque de ea re vlla poteſt eſſe dubitatio, cum ſit id expreſsim in dict. l.cum oportet.§.ſi autem,quæ tam apertiſsimis verbis id definit, vt nullo modo ferendus ſit doctiſsimus alioqui Laſon. contrarium trandens in d. Auth. ex teſtaměto,n. 2. Sortietur etiam locum ſuperior concluſio, quando pater in teſtamento diuiſit bona inter filios; nam ſi cuipiam ex eis plus relictum fuerit, non erit conferendũ, quoniam meliorationis titulo datum fuiſſe intelligitur, ſicuti tradit Suarez in l. quoniam in prioribus, q. 5.nu.9.& Caſtellus in l.26.Taur.glo.1.nu.1. & probatur in l. cogitatione. ff.famil.erciſc.& in l.parentibus.C.de inoffic.teſt. Quin idẽ probandũ 10
eſt, ſi in ſchedula priuata talem pater inter filios diuiſionem fecerit, nam illius fidem ſequendã eſſe,placuit Guillelmo Bened.in c.Raynunt.verb.Teſtamentũ 1.n.34.Da- 11
bimus etiam locũ huic concluſioni, quãdo donatio propter officia(quæ benemerita à noſtris appellantur)facta fuiſſet: nã ſi donatio ſimplex nõ cõfertur,multò minùs conferenda eſt ea, quã filij pietas & meritũ exceſsit. Atq;ita iam hodiè non eſt locus diſputationi illi,quam de ea re mouerunt Bartolus & reliqui in lege prima.ff.de collatione bonorum, §. neque Caſtrenſe, & Antonius

ton. Gom. in l. 29. Tauri, n. 23. Atque hæc de prioris conclusionis ampliationibus, nunc de limitationibus.

SVMMARIVM. §. Secundi.

Conclusio præcedentis, §. limitatur, quando pater in bonis tradendis non est vsus donationis nomine. 1.

Filius accipiens pecuniam à patre ad mercaturam exercendam, non debet illam conferre cum lucro percepto. 2.

Donatio simplex confertur, quando id à patre donante expressim dictum est. 3.

Conditio præcedens, vt donatio conferatur, quãdo à patre possit apponi 4.

Donatio quando dicatur reuocabilis, vel irreuocabilis, remissiuè 5.

Alia ponitur singularis limitatio. 6.

§. Secundi limitationes prioris conclusionis, per quas ostenditur, quibus in casibus donatio simplex conferatur.

1 CEssat autem prior hæc conclusio, quãdo donatione simplici proposuimus, quando pater non est vsus donationis, nomine in bonis tradendis, sed simpliciter tradidit: nam tunc tenetur filius cõferre, quia aliud est donare, aliud simpliciter tradere, vt visum est Baldo in dicta Authent. Ex testamento, cap. 4. cui consonat Ripa in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam, atque ex nostratibus Bernardus Diaz in regula, 212 limitatione 2. & Couarruu. in cap. Raynaldus, §. 2. num. 6. Tellus Fernandez in lege 26. Tauri num. 1. Quibus consequens est
2 dicere, si filius pecuniam à patre acceperit ad mercaturam exercendam, conferre eam debere cũ lucro inde profecto, vt est definitum in lege, 3. titulo 11. partita 6. quam tamen intellige secundum distinctionem traditam à Gregorio Lopez ibidem, & à Ripa in dicta leg. in quartam, n. 157. nec non ab Antonio Gomez in leg. 29. Tauri, numer. 24. atque item ab Ayora de partitionibus, 2. parte, quæstione 17. & tertia part quæstione 22. Sed neque erit locus huic conclu
3 sioni, quando pater in donando dixerit expressim, vt donatio conferatur, seu in legitimam imputetur: quòd & per se notum est, & probat lex, si quando §. generaliter, C. de inoffic. testam. & illa Authent. ex testamento. C. de collatio. Sin autem post factam donationem hanc pater collationis conditionem adiecerit, interest, an donatio reuocabilis, an irreuocabilis fuerit: nam si reuocabilis fuerit rectè potest pater eam legem donationi factæ adijcere: sin autem irreuocabilis fuerit, contrà erit, ex leg. per- 4
fecta donatio. C. de conditionibus quæ sub modo. Et ita quoq; sentire videtur Anton. Gomez Magister noster olim non pœnitendus in d. l. 29. Taur. num. 27. Quando verò donatio dicatur reuocabilis, aut irreuocabilis, satis liquet ex l. 17. Taur. Item neque 5
aperietur locus huic priori cõclusioni, quãdo pater in vita integram filio legitimam tradiderit, isquè eam prodegerit, aut obligauerit: nam deinde ad bona paterna nullum habebit regressum: quanto magis admissus accepta debet conferre bona, vt est argumento lex centum, C familiæ erciscundæ, & tradit Bartolus in l. 1. §. sed neque ca 6
strẽse, num. 11. ff. de collatione bonorum, & exactiùs Suar. in l. quoniã in prioribus, §. 1. num. 4. & limitat. 4. num. 3.

SVMMARIVM. §. Tertij.

Donatio ob causam confertur, atq; imputatur in legitimam, & si quid supersit, imputatur in melioratione tertij, & quinti 1.

Superior conclusio procedit, etiamsi causa non sit talis, vt iure cogi possit pater ad donandum: quæcunq; enim causa sufficit. 2.

Nec mater, nec alij descendentes tenentur dotẽ, aut aliam donationem liberis dare. 3.

Ampliatur conclusio in dote data ab auo nepti suo, nam conferenda talis dos est. 4.

Et quid si viuo patre auus dotem nepti dedit. 5.

Patris potestas nihil facit quantum ad hoc, vt dos dicatur aduentitia, vel profectitia. 6.

In dubio an dos censeatur ab auo nepti data contemplatione filij, an contemplatione patris 7.

Quæ dicta sunt de auo, procedunt in proauo, & auunculo dotante filiam fratris, aut sororis, cum scilicet agitur inter fratres cum nepte de conferenda dote. 8.

Filia moram faciens in conferenda dote, illam confert eum fructibus. 9.

Amplia-

Ampliatur conclusio in militia à patre filio empta. 10.

Militia de qua supra, quid apud veteres fuerit. 11.

Militiæ vendibiles, vel transmissibiles conferuntur: secùs si non erant vēdibiles, vel transmissibiles. 12.

Exemplum in hodiernis officijs ponitur. 13.

Si à patre filio emantur munera decurionatus, aut tabellionatus, ea conferri debent. 14.

Filius tenetur conferre, quod pater impendit, vt aliquod artificium disceret, puta, sartoris, architecti, aut aurifici. 15.

Ea quæ pater sponsæ filij donauit, conferenda sunt. 16.

Procedit conclusio principalis in filijs spurijs.

§. *Secunda conclusio, de donatione ob causam cum ampliationibus.*

HActenus de priori conclusione satis dictum est à nobis, nunc de secunda dicamus: ea autem, iuxta a quæ habentur in dicta Authentica ex testamento, & in dicta
1 lege 29. Tauri, huiusmodi est: Donatio ob causam, pone dotis, aut donationis propter nuptias, confertur atque imputatur in legitimam, & si quid supereſt, imputandum est in melioration trientis, & quincuncis, vt expressim definitur in dicta lege 29. Tauri, quæ est hodie lex tertia, titulo 8. lib. 5. Recopillationis. Quæ sanè conclusio intelli-
2 genda est, vt locum habeat, etiam ſ causa non sit talis, vt iure cogi possit pater ad donandum, nam quæcumque causa sufficit, vt principio diximus: neque vlla vsquam lex ex est quæ contrarium probet. Quin ista lex 29. Tauri manifestò nostram indicat
3 sententiam, dum ait: *De su padre, ò madre, ò de sus ascendientes*, cùm manifesti iuris sit, neque matrem, nec alios ascendentes debere necessario dotem vel donationem propter nuptias filijs dare. Deinde ampliã
4 da est hęc secunda conclusio, vt locum quo que habeat in dote data ab auo nepti suæ, nam conferenda ex iuxta leg. illud, & lege vt liberis. C. de collatio. l. nulla. C. de inoffic. testament. docet gloss. in l. illam. C. de collationibus, verbo. Mortua, & illic Paulus & reliqui, quibus adere rectè potes Suarez in l. quoniam in prioribus, limitatione 4. num. 11. & Ripam in l. in quartam. ff. ad l. Facid. num. 159. & Antonius Gabriel in volumine communium opinionum lib. 3. titulo de iuredotium, conclusione 5. Et hoc sane quando mortuo patre nepti data dos est, nulla dubitatio est. Quid verò si viuo patre dedit auus dotem 5
nepti? Et sic res distinctionem recipit: nam aut contemplatione ipsius neptis dedit, singe, quia ab ea obsequijs de meritus fuerat auus, & non est conferenda: aut contemplatione patris dedit, & tanquam profectia conferenda est, hoc est, pater conferet suis fratribus, & eo mortuo filia suis quoque conferet, sicuti tradunt Alexander in dicta leg. in quartam. ff. ad legem Falcidiam, & Antonius Gomez in dicta l. 29. Tauri, numero vltimo. Neque nostrati Regio iure diuersum est, in quo deceptus est Gregor. Lopez contrarium tradens in l. 3. titulo 15 part. 6. verb. *Contar*, quia dicat, cùm hodiè per matrimonium filius sui iuris efficiatur, neptem nullo modo esse in potestate aui, & ideò nõ esse dotem profectitiam. Nam, 6
quātū attinet vt dos dicatur profectitia, aut aduentitia, patria potestas nihil ad rem facit, vt expressim definit Iurisconsultus in leg. profectitia. §. finali. ff. de iuredotium: atque ita post hãc nostram scripturam reperi nobiscum sentire Morquechum in tract. de diuisione bonorum, capit. 13. num. 33. à Gregorij opinione expressim discedentem. Et hanc magis est vt sequamur distinctionem, quam traditam à Bartolo in l. ſ emancipati. C. de collationibus, præsertim secundùm nostrates Regias leges. Quid verò si in ambiguo res est, an intelligimus dotem esse datam contemplatione filij, an verò contemplatione neptis? Et verisimilius 7
est, patris contemplatione datam fuisse, secundùm Baldum in dicta Authent. ex testamento, & Alciat. de præsumption. regula prima, præsumptione 17. & Hregor. in dict. leg. 3. titulo 15. partita 6. idque cõmuni Doctorum calculo probatum esse, apparet ex Baeça de non meliorandis filiabus capit. 7. num. 27. Proinde non est audiendus Antonius Gomez contrarium sentiens in dicta l. 29. Tauri, nisi quando (vt diximus) constat de obsequijs à nepte in auum collatis, vel de singulari in eam affectione. Quod autem de auo diximus, idem 8
per omnia dicendum est de patruo, aut auunculo, dotante filiam fratrix, aut sororis, cùm scilicet agitur inter fratres eam nepte de conferenda dote, secundum Antonium Gabrielem lib. 3. titulo de secundis nuptijs, conclusione 3. Sed & illud hę animaduertendum erit, ſ filia in restituenda dote moram collationi fecerit, fructusque illius restituere debere, quippe cum &

fratres

fratres fructus paternæ hæreditatis conſerant, quos poſt mortem patris perceperunt vt eleganter definit Iuriſconſultus in lege ſi emancipatus. §. fin. ff. de collatione dotis. 10 Sed neque minus locum habebit hæc ſecunda concluſio in militia à patre filio empta, iuxta legem omnimodò, §. imputari. C. de inofficioſo teſtamento, & l. illud. C. de collatio Id verò vt intelligamus, admonendi ſumus, olim apud veteres Imperatores in vſu fuiſſe, quaſdam inermes, ſeu imaginarias militias, quibus prouentus certi Imperatorum munificentia conſtituti erant, vt intelligere licet ex l. finali. C. de 11 pignoribus, atque ex Authent de exhibendis & trãſmittẽdis reis. §. optimum, collat. 3. & tradit Briſonius de verborum ſignification. verb. Militia, & verb. Teſſera, & Charondas veriſimilium lib. 1 capit. 14. atque 12 ex noſtratibus Ioann. Garc. de expenſ. cap. nu. 16. Hæ igitur militiæ ſi erant vendibiles, vel tranſmiſsibiles, conferebantur, alio qui haud conferebantur, ſicuti latiùs declarat Bartolus in dict. l. 1. §. ſed neque caſtrenſia, num. 4. ff. de collatione bonorum, num. 4. & Antonius Gomez. in dict. l 29. Tauri, num. 21. & communiter receptum eſſe perhibet Ripa in in quartam. ff. ad l. Falcidiam, num. 163. Cuius rei fingere nobis licèt exemplum in oficijs illis nuper à Rege noſtro creatis, quæ vulgò Alferazgos 13 appellãtur, atque in illis militijs militarium ordinum, quæ vulgò Encomiendas appellantur: nam illa priora cùm ex Regio beneficio vendi & tranſmitti ſoleant, collationis onus pati debent: ex verò alteræ, quæ Encomiendas vocantur: quoniam neque vendi, neque tranſmitti ſolent, omnino col 14 lationis onere liberæ ſunt. Secundùm hæc igitur dicendum eſt, ſi à patre fuerit filio decurionatus, aut tabellionatus munus emptum, conferri debere, quoniam ea munera transferri, atque ex alijs in alios ex Regio beneficio pretio acepto tranſmitti ſoleant, ſicuti expreſim tradit Anton. Gomez in d. l. 29. Tauri, num. 21. eſt què id noſtratium communi opinione receptum ſecundùm Matienço in l. 3. titul. 8. lib. 5. Recopillat. gloſſa 2. num. 13. Proinde Telli Fernandez opinionem contrarium ſcribentis in d. l. 29. Tauri, tam iuri, quam moribus aduerſam eſſe fidem facit frater Antonius de Corduba in libello, quem inſcripſit, *Caſos de cõ ſcienciæ*, quæſt. 134. Multò magis igitur di- 15 cemus, debere filium conferre id quod pater expendit, vt ille aliquod artificium addiſceret, putà ſartoris, architecti, aut aurifa- cis. Amplianda eſt præterea hæc ſecunda 16 concluſio in ijs quæ pater ſponſæ filij ſui donauerit; nam cùm filij contemplatione data intelligantur, filij ſunt, filiuſque ea cõferre tenetur, ſecundùm Bartolum in dicta l. 1. §. ſed neque caſtrenſe. ff. de collatione bonorum, & in l. ſed ſi plures, §. in arrogato. ff. de vulgari & pupillari, & Antonius Gomez in d. l. 29. Tauri, num. 15. quibus tamen addito Palacium Rubeum accuratè rem tractantem in repetione Rubricæ de donation. inter vir. § 44. & §. 45. Dicen- 17 dum eſt etiam, hanc concluſionem locum ſortiri in filijs ſpurijs: nam ſi quid à patre acceperunt, imputare debent in ſumma quincuncis, quam iure habere debent, ſecundum Bald. in l. humanitatis. C. de naturalibus liberis, & conſequenter idem dicendum eſt de Regia gratia, quam Rex ſolet condere Clericis ad donandos filios ſpurios intra certam ſummam, nam quidquid à patre acceperunt debet in quincuncem, atque in gratiam iſtam conferri ſecundum Baldi opinionem modò relatam.

SVMMARIVM.

§. quarti.

Dicta concluſio limitatur in bonis Caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus, n. 1.

Caſtrenſia, & quaſi caſtrenſia bona quæ dicantur n. 2.

Non conferuntur, quæ pater expendit in filium literis vacantem, veluti in laurea Doctoratus, n. 3.

Idem de libris quæ pater filio dedit, n. 4.

Non conferuntur quæ pater impendit, vt filius prebendam aut dignitatem Eccleſiaſticam conſequeretur, n. 5.

Quæ pater filio donat in titulum patrimonij, vt ſacros Ordines conſequatur, non conferuntur, niſi aliter in donatione ſit expreſſum, numero 6.

Limitatur etiam concluſio, quando aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus, & cognati cognatis, n. 7.

Limitatur etiam, quando bona non proueniunt ab illo de cuius ſucceſsione agitur, n. 8.

Quod virgini ob illatam vim, & filio ob iniuriam datur, non confertur, n. 9.

Ceſſat collatio, vbi pater in donatione ita expreſſit. n. 10.

Quod filius acquiſiuit, ob id quod pater acquirere noluit, conferendum non eſt, n. 11.

Pater

Pater potest filijs in non adquirendo facere præiudicium, n. 12.

23 *Quæ supra dicta sunt non conferri, imputantur in melioratione tertij & quinti, n. 13.*

§. 4. *Limitationes secundæ conclusionis, in quibus ostenditur quando donatio ob causam non sit conferenda.*

SED nunc de huius secundæ conclusionis exceptionibus, seu limitationibus
1 agamus: & primùm ea sic accipienda est, vt tamen locũ non habere dicamus in bonis castrensibus, vel quasi castrensibus: nam quæ hæc collationis onus non patiuntur, vt est definitum in l. 1. §. sed neque castrense. ff. de collatione bonorum, & lex 5. tit.
2 15. partita 6. Quæ autem castrensia bona, vel quasi castrensia dicantur, definit lex castrense. ff. de castrensi peculio, & lex fin. C. de inofficioso testamento, & l. 2. titul. 2.
3 part. 3. & lex 5. titulo 9. lib. 5. Recopilationis, & illic Matiençio gloss. 4. Manifesti etiam iuris est, ea, quæ pater expendit in filium literis vacantem, vel in adipiscẽda laurea Doctoris, vel Licenciati (vt vocant) collationi non subiacere, vt definit illa lex 1. §. sed neque castrense, & dicta lex 5. titul.
4 15. partita 6. Idemque iuris erit de libris, quos pater ad filij studium contulit, quasi castrensia enim sunt, vt definit illa lex quinta modò allegata, & tradit latius Barrolus in dicto, §. sed neque castrense, Antonius Gomez in dicta leg. 29. Tauri, num. 21. & Vitalis Neumasensis in tractatu de collationibus, quæst. 19. & Ripa in dicta l. quartam. & Olanus in concordia iuris, verbo Filius,
5 num. 69. & alij aliàs passim. Quibus consequens est dicere, id quod pater impendit, vt filius præbendam Ecclesiasticam, aut Episcopatum consequeretur, putà in lite, aut in expeditione Bullarum, collationis munere esse immune, sicuti expressim tradit Bartolus, nemine reclamante in d. §. sed neque castrense, num. 4. & explicat optimè Ayora de partitionibus 2. par. cap. 18. Neque enim cœlestis militia minoris debet esse prærrogatiuæ, quàm temporalis, l. sacrosanctæ, & authent. Presbyteros. C. de
6 Episcopis & Clericis. Quæ cùm ita sint, probanda mihi magis videtur opinio illorum, quibus placuit, bona quæ pater donauit filio sac.os Ordines initiaturo, seu, vt vulgò loquuntur, contulit filio in titulum patrimonij, conferenda non esse, nisi aliud pater in donando cauerit: cuius opinionis fuit author Faber. in l. si emancipati. C. de collat. Fabro autem auxiliatur Aymon Sybilianus, seu Craueta consilio 136. & Cassaneus in consuetud. Burgund. rubr. 7 §. 7. & Ioan. Igneus in l. 3. §. subuenitur, numero 113. ff. ad Senatusconsultum Syllanianum. Atque ex nostratibus hanc quoque complectitur opinionẽ Ant. Gom. d. l. 29. Taur. n. 21. Tell. Fern. ibid. n. 16. & Mench. de successionum creatione, §. 30. num. 116. & Matienç. in l. 3. titulo 8. lib. 6 Recopillat. gloss. 2. nu. 14. qui ambo hanc communem esse testantur opinionem: amplectitur etiam eam quam eruditus Doctor Spino in thesauro, seu speculo testamentorum, gloss. 18. num. 66. & post hæc scripta hanc etiam amplectitur Licenciatus Zeballus in speculo practicarum, quæst. 682. quanquam contrarias partes non leuis auctoritatis scriptores defendant, & in primis Couarr. in cap. Rayna'dus. §. 2. num. 21. de testament. & Didac. Perez in l. 4. titulo 12. lib. 3. ordinamenti, & Auendanus responso 17 & Ayora de partit. 2. part. cap. 17. Molina de primogen. lib. 1. cap. 24. nu. 30. & Baeça de non meliorandis filiabus, cap. 26. ideò referendus, quia optimè distinguit eiusque distinctio mihi optima videtur. Præterea cessabit superior conclu-
7 sio, quando ascendentes succedunt descendentibus, vel cognati cognatis; siquidem collatio solum modò sortitur locum, cum liberi succedunt parentibus, vt est scriptorum omnium communis sententia in leg. si emancipati. C. de collationibus, pro qua totum mundum calculum tulisse, est author Iason eodem loci num. 26. & Laurentius Chircouius in volumine communiũ opinionum, vol. 3. centuria 1. conclusione 42. eamque ex nostratibus amplectuntur Antonius Gomez & Tellius Fernand. in dicta l. 29. Taur. num. 9. & ibidem Matiençio glossa 1. Pari quoque modo locus
8 non erit superiori conclusioni; quando bona non proueniunt ab illo, de cuius successione agitur, sed à quopiam alio, non contemplatione defuncti data, vt citra negotium colligitur ex leg. quoniam nouella, C. de inofficioso testamento, atque ex leg. vt liberis, C. de collatio, & si in re aperta testibus opus est, scribit Anton. Gomez in d. l. 29. Taur. n. 10. & Ripa in l. in quartam ff. ad legem Falcidiam, nu. 134. Secundum quod

quod euenit, vt ſi virgini propter vim ſibi
9 illatam, vel filio ob acceptam iniuriam, data pecunia fuerit, conferri non debeat, lex finalis, C. de collationibus, lex 2. §. emancipatus, ff. eodem titulo, tradit Vitalis Nemaſuenſis de collationibus, quæſtione finali: & eſt veriſimum, quia id non vt filius, ſed ex propria verecundia accepit; eſtque ea communis omnium opinio, proinde nõ eſt audiendus Mendez à Caſtro Luſitanus contrarium tradens in l. cùm oporte, C. de
10 bonis quæ liberis, prima par. n. 53. Iam illud manifeſti iuris eſt clare collationem, quando pater in donando, aut poſteà, dixerit, vt filius conferre non teneatur, modò eius voluntas iuri aduerſa non ſit, vt datur intelligi ex d. Authent. ex teſtamento, atq; ex l. 3. tit. 15. part. 6. Sed & illud tanquam
11 ſingulare obliuiſcendum non eſt, illa quæ filius acquiſiuit, ob id quod pater acquirere noluit, collationi ſubiecta non eſſe, vt putà exempli cauſa, cum frater fratrem hæredem reliquit, paterque cùm poſſet filij defuncti hæreditatem nanciſci, noluit aduerſus filij agere teſtamentum, poteſt enim pa-
12 ter in non acquirendo filijs præiudicium facere, lex 4. ff. de iuredotium, lex qui autem, ff. quæ in fraudem creditorum, l. nemo, §. 1. ff. proſocio, & eodem pettinet lex filio præterito. ff. de iniuſto rupto: irritoque facto teſtamento, & tradunt in hac ſpecie, Tiraquel. in l. ſi vnquam, C. de reuocandis donationibus, verb. Donatione largitus, & Boerius deciſione 96. Hippolitus ſingulari 194. tradunt etiam ex noſtratibus Tellus Fernand. in l. 4. Tur. n. 52. & Baeça de non meliorandis filiab. cap. 24. & Cernantes in l. 6. Tauri, nu. 74. nec non Gutierrez in cap. quamuis pactum, nu. 15. de pactis, in 6. Poſtremò illud meminiſſe debemus, etſi ſuperioribus in caſibus, quos retulimus, donationes à parentibus factæ non conferantur; attamen accepto ferendas eſſe, ſeu computandas fore in melioration em trientis, & quincuncis, imputato in ea id quod pater donauit, vel ſimpliciter, vel ob cauſam, ita vt non poſsit pater illi filio qui donationem accepit, nec alteri plus prælegare, quàm conſtiterit ſumma trientis, & quicuncis imputatis in illa, vt diximus, donationibus factis, ſicuti belliſſimè ſcripſit Gomez Arias in l. 26. Tauri, numero 14. cui etiam ſtipulatur Auendañus in Dictionario, verbo. Caſtrenſe, & Didacus Perez in l. 8. titulo 1. libro 1. ordinamenti, gloſſa 2. & Mendez Luſitanus in d. l. cum oportet, C. de bonis quę liberis, 4. part. num. 170.

13

SESQVICENTVRIAE

FINIS

INDEX ALPHABETICVS RERVM, AC SENTENTIARVM MAXIME notabilium, quæ hoc Tertio volumine, tam Quæstionum, quam Quotidianarum differentiarum continentur.

A.

ABSENTIS Mors, vt eius bona proximiori decernantur, qualiter probanda est, q.2.nu.2.& 3.

Absentis morte non legitimo modo probata, qualiter proximiori bonorum cura decernatur, quæst.2.nu.5.

Absentis bona multum interest, an habeant cognati tanquam hæredes, vel tanquam curatores, ibid.nu.6.

Absentis bona decernuntur proximiori cognato, & eo defuncto, qui proximum habet locum, ibid.nu.7.

Absentis mors, si dubitatur, præsumitur illum superuiuere cognato, qui maior eo sit, ibid.num.8.

Absentis bonorum cura omnibus in equali gradu existentibus decernienda est, q.2.§.1.num.1.& 2.

Absentis cura fœminis deneganda est, ibid.num.3.

Absentis cura minoribus non est decernenda, ibid.nu.6.

Absentis cura cessat, quando absens speratur breui reuersurus, ibid.nu.7.

Absentis cura cessat, quando absens suis rebus administrationem reliquit, ibidem, num.8.

Absentis cura decernenda est consanguineis, etiam si quando profectus est, habuerit curatorem: si tamen tãtum effluxit tempus, vt maior effectus sit, ibid.nu.9.

Absentis curator tenetur facere inuentarium ibid, num.10.

Absentis cura quibus citatis facienda sit, ibid.num.11.

Absentis patris filiús spurius, an possit curam petere, ibid.nu.12.& 13.

Absentis curator, an habeat decimam fructuum, ibid.nu.14.

Absentis curatori, an detur in integrum restitutio, ibid.nu.15.

Accessiones, quid à vera rei æstimatione differant, diff.118.nu.5.

Actio personalis, & realis, quantum ad cessionem nihil differunt, different.17.§.1.num.3.

Actio, quid sit, & quid intentio, & an in facto consistat, diff.31.nu.1.& 2.

Actio directa, & vtilis, quæ dicatur, diff.37.num.1.

Actio in factum, seù præscriptis verbis, quãdo detur, & quod sit vna, & eadem actio, diff.37.nu.2.& 3.

Actio directa ab vtili in quo differat, ibi.nu.4.& quibus competant, nu.5.

Actio directa, an trãseat in cessionarium, ibid.nu.6.& assignatur ratio, nu.7.

Actione cessa, procurator constituitur in rem suam, & ad ipsum vtilis trãsfertur, quia directa remanet apud dominum, & cessionarius vtili suo nomine, directa nomine domini experitur, ibid.nu.8.

Actione vtili, an directa experiatur cessionarius, quid interfit, ibid.nu.9.

Actio directa, & contraria, in pluribus cõtractibus reperitur, & contraria in expressis à lege tantum, diff.35.nu.1.

Actio directa, & contraria cui detur, ibid.num.2.

Actione directa, qui experitur, iurat in litem, secus in contraria, ibid.nu.3.

Actio in rem, & in personam, quæ dicatur, diff.36.num.1.

Actio personalis in quem detur, ibidem, num.3.

Actio realis sequitur rem, ibidem, numero.4.

Actio realis acquiritur per procuratorem, sine cessione: secus personalis, ibidem, numero.5.

Actio hypothecaria personali, accedens, non acquiritur domino per procuratorem, sine cessione, ibid.num.6. Et quid hodie seruetur in acquisitione actionis per procuratorem, num.7.

Actio personalis, etiam quæ cõpetit ratione rei, non transit sine cessione in singularẽ

ſucceſſorem, ibidem, num. 8.

Actione reali ſi experimur, veniunt quandoque fructus ante litem conteſtatam, ſecus in perſonali, ibid. nu. 9.

Actione perſonali debet, quis in ſuo foro conueniri, ſi actione reali, vbi res ſita eſt, ibidem nu. 10.

Actio in rem ſcripta, quæ dicatur, ibidem num. 14.

Actio retractus, an ſit, an rem ſcripta, ibidem, num. 15.

Actione vendita, an vtilis, ſine ceſsione transferatur, diff. 37. §. 1. n. 1. & 3.

Actione cedere, & mandare, an interſit, diff. 37. §. 2. nu. 1.

Actiones cedere qualiter accipiatur, ibidem, num. 2.

Actionibus mandatis, quid conceſſum ſit? ibid. num. 4.

Actiones cedere, vel concedere, an differant, diff. 37. §. 3. nu. 5.

Actiones bonæ fidei, quæ ſint, & quare ſic dicantur, different. 41. num. 1. & 2. & ratio differentiæ inter actiones bonæ fidei, & ſtricti iuris, num. 3. Et eadem differentia de iure canonico probatur, ibid. nu. 7.

Actiones arbitrariæ ab actionibus bonæ fidei, an differant, ibid. n. 8.

Actionibus arbitratijs ſi agatur, qualiter iudicandum ſit, ibid. nu. 9.

Actio redhibitoria, & quanto minoris datur propter vitium rei, diff. 56. nu. 1.

Actio redhibitoriæ, & quanto minoris in quibus differat à remedio, l. 2. C. de reſcind. vendit. nu. 2. 3. & 4.

Actione iniuriarum, an teneatur, qui alicui dixit mentitum eſſe, vel falſum dixiſſe, diff. 87. num. 3.

Actio familiæ herciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum, inter quos detur, diff. 112. nu. 1.

Actio familiæ herciſcundæ, & hæreditatis petitio, in quo differt, ibid. n. 3.

Actione familiæ herciſcundæ, & hæreditatis petitione, hodie qualiter experiamur, ibid. num. 4.

Actio ciuilis, quæ de dolo eſt, in criminali dicitur ſtellionatus, diff. 132. n. 4.

Actio de dolo, & actio quod metus cauſa in integrum reſtitutionem in ſe continent, q. 13. num. 13.

Agricolarum pragmatica, non extenditur ad vinatores, diff. 79. §. 1. cap. 1, nu. 1. Et qui dicatur agricola, nu. 3. Et quis agricolarum beneficio fruatur, nu. 4. Et an fruatur particarius colonus, nu. 5.

Agricola non dicitur, qui conductis bobus agros colit, ibid. nu. 6.

Agricolarum boues, & rei ruſticæ inſtrumenta accipi non poſſunt in cauſam executionis, ibidem, num. 7. Nec ſegetes, nec arua, numer. 8. Et an poſsit fieri executio in frumento iam demeſſo, num. 9. Et pragmatica agricolarum extenditur ad debitum ex delicto deſcendens, n. 10. Et in prædictis rebus non fit executio, etiam conſentiente agricola, nu. 11.

Agricolarum lex pertinet ad cauſam ſyndicatus, dict. §. 1. cap. 2. n. 2. Et non committitur pœna, niſi conſtet, quem eſſe agricolã, nu. 3. Et an extendatur ad fideiuſſorem agricolæ, num. 4.

Agricola propter priuilegium pragmaticæ, ſi relaxatur à carcere, an caueat de iudicio ſiſtendo, ibid. nu. 3. & 6.

Agricola, an poſsit impune reſiſtere apparitori ipſum capere volẽti contra legem, ibid. num. 8.

Agricola iniuſtè captus à debito liberatur, & an procedat in foro conſcientiæ, ibid. num. 9.

Agricolarum pragmatica procedit etiam in fructibus à ſolo ſeparatis, dict. §. 1. 2. 3. nu. 15. Et coram quo iudice poſsit agricola conueniri, cap. 4. nu. 1.

Agricolæ, quas pœnas incurrant, ſi contra formam legis exercuerint officium piſtorum, dict. §. 1. cap. 6. nu. 1.

Agricola, an iuuetur legis beneficio in debito ante ipſam contracto, dict. §. 1. In data legis, num. 2. Et quæ ſin futura negotia, nu. 3. & 4.

Alienatio neceſſaria excuſat, vbi voluntaria non excuſat, diff. 128. n. 1.

Alienatio rei Eccleſiæ, ſine debita ſolemnitate non tenet, diff. 12. nu. 17.

Alimenta ſcholaribus debita præſtanda ſunt in Academia impenſis illius, qui illa debet præſtare, q. 14. nu. 6.

Analogia, quid ſit? diff. 30. nu. 4.

Anathema eſt nomen Græcum, & quid ſit, & quid eſſet apud antiquos, diff. 119. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

Animalia alia vegetatiua, alia ſenſitiua, alia rationalis, diff. 25. nu. 1. Et omnis eſt in homine, nu. 2.

Anima rationalis, ſicut habet diuerſas operationes, habet diuerſa nomina, ibidem, nu. 5. Et Deus quotidie nouas creat animas, num. 4.

Animæ purgatorij à Deo exaudiuntur, ibid. num. 5.

ALPHABETICVS.

Appellationis terminus à iure regio assignatus non spectat ad forum Ecclesiasticum, diff. 5. §. 1. nu. 4. Et quod à iure Pontificio de petendis Apostolis appellationis traditur, non spectat ad ius regium, ibid. n. 5.

Appellatio à iudice ordinario, vel delegato, coram quo sit tractanda, differen. 129. num. 14.

Appellationi, an partes possint renuntiare, diff. 138. nu. 5.

Apparitores, quid habeant pro singulis leucis, diff. 130. §. 3. nu. 1. & qualiter leuca sit intelligenda, nu. 2.

Aquam, postquam ingressu est fundum meum, possum quo velim ducere, inuito, qui iter debet ad aquam ducendam, diff. 54. §. 1. num. 8.

Aquæ vsus immutari non potest, cum incommodo vicini, qui eadem vtitur aqua, ibid, nu. 9. 10. & 11.

Aqua fluminis dupliciter consideratur, diff. 54. §. 2. nu. 3.

Aquarum quælibet congregatio mare dicitur, diff. 55, nu. 2. Et quid sit in mari statio, & sinus, nu. 3. & 4.

Argumentum à paritate rationis in quibus locum habeat, & à maioritate, differ. 30. num. 5. & 6.

Arrhę olim solebant dari in cõtractu matrimonij, diff. 125. nu. 7.

Arrhæ ob quam causam hodie dentur in matrimonijs, ibid. num. 8. Et quid sit sponsalitia largitas, nu. 9.

Arrhæ non dantur, sed promittuntur, ibi. num. 10.

Ars, quid sit? diff. 1. num. 4.

Arbiter iuris, qui dicatur, differentia. 43. num. 1.

Arbitri sententia subiacet appellationi, ibid. num. 2. Et arbiter recusari potest, eodem, num. 2.

Arbiter iuris, vir bonus appellatur, ibid. num. 3.

Arbitri iudicium dicitur arbitrium, ibid. num. 5.

Arbiter compromissarius, quid sit, ibid. num. 7.

Arbiter ab arbitratore in quo differat, ibidem, num. 8.

Arbiter compromissarius quare receptus nuncupetur, ibid. nu. 10.

Arbiter, & arbitrator promiscuè assumitur super lite, & contractu, ibid. n. 11.

Arbitri, & arbitratoris centum differentiæ, ibid. nu. 13.

Arbiter tenetur iuris ordinem seruare, se-

tom. 3.

cus arbitrator, ibid. num. 15.

Arbitri in iudicio familiæ erciscundæ, dicuntur arbitri iuris, ibid. nu. 12.

Arbitri, & arbitratoris sententia, an reducatur ad boni viri arbitrium, differ. 43. §. 1. num. 1. Et quid hodie, num. 2. Et quo tempore sit petenda reductio, num. 3. Et si non petatur, aut appelletur, homologatur sententia, num. 4.

Arbiter non potest esse fœmina, sed arbitrator sic, ibid. nu. 5. Idem de monacho, nu. 6. idem de minore, nu. 7.

Arbiter constitui potest maior, 14. & minor 25. annis, ibid. nu. 8.

Arbiter, vel arbitrator nemo, vt sit: compellitur: si sponte suscipiat, cogitur dicere sententiam, ibid. nu. 9.

Arbiter, qui propter aliorum discordiam eligitur, compellitur, vt suscipiat officium, & sententiam dicat, ibid. n. 10.

Arbitris dissentientibus, tertius electus, an teneatur alterius sententiæ adhærere, an vero possit aliter suam sentẽtiam proferre, diff. 43. §. 2. nu. 1.

Arbitris discordantibus, an ab ipsis, vel à iudice sit tertius eligendus, ibid. n. 2.

Arbitri tertij sententia, an habeat executionem paratam, si fuerit petita reductio, vel appellatum sit, ibid. nu 3.

Arbiter tertius potest vnius arbitri sequi iudicium in vno capite, & alterius in alio, ibid. num. 4.

Arbitramentum est species, transactio est genus, diff. 44. nu. 4.

Arbitratorẽ æstumere potest procurator, qui potest transigere, ibid. nu. 5.

Arrogatio ad adoptionem in quo differat, differ. 95. num. 1. Et in quo differant, & quare sit dicta arrogatio, & quæ pars à patre adoptiuo filio adoptiuo hodie relinqui possit, legitimis extantibus, numero. 2. 3. 4. & 5.

As nunquam, nisi ære, vulgo cobre, percussum fuit, diff. 140. n. 1. Et fuit paruæ æstimationis, num. 2.

As, quid sit, ibid. nu. 3. Et hodie est, quod vulgo dicitur quarto, nu. 5. & 6.

As apud Gallos, & Italos, quid valeat, ibi. nu. 9. Et de alijs monetarum, & ponderis nominibus, per totam.

As à libra, quid differat? differentia 142. num. 2.

Assassinus clericus, sine reali degradatione priuatur ordine, & beneficio, diff. 4. §. 4. num. 6.

Assassinus, quis dicatur, diff. 117. nu. 7.

INDEX.

Auditores Cancellariarum, de Consilio Regis vocantur, diff. 10. nu. 1.

Auditores debent secundum leges iudicare, ibid. num. 26.

Auditores regalium Cancellariarum, an sint iudices ordinarij, diff. 129. nu. 2.

Auia binuba succedens nepoti, an debeat bona reseruare fratribus nepotis defuncti, differ. 122. §. 2. num. 6.

B.

BEllum, prælium, acies, duellum, quæ dicantur, diff. 100. n. 1. 5. 6. 7. 8. 9. & tumultus, num. 12.

Beatæ, an sint personæ Ecclesiasticæ, & an debeant fungi foro Ecclesiastico, diff. 9. §. 1. num. 5.

Beneficium Ecclesiasticum quemadmodum accipi debeat, diff. 9. §. 1. nu. 12.

Beneficium qualiter differatà priuilegio, diff. 13. num. 1.

Beneficium Principis latissime interpretatur, diff. 13. §. 1. nu. 1.

Beneficia vacantia, intra quæ tempora cõferri debeant, diff. 120. nu. 10.

Beneficium curatum, quando potest conferri constituto in minoribus ordinibus, ibidem, num. 13.

Blasphemiæ crimen mixti fori est, diff. 9. §. 2. num. 10.

Blasphemia, & maledictum, quid sit? diff. 107. nu. 6. & 7.

Blasphemiæ crimen grauissimum est, q. 18. num. 1.

Blasphemare in Deum dæmones non audent, ibid. num. 3.

Blasphemia, quid sit? ibid. nu. 5.

Blasphemia ab hæresi, quid differat, ibid. num. 6.

Blasphemia multis modis committitur, ibid. num. 7.

Blasphemia, an sit dicere, hoc est verum, sicut Euangelium, q. 18. §. 1. nu. 1.

Blasphemia, an sit maior, vel minor, ex eõ quod blasphemans dixerit verũ, vel falsum, ibid. num. 4. Et in dubio præsumitur dixisse verum, ibid. nu. 5.

Blasphemia, an sit dicere, Deum facere non posse, vt quod factum est, non sit factũ, ibid. nu. 6. 7. & 8.

Blasphemus, an sit, qui natalibus suis maledicit, & qualiter puniatur, quæst. 18. §. 2. num. 1.

Blasphemi in causa, an admittantur testium repulsæ, ibid. num. 5.

Blasphemorum pœna, mensis carceris, ita telligitur de mense continuo, ibidem, numero. 7.

Blasphemis potest pro custodia assignari priuata domus, ibid. n. 8. 9. 10. & 11.

Blasphemus, quo casu possit relaxari, datis fideiussoribus, ibid. num. 12.

Blasphemorum pœna pro 2. & 3. vice, an procedat, quando nunquam fuit reus damnatus, ibid. nu. 13.

Blasphemiæ pœna, quæ sit? quæst. 18. §. 3. num. 1.

Blasphemus in Deum, & in Beatam Virginem, maiori pœna punitur, quam qui in Santos blasphemat, ibid. nu. 3.

Bona fides, sine titulo, an possit aliquando consistere, diff. 41. nu. 12. Et præsumitur, licet de titulo non constet, nu. 13.

Bonam fidem allegari necesse est, & quo tempore, ibid. nu. 14.

Bonam fidem allegare intelligitur, qui præscriptionem allegat, ibid. n. 15.

Bonam fidem intelligitur allegare dicens rem pro sua, & tanquam suam possidere, ibidem, num. 16.

Bona fides semper præsumitur in præscriptione immemoriali, ibid. n. 17.

Bona, quæ iussit testator, vt possideantur, ab vna tantum persona, ad primogenitum spectant, nisi aliud dictum sit, differ. 24. §. 4. num. 9.

Bonorum possessio iuris, quid sit? diff. 21. num. 1. 2. & 3.

Bonorum possessio, & hæreditas idẽ sunt quo ad rei substantiam, differ. 22. nu. 3. Et de quo iure sint, nu. 2.

Bonorum possessio impropria hæreditas appellata, ibid. n. 3. Et per bonorum possessionem, quæ iura veniant, & quæ per aditionem hæreditatis, nu. 4.

Bonorum possessionem concedere, & in possessionem bonorum mittere, differunt, ibid. nu. 5.

Bonorum possessio omni iure decernitur causa cognita, ibid. nu. 7.

Bonorũ possessio agnosci potest per procuratorem, hæreditas per procuratorem adiri non potest, ibid. nu. 9.

Bonorum possessionem potest, sine iussu patris capere filius familiàs, non adire hæreditatem, ibid. nu. 10.

Bonorum possessor comprehenditur hæredis appellatione, ibid. nu. 11.

Bonorum possessio edictalis, quę dicatur, differ. 23. n. 1. Et quæ decretalis, num. 2. Et in quo differant, nu. 2.

Bonorum possessio decretalis, hodie locum habet, ibid. nu. 4.

Bonorum possessio litis agnoscendæ gratia, quæ dicatur, ibid. nu. 5.

Bonorum possessionum litis agnoscendę gratia dare, necesse fuit filijs emancipatis ad querelam inofficiosi, ibid. nu. 7. Et hæc bonorum possessio ius non tribuit, sed viam aperit querelæ, num. 8. Et intra quod tempus peti debeat.

Bonorum possessionum remedia, an hodie sint sublata, ibid. nu. 13. Et quod esset bonum ad ius commune reddire, nu. 14.

Bona dotalia æstimata reducuntur ad veram æstimationem, etiam si non sit læsio vltra dimidiam, diff. 56. nu. 6.

Bona sui hæredis potest defunctus obligare, diff. 5. num. 8.

Bona profectitia, quæ dicantur, diff. 123. num. 1. Et an interfit, filius siue mancipatus, vel in potestate, vt bona dicantur profectitia, num. 3. Et an differat in acquisitionis effectu, num. 4.

Bona, quæ filio familias contemplatione patris dantur, an sint profectitia, diff. 123. §. 1. nu. 1. Et quid in dubio, n. 2.

Bona data filij contemplatione, sed occasione patris, an sint aduentitia, ibid. num. 3. 4. 5. & 6.

Bona profectitia pleno iure patri acquirũtur, diff. 123. §. 2. nu. 1. Aduentitia vero tantum in vsufructu.

Bona acquisita à filio clerico etiam in minoribus ordinibus, tanquam castrensia, patri non acquiruntur, & an sit necesse, quod filius habeat beneficium, vel in Ecclesia deseruiat, ibid. n. 6. & 7.

Bona profectitia potest pater alienare, aduentitia vero non, ibid. n. 8. & 9.

Bona profectitia conferuntur, aduentitia non, ibid. nu. 10.

Bona paraphernalia, quæ dicantur, differ. 124. nu. 2.

Bona paraphernalia habent priuilegium hypothecæ tacitæ, non prælationis, ibidem, num. 3. 4.

Bonorum dotalium hypotheca, & bonorum paraphernalium, quod tempus inspiciatur, ibid. nu. 5. & 6.

Bona omnia vxoris qualiter dotalium priuilegio fruantur, ibid. nu. 7.

Bona dotalia alienari non possunt, etiam ex mulieris consensu, nisi iuramentum interueniat, ibid. nu. 8.

Bona paraphernalia alienari possunt solo consensu mulieris, ibid. nu. 9.

Bonorum appellatione hæreditas continetur, diff. 146. num. 13.

Bona ad quem pertineãt, si rogatus restituere ingreditur Monasterium incapax bonorum, diff. 147. §. 1. nu. 15.

Bonorum possessio remedium est à iure prætorio inuentum, diff. 148. n. 9.

Bona castrensia, & quasi castrensia, quę dicantur, diff. 150. §. 4. num. 2.

C.

CAncellariæ Hispaniæ, & senatus supremus de cura vocantur, differentia. 10. numero 4. Et vnde curia dicatur, ibid. numero. 6. Et quod principium fuerit senatus supremi, & Cancellarium, numero. 7. Et Cancellarij nomen vndê dictum, num. 8. Et quod antiquiores Principes Cãcellarijs vterentur, nu. 9. Et quæ potestas Cancellarijs data sit, num. 11.

Cancellariarum Magistratus, non possunt relegare à toto Regno, sed Magistratus supremi Senatus, ibid. nu. 19.

Canonicus, an sentiat detrimentum impensarum pro sua parte, de impensis factis à capitulo de mensa capitulari, differentia. 8. num. 11.

Carcere effracto, qui fugiunt, qualiter puniantur, differentia 51. §. 1. numero. 1. & 2. Et an custos carceris, qui est in culpa, teneatur, num. 5.

Castrati, thlibiæ, thlasiæ, spadones, eunuchi, & differẽtiæ ponuntur inter spadonem castratum, differentia 85. n. 1. & 2. & §. 1. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Caupona, quid sit, differ. 133. num. 5. Et cauponæ appellatione, quid comprehendatur, num. 59.

Causæ beneficiales Ecclesiasticę sunt, dif. 9. §. 1. nu. 24.

Causæ violentiæ factæ Ecclesiæ, est mixti fori, differ. 9. §. 2. num. 1. Et idem ibi de causa vsurarum.

Causæ feudales ad dominũ feudi attinẽt, etiam contra clericum vassallum, diff. 9. §. 4 num. 25.

Causæ, quæ dicuntur casos de Corte, Cãcellarijs etiam competunt, diff. 10. n. 14.

Causa, quid sit, dif. 33. n. 1. Et qualiter causa à titulo discernatur, nu. 3.

Causam agere, quid sit, & causam dicere, diff. 4. nu. 2. & 3.

Causa, & iudicium, quid sit, diff. 136. n. 1. & 2. & quid sit lis, nu. 2.

Causa possessionis quare momẽtanea dicatur,

catur, differentia. 136. num. 11.

Causa ordinaria, quæ sit? differentia 137. num. 1.

Causa summaria, quæ sit? ibid. nu. 6.

Causa executiua, quæ sit? ibid. nu. 13.

Causa, quibus casibus summarie tractari debeat, ibid. nu. 14. 15. & 16.

Causa summaria dicitur ratione paruæ quantitatis, & quæ dicitur parua, ibid. num. 17. & 18.

Causa possessorij, non est parui præiudicij, ibidem, num. 6. & an sit summaria, numero. 21.

Causa interdicti de interim, an sit summaria, ibid. num. 12.

Causa interdicti interim differt ab interdicto vti possidetis, ibid. nu. 23.

Causa summaria dicitur ratione præsentis necessitatis, ibid. nu. 25. & 26.

Causæ Ecclesiasticæ super beneficijs, aut matrimonijs, periculi euitandi causa summariæ sunt, ibid. nu. 27.

Causa summarie debet tractari, propter miserabiles personas, ibid. nu. 28.

Causæ rusticorum, quæ à pedaneis iudicibus in vicis aguntur, summariæ sunt, ibid. num. 29.

Causa leuis criminis summarie expediri debet, ibid. num. 30.

Causa criminalis, quæ dicatur secundum ius commune, & apud nos, quæ sit? diff. 138. num. 1. & 2.

Causa ciuilis ex duabus probationibus semiplenis instrui potest, & quid de criminali, ibid. nu. 3.

Causam ciuilem criminaliter intendens qualiter puniatur, diff. 128. nu. 9.

Causa criminalis principaliter ciuilis, cũ ea incidenter potest intentari, ibid. numero. 10. Verbum incidenter, quid significet, num. 11.

Cautio, quid comprehendat, diff. 61. n. 1. Et quid si adiectum sit, vt plene, vel sufficienter cauetur, nu. 2.

Cautione iuratoria liberatur, qui satisdare debet, & non habet pignora, aut fideiussores, ibid. nu. 4.

Census anni pretium iustum, quod sit, diff. 73. §. 1. nu. 1. & 2.

Census, quo pretio emi possit, si bona super quo positus est, sint diminuta, ibidem, num. 3.

Census emptori gratia fieri potest reddituum decursorum, ibid. nu. 4.

Census perpetui pretium, quod iustum dicetur, ibid. num. 5. & 6.

Census ad vitam, quod sit iustum pretiũ, ibid. nu. 7. Et an extinguatur per ingressum religionis, ibid. num. 8.

Censum redimens, quid obseruare debeat, diff. 73. §. 2. nu. 8.

Census, quid sit, & in quo differat à reddi tu, & redditus, à quo verbo deriuetur, differ. 74. nu. 1. 2. & 3.

Census à vectigali in quo differat, ibid. n. 4. A pensione, & quod sint synomia, num. 5. & 6.

Census publicos tributos respicit, ibid. n. 7. Et de tributo, collecta, & canone, num. 9. 10. & 11.

Cessio in incorporalibus necessaria est, vt actor agere valeat, quoties in corporalibus est necessaria traditio, differentia 37. §. 3 num. 1.

Cessio, quid sit? differ. 50. §. 1. nu. 1. Et in quo differat à delegatione, nu. 2. Et dicitur librança, num. 3.

Cessio dicitur librança antes de aceptarla, delegatio, librança aceptada, ibidem, num. 4.

Cessio, quæ fit præcedente iudicio, dicitur, carta de lasto, & ille cui fit cessio, dicitur procurator in rem suam, nu. 7.

Cessionarius negligens in exigendo debito, periculo suo rem agit, & an habeat regressum contra cedentem, diff. 50. §. 2. n. 8.

Cessio, & delegatio sunt species n ouatio nis, ibid. nu. 10.

Ciuis, municeps, incola, aduena, quis sit? diff. 103. per totam.

Codicilli in plurali dicuntur, non in singulari, diff. 14. num. 1.

Codicillis non potest fieri etiam hodie directa substitutio, ibidem, numero. 12. Nec adijci in codicillis potest conditio, per quã adimatur hæreditas data in testamento, numero 13. Et quod in codicillis tutor non detur, numero. 14. Sed & recte codicillis relinquitur melioratio tertij, & quinti, num. 15. Et in codicillis fœminæ possunt esse testes, de iure communi, non de iure regni, numero. 16. & 17. Fallit ad pias causas, numero. 18.

Cognati, & agnati, qui dicantur, & an hodie, quo ad successionem abintestato differant, diff. 9. nu. 1. & 2.

Collationi non subiacet, quod filius aquisiuit, quia pater acquirere noluit, differ. 15. §. 4. nu. 11.

Collatio beneficij, & præsentatio, quid sit? differ. 120. num. 4. & 5. Et quid sit confirmatio, num. 6.

Colla-

Collatio beneficij expectat ad Episcopum, ibid. num. 8.

Collatio, quid sit, differentia 149. num. 1. & 2.

Collatio debet fieri rem ipsam in medium representando, non sufficit tantumdem acceptum referre, ibidem, num. 3. Quod non procedit, si in medium conferri non potest, num. 4.

Collatio, & imputatio longe differunt, origine, forma, atque natura, ibid. num. 8. 9. & 10.

Collationi non subijciuntur, quæ meliorationis titulo relinquuntur, differen. 159. §. 1. num. 5.

Collationi non subijciuntur bona, quæ pater emit nomine filij animo donandi, ibidem, num. 7. Idem de vsufructu aduentitiorum, quem pater filio percipere permisit, num. 8.

Collationi non subiacet, quod pater in testamento plus vni, quam alteri reliquit, ibidem, num. 9. Idem si in priuata schedula talem pater inter filios fecerit diuisionem, num. 10.

Collationi, an subiaceant officia decurionatus, aut tabellionatus, si à patre filio emantur, ibid. §. 3. nu. 14.

Collationi subiacet, quod pater impendit pro filio in discendo artificio, ibidem, num. 15.

Collationi subiacent, quæ pater sponsæ filij donauit, ibid. nu. 16. Et quid in filijs spurijs, num. 7.

Collationi, an subiacent bona castrensia, ibid. §. 4. nu. 1.

Collationi non subiacent, quæ pater expendit pro filio literis vacante, ibidem, nu. 3. & 4. Idem si expendit, vt filius consequeretur præbendam, numero. 5. Et idem de his, quæ pater donat filio titulo patrimonij, vt fiat sacerdos, numero sexto, septimo, & octauo.

Collationi non subiacet, quod virgini datur ob vim illatam, & filiæ ob iniuriam, ibid. num. 9.

Collatio cessat, si pater in donatione, ita expresit, ibid. nu. 10.

Colonus, & inquilinus, quis sit, differentia 80. num. 1. Et an illis teneatur dominus imputare impensas factas in re locata, num. 2. 3. 5.

Colonus conductor non sentit detrimentum rei locatæ propter vsum ipsius rei, ibid. num. 4.

Clerici primæ tonsuræ, quando foro Ecclesiastico fungantur, differentia 9. §. 1. Numero. 11.

Clericus spoliatus à laico, quod forum sequi teneatur? differentia nona, §. 2. numero. 2.

Clerici, an teneantur ad contributiones populorum, & an à secularibus iudicibus compellantur, differentia 9. §. 4. num. 7. 8. 9. & 10.

Clericorum immunitas, an lædatur per contributionem, quæ fit in macello carnario, ibid. num. 11.

Clericus locans fructus sui beneficij, an habeat in fructibus priuilegium hypothecæ, differentia 79. §. primo, capite 3. num. 3. & 12.

Clericus, qui non est sacerdos, an possit præsentari ad capellaniam, cui impositum est onus missarum, diff. 120. nu. 4.

Clericus consanguineus constitutus in minoribus ordinibus; si intra annum potest ordinari, præfertur in capellanis cuilibet sacerdoti degeneri, ibid. num. 12.

Compromissum in dubio factum censetur tanquam in arbitratorem, differentia 43. num. 14.

Compromissum factum à pago, seu vico subiecto alicui ciuitati, non valet, sine ciuitatis consensu, differentia. 43. §. 1. numero 11.

Compromissum factum à tutore, quæ requirat, ibid. nu. 12.

Compromissum, quid sit? differ. 44. num. 1. Et quare ita dicatur, nu. 2.

Concubinatus, quid sit, quæstione 17. numero, 1. Et quod à lege dicitur de clericorum concubinis, qualiter intelligatur, numero, 2. Et an ad Commendatarios pertineat, num. 3.

Concubinatus est graue peccatum, ibid. nu. 8. 9. & 10.

Concubinarijs parcendum est, si ante sententiam contraxerint matrimonium, ibid. num. 12.

Concubinatus duobus modis probari potest, quæst. 17. §. 2. numero, 1. & 2. Et non ponitur pœna concubinatus ex deprehensione amasiorum, numero. 7. Et semel probato concubinatu, si postea mutuo conuersentur, præsumitur durare peccatum, numero. 9.

Concubinæ concessio, an sufficiat, ibid. n. 10. Et tempore incepti iudicij debet constare de concubinatu, nu. 11.

Conditio, quid sit, & quid à modo differat, vide in verbo modus.

Conditio si sine liberis, an deficiat per ingressum religionis, differentia 12. §. 1. numero. 24.

Conditio si sine liberis, tacite inest, & quando, differentia 147. §. primo, numero, 1. & 2.

Conditio si sine liberis, non inest in dispositione facta à collaterali, ibidem, num. 3. & 4.

Conditio si sine liberis quando cesset, ibidem, num. 5.

Conditionem semel extitisse sufficit, ibi. num. 6.

Conditio si sine liberis, an deficiat per ingressum religionis, ibidem, num. 8. 9. 10. 11. & 12.

Conditio si sine hærede decesserit, de filio hærede, non de extraneo intelligitur. §. 2. num. 1. & 2.

Conditio si filios habuerit, qualiter impletur, ibid. §. 3. nu. 1.

Conditio in melioratione adiecta, vt filius, cum certa persona contrahat matrimonium, valet, differentia 147. §. 4. num. 1. in legitima autem poni non potest, num. 2. & 3. Et quid si persona, cum qua contrahere debebat, noluit, num. 4.

Conditio si non nupserit virgini adiecta, nullius est momenti, ibid. §. 5. num. 1. Viduæ adijci potest, num. 2.

Conditio viduæ adiecta, si arbitrio Titij nupserit, valet, ibid. nu. 3.

Conditio à patre adiecta in melioratione, ne filius contrahat, cum certo genere personarum, valet, ibid. nu. 8.

Confraternitates laicorum, an sint de foro Ecclesiastico, diff. 9. §. 1. nu. 9.

Coniugatorum nomine, qui contineantur, quæst. 17. num. 17.

Commendatores sunt propriè religiosi, differ. 9. §. 1. num. 10.

Consanguinitas qualiter sit probanda, q. 14. num. 6. 7. 8.

Consensus omnium necessarius est in re, quæ est plurium, vt singulorum, sed si est plurium, vt vniuersorum, statur maiori parti, cæteris etiam dissentientibus, differentia 8. num. 13. Et in primo casu sufficit si separatim consentiant, nu. 14.

Consiliarius regius visitans Pinciæ auditorium, an in honore potior sit Præside Prouinciæ, diff. 11. num. 11.

Consuetudo, vt clerici valeant testari de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, an valeat, diff. 1. §. 2. num. 3.

Consuetudo, quid sit, differentia 39, nu. 1. Et quid differat à præscriptione, num. 2. & 3.

Consuetudo ius publico tribuit, præscriptum priuato, ibid. num. 4.

Consuetudo, vt valeat, necesse est, vt bis secundum eam sit iudicatum, ibidem, numero. 5.

Consuetudini, & præscriptioni, diuersa tempora statuta sunt, ibid. num. 6.

Consuetudo decennio inducitur, ibidē. num. 8. Si sit contra ius, aut Ecclesiam quadraginta annis, num. 9.

Consuetudo à statuto in quo differat, ibi. num. 10.

Consuetudo obseruanda est in diuidenda aqua communia ad irrigandos agros municipum, differentia 54. §. 1. num. 1. & consuetudine deficiente, quis præferatur, & nu. 2. & num. 3. 4. & 5. Et rursus optimus deciditur, num. 6.

Contractus innominatus, quando apud nos perfectus dicatur, diff. 135. nu. 12.

Contractus nominati, & innominati, multipliciter differunt, ibid. nu. 14.

Contractus census est verus contractus emptionis, & venditionis, diff. 73. num. 5. Et vectigal debetur ex eo, n. 6. Et an sit nouum genus contractus, num. 7.

Contractus, qui requirunt aliquam iuris solemnitatem, sine ea non valent: casus si nullus requiritur, diff. 47. nu. 3.

Contractus illius sequenda est natura, quem constat partes facere voluisse, differ. 134. num. 4.

Contractus nominati, qui dicantur, differentia 135. num. 1. Et qui innominati, num. 2. & 3.

Contractus, do vt des, & similes, vna appellatione permutationis comprehenduntur, ibid. num. 4.

Contractus, do vt des, & do vt facias, innominati sunt, ibid. num. 5.

Contractus innominatus, an sit permutatio, ibid. num. 6.

Contractus nominati, & innominati, quę sit differentia, ibid. num. 7.

Contractus nominatus res facti dicitur, ibidem, num. 8.

Contractus nominati, quoad iuris effectus, non facti, sed iuris sunt, ibid. nu. 9.

Contractus innominatus si fiat, partes pœnitere non possunt, ibid. nu. 16.

Contractus factus cum Ecclesia, vel minore, quando dicatur validus in vtroque foro, etiam constituto de læsione, differ. 12. nu. 19, in §. 1.

Con-

Contractus factus à muliere, sine viri consensu non tenet, quo ad forum exterius, ibidem, num. 21.

Contrahens tenetur de quacumque læsione, quam fecerit, & hoc in foro poli, differ. 12. §. 2. num. 13.

Contractuum genera plura quotidie emergunt, diff. 18. num. 7.

Contractus quare bonæ fidei dicantur, differ. 42. num. 4.

Creditor pecuniæ depositæ, apud nummularium præfertur omnibus, qui non deposuerunt, diff. 58. §. 2. num. 6.

Creditor petens, vt debitori assignetur dies intra quem pignus luat, aliàs vendatur, & expretio, sibi satis fiat, audiendus est, diff. 57. num. 13.

Crimen sacrilegij, & simoniæ est mixti fori, diff. 9. §. 2. num. 7. 8. & 9.

Crimen, & reatus in quod differant, diff. 51. num. 1. Et ex iure antiquo quando diceretur reatus, num. 6.

Cubitum, & vlna, quid sit, & alia de cubitis mensura, diff. 115. per totam.

Culpa, quid sit, diff. 132. num. 7.

Culpæ diuersi gradus sunt, non diuersæ species, ibid. num. 8.

Culpa lata, & leuis, quid sit? ibid. num. 9. & 10. Et quid leuissima, num. 11.

Culpa leuis, & leuissima, qua diligentia excusetur, ibid. num. 12.

Culpa, quæ in contractibus præstetur, ibidem, num. 3.

Culpa leuissima nunquam tenetur, quis in foro animæ, diff. 12. §. 2. num. 8.

Culpa leuis lata, & leuissima in foro animæ, quid differant, ibid. num. 9.

Culpa lata minus grauat, quam dolus, ibidem, num. 10.

Culpa latissima, & ignorantia crassa, & supina dolo comparantur, diff. 41. nu. 6.

Cura vnica tantum est, diff. 99. num. 4.

Curator testamento mero iure dari non potest, ibid. nu. 5. Et quare, num. 56.

Curia communis est patria, differentia. 10. num. 15. Et ibi repertus potest, quis conueniri.

Curiæ priuilegio vtuntur Cancellariæ, num. 15. & 16.

D.

DAmnum datum à militibus, à quo resarciri debeat, diff. 10. num. 14.

Damnum domui contingens propter reparationem incendij, à quibus debeat resarciri, ibidem, num. 5.

Debitores, an possint immunitate Ecclesiæ gaudere, vbi est consuetudo, vt cedens bonis creditoribus tradatur, diff. 5. §. 1. n. 1.

Debitum, & creditum, quid sit, differ. 50. num. 4.

Debitum, quod debetur annua bima, tria madie, quo tempore soluendum sit? differ. 50. num. 4.

Debitor agens aduersus creditorem, vt rē restituat, probare tenetur rem esse pignori datam, diff. 57. num. 6. & 7.

Decimam moderari ad quos iudices oportet, diff. 2. §. 1. num. 3.

Decimam, an teneatur soluere Curio ex fructibus collectis in limitibus suę parochię, si alij locauit, diff. 5. §. 3. num. 3.

Decimæ exactio ab vtroque iudice fieri potest, diff. 9. §. 2. num. 12.

Decimas, an possint laici habere si per immemorialem possederint, & fuerint concessæ ante Lateranense Concilium, differ. 24. §. 2. num. 6.

Delinquente vniuersitate, quis puniatur, diff. 88. §. 1. num. 1. Et an iudex possit, sine Principis auctoritate illam punire, & quibus pœnis, num. 2. & 3.

Delictum quādo dicatur commissum ab vniuersitate, & quemlibet ciuem pro modo culpæ puniendum, ibid. nu. 4. & 5. Et delinquentes principales seuerius puniēdos, n. 6.

Delinquēte cohorte, qualiter milites puniantur, ibid. num. 7.

Denarius quibus assibus constet, diff. 141. num. 1.

Denarius collatus nostræ pecuniæ constat quadraginta marabetinis, ibid. nu. 2.

Denarius idem valet, quod dragma, ibid. num. 3.

Denarius erat militum stipendium, ibid. num. 4. Et de quibus denarijs, num. 6.

Depositarius, quis dicatur, differentia. 38. §. 2. num. 7.

Dictio nihilominus affirmat, nihilo magis negat, diff. 62. num. 1.

Dictio, seu vel secus, & dictio, is, & eius, huius, & illius, quid importēt, dif. 63. n. 1. 3. & 7.

Dictio vltra, & vltro, quid significant, diff. 67. num. 5.

Dictio, si, cōditionē inducit, dif. 147. n. 1.

Dietæ qualiter computentur, q. 14. n. 2.

Diffinitio verbi substantiam denuntiat, dif. 1. nu. 1. Et quid comprehendat definitionis nomen, & de descriptione, & etymologia, diff. 30. num. 1. & 2.

Diffinitio est in iure periculosa, ibid. n. 1.

Dispensatio, quid sit? differ. 13. num. 7.
Dispositionis, & priuilegij stricta fit interpretatio, diff. 13. §. 1. num. 2.
Dispositum in arcibus maioratus, censetur dispositum in solo arcibus contiguo, dif. 24. §. 1. num. 3.
Dispositio qualiter cognoscatur, an sit conditionalis, vel modalis, diff. 147. nu. 2.
Dispositio in dubio modalis præsumitur, ibid. num. 4.
Doctor, an militi præferatur, differ. 6. §. 1. num. 1.
Doctor, an præferendus sit nobili, differ. 6. §. 1. num. 5.
Doctores, & Licenciati admittuntur ad ea officia, quæ nobilibus tantum destinata sunt, ibid. num. 6.
Doctor, & miles neuter alteri præfertur, ibid. num. 7.
Doctor si fuerit nobilis, præfertur illi, qui dumtaxat fuerit nobilis, ibid. nu. 8.
Doctoris opinionem sequens, liber est à peccato, vbi dubium est, an quod facit, est peccatum, diff. 8. num. 1.
Dolus dans causam contractui, irritat cõtractum bonæ fidei, non stricti iuris, differ. 42. num. 6.
Dolus in bonam, & in malam partem accipi solet, diff. 132. num. 1.
Dolus, quid sit? ibid. num. 2.
Dolus ad dicta, & facta pertinet; fraus ad facta tantum, ibid. num. 3.
Dolus ex malitia, culpa ex imprudentia procedit, ibid. num. 6.
Domini prædiorum pro pensione prædij in ipsis fructibus potiores sunt omnibus creditoribus, diff. 79. §. 1. cap. 3. nu. 1.
Dominus directi dominij præfertur cæteris creditoribus in prædio emphyteutico, ibid. num. 2.
Dominus agri, an possit aliena pignora includere, si ea in suo agro inuenerit, diff. 52 §. 1. num. 4.
Dominus agri tenetur damno, quod animalibus inclusis propter inclusionem contigerit, ibid. num. 4.
Dominium, quid sit? differentia 27. num. 1. Et ibi, quid sit proprietas, & quod vsusfructus sit pars dominij, ibidem, num. 2. Et promiscuè vtimur proprietatis, & dominij nomine, ibid. num. 3.
Dominium definitur, diff. 28. num. 1.
Dominium directum quale sit, ibidem, num. 2.
Dominium vtile quale sit? ibid. num. 3. & quid quasi dominium, num. 5.
Dominium vtile, non acquiritur ex longi temporis præscriptione, ibid. uum. 6. & idem de directo, num. 7.
Dominium habens in re præferendus est omnibus creditoribus, diff. 58. §. 2. num. 1. ponitur exemplum, num. 2.
Dominium rerum inæstimatarum transit in maritum reuocabiliter, differentia. 126. num. 1.
Dominium rerum æstimatarum transit in maritum irreuocabiliter, ibid. nu. 2.
Donatio simplex confertur, quando id à parte donante expressum est, differ. 150. §. 2. num. 3.
Donatio quando dicitur reuocabilis, ibid. num. 5.
Donatio ob causam confertur, & imputatur in legitimam, & quod supereſt, in tertiũ, & quintum, differentia 150. §. tertio, num. 1. & 2.
Donatio remuneratoria imputanda est in meliorationem tertij, & quinti, quæst. 15. num. 2.
Donatio simplex regulariter non confertur, differentia 150. num. 1. & quæ dicatur, num. 4.
Donatio ob causam confertur, ibidem, num. 2.
Donatio ob causam, quę dicatur, ibidem, num. 3.
Donatio simplex prius imputatur in tertium, & quintum, deindè in legitimam, ibid. num. 7.
Donatio simplex in quantum excedit tertium, & quintum, confertur, ibidem, §. 1. num. 1.
Donatio simplex nihil interest, an fiat filio emancipato, vel in potestate patris constituto, ibidem, num. 2. Neque interest, an inter fratres surgat inæqualitas, ibidem, num. 3.
Donatio simplex, non confertur, neque à filio emãcipato, vel constituto in patris potestate, siue resurgat inæqualitas, siue non ibidem, num. 4.
Donatio simplex non confertur, etiam si bonorum possessio, non fuerit filio tradita, modo donatio reuocata non fuerit, ibidem, num. 6.
Donatio ob benemerita, non confertur, ibid. num. 11.
Donationes à Rege Henrico factæ, an sint beneficium, vel priuilegium, differ. 13. §. 1. num. 4. Et in his succedit nepos, etiam fœmina, & an extendantur ad transuersales, num. 5. 6. & 7.

Donãs, vel rem tradit, vel facit obligationem de tradendo, ibid. num. 4.

Donatione alicui facta omnium bonorũ ab vtroq; coniuge, sibi reseruato vsufructu, altero coniuge mortuo, superuiuens, quam partem habere debeat, diff. 29. nu. 19.

Donatio tempore consultorum non valebat, nisi res donatæ statim traderentur, dif. 37. §. 1. num. 2.

Donatio propter nuptias quare fieret, & loco eius succesit donatio ante nuptias, hodie dicitur datio arrharum, ibid. nu. 23.

Donatio propter nuptias dicitur datio arrharum, ibid. num. 4.

Donatio arrharum vsitata in matrimonijs, quid differat à contractu arrharum, de quo in iure sæpe fit mentio, ibid. nu. 6.

Donatio nõ insinuatur, nisi excedat octo milia regalium, diff. 124. num. 8.

Donatio ob benemerita confertur, quando pater in bonis tradendis non est vsus donationis nomine, diff. 350. §. 2. nu. 1.

Dos, quid sit? diff. 124. num. 1.

Dotem, aut aliam donationem mater, aut ascendentes, an teneantur liberis dare, diff. 50. §. 3. num. 3. 4. & 5.

Dos, vt dicatur aduentitia, vel profectitia, nihil interest patris potestas, ibid. n. 6.

Dos ab auo nepti data, an in dubio censeatur data contemplatione filij, vel patris, ibid. nu. 7. & idem de proauo dotante, n. 8.

Dos debet, cum fructibus conferri, si filia in collatione moram fecerit, ibidem, num. 44.

Duellum damnatum est, diff. 100. nu. 11.

E.

Ecclesiasticæ personæ omni iure liberæ sunt à iurisdictione sæculari, differ. 9. §. 1. num. 1.

Ecclesiastica causa dicitur, quæ ad statum Ecclesiæ, & fidei spectat, ibid. nu. 13.

Ecclesiastica potestas quantum sæcularem excedat, diff. 9. num. 1.

Ecclesia, Templum, Fanum, Sacellũ, quid sint, diff. 76. num. 1. 2. 3. & 4.

Edictum successorium, quid sit? differ. 23. num. 10. & singularis effectus huius tituli ponitur, num. 11. & 12.

Æquitas, quid sit? diff. 2. num. 1. & 3.

Æquitas scripta præfertur æquitati, non scripræ, ibid. num. 6.

Æquitas facit, vt res mea ab alio possessa mihi restituatur, licet mihi non detur actio directa, nec vtilis, diff. 2. §. 2. num. 1.

Æs meum, & æs alienum in quo differant, differ. 50. num. 1.

Æs alienum totam respicit hæreditatem, non singularem dotis causam, diff. 82. n. 4.

Eligens, an teneatur eligere digniorem, diff. 8. num. 8.

Electus legitimè ad beneficium, tutus in foro poli, licet sit defectus in solemnitate, diff. 12. num. 2. num. 24.

Electio, quid sit, & quid postulatio, differ. 120. num. 1. & 2.

Electus in Episcopum nõ potest ad alium Episcopatum promoueri, nisi per postulationem, ibid. num. 3.

Electio pertinet ad Collegium, postulatio, præsentatio, restitutio, confirmatio, ad superiorem, ibid. num. 8.

Emphyteusis ad quid obliget, & ad quid fœudum, diff. 71. num. 1.

Emphyteusis est, etiam si quis dicat se cõcedere feudum pro annua pensione, ibi. n. 2.

Emphyteuticus fundus si ab emphyteuta alteri conceditur in emphyteusim, dicitur libellarius contractus, ibid. num. 3.

Emphyteusis dicitur, non emphyteosis, ibid. num. 4.

Emphyteusis à quocumq́ue potest concedi, fœudum à Rege, Episcopo, vel Magnate, ibid. num. 5.

Emphyteusis Ecclesiastica, & sæcularis, quæ dicatur, diff. 71. §. 1. num. 1.

Emphyteusis de bonis Ecclesiasticis, an concedi possit, ibid. num. 2.

Emphyteusis Ecclesiastica pro quanto tẽpore concedi possit, ibid. num. 3. & quando possit in perpetuum concedi, num. 4. & quę solemnitas requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ, num. 5.

Emphyteusis altera est hæreditaria, altera familiaris, & quæ vtraque dicatur, diff. 71. §. 2. num. 1. & 2.

Emphyteusis familiaris, & hæreditaria, ibidem, num. 3. & alienæ differentiæ, num. 4. 5. 6.

Emphyteusis indiuidua pertinet ad primogenitum, vbi successor non est nominatus, ibid. num. 7. & 8.

Emphyteusis disponere potest, vt spurius succedat, ibid. num. 9.

Emphyteusis in dubio præsumitur hæreditaria potius, quam familiaris, ibid. nu. 10.

Emphyteusis si ad generationes, vel ad vitas concedatur, quid interfit, ibid. num. 11. Et fieri potest, vt ius penes vnum resideat, & alter commoditate fruatur, ibidem, numero 14.

Emphyteusis si ad duorum vitas concessa sit, & alter alienet, expectanda est mors alienantis, & illius in quem fit alienatio, nisi aliter conuentum sit, ibid. num. 12. & 13.

Emphyteuticarius, an possit alteri dare in emphyteusim, differ. 71. §. 3. num. 1. 2. & 3.

Emphyteusis impensæ quando emphyteutæ soluantur, ibid. num. 4.

Emphyteusim quando proprietarius renouare teneatur, ibid. nu. 5. & 6.

Emphyteusis præsumitur, si quadraginta annis canon pro fundo solutus sit, ibidem, num. 7.

Emphyteutica omnia prædia præsumuntur, quando non apparet, pro quo fundo canon soluitur, ibid. num. 8.

Emphyteutam non soluētem canonem, an dominus possit propria auctoritate deijcere, ibid. num. 9.

Emphyteutæ qualiter consulatur, si rem emphyteuticam alienauit, sine domini consensu, ibid. num. 10.

Emphyteuticus fundus à vectigali in quo differat, diff. 72. num. 1.

Emphyteutici, & vectigalis fundi nomina synonyma sunt, ibid. nu. 2. & ager vectigalis ad priuatos etiam pertinet, ibid. n. 3.

Emphyteutici nomen ad publicos etiam pertinet, & Græcum est: vectigalis autem Latinum, ibid. num. 4. & 5.

Emphyteusis contractus à contractu census in quo differat, diff. 73. num. 1.

Emphyteusis, an census sit, cum quis dat fundum ea lege, vt aliquid annuum, sibi soluatur, ibid. num. 3.

Emphyteusis à censu, an differat, ibidem, num. 4.

Emphyteusis dominus in comparādis fructibus rei emphyteuticæ cuilibet præfertur, diff. 109. §. 1. num. 5.

Emphyteusis dominus pro tanto præfertur in locatione fundi emphyteutici, ibid. num. 6.

Emphyteuta præferendus est pro tāto in rebus emphyteuticis, quando generationes extinctæ sunt, & dominus vult alteri concedere in emphyteusim, ibid. num. 7.

Emphyteuta debet retrahere emphyteusim intra annum, ibid. num. 8.

Emphyteuta rei priuatæ, non potest fundum vendere irrequisito domino: & quid in emphyteuta vniuersitatis, ibid. n. 13.

Emphyteuta ob alienationem necessariam, non tenetur soluere domino quinquagesimam pretij partem, vbi id esset statutum, differentia 128. num. 2.

Emphyteusis pro regionum varietate, & consuetudine diuersa habet nomina, differ. 134. num. 9.

Emphyteusis natura non mutatur per renouationem, q. 6. nu. 3.

Emphyteusis Ecclesiasticæ incapax est spurius, ibid. num. 4.

Enormis læsio datur intra quadriennium, diff. 114. num. 1.

Enormissima læsio intra quod tempus detur, ibid. nu. 2. & 3.

Enormissima læsio quando dicatur, ibid. num. 5.

Ecclesiasticæ personæ omni iure liberæ sunt à iurisdictione sæculari, differentia 9. §. 1. num. 1.

Ecclesiastica causa dicitur, quæ ad statum Ecclesiæ, & fidei spectat, ibid. nu. 13.

Ecclesiastica potestas quātum sæcularem excedit, diff. 9. num. 1.

Ecclesia, Templum, Fanum, Sacellum, quid sint, diff. 76. nu. 1. 2. 3. & 4.

Edictum successoriuni, quid sit, diff. 23. n. 10. & singularis effectus huius tituli ponitur, num. 11. & 12.

Episcopi, & Magnates de consilio Regis appellantur, diff. 10. num. 27.

Episcopi, & alij Prælati, non possunt laico committere causam spiritualem, dif. 9. §. 1. num. 32.

Episcopus potest recognoscere horrea publica, vbi sæculares magistratus sunt in desidia, diff. 9. §. 3. num. 7.

Episcopi Vicarius non potest esse laicus, diff. 9. §. 1. num. 33.

Episcopo postulato ad secundum Episcopatum, non vacat primum, donec secundi adipiscatur possessionem, diff. 120. nu. 12. & intra quod tempus teneatur adipisci possessionem, num. 13.

Episcopi Vicarius ordinariam habet iurisdictionem, diff. 129. nu. 3.

Eremitæ, an sint Ecclesiasticæ personæ, & an debeant frui foro Ecclesiastico, diff. 9. §. 1. num. 4.

Erogationis verbum, quid significet? dif. 132. §. 1. num. 5. & in erogatione militaris annonæ plura specialia admittuntur, ibid. num. 7.

Error facti quando producat bonam fidē, & titulum pro suo, diff. 41. nu. 10.

Exceptio fori ante litem contestatam debet opponi, q. 17. nu. 7.

Exclusio fœminarum odiosa est, quæst. 1. num. 8.

Excõmunicatio propriè Ecclesiastica est, diff.9.§.1.num.21.

Excommunicatio à conseruatore lata super non notorijs, non ligat, diff.70.n.9.

Excommunicatio est genus, anathema species, diff.219.num.1.

Excommunicatio à iudice lata est commi natoria, nisi dicitur ipso iure, differ.119.§.1. num.1.

Excommunicatio, sine trina monitione iniusta est, sed non est nulla, ibidem, num.2. & 3.

Excommunicatos à iudice, an possit quilibet sacerdos absoluere ex clausula bullæ, ibid.num.4.5.

Excommunicatos ad reincidentiam, an possit absoluere Sacerdos, ibid.n.6.

Excommunicatos qualiter facta satisfactione possit absoluere Sacerdos, ibidem, num.7.

Excommunicatio reuiuiscit transacto tẽpore absolutionis temporalis, ibid.n.8.

Excommunicatus iudex, non potest vicarium substituere, ibid.nu.9.

Executor quando teneatur executorijs literis supersedere, diff.2.nu.5.

Executione facta pro censu redimibili cõtra legem de speciebus constituto, sententia adiectionis ad pecuniam reduci debet, diff.73.§.2.nu.4.

Executione in fideiussorem facta, tempus exequẽdi principalem à quo die currat, diff. 110.num.5.6.&7.

Executio, an habeat locum contra eũ, qui factum promisit pro eo quod interest, diff. 130.§.6.nu.1.& 2.

Executor testamentarius non potest vendere bona defuncti pro exequijs, nisi interpellatis hæredibus, ibid.nu.4.

Exhæredatio, quid sit, & inter quas personas proprie cadat, diff.148.n.1.& 2.

Exhæredari, vel institui, non est necesse, qui secundum locum obtinet, ibid.n.3.

Exhæredationis, vel præteritionis, quoad matrem, & patrem, hodie non est differentia, diff.148.nu.12.& 13.

Exilium volũtarium qualiter accipiatur, quæst.17.§.2.nu.2.

Exilij sententia in dubio intelligitur de præciso, ibid.num.6.

Expromissor, quis dicatur, & à sponsore in quo differat, diff.59.nu.5.& 6.

Expromissor dotis qualiter vltra legitimã à patre debitam possit obligari, ibid. nu.10. & num.11. Et contra patrem nullam habet actionem, num.12.

F.

FAlsum, & mendacium, quid sit, diff.87. num.1.& 2.

Fama publica quomodo probetur, q. 17.§.1.nu.3.4.& 5.

Familiæ appellatio, quid significet in actione familiæ herciscundæ, differentia 112.numero 21. Reliqua vide in verbo, actio familiæ herciscundæ.

Familiæ herciscundæ actio, an possit intẽ diante petitionem hæreditatis, & an alternatiue intentari possit, diff.148.nu.17.

Famuli clericorum, an fungantur foro Ecclesiastico, diff.9.§.1. nu.8.

Famulus à domino diuertens ante finitum tempus obsequij, an perdat mercedem præteriti temporis, differ.130. §.9. num.4. & 5.

Famulus à Domino, diuertens, & alij in eodem seruiens, qua pœna puniatur, ibid. num.6.

Famulum si dominus iratus expulerit, an possit illum ad domum reuocare, ibid.n.7.

Famuli minores decennio, & maiores septennio, quid pro obsequio habere debeant, ibid.num.8.

Famulorum conditio suauior est dominorum conditione, ibid.num.9.

Fatum, quid sit, & quid differat à diuina prouidentia, diff.132.n.18.& 19.

Fecialis, quid sit, diff.6.num.6.

Fœminę, an possint esse testes in casu pragmaticę frumentariæ, diff.5.§.1.nu.8. Et an in codicillis, diff.14.num.16.

Fœminæ non sunt de genere, & familia, diff.13.nu.2.nu.6.

Fœminæ in bonis liberis indistinctè succedũt: in bonis maioratus masculus illæ præfertur, diff.24.§.1.nu.4.

Fœminę tutellarum, & munerum publicorum idoneæ non sunt, q.2.§.1.nu.4.

Feudum nomen nouum est, & à quibus habeat originem, diff.19.nu.1.

Fideicommissum verbis precarijs relinquitur, diff.17.nu.1.

Fideicommissum, & legatum, æquiparantur à Iustiniano, ibid. nu.2. Et sunt nomina synonima, n.3. Et quibuscumq; verbis vsus fuerit testator, promiscuè, legatum est, & fideicommissum, nu.4.

Fideicommissa vniuersalia, & legata particularia differunt, ibid.nu.6.

Fideicommissum, in testamento, & codicillis potest relinqui, diff.18.n.2.

Fidel-

Fideicommissarius vniuersalis, an possit propria auctoritate capere fideicõmissum, ibid.num.4.

Fides, quid sit, diff.40.nu.1.Et in quo consistat, num.2.

Fidem implicite, qui tenet, prout credit Ecclesia, sed motus ratione naturali, aliud sentit, an sit hæreticus, ibid.nu.3.

Fides Abrahæ quare laudatur, ibidem, num.5.

Fides accipitur pro conscientia, diff.41. nu.1.Et in quo differant, nu.2.Et quid sit bona fides, nu.3. Et quid mala, num.4.Et an sit medium inter vtramque, ibid.nu.7.

Fides mala quando producatur ab errore iuris, ibid.nu.8.

Fides mala ex coniecturis probatur, ibid. num.19.

Fides Catholica, quæ sit, differ.89.nu.1. 2.& 3.

Fideiussor, quid sit, diff.59. nu.1. Et quid mandatur, nu.2. Et quando vterque accipi possit, nu.3. Et an verbis, vel consensu obligetur, num.4.

Fideiussor, expromissor, & spõsor in quo differant ab eo, qui tenetur de constituta pecunia, ibid.nu.7.

Fideiussor, an subsistere possit, sine principali, & quid de expromissore, ibid.num.8. Ponitur exemplum, nu.9.

Fideiussor sistendi iudicio liberatur reo defuncto, ibidem, nu.3. Et etiam liberatur, si reus fuerit absolutus ab obseruatione iudicij, num.4.

Fideiussor sistendi iudicio liberatur solutione, ibid.nu.7.

Fideiussor iudicio sisti, ad quid obligetur, ibid.nu.6. Et qualiter à notarijs debeat fieri forma obligationis, nu.7.

Fideiussio concepta, cum clausula de iudicio sisti, tantum valet, ibid.nu.8. Et an interfit formam concipi, iudicatum solui, vel solui iudicatum, nu.9.

Fideiussor de iudicato soluendo, in quo differat à fideiussore de iudicio sisti, ibidem, num.10.

Fideiussores exigit satisdatio, differen.61. num.3.

Fideiussorem certum, qui tenetur dare, liberatur alium dando æque idoneum, diff.16. num.7.

Fideiussor pro domino quilibet esse potest, sed non agricola, diff.79.§.1.cap.5.nu. 1.nisi cum iuramento, num.3.

Fideiussio pro dote iuramento firmata valet, ibid, num.4.

Filio defuncto mater vidua, an succedat pleno iure, diff.121.§.1.nu.1. Et quæ sit differentia, an mater succedat pleno iure, vel quando succedit in vsufructu, nu.2.

Filio defuncto mater secundo nupta succedit in vsufructu tantum, ibid.n.3.

Filius consequitur lucrum dotis, vel sponsalitiæ largitatis, quod pater, aut mater habuerit ex eodem matrimonio, licet illorum repudiauerit hæreditatem, ibid.§.2.n.10.

Filius præteritus tenetur hæredi scripto restituere, quod alias illi pater relinquere poterat, si clausula codicillaris adiecta sit, diff.148.num.7.

Filius præteritus, vel exhæredatus tenetur filio instituto restituere melioratione m tertij, & quinti, quod pater illi relinquere poterat, si clausula codicillaris adiecta sit, ibid.num.8.

Filius emancipatus olim non erat necessario instituendus, vel exhæredandus, ibid. nu.10. Et quid hodie, nu.11.

Filius, cum alijs liberis hæres instituus debet habere præcipuum legatum, sibi relictũ, nisi à lite dicatur, diff.149.n.7.

Filius, qui donationem ob causam suscepit, si repudiauerit paternam hæreditatem, & contentus fuerit, cum donatione ob causam, non tenebitur inuitus conferre, differ. 150.num.9.

Filius accipiens pecuniam à patre ad mercaturam exercendam, non debet conferre lucrum, diff.150.§.2.nu.2.

Filius præteritus, si viuo patre moriatur testamentum patris nullo iure reconualescit, diff.2.§.3.num.2.

Filius familias non tenetur etiam in foro conscientiæ, pro mutuo accepto iniussu patris, diff.12.§.1.num.7.

Filius sciens se esse ex adulterio natum, debet abstinere ab hæreditate, differ.12.§.2. num.2.

Filius non potest etiam hodiè in codicillis exhæredari, diff.14.nu.11.

Filius primogeniti, & illius descẽdentes præferuntur patruo, repræsentando patris personam, nisi aliter sit expressum, differentia 18.§.1.n.1.Fallit in maioratu Comitis de Lemos, & in Comiti de Benauente, nu.2.Et quando patruus nepoti præferatur, nu.3.

Filia mortuo patre ante solutam dotem, quo iure agat pro dote consequenda, si à reliquis hæredibus dos promissa dicatur inofficiosa, diff.82.nu.2.

Filij appellatio nepotes, an comprehendat, diff.91, nu.1, & nu.6.

Filius soluens debita patris, an præsumatur patris adisse hæreditatem, dif. 97. n. 8.

Filius naturalis paterna fruitur nobilitate, diff. 145. §. 2. nu. 7.

Filius, an præsumatur spurius, vel naturalis, ibid. num. 8.

Filius clerici cõstituti in minoribus ordinibus, etsi habeat beneficium, naturalis est, ibid. num. 9.

Filius melioratus habet remedium legis Soriæ, diff. 146. num. 17.

Filius, qui melioratione accepit, an possit conueniri à creditoribus hæreditarijs, diff. 146. num. 6.

Filius non facit cessare conditionem fidercõmissi, nisi sit baptizatus, & vixerit 24. horis, diff. 147. §. 1. nu. 7.

Filius in castrensibus, vel quasi, an possit patrem præterire, vel exhæredare, quæst. 16. num. 2.

Filius clericus licet bonorum suorum tantum habeat vsumfructum, tamen tenetur patri relinquere legitimam, ibid. nu. 3.

Fiscus quando possit exigere bona confiscata hæreticorum, diff. 12. §. 2. nu. 19.

Fiscus præfertur pro tributo omnibus creditoribus in re tributaria, differentia. 58. §. 2. num. 4.

Fiscus, quid sit, diff. 111. n. 1. & 2. Et in quo differat ab ærario, nu. 3. & 4. Et pro fisco hodie camera dicitur, nu. 5.

Fisco similis est camera, sed magis similis ærario, ibid. nu. 6.

Fiscum quis habeat, nu. 10. 11. 12. & 13.

Fisci priuilegium prælationis, in bonis delinquentium, nõ competit Magnatibus, ibi. num. 14.

Fisci priuilegium de pœna pecuniaria intelligitur sine prælatione, ibid. nu. 5.

Fisci in fraudem, an possit reus, cuius bona publicata sunt, hæreditatem repudiare, ibip. num. 16.

Fiscus habere debet pœnam pecuniariã: in qua reum condemnauit iudex magnatis, si apud Regium iudicem sententia confirmata sit, ibid. nu. 17.

Flumina à natura, quasi regionum termini sunt posita, & differentia 11. n. 2. Et dant, atque tollunt dominium, n. 3. Et ex fluminis mutatione agrorum dominia immutantur, n. 4. Et iurisdictiones flumine terminantur, num. 5.

Fluminis, & riui, fontis, & putei differentia. 11. nu. 1. & 2.

Flumen publicum, quid sit, ibid. nu. 3. Et quid flumen priuatum, n. 4. 5. & 6.

Fluminis publici aquam haurire quilibet potest, ibid. nu. 7.

Fluminis publici piscatio omnibus communis est, diff. 54. §. 2. n. 4. Et quo instrumento fieri posset piscatio, nu. 6.

Flumen ratione aluei ad eos tantum spectat quorum agros ablut, ibid. nu. 5.

Flumen continuo, stillicidium stilatim fluit, diff. 83. num. 1.

Fluminis seruitus grauior est, quam stillicidij, ibid. num. 2.

Fortuitus casus, quid sit, differen. 32. numero 15.

Fortuitus casus, latronũ incursus, vis aquarum, an præstetur, ibid. nu. 16.

Fortuitus casus hodie ocasion dicitur, ibidem, num. 17.

Forum conscientiæ est forum æquitatis, diff. 12. num. 8.

Frater vtrinque coniunctus, an illi præferatur, qui vtrinque coniunctus non est, q. 8. num. 1. 2. & 3.

Fratres si hæredes instituti sint intelligitur, si sint vtrinque coniuncti, ibid. nu. 4. Et quid de fideicommissaria substitutione, n. 5.

Fructuum restitutio non venit in actionibus arbitrarijs, nisi id sententia dicat, diff. 42 num. 10. & 11.

Fructuum appellatio, an pensiones comprehendat, differentia 79. §. 1. cap. 3. num. 5. & 6.

Fructus, qui pro pensione pignori dati sunt, non sunt coloni, nisi de domini voluntate illos colligat, ibid. nu. 9. Et colonus faciat fructus suos ante solutionem mercedis, ibid. num. 8. & 9.

Fructus quando ad Dominum fundi, & quando ad colonum pertineant, ibidem, num. 11.

Fructus suos facit colonus, habita fide mercedis, ibid. nu. 10.

Fructus beneficij vacantis ad quem pertineant, differentia 120. §. 1. num. 1. & 2. Et à quo tempore incipiat annus, quoad computationem fructuum, num. 3. Et non interest, an beneficium vacauerit per mortem, vel per renunciationem, ibidem, num. 4. Et an sit idem in renunciatione facta apud ordinarium, vel Pontificem, num. 5. Et idem, quando beneficium vacat per apprehensionem secundi, num. 6.

Fructus maioratus vacantis, cui competant, ibid. nu. 7.

Fructus quos alter ex coniugibus percepit ex vsufructu bonorum filij, communes sunt, diff. 121. §. 2. nu. 16.

Fructus pẽdentes ſoluto matrimonio qualiter ſint diuidendi, diff. 124. §. 1. nu. 1.

Fructus quando ſint communes mariti, & vxoris, ibid. nu. 3. 4. & 5.

Fructus, qui ſoluti matrimonij tempore non apparent, vel ſeminati non ſunt, illius coniugis fiunt cuius eſt in pretium, ibidem, num. 7.

Fructus pendentes, an ſint fœnus pecudum, ibid. num. 8.

Fructus à quo tempore veniant, cum relinquitur prælegatum trientis, & quincucis, & quando relinquitur legatum rei ſingularis, diff. 131. nu. 13.

Fructus dotis mariti lucro cedunt, quæſt. 4. num. 1.

Fructus non tenetur maritus reſtituere, ſi vſusfructus in dotem datus ſit, ibidem, numero. 2.

Fructus dici non poſſunt, niſi ſit res, ex qua producantur, ibid. nu. 3.

Frumentum corruptum, cum incorrupto miſcere non poteſt venditor, diff. 132. §. 1. n. 1. 2. 3. & 4.

Frumentum, an vltra taxam ſolui poſsit ab vniuerſitate, quæ tempore neceſsitatis in horrea publica recondit, ſi illi à quibus emit vltra taxam, fecerunt impenſam, quæſt. 12. num. 1. & 2.

Furari poteſt, quis rem ſibi debitam, ſi aliter non valeat recuperare, & hoc in foro poli, diff. 12. §. 2. nu. 12.

Furioſus, mentecaptus, fanaticus, qui dicatur, diff. 86. nu. 1. & 2.

Furor quo modo probetur, ibid. nu. 5.

Furioſus ſi factus ſit homicida, donec ſanus ſit, puniri non debet, ibid. nu. 6.

Furioſi cura, & cuſtodia ad quem incumbat, ibidem, num. 7.

G.

Generi appellatio, quid comprehendat, diff. 91. num. 5.

Genus qualiter à Conſultis accipiatur, diff. 31. num. 1.

Genus à ſpecie in quo differat, ibidem, num. 2.

Generale nomen, quod ſit, differen. 131. num. 6.

Generalia nomina, quid differant ab vniuerſalibus, ibid. nu. 7.

Graduum computatio quare diuerſimode fiat à iure ciuili, & canonico, diff. 109. §. 3 num. 18.

Graduum computatio qualiter fiat in collatione capellæ facienda cõſanguineis, diff. 121. num. 11.

Gratia facta à Rege bonorum vacantium, ſtrictè debet interpretari, differentia. 13. §. 1. num. 8.

Gratia facta à Rege ſacerdoti, vt filio ſuo legare poſsit, ſtrictè debet interpretari, ibidem, numero. 7.

H.

Hæreditas legitima parentum, & filiorum in quo differant, diff. 3. n. 6.

Hæreditas teſtamento, non codicillis datur, diff. 14. num. 9.

Hæreditatem datam in codicillis, an poſſit hæres petere iure fideicõmiſsi, ibid. n. 10.

Hæreditas, quid ſit, diff. 22. num. 8.

Hæreditatis petitionem præcedere debet aditio, diff. 23. num. 6.

Hæreditatis aditio, quo tempore præſcribatur, ibid. nu. 15.

Hæredes ex minus ſolemni teſtamẽto teneantur hæreditatem reſtituere legitimo hæredi, diff. 32. §. 1. num. 2. Etiam in foro conſcientiæ, num. 6.

Hæres, an poſsit inſtitui nepos naſciturus clerici, ex filio ſpurio, adiecta ea conditione, vt ſi non naſcatur, bona reuertantur ad hæredes clerici, diff. 5. §. 2. nu. 4.

Hæres primogeniti, qui cenſum ex Regia facultate vendidit, tenetur ex bonis liberis, quæ anteceſſor reliquit, cenſum redimere, diff. 18. §. 2. num. 1.

Hæres inſtitutus ad vitam, an ſit verus hæres differen. 29. nu. 12. Et eſt vſufructuarius, num. 13.

Hæredi ad vitam inſtituto incumbit ſolutio annui redditus, aliàs vſufructuario, ibid. num. 15.

Hæredi abinteſtato, quo incipiat currere tempus adeundi, diff. 38. §. 1. nu. 2.

Hæredi abinteſtato agenti petitione hæreditatis, an & quando noceat præſcriptio, 30. annorum, ibid. nu. 3.

Hæres, quis dicatur neceſſarius, & quis dicatur ſecus, & quis extraneus, differ. 96. nu. 1. 2. & 3.

Hæredibus extraneis extantibus, poteſt habere locum vſucapio: quid ſi exiſtat ſui? ibidem, num. 4.

Hæres intra quantum tempus eligere debeat ſcholares, qui Salmanticæ fruantur, legato ſtudij cauſa relicto, q. 14. §. 1. num. 1. Et an tetmino lapſo poſsit hæres purgare moram, num. 2.

ALPHABETICVS.

Hærede non eligente, legatum debetur illi, qui primo litem conteſtatus eſt, & hæredi competebat electio, ibid. nu. 4.

Hæres non poteſt moram purgare in cauſis pijs, ibid. nu. 5.

Hæreſis cauſa ad Eccleſiaſticum foru̅ pertinet, differ. 9. §. 1. nu. 14. Et in quo conſiſtat, diff. 40. num. 4.

Hæreticus, quis ſit, & apoſtata, diff. 107. nu. 1. 3. 4.

Hæreſis à blaſphemia, quid differat, ibid. num. 5.

Hæreſis in quibus cadat, ibid. nu. 8.

Hæreticus, an ſit dubius in fide, ibidem, num. 10.

Hæreticum patrem, an teneatur filius reuelare, ibid. nu. 13.

Hæreſim, an incurrat, qui ſequitur opinionem à Theologis diſputatam, quamdiu non ſit contrarium definitum, ibidem, numero. 14.

Hæretici qualiter à malis Chriſtianis differant, diff. 108. nu. 1.

Hæreticorum pœnam, quæ dicitur ſambenito, quare ita dicatur, ibid. nu. 3.

Hæreticorum filij vſque ad quam lineam honore, officio, & beneficio priuentur, ibid. num. 4. & 7.

Hæreſi damnati in triplici ſunt differentia, ibid. num. 5.

Hæreticorum filij veſtibus pretioſis vti non poſſunt, ibid. nu. 8.

Hæretici conciliati, qui dicantur, ibidem nu. 9. Et an admittantur ad beneficia, & officia publica, & quid de eorum filijs, nu. 10. 11. & 12.

Hæretici pœnitentes, & pœnitentiati, qui dicantur, ibidem, num. 13. Et an pœnitentiarum filij dictis pœnis puniantur, num. 13. vſque ad nu. 21. Et an dictæ pœnæ obtineant in filijs emancipatis legitimis, & ſpurijs, & natis ante crimen commiſſum, num. 22. 23. 24. 25. & 26.

Hæreticorum filij, an poſſint in maioria ſuccedere, diff. 108. §. 1. nu. 1. 2. 3. & 4. Et quis propter illorum hæreſim ſuccedat in maioria, num. 6.

Hæreticus declaratus à iudice, etiam ſi nihil de bonis dixerit, tenetur ea fiſco reſtituere, diff. 12. §. 2. nu. 20.

Hiſpania non ſubeſt Imperio, differ. 6. num. 3.

Hiſpaniæ tribunalia non omnino reſpondent Romano prætorio, diff. 10. n. 2.

Horologijs diſcordantibus, cui ſit ſedes habenda, q. 9. n. 10. 11. 12. & 13.

I.

Immiſcendi, & abſtinendi, adeundi, & repudiandi verba ad quos hæredes pertineant, diff. 97. nu. 1. & 2.

Impenſæ litis de re legata ad quem ſpectent, diff. 17. §. 1. nu. 1.

Impenſæ rei locatæ, quo tempore æſtimandæ ſint, diff. 80. nu. 6.

Impenſa funeris, an deducenda ſit ex patris legitima, q. 16. nu. 6. 7. & 8.

Imputatio, quid ſit, diff. 149. n. 5. Et quando habeat locum, nu. 6.

Iuduciæ hodie, quæ dicantur, diff. 94. nu. 3. & 4.

Ingenuus, quis dicatur, diff. 93. nu. 1.

Ingreſſus religionis ob paternam reuerẽtiam valet, diff. 65. nu. 5.

Inſtantia, quid ſit, & de eius termino, & quid à cauſa, differat. 136. n. 7. 8. & 9.

Intereſſe apud Iuriſconſultos, id quod intereſt appellatur, & quid differat intereſſe ab eo quanti res eſt, diff. 118. n. 1. 2. 3. & 4. Et intereſſe, quid ſit, nu. 9.

Intereſſe, quid habeat cõmune, cum cauſa, ibidem, numero. 6. Et cauſam contineri quandoque ſub appellatione eius, quod intereſt, nuni. 8.

Intereſſe extrinſecum à conſultis cauſa appellatur, ibid. nu. 10.

Iudex delegatus vltra duas dietas non poteſt reum trahere, q. 14. n. 1. Et quid ſi ordinario iure poteſt iudex de cauſa cognoſcere, ibid. nu. 4. Nec procedit in iudice delegato, quando ſolutio eius, quod debetur, facienda eſt, vbi iudex de cauſa cognoſcit, n. 5.

Iudex, quid cauere debeat in interlocutione de relaxando, q. 17. §. 2. n. 8.

Iudex Eccleſiaſticus, an poſſit inquirere contra clericos habentes concubinas, q. 17. num. 16.

Iudex ordinarius, quis dicatur, differ. 129. num. 1.

Iudex delegatus, quis dicatur, dif. 129. n. 7

Iudicis delegati tria ſunt genera, ibid. n. 8

Iudex delegatus, quis dicatur, ibid. n. 12.

Iudex cenſor, quis ſit ibid. nu. 13.

Iudex delegatus poteſt exequi ſententiam extra terminum, ſi intra tempus illam protulit, ibid. nu. 15.

Iudex, ſine litis conteſtatione iubere poteſt, vt actor probet, citato tamen aduerſario, diff. 137. nu. 7.

Iudex poteſt remittere concluſionem, & quæ ſit cauſa legitima, ibid. n. 8. & 9.

Iudex

INDEX.

Iudex in cauſis leuiſsimis, an poſsit, ſine tabellione acta conficere, ibid. n. 10.

Iudex inferior, an poſsit obuiam ire militibus, vel ſuperiorum apparitionibus vexantibus agricolas, differ. 79. §. 1. cap. 7. 8. & 9. num. 1. & 3. Et milites in crimine deprehenſos debet remittere ad ſuum magiſtratum, num. 2.

Iudex illi occurrere debet, cui notoriè infertur violentia, nu. 4. Idem priuatus, ſi poteſt, num. 5.

Iudex ſuperior, an poſsit in ſuo officio peccantem punire, ibid. nu. 6.

Iudici, ſeu officiali, quando reſiſti poſsit, ibid. num. 18.

Iudices ex officio inquirentes non debent, ſibi aſſumere pœnæ partem, quæ declaratori competit, diff. 111. nu. 8.

Iudices non poſſunt conuertere in alios vſus pœnam pecuniariam, quæ fiſco competit, niſi in modica quantitate, ibidem, numero. 19.

Iudices poſſunt mulctas applicare in publicos vſus, vel in cauſas pias, ibid. n. 20.

Iudex, an peccet, qui metu tyranni iniuſtam profert ſententiam, diff. 1. nu. 9.

Iudex, an poſsit minuere decimam executoris, vel tutoris, ſi magna fuerit, diff. 2. §. 1 nu. 1. Et debet eſſe iudex æquitatis amator, ibid. num. 2.

Iudici qualiter ſuccurratur, ſi in ſyndicatu ſit condemnatus reſtituere rem, quam alteri per imperitiam adiudicauit, differ. 2. §. 2. num. 4.

Iudex prius inſpectoiure regio, & conſuetudine iudicat, deindè iure communi, dif. 6. num. 5.

Iudex laicus non poteſt cognoſcere contra clericum, qui etiam poſt delictum commiſſum clericus factus eſt, differ. 9. §. 1. nu. 2. Et non poteſt puniri clericum, qui coram eo falſum teſtimonium dixit, n. 3.

Iudex Eccleſiaſticus debet laicum ad ſuum iudicem laicum remittere, ibidem, num. 23.

Iudex laicus quando poſsit incidèter cognoſcere de iure patronatus, ibid. n. 26.

Iudex Eccleſiaſticus quando poſsit laicos punire, ibid. nu. 28.

Iudex laicus non habet iuriſdictionem in clericos, etiam ſi ſe illius iuriſdictioni ſubmiſſerint, ibid. nu. 29.

Iudicis laici ſententia in clericum lata nulla eſt, etſi clericus non opponat exceptionem fori, nu. 30.

Iudex laicus, an poſsit ſuper nuda poſſeſſione rei ſpiritualis cognoſcere, ibidem, numero. 34.

Iudex, ſiue laicus, ſiue Eccleſiaſticus, competens eſt contra laicum, qui non petit abſolutionem intra tempora à iure ſtatuta, differentia 9. §. 2. num. 4. Et quod detur annus, num. 5.

Iudex vterque poteſt procedere contra duc entes duas vxores, diff. 9. §. 2. n. 11.

Iudex Eccleſiaſticus in criminibus mixti fori non poteſt laicum incarcerare, ſine brachio ſeculari, ibid. nu. 16.

Iudex ille præfertur in crimine mixti, qui primo prænenit cauſam, ibid. n. 17.

Iudex laicus cognoſcit de omni cauſa, quæ non eſt Eccleſiaſtica, diff. 9. §. 3. n. 1.

Iudex ſecularis cognoſcit de re Eccleſiæ, quæ ſine violentia ad laicum peruenit, ibid. num. 2.

Iudex ſecularis cognoſcit de conductione à ſeculari facta de fructibus beneficij, ſi pro mercede conductionis conueniatur, ibidem, num. 3.

Iudex Eccleſiaſticus non poteſt cognoſcere de crimine adulterij, quando agitur apud perſonas ſeculares, ibid. n. 4.

Iudex Eccleſiaſticus, an poſsit in publicè concubinarios animaduertere, ibid. n. 5.

Iudex Eccleſiaſticus nõ cognoſcit de cauſis laicorum, niſi cauſa ſit Eccleſiaſtica, vel ſpecialis, ibid. n. 6.

Iudex Eccleſiaſticus, an ſit competens in cauſis reſtitutionis Eccleſiæ intentatæ contra laicum, ibid. n. 8.

Iudex laicus quando poſsit clericum incarcere, diff. 9. §. 4. nu. 1.

Iudex ſecularis, an poſsit noctu clericis arma auferre, ibid. nu. 3.

Iudex ſecularis poteſt cognoſcere contra clericos degradatos, ibid. num. 4. & in clericos aſſaſinos, nu. 5.

Iudex ſecularis poteſt ius dicere de animalibus clericorum, agros laicorum depaſcentibus. ibid. n. 4. Et an poſsit perdicem aucupi auferre, & condemnare ad pœnas regię legis, num. 15.

Iudex ſecularis, an poſsit obuiam clericis ire, ſi ſeculari iuriſdictioni vim inferunt, ibidem, num. 16.

Iudex laicus neceſsitatis cauſa poteſt triticum, quod clericis ſupereſt, illis auferre, ibid. num. 17.

Iudex laicus poteſt clericũ cogere, vt reſtituat depoſitum acceptum ab ipſo, & qualiter, ibid. nu. 18.

Iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de

cauſa

causa clerici administratoris bonorum Principis, si administratio ab ipso Principe commissa fuit sponte sua, ibid. nu. 19.

Iudex laicus potest exigere vectigal à clerico, qui accepit prædium à laico in fraudē vectigalis, ibid. n. 20. Et quando à clericis exigi possit vectigal, nu. 21.

Iudex laicus potest cogere clericum, vt soluat pensionem debitam pro fundo, quem nullo titulo possidet, ibid. nu. 22.

Iudex laicus potest cōdemnare clericum apud se litigantem accessionis iure, ibidem, num. 23.

Iudices supremi per querelam aditi, possunt cognoscere inter clericos de causis apud Ecclesiasticos iudices pendentibus, ibidem, num. 24.

Iudices supremi Senatus Hispaniæ ius dicunt de iure patronatus Regis, etiam inter clericos, ibid. nu. 26.

Iudex secularis in causa reconuentionis est competens contra clericos, ibidem, numero. 27.

Iudex laicus cognoscit de appellatione à compromisso à clerico interposita, numero. 28.

Iudex laicus tenetur iurisdictionem Ecclesiasticam venerari, ibid. nu. 29.

Iudex apud Romanos quemadmodum eligeretur, diff. 10. nu. 3.

Iudex in causis parui momenti potest deferre iuramentum in supplementum probationis, etiam parte non petente, differ. 34. num. 9.

Iudicis illiterati assessor recusari non potest, si apud ipsum iudicem sit sententia subscripta, diff. 70. nu. 15.

Iudex illiteratus, an teneatur parte petente dicere, quem eligat assessorem, ibidem, num. 16.

Iudex secularis, & Ecclesiasticus, quem ordinem seruare debeant in lite immutatis Ecclesiæ, diff. 76. §. 1 nu. 1.

Iudex Ecclesiasticus competens est super immunitate, ibid. nu. 2. Et debet audire iudicem laicum, dicentem, se nihil egisse cōtra immunitatem, & partes ad probandum admittere, nu. 3.

Iudex Ecclesiasticus quomodo cogitur reum Ecclesiæ restituere, ibid. nu. 4.

Iuramenti religio ad cognitionem Ecclesiæ spectat, diff. 9. §. 1. nu. 20.

Iuramenti obseruatio super cōtractu spectat ad iudicem laicum, ibid. nu. 21.

Iuramentum fit Deum in testem vocando, diff. 65. nu. 2.

Iuramentum non extenditur ad incogitata, ibid. num. 6.

Iuramentum si quis faciat, se non acceptum Doctoris gradum, nisi in vniuersitate, vbi Licenciatus est factus, an etiam interueniente iusta causa obliget, ibidem, numero. 7.

Iuranti custodi pascuorum se aliquem in noxia comprehendisse, an sit credendū, diff. 52. §. 1. nu. 1. Et quid si custos habeat partem condemnationis, nu. 2.

Iuramentum, & iusiurandum sunt nomina synonima, diff. 127. nu. 1. Et ius iurandum vnde dicatur, nu. 2. 3. 5. & 6.

Iuramenti verborum formula olim constituta erat, ibid. nu. 4.

Iurisdictio Ecclesiastica, & secularis qualiter sit penes Pontificem Romanum, diff. 9. num. 2.

Iurisdictionis defectus facit, vt absolutus in foro animæ, non sit in foro exteriori, diff. 12. §. 2. nu. 13.

Iurisdictio incompetentis iudicis nō prorogatur per satisdationem, de iudicio sisti, diff. 61. nu. 8.

Iurisdictio ordinaria extra territorium cō sistere non potest, diff. 129. n. 5.

Iurisdictionem ordinariam, an habeat Cācellarius Vniuersitatis Salmanticæ, ibidem, num. 6.

Ius quid sit, diff. 1. num. 3.

Ius, & iustitia qualiter, differant, ibidem, num. 5.

Iustitia, quid sit? ibid. num. 2.

Iurisprudentia, quid sit, ibid. nu. 6.

Iurisperitus quando Theologo præferendus sit in Episcopatus electione, ibidem, numero. 11.

Ius gentium, ius naturale est, diff. 3. num. 1. & 2.

Ius naturale, an commune sit omnibus animantibus, ibid. nu. 3.

Ius gentium, quid sit? ibid. nu. 5.

Ius ciuile est, quod quisque populus sibi constituit, diff. 4. nu. 1.

Ius ciuili à naturali quemadmodum discernatur, ibid. nu. 2.

Ius ciuile addens, vel detrahens iuri naturali, ita vt illius vires eneruet, non est naturale, sed ciuile, ibid. nu. 4.

Ius ciuile non potest tollere ius naturale, interpretari potest, ibidem, nu. 6. Et ex causa potest ius ciuile interpretari ius diuinum, num. 7.

Ius Pontificium à Summis Pontificibus conditum, diff. 5. nu. 5.

Ius Pontificium, & Regium si inuicem repugnent, vtrumque in suo foro seruatur, & Pontificium pertinet ad omnes Ecclesiasticas personas, differentia. 5. §. 1. numero. 1. & 2.

Ius Pontificium, potius quam commune seruandum est, deficiente iure regio, diff. 5. §. 2. num. 1.

Ius commune pro Romanorum iure accipitur, diff. 6. nu. 1.

Ius Romanorum ius quiritum appellari solet, ibid. nu. 2.

Ius commune, an apud nos habeat authoritatem, ibid. nu. 4.

Iurisperitis, an magis fidei habeatur scribentibus, quam orantibus, aut respondentibus, diff. 6. §. 1. nu. 2.

Iustum non tantum ex legis definitione venit, sed quidquid ex alijs iuris partibus cõparet, diff. 7. nu. 2.

Iustitia distributiua, quid sit? different. 8. num. 1.

Iustitia dicitur, quę priuatorum bona distribuit, ibid. nu. 2.

Ius patronatus, & illi annexum est de foro Ecclesiastico, diff. 1. n. 25.

Ius patronatus, quod Ecclesia habet in villa, non transit in emptorem, etsi villa vẽdatur de consensu Romani Pontificis, ibid. num. 27.

Iure postliminij nostrum dicimus, quod amissum erat, & ab hostibus recipimus, diff. 19. num. 8.

Ius exequẽdi decennij præscriptione tollitur, diff. 26. §. vnico, nu. 10.

Iuris, & facti quæstio, quæ dicitur, diff. 47. num. 1. & 2.

Iustitium, quid sit, diff. 44. nu. 1.

Ius instituendi, seu confirmandi, transit in capitulum sede vacante, & quid de iure conferendi, & præsentandi, differentia. 120. num. 9.

Ius patronatus laicorum, an possit Papa abrogare, vel derogare, differentia 120. §. 1. num. 8.

Ius canonicum nihil de mulierum secundo nubentium successione mutauit, dif. 147 §. 1. num. 4.

Ius totum mutatur ex parua facti mutatione, diff. 146. §. 1. nu. 14.

Ius dicendi nullum, intra quod tempus detur, diff. 148. nu. 22.

Ius idem esse debet, vbi est eadem ratio, q. 5. n. 4. Et procedit in correctorijs, n. 5. Et non dicitur fieri extensio sed omnimoda similitudo, num. 6.

L.

LAicus, & clericus si simul committant delictum, quis erit iudex competens, diff. 6. §. 1. nu. 36.

Laicus, qui contra ius, & leges adiuit Ecclesiasticum iudicẽ, qualiter puniatur, diff. 9. §. 2. nu. 18.

Laicus non potest ad beneficium præsentari, diff. 12. nu. 18.

Lamiæ, an per illusionem, vel corporaliter adueros ludos dæmonis referantur, diff. 106. §. 3. nu. 1. 2. & 3.

Latria, dullia, hyperdulia, quid sit? differ. 106. nu. 1. 2. & 3.

Legatum, quid sit? diff. 16. nu. 1.

Legatũ donus à patre factum, valet etiã si tertium, & quintum legauerit, ibid. n. 6.

Legatarius, an possit agere de euictione contra venditorem rei legatæ, quam emit testator, diff. 17. §. 1. nu. 2.

Legatum eiusdem summæ in eodem testamento inducet duplicationem, non repetitionem, ibid. num. 4. Et quid si eadem summa in diuersis testamentis legatur, n. 5.

Legatum si pro parte non valet, pro rata minuitur onus, ibid. nu. 7.

Legatum restringit expressio causæ, ibid. num. 8.

Legatæ rei augmentum post factum testamentum contingens cui cedat, ibid. numero. 9.

Legatum in ludos illicitos relictum, cui cedat, ibid. num. 10.

Legatarius habet dominiũ rei legatæ statim mortuo testatore, ibid. nu. 11.

Legata specioſi, si sine dolo hæredis non appareant, à legatario peti non possunt: secus in legato pecuniæ, diff. 31. n. 5.

Legata liberatione, quid veniat, diffe. 36. num. 11.

Legatis vxori centum vltra dotem, etiam dos legata censetur, diff. 97. n. 3.

Legati prælati, qui dicantur, differ. 129. num. 9.

Legati delatere, & legati missi, qui dicantur, ibid. nu. 10. & 13.

Legatum vniuersale à particulari, quid differat, diff. 131. nu. 14.

Legatarius hæreditatis capit eam non deducto ere alieno, aut funeris impensa, differ. 146. num. 2. Et seruatur contrarium in legatario partis bonorum, n. 3. & 4.

Legatarius rei particularis longe differt à legatario patris bonorum, ibid. n. 18.

ALPHABETICVS.

Legatarius rei particularis quando teneatur ad funeris impensas, ibid. nu. 19.

Legatum alicui sub conditione si aliquid faciat, an sit conditionale, vel modale, diff. 147. num. 3.

Legio, exercitus, cohors, quid sit, diff. 100 nu. 1. 2. 3. & 4.

Legitimatus non censetur quis ad feuda, & maioratus, q. 6. nu. 6.

Legitima parentum, & filiorũ in quo differãt, diff. 3. n. 6. Et quo iure debeatur, quod de bonis filiorũ patribus debetur, 7. an possit patribus inuitis in pecunia solui, & non in bonis hæreditarijs, nu. 8.

Legitima parentum, & filiorum est de iure naturali, quantitas de iure positiuo, differ. 4. num. 3.

Legitima, an sit pars bonorum, vel hæreditatis, diff. 146. n. 6. 7. & 9.

Legitima filiorum omnia bona parẽtum sunt, ibid. nu. 10.

Legitimæ supplementum, quid sit, differ. 148. nu. 23.

Legitima, quo titulo filio hodie sit relinquenda, ibid. n. 24. 25. 26. 27. 28. & 29.

Legitimæ supplementum, vt locum habeat, quid requiratur, ibid. nu. 30.

Legitimæ supplementum differt à querela, ibid. nu. 31.

Legitima parentum, quæ sit, quæst. 16. numero. 1.

Lex de singulis rebus ferri non potest, differ. 2. nu. 2.

Lex, quid sit, diff. 7. nu. 1.

Lex legitima obligat in vtroque foro, dif. num. 1.

Lex, & canon, an obliget transgressores ad peccatum, ibid. nu. 2.

Lex vsucapionem, & præscriptionem inducens, iussa est in vtroque foro, differt. 12. num. 1.

Legis sententia intuenda est, non verba, diff. 12. nu. 20.

Leges præscribentes conditiones censuum, an valeant in foro poli, differ. 12. §. 1. num. 22.

Leges inducentes præsumptionem aduersus personales actiones, non obtinent in foro cæli, ibid. nu. 3.

Leges inducentes præscriptionem salariorum, non obtinent in foro poli, ibid. n. 4. Et ignorantibus hæredibus huiusmodi debitum præscriptio prodest, ibid. n. 5.

Leges pœnales quando obligent in foro poli, diff. 12. §. 2. n. 16. 17. & 18.

Leges regiæ declarantur, quibus cauetur ne filij legitimati fruantur nobilitate parentum, diff. 13. §. 1. nu. 10.

Leges Partitæ, secundum ius commune debent interpretari, diff. 24. n. 7.

Lex quando incipiat ligare, differ. 99. in data legis, nu. 1.

Lex, & sententia nõ extenduntur ad causas transactione finitas, diff. 55. n. 15.

Lex generalis noua non contingit casus speciales legis antiquæ, diff. 50. §. 2. n. 27.

Lex generaliter loquens restringitur per legem specialiter loquentem, q. 12. n. 3.

Lex de alienatione loquens non comprehendit necessariam, ibid. n. 4.

Lex semper videtur loqui secundum ciuilem significationem. q. 17. §. 2. nu. 5.

Libellus, quid sit, diff. 32. nu. 4.

Liberos duodecim habens olim ab omni munere erat immunis, diff. 49. nu. 5. Et quid hodie. n. 6. 7. 8. 9. & 10.

Liberorum appellatio, quid comprehendat, diff. 9. nu. 2.

Libertus, libertinus, statu liber quis, diff. 93. nu. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

Libido, luxuria, lasciuia, quid sit, diff. 50. per totam.

Librorum folia quare folia dicantur, differ. 4. num. 2. Et quod aliqui membranis pro foliis vterentur, ibidem, numero. 3. Et aliqui arborum corticibus, numero. 4. Et liber, quid sit proprie, num. 5. Et quid sit codex, num. 6. Et quid papyrus, quid pergamenus, num. 6. & 7.

Licentiatus militi prefertur, nisi in actibus militaribus, diff. 6. §. 1. n. 4.

Licenciati in cuius laurea fuit defectus, ex quo excluderetur secundum leges, in foro poli tutus est. diff. 12. §. 2. nu. 25.

Licitatio, quæ dicatur, differentia. 75. nu. 2. 3. & 4.

Licitatione facta in re posita in albo prætorio, dominus pœnitere nõ potest, ibidem, num. 6.

Licitator primus, an liberetur per secundum, ibidem, num. 7. Et quid in regijs vectigalibus, numero 8. Et quid in venditionibus priuatorum, numero. 9. Et facta vna adiectione del quarto, an alia sit admittenda, numero. 11.

Lineæ duæ sunt in maioratus successione, & an fiat transitus de linea vltimi possessoris ad alteram lineam, nisi ita in maioratu expressum sit, q. 1. nu. 1.

Litis contestatio incorporalibus operatur idem quod traditio in incorporalibus, diff. 37. §. 3. nu. 2.

Litis æstimatio, quid sit, & qualiter fiat, diff.44.nu.16.

Lis quid sit, & largo modo lis dicitur ante litem contestatam, diff.136.nu.3.& 4.

Litis appellatio pertinet ad lites ciuiles, & criminales, ibid.nu.5.

Litigãtes, an possint iuris ordinem remittere, diff.137.nu.4.

Locatio obligat contrahentes in bonis liberis, non in bonis maioratus, differ.24.§.2. num.7. Et quid si sit hæres antecessoris, numero.8.

Locator finita locatione potest expellere conductorem, diff.26.n.18.

M.

MAioratus viuo possessore, si moriatur primogenitus eius, filius eius locum intrat, diff.24.nu.2.

Maioratus bona alienari non possunt, ibidem, num.4. Et an contineatur alienationis verbo, num.5. Et an locari possint bona maioratus vltra nouem annos, n.8.& 9.

Maioratus bona non omnes vocati simul habent, sed ordine successiuo, differ.24.§.1. num.5. Et in bonis maioratus succedit natus, aut conceptus post mortem: quid in bonis liberis, nu.6.

Maioratus in bonis succedunt consangunei in infinitum: in bonis liberis vsque ad decimum gradum, ibid.nu.7.

Maioratus in bonis non præfertur frater vtrinque coniunctus, & quid in bonis liberis, ibid.nu.8.

Maioratus bona longi temporis præscriptione non præscribuntur, differentia. 24.§. 1.num. 1. Et in illis habet locum præscriptio. 30. vel 40. annorum, quæ non nocet primogenitis non natis tempore præscriptionis, num.2.

Maioratus bona acquiri possunt præscriptione immemoriali, ibid.nu.3.

Maioratus res multis de causis alienari potest, ibid.nu.4.

Maioratus est vniuersitas facti, non iuris, diff.131.nu.4.

Maioratus si institutus sit, sine prælatione masculorum, masculus eiusdem gradus, & lineæ præfertur fœminæ natu maiori. si autem masculus alterius sit lineæ, præfertur illi fœmina prognata ab vltimo possessore, q. 1.nu.2.& 3.

Maioratus Hispaniæ iudicantur ex legibus Partitarum, loquentibus de successione regni, ibid.nu.4.

Maioratus à patre institui potest, & melioratio tertij, & quinti in hæreditaria emphyteusi, sicut in bonis proprijs, quæst.6.num.1. Nec interest, an emphyteusis ad vitas fuerit concessa, nu.2.

Maioratum habere nõ potest spurius, nisi constet de voluntate fundatoris, quæstion. 6.num.5.

Maioratus causa, vbi tractari debeat, si bona sint in diuersis territorijs, different. 11. num.6.

Maioratus, quid sit, differentia. 18. numero. 1.

Maioratus in contractu, & testamento potest instituí, ibid.nu.3.

Maioratus successor nanciscitur possessionem maioratus, statim cum vacat, ibid. num.5.

Maioratus est tertia species inter contractum, & vltimam voluntatem, n.6.

Maioratus titulo censentur cõcessa à Principe boda quæ titulo Ducatus, vel Comitatus concedit, diff.18.§.1.nu.4.

Maioratus natura, quæ sit, ibid.n.6.

Maioratus bona obligari non possunt, etiã obtenta facultate, nisi liberis deficientibus, diff.18.§.2.nu.2.

Maioratus successor non potest à patre possessore exhæredari, ibid.n.3.

Maioratus si pertinet ad filium, & pater bona dissipat, priuetur administratione, ibidem, num.4.

Maioratus successor potest vendicare rẽ alienatam ab antecessore, ibid.nu.5.

Maioratus causa si magni momenti est, reputatur casus curiæ, ibid.n.6.

Maioratus, & feudi differentia, dif.17.n.2

Maioratu non excluditur fœmina masculis deficientibus, ibid.nu.3.

Maioratus bona, quo iure possideantur, ibid.num.6.

Maioratus, & feudi non est idem argumẽtum, ibid. num. 11. Et in feudo non succedit mutus, & surdus, secus in maioratu, nu. 12.& 13.

Maleficorum, & dæmonum opera mentis alienatione plerumque euenit, differ.86. num.3.

Manumissi vindicta plenam libertatem accipiebant, fiebantque ciues Romani, & quare ita dicerentur, & quare dicerentur pilati, & qui dicerentur artitij, qui fideicommissarij, qui orcini, & ercini vnde dicti, diff. 93.nu.7.vsque ad nu.15.

Marapetinos, quæ moneta sit, differ.140. nu.7.& 8.

Maritus non tenetur restituere reditus, si census perpetuus in dotem datus sit, quæst. 4.num.4.

Maritus non tenetur restituere annuam quantitatem, quam accepit, donec dos soluta fuit,ibid.num.524. Idem in censu ad vitam, num.6.

Maritus, an teneatur restituere reditus datos in dotem,ita vt non sit sors, ex qua pendeant,ibid.nu.7.

Maritus,an teneatur restituere reditus beneficij à clerico in dotem dato, ibid.n.8.

Maritus non potest deprehensos adulteros occidere in foro poli,differentia.12.§.2. num.15.

Maritus legare potest vxori vltra quintũ, si illam grauat,vt filios alat, differentia. 16. §.1.num.1.

Maritus vxori reconciliatus censetur ignouisse adultero,diff.51.§.3.n.1.

Maritus reconciliatus potest vxorem iterum lapsam accusare,ibid.nu.4.

Maritus filios legitimos habens quantum possit sponsæ donare,diff.125.n.11. Et quid si habeat patrem,nu.12.

Maritus si plures ducat vxores,potest vni cuiq; nomine arrharum dare decimam partem bonorum,ibid.nu.13.

Maritus liberatur reddendo res deteriores, quando æstimatæ datæ non sunt: secus si æstimatæ datæ sunt,diff.129.n.3.&4.

Maritus alienare potest res æstimatas, secus inæstimatas,ibid.5.6.&7.

Maritus solus potest adulteris accusare, quæst.17.num.14.

Masculus alterius lineæ non excludit fœminas, nisi constat de testatoris voluntate, quæst.1.nu.5.&6.

Masculus alterius lineæ nunquam excludit fœminam descendentem ab vltimo possessore, nisi de contraria voluntate constet, ibid.nu.10.&11.

Mater vidua, quæ habet filios ex primo, & secundo matrimonio,succedit pleno iure filijs secundi matrimonij decedentibus, diff.121.§.1.nu.5. Et quid si habeat filios, ex tertio matrimonio,nu.6.

Mater, an, & quando succedat pleno iure filijs decedentibus,si ex illorum matrimonio alij non extent,ibid.n.7.&8.

Mater, quæ ex secundo matrimonio liberos non habuit, & transiuit ad tertias nuptias, nihil tenetur reseruare filijs primi matrimonij,ex bonis filij tertij matrimonij decedentis,ibid.nu.9.

Mater succedens ex testamento filijs primi matrimonij succedit pleno iure, ibid. num.10.

Mater secundo nubens ex consensu filiorum, an illius succedat pleno iure, ibidem, num.11. Et omnia superiusdicta procedunt, siue mater nubat intra annum luctus, siue post,ibid.§.2.nu.1. Et an idem in patris sit, num.2. Et iam quo ad pœnas transeundi ad secundas nuptias,nu.3.

Mater ad hoc quod succedat pleno iure, vel non,nihil interest, an filius moriatur antea quam nubat,vel postea,ibid.nu.4.

Mater, quæ bona teneatur seruare filijs primi matrimonij,ibidem,nume. 5. Et omnia supradicta procedunt in patre, & auo, num.7.

Mater binuba, an possit meliorare vnum ex filijs de bonis alterius filij defuncti, ibid. num.8.

Mater qualiter puniatur, si filijs tutorem non petat antequam secundo nubat, ibid. num.9.

Mater,quæ succedit in vsufructu filio defuncto, solum pro rebus mobilibus tenetur satisfdare,ibid.nu.11.

Mater inhonestè viuens intra annum luctus quibus pœnis subiaceat,ibid.n.12.

Mater secundo nubens de iure canonico non punitur,ibid.nu.13.

Mater excluditur per pupillarem,si filius impubes decedat,ibid.nu.17.

Mater, an possit priuare patrem vsufructu bonorum,quæ filio reliquit titulo meliorationis,diff.123.§.1.nu.10.Et quid de bonis suæ legitimæ,nu.11.

Matrimonium, quod maris, & fœminæ coniugatio dicitur, descendit ex instinctu naturæ,diff.3.nu.4.

Matrimonij causa priuatiua est Ecclesiastici fori,differ.9.§.1.num.17. Et quando est quæstio facta,potest secularis de ea cognoscere,num.18.

Matrimonium requirit parochi præsentiam,non illius auctoritatem, differ.48. n.5. Et etiam si parocho inuito fiat,valet,numero.6.

Matrimonium coram cuius coniugis parocho fieri debeat,ibid.nu.7.

Matrimoniũ celebrans parochus in aliena parochia,peccat,& tenet matrimonium, ibid.num.8.

Matrimonium cõtractum in loco,vbi vici non sunt contrahentes,si fit coram non parocho non valet,ibid.nu.9.

Matrimoniũ non tenens ex defectu solẽnitatis Concilij, an valeat in vim sponsalio

rum, differ. 48. §. 1. num. 2. Et quid impubere, num. 3.

Matrimonium de præsenti, non fiunt hodie sponsalia de futuro, etiam sequuta copula, ibid. nu. 4.

Matrimonium coram parocho valet, etiã sine monitionibus, diff. 48. §. 2. n. 1.

Matrimonium clandestinum olim valebat, tamen contrahentes puniebantur, ibid. num. 2. 3. & 4.

Matrimonium, an spadones, & senes possint, contrahere, diff. 85. §. 2. n. 1. & 2.

Medicus, an possit pacisci de salario, cũ infirmo, diff. 130. §. 5. nu. 2. Idem de chirurgis, num. 3.

Mechanici, qui dicantur, diff. 130. num. 2. Et quæ sint artes liberales, nu. 3. Et de pictoribus, statuarijs, & alijs, an sint mechanici, ibid. nu. 3. 4. & 5.

Melchisedec lingua Hebraica, quid significet, diff. 9. nu. 4.

Melioratio in dubio potius intelligitur facta in tertio, quam in quinto, different. 19. num. 5.

Melioratio tertij, & quinti filio facta, si legatis exhausta sit, habet filius quartam partem omnium legatorum, ibid. nu. 7.

Melioratio sic facta, Melioro filium meũ Ioannem, intelligitur de tertio, & quinto, diff. 16. §. 1. nu. 2.

Melioratio facta filio à marito in testamẽto de bonis vxoris suæ, non valet, etiam si vxore præsente fiat, ibid. nu. 6.

Melioratio facta à patre in nominibus, an possit reuocari, diff. 37. §. 2. n. 3. & 4.

Melioratio causa dotis facta non tenet, diff. 82. nu. 1.

Melioratio tertij, & quinti est pars hæreditatis, diff. 146, nu. 11. & 12.

Mendacium dicere, & mentiri, an differant, diff. 78. nu. 4.

Mendacium, & simulatio, an differant, ibid. num. 5. Et quid sit simulatio, & dissimulatio, nu. 8. & 9.

Mendacium etiam ob iustam causam, an dici possit sine peccato, ibid. nu. 6. Et quid de simulatione, nu. 7.

Merx, & merces, quid sit, diff. 383. num. 1. & 2.

Militia apud veteres, quid fuerit, diff. 150. §. 3. num. 11.

Militia filio empta, an conferatur, ibidem, num. 12.

Ministri Ecclesiarum, an sint de foro Ecclesiastico, diff. 9. §. 1. n. 1.

Minor potest suum curatorem hæredem instituere, differentia 15. §. 1. n. 4.

Modus à conditione quid differat, diff. 147. num. 5.

Modus dispositionem non suspendit, ibi. num. 7.

Modus quid sit, ibid. n. 8. Et quid conditio, n. 6.

Modo non impleto an dispositio sit irrita ipso iure, ibid. n. 9.

Modus vt sit, requiritur causa quæ alicuius commodum respiciat: in conditione causa necessaria non est, ibid. n. 13.

Modo deficiente, an hæreditas, vel legatum transmittatur, & quid deficiente conditione, ibid. nu. 11. & 12.

Modus impossibilis non irritat contractum: at conditio impossibilis sic, ibidem, num. 14.

Modus si sit causa finalis, illo non seruato potest dispositio reuocari, ibid. nu. 6.

Molendinorum genus duplex est, diff. 54. §. 2. num. 1.

Molendinum à quo fieri possit, & quæ requirantur, nu. 7. 8. & 9.

Molendinorum ædificia non debent impediri propter leue damnum, ibid. n. 10.

Molendina, an possint ædificari, sine alicuius incommodo, diff. 54. §. 3. nu. 2.

Molendinum habẽdo aquam per locum publicum, non potest ædificari, sine Principis, aut senatus assensu, ibid. num. 3. Et si senatus negauerit facultatem, an superior iudex possit adiri, nu. 4.

Molendinum ædificari debet, sine damno alterius molendini, ibid. nu. 5.

Molendinum, & furnum, & torcularia sunt indiuidua, diff. 106. §. 7. n. 12.

Monachus decedens viuo patre, ad quem transmittat ius succedendis, differ. 147. §. 1. num. 17.

Monachus nouitius profitens in vltimo vitæ spiritu, an faciat, vt hæreditas pertineat ad monasterium, & non ad substitutos, ibid. nu. 18. & 19.

Monachorum nomine, an heremitæ contineantur, q. 7. n. 4. & 5.

Monachus nouitius, an sit de foro Ecclesiastico, diff. 9. §. 1. n. 6.

Monasterium quibus casibus habeatur loco filij, diff. 147. §. 1. n. 16.

Monetarum genera, scilicet blanca marabotinus, quarto, denarius, sextertius, & alia plurima vide, diff. 140. & 141. Et de ponderibus monetarum, diff. 142. 143. & 144.

Mulier, quę semel lucra matrimonij repudiauit nõ potest pœnitere, dif. 124. §. 3. n. 10.

Mutuans pecuniam pauperi, qui non est soluendo potest agere contra illius filios, qui ex illa pecunia susceperunt alimenta, diff.2.§.2.num.2. Et idem in vxore aqua mutuum condicere possunt creditores, ibidem, num.3.

Mutuum factum filio, aut minori in studijs, an teneatur soluere illud tutor, aut pater, diff.1.§.1.num.11.12.13. & 15. Et ponitur cautela legis filius familias. ff. ad Maced. num.10.

Mutuãs pecuniam, vt ex ea merx ematur, an in merce omnibus præferatur pro pecunia, diff.79.§.1.cap.3.nu.1.

Mutuum non admittit aliquid vltra sortem, nisi ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, diff.118.nu.15.

N.

NEcessitas facit licitum, quod non est, diff.12.nu.14.

Nepos proprie, quid significet, diff. 92.nu.2.&3.

Nobilis non est cogendus ad contributionem, diff.8.nu.12.

Nobilis conducens Magnatum vectigalia, an perdat nobilitatem, diff.31.n.10.

Nobilis sicut agricola debet, sine fideiussore relaxari, diff.79.§.1.cap.2.nu.7.

Nobilis promittens dare fideiussores si nõ dederit, delinquit, & potest incarcerari, ibidem, num.11.

Nobilitas vulgo appellatur hidalguia, dif. 145.n.1. Et vnde dicatur nomen, hidalgo de vengar quinientos sueldos, n.2.3.4.& 5.

Nobilitatis causa petitoria, quid differat à possessoria, ibid.nu.9. Et quid sit probãdum in petitorio nobilitatis, nu.10.

Nobilitatis iudicio pendente, nobilis, an debeat, cum plebeis contribuere, differ.145. §.1.nu.3.

Nobilitatem, quid pariat, ibid.n.8.

Nobilitas, an inducatur ex vassallorũ concessione simpliciter à Rege facta, ibidem, num.9.

Nobilitas non acquiritur, ex emptione vassallorum, ibid.nu.10.

Nobilitatem, an possit probare vicinus loci liberi, ibid.§.2.n.1.2.& 3.

Nobilis, qui litigat super nobilitate, cum vniuersitate, an debeat contribuere in impẽsis, quæ in eam rem à ciuibus exiguntur, q. 11.num.1.

Nomen, quid significat, diff.50.n.3.

Nomina Cardinalia, non prætergrediuntur numerum, quem significant, differ.116. num.1.

Nomina distributiua signatum numerum repetunt, ibid.nu.2.

Notarius, quid sit, diff.45. num.2. Et quid librarius, & quid seruus publicus, & tabularius, nu.3.4.& 5.

Nouatio, quid sit, diff.50.nu.7. Et per nouationem prior actio permittitur, n.8.

Nouatione facta, pignora liberantur, vsuræ non currunt, ibid.nu.9.

Nouato contractu, an ex secundo debeatur gabella, ibid.nu.10.

Nouatione facta retractus rei familiaris à quo die cedat, ibid.nu.11.

Nouatio, an fiat per cessionem, differ.50. §.2.num.1. Et an per delegationem, num.3. 4.5.& 6.

Noxia, & noxa, quid sit, diff.52.num.1. Et an quadrupes occidens hominem, sit occidendus, num.3. Et qua de causa occidatur animal, cum quo homo coiuit, nu.4.

Nubere ad fœminam, ducere ad virum pertinere, differentia.48.num.1.& 2. Et collocare, ad patrem pertinet, qui marito filiam tradit, numero. 3.

O.

OBligatio vassallorum pro dominis metu facta, irrita est, differ.79.§.1.cap. 5. num.2.

Obses, quis dicatur, diff.59.nu.15.

Officialis cuiuslibet Cancellariæ in territorio alterius Cancellariæ vtitur literis requisitorijs, diff.11.nu.10.

Officia, & honores, an sint æqualiter distribuenda nobilibus, & plebeis, diff.31.num. 7.& 8.

Officiales nobiles in sedendo, & in suffragijs ignobilibus præferuntur, ibidem, numero. 9.

Officium iudicis aliud nobile, aliud mercenarium, differentia. 34. numero. 1. Et in quo differat ab actione officium nobile, numero. 2.

Officium iudicis si competat, an necessaria sit interpellatio iudicialis, & quid si actio competat, ibid.nu.3.

Officio iudicis si exprimitur, an habeat locum reconuentio, ibid.nu.4.

Officio iudicis nobili veniunt, quæ in criminalibus incidenter petuntur, ibidem, num.5.

Officio iudicis nobili si agamus, citantur omnes cuia interest in actione solum in libello

bello contenti, ibid. numer. 6.

Officio iudicis nobili si agamus, iurisdictionem non potest prorogare, sicut quando agimus actione, ibid. num. 7.

Officium Iudicis nobile à mercenario quid differat, ibid. num. 8.

Officium iudicis & persecutio in quo differant, ibid. num. 10.

Officium carnificis vilissimum est, dif. 130 §. 4. num. 1. Et carnifex debet habere vestes damnati, num. 2.

P.

PActum sponsionis, quod est apuesta, an valeat in foro poli, differentia. 12. §. 1. num. 23.

Pactum alioquin improbum inter partes reciproce conuentum, valet ratione incertitudis, q. 12. nu. 10.

Parricidium quid sit, & quæ sit eius pœna differentia. 117. num. 1. & 2. Et quare diuerso animalium genere vlciscatur, numero. 3. Et quare lex dixerit gallum gallinaceum, num. 4.

Particulare nomen quod sit, differen. 131. num. 8.

Particulare nomen in iure quid differt ab vniuersali, ibid. num. 9. 10. 11. 12. & 13.

Pater habens filium magistratum, an illi cedere debeat, vel econtra, different. 11. numer. 12.

Pater potest vxori mandare, vt faciat meliorationem in filium, quem voluerit, & si ipsa non eligat, nullus illam habebit, nisi pater titulo maioratus illam reliquerit, tunc enim maior illam habebit, differentia, 16. numer. 8. & 9.

Pater potest meliorare defuncta vxore, de bonis quæ constante matrimonio acquisierunt, ibid. num. 10.

Pater ex filiorum bonis potest facere meliorationem, & dummodo ex proprijs faciat alijs compensationem, ibid. n. 11.

Patris appellatio an auum comprehendat, different. 91. num. 3. Et quid de parente, num. 4.

Patris potestate an liberet sacerdotalis ordo, differ. 125. §. 2. n. 5.

Pater potest filio in acquirendo facere præiudicium. diff. 150. §. 4. nu. 12.

Pater in legitima non potest grauare filium, quæstione. 13. numero, 1. Secus in melioratione, num. 2. Alia vide in verbo legitima.

Pater an possit hæredem instituere filium quem constante matrimonio ex soluta suscepit, quæst. 10. num. 2. Et quid de matre, num. 3.

Pater ob benemerita vnius filij non potest cæterorum legitimam minuere, quæst. 15. num. 1.

Pater, an possit in prælegando excedere metam à iure statutam, quæstione. 15. num. 3. 4. & 5.

Pater hodie succedit filio clerico, etiam in bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, quæst. 16. num. 4.

Pater potest filio relinquere liberam testandi facultatem, ibid. nu. 5.

Patroni possunt priuatim præsentare, vbi competit ius præsentandi pluribus, vt singulis, diff. 8. nu. 15.

Patronus ab aduocato, quid differat, diff. 64. num. 1.

Patruus quis dicatur, differentia. 92. numero. 1.

Patruus, an auunculo in successione præferatur, ibid. nu. 5. 6. 7.

Pœna palinodiæ ad Ecclesiasticas personas non extenditur, differentia. 5. §. 1. numero. 3.

Pœna à lege imposita non tollitur per pœnitentiam à sacerdote iniunctam, diff. 12. §. 2. num. 22.

Pœna talionis non est in vsu, differ. 119. ibid. num. 2.

Pœna talionis ex eodem processu, sine noua cognitione imponi potest, ibidem, numero. 3.

Pœna calumniatoris punitur, qui accusatores subornat, ibid. n. 4. Et vnde calumniatoris nomen originem traxerit, n. 5.

Pœna concubinatus est, quod vulgo dicitur marco de plata, & quibus regalibus constet, q. 17. §. 2. nu. 1.

Petitorium suspendi potest in casu nobilitatis, differentia. 145. §. 1. numero. 1. Etiam si nobilis sit conuentus à procuratore fisci, num. 2.

Pignus conuentionale, quid dicatur, diff. 58. num. 1. Et quod pignus prætorium, nu. 2. Et iudiciale, nu. 3.

Pignus legale, & conuentionale in quo differant, ibid. nu. 4.

Pignus tacitum, & expressum in quo differant, ibid. nu. 5.

Pignus conuentionale vtramque habet possessionem, prætorium, naturalem tãtum, ibid. num. 6.

Pignoris conuentionalis, & prætorij, nouem ponuntur differentiæ, ibid. nu. 7.

Pignoris prætorij, & iudicialis different. ibid.num.8.

Pignoris prætorij hodie plurima immutata sunt, ibid.nu.9.

Pignoris prælatio tempore contractus est inspicienda, ibid. §.1. num.2. Et limitatur hæc conclusio, ibid. num.3. Declaratur limitatio, nu.4. Et an prioritas reguletur tempore contractus, licet nondum venerit dies solutionis, num.5.

Pignus extinguitur per emptionem à creditore factam, diff.58.§.2.nu.9.

Pignus vendens creditor, quod emerat, repellitur exceptione de dolo si pignoratitia egerit aduersus secundum emptorem, nisi in venditione pignoris sibi prospexit, ibid. num.10.

Pignus inutiliter constituitur à minore, qui emit prædium ea lege, vt quoad pretium solueretur, esset pignori, differ.58.§.2. num. 11. Et qualiter hoc casu vtiliter pignus constituatur, num.12.

Pignus, & hypotheca, quid dicatur, diff. 57.num.1.

Pignoratitia, & hypothecaria in agendo differunt, ibid.nu.2.

Pignoratitiam, seù hypothecariam intentans, quid probare teneatur, ibidem, num.3. Et quid si agatur aduersus tertium possessorem, num.4.

Pignoratitia agens aduersus tertium possessorem, an teneatur citare principalem debitorem, ibid.nu.5.

Pignus contrahi potest cum pacto legis commissoriæ, si res iusto pretio per arbitros taxato vendita remaneat, differentia. 57. num.11.

Pignoratitiæ, seù hypothecariæ actionis, quid effectus, ibid.nu.12.

Pignus, an censeatur remissum, quando venditur ex causa necessaria, differentia.128 num.4.

Periurij crimen mixti fori est, diff.9.§.2. num.14.

Plebs à populo, quid differat, diff.31.n.4. Et quid plebis appellatione contineatur, & an nobiles, nu.5. & 6.

Pontifex Romanus ex Græcis transtulit Imperium in Germanos, differ.9.num.8. Et Regno Lusitaniæ Rege laborante opentulit, alterum substituendo, num.9. Et quando inter Principes sæculares teneatur iurisdictionem exercere, nu.10.

Pontifex Romanus potest regnum Regis hæretici alteri debellandum dare, diff.9.§.1. num.15.

Pontifex potest legitimare, differ.9.§.1. num.19.

Pontifex, an possit personas Ecclesiasticas in vniuersum submittere iurisdictioni laicorum, ibid.nu.31.

Pontifex adiri potest contra Regem iniuste iudicantem, ibid.nu.37.

Possidens rem Ecclesiæ, aut minoris, sine titulo, non est in mora, donec is cuia interest declarauerit se velle, vt contractus non teneat, diff.12.nu.18.

Possidens rem alienam per sententiam, an sit tutus in foro Dei, si scit esse alienam, diff.12.§.2.nu.6.

Possessio ciuilis sola est vera possessio, naturalis detentio est, diff.26.nu.1.

Possessio inquilini, coloni, & vsufructuarij, quæ sit, ibid. num.2.

Possessio ciuilissima quæ dicatur, ibid.numer.3.

Possessio in rebus in corporalibus non dicitur, sed quasi possessio, ibidem, numero.4.

Possessio & quasipossessio, quæ sit, ibid. numer.5.

Possessio corporalium, & quasipossessio incorporalium in quo differant, ibidem, numero 6.

Possessio plus habet iuris quam facti, ibidem, numero 12. Et quid sit possessio numero 13.

Possessio ciuilis & naturalis, an differant substantia, ibid.num.14.& 15.

Possessio naturalis in absentia animo nõ retinetur, ibid.nu.16.

Possessio naturalis ad præscriptionem sufficit, ibidem, num.17.

Possessionem ciuilem habens, an possit rei vendicatione conueniri, ibid.n.19.

Possessio qualiter apprehendatur, diff.26. §.vnico, num.1.

Possessio transfertur traditis clauibus, ibidem, num.2.

Possessio quibus ceremonijs hodie apprehendatur, ibid.num.3.

Possessio plurium rerũ accipi debet, non vnius pro omnibus, sed cuiuslibet, ibidem, numer.4.

Possessio vnius rei suscipitur pro omnibus in maioratu, ibid.num.5.

Possessio iurisdictionis qualiter sumatur, ibid.num.6.

Possessio incertæ partis si detur, nullius est momenti, ibid. num.8.

Possessio iudicialis qualiter probetur, ibidem, num.9.

INDEX.

Possessorium spectat possessionis causam petitionum causam proprietatis, differ. 145. num. 8.

Possessio immemorialis quomodo probetur, & an sufficiat probare possessionem cētum annorum, ibid. nu. 11. & 12.

Posthumus præteritus si decedat viuo patre, an illius testamentum rumpat, differentia. 2.

Posthumus, quis dicatur, & vnde dicatur, diff. 91. nu. 7. 8. & 9.

Postulare, quid sit, diff. 32. nu. 3.

Pragmaticę nomen, quid comprehendat, & quid sit pragmatica sanctio, different. 64. num. 4. & 5.

Precarium ad vsum incertum datur, diff. 134. nu. 1. & 3.

Precarium, & commodatum quando valeat reuocari, ibid. nu. 2.

Precarium non debet intempestiue reuocari, ibid. nu. 5.

Precarium quibus verbis fiat, ibidem, numero. 6.

Precaria, quid sit, ibid. nu. 7.

Precariæ nomen nouum est, & à consuetudine introductum, ibid. nu. 8.

Præceptorum genera, quæ sint, different. 5. num. 1.

Prædes, qui dicantur, diff. 59. nu. 14.

Prœletus non est tutus in conscientia, qut iudicis auctoritate priuauit emphyteutam emphyteusi, quia eo non interpellato alienauerat emphyteutica bona, different. 12. §. 1. num. 20.

Prælagatum, & perceptio quare ita dicantur, diff. 16. nu. 2.

Prælegatum, & perceptio recte conuenit verbo meliorationis, ibid. nu. 3.

Præscriptio in bonis dotalibus, & paraphernalibus, an currat constante matrimonio, diff. 124. nu. 10.

Præscriptio triennij pro mercede contra quos currat, diff. 130. §. 10. nu. 1.

Præscriptione à lege prohibita ordinaria censetur prohibita, q. 13. nu. 19.

Præscriptio in re publica si sit immemorialis, an procedat, differentia. 24. §. 2. numero, 5.

Præscriptio, & exceptio, an differant, diff. 38. nu. 1. 2. & 3.

Præscriptio 10. & 20. & 30. annorum contra minores, quando currat, ibid. n. 7.

Præscriptio cum mala fide, an hæredi prosit, ibid. nu. 8.

Præscriptione triennij defenditur, quis à restitutione fructuum, ibid. nu. 9.

Præscriptionem non inducunt, quę fiunt amicitiæ iure, ibid. nu. 10. & 11.

Præscriptio iuris adeundi quanto tempore completur, diff. 38. §. 1. nu. 1.

Præscriptione immemoriali defendi possunt tributa, quæ magnates recipiunt à suis vassallis, ibid. nu. 4. 5. & 6.

Præscriptione immemoriali defendi potest tributum, quod luctuosa vocatur, ibid. num. 7. & 8.

Præscriptione immemoriali, laici in decimis defenduntur, ibid. nu. 9.

Præscriptio immemorialis, vbi est non est vtendum titulo, nu. 10.

Præscriptio immemorialis necessaria est ad regalia, diff. 39. nu. 7.

Præscriptio non currit ex titulo adquisito cum iuris ignorantia, diff. 41. nu. 9.

Præscriptio immemorialis, quid vltra bonam fidem exigat, ibid. nu. 18.

Præscriptio in quo differat ab vsucapione, diff. 110. nu. 1.

Præscriptio temporis, quid sit, ibid. nu. 3. Et quod valeat ad excipiendum non ad agē dum, num. 4.

Præsentatus ab eo qui est in quasi possessione iuris patronatus præfertur præsentato ab eo, qui in petitorio probat se habere ius patronatus, diff. 120. nu. 19.

Præsentato decedente, quid patronus facere debeat, ibid. nu. 20.

Præsentatus à minore præfertur præsentato à curatore, ibid. nu. 21.

Præsentatus à patrona vxore debet præferri præsentato ab eius marito, ibidem, numero. 22.

Præteritio, quid sit, diff. 148. nu. 5.

Pretiorum fit diuisio, diff. 12. §. 2. nu. 14.

Præuaricator vndê dictus sit, differ. 136. num. 6.

Primogeniti Hispaniæ, & Duces, Comites, & Marchiones, peculiari homagio Regi obsequuntur, diff. 19. nu. 4. Et certis diebus tenentur obsculari manus Regis, & vnde hoc habeat originem, nu. 5.

Primogeniti descendens illius personam repræsentat, q. 1. nu. 9.

Principi mandanti aliquid contra conscientiam, an sit obtemperandum, different. 9. num. 10.

Principis abolitio, an tollat infamiam, diff. 51. §. 3. nu. 6.

Prior, & Consules de Burgos, quam habeant iurisdictionem, diff. 29. n. 4.

Priuatus in aliquo casu possit suum debitorem comprehendere, diff. 9. §. 4. n. 2.

Priuile-

Priuilegium, quid sit, differentia. 13. numero. 2. Et dicitur, quasi lex priuata, numero. 3.

Priuilegium concessum à Rege Alphonso Christophoro Perez, extenditur ad fœminas, diff. 13. §. 2. nu. 1.

Priuilegium stricte interpretandum non respicit propriam significationem, ibidem. numer. 3. Et quod dictum priuilegium pertinet ad fœminas matrimonio iunctas, ibidem, numero. 3. Et quid hoc priuilegium differat à lege prima. ff. de iure immunitatis, num. 7.

Priuilegium ne soluatur pedagium ad pedagia Magnatis non extenditur, differ. 13. §. 3. num. 1.

Priuilegium reuocari potest à Principe si incipiat Reipublicæ esse damnosum, ibidē, num. 2. Et quæ de hoc sit causa sufficiens, num. 3.

Priuilegium pastoris differt à priuilegio Antonæ Garsiæ, ibid. num. 5.

Priuilegium inclusum in corpore iurisnō reuocatur per generalem reuocationem, ibidem, num. 6.

Probationis genus non videtur reiectum ex eo quod aliud lex admittat, quæstione. 2. num. 2.

Procurator in rem suam, an possit reuocari, differentia. 37. §. 2. nu. 6. & diff. 50. §. 2. num. 2.

Procurator, & defensor, quid sit, differentia. 68. numero. 1. Et excusator, quid sit, numero. 2.

Procurator ab actore in quo differat, ibid. num. 3.

Procurator, an admittatur in criminali, diff. 138. num. 6.

Prouinciæ, quæ dicerentur fœderatæ liberæ, & quid sit Colonia, differentia. 101. per totam.

Q.

QValitas admittens aliquem, inesse debet electionis tempore, quæstione 14. num. 10.

Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, n. 11.

Quasi possessio rerum incorporaliū quando petatur, diff. 26. nu. 7.

Quasi possessio non solum datur pro rebus incorporalibus, sed etiam pro iure personarum, ibidem, numero 9. Et pro iure patronatus, num. 10. Et pro redditibus annuis, num. 11.

Quasi possessio beneficio Ecclesiastici qualiter accipi debeat, different. 26. §. vnico, num. 7.

Quæ inter se differrunt per metaphoram alia pro alijs vsurpantur in exordio, numero. 2.

Quæ in nouo Testamento continentur, an ad præceptum omnia pertineant, differ. 5. num. 3.

Quæ dicatur ignorantia crassa, & supina, diff. 41. nu. 5.

Querela inofficiosi testamenti, quid sit, & an actio recte dicatur, differ, 148. num. 14. & 15.

Querela inofficiosi Testamenti non potest in eodem iudicio cumulari, cum petitione hæreditatis, ibid. nu. 16.

Querela inofficiosi testamenti, quo casu hodie possit habere locum, ibid. num. 18. & 19.

Querela potest habere locum quando testator adiecit causam exhæredationis, hæresque non probauit eam, ibidem, numero. 20.

Querela datur intra quinquennium, ibid. num. 21.

Quintum omne, an sit expendendum pro anima morientis abinteſtato, differentia vigesimaquinta. §. primo, numero primo, & secundo. Et quid si infans moritur, num. 3.

Quintum hæredibus defuncti debetur factis iustis expensis funeris, ibidem, numero quarto. Et maior pars quinti expendi debet in Ecclesia in qua defunctus sepelitur, numero. 5.

R.

REcusatio iudicis Ecclesiastici qualiter fieri debeat, differentia. 5. §. 1. numero. 6.

Reges, & Pontifices olim ijdem erant, differ. 9. num. 3.

Reges Magi, qui ab Oriente venerunt, quare communiter Reges appellantur, ibidem, num. 4.

Reges in colsulto Pontifice, non possunt cum infidelibus pacem facere, differentia 9. §. 1. num. 16.

Regij Consiliarij cæteros Magistratus valde præstant, differencia. 10. numero vigesimo.

Rex qualiter in summo Senatu præsens sit, & qualiter in Cancellarijs, ibidem, numero. 21.

INDEX.

Regij consiliarj supremi Senatus Regis pars esse dicuntur, ibid. num. 22.

Reges Hispaniæ bis in hebdomada ius populo reddunt, ibid. nu. 23.

Reges, an teneãtur iudicare secundũ acta, an secundum conscientiam, ibid. nu. 24. aliter alij iudices, nu. 25.

Regis sigillum ipsius personam repræsentat, diff. 10. nu. 12. Et quod super sigillo Regio iurent auditores, num. 15.

Rex Hispaniæ iure glebæ possidere regnum dicitur, diff. 19. nu. 9.

Rex qualiter regni dominus dicatur, ibid. num. 10.

Relegatus patria Roma etiam censetur relegatus, differ. 10. nu. 17. Et quod relegatus patria sua regali curia, & cancellarijs censetur relegatus, nu. 18.

Remedium capituli reintegranda, 3. quæstione. 1. Latè declaratur, quæstione. 3. per totum.

Remedium possessorium non datur illis, qui voluntate sua siue spõtanea, siue coacta, bona sua tradiderunt, ibidem, num. 12.

Remedium capit. reintegranda, aduersus quæ operetur, ibidem, numero, 14. Et causa euitandi peccati pertinet ad laicos, numero. 16.

Remedium canonis reintegranda, an aliqua præscriptione deficiat, ibidem, num. 17. & 18.

Repræsentatio in bonis liberis, non datur vltra fratres eorum filios, different. 24. num. 1.

Res mancipi, & in quo differant, differentia. 69. numero 1. Et res, nec mancipi qualiter alienaretur, numero 2. Et quæ res hodie possint per mancipi, & nec mancipi comparari, num. 5.

Res tripliciter differt, & qualiter in exordio, num. 1.

Rescriptum comprehendit priuilegium, & dispensationem, differentia 13. numero. 4. Et propriè, & stricte, quid dicatur, rescriptum, numero, 1. Et quæ vulgo appellatur Breue.

Rescriptum, quam reciperet interpretationem, diff. 13. §. 1. n. 2. & 3.

Restitutionis beneficium competit intra tempora enormis, & enormissimæ læsionis, diff. 114. nu. 4.

Retractus, an competat in re partim diuisa, & in diuisa, differentia. 109. §. 7. num. 10. & 11.

Retractus qualiter fiat in re cõmuni pluribus ex disparibus partibus, ibid. n. 13.

Retractus ius, an possit induci per pactũ, ibid. nu. 16. 17. & 18.

Retractus competit aduersus tertium possessorem, diff. 109. §. 6. num. 3. Et si pretium depositum acciperent, cuius id periculo sit, ibid. num. 4.

Retractus si aliquid in fraudem fiat, in foro conscientiæ fieri non potest, ibidem, numero. 6.

Retractus communionis, & rei familiaris æquiparatur quoad solemnitates, differ. 109. §. 7. num. 1. Et quæ res in causa retractus dicatur communis, & quod communio requiritur in dominio eiusdem qualitatis, ibidem, nu. 2. 3. & 4.

Retractus ius, an habeat superficiarius in venditione soli, ibid. nu. 5.

Retractus, an competat vassallis, si dominus vassallos vendat, ibid. nu. 6.

Retractus, an competat fratri, si habenti partem in castro frater vassallos vendat, ibidem, num. 7.

Retractus, an competat emphyteutæ, vno altero emphyteuta alienante, nolente domino directi dominij iure vti, ibidem, numero. 9.

Retractuum leges, an sint odiosæ, diff. 109 §. 4. nu. 3. & 4.

Retractus, an habeat locum, quando pro re patrimoniali datur pretium, & alia res, ibid. num. 7.

Retractus non habet locum in emphyteutico contractu, ibidem, numero. 9. Et quid si pecunia detur domino emphyteusis, ibid. num. 10.

Retractus, quas solemnitates requirat, differ. 169. §. 5. nu. 1.

Retractus, vt fiat, an dies termini computatur in termino, ibid. nu. 2.

Retractus tempus, an currat ex die venditionis, vel traditionis, ibid. nu. 3.

Retractus à quo tempore currat, quando contrahentes in fraudem consanguineorum occulte contraxerunt, ibidem, numero. 4.

Retractus dies, an currat ex die venditionis, vel ex die factæ scripturæ, ibid. nu. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

Retractus tempus pro re familiari, an pertineat ad dominum directi dominij, & quẽ terminum is habeat, ibid. nu. 11.

Retrahendi dies quando noceat, cum res vendita est, cum pacto de retrouendendo, ibid. num. 12.

Retractus vbi fit, depositum fieri potest in qualibet pecunia, ibid. num. 13.

Retractus, vt fiat, quid sit offerendum, quando pretium est incertum, ibidem, numero. 14.

Retractus tēpus, si fraus super pretia fiat, non currit donec id probetur, ibidem, numero. 15.

Retrahens tenetur soluere, quod proxenetis datum est, ibid. num. 26.

Retractus ius perdit consanguineus, qui post factum depositum illud accepit, ibid. num. 17.

Retrahens debet iurare intra nouem dies retractus, ibidem, numero. 18. Et an venditor contra iuramentum volens probare, audiri debeat, ibidem, num. 19. Et quæ indicia contra iuramentum admittantur, ibidem, num. 20.

Retrahentibus consanguineis, quæ actio detur, differentia. 106. §. 9. numero. 1. Et vbi reus in iudicio retractus sit conueniendus, num. 2.

Retractus rei familiaris, & emphyteuticæ an differat, diff. 109. nu. 1.

Retractus rei emphyteuticæ intra quod tempus fiat, ibid. nu. 2.

Retrahendi rem emphyteutica facultas cedi non potest, ibid. nu. 3.

Retractus ex pacto de retrouendendo cedi potest, ibid. nu. 4.

Retractus, an habeat locum in rebus venditis, diff. 109. §. 1. nu. 1.

Retractus competit potius cōsanguineis, quam creditoribus, in distractione rerum debitoris, ibid. nu. 2.

Retractus actionis cessæ, an possessori cōpetat? ibid. nu. 3.

Retrahere rem emhyteuticā intra quantum tempus possit dominus emphyteusis, ibid. num. 4.

Retractus ius habet, qui habet fundū conductum à republica finita locatione, ibidē, num. 9. Et quid in regijs vectigalibus, num. 10. Et an idem sit in conductione rerum priuatarum, nu. 12.

Retrahendi ius, an obtineat in conductione, ibid. num. 14. & 15. Et quid de scholaribus domum conducentibus, nu. 16.

Retractus, aut competit iure sanguinis, aut iure communionis, ibid. nu. 18.

Retractus nomen in scholis frequens est, ibid. nu. 19.

Retractus fieri debet de re quæ fit de patrimonio retrahentis, differentia. 109. §. 2. num. 1.

Retractus, an habeat locum in re empta à patre, & ab ipso vendita, ibid. nu. 2.

Retrahi res non potest, nisi fuerit patris, aut aui, ibidem, num. 3. Et res debet prouenire à stirpe venditoris, vel illius, qui retrahit, num. 4.

Retractus non habet locum in re quę semel exijt extra familiam, ibidem, numero. 5. Etiam si ad familiam reuertatur, numero. 6.

Retractus, an habeat locum in rebus mobilibus, ibid. nu. 7.

Retractus, an habeat locum in vendita hę reditate, ibid. nu. 8.

Retractus habeat ne locum vendita re familiari, cum non familiari, ibidem, numero. 9.

Retrahens debet esse consanguineus venditoris, diff. 109. §. 3. nu. 1. & 2.

Retractum, an habeat proximior consanguineus, si res remotiori consanguineo venditur, ibidem, numero. 3. Et quid si emptor, & retrahens sint in æquali gradu, numero. 4. Et qualiter sit computanda propinquitas, num. 5.

Retrahere rem, an possit hæres ex persona defuncti, ibid. nu. 6.

Retrahere possunt pater, & auus, filio vendente, si res sit patrimonialis, ibidem, numero. 7.

Retrahere rem familiarem potest, qui ab intestato venditori hæres est, ibidem, num. 8. Et procedit vsque ad quartum gradum, num. 9.

Retractus, an spurio conipetat, & naturali, ibid. nu. 10. 11. 12. & 13.

Retractus vsque ad quem graduṁ consanguinitatis detur, ibid. numero. 14. 15. 16. & 19.

Retractus, an locus sit clerico vendente, ibid. nu. 19.

Retractus ius transit in sequentem, proximiori consanguineo nolente, ibidem, numero. 20.

Retractus ius transit in sequentem, etiam si à primo lis fuerit mota, & transactione sopita, ibid. nu. 21.

Retractus, an obtineat tantum in contractu emptoris, an etiam in reliquis contractibus, §. 4. nu. 1. Et an extendatur ad contractus venditioni similes, & ad permutationem, nu. 5. 6. & 11.

Retractuum leges, an sint odiosæ, ibidem, num. 2.

Reus semel de delicto ab vno iudice damnatus, non potest ab altero damnari, differ. 6. §. 2. num. 15.

Reus in causis criminalibus, an possit suis defen-

defensionibus renuntiare, differentia. 138. num.4. Et an possit appellationi renuntiare,num.5.

Reus, an possit in criminalibus sub fideiussoribus relaxari,ibid.nu.7.Et quid in sententia definitoria,nu.8.

Rigor iuris qualiter à Consultis appelletur,diff.2.nu.4.

Rixa,contentio,turba,& factio, quid sint diff.88.nu.1.2.& 3.

Rixantibus duobus, si alter vulneratus auasit,à rixante presumitur vulneratus, ibidem, numero. 5. Et altero in rixa occiso, quis aggressor præsumitur, ibidem, numero.6.

Rogatus rem restituere, intelligitur post mortem,diff.17.§.1.nu.6.

Romanus Pontifex ex Græcis Imperium transtulit in Germanos, differentia. 8. numero. 8.

S.

SAcerdotes olim simul Pontificia, simul Regia dignitate fungebantur, differ. 9. num.6.

Sacramentum,quid sit,differ.127.num.7. Et septem Sacramenta Ecclesiæ, ita peculiari nomine appellentur,nu.8.

Sacramentum pro iuramento vnde dicatur,ibid.nu.9.

Sacrilegium est crimem mixti foro laico commissum, differentia. 9. §. 2. numero. 6.

Salarium aduocato constitutum potest taxare clientulus pro industria aduocati, diff. 130.§.1.nu.1.

Salarium integrum, an debeatur hæredibus aduocati, si decedat ante litem finitam, differentia. 130. §. 1. num. 2. Et pro salario non potest aduocatus retinere acta causæ, ibid.num.3.

Salarium medico debetur pro modo suæ peritiæ,diff.130.§.5.nu.1.

Salarium non debetur his qui iure tenentur reipublicæ præstare operas, differ.130.§. 7.num.2.

Salarium habere, an debeant procuratores vniuersitatis, differentia. 130. §. 7. numero. 1.

Salarium,an depositario debeatur, differ. 130.§.8.nu.1.& 2.

Salarium,an debeatur receptoribus, quibus commissa est pœnarum exactio,ad cameram pertinentium,ibid.nu.3.

Salarium depositario, qui soluere debeat, ibidem, numero. 4.

Salarium, an debeatur famulo infirmo, diff.130.§.9.nu.1. Et parua cibaria illis à dominis præstanda sunt,nu.3.

Sapientia,& prudentia, quid sit, diff.122. num.1.

Scholasticus,quis dicatur, quæstione 14. num.9.

Scholasticus maior vigintiquinque annis, an admittatur ad legatum relictum studij causa,ibid.num.12. Et si sit idoneus minor vigintiquinque annis, præferendus est, ibid.num.13.

Sententia,an rescindatur,si is pro quo lata est,dicat fuisse iniustam, differentia.12.§. 2.num.7.

Sententia nulla,& iniusta,quę sit,diff.70. num.1. Et an sententia errore iuris vitietur, num.2.

Sententia nulla abiniusta in quo differat, ibid.num.3.

Sententia nulla nunquam transit in rem iudicatam,etiam si appellatio fuerit deserta ibid.num.4.

Sententiæ nullitas intra quod tempus sit proponenda, ibid.nu.5.

Sententia pastoris nulla, an sit timenda, ibid.nu.6.7.&8.

Sententia notoriè iniusta ipso iure nulla est,ibid.nu.10.

Sententia nulla est, si causa inferta falsa sit,ibidem, num. 11. Et quod si remedium, num.12.

Sententia lata à iudice, recusatio nulla est,ibid.nu.13.

Sententia de prueua, an sit necessaria ad instantiam,diff.137.nu.2.& 3.

Sententia nobilitatis, cum fratre lata,an prosit,vel noceat fratri,differentia. 145.§.2. num.4.

Sepulchrum,& sepultura, quid sit, differentia. 66.numer. 1. & 2. Et monumentum, quid sit, num. 3. Et mausoleum vndè dicatur,num.4. Et sarcophagus,quid sit,& cenotaphium, num.5.& 6. Et epitaphium,num. 347.& 8.

Sepulturam quilibet, sibi eligere potest, differentia. 66. §. 1. numero. 1. Etiam filius familias inuito patre, numero. 2. Et vxor inuito marito, numero. 3. Et Episcopus eriam extra Ecclesiam Cathedralem, numero. 5. Et damnati ad mortem, numero. 6.

Sepulturę electio duobus tantum testibus probatur tanquam causa pia, ibidem, numero. 4.

Sepultura eligi debet in loco sacro, & quis dicatur hodie locus sacer, ibid. num. 8. & 9.

Sepultura eligi debet in Ecclesia parochiali, ibid. nu. 10.

Sepulturam eligens fraude, vel dolo, an in ea debeat sepeliri, ibid. n. 13.

Sepulturam eligere non potest impubes, ibid. num. 14.

Sepulturam eligere non potest impubes, ibid. nu. 15.

Sepulturam eligere non possunt excommunicati, aut interdicti, ibidem, numero. 16.

Sepultura sacra frui non debet, qui seipsum interfecit, ibid. nu. 17.

Sepulturam non eligens debent sepeliri in sepultura maiorum suorum, differ. 66. §. 1. num. 1.

Sepulturæ ordo, an habeatur ex descendentibus agnatis, vel cognatis, ibidem, numero. 2.

Sepultura patris præferenda est sepulturæ aui, ibidem, num. 3. Et sepulturæ matris, num. 4.

Sepultura patris, si non sit matris, sequenda est sepultura, ibid. nu. 5.

Sepulturæ iura remanent apud hæredem, hæreditate per fideicommissum restituta, ibid. num. 6.

Sepulturæ ius habent laici in Ecclesia, nō iure, sed Ecclesiæ indulgentia, ibid. num. 7. Sicut ius sedendi, num. 8.

Sepulturam concedere non possunt Ecclesiarum Rectores inuitis, qui ius habent funerandi, ibid. nu. 9.

Sepultura aliena possunt monachi sepeliri, ibid. nu. 10.

Sepulturam concedere possunt Rectores extincta progenie dominorum, ibid. nu. 11. & 12.

Sepultura in dubio intelligitur potius hæreditaria, quam familiaris, ibidem, numero. 13.

Sepulturam non habens, neque eligens vbi debeat sepeliri, differentia. 66. §. 2. numero. 1.

Sepulturam habere, quis debet in sua parochia, etiam si in aliena decedat, ibidem, num. 2. Et quid sit obseruandum, quando in altera deponitur, vt indè transferatur, num. 3. 4. & 5.

Sepulturam si non habeat Episcopus, vel Canonicus, debet sepeliri in Cathedrali Ecclesia, ibid. num. 6.

Sepulturam vbi habere debeant Magistratus, qui deceduut in visitatione prouinciæ, ibid. nu. 7.

Sepulturam vltimi mariti habere vxor debet, si non elegit, etiam si habeat à maioribus, ibid. nu. 8. & 9.

Seruitus rustica, & vrbana, quæ dicatur, differ. 79. num. 1. Et in quo differant, num. 3. Et quot sit prædium vrbanum, & rusticum, num. 4.

Seruitus habet appellationem à prædicto dominante, ibid. num. 2.

Seruitus itineris, actus, viæ, quid sit, diff. 81. nu. 1. 2. & 3. Et seruitus actus, à via in quo differat, nu. 4.

Seruitutes itineris, actus viæ, quantum spurij habeant, ibid. nu. 6.

Seruitutem viæ si quis habeat, an possit demolire propria auctoritate, quod in via inuenerit ædificatum, ibid. nu. 9.

Seruitus fluminis grauior est seruitute stillicidij, & in quo differant, differ. 83. num. 2. & 3.

Solidus, quid sit, & quid ab auro distet, differentia. 144. numero. 1. cum sequentibus.

Soluens pro debitore, sine illius mandato, quam habeat actionem, & quid si inuito debita soluat, diff. 50. nu. 5.

Spurij ab hæreditate paterna excluduntur, quæst. 10. nu. 1.

Statutum, vt quis in vicinum non admittatur, an valeat, diff. 193. nu. 5.

Statutum fœminas excludens, intelligi debet secundum ius commune, quæstione, 1. num. 7.

Stellio animal est, diff. 132. nu. 5.

Stipulatio iuris ciuilis est, differentia. 4. num. 5.

Stipulatione interueniente olim non licebat recedere à contractibus innominatis, diff. 135. nu. 11.

Substitutio pupillaris, an matrem excludat in foro poli, diff. 12. §. 1. nu. 25.

Suitatis nomen declaratur, diff. 67. num. 4. 5. & 6.

Superficiarius, quis dicatur, & quid sit superficies, differ. 72. num. 6. 7. & 8. Et pensio, quę superficiario soluitur, vocatur salarium, num. 9.

Superstitio, quid sit, diff. 106. num. 7. De eius natura. §. 1. nu. 1.

Superstitio an sit credere, herbas collectas die D. Ioannis, esse maioris virtutis, quã colletas alia die, ibid. nu. 4.

Superstitiones aliæ reijciuntur, ibid. nu. 5 6. & 7.

Superstitio, an sit locustas excommunicare, ibid. num. 8.

Superstitiosos esse prognosticos, Astrologos, ideò reijciendos fore, differ. 106. §. 2. num. 1. 2. 3.

T.

TAbellio, quid sit, diff. 45. nu. 1.

Tabellio, an sit seruus publicus, & an possit pro absentibus stipulari, ibidem, num. 6.

Tabellionis officium à Principe concessum, an possit ad libitum submoueri, ibid. num. 7.

Tabellionum errores ne falsi arguantur, qualiter excusentur, ibid. nn. 8.

Tabellio, an sponte oblatum possit vltra taxam recipere, differentia. 130. §. 2. numero. 1.

Tabellionibus non prodest consuetudo, vt vltra taxam recipiant, ibid. nu. 2.

Tabellio, quæ iniuste recipit, cui debeat restituere, ibid. nu. 4.

Taberna, quid sit, diff. 133. nu. 2.

Taberna, quid significet ex communi vsu loquendi, ibid. nu. 3.

Taberna à caupona, quid differat, ibidem num. 4.

Tabernæ legato, quid contineatur, ibid. num. 6.

Talenti valor ponitur, differ. 143. num. 4. 5. & 6.

Taxa frumenti, an extendatur ad permutationem, & leges personales, de venditione, an de permutatione intelligantur, differ. 30. nu. 7. 8. 9. & 10.

Taxæ frumenti pœna emptores non comprehendit, ibid. nu. 11.

Taxæ frumenti pœna, an comprehendat vxorem vendentem, sine licentia viri, ibid. num. 12. Et vendens incidit in pœnam taxę, licet contractus sit nullus, num. 13. Et quid si vxor de iussu viri vendat vltra taxam, quis teneatur, nu. 14.

Taxa frumenti, an procedat in segete vendito, diff. 177. nu. 7.

Taxa panis, an excedi possit ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, differ. 118. num. 12.

Territorij dominus, si probauerit partus prohibitionem, repellet contrariam præscriptionem, diff. 26. nu. 8.

Testamenti executio ad laicum iudicem pertinet, & ad Ecclesiasticum, differ. 9. §. 2. num. 13.

Testamentum nullum in foro sęculi nihil prodest, differ. 12. §. 1. num. 3. Etiam in foro conscientiæ, num. 5.

Testamentum nullum valet, donec is cuia interest, dixerit, se velle sit nullum, ibidem, num. 4.

Testamentum in scriptis, quod dicatur, differ. 1. nu. 1.

Testamentum nuncupatiuum, quod sit, ibid. nu. 2. Et quod testes debent cognoscere institutionem hæredis, nu. 3.

Testamentum vbi testator dicit, se instituere quem scripsit in codicillis, valet, ibid. num. 4.

Testamenti pars codicilli intelliguntur, ibid. num. 5.

Testamentum in scriptis fit clausis tabulis, ibid. num. 8.

Testamentum nuncupatiuum est, quando testes sciunt quæ in eo continentur, ibidem, num. 9.

Testamentum nuncupatiuum non valet, nisi habeat eandem solemnitatem, quam habet testamentum in scriptis, ibidem, numero. 10.

Testamentum nuncupatiuum dicitur, cũ quis in vltima voluntate, coram notario, & rebus dixit volũtatem suam, licet antequam dictum fuerit, animam egit, ibidem, numero. 1.

Testamentum quot testes requirat tempore pestis, diff. 15. §. 1. nu. 1. 2. & 3.

Testamentum factum ad pias causas in articulo mortis, nullum est, si infirmus conualuit, ibid. nu. 5.

Testamentum per æs, & libram, quale fuerit, diff. 69. nu. 5.

Testamẽto rescisso per exhæredationem, vel præteritionem, hæres ex illo capere non potest, quod ei defunctus alioquin poterat relinquere, diff. 148. nu. 6.

Testatoris voluntas coniecturis probanda est, q. 1. nu. 12.

Testamentum simul à marito, & vxore factum, potest à sola vxore superstite, quo ad ipsius bona reuocari, q. 7. nu. 1.

Testimonium mulieris, an valeat de iure Canonico in causa matrimoniali, & quid de iure Regio, diff. 5. §. 1. nu. 7.

Testis, an possit esse seruus ciuitatis in causa suæ vniuersitatis, & quid de ciue, & de cõsanguineo, & de affini in causa cõsanguinei vel

vel affinis, differ. 8. nu. 3. 4. 5. 6. & 7.

Testes idonei non sunt consanguinei hæredis instituti in testamento, in quo hæres relinquitur, diff. 15. §. 1. nu. 6.

Testes non sunt idonei consanguinei in testamento, quando sunt sub potestate eiusdem parentis, ibid. nu. 7.

Testes si partim sint consanguinei hæredis, partim de genere, fidem faciunt in testamento, ibid. nu. 8.

Testes instrumentales repulsam non patiuntur, & si notarius sit consanguineus hæredis, vitiat testamentum, ibid. nu. 9.

Testis legitimus, an sit idoneus venditor in causa retractus rei venditæ, diff. 109. §. 6. num. 5.

Testibus in summa discordantibus, quorum sequenda est depositio, q. 9. nu. 1.

Testium fides si æqualis est, vincit numerus, ibid. nu. 2.

Testibus in minori numero maioris fidei & vero similiora deponentibus standum est, ibid. nu. 3.

Testibus æqualibus fide, & numero, media via sequenda est, & qualiter fieri debeat, ibid. nu. 5. & 6.

Testis vnus oculatus, plus valet, quam decem de audita, q. 17. §. 1. nu. 6.

Theologi appellantur professores diuini iuris, diff. 5. nu. 4.

Titulus pro suo, generalis, & specialis quàlis sit, diff. 41. nu. 11.

Tormentum, quid sit, & quid sit quæstio, diff. 113. nu. 1. & 2.

Transactio, quid sit, diff. 44. nu. 3.

Transigere potest procurator, cum libera, ibidem, numero. 6. Et an in transactione competat remedium legis. 2. C. de rescind. vendit. ibidem. num. 7. Et an rescindatur per enormissimam læsionem, ibidem, numero. 8. Et quid si à Rege sit confirmata, num. 9. Et qualiter in ea sit læsio probanda, num. 1.

Transactionem impugnans ante omnia tenetur restituere, quæ habuit causa transactionis, ibid. nu. 11.

Transactio super hæreditate ante apertas tabulas non valet, ibid. nu. 12.

Transactio facta intra nouem dies à morte testatoris, irrita est, ibid. nu. 3.

Transactionis genus est litis æstimatio ab alterutro litigatore soluta, licet similis sit emptioni, vera non est venditio, ibidem, num. 17.

Transactio super homicidio, cum quibus sit facienda, diff. 51. §. 2. nu. 2. 3. 4. 5. & 6.

Tributorum solutio ad colonum pertinet, nisi consuetudine, vel statuto aliud introductum sit, diff. 80. nu. 7. & 8.

Tugurij, insula, & casa, quid sit, diff. 204. per totam.

Tutor in codicillis, an relinqui possit, diff. 154. nu. 14.

Tutor tenetur dare fideiussores rem pupilli saluam fore, diff. 61. nu. 6.

Tutor soluens de suo pro minori, an possit à creditore actionem accipere contra minorem, diff. 50. nu. 6.

Tutella, & cura quibus detur, differen. 98. num. 1.

Tutella triplex est, diff. 99. nu. 1. 2. & 3. At cura vna tantum est, nu. 4.

Tutella, cui detur, existentibus pluribus consanguineis eiusdem gradus, ibidem, numero. 21.

Tutor cessans administrare, ad quid teneatur, ibid. nu. 8. Si male administrauerit tenentur omnes cognati pupilli, si illum suspectum non arguant, ibid. nu. 9.

Tutella à quo iudice discerni debeat, ibidem, num. 10.

Tutorem filio primogenito solus Rex dat, ibid. nu. 11.

Tutellæ discernendæ lite mota, curator ad litem pupillo datur, ibid. nu. 12.

Tutorem non habere fideiussores quomodo constabit, ibid. nu. 13.

Tutellis, an excusetur, qui recenter duxit vxorem, ibid. nu. 14.

Tutor datiuus, vel legitimus, an detur pupillo, si mater petat tutorem antequam nubat, & quid sit postquam nupsit, differ. 121. num. 1.

Tutor à matre nominatus, non præcisè à iudice dandus est, ibid. nu. 2.

Tator testamentarius non tenetur satisdare, diff. 130. §. 6. nu. 3.

Tutori, & curatori de iure communi, an salarium debeatur, diff. 130. §. 11. nu. 1.

Tutori assignatur hodie decima fructuũ, ibidem, numero. 2. Et fructuum appellatione pensiones, & redditus continentur, numero. 4.

Tutor, an habeat decimam vtilitatis prouenienti, ex conductione fructuum beneficij facta à patre pupilli, ibid. nu. 5.

Tutor, an debeat habere decimam fructuũ fundi, queni non locauit, sed per se coluit, ibid. num. 7.

Tutor nõ cogitur locare prædia pupilli si per

per se administrare malit, ibid. nu. 8.

Tutor longinque profectus, an census pupilli exigendos, quos sumptus habere debeat, ibidem, num. 9.

V.

VAlli soleti, & Granate prætorium in omnibus æquiparantur, differentia. 11. numero. 1. Et in quibus differant à Gallœco, & Hispalensi, numero. 7. Et Gallœcum, & Hispalense non vtuntur curiæ priuilegijs, nisi in casibus à iure expressis, numero. 8.

Vas, quid dicatur, diff. 59. nu. 13.

Vassallorum dominus, seu titulatus, an à vassallis possint, quod dicitur, ser empadronado, differentia. 145. §. 1. numero 4. 5. 6. 11. & 12.

Vassallorum dominatio, non parit nobilitatem, ibid. nu. 7.

Vassalli, quid differant à Burgensibus, & fœudatarijs, ibid. nu. 13.

Vectigal non debetur, ex litis æstimatione, diff. 44. nu. 18.

Vectigal non debetur, ex necessaria venditione, diff. 128. nu. 3.

Vectigal, an, & quando ex permutatione debeatur, diff. 135. nu. 13.

Vendens fundum, cum pacto de retrovendendo, an possit fundum retrahere à secundo emptore, cui primus emptor fundum vendidit ante diem pacto adiectam, diff. 36. nu. 12. & 13.

Vendens fundum, qui est penes tertium possessorem, an transferat vtilem actionem, sine cessione, diff. 37. §. 1. nu. 4.

Vendita re dotali, & facta vxori à marito obligatione, tempus dotis spectandum est, diff. 58. §. 2. nu. 3.

Vendito pignore à debitore de consensu creditoris, an pignus reuiuiscat postea, ibid. num. 8.

Vendens prædiũ, & paciscens, cum emptore, vt propediem illud, sibi reddat in emphyteusim, an faciat fraudem legi constituẽti pretium censibus perpetuis, diff. 73. num. 1. 2. & 3.

Venditio, & locatio ad mensuram, & quę aduersione fit, in quo differant, different. 77. num. 1.

Venditio, & locatio qualiter fiat auersione, ibid. nu. 2.

Venditio, & locatio rerum, quæ consistũt in pondere, numero, vel mensura auersione vendi dicitur, quando datur, quod vulgo dicimus à ojo, ibid. nu. 4. Et nomen auersionis vndè dicatur, num. 5. Et quod auersionis cõtractus, non sit noua species contractus, ibidem, num. 6.

Venditio in genere, vel specie differt, ibidem, num. 8.

Venditio aceti pro vino, an valeat, differ. 78. num. 3.

Venditor in re vendita, an præferatur omnibus, diff. 79. §. 1. cap. 3. nu. 14.

Venditio pro iusto pretio etiam cum pacto de retrouendendo valida est, differ. 53. §. 1. num. 1.

Venditio facta minimo pretio, an præsumatur vsuraria, ibid. nu. 2. Et ex modico pretio quando contractus dicatur vsurarius, nu. 3. & 4.

Venditare in diem pretio riguroso, an ante, vel propediem licitum sit venditori eadẽ rem habere pretio minus riguroso à primo emptore, diff. 53. §. 2. num. 1. Et quid in foro conscientiæ, numero. 2. Et quid in foro fori, num. 3.

Venditio frumenti pretio Mense Maij currente, an fieri possit, & an reus admitti debeat ad probandum contra testimonium de pretio à notario præstitum, ibidem, numero. 4. 5. 6.

Venditor pacisci potest, vt res vendita sit obligata alicui creditori emptoris, & is præferendus est in re illa omnibus anterioribus creditoribus, diff. 57. nu. 9.

Venditor, non tenetur præstare viã emptori, etiam si ad fundum iri non possit, nisi dictum sit, diff. 81. nu. 7.

Venditio castri facta à fratre in potentiorem in fraudem alterius fratris, an rescindatur, diff. 109. §. 7. nu. 8.

Verba boni, & æqui, posita in definitione iuris, quid differant, diff. 1. nu. 8.

Verbum descendentes fœminas etiam ex propria significatione comprehendit, diff. 13. §. 2. num. 2.

Verbum dono in filio importat meliorationem, si adijciatur illi, vt vltra legitimam habeat, quod donatur, diff. 16. §. 1. nu. 3.

Verbum præcipuum meliorationem sonat, ibid. nu. 5.

Verbum habeat donum extra fratres suos inducit meliorationem, ibid. nu. 5.

Verba iure dominij, ad rei vẽdicationem respiciunt, verba, vel quasi, ad publitianam, diff. 28. nu. 9. Et in quo differet publiciana à rei vendicatione, ibid. nu. 8.

Verbum

ALPHABETICVS.

Verbum mando, quid significet, diff. 37. §. 2. num. 3.

Verbum præiudicij, actiones, & exceptiones comprehendit, diff. 38. nu. 4. Et quid sit præiudicium, nu. 5.

Verbum defensio, quid comprehendat, diff. 38. nu. 6.

Verba do, dico, abdico, vndè habuerint ortum, diff. 69. nu. 4.

Verbalia nomina ex vno actu appellationem accipiunt, different. 79. §. 1. cap. 1. numero. 2.

Verbum debere, quid significet, differ. 46. num. 1. 2. 3. & 4.

Verbum cœlebs, quid proprie significet, & ad fœminas non pertinet, differ. 49. num. 1. & 2.

Vidua inhoneste viuens intra annum luctus, an perdat dotem, diff. 121. §. 2. n. 15.

Vidua cui adiecta est cõditio, donec caste vixerit transiens ad secundas nuptias, amittit legatum, diff. 147. §. 5. n. 4. & 5.

Via publica destructa, qui proximum habet prædium debet viam præstare, differ. 81. nu. 10. & 11.

Vinum ab aceto in quo differat, & Eucharistiæ Sacramentum aceto confici non potest, differ. 78. num. 1. & 2. Embama, quid dicatur, num. 4.

Vinum intromittens incidit in pœnam statuti prohibentis vinum intromitti, etiam si modicum sit, ibid. num. 7. Et an incidat in pœnam, qui intromiserit per transitum, & vinum aqua salubrius est, ibidem. num. 8. 9. & 10.

Vniuersale, quid dicatur, & quæ nomina in iure vniuersitatem significent, differ. 131. nu. 1. & 2.

Vniuersalia sunt quædam iuris, & facti tãtum, ibid. num. 3. Et qui faciant vniuersitatem, ibid. nu. 5.

Vniuersale à particulare, quid differat ibidem, num. 9. quæst. 10. 11. 12. & 15. Reliqua vide in verbo generale, & in verbo particulare, & in verbo legatũ, & in verbo fructus, & verbo maioratus.

Votum, quid sit, diff. 65. nu. 1.

Voto, quę fiunt maioris sunt meriti, quam quæ sponte, ibid. nu. 3.

Votum religionis in infirmitate factum valet, ibid. nu. 4.

Vrbs, & ciuitas, quid differat, quid sit oppidũ, municipium, villa, Pagus, Burgi, Castrum, Castellum, vicus, diff. 102. per totam.

Vsucapio ad agendum valet, & ad excipiendum, diff. 110. nu. 2.

Vsusfructus, quid sit, different. 29. num. 1. & 2.

Vsusfructus in quo differat ab annuo legato, ibid. nu. 3.

Vsusfructus legatus vxori à marito, an sit formalis, ibid. nu. 4.

Vsusfructus natura not. potest à testatore mutari, ibid. nu. 5.

Vsumfructum, quem pater habet ex filij persona non amittit mortuo filio, ibidem, num. 6.

Vsusfructus reddit ad proprietatem, si vsufructuarius illum alienauerit, ibidem, numero. 7.

Vsufructuarius potest concedere, donare, locare commoditatem extraneo non domi nus, ibid. nu. 8.

Vsusfructus, an vendi possit, vel commoditas tantum, ibid. nu. 9.

Vsusfructus legatum, an extinguatur capitis diminutione, ibid. nu. 10.

Vsufructu vestium mulieri legato, & aliarum supellectilium, an teneatur mulier restituere æstimationem, ibid. nu. 11.

Vsufructuarius tenetur soluere tributum super bonis impositum, ibid. nu. 16.

Vsufructuarius si redimat per retentionẽ eius hæredi consulitur, ibid. nu. 17.

Vsusfructus extinguitur si vsusfructuarius emerit proprietatem fundi, ibidem, numero. 18.

Vsufructu omnium bonorum legato, an mercis causa comparatura comprehendantur, ibid. nu. 19.

Vsufructu legato, & grauatis hæredibus de satisdãdo pro legatario si vnus hæres pro fideiusione soluit aliquid, an illud à cohæredibus possit recuperare, ibid. nu. 21.

Vsufructuarius, quid restituere, & cauere debeat, ibid. nu. 22.

Vsufructuarius vtens boni viri arbitrio liberatur restituendo rem, etiam deteriorem, num. 23.

Vsufructuarius tenetur ad æstimationem si res est consumpta, etiam sine dolo, ibidem num. 24.

Vsus, & vsura, quid sit, diff. 53. n. 1. & 2. Et quare vsura in mutuo tatum locum habeat, nu. 3. Et inter vsuram, & fœnus, quid interfit, num. 4. Et esse synonima, quæ dicantur, num. 5. & 6.

Vsusfructus in bonis filijs in quibus casibus patri non quæritur, differ. 123. §. 1. numero. 7. 8. 9.

Vsusfructus bonorum filij quandiu pater fruatur, ibid. §. 2. n. 2. 3. 4.

Vsuræ in contractibus bonæ fidei, & stricti iuris, à quo tempore debeantur, differ. 42. num. 5.

Vxor diuertens à viro, quia cognouit ipsius esse consanguineam, cuta est in foro poli, diff. 12. §. 2. num. 21.

Vxor in bonis liberis habet partem sumptuum, quæ fiunt in refectione bonorum alterius coniugis, sicut habet partem lucri durante matrimonio, differentia. 24. §. 1. numero. 1.

Vxor in bonis maioratus habet fortunas communes, non vero sumptus, qui eroganter in ædificijs ædium maioratus, arciumve, ibid. num. 2.

Vxor, quæ maritum exemit à carcere, an puniatur, diff. 51. §. 1. nu. 2. & 4.

Vxor habens primam causam successionis, petere potest, vt marito, vel alij cura cognati absentis decernatur, quæst. 12. §. 1. numero. 5.


Vxor reuocans testamentum, quod fecerat simul cum viro, an teneatur restituere fructus, quos percepit ex bonis mariti Ecclesiæ, quam ambo instituerant hæredem, quæstione. 7. num. 2.

FINIS.

VALLISOLETI.

Apud Hieronymum Morillo.

Anno M. DC. XXIX.



TARLADOR

Opera

om. 1. & 2.

S
153

6.392